PEDACII DIOSCO ridae Anazarbei: de Medica materia: Libri sex, a Marcello Virgilio Secretario Florẽtino latinitate donati: cũ eiuſdem cõmentationibus: nuper q̃ diligentiſſime ex secũda interpretis recognitione excuſi.

Accedit inſuper in Dioſcoridẽ Index latine graeceq; excuſus: alius praeterea in cõmentationes q̃ copioſiſſimus eorũ quae tum graece tum latine notatu digna viſa ſunt.

Ex Sudæ Collectaneis.

Dioſcorides Anazarbeus Medicus cognomento phacas.i.lentinus/ꝙ len-tigine os dehoneſtaretur: fuit autem ſub Cleopatra & Antonio in Aegy-pto: ſcripſit libros quatuor & uiginti ualde celebres ad medicinæ uſum.

QVAE LEGENTES NOVISSE TOTO HOC OPERE ET MEMINISSE OPORTET HAEC SVNT.

d

Iffialem in quotidiana multiplicíq; naturæ uarietate fuiſſe ſemper & adhuc eſſe plantarum & medicæ materiæ diſciplinã. Temporibus ſiquidem, locis, annorum temperamentis, humana cultura & ad utranq; partem continuo naturæ motu uariatæ, raro eaſdem ſe undiq; oſtendunt. Acceſſiſſe naturæ difficultatibus his diuerſas gentium indicationes, quibus qđ aliòquin idem naturæ ſemper fuit diuerſum & aliud ſæpenumero à ſcriptoribus creditum eſt. Auxiſſe poſtremo, & paulo minus q̃ inextricabiles tam multas difficultates fecisſe nouam poſteriorum ſcriptorum medicinam, quæ mixtis cum antiquis græcorum nominibus barbaris appellationibus ſuis, quid, qualéue hoc aut illud in antiquis ſcriptoribus fuerit ægre cognoſcendum reliquit. Nocuiſſe illi etiam herbariorum in obſeruando, medicorum in cenſendo, librariorum uero in excribẽdo duas bonarum artium maximas labes negligentiam & imperitiam, quorum illi plantarum ſimilitudine aliqua, nec obſeruatis quãdiu & quomodo oportebat earũ notis, cæteri uocum & rerum ignorãtia decepti, plurima in diſciplina hac adeo miſcuerunt ut in plantis & medicæ materiæ cognitione & uſu non reſpondeãt aliquando notæ, diſcrepet hiſtoria, fallat experientia, græcoꝝ fides hoc, poſteriorum auctoritas & uſus illud magis oſtendat & probet. Eamq; ob cauſam in docendis huiuſcemodi ad officium & laudem ſatis conantibus ſolam fuiſſe ſemper & poſt hac fore uoluntatem merito aliquis crediderit. Docuiſſe multos per tempora medicã materiam & quæ ſimplicia poſteriores nominauerunt. Græcos, latinos & barbaros, ſed omnium certiſſime & optime teſtantibus id cunctis græcorum medicis, Galenoq; preſertim Pedacium Dioſcoridem Anazarbeum, eſſeq; hunc quem illi tantopere laudant & cæteris anteponunt recepta ab illis & in cõmentarijs ſuis excripta tota aliquando eius decreta manifeſte indicant. Poſſeq; id inter latinos ex Plinio etiam manifiſte deprehendi. Nullum aut exiguum interpretibus eius futurum ætate hac noſtra laborem, ſi integer & qualis quondam legebatur antiquus hic ſcriptor ad nos perueniſſet. Turbaſſe infinitis pene locis intellectum eius præteritoꝝ temporum iniurias, quibus inſcente humanas res fortuna perierunt in græcis non minus q̃ in latinis, quæ optima in doctrinis legebantur. Turbaſſe itidem profeſſorum ignorantiam & ſine antiquo illo ingenij cultu tractatas ubiq; bonas artes. Nociſſe poſtremo quod uix credat aliquis ſuperſtitionem, cuius importuno ſtudio trãſlata addita, mutataq; toto Dioſcoridis opere multa fuerunt. Circũferri paſſimq; inter latinos legi aliquot nunc eius interpretationes. Antiquam, cui præter alia quæ habet inutilia incredibile eſt quas tenebras obduxerit poſteriorum medicorum continuum & importunum quoddam ſtudium adijciendi in dies aliorum cõmentarijs, dum collecta ſimul & parata eodem loco omnia habere uolunt quæ ab alijs pro eadem re dicta aliquando fuerint. Habuiſſe nos tamen eius antiquiſſimum codicem longobardis litteris ſcriptum antiquitatis egregiũ & ob id ſaltem multifaciendum monumentum, quod quantus quondam Dioſ fuerit inculte quidem, ſed multa fide oſtendit. Quoq; minus elegantioris ornatus in eo erat eo plus fidei nobis & ueritatis habuit. legi poſt hanc et in manibus eſſe triennio id eſſe quã Sueſſonenſis Ruellius in Gallia a ſe confectã edidit. Legi indẽ quam Aquilegienſis Patriarcha patritiæ gentis Venetus homo Hermolaus Barbarus addito Corollario iã pridem à ſe confectam morte præuentus edere ipſe non potuit. Sed agentibus iam idem hoc nobis nemini & memoriæ hominis conſulentes qua decebat pietate fratres eius ediderunt. Legendam ut ſperamus non multo poſt & quam nos inter tot alias publicæ priuatæq; rei ſollicitudines & occupationes non plene integris tribus annis abſoluimus. Cogitaſſe nos ſæpius editis duabus eiuſdem ſcriptoris interpretationibus nec utilem nec neceſſariam uideri poſſe hanc noſtram, quãdo ut Homerus cecinit σὺν τε δύ' ἐρχομένω ſatis ad ſcriptoris huius intellectum fore legentibus opinari omnes uerisimile erat. Et quoniam non fore honeſtum nobiscum laborem ipſi etiam crederemus in quo doctiſſimi uiri antea laboraſſent inceptum bis depoſuiſſe opus eo qdem animo ut quoniam tempore nos illi præuenerant potiore iure in eo honore etiam uterentur. Cum uideremus deinde antiquiorem illam interpretationem nullo bonarum litterarum cultu tractatam ſordidam & inutilẽ iacere, et præter id plus alienæ opis q̃ ſuæ habentem. Ex interpretibus uero illis alterum impreſſo tantum Dioſco. codice, cuius plura pene ſunt uitia q̃ integræ partes ad eam uſum fuiſſe. Nec in labore illo ſuo præter bonam interpretis fidem ex propoſito ſibi ſcriptoris huius exemplari legentibus aliud præſtare uoluiſſe. Alterum uero morte præuentum quale cogitauerat opus illud edere non potuiſſe, omneſq; nihil quod ad medicam rõnẽ, morboꝝ indicationes & curatiõis uſus pertineret editionibus ſuis addidiſſe neque in ſcriptore hoc aliquot locis pẽdere animo cogeretur quartã nos eius interpretationẽ ſuſcepiſſe, nullo ſanè maledicendi ſtudio, nullius laudi inuidentes, nec ex erratis aliorum, quod primum ſibi in hoc laudis genere arripit ambitio, gloriã noſtram augere cogitantes, ſed quod probum hominem decebat pro ſalute hominis & ſcriptoris huius dignitate totam ſuſcipientes rem. Nec ultra aliter'ue q̃ ut diuerſitatis noſtræ ab alijs cauſam & ratiõem redderemus. Et quoniam in eo maxime res uertebatur ut ex integro aliquo exemplari bona fide omnia traderentur cũ non liceret ex uno, altero'ue quod ſatis ad eam rem eſſet reddere, in cunctis enim quæ uidimus græcorum exemplaribus aliquid deſiderabatur, quod crotoniatibus in pingenda dea ingenioſus quõdam pictor fecerat, collatis quinq; Dioſ. græcis codicibus ubi aliquid uariaret aut corruptum occurreret certiorem aptioremq; elegiſſe le-

ctionẽ, ubi uero aliquid simpliciter damnari deberet ratione aliqua signatum a nobis ubiq; id fuisse, hisq; ope/
ris & laboris nostri ueluti ducibus & auctoribus post tot alios eundem laborem suscepisse, haud ignaros non
multis faciendam ut in conuiuio fit quæ omni iam restincta siti noua afferrentur pocula, non sine spe tamen qua/
liacunq; ea fuerint legenda ab aliquibus fore nostra hæc etiam, quando & inter uina & epulas utilitatem
aliquam habet aqua. Consueuerunt q; multi ad fœliciorem cibi in stomacho cocturam ubi se expleuerint quic/
quid assumptum in cœna fuerit frigidæ aquæ potione includere, constituisse animo sub Dios. nomine singulis
capitibus græcam semper medicæ materiæ uocem præponere, eamq; presertim quæ communior receptaq; iampri/
dem in medicina fuerit, post eam cæteras eiusdem gentis, tum barbaras, postremam uero omnium Romanam
ubi ea fuerit, ubi autem nulla erit græcam in usum ab ea gente à Romanis receptam, et quod ad prophetas p/
tinet qui à Dios. in plantarum & medicæ materiæ nomenclatura totiens citantur, magos uocare eos cogitasse,
quoniam longe aliam in religione nostra prophetarum nomen æstimationem modo habet. Quondam indi/
care ea appellatione consueuerant gentes eos qui non simpliciter futura uaticinarentur, sed qui religionem &
medicinam uaticiniis addidissent, quæ tota quondam magicæ artis summa fuit. Eam ut ueteres aliqui tradide/
runt natam primum è medicina nemo dubitauit, ac salutari spẽ irrepsisse ueluti altiorem sanctioremq; medici/
nam, Blandissimis deinde desideratissimisq; sanitatis promissis addidisse uires religionis ad quas maxime et/
num caligat humanum genus, atq; ut hoc quoq; suggesserit miscuisse artes mathematicas, nullis nõ auidis futu/
ra de se sciendi atq; ea de cœlo uerissime peti credentibus. Ex hac disciplina professioneq; sapientiæ magos appel
laturos nos esse quos à potiore uaticinorum parte totiens hic scriptor ex communi aliorum indicatione p ophe
tas appellat. Hi enim mutatis medicæ materiæ nominibus religioneq; aliqua consecratis diuinam tractare
quandam medicinam uideri uolebant, ex eorumq; commentariis & indicibus tam sæpe Diosco. aut à prophetis
hoc aut illud sic nominari, non uates & futurorum præscios simpliciter intelligens, sed eos tantum qui qua ra/
tione diximus medicinam profiterentur. Obseruasse nos iampridem coniungi in scriptore hoc & continuata
historia tractari multa oportere, quæ contra rei naturam & sermonis in eo auctorum disiuncta seorsumq; in græ
corum codicibus passim modo leguntur. Disiungi contra quæ importune simul & in unum coaluerunt. Dam
nari itidem, mutari, emendariq; & ex eo penitus eici quæ male superstitiose ue aliquo loco accreuerunt, omni/
umq; huiuscemodi rationem suis locis habendam. Theophrastum Nicandrum græcorumq; aliquot alios scri/
ptores qui obiter aut ex professo in ea gente hæc docuerunt, Plinium uero in latinis ubi rerum natura aut anti/
quorum auctoritas non aduersetur, & post eum quasi minorum gentium rei rusticæ & plerosq; alios latinæ
rei auctores in medicæ materiæ historia duces nobis & magistros destinasse. Posteriores haud sane quia eos ne/
gligamus (plurima enim & ipsi diligentissime tradiderunt) sed quoniam illis passim medicina nunc utitur,
possumusq; omnes omnia ab eis audire nullos aut raros fore nobis aliunde rei in hoc opere auctores. Antiqua n.
& graeca antiquorum & græcorum rationibus tradere & confirmare præcipuum nobis consilium est. Medi/
cos, herbarios, in agro agentes aliquando consuluisse. Multarum plantarum oculatos esse testes. Ex longinquis
regionibus quatenus id fieri potuit curasse nobis hoc aut illud apportari. Ab his qui cognouisse rem poterat
literis & coram pleraq; didicisse, Et ne legentes ultra remoremur qua licebit hominum herbariam non profiten
ti diligentia sedulitateq;, semper autem bona fide tradenda à nobis omnia. In his uero quæ ad medicinã mor/
borum nomina, & causas remediorumq;, tam multas rationes & usus pertinebunt nõ ultra tamen q interpre/
tem deceat in constituendis docendisq; græcorum & latinorum uocibus magistros nobis proposuisse Hip
pocratem Oribasium Galenum & qui Galenum tempore & professione secutus est Paulum Aeginetam
omniumq; maxime hunc, propterea q non habentibus nobis Galeni commentaria omnia nullus aptior uisus
est quorum scriptorem certius nobis referret, in operis sui proœmio testatum collegisse se omnia quæ à Galeno
tradita fuissent. Eodemq; modo in latinis Celsum Romani sermonis candidissimum auctorem, Pliniumq; &
siqui alii ad eam rem præstare aliquid poterunt. Et quoniam non licebit uno aut altero capite tot uocum ratio/
nes & causas ostendere cogitasse nos ut in diuidendis Reip. honoribus consueuerunt gentes post tractatam
medicæ materiæ in commentationibus nostris historiam quod ad morbos uitia ue humani corporis & eorum
remedia pertinet aliquid continue afferre. Nullumq; in his certum fore ordinem, sed quod magis tunc placue/
rit dicendum. Oportebit ob eam causam legentes siquid alicubi desiderauerint ex indice earum uocum quem
in extremo opere apponi iubebimus illud repetere, ut quo loco inueniendum id sibi sit nouerint. Oportebit eti/
am non integram semper habere se rem hic aut illic credere, sed quatenus tunc satis erit & res exegerit. Fiet. n.
aliquando ut inceptum uerbi causa in sinapi aliquid, & quatenus tunc oportebit tractatum in absinthio to/
tum deinde expleatur. Fiet etiam ut modo hos modo illos auctores secuti iterum & aliter docere aliquid coga
mur. Poterit & illud in tanta rerũ uarietate & mole accidere ut siquid parum certe aliquo loco dictum uidebi
tur certius & copiosius alibi repetatur. Cuncta tamen ex propositi operis huius necessitate fient, contra quam
pugnare multis locis ut iampridem sentimus difficillimum erit tam multa, tam antiqua, tam à studiis nostris
aliena & latinis nonnunquam feliciter dici posse negata dicenda erunt. Conabimur tamen, eritq; nobis in
labore hoc nostro præcipuum studium à phrasi & uocibus scriptoris huius nusquam longius discedere et qua/
tenus licebit eadem sermonis idea, totidemq; & eodem modo conceptis uocibus decreta eius omnia reddere,
nullibi in opere hoc nostro, quod alii fecerunt sollicitus quid aut quo modo cæteri presertimq; Plinius in eadẽ
aliqua re tradiderint. Sui enim operis auctores illi fuerunt nos autem alieni interpretes esse cogitauimus, &

meo

in eo à præteritorum temporum sordibus & affectata posteriorum quorundam nouitate eatenus discedere, ut quod in alterutro extremo legentes remoraturum erat, in hoc quod nos p̄stare cogitauimus alliciat & retineat. Cupimus illud etiam meminisse omnes quoniam multiplex hoc opus erit multasq; & lubricas habebit ad lapsum occasiones, nec poterit par pari in cunctis referri, futurum sæpenumero ut uideamur contra grammaticorum leges aliquid dixisse, Cum propositu uerbi causa neutro masculino'ue genere planta aliqua quales multæ græcis & latinis in eo diuersæ sunt fœmini no quoniam herba est redditum illi aliquid postea fuerit, Aut cum proposito toto quoniam de parte agetur quæ sola fortè usum in medicina habebit non eodem modo idem doceri uidebitur. Aut si contra quàm illi fieri posse ostendunt sanguines & pro concreto salso humore qui sal est numero multitudinis sales cum opus fuerit à nobis dicentur, pluraq; alia huiuscemodi quæ rerum magis quàm nominum curanda interp̄ti necessitas coegerit. Hæc nos à Grammaticis indulgeri nobis optamus, & si non fuerint omnia undiq; ad eorum libellam exæquata pro salute hominis cui consulere omnes oportet æquo animo id pati. Cur enim si poetis scriptoribusq; alijs quæ illi σωλικοφανῆ uocant ne pulchre iocunde'ue dictum aliquid in eis pereat condonare consueuerunt eandem nobis in grauiore re gratiam & humanitatem inuidebunt? non deficientibus præsertim quorum auctoritate & exemplo si non defendi excusari tamen ea possint. Quod. n. ad nominum genera pertinet fecit id sæpenumero in græcis Theophrastus, quod uero ad totum & partes infinitis penè locis hic scriptor. Nec sanguines sales ue tam importune dicuntur ut insuetas quod illi ferunt antiquis uoces cogète necessitate penitus odisse oporteat. Eandem labori huic nostro gratiam adesse à cunctis & humanitatem optamus si forte in tam multiplici longoq; opere defatigatis quæ non semper prosint delectent'ue aut ex legentium desiderio penitus sint exciderint. Non enim integrum & (ut in Architectura dicitur) sartum tectum opus pollicemur sed quale ipsi poterimus, & in quo non integram præstare rem (latius enim tota patet) sed aliorum editionibus aliquid addere posse cogitauimus, dicendæ iterum sententiæ (ut in arbitrijs quotidie fit) potestatem nobis relinquentes, & cum meliora audientur facile nostram mutaturi. Iampridem enim in Rep. didicimus in cōmune consulere. Nec tam contumacis animi sumus ut tota uita ciuilitatem professi quod pro Dios. nobis in alios licere & quo iure uti posse in eos uolumus, idem in nos alijs dari et eodem uti posse alios negemus. Accedit his q̄ nihil in doctrinis et artibus, modo sine inuidia id fiat, utilius fuisse & adhuc fore experientia deprehendit quàm quod in Ranis suis græcus comicus ait oportere bonarū artium p̄fessores οὐχ ὥσπερ ἀρτοπώλιδας, sed ut solent sapiētes grauiter & humane ἐλέγχειν ἐλέγχεσθαι neq; ut illic auditur τὰ πη τὰ μέλη τὰ νεῦρα τῆς τραγῳδίας, sed quod nos modo agimus medicinæ, Quæ non aliter quàm ea, quæ in ruris & hortorum disciplina calcata attritaq; speciosius florere & flammis incensa copiosius nasci feruntur, multorum labore, ingenio, censuraq; exagitata & exculta qualis quondam fuit iterum nostra ætate uideri & exerceri ut credimus poterit. Quod ut fiat nunquam dolebimus quæ à nobis toto hoc opere tradentur una peritioris alicuius litura omnia deleri.

A

B

Finis τέλος.

Index multorum quæ græce latine ue toto opere enarrata sunt.

Finis.

MARCELLVS VIRGILIVS FLORENTINVS SANctissimo Leoni Decimo Pontifici Maximo.

P Otuerunt Beatissime pater qui gētibus toto orbe aliqñ impauerunt in amplissima quem gerebāt regii honoris fortuna: multiplici laudū nominūq; ambitu a suis & alienis quotidie ornari. Et ut erant uirtute aliqua magis q̄ fortuna: aut e diuerso clari: sic pietatis: beneficētiæ: magnitudinis gratiæ: fœlicitatis ue æternos inter hoīes titulos inuenire. Nulli tñ: siue id fecerit Romanæ urbis maiestas: siue gestaꝝ reꝝ gloria: siue regiæ uirtutes: q̄bus gaudebāt cōem priuatāq; oīum rem tueri quotidie & augere: Romāis aliquot Cęsaribus ꝑductis usq; ad diuinitatē laudū suaꝝ ellogiis: honestiora in toto hoc gn̄e gratiæ dignitatisq; suæ monumēta īuenerūt. Nec nos in lōgissima huiuscemodi honoꝝ historia: quos aut senatus decreuit: aut populus iussit: aut ꝑ se domi reges principes ue & gētes: aut Romæ ꝑ legatos eis detulerunt: honestiorē Cæsaribus illis Populis uero utiliorē aliquā illa cōperimus laudē: Qua spectatus eruditiōe. C. Valgius Romāus ciuis: īchoata opis sui ad Diuū Augustū religiosa ꝓfatiōe laudauit simul ꝓcatusq; ē: Vt oībus humanis malis principis illius semꝑ mederet̄ maiestas. Intelligebat. n. q̄ late medicinæ huius pateret usus: & q̄ gloriosum alicui semꝑ foret oib⁹ hūanis malis eā fecisse. Quod. n. q̄bus impamus oēs maxime debemus unū hoc est: unaq; hęc homini ad æternā gloriā uia. Ob eā cām quē multo añ uniuerso tūc generi hūano cōem sapiētiæ principis illius fructū exptus Valgius laudabat: eūdē sibi & aliis ꝑpetuo adesse ꝓcabat̄. Nō tota tñ nec integra laus illa erat: nec ꝑ toto hoīe integras alioquin sapiēs Valgius cōcipiebat ꝓces. Quod. n. ab eo laudabat̄: quodq; ꝑ gētibus q̄ ignorabāt Deū Cæsar tūc poterat & cōtinue ꝓstabat: humana hæc nostra erant: Vt tranquillā toto orbe pacē inter se gētes exercerēt: Nullis pyratis clauderent̄ maria. Honesta domi: foris tuta oībus oīa essent. Doctrinis excolerent̄ ingenia. Artib⁹ ornaret̄ uita: & qđ ad gn̄is subsidiū & spem noīs maxime sibi mortales optāt: in corrupta morū disciplina nō facile inueniēdū: similes parētibus nascerent̄ filii. Quæ tota trāquillioris uitæ sūma fere tunc fuit. Superat adhuc interioris hoīs altera & ea q̄dē melior pars cui mederi posse aliquē optādū maxime fuerat. Id a salutari religiōis nostrę exortu ꝑ Christū Romanis pōtificibus cōcessum: lōgaq; serie ad Sanctitatē tuā ꝑductū oēs humanæ medicinæ & antiquæ illius laudis numeros in Romano Pōtifice absoluit: facitq; ut abundantiore nūc fructu: certioreq; spe lętemur: cupiamusq; oēs oībus humanis malis mederi posthac semꝑ posse Leonē. x. Et ut ipsi gloriosum: nobis uero id fœliciter eueniat oī studio oēs quas hēmus opibus annitamur: Reges ad pacē & tutelā gētiū armis: cōsilio sapiētes: priuati quas didicerūt artibus: Ingenii cultu bonaꝝ artiū ꝓfessores: cæteriq; ꝓ cōi oīum salute quotidianis ꝓcibus & ad meliorē huiuscemodi fortunā ꝓmpto aīoꝝ cōsensu. Inter quos unus ego ēt sed e plebe homo nec ultra q̄ inter alios numerus in eo qđ mihi relictū est tꝑibus his ocium ad antiqua studia reuersus cū Dioscoridę de medica materia libros additis cōmētationibus q̄busdā interꝓtatus essem: nō uidebā pter ea q̄ priuatim Sanctitati tuæ multa a me debent̄: Quoꝝ nulla nūc rō est: cui magis priusq; q̄ principi quē deus oib⁹ humanis malis mederi posse uoluit: & scriptor & labor hic noster deberet̄. Reddit̄ ob eā cām illi uterq;. In cæteris q̄dē malis q̄bus beatitudo tua cōtinue sapiētia: cōsilio: fide auctoritateq; sua medet̄ eadē & meliore in dies spe. In corporū uero nostroꝝ & naturæ iniuriis ꝑnti iā tāti scriptoris fructu: ut hēat nostroꝝ tꝑoꝝ medicina: hoc ēt ꝑ eā salutis humanæ instrumētum: meminerintq; semꝑ & laudēt posthac oēs oībus humanis malis qua rōne Pōtificem decebat: medicinā fecisse Leonē decimum.

PEDACII DIOSCORIDAE ANAZARBEI DE MEDICA MATERIA. LIBER PRIMVS.

INTERPRETE MARCELLO VIRGILIO SECRETARIO FLORENTINO.

P

Ost multos non ueteres tantum sed iuniores etiã: qui de medicamentorum: confectionibus: uiribus & probatione scripserunt: conabimur & nos carissime Aree de nobis id tibi ostendere non uano nec sine ratione studio idem hoc negociũ suscæpiste: ꝓpterea ꝙ eoꝝ alii rẽ non absoluerũt: alii ex historia plurima tradiderũt. Bithynus siqdem Iolas & Tarentinus Heraclides relicta penitus herbarum doctrina tantisper in hac re occupati sunt. Nec metallicorũ odoramentorumq; omnes meminerunt. Herbarius prærerea Crateias & Andreas medicus: hi enim cæteris omnibus diligentius hãc partem tractasse uidentur: utilissimas radices multas herbasq; aliquas indescriptas, reliquerunt. Veruntamen pro antiquioribus testandum illud est: in paucis quæ tradita ab eis fuerũt: quod exactum erat eos tradidisse. Iunioribus aũt nequaq̃ assentiendũ: ex quoꝝ numero Tyleus Bassus est: Niceratus: Petronius: Nigerq;: & Diodotus: Asclepiadæ oẽs: qui cõmunem notãq; oĩbus: & in uitæ humanæ usu quotidianã materiã exacta descriptiõe dignam existimantes: medicas remediorum uires: & probationes in decursu trãdiderunt: nõ experientia reꝝ uires: probationes: & efficaciã metientes: sed uano de causis sermone: usq; ad contentionis rumorem ubiq; rem extollentes & alia ꝓ aliis aliquando describentes. Siquidẽ qui inter eos excellere Niger uidet̃ Euphorbium ait oleastelli herbæ in Italia nascentis liquorem: & Androsæmon eãdẽ Hyperico esse: & Aloem in Iudea fossilẽ nasci. Pluraq; alia his similia lõge a ueritate falsoq; exposuit. quæ oĩa eius hominis inditia sunt qui non præsenti inspectione: & oculatus iudex: sed ex historia aliorumq; traditionibus ea docuerit. Peccauerunt præterea & in ordine coniungentes alii quæ discõuenirent: alii ex litteraꝝ ordine deinceps describentes: generaq; & potestates eoꝝ a congeneribus suis non ob aliam sine cãm disiungentes: q̃ ut facilius eoꝝ meminissent. Nos autẽ a prima ferẽ iuuentute indefesso quodã cognoscendæ medicæ materiæ studio: multis peragratis locis. (Nouisti.n. & tu militarẽ uitã nr̃am) sex libris te hortãte totã collegimus rẽ: cui opus hoc nostrum etiã dicamus gratiã hãc tibi erga nos affectionis tuæ referentes: natura sane eruditis oĩbus amico: pręcipueq; his quos eadem tibi profiteri cognoueris: & erga nos peculiari adhuc magis affectione. Estq; probitatis tuæ nõ negligendum inditium Licinii Bassi optimi uiri erga te affectio: quã nobiscum agentes cognouimus: optabilem amborũ inter uos mutuam beniuolentiam admirati. Hortamur itaq; te aliosq; oẽs nostra hæc lecturos: nõ quantũ dicendo potuerim: sed in rebus cum experientia diligentiã contẽplari. Cognitis.n. oculata fide: multaq; diligentia rebus: & ex concordi inter omnes historia perconctatiõeq; a locoꝝ incolis absolutis conabimur diuerso ab aliis ordine utentes genera & uires singularum rerum describere. Esse autem necessariã medicamentoꝝ doctrinã omnibus manifestum: propterea ꝙ uniuersæ arti coniuncta est: opemq; suã & auxiliũ ubiq; certũ & efficax præbet: ꝗq;

eorum confectionibus mixtionibusque & in morbis experientiis augeri subinde ars potest; multum illi adiiciente singulorum medicamentorum cognitione. Adiiciemus his etiam: ut tota res absoluatur: domesticam cognitamque omnibus: & in humanae uitae usu quotidianam materiam. Estque illud ante omnia curandum: ut tempestiue carpantur & seruentur omnia. Ex hac siquidem obseruatione efficacia sunt: aut euanescunt medicamenta omnia. Serena itaque tempestate carpsisse ea oportet; refertque magnopere a siccitate aut imbribus id fecisse: quemadmodum montanis: uentosis: frigidis: nec uliginosis locis ea legisse. Efficaciores siquidem omnium his locis uires erunt. Quae uero in campestribus: uliginosis: umbrosis: nec uento perflatis plerunque ignauiora sunt. Multoque magis quae non sua tempestate: & importune lecta fuerint: aut infirmitate distabuerint. Nec ignorandum illud etiam saepenumero haec ipsa loci proprietate & anni temperamento ocyus aut serius in integram aetatem absolui. Quaedam praeterea naturali proprietate per hyemem flores proferre & folia: Quaedam bis per annum etiam florere: oportereque hominem qui uelit omnium peritus esse a primo ex terra eorum ortu donec integra aetate absoluantur: & cum ab ea dilabuntur illis adfuisse. Neque enim qui cum primum e terra se proferunt illis tantum adfuit integram eorum aetatem intelligere potest: nec qui integram aetatem solum obseruauit primos eorum ortus cognoscere. Foliorum siquidem transformationibus: cauliumque & florum & seminum magnitudinibus: nec minus proprietatibus aliis quibusdam grauiter decipiuntur qui hac ratione cuncta haec non obseruauerint. Vnamque hanc ob causam: eorum qui haec tradiderunt decepti aliqui sunt: nec florem: nec caulem: nec semen ferre aliqua asserentes: ueluti gramen: Tussilaginem: & quinquefolium. Qui uero saepius multisque locis ea obseruauerit hic maxime nouisse ea poterit. Sciendum illud etiam ex herbarum medicamentis durare ad multos annos solum candidum & nigrum ueratrum: reliqua usque ad triennium tantum habere usum. Nouisse illud etiam oportet quaecunque fruticosa sunt: qualis Stoechas est: Trixago: Polium: Abrotanum: Absynthium: Seriphium absynthium: Hyssopum: aliaque his similia suis seminibus praegnantia legenda esse: Flores antequam decidant: Fructus maturos: Semina cum siccari incoeperint antequam dilabantur: Succum ex herbis colligendum in noua caulium productione: eodemque modo ex foliis liquores lachrymasque sectis integra aetate caulibus excipiendos: Radices quas seruari oporteat: radicumque succos & cortices incipiente in plantis illis foliorum defluuio eruendos excipiendos & auferendos esse: suaque natura puras locis sine humore ut erunt siccandas. Lutuosas uero aqua prius lauandas. Seruandi itidem flores & quaecunque odorata sunt Tiliagineis: neque humorem admittentibus scriniolis: Cartis aliquando etiam: foliis ue ad seminum in illis conseruationem utiliter inuoluuntur. Liquidis postremo medicamentis accommodata erit densa omnis materia: qualis argentea: uitrea aut cornea est. Vtilis & ex mari testacea non tamen rara: utilis & lignea quaecunque ex buxo confecta fuerit. Liquidis itidem oculorum medicamentis quaecunque aceto piceue liquida aut cedrino liquore confecta sunt accomodata erunt aenea uascula. Adipes medullasque omnes stamneis uasculis seruari oportebit.

INTERPRES.

Ncipiemus bona fide ex hoc loco reddere quae hoc opus incipientes in praefatione nostra polliciti sumus: Non tam nobis in eo consulentes; qui infirmitatis nostrae conscii in partes tam multa digerere cogitauimus: ne tota uniuersi operis mole toto itinere graues pariter ubique laboremus: quam ne timeant suspicenturque legentes ut in male credita pecunia fit peritura sibi quae in ultimam diem dilata: & in extremum opus reiecta a nobis uniuersa fuerint. Sed a principio statim sepositis amotisque subinde aliquibus: quaecunque singulis

gulis capitibus dicenda tunc potius aut non relinquenda occurrent: iuuet simul omnes: non ut poe ra cecinit euasisse deinceps tot urbes argolicas: sed morborum omne genus: eorumque tam multa remedia: & in tanto hoc auctore foedissima multis locis uulnera: informesque & male cohaerentes cicatrices, & in utroque hoc malo suspitiones etiam nfas signasse. Quae omnia legentes quique laborem diligentiamque nostram saltem probent: si caetera illis minus grata & probata in nobis fuerint. Eritque nobis posthac semper in docendis his post enarratas medicae materiae tam multas ubique appellatiões: principium a deprehensis suspectisue ubicunque id accidet huiuscemodi uitiis: ut sani & integri in Dioscoride corpotis tutus & amabilis sit usus. Vitiosi uero & corrupti nullum sub fide tanti auctoris periculum. Quale ut nos suspicamur illic fuerit ubi de medicamentorum bonitate & usu ex aetate decernitur. In quibus parum uerisimile est hominem ex professo haec agentem ignorasse q̃ obiter alii docuerunt: & quae non tam antiquorum auctoritate: q̃ re ipsa & quotidiana experientia deprehendi & cognosci poterant. Censet. n. Dioscorides ex his quae in eo nunc leguntur: in herbarum medicamentis durare ad multos annos solum candidum & nigrum ueratrum: reliqua usque ad trienniũ tantum habere usum. Neque in his ultra aliquid constituit: cum tamen Theophrastus libro nono de historia plantarum lõge plura & aliter his uerbis tradat. Radicũ uero omnium aliis diutuinior aliis breuior ad usum aetas data est: Veratrũ siquidẽ triginta annis utile: Aristolochia quinque & aliquãdo sex: Quadraginta niger Chamaeleon: Centauriũ decem nec ultra duodecim: pinguis. n. dẽsaque radix eius est Peucedanum itidem quinque & aliqñ sex. Et uitis siluestris flores anno durant: si in umbra & integri seruentur: alioquin putres fungosique fiunt. Habent & aliae herbae alia tempora: Omnium uero medicamentorum diutissime durat Elaterium: uetustissimumque in eo p̃batissimũ est. Dixitque nobis nec uanus nec iactator medicus ducentorum annorum esse sibi elaterium uitibus egregiũ ab amico munere acceptum. Quae omnia paulominus q̃ iisdem uerbis libro. xxvii. capite ultimo Plinius a Theophrasto accepta latinis reddidit. Idem praeterea Theophrastus libro septimo de plantarum historia quo loco de soliditate infirmitateque seminum agit: diuisione hac primum usus est: ut alia dicat firmiora alia infirmiora esse: Numeratque in primo illo genere Coriandrum: betã: porrum: nasturcium: erucam: satureiam: & quaecunque alia acrimoniam habent. In secũdo uero Atriplicis olus: ocymum: cucurbitam: cucumerem: aestiuaque omnia quae hyemalibus imbecilliora eẽ decreuit: Mox statim subiecit ultra quadriennium nullum durare semen: licetque de bonitate eorũ ad sementem agat: non aliena tamen a medicinae usu diuersitatis ratio haec omnino fuerit. Hic ipse etiam Dioscorides in aliquibus legem usus aliquã ex tẽpore multifariam praescribit: quorum omniũ nihil hoc loco indicatur. Ideoque scrupulus mihi iniectus est posse hoc loco deesse aliqua: qualia. s. Theophrastus Pliniusque & hic ipse alibi tradiderunt: decurtatumque a librariis in exscribendo locum fuisse: Auxitque suspitionem nostram ueterum codicum uarietas. In quorum aliquibus legebatur τὰ δὲ λοιπὰ μέχρι τριετοῦς ἄχρηστα. In aliquibus cõtrario penit⁹ sensu, μέχρι τριετοῦς δ' χρηστά. Cũ in altera lectione extrema illa uox utile: in altera inutile significet: & utraque qd falsum omnino sit indicet Quando multa sunt ut ex Theophrasto patet quae ultra triennium usum habent: Multa itidem quae citra idẽ tempus bonitatis suae uires amittunt. In ancipiti itaque & tam corrupta lectione quoniam reddendum aliquid in Dioscoride erat: damnata nihilominus omnium codicũ fide: quod ueritati minus aduersaretur elegimus: reddidimusque ut legitur. Reliqua usque ad triennium tãtum habere usum. Minus. n. & in paucioribus hoc falsum erit q̃ si excepto ueratro usque ad triennium reliqua inutilia esse constituerentur Signasse hoc presertim tam multis contra censentibus ab re uisum non est: & legentes monuisse dubitare nos ultimam illam eius diuisionis uocem quocũque modo legatur: ultimam fuisse alicuius partis clausuram: qua hic constitueret ultra citraue eã aetatem hoc illudue utile aut inutile esse. Diximus hoc capite etiam non semel sed iterum atque iterum Serius ocyusue in integram aetatem absolui quaedam: & integra aetate secandos plantarum caules: Opportune ut nos credimus deriuata in hunc usum ab optimis scriptoribus uoce: de qua ne dubitare posthac quispiam cogatur certam ex diffinitione eius in homine rationem legentibus subiicie mus: quae in caeteris eadem nobis etiam erit. Sunt graecis notissimae uoces ἀκμὴ καὶ ἀκμάζειν: significãtque illis in tempore & aetate rerum totius perfectionis decretorium momentũ: quo eum peruenerit aliquid integrum perfectum absolutumque penitus est: id nos integram aetatem diximus: scientes tam integrum dici: cui nihil ultra accrescit q̃ cui nihil adhuc deperit: monuitque nos Galen⁹: qui in integra aetate: quam ille ἀκμὴν uocat: diffinitione hac usus est. Integra aetas est cum absolutis in animali calore & humore ad summum incrementum peruenit absolutumque animal est: fiuntque in eo accrescentibus paria quae dilabuntur. Quod tempus secandis plantarum caulibus ad excipiendos liquores, & per se fluentes lachrymas legitimum & decretorium hic scriptor constituit: estque obseruationis eius certa & necessaria ex natura ratio quam contemplatus libro quinto in plantarũ historia Theophrastus iis uerbis idem monuit. Sunt autem in genere arborũ iunioribus & iis quae iam consenuerunt meliores & utiliores quae integra aetate uigent: illae enim aquosae: hae terrestres sunt. Dicendum nobis etiam de lachryma, liquore, succoque hoc capite est: quae uoces ut primum se nobis nunc obtulerunt sic nullo non fere capite post hac occurrẽt: sed tam uagis: & ob substantiae suae similitudinem tam facile mutatis inuicem significationibus: ut nõ inutile penitus legentes hoc

Quid sit integra aetas. ἀκμὴ, ἀκμάζειν

Lachryma. Liquor Succus

δάκρυον ὀπὸς χυλός.

etiam præmonuisse fuerit. Quod aũt de his dicimus sic se habet: pusse nos ex quo Plinius ait habere suam plantas uelut animalia carnem/sua/& ossa eodem naturæ ordine illud addere suum habere itidẽ plantas ueluti animalia sanguinẽ: suas ut homo & bruta aliqua lachrymas: suũ denique ut multa alia toto corpore diffusum humorem: aut quod his simile sit ꝓportione ue respõdeat. Intelligentesque id antiquissimi græci diversis ut par erat appellationibus a principio ea discreuerunt δάκρυον ὀπὸν & χυλὸν: idest lachrymam liquorem & succum uocantes. Sed fecit omnium cõmunio illa in genere humoris confectionis: uiriumque & usus similitudo aliqua ut græci etiam eas uoces aliqñ miscuerint: & a latinis quoque est angustior lingua passim nũc etiam cõfundantur. Quo fit ut nos auctore Theophrasto primo & nono pluribusque aliis locis toto opere de plantarũ historia: non tam libenter q̃ necessario constituamus quæ futura sit posthac legẽtibus in singulis his rerum æstimatio: ut cum lachrymam audierint: sciant fuisse huic scriptori δάκρυον significarique & eẽ plerunque lachrymam humoris fluxum ex planta sponte sua destillantis: qualis in trunco uitis gummi modo concrescit: & quæ in nigra populo duratur ĩ succinũ: & quale multarum arborum multiplex gũmi est: Quæ omnia cum spõte sua fluent lachrymæ appellatione semper a nobis reddent quemadmodum contra liquoris: cum ex secta: terebrata: castrata ue planta aut parte eius aliqua quasi sanguis aperta uena humor per se fluet: qualem auctore Vitruuio suæ architecturæ secũdo libro ad bonitatem materiæ cæsa usque ad medullam arbore architecti eliquant: & ad opium ex agresti lactuca & papauere herbarii: & ad unguenta ex balsami frutice unguentarii colligunt: q a lachryma eo maxime differet/q per se & sine iniuria non fluxit/pinguior plerunque & glutinoso lentore destillans: ideoque in aliquibus inter fluendũ lachrymæ modo cõcrescens. Seruabit a nobis illud etiã ut quotiens liquori huic/color alius/aut cãdor natura ue lactis insit/q̃lis in fico: lactaria herba: utraque soncho: multisque aliis est ex colore lacte ue illo aliquid ei adiiciamus ruffum/puniceum/luteum/herbaceum ue: aut lac lactis ue liquorem dicentes Succum postremo ex tota materia: parte ue eius aliqua/concisa: tusa ue: adspersis aliquando aqua/uino ue: aut humore alio: tum manibus: aut torculari: aut igne expressum exudatumque humorem appellabimus: Cuius pene ĩfinita toto hoc operatio & usus erit. Neque me latet potuisse hæc ex eodem Theophrasto libro octauo aliter doceri: & ex natura uiribusque singulorum quã magis oportebat diuersitatem ostendi: Sed nos nomina hoc locu constituimus non naturam tractamus: nec alio consilio tam longe de his nunc actum a nobis ẽ q̃ ut constitutis semel his cum opus erit certius grauiora tractent. Nolumus illud etiam reliquisse qd desiderari posse uidet. Quos hic carpẽdis plantis & earum partibus montes uentis perflatos tantope laudat a Theophrasto cũctis aliis ꝑferri aquilonios manifesta a statu cœli & diuersis uentorum uiribus ratione & causa: Siquidem tepidioris uenti alicuius qualis Hauster & fauonius est afflatu eius copiosiusque germinant: florent & fructũ ferunt plantæ oẽs: eaque fœcunditate languentes citissime uires & uitã amittunt. Est illa ẽt ratio q præteriti anni fœtura exhaustas nouo ad nouam fœturam alimento impleri oportet: quod hyemales pluuiæ: fœlicissimeque omnium niues transmisso dũ liquant paulatim ad plantarum radices humore suo præstant. Verũtamen ad bonitatẽ materiæ & fructuũ copiã id satis nõ est: Siquidem concoqui alimentũ id intra plantam cohercerique legitimo tẽpore opus est: Quod fiet si hyems & gelicidia adstrinxerint: nec subito erũpere ĩ germina & flores tepore aliquo illectæ plantæ potuerint: Exigit.n. id natura ut plenæ copioso alimento radices ĩ omnem plantam illud transmittant: hanc uero ueluti hominem fœtam legitimum puerperii tẽpus expectare: Quod totum gelicidia penetraliaque sua aquilones præcipue efficient. Non uidet & illud huic auctori integrum esse: in quo ait effodiendas radices quæ seruandæ sint: auferendos earum cortices: exprimendosque succos: & excipiendos liquores incipiente in plantis illis foliorum defluuio cum alibi hic ipse radices aliquas ut in dracũculo docebitur & inula per messem iubeat effodi: & Theophrastus libro nono de plantarum historia de eadem hac re his uerbis decreuerit. In quibusdã per messem pauloque ante carpendæ radices sunt: in pluribus uero per Autumnũ post arcturi exortum: cum folia sua amiserint. Nisi forte hic ex eo quod in pluribus fiat: & in cunctis necessario foliorum defluuii decretorio momento: legem constituit: aut Theophrastus sic legendus & intelligendus sit: ut siue per messem siue per autumnum carpendæ radices erunt in cũctis foliorum defluuiũ expectetur. Sunt.n. quæ per messem folia etiam amittunt: ut legumina olerumque maior fere pars: ex quo tempore lignescunt eorum caules: radicesque: & in cremia transeunt.

DIOS. DE Iride. Cap. i.

i

Rin. sunt qui & hanc Illyrida: qui Thalpidẽ: qui Vraniã: qui Catherõta: qui Thaumastũ: qui Opetritẽ appellent. Aegyptii Nar: Romani radicẽ maricã: Gladiolũ & Consecratricẽ dicũt: A cœlestis arcus similitudine: qui Iris a græcis dicitur: planta hæc ẽt iris dicta ẽ: Folia Gladiolæ herbæ similia ex se mittit: maiora tñ latioraque & pinguiora. Flores in sũmis cau-

libus & i singulis singulos: recta pibusq; inter se spatiis i altū surgentes: in arcū flexos: colore in cādidū: uiridē: luteum: purpureū & cœruleum uariantes: ex quo q̄m diuerso colore floret reddita cœlestis arcus imagine ab eo nomen inuenit. Radices hēt geniculatas solidas: odoratasq;: quæ in taleolas sectæ: siccatæq; in umbra: tū funiculo traiectæ pendentes in usus suos seruant. Probatissima Iris Illyrica & Macedonica est: & ex utraq; hac gente quæ densiore: & quasi decurtata radice erit: nō facile fragili: colore subruffo: q̄ odoratissima itidem erit: gustu feruido: sincero odore: nullo humore lentescēs: & cū tundit sternutamenta ciēs. Secūdæ bonitatis libyca est: colore candicans: gustu amara. Veterascentes oēs teredinē sentiūt: odoratiores tū tunc fiunt. Natura uisq; oībus est calefacere extenuareq;: tussi utiles sunt: humores non facile excreabiles extenuant. Purgāt crassa & biliosa pōdere drachmarū septē cū mulsa aqua potæ: Somnū cōciliant: lachrymas cient: & torminibus medētur. Cum aceto eædē cōtra uenenatorū morsus utiliter bibunt. Prosunt lienosis ꝑ sunt conuulsis: & in accessionibus febriū: ꝑfrictionibus: & cū tremore algoribus: Vtiles & cōtra seminis incontinentiā. Ducūt menses cū uino potæ. Fouētur fœminæ calido Iridū decocto utiliter muliebres locos molliēte & apiente. Clystere idem cōtra coxendicis dolorē infundit. Fistulas & sinus carne Irides explēt: Quin etiam collyrii mō ex melle appositæ fœtus ex utero conuellunt. Strumas: ueteresq; duritiēs molliunt elixæ & illitæ. In farinā tusæ ulcera explēt: & cū melle purgant. Carnib⁹ nuda ossa operiūt: cōtra dolores capitis ex aceto & rosaceo inūgunt. Lentigines & asperam discoloremq; ceu a sole cutem emendant cū ueratro albo duploq; melle illitæ. Miscent præter hæc pessulis: malagmatis: & acopis: Habentq; in uniuersum multiplices usus.

INTERPRES PRO IRIDE.

n

On ueritus quondam Hippocrates est tantus faciendæ homini medicinæ auctor decæptū se in sutura humani capitis aliqñ fuisse palam testari: ignorātiāq; suam posteris cognoscendā in cōmentariis suis relinquere: tm̄ illi salutis humanæ studium erat: tanq; ingenue tunc medicinā ꝓfitebant auctores eius. Mihi ēt tanti uiri exēplo turpe non fuerit: nec uitio dabit siquid ignorauero aperte illud dixisse. Tantū.n. a bonitate hominis abest dicere aliquem scire se ea quæ nesciat: aut ignorantiam suā dissimulasse: & cū uideri uelle q nō sit: ut ultimi sceleris: & extremæ iniustitiæ Plato dixerit totum hoc mendacii genus esse. Nobis eo turpius futurū & grauioris culpæ mō damnandū quo maiora & a studiis nr̄is aliena cōfidentius ausi nō fumū (ut Flacc⁹ ait) ex fulgore: sed ex fumo copiosam dare lucē debemus. Quod sane nobis primū hactenus cōsiliū fuit: & cōtinuū posthac studiū erit ꝑter q̄ ubi doceri aut in melius restitui aliqd impossibile nobis erit. Quod in tā multis medicæ materiæ tāq; diuersis eius appellationibus quæ cūctis fere capitibus a principio statim in Dios. legunt præcipue accidet. In quibus nō nisi post multū tēpus constitutū mihi est an expungendæ oēs exceptis græcis latinisq;: & his tantum q̄ recæptæ iāpridem & in cōi usu essent: an ex quo in cūctis fere exemplaribus legunt longaq; tēporū serie quasi ꝑ manus traditæ ad nos ꝑuenerunt seruandæ & ut erant ad latinos transferēdæ essent: Persuadebat.n. expungi eas: & ex tanti scriptoris possessione eiici q ex eis plures barbaræ sunt: aut tā corruptæ ut a barbaris nō differāt nullam habentes hoc tēpore: neq; habituræ posthac græcis latinisq; incognitæ utilitatem. Quodq; uerisimile est creuisse ꝑ tēpora: & tā multas hodie numerari ꝑeuntibus quotidie renascentibusq; aliis atq; aliis rerū uocabulis. Inferentibusq; deinceps codicibus suis medicis & herbariis oībus suorū tēporū & suæ gentis plantarū appellationes: fuisseq; potius quodā in tanta carū copia q̄ esse nūc utilitatē aliq̄. Accedebat his ēt q in diuersis codicib⁹ aliqñ plures: aliqñ pauciores: nec eædē in cunctis: aut eodē loco adscriptæ: & in aliqbus excæpta una aut altera nullæ aliæ legebant: Ideoq; non accusandū in nobis esse quod ante nos aliis licuisset: Fuerat illud ꝑterea a nobis obseruatum: ex aliarū plātarū similitudine aliqua multis nomina accreuisse: Miscerīq; simul difficili intellectu in una eademq; appellatione diuersa penitus aliqñ genera: Quod nunc ēt fieri deprehendimus ignota sibi plantarū nomina ex similitudine ad notū aliquod genus referentibus sæpenumero herbariis nostris. Instabat postremo illud quod rerū nō uocū nominū ue scientia hæc est: Deceteq; medicinæ ꝓfessores & herbarios oēs ex historia notisq; & in utrāq; partē cuctibus cunctis magis q̄ ex appellationibus medicā cognouisse materiā: Quam una alterave appella-

De medicæ materiæ diuersis appellationibus

ratione tñ censeri satis est latina. s. ubi in latinis cõmunis recæpta; bonisq; auctoribus cõfirmata inue-
niat. Græca aũt semp q; græcoꝝ uocibus medicina adhuc plerunq; utitur: & q; habendus hic ho-
nor genti illi est: cui in oi doctrinaꝝ genere oẽs multũ debemus: eoq; magis in plãtis. q; ut Plinius
ait maiore ex parte iis nomen dare latini neglexerunt. Iubebat contra seruari eas: & cũ reliquo ope
re latini tradr; q; Theophrastus; Oribasius; Galenus; & Paulus Aegineta nõnunq̃ his utunt̃ appel
lationibus: quæ adiectæ Dioscoridi sunt; simulq; iniquũ uidebat̃ præripere aliis cognitionẽ aut cõ
iecturã saltẽ eoꝝ quæ nos ignoraremus; si forte alicubi adhuc seruent̃ appellationes illæ: aut si ma
iore ingenio doctrinaq; enarrare eas aliquis potuisset. Et ne lõgiores simus; q; nihil in maiore copia
detrimenti legentibus erat parata oĩbus semper & libera seruandi expungendiq; quascunq; libuis-
set potestate: quæ potior nobis in ancipiti & utilior sententia uisa est. Eãq; ob cãm seruauimus ubi-
q; oẽs; ut in pluribus & pbatioribus græcoꝝ codicibus inueniunt̃ nihil inde mutantes; addentes; au
ferentesue; nisi qd' aut necessitas coegit; coniectura ue ostendit; aut ratio & ueteꝝ auctoritas & fides
docuit; parceq; oĩa; nec ultra unam alterã ue lrãm cẽsura hac nr̃a usi aliqñ sumus: ut non cãm ratio
nemq; eius semper attulerimus. Nec ignoramus q̃ difficile sit (ut Flaccus ait) tam angustis; incõptis;
& plerunq; inutilibus his uocibus honorẽ addere: & ubi non sit amplior reꝝ maiestas gratiã & lau-
dem inuenire; presertimq; ætate hac nostra: & in his studiis in qbus tm̃ pfecisse se multi arbitrant̃
tm̃q; deberi sibi oẽs a scribentibus uolunt: ut relictum sæpe unũ aut alteꝝ reliquum oẽm laborem
ingratum legentibus faciat. Verũtñ quod cogitanti mihi hoc opus audere rem persuasit ardens. s.
humanæ salutis studium: cui consulere; omniq; officio & pietate adesse oẽs oportet: & optata mul
tis tantopere laudati scriptoris huius speciosior inter latinos aliqñ facies. Idẽ per aspera & accliuia
eius ingredientẽ comitabitur. Et in enarrandis medicæ materiæ tam multis ubiq; appellationibus
æquo aio feret; quæ prætterita in eo officio fuerint: ignota nobis fuisse a legentibus existimari. Nec
fore aliqd gratius q̃ subito extare aliquẽ qui medicinæ & huic scriptori enelius consulens ignotæ
nobis rei scientiã & laudẽ sibi uendicet. Primũ itaq; in Iride animaduertisse illud oportet nõ eẽ le-
gitimam eius appellationem quod in græcis passim legit̃. οἱ δ' ἔιρις ἰλλυρικὴ bonitatis. n. laus a regio
ne hæc est. Quæ tanta & apud oẽs tã cõis illi fuit: ut petita a medico; uilico ue; aut unguentatio in

Illyris

aliquem usum Iride: nõ nisi ex ea regione pbaretur & peteret̃: nec sine cã: frigida enim & aquilonia
regio est: quo cœli statu & afflatu materia oĩs in oẽs usus meliorescit. Indicant id Theophrastus in
finitis pene locis: Celsus; Columella; Plinius; omnesq; alii; q nõ aliũ de eã magis pbauerunt: ideoq;
factũ est ut dũ ex Illyrico tm̃: semperq; & ab oĩbus Iris pbat̃: omnisq; alia ex omni usu abdicat̃: ut
quæ honoris prærogatiua illi quondã fuerat paulatim inter appellationes numerari cœperit: tãq;
fœlici euentu: ut in antiqua medicina ẽt solo gentis huius noĩe aliqñ appellata fuerit; nõ tñ hoc qd'
nouissimi interpretes illi assignarunt: sed quo Paulus Aegineta libi o tertio capite quo agit: quibus
remediis sine rugis seruetur humana facies facto a gente patronymico noĩe Illyrida nõ Illyricã ap-
pellauit. Cuius scriptoris auctoritate freti; cũ fuisset a principio animus nobis tanq̃ inutilẽ eã appel
lationẽ expũgere: ppterea q; satis ei laudis ab hoc scriptore paulo post esset cũ ait Illyricã pbatissi-
mã eẽ cã seruauimus; Illyridaq; uocari diximus. Nec. n. pbamus qd' Ruellius reddidit ab aliqbus
Illyrica: nec quẽ Barbarus in Corollario suo titulũ illi adscripsit Iris illyrica. Videt̃. n. alter bonita
tis laudem a regione illi cõcessam inter appellatiões simpliciter enumerasse: alter uero negasse ali
bi q̃ in Illyrico Iridẽ nasci: aut de Illyrica tm̃ hoc capite agi: cũ tñ Iris ubiq; fere nascatur: & hic de
oĩbus agat: & in eaꝝ censu hanc unã cunctis aliis præferat: meminisse ẽt debuerat Ruellius nihil p
se adiectiua qualiacunq; ea sint significare substantiæq; tm̃ inhærere: in iride aũt indicãdã esse sub
stantiam. Quæ patronymico illo nomine; ex quo consensu oium inter appellationes laus illa boni
tatis referenda erat minus obscure & importune indicabatur. Erunt forte qui dicant sic dici Illyri-
cã ut Vetonicam, ut Gentianã: ut Lysimachiã: quaꝝ prima illa a Vetonibus in Hispania: duæ aliæ
a regibus inuentæ solo possessiuo nomine appellant̃ & celebrantur. Verũ tñ alia in his ratio ẽ: nul-
lum. n. aliud nomen his antiquitas dedit. Nec prius hoibus cognitæ q̃ sic appellatæ fuerunt: qd' Iri
di non contigit: quæ multo ante sic uocari cœpta est; q̃ bonitatis eius a gentibus census aliqs fieret.

Thalpide

Thelpidem eandẽ hic ẽr dici ait nulla nobis eius uocis significatione: nisi forte una tm̃ mutata litte
ra Thalpide legendũ sit: manifesta congruenteq; a uerbo θάλπω: quod græcis calefacere & fouere
significat deriuatione: quod primũ præcipuumq; Iris habet. Quod si suspitionibus ẽt cõtra hæc ui

Hieris
Vrania

tiã pugnãdum sit: nõ fuerit ab re forsitan monuisse: quod Thelpidẽ legitur Hieridẽ siue Hierida
legi posse. Sic. n. ex ueteribus græcis aliqui hirim quasi cõsecratricẽ uocarũt. Ex qua appellatiõe ut
mox docebimus Romani eã romana uoce consecratricẽ dixerunt. Vrania eadẽ. i. cœlestis ideo di-

Thaumastos
Catharon
Gladiolus
Cõsecratrix
Radix marica

cta ab aliquibus fuit: q; cœlestis arcus specie & modo floreat. Thaumastos itidem. i. admirabilis ea
dem illa rõne qua a poetis idẽ ille cœlestis arcus Thaumantias dicit̃ genus origineq; hãc illi ex ad
emiratione nouæ rei rudi adhuc sæculo ut primus Plato indicauit assignãtibus antiqs. Adiecit præ
terea Dios. Catharonta dici notissimo in græcis participio. i. purgantẽ. Nominis uero huius ut nos
credimus eadẽ cã quæ & consecratricis fuit: q; purificationibus. s. adhiberetur; essetq; uel floris uel
folioꝝ eius in antiqua religione ad eã rẽ aliqs usus. Reliquæ deinceps tres illæ appellationes; Gla-
diolus; Consecratrix & radix marica Romanæ ut uidet̃ uoces sunt: habetq; prima illa manifestam

omnibus

uibus cãm ex similitudine eius quæ ꝓprie Gladiolus a nobis in quarto dicet̃ quã in plantis Theo-
phrasti Gaza pugionẽ transtulit: Vtraq; .n. cultellato & ut Theophrastus ait harundinaceo folio ẽ.
Quæ uero duæ aliæ sequunt̃ incertã & sine auctore aliquo cãm nobis hñt. Credimus quidem io
consecratricem dictã: q; in sacrificiis purificationibusq; suis antiquitas quondam Iride usa sit: nihil
tñ hactenus compertum de ea re nobis est. In postrema deinde illa in radice .s. marica oborta suspi-
tio est ex quo Plinius lib. xxi. capite. vii. ait illyricæ iridis duplex esse genus raphanitimq; alteram a
raphani quã nos radicẽ siue radiculã dicimus: similitudine appellari Romanos ideo radicem eã
dixisse: Et qm̃ auctore Nicandro ꝓbatissima nascat̃ in ripis Naronis in Illyrico fluuii nõ maricam
sed Naronicã legendũ esse Nicandri uersiculus est. ἶριν θ' ἣν ἔθρεψε δρίλων καὶ νάρονος ὄχθη. Relin-
quimus tñ hoc legentibus arbitrariũ: satisq; sit suspitionem hanc nr̃am illis signasse. Quos uideor
mihi iã uidere græca & nr̃a hæc simul conferentes demirari primũ: moxq; ut est oium fere homi
num ꝓpriæ laudis studio facilis in alios & grauis censura audaciã temeritatẽq; nr̃am accusare: q; p̃
ter ea quæ in græcis legunt̃ addita quædam subtracta & mutata alia toto hoc ope a nobis fuerint.
lactentq; nec ꝓbi hominis nec fidi interpretis esse alienis sua: legitime decretis non dum recæpta:
& antiquis noua miscere: in quo sane nos eis libenter & merito subscribimus. Nec est qđ in bonarũ
artium studiis laboribusq; huiuscemodi nos ẽt magis q̃ candorem fidẽ: & ꝓbitatẽ amemus: tãtũq;
ab omni impudentiæ huius culpa absumus ut nullibi magis prius q; laborasse nobis conscii simus
q̃ in seruanda ubiq; scriptoris huius integritate & fide. Nec nisi urgente re ꝫ maiore necessitate aue
antiquoꝝ codicũ fide admoniti quicq̃ in eo detorsimus: mutauimus: subtraximus ue aut addidi-
mus quod ideo nunc significasse oĩbus placuit: ne: in caulis ũ florumq; iridis: totiusq; deinceps me-
dicæ materiæ historia & medicina mutata: addita: detractaq; aliqua: nec aliis interpretibus eadẽ i-
uenientes impudenter & temere factũ id a nobis esse existiment: & anteq̃ consilii iudiciiq; nr̃i cau-
sas nouerint laborẽ hunc nr̃um damnare & odisse incipiant: Quam ob cãm nr̃a hæc lecturos om-
nes p̃camur (ut hic ẽt de seipso in ꝓemio ait) non q̃uo aliqd dixerimus sed sensu: ratione: experi-
entiaq; ueritatẽ contẽplari: medicæq; materiæ descriptiones: picturasq; & antiq̃ oẽm medicinam
non paruo labore latinis a nobis redditam cũ naturæ exemplaribus: & antiquoꝝ decretis cõferre.
Et si quid nõ fuerit a nobis iisdẽ totidẽq; uerbis & eadẽ sermonis forma redditũ nõ statim damna-
re & odisse: uerũ sic in aio habere in grãm legentiũ omni hac ratione nos esse usos: Coacti .n. sæpe-
numero sumus qm̃ nõ est latinis eadẽ quæ græcis in dicendo fœlicitas: & q; unde primũ ꝓrepse-
rũt artes illic ẽt certiores appellatiões inuenerũt quæ angustius a Dios. dicebant̃ laxius explicaret
Quorum erat multiplex & aliqñ contraria lectio eam tñ retinere quæ ꝓpius ad ueritatẽ acrede-
ret & in qbus mutari aliqd oportebat: rõnem certiorem ue aliq̃ coniecturã seq eamq; statim legẽti-
bus indicare nec aliter q̃ ut consiliũ magis q̃ decretũ id esset: relinquereq; aliis ẽt cẽsendi loc⁹. Et
ut qualia ubiq; ea sint certius intelligat̃ nõ pigebit uno aut altero exemplo in iride id ostẽdisse: hoc
.n. quasi gustu reliq̃ in cæteris reddent̃. Diximus in historia Iridis gladiolo herbæ folia similia ex
se ꝓferre. Adiecimusq; herbæ neq; in æquoca in græcis uoce gladiolo simpliciter similia crederet:
herbæ .n. non gladio eã Dios. cõparauit. Diximus & flores illi esse in summis caulibus: & in singulis
singulos: cum in græcis nec summi nec singuli caules floresue ulli sint: Factumq; id a nobis est non
tã (quod pauloante diximus) ut certius tota res pateret: q̃ q; in antiquis græcis aliquot non αἷς ἐπὶ
τῶν καυλῶν, simpliciter legit̃: Ve3 αἷς ἐπίκαυλα: quæ uox singulis caulibus singulos distribuit flo-
res. Quod erat item παράλληλα ex ꝓpria græcæ uocis significatione recta paribusq; inter se spatiis
in altum surgentes diximus: Hoc .n. si Euclidi & græcoꝝ grãmaticis credimus lineis quas paralle-
las dicunt præcipue competit. Nec alio pertinet ea uox: q̃ ut significet̃ nõ temere neq; in latera alia-
rũ plantarũ mõ caules iridis spargi: sed in altũ nullo inter se cõcursu ferri: & flores in his ita dispo
ns ne alter alterũ impellat simulue cõcurrat. Quod totum ut nobis ur̃ parũ fœliciter Ruellius red
didit dicens alterno situ flores in iride uariare. Diximus præterea in arcum flexos nullo illic arcus
uestigio qm̃ floris ea flexura sit: & græca uox ἐπικαμπῆ q̃ id exprimit in arcu frequens reperiatur.
Subiecimus deinde & in arcu illo uariantes tã multos colores p̃sentis tẽporis participio usi: quoniã
quemadmodũ in cœlesti arcu colores illi plures ex mathematicorũ & specularia docentiũ ratiõe
non sunt: sed oppositæ lucis accessu ideo apparent q; refractis lineis uident̃: nõ dissimili mõ & iris
cũ luce colores mutet: Idq; intellexisse oẽs Dios. uoluit cũ dixit ὁρᾶται .i. uident̃: qa non sint in arcu
illo tã multi colores sed rõne accedentis lucis uarient & uideantur. Fecimus idẽ & in medicina: qua
Ita sunt cum diximus mederi irides in accessionibus febrium ꝑfrictionibus & cũ tremore algori-
bus & in farinã tusas ulcera explere cũ tñ in priore illo remedio nulla in græcis febris audiat̃: & in
secũdo ξηραὶ tantũ .i. siccatæ sit. Sed quoniã in græcis illis uocibus hæc uis & usus latebat ideo certio
re intellectu a nobis sic redditæ fuerunt Quod ita ab oĩbus amari ꝓbariq; optamus ut ẽt bona fide
multaq; diligentia a nobis ubiq; factũ id est. Erat aius nobis tractata hactenus omni Iridis historia:
reiectisq; in aliud tempus his quæ ad medicinam pertinent hoc loco detinere. Sed fecit Ruelli⁹ cõ-
tra quẽ nõ est consiliũ nobis posthac aliqd dicere. Amamus .n. hoiem nec parũ illi res latina ob id
saltẽ debet q; in tanti scriptoris harenam primus alios prouocans descenderit fecit ille qdem festi
nata nimis suæ interptationis editione ne differri impune possint q̃ grauiora in hoc capite non sunt

ἐπίκαυλα

παράλληλα

perfrictiones

Cũ tremore algores

mihi cum illo eadē: probariq; rōne exigunt quæ alioqn sola interpretis fide stare potuissent. Inter quæ primū illud nec paruisaciēdū est quod ille ait uento refrigeratis aut rigētibus mederi Iridē: nullo ut nobis uidet̃ sensu: Primum siqdem disiungenda nō erāt q̄ in eodē frigoris genere a Dios. coniunguntur. Neq; n. censet hic his aut illis sed utrisq; mederi Irides: copulatq; simul nō separat du as illic & diuersas frigoris noxas. Quæ deinde ratio aut causa erit: ut uento refrigeratis: & non imbre: niue: pruina: glacie: aliisq; gelicidiis Iridem mederi dicat? libenterq; ego hominem interrogarem: quos nā in antiqua aut noua medicina priuatim uēto refrigeratos legerit aliqñ: ego certe nullos: nec uideo quæ nā e gelicidio uenti noxa corporibus nr̃is ingruere possit: ut nō ex oī alio eadē ēt quotidie fiat. Nec recte in natura & morbis rigentes dicunt̃ qui quouis ēt gelu pfrixerunt: Siccitatis enim non frigoris ꝓpriū consequens rigor est. Suntq; latinis ꝓprie rigores īflexibiles neruorum musculorūq; duritiesut apertius & longius a nobis dicet̃ cū ꝓprimū de rigoribus his dicēdi occasio dabit̃. Qui gelu qdē fieri possunt: nec male de gelu dicūtur: ita tñ ut frigoris consequens nō frigus sint. Nec me latet in tam manifesto hominis lapsu ad impressum eaq; parte a librariis corruptum Dios paratum homini pfugium esse: in quo πνεύματι ψυχομένοις. i. uento refrigeratis: non περιψυχομένοις: ut nos emendauimus manifeste legit̃. Quod quatenus excusandum sit aliorū iudicio relinqmus. Nobis certe uidet̃ oportuisse hominē facere quod in desperara hominis sanitate Hippocrates præcæpit nō tractanda esse quæ fœliciter & honeste absolui nō possunt: & in legendis antiquis scriptoribus ubi parū sequax rerū uerborūq; ordo & sensus occurreret uitiū oīno suspicari: suspitioneq; illa ad ueritatis cōiecturā & eruscationē paulatim ꝓficere: Quod nobis & hic & aliis pluribus locis obseruatū est: & si in hoc non tam coniectura q̄ meliores græcorū codices nobis auxilio fuerunt: in qbus περιψυχομένοις: non πνεύματι ψυχομένοις aperte legit̃. Credimusq; non irrepsisse id uitium diuisa primum ab imperitis librariis a participio suo ꝑpositione περὶ: mox a legentibus in nomen translata: qui de frigore illic agi uidentes: cum nescirent qd præpositio illa per se significaret: ad uenti gelu & frigus eam transtulerunt: facili ad uitiū & labē hanc lapsu: qñ περὶ non pluribus nec multo diuersis litteris scribit̃: q̄ qbus circūducta & cōtracta breuitatis cā uox illa πνεύματι nunc ēt passim scribi uidet̃: facileq; hoc modo ad uenti gelicidia res translata ē: cum tñ iudicio nostro de uentis geluq; cœli nihil a Dios. hoc loco agat̃: Sed de frigoribus his quæ ardentissimo etiā anni æstu intra nos orta: in febriū accessionibus sentiunt̃. Quod intelligen, Barbarus algores uertit & pfrictiones non satis tñ certo frigorū discrimine. Quæ qm̃ in diuersa febre ex diuersis causis diuersos hēt euentus: non ut medicum sed ut interptem oportet ad constituendas semel diuersarum rerū certas ex græcorū decretis appellationes breuiter de his agemus: ut constitutis ēt semel his nihil posthac ultra citra ue græcarū uocū significationes a nobis dicat̃. Nouerūt: ur in græcorū prouerbio est: medicorū pueri ēt: in accessionibus febrium non omniū: sed earū quas frigus aliquod antecedit: frigere aliis tñ extremas mēbrorū partes: aliis una cum frigore intremere: aliis totum solū inhorrere corpus: priusq; illud frigoris genus περίψυξιν & eos q eo frigeant περιψυχομένους dixerunt: quartanis febribus plerunq; ꝓpriū. Secundū uero ῥῖγος: & eo laborantes ῥιγοῦντας: tertianis peculiare. Tertium postremo φρίκην: & in eo constitutos φρίττοντας: Sentiriq; hoc in febribus his quas græci hemitritæos: celsus semitertianas appellat: testatus in secūdo Paulus Aegineta est: qui semitertianā fieri dixit tertiana cum secūdo illo frigore: quotidiana uero sine eo accedente: Sicq; ex duabus mixtā: tertium illud frigoris genus facere priore illo maius: secundo uero minus. Quæ oīa ex decretis in antiqua græcorū medicina: & ex cōi earū uocū ætate huius scriptoris æstimatiōe & usu a nobis tradunt̃. Qualia.n. hæc tunc docebant̃: talia a nobis merito nūc reddunt̃: & qua noium & uocū cōtractione in suos usus antiqua medicina usa est: eadē & nos idē agentes uti mō oportet: exigūt.n. sibi artes & earū auctores quod certū ꝓpriū exactūq; & ꝑ tempora cōsuetū sit. Nec quicq̄ in uertēdis græcorū cōmentariis grauiore piculo fit q̄ si cōibus translatis: ambiguis: maioris: minorisue ambitus appellationibus certū: contractūq; ad certam rei significationē aliqd reddat̃. In tot itaq; tanq; diuersis febrium frigoribus græcorū exēplo ex his q̄ sparsa in latinis obseruauimus appellationes tres huiuscemodi nobis in hoc opere constituræ sunt: in primo pfrictiones: in secūdo cum tremore algores: in tertio horrores, quibus deinceps ubiq; cū opus erit utamur: Ne si facta corporibus nostris aliter q̄ ex febre & a cœli extrinsecoq; aliquo gelu noxa alicubi tractanda sit: cōis illa uox frigoris desit q̄ eam priuatim indicemus: qđ a græcis factum obseruatūq; inuenimus: qui coniuncta frigori alia ꝑpositiōe κατάψυξιν extrinseci & sine febre frigoris oīs noxam appellauerunt. Quæ ēt causa fuit ne Celsum in his sequeremur: q duo tñ genera frigorū huiuscemodi numerauit: Primū.s. quo extrema inalgescunt: quod frigus simpliciter: Horrorē uero secundū illud in quo totū interimit corp⁹: Et in hoc genere.i. febriū frigoribus succurrere Irides hoc loco Dios. ait: confectoq; ex eis unguēto posteriores medici remedio hoc usi sunt. Quod Paulus Aegineta in secūdo præcæpit: & Celsus indicauit: cum tertio libro monuit pfricanda ægroti membra manib⁹ ex uetere oleo unctis: eiq; adiiciendum aliqd ex calefacientibus: qualem hic Irin pauloante esse dixit. Nec tñ in febrium frigoribus Irini unguenti usus erat: uerū in cunctis aliis: quod primo libro idē Aegineta cōstituit quo capite agit de his q ex frigore noxā cōtraxerūt. Neq; immerito. Calore.n. & hæc & illa pariter curat̃ & qm̃ oīum eadē fere remedia sunt: ideo & hic unius aliqñ generis: perfrictiōis uerbi cā: horroris ue: aut cū tremore

Rigentes

περίψυξις

περίψυξις
ῥῖγος
φρίκη

κατάψυξις

cũ tremore algoris appellatione: cõe & aliis remediũ illud fore legentibus cogitandũ reliquit. Explicasse idẽ Paulus ẽt uidet quod Dios. ait: Crassa & biliosa purgare Iridem &c. Siquidem lib. sexto decreuit: potã cũ mulsa aqua Iridẽ aluũ ducere: & in fistulis sinibusq; non decocto uti sed trita in puluerẽ: & per cribrum traiecta eius radice: quæ sola ĩ hac plãta usum in medicina hẽt: Ex quo fit ut suspicemur potuisse quondã aliter legi locũ: nec σαρκωτικὸν genere neutro: ut ad decoctũ referenda uox illa sit: sed σαρκωτικὴν in fœminino ut ad Irides referatur legi oportere: Non iõ ĩñ lectionem illã oino damnamus: Ve℞ in ambiguo eã elegimus q̃ antiquo medicinæ auctore cõfirmaretur: & quæ contra fistulas maioribus uiribus pugnaret: Verisimile. n. est efficaciores tritis q̃ decocti eius uires esse. Et hactenus pro Iride dictũ a nobis sit: nã quæ ad reliquos morbos in hoc capite ptinent: eo℞q; remedia & remedio℞ multiplicem rõnem & usum: quæ oĩa desiderari poterãt: q̃m pluribus locis eadem erunt: illic a nobis deinceps explicabuntur ubi meliore occasione se offerent: destinauimus. n. ut hanc partem incipientes diximus in partes digerere quæ uniuersa grauius alioquin nos p̃merent: Simulq; ut quõdam Salinatori uisum est qui cæso ad Metaurũ cum Asdrubale duce punico exercitu: cum nunciaretur sibi ligures quosdam qui aut p̃lio non adfuissent: aut inter cædẽ euasissent uno agmine abire sine signis sine duce sine ordine: posseq; si eques aliquis mittatur oẽs deleri: supersint inq̃t aliqui nũtii & hostium cladis & nostræ uirtutis: Sic nobis etiam supersint ubiq; aliqua: quæ in cæteris donec tota res absoluatur curæ laborisq; nostri legentibus inditia sint. Nolumus tñ quod ad pessulos pertinet ulterius differre. Exigit. n. nunc operam nostram: & medicinæ iocos suos misceri cupit Comicus noster. Qui in Eunucho sua: clausa cum adolescente in cubiculo puella pessulum hostio obdidit: non foribus seram aut uectem ne quis amoris sui cursum impediret obiiciens: sed ex pessulorum rõne: qui mulierũ naturalibus ĩ plerisq; morbis & uitiis subiiciuntur inceptam iam Venerem festiue describens. Maior. n. ioci uis in hostii ambigua & ancipiti uoce est in qua cogitandũ poeta audientibus reliquit cubiculi ne an uirginis hostio pessulum obiiceret. Sciebant. n. tunc oẽs: dum turpitudinem in uocibus ẽe esse aliqui existimant pudori parcẽtes fœminarum naturalia portam & hostium appellasse. Audierantq; forte in signando castigandoq; tragico scelere & quale cum iocasta matre filius Aedipodes exercuit & Romanus Cæsar somniasse se credidit p̃cæpisse antiquiores græco℞ sapientes. Non licere homini ingredi per portam per quã exierit: hostioq; huic & portæ: non ex custodia domus: sed ex medicinæ disciplina pessulum eunuchus obdidit. Cuius diminutiuam appellationem ueluti oĩbus certiorem nos imitati pessulos diximus eos quos græci πεσσοὺς dicunt: quos libro quinto capite. xxi. Celsus his uerbis descripsit. Vrea quæ fœminis subiiciuntur (pessos græci uocant): eo℞ hæc proprietas est. Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eaq; lana naturalibus conditur: Multoq; certius Paulus Aegineta quo capite de suppressis mensibus agit: sic pessulum diffiniens Pectita lana pessulus est: quodcũque uel aliud teres digiti humani forma quo medicamenta substinentur: utiturq; his p̃cipue ad ciendas muliebres purgationes. In quem usum forte Dios. innuit pessulis misceri Irides: Nam si cum uino potæ id præstant: subditæ etiam præstare poterunt.

σαρκωτικὸν

Pessuli

DIOS. DE Acoro. Cap. ii.

a Coron genere neutro: sunt qui q̃ herba sit fœminino Acorum: qui Aphrodisiadem: qui nauticam radicem dicant. Galli piper apiũ. Romani Veneteam herbam appellant. Iridis folia Acorus habet: angustiora tantum. Radices eidem non dissimiles: implicitas: nec recta descendentes uerũ obliquas & in superficie terræ: geniculis intersectas: colore subalbidas: gustu acres: odore non ingrato. Primam habet bonitatis æstimationem q̃ densa: candicans: non cariosa: sed plena & odorata est. Asplenos in Cholchide & Galatia Acorus appellatur. Calefaciendi uis & natura radici ei⁹ est. Cit urinam potum Acori decoctum: lateris: pectoris: & iecoris doloribus: torminibus: ruptis: conuulsisq; accomodatum. Minuit præterea lienes: Vrinæ stillicidio prodest: prodest & uenenato℞ morsibus: Vtiliterq; Iridis modo insidentibus Acoro muliebria. i. menses fouentur: Extenit inunctus radicis succus quę claritati oculorum officiunt. Miscetur præter hæc magna utilitate antidotis Acori radix.

INTERPRES.

c Ongener Iridi Acorus est: non tanta tñ cognatio: nec tam indiscreta similitudine dua℞ plãtarum natales natura miscuit: ut nõ diuersitatis aliqua ẽt uestigia ĩ eis reliquerit: Quæ obseruantes herbarii alterã ab altera separarent: & diuersa appellatione in diuersos usus distraherent: Quod ut a natura fit: & a scriptore hoc traditum fuisse uerisimile est. Sic ẽt integris his

cōmētariis integrum ad nos peruenisse debuerat. Sed quæ bonis artibus & studiis semper nocuit li brariorum incuria maiorē diuersitatis illius partem desiderare nos cogit: De qua priusq̄ agamus quæ possumus de diuersis Acori appellationibus dicemus: In quibus nulla est mihi certa ratio nec cur græci a Venere Aphrodisiadem: & a græcis accæpta uoce Romani Veneream dixerunt. Solus Apuleius quicunq; ille fuit in cōmētariolo quot de aliquod herbis scriptum a se reliquit Piper apium dictam fuisse testatus est: q̄ ea in aluearibus suspensa: nunq̄ facto examine apes in colonias fugerent: nec tñ cām reddidit nec inuenta hactenus a me est. Idem præterea Sandicem nauticā & Singentianā ait uocari: incerta nobis pariter nominū huiuscemodi origine & causa: Quæ ego hoc loco non posuissem nisi ante nos in Corollario suo has uoces Barbarus inseruisset: plurisq; q̄ æquum erat fecisse eas uideretur: & nisi in antiquo latino Dios. in extrema capitis coronide omnia ab Apuleio illo dicta: tanquā legitima ꝑ les scriptori huic adiecta fuissent. Quæ omnis labes miscendi simul & eodem loco coaceruandi a diuersis scriptoribus tradita nō prius in bonas artes irrepsit q̄ cū incœperunt qui eas profitebantur ex sola omnium scriptoꝝ lectione gloriam sibi quærere: & dū multa scire & scripsisse uideri uolunt contra q̄ mercatores & institores ubiq; consueuerint a maioribus & secretioribus tabulis nomina datiq; & accæpti rōnes omnes i exiguos codices & diurnos pugillares transtulerunt. Eoque impudentiæ progressa res est: ut prætertis antiquoꝝ scriptoꝝ nominibus tota aliqñ uolumina iisdē uerbis a quibusdā in cōmentariis suis reddita fuerint quasi Theophrastum: Pliniū: Galenū: cæterosq; græcoꝝ scriptores nulli post eos lecturi essent: Nescioq; ego ingrati ne magis: an dolosi animi uitium fuerit ex alienis laboribus gloriā tanta impietate quærere: & tam turpi flagitio (quod ēt monente grāmatico Aristophane a Ptolemæo rege non minus q̄ furti punitō quondā Alexandriæ fuerit) ab antiquoꝝ laude in admirationē sui deuios agere posteros. Non meminissem itaq; & ego ob has causas eaꝝ uocum: nisi Barbarus Corollario ut diximꝰ suo eas inseruisset. Nec ideo id feci ne solus ignorasse eas uiderer: uerū ut obiter monerem quod in Apuleio legitur Sandicem nauticā dici Acorū uideri nobis ex Dios. accæptum. & si id sit corrupte Sandicem ꝓ radice legi: Tamq; facilis in una littera lapsus a radice in Sandicem est: ut id potius iudicio meo sic legendum in Apuleio fuerit q̄ importunæ hoc loco uocis inserendus usus. Nec illud ēt ignoramus posse sandicem ad floris colorem referri: & ex eo totam appellari plantam qui in Sandice flammeus luteo non dissimilis est: Sed nos ubi nulla sit antiqui scriptoris fides & auctoritas magis probamus quod in Dios adhuc seruatur & quod rōnem magis sequitur ut a potiore parte a radice. s. quæ sola i Acoro haber osum tota appelletur planta: non aliter q̄ & in Iride dictū paulo ante est. Credimus præterea uitiū in adiectiuo illo nautica esse: qm̄ nullum in tota huius plantæ historia medicinaq; uestigium deprehenditur quod ad nauigationem nautasue pertineat. Quod nisi in suspitionibus cōiecturisq; his morosior haberi & dici timerem illud ēt adiecissem suspicari nos quoniā Iridi similis & cognata Acorus sit eadem illi appellatione potuisse quondā uocari: & ut in Iride radix marica naronica donec certius aliquid inueniretur emendata a nobis est: Sic ēt in Acoro ꝓ radice nautica naronicā legi eodē mō posse: Nec est q̄ miretur aliquis latinaꝝ uocum in græcis tam graues mendas cū græcaꝝ in latinis nō dissimiles passim uidere liceat: Satisq; hæc pro Acori diuersis appellationibus sint non tā desideranda q̄ illa q̄ in diuersa eius ab Iride figura aliūde repetenda nobis fuerunt: In quibus præter dicta a Dios. hæc præcipua sunt. In foliis longitudo maior: color minus herbaceus: & in summo acuminatior mucro: in floribus non ut in iride crassiore ungue folia hærentia sed pediculo aliquo suspensa: nec purpureo sed luteo colore: Dico autē luteum quem alii in hoc flore croceum eadem sane cum cæteris eiusdem rei æstimatiōe: sed minus ambigua & incerta in duobus coloribus: quoꝝ alter in croco sit: alter ex eo fiat indicatiōe quos græci una appellatione κροκώδεις siue κροκίζοντας pariter dicunt. Habet. n. natiuum crocus colorē qui in capillamentis suis intra florem adhuc uiuentibus & siccatis rubet: Habet & luteum cū dilutis humore aliquo capillamentis iisdem lutescit. Fitq; in hoc scriptore sæpenumero ut κροκώδης siue κροκίζον idest croceū dicatur quod rubet: ut in maiore dracunculo quem semen in sūmo caule ferre Dios. ait: racemosum & cū maturescit κροκίζοντα idest croceū: qui color nisi a capillamentis croci rubentibus accipiatur falsus omnino erit: puniceo. n. colore tunc dracunculi semen rubet. Aliqñ ēt κροκώδης uocat quod nō rubet sed diluti aqua croci colore est ut in commanducato Rhapontico est & in Acoro hac: caltha: uiolisq; his uidetur quæ primæ uer nūciantes uno ramulo plures pendent & colore maturæ medicæ mali uidentur de quibus suo loco dicemus: simulq; de coloribus his rum in uniuersum de omnibus in extremo opere agetur: Ob quam cām nos eam ambiguitatem fugientes ubi luteus erit croci color luteum. croci aut diluti aqua croci colorē: ubi puniceus & robens semper croceū aut croci colorē rubētē dicemus: Eritq; nobis a re nō ex imitatiōe græcæ uocis indicationis rō. Ecquis ēt nouit: an croci lutheus color natiuus in eo flore ēt itelligi possit. Rubent. n. capillamenta eius: lutescunt autem quæ numero tres ueluti ligulæ in eo uidentur: & ab iis luteū in croco colorē nō ab eo qui humore aliquo dilutus fuerit κροκώδη καὶ κροκίζοντα hic dicat aliqñ quod luteo colore est. & si hac ratione intelligendō id sit: nō male ut constitutum est luteus croci color dicetur. Non sunt relinquenda quæ in reliquo capite ex eadē librariorom iniuria uitium contraxerunt: & si hactenus ab aliis qui ante nos hoc idē egerunt pleraque ad antiquā inte-

Piper apium Apuleius

Sandix color

Notæ acori

Luteus color

Duplex ī croco color

gritatē Plinii & eiuſdem huius ſcriptoris ope reſtituta ſunt: quæ oĩa melioꝝ codicũ fide nos ẽt
confirmamus. Priuatim tñ illud opinamur: ubi Dioſ. ait præferri cæteris Acoꝝ denſam cãdidam
non carioſam &c. non denſam ſed amarã legi quondã potuiſſe: monueruntq; id nos ꝓbatiores i græ
cis codices: in quibus una tñ mutata lr̃a non πυκνὸν, quod denſum: ſed πικρὸν quod amaꝝ ſignifi-
cat legitur: Quod & Galenus aperte innuit dicens Saporẽ Acoro acrem cum amaritudine aliq̃ eẽ.
Non tñ cõem illam lectionem penitus damnamus. Scimus.n. egregiæ bonitatis notam in radicibus
aliqñ denſitatem eſſe: ſed monuiſſe hoc legentes uolumus: præſertim cũ hic ipſe dicat radices eẽ
Acoro Iridis radicibus non diſſimiles: in quibus prælatæ aliis fuerunt: q̃ denſiore ſoliditate & ama
ro ſapore eſſent: quod & Plinius itidem reddidit cum libro. xxv. capite. xi. de Acoro ageret dicens
Cætero & has Iridis ſimiles. Deeſt & in extremo capitis calce participium ἐγχριόμενος. id eſt inun-
ctus: quod ad remedii uſum pertinet: quo loco. ſ. decernit radicis Acori ſuccum: quæ claritati ocu-
loꝝ officiunt abſtergere: Id.n. agit oculis inductus & inunctus. Reliquum eſt ut de his quæ ad me-
dicinam pertinent aliquid dicatur: primumq; illud erit quod Dioſ. ait ꝓdeſſe Acoꝝ ſine febre la-
teris doloribus: in quo malo humaniq; corporis parte: in qua id ſentiatur nouiſſe illud oportet: di
cere græcos πλευρὰν coſtam & neutro genere πλευρὸν omne id in anteriore homine ſpatium quod
utrinq; a ſuperiore parte: qua brachium humero iungitur ad imas pertinet coſtas: cui ex interiore
parte coſtæ ſubiacent grauioribus leuioribuſq; aliquot morbis obnoxium. Omnem hanc hominis
partem ut diximus aliqñ fœminino: aliqñ neutro genere πλευρὰν καὶ πλευρὸν græci dicunt: Latini
uero latus: & q̃bus ea pars tentatur morbos utraq; gens ſuis appellationibus ab ea parte factis ſigni-
ficauit: græci πλευρῖτιν grauius plerunq; & exitiale malum: quod ex abſceſſu ſuppurationeq; in am-
bienti ex interiore parte coſtas membrana fit: quem comitantur difficultas ſpiritus: cõtinua febris
dolorq; a ſumma humeri iũctura ad extremas coſtarum cartilagines pertinẽs. Et præter hoc πλευ-
ρᾶς πόνον: qui in eadem parte dolor ſed ſine febre ſentiatur: fiatq; ut Celſus ait: uel ex ictu: uel ex
frigore: uel ex nimio curſu: alia ue huiuſcemodi cauſa. Romani aũt quibus non licuit (ut Flaccus
ait) tam rotundo ore loqui: & in fingendis cõponendiſq; uocibus minore fœlcitate uſi ſunt utrũq;
hoc malum aliqñ lateris: aliqñ lateralem dolorem dixerunt: nullo inter grauius leuiuſq; illud ma
lũ diſcrimine quod græci antea fecerant: quã ambiguitatẽ uitãtes aliq prius illud & grauius græ-
ca uoce pleuritim: ſecũdum uero illud & leuius lateris & laterales dolores dixerunt. Sed tanta ua-
rietate & inconſtantia duarum uocũ ut nobis qui græcã medicinã latine loquentẽ oſtẽdere cupim⁹
neceſſe ſit certas & ubiq; ſibi ipſis cõſtantes uoces in his ẽt cõſtituere: ut cũ inuenerint legentes late-
ralem dolorẽ ſemper intelligant primum grauiuſq; illud malũ: quod græci πλευρῖτιν uocant. Cũ
uero ſine febre lateris dolores: ſecũdum illud & leuius quod idẽ græci πλευρᾶς πόνον ſiue ὀδύνην.
fecimuſq; hoc antiquos græcos imitati. Siquidem Paulus Aegineta cum longius de priore illo egiſ
ſet ſtatim ſubiecit. Coſtaꝝ uero. i. lateris ſine febre dolores &c. In priore uero illo cũ nõ liceret græ
coꝝ mõ ſubſtantiuo aliquo nomine uti auctore Plinio lateralem dolorem libenter diximus. Dicẽ-
dum nobis ẽt de ſtillicidio ueſſicæ: quod ſic accipiendum eſt auctoribus Celſo: Galeno: Paulo Ae
gineta: Abſyrto de ueterinaria medicina pluribuſq; aliis fieri aliqñ ut ex ueſſica per colem multa
difficultate: nec ſine magno dolore conatuq; urina fluat. Eo malo affectos Marcus Cato capite
clvi. libri ſui de re ruſtica his uerbis deſcripſit. Quibus lotiũ ægre it: græci & a difficultate & a do-
lore δυσουρίαν id malum dixerunt. Aliqñ exiguis: nec niſi per interualla ſtillis eadem urina fluit:
deſcripſitq; hos etiã ſic Cato: quibus lotiũ ſubſtillũ eſt: græci hoc uitium στραγγουρίαν dixerũt. Sua
rumq; diffinitionũ libro Galenus id malũ diffiniens ait στραγγουρίαν εἶναι κατὰ στράγγα τοῦ οὔρου ἔκ-
κρισιν eſſe. ſ. per interualla temporis ſtillaꝝ urinæ fluxũ. Aliqñ ẽt nec ægre neq; exiguis & per inter-
ualla ſtillis: ſed toto obſtructo canali nihil fluit. Eius mali Cato non meminit: græci aũt ἰσχουρίαν
dixerunt: diffiniuitq; eodẽ libro Galenus integrã eſſe urinæ ſuppreſſionẽ: quæ uitæ periculum fe
rat. Nos quia ſæpius de his agendum erit quot & quæ erunt in Dioſ. difficilis urinæ genera & uoces
totidem & eadem ſignificatione a nobis reddentur: ne cõmuni appellatione aliqua miſceant ſimul
quæ ſpecie in antiqua medicina diuerſa forte fuerunt: obſoletamq; Catonis uocũ uetuſtatem fugi
entes. Primam illam labem & urinæ difficultatem auctore Plinio aliiſq; ueſſicæ urinæ ue anguſti-
as. Secũdam auctore Seneca ueſſicæ urinæ ue ſtillicidium. Tertiam græcæ uocis imitatione ſuppreſ-
ſam urinam: ſiue obſtructam ueſſicã poſthac ſemper appellabimus. Exigũt ſibi ẽt mulieres altera
nec negligenda humani generis pars in extremo hoc capite priuatim operã nrãm: Cupiũtq; ꝓ tam
multis fœturæ & puerperii ſui laboribus: quos ſolæ obeũt grãm & honorem hunc ſibi haberi: ut
certius dicamus: quæ nam ſint: quæ græci omnes ſcriptores paſſim τὰ γυναικεῖα appellant: & quæ
intellexiſſe ea legentes oporteat: neq; aliud q̃ naturæ uitium ſignificari ſuſpicetur: & ipſe hoc etiã
remedio a proprio ſibi malo conualeſcant. Quod nos non tam libenter q̃ neceſtario agemus. Et ſi
non adeo facile id ſit: nec legentibus forte æquum uideatur in generis & multitudinis uoce qualis
in græcis τὰ γυναικεῖα eſt unum ꝓpriumq; aliquod mali genus ſignificari: & ſi plura indicent quot
qualia ue ea ſint paꝝ etiã explicari: Conabimur: tñ minorq; aut nullus nobis hic labor eſſet: ſi græ
caꝝ litteraꝝ periti omnes nouiſſent: quã uim præpoſitiui articuli in græcis habent: Intelligerẽt.n.
adiectiuo nomini coniunctos eius articulos ad ſubſtantiam, certamq; rem ſignificationẽ trãſferre:

Lateris dolores

πλευρῖτις

Stillicidium ueſſicæ

δυσουρία
στραγγουρία
ἰσχουρία

Muliebria .i. menſes

& cū δίκαιον auditur adiectiue iustum cū τὸ δίκαιον substantiue iustitiā intelligi. Idem & hoc loco ἐν τοῖς γυναικείοις idest muliebrib⁹ intellexisse oportet: cōstituendūq; indicari a Dios. id uel ea tantum mala quæ fœminarū ꝓpria sunt: maribus ideo a natura negata q; in altero sexu his partib⁹ carent in quibus ea fiunt: Quæ sane multa sunt: nec numerari ea nunc opus est. Illud magis in tanto hoc scriptore cogitandū: ex quo plura in fœminis ꝓpria hæc mala fiunt nō diuersa tantū uerū contraria nec diuersis sed cōtrariis etiā remediis curanda inutiliter grauiq; humanæ salutis periculo hæc hominē docuisse si in una illa τῶν γυναικείων uoce oīa fœminarū mala intelligantur. Oportet itaq; de perito totius medicinæ homine id sentire unū cōmune certūq; aliquod mali genus in fœminis decocto Acori curandū præcæpisse: nullū aūt mensibus menstruisq; purgationibus in eo sexu certius cōmuniusq; est: Solis siquidē omnibus longioreq; & meliore oītæ parte nisi uitium impediat fœminis ea affectio competit: Tamq; propria illis est ut sine his nulla sit muliebris sexus ad fœturam utilitas & gratia: fuisseq; hanc quondā τῶν γυναικείων æstimationē aperte Theophrastus indicat: qui libro nono de libanotide quā Romani Rosmarinum dicunt agens utilem radicem ei⁹ ꝓdidit πρὸς τὰ ἕλκη καὶ τὰ γυναικεῖα uocatq; ille γυναικεῖα quæ in eadē libanotide manifesta mēsium significatione hic ἔμμηνα appellat: licetq; plura sint muliebrium mensiū uitia unū tn̄ signari tn̄ hoc loco uidetur mora. s. & cessatio eorū. Siquidē quæcunq; ciendæ urinæ accōmodata sunt eadem cessantes menses ducere etiā poterunt: Dicet hic forte aliquis si menses ea uoce tn̄ intelligendi erant: debuisse certius quotidianā rem indicare Dioscoridem paratis presertim certioribus & communioribus aliis appellationibus: quales καθάρσεις ἔμμηνα & καταμήνια sunt: quibus a cūctis aliis passim: & ab hoc ipso toto hoc opere eadē illa affectio nominatur. At nō minus certa: nec min⁹ frequens cūctis aliis hæc quondā fuit: Vsus ea enim Theophrastus: usus Aristoteles: usi & alii sunt quodq; pro omnibus iis merito habendum est in quotidiano castioris sermonis usu fuisse uerisimile est: Pudoriq; parcentes rem auribus ēt ingratam a sexo cuius propria erat qua diximus rōne tota græcia oēs indicauerunt: Non aliter q̄ & nostra ætas & gens pudori pariter consulens fœminarū tempora deflexa contractaq; in muliebri re ad eam affectionem temporis appellatione nō male uocat. Quæ omnia longius ideo a nobis dicta sunt: ut in tam diuersis notissimæ alioquin rei indicationibus appellationis nostræ causam redderemus: meminissentq; posthac legentes. Siquando muliebrium per se uox nobis in hoc opere exciderit: menses tantum ea significari.

DIOS. DE Meo. Cap. iii.

M Eon: In Macedonia & Hispania plurimum nascitur Meon quod Athamanticū uocant: Caule foliisq; Aniso similibus: Crassius tamen Aniso est: bicubitali plerūq; altitudine: radicibus in partes distractis hisq; tenuibus: aliis in obliquum aliis recta tendentibus: longis odoratisq; : & gustu feruidis: Quæ in aqua decoctæ: & sine coctura tritæ cōtra adstricta renum & uessicæ uitia utiliter bibunt̄ urinæ angustiis utiles: utiles & stomachi inflationib⁹: torminibus: strangulatu uuluæ procidentibus: articulorū doloribus & a capite ī subiectas partes destillationibus: cunctisq; his cum melle tritæ pro eclegmate dantur. Decocto earū insidentibus menstruus ducitur sanguis: infantibus etiam imo uētri & pectini emplastri modo illitæ urinam cient: Dolores tamen capitis facit potū ultra q̄ deceat Meon.

INTERPRES.

P Eregrinum semper: quōdāq; rarū: nunc uero quod sciam nullum Italiæ Meon ē: nō quibus locis antiqua ætate nascebatur nunc etiam non nascatur: æterna n. plantarū genera uoluit natura esse: Sed mutatæ cum temporibus artium & doctrinarū rōnes multa q̄ in noua medicina diu neglecta sunt ignota penitus nobis tandem euaserunt. Ex quo fit ut quid possit in eo dici præter ea quæ a Plinio breuissime libro uigesimo capite. xxiii. dicuntur: q Meu id non Meon appellat qua uoce posteriores aliquot ēt usi sunt: & præter ea quæ Paulus Aegineta in sexto libro assignauit a Dios accæpta: calere s. in tertio: siccas uero in secundo ordine Mei radices esse: ideoq; urinā & menses ciere: sumptumq; maiore copia Meon capitis facere dolores. Variāt in figura & historia eius antiqui græcorum codices: In aliquibus enim legitur Aniso in aliquibus Anetho foliis similibus esse: Plinius Aniso similia dixit: nosq; in ambiguo ueluti alterius testis accessione quæ pluribus testimoniis cōfirmabatur Anisi lectionem magis ꝓbauimus: Cætera uero in quibus uariat a Dios. Plinius diligentioribus cēsenda relinquimus: nō enim utrobi in duobus scriptoribus certior ueritas & maior fides sit quærimus: sed Dioscoridem latinis reddentes qua possumus diligentia collatis græcorū codicibus si nō integrum minus corruptū tn̄ ꝓferre conamur: qđ

in hoc capite ut mox dicemus perq̃ difficile erit tam turpiter aliqua parte claudicat. Cur ãr Athamanticum diceretur Plinius eodem loco exposuit: nisi forte Athamanicũ subtracta t littera legẽdũ sit: docueritq; Dios. in Athamania nasci: Cuius regionis gentem auctore Bizãtio Stephano aliq Thessaliæ: aliq Illyrico assignant Nec refert in Macedonia nasci M[illegible]on dixisse Dioscoridem quãdo nõ lõge distent inter se Thessalia & Macedonia: mutatisq; a regibus sæpenumero earũ terminis altera in alterius appellatiõem aliqñ trãsierit. Suspitio tñ hæc magis q̃ decretũ sit. Illud certius docendũ: quæ nã Dios. στεγνά: & nos una appellatione adstricta renum uitia appellemus: omnia. s. illa quoq; impedimento urina aut difficulter: aut raris & per interualla temporis stillis aut nulla fluit siue in renibus siue in uessica ea sint: quorũ maior pars superiore capite numerata & descripta a nobis est Reliqua uero ut ex renum uitio cãm & originem habent: sic ex decretis in ea parte malis repetenda sunt Diximusq; nos adstricta Celsum imitati: qui primo libro adstrictas febres eas appellat: quæ nihil ex se remittunt. Quod genus libro diffinitionũ suarũ Galenus diffiniens ait. Adstrictam esse febrem quæ fluidæ cõtraria est: nihilq; ex se remittit: qualia sunt aluus: urina: sudor: pituita oris: & siqua alia huiuscemodi in hoie naturæ impetu pelli cõsueuerunt. Vox a fictilibus trãslata: in quibus græci στεγνά dicunt: quæ nec curta nec rimosa: aut uitio aliquo rara infusos hũores non remittunt sed retinent. Superest quod pauloante diximus in hoc capite claudicare: nec facile restitui posse tantopere uariant illic antiqui græcorũ codices Locus est ubi nos diximus strangulatu uuluæ pcidẽtibus mei radices pdesse: difficillimum: & quod mortis imaginem habet in ea parte malũ significantes: quod græci πνίγα ὑστερικὴν latini non uno nõĩe: sed alii pfocationes uuluæ: alii strangulatus: alii ab euentu eius mali obmutescentes strangulatu uuluæ fœminas dixerũt. Sũt enim in quibus strãgulationes hæ: in quibus præclusæ: in quibus pcidẽtes uuluæ: & in quibus eius partis dolores tantum legantur: tam difficili inter tot eiusdem partis mala iudicio ut inclinaret animus hiatũ relinquere hoc loco: quem post nos maiore iudicio & peritia aliquis expleret. Persuasit tñ quod legitur reddere maior testium numerus: & inter eos qui mihi omnium aliorum probatissimus est. Et si antiqua Dios. interpretatio: nec minus etiam Serapion ad dolores eius partis remedium hoc contraxerint. Quod totum legentibus liberum relinquimus.

στεγνόν

Adstricta renum uitia
ὑστερικὴ πνίξ

Strangulatus
pfocationes
uuluæ

DIOS. DE CYPERO Qui odoratus angulosus iuncus est. Cap. iiii.

Yperon. Sunt qui & hunc quemadmodum Aspalathum Erysiscepti ũ uocent, Romani iuncum simpliciter uel iunci radicem dicunt: Porri folia angulosus odoratus hic iuncus habet longiora tantum gracilioraq; Caulem cubitalem & aliquando maiorem: angulosum odorato tuo iunco: quem schœnum dicunt similem. In summo cuius cacumine minuta folia se proferunt: inter quæ semen est. Radices: quarum usus est oblongis oliuis similes habet: mutuo contactu sibi inuicem cohærentes: habet & rotundas aliqñ nigrasq; & cum amaritudine aliqua odoratas. Nascitur cultis aquosis locis. Probatur angulosi iunci radix: quæ maxime ponderosa: densa: crassa: non facile fragilis: aspera: & cum acrimonia aliqua odorata est. Talis Cilissa est. Syriaca itidem: & quæ ex Cycladibus insulis affertur. Calefacit angulosi iunci radix: aperit: urinam cit. Bibitur contra uessicæ calculos & cutem subeuntes aquas utiliter. Bibitur & contra scorpiõum ictus eadem utilitate. Refrigeratis præclusisq; uuluis calens imposita opitulatur mẽses trahens. Siccatur eadem & in farinam trita oris ulceribus quæ pascendo serpunt inspergitur. Malagmatis etiam quæ calefaciendo sint utiliter miscetur. Spissandis unguentis eadem accomodata est. Fertur & altera angulosi iunci radix in India nasci Zingiberi similis: quæ cõmanducata amarescit & lutheum croci colorem reddit & qua quãprimũ glabrescunt inunctæ corporis pilosæ partes omnes.

INTERPRES.

Vllibi similitudine nominum decæpti grauius q̃ in medicina peccamus: Interest enim uitæ & sanitatis humanæ: cuius seruatæ restitutæue fructu nihil omnibus dulcius: auctoribus uero nihil honestius: diligentius ideo in his agendũ: Vtq; in secernendo a gentilibus suis Cæsare non satis est Cæsarem ciere: sed oportet corporis eius notas indicare omnes: excelsam staturã: candorem: os paulo plenius: nigros oculos: caluitiumq;: Sic & ubi nomi-

Cyperus
Cypirus
Cyperis

num in græcis similitudo aliqua misceat genera declinationes:& quibus diuersis in eodem sono lit
teris quas multas græci habent tradita quondam ea fuerint apposite nouisse: Nisi.n. id fiat mani-
bus pro lucerna uti plerisq; oportebit: Nec poterunt hoc loco facile secerni Cyperus Cypirus:& in
fœminino genere Cyperis:quæ tria multa nominum similitudine generē:& ut a toto pars inter se
differunt. Cyperus siquidem de quo nunc agimus in iuncorum genere anguloso caule & odorata
radice est:a Celso libro.iii.capite xxi.quadratus iuncus:a Plinio.xxi.capite.xviii.triangularis pri-
mo mox angulosus dictus:graui inter graues auctores;modo uitium ex cõmentariis eorum absit
in angulis eius discordia:nisi angulosum Dios.eum dicens utriusq; historiam confirmasse & oẽm
inter eos ueluti litem diremisse uideatur. Cypirus aũt palustris planta est: gladiolus quondam a
cultellati folii figura ut credimus dictus multis locis laudatus:& in Aegypto si Plinio credim⁹ nul
lius odoris Cyperida postremo fœminino genere radicem Cyperi ueteres dixerunt:non oẽm:sed
eam quam hic oblongæ oliuæ similẽ præcipui in medicina usus laudauit:q una fuit causa ut po-
steriores medici Cyperin siue cyperida tm̃ nouerint. Sic.n. Paulus Aegineta multis locis appellat.
Quam uero Plinius eodem capite dixit per se Indicam herbam esse:quæ Cyperis uocetur Zingi
beris effigie:& cõmanducatam croci uim reddere diuersa a Dioscoride traditur:non enim cyperi
da sed Cypeꝝ dicit appellari:quæ in India nascatur Zingiberis effigie &c. Credimusq; nos ab utro
que idem dici:uarietatemq; uocum non aliunde esse q̃ ex ea quam diximus cã:quia.s.a potiore p-
te:& quæ sola usum habet tota quondam etiam dicta fuerit planta:quod a Romanis itidem factũ
est:qui iunci radicem cyperum dixerũt totam plantam & utiliorem eius partẽ simul signãtes:qua
appellatione usus Columella aliqñ est. Fuerunt præterea qui Cypeꝝ hunc Erysisceptrum nõ mi-
nus q̃ Aspalathum uocauerint:nulla a nobis deprehensa hactenus appellatiõis huius origine & cã:
qñ ut ex utriusq; historia patet nihil simile inter se habent cyperus & aspalathus:alter.n. in iuncoꝝ
genere uitilium modo lentus foliis porraceis:alter in fruticum ordine aculeatus & lignosus:in me
dicina autem & si pares habent aliquas uires & usus(uterq; enim spissandis unguentis utilis:uterq;
oris ulceribus medet:uterq; calet:urinam ciet:& croci lutheum colorem saporemq; reddit:) non
tñ in his quæ græci ἀντιβαλλόμενα dicunt:idest æqualia:& quæ nostræ ætatis medici quid ꝓ quo
dicunt sibi inuicem respondent:& æquales habere uires decernuntur. Cypero siquidem maior iu-
niperus & Aspalatho uiticis semen a Paulo Aegineta exæquatur. Quæ una uidebatur antiquis me-
dicis efficacior fore cã ut ex hac similitudine pariq; in uiribus potestate eadem appellatione utrun
que signarent Nihilominus ut in cunctis græcis legitur Erysisreptrus quæ propria peculiarisq; As-
palathi altera appellatio est;cyperus hic quondam dictus fuit: Nec tantum id Diosc. indicat;uerũ
Isychius in lexico suo:cum de cypero hoc ageret ait κύπειρος φυτὸν καὶ ἐρισίσκηπτρος. i cyperus plã
ta:quæ & Erysisceptrus:licetq; ut Aristoteles ait nomina ex pacto hominum inter se sint:ideoq; di-
uersis locis eiusdem rei diuersæ appellationes audiantur:potuerimq; ego reddita simpliciter hoc
loco Erysisceptri uoce q ita ueteribus placuerit cyperum etiam appellare nihil ultra legentes mo-
nere. Quia tñ iniquum & a consilio nostro alienum est inuidere aliis quodcũq; in nobis fuerit: qd-
que agenti & scribenti mihi hæc subito in mentem uenerit non tacebo:uagum.s. multisq; plãtis cõe
Erysisceptri nomen esse: Aspalatho siquidem:cypero:uerbenacæ:& plerisq; aliis adiectum inueni
tur:& ex quo per multas uagatur plantas oportere in eo cõmune aliquid intelligere quo se diuer-
sis conciliet rebus. Credimus autem nos id lentorem:& quod græci dicũt λυγιστόν.i.uiminis & tex
turæ facilem rationem esse:quam iuncorum genus omne habet:habet & uiridis uerbenacæ caulis:
Potest habere & Aspalathus qui licet frutex lignosus sit:tiliæ modo tamen potest lentore suo in re-
getes sportas corbes fiscellasq; texi & aliorum utilium modo innexus circumagi : in quos oẽs usus
cyperus quotidie trahitur:iunciq; alii omnes. Sumq; ad hanc suspitionem magis q̃ decretum eo in
ditio usus:q graeci.s.[illegible] calathum & [illegible].i.ionceam sportam dicunt:a qua uoce quæcũq; te
xendis his apta essent cõmuni appellatione Erysisceptri quondam dicta fortasse fuerunt Dicenda
posthac a nobis etiam quæ in græcis hoc capite uariant & desunt:& in utroq; genere unum tantum
legitur enim uarie in antiquis ubi hic ait succurrere scorpionum ictibus potam cyperum Sunt enĩ
in quibus non scorpionum &c. Sed uenenatorũ morsibus mederi eam legitur. Licetq; plures & me
liores id testarentur:& antiqua Dios. interpretatio id haberet. Nos tamen Paulum Aeginetã sequu
ti qui cyperide hac utitur contra scorpionis ictus antiqui scriptoris auctoritate freti illud malui-
mus:quemadmodum libro.vi.cum de uenenatis agetur copiosius & certius dicemus. Deest deĩde
in extrema capitis clausura quod nos diximus amarescere: πικρὸν enim post κροκώδες in meliori
bus sequitur:uideturq; Dios. duo simul dicere lutheum croci colorem & amaritudinem cõmãdu
catam ex India cyperidem reddere:quod Plinius innuere etiam uidetur dicens croci uim redde-
re. Anceps etiam ex diuersa in antiquis græcis lectione locus illic est;ubi Diosco. oris ulceribus me-
deri cyperida ait:nec facile est censere:an per se oris ulceribus quæ pascendo serpunt:an oris ulce-
ribus:& præter hæc his etiam quæ pascendo serpunt remedio eam dicat esse. Sunt enim in quibus
intercedat copula:& in quibus nulla ea sit:nos quia utrunq; id malũ fieri põt utrunq; etiam reddi-
dimus. Quæ autem oris ulcera hæc sint:& quæ itidem pascendo serpunt cum primum sigillatim
ea se offerent certius a nobis dicentur.

DIOS. DE Cardamomo. Cap. y.

c Ardamomon. Romani pariter græcis Cardamomum dicunt. Probatissimum ex Comagene: Armenia: & Bosporo Cardamomũ affert. Nascitur pterea in India & Arabia. Eligito quod frangenti contumax repugnet: quod plenũ: pclusumq; sit. Quod. n. tale non erit uetustate exoleuit & bonitatem amisit: Quod odore item sensum tentet: gustu acre & subamarum sit. Calefacit Cardamomũ: facit ad comitiales cum aqua potũ: facit & ad tussim: coxendices: resoluta: rupta: conuulsa: & tormina. Pellit idem latos uentris lumbricos & cum uino potum renum cum urinæ malo aliquo doloribus quos nephritim græci dicunt. Vrinæ angustiis: scorpionũ morsibus: cunctisq; aliis quæ ictu aut morsu uenenum relinquunt opitulatur. Calculos præterea disiicit cum lauri radicis cortice potum drachmæ pondere. Fœtus in utero suffitu enecat. Scabies pellit ex aceto inunctum: unguentorum spissamentis præterea utiliter miscetur.

INTERPRES.

f Also ut a Crispo quotidie audimus quæritur de natura sua genus humanum: accusamusq; eam omnes immerito mitem & liberalem alioquin uniuerso animãtium generi mitem: nouercam nobis appellantes. Quæ totum a principio hominem continua beneficii sui in cunctis eius partibus & æqua dispensatione ad integram ætatem senectutemq; nisi aliquid obstiterit perductum non prius cõuellit aut soluit: q̃ futuræ paulopost ruinæ ueluti in uetusto pariete: & qui infirmo fundamento stet rimas & spiracula aliqua præmonstrarit: Tamq; in hoc officii genere nobiscum benigne egit ut necessariæ tandem mortis plures quotidianasq; in sopore: comitialibus strangulatu uuluæ obmutescentibus: totq; aliis animæ defectibus imagines & spectacula nobis pposuerit: quasi his omnes moneret: siquãdo maior impetus & durior mali uis se insinuarit: quod futurum omnino est: periturum soluendumq; statim hominis compositum: qui solidiore iunctura: & firmiore nexu ad eam diem compactus contra tot mortis præludia uictor aliquando pugnauerit. Ideoq; de æternitate omnibus cogitandum: obseruandaq; deinceps tota uita aduenientis & ppinqui iam extremi illius mali tam multa in toto & in partibus corporis nostri præludia & notas: diuersa. s. uitia & innumeras labes: quibus mõ uniuersum corpus: modo aliquæ eius partes grauissime tentantur. Obseruationeq; hac cautiore ad sanitatem dum licet diæta in dies utitur futuræq; tandem liberioris uitæ grata a deo bonaq; spe ex naturæ iniuriis auspicia excipere. Nec aliter q̃ a iudice lege hac damnatus aliquis: ut carceris uinculorumq; suorum finem non prius exoraturus sit: q̃ attritis longo imbre regulis: fulminibusq; disiecto pariete & terremotu conuulso omni carcere hilarem libertatem suam expectare: Quam ut liceat omnibus certius sperare: simulq; ne ex græcarum uocum significationibus pereat in latinis ignoretur ue aliquid: non pigebit quid nobis coxendix & resoluta hoc capite: deincepsq; omnibus aliis significent breuiter dicere: non q a peritioribus medicis ignota hæc sint: sed ut latinis his uocibus legitime nos usi eẽ uideamur: obiterq; de sacro osse quid nobis inuentum sit: ostendamus: presertim cum. M. Cato in cõmentariis suis de re rustica latinus homo græca appellatione Ischiadicos dixerit: & participium illud resoluta quo usi sumus: latissime pateat. Eritq; principium nobis a coxendice: idest ab eo malo & dolore qui fit in ossis eius iunctura & articulo: quod græci ἰσχίον dicunt a Galeno in ossium partitione & censu his uerbis descriptum: Coxendices quæ ille ἰσχία uocat: ossa duo sunt in posteriore hominis parte sacro ossi: in anteriore autem sibi inuicem insitionis modo adiacentia: quo loco in anteriore. s. parte pubis ossa hæc etiam dicuntur. Dico autem insitionis modo quod ille κατὰ σύμφυσιν ait: qui modus iungendi simul ossa tertius in natura ab eo numeratur. Siquidem a principio statim commentarioli illius duplicem ait in animalibus esse ossium posituram: alteram ad motum appellariq; articulos: alteram contra motu carentem: appellariq; συνάρθρωσιν nos dicere possumus inarticulos concretionem: huiusq; triplicem esse formam: aut. n. sutura est ut in capite: aut clauorum modo defixio ut in ore sunt dentes: aut σύμφυσις quasi consertio uel insitio quædã qua cætera ossa simul iungunt. Sacrum uero os cui a posteriore parte iungi coxendicem Galenus ait (ut obiter hoc ẽt dicamus) grandius omnibus aliis in ea parte ossibus est: ideoq; ἱερὸν idest sacrum a græcis appellatũ. Docuitq; Plutarchus in eo libello cui titulus est utrobi in terrestribus. s. an aquatilibus brutis maior prudentia sit ἱερὸν: quod deinde græcis sacrum significauit: antiquioribus grande significasse: eaq; uocis huius æstimatiõe sacrum piscem ab Homero: sacrum os hoc in antiqua medicina & anathome: & ab omnibus comitialem morbum sacrum q grandia essent appellata fuisse: esseq; in po

Coxendix
Resoluta

ἰσχίον

ἱερὸν ὀστοῦν

steriore non in anteriore hominẽ sacrum os hoc:ut ex iunioribus aliqui crediderunt manifeste ne-
cessarioq; indicauit ultimo secundi libri capite Paulus Aegineta. Capitis titulus est. Curatio exulce
rationis in sacro osse factæ: exulcerationis uero descriptio hæc. Febribus presertimq; diutinis hoc
malum ideo accedit quod longo tempore ægrotus iacuit. Nullus aũt diutissime consueuit aut po
tuit prius iacere; Necesse itaq; est in posteriore homine sacrum os esse: qm̃ in ea parte cũ diu iacuit
ægrotus desquamatio & exulceratio quotidie fit; Pollux præterea quo capite in secundo onoma-
stici sui uolumine de costis: Sacro osse: natibus & iis quæ circa has partes sũt egit. De sacro osse hæc

Sacrum os

docuit: qua parte aũt uertebræ finiunt; Sacrum os appellatur: incipitq; sub spina in latitudinem se
porrigens: minuitur aũt & angustius fit ad orrhopygium descendens. Vocant aũt græci orrhopygi
um ultimam in animalibus renum partem. Quæ sedi superueniens anum ex superiore parte inte-

Orrophygiũ

git in auibus manifestior q̃ in homine. Non habet hæc pars latinam appellationẽ. Meminit eius in
epigrãmate suo Martialis dicens: Et anatis habens orrhopygium matre; facile itaq; ex iis erit in po-
steriore non in anteriore homine sacrũ os posthac cõstituere. Nec p re in græcis alioquin notissima
decertandum grauiter a medicinæ professoribus ultra erit. Et ut ad coxendices reuertamur usita-
rum quotidianumq; malum & grauissimus dolor est; qui a iunctura eius ossis oriatur: græci ἀπὸ
τοῦ ἰσχίου .i. a coxendice substantiua forma ἰσχιάδα dixerunt; latini quibus non licet esse tã diser-
tis; presertimq; Plinius una coxendicis appellatione & locum & dolorem aliqñ dixerunt: quos nos
etiam imitati simplici ea uoce in hoc malo usi aliqñ sumus locum & dolorem simul signantes: Fa-
ctumq; id sine dubitationis periculo est: siquidem quotidiano hoc malo ea pars tentatur: & nos in
nullo alio ea uoce posthac uti decreuimus. Meminit coxẽdicũ & quæ partes essent docuit. M. Var-
ro libro primo de re rustica: boues desiderans lato corpore & crassis coxẽdicibus: nec minus etiam
M Cato in eodem opere & studio luxatas animalium coxendices excantare docẽs: Omnium uero

Suetonius de Coxendice in Augusto

apertissime in Augusto Suetonius coxendice & fœmore & crure sinistro non perinde ualuisse Cæ
sarem dicens & sæpe inde etiam claudicasse: doloris maliq; huius omnes euẽtus breuissime descri
bens. Siquidem Galenus in diffinitionibus primum mox in Isagoge sua coxendicem hanc his uer-
bis diffiniuit. Longus diutinusq; coxendicis dolor est nec facile soluitur per interualla temporis
repetens; a coxendice ad fœmora poplites: suras: & imos pertinẽs talos: quæ omnia in Augusto Sue
tonius numerat: nec alio aduerbium illud sæpe pertinet q̃ ad interualla & circuitus temporũ qui-
bus id malum repetit Idem Galeno de coxendice Paulus Aegineta postea tradidit a natibus & in-
guinibus usq; ad genua & in pluribus usq; ad extremos pedes pertinere dicẽs Nec ab articulari do
lore quem græci ἀρθρῖτιδα uocant differre: nisi q in coxendice crassus pituitosusq; humor in sola

Articularis dolor ἀρθρῖτις

eius ossis uersura & articulo concretus moratur. Hoc malum q podagræ modo in ossis iũctura fit
corrupta græca uoce pro ischiada sciaticam podagram nostræ ætatis uulgus appellat. Reliquũ est
ut de resolutis dicamus: quæ græci sua uoce παραλύσεις dicunt; & nos eius gentis imitatione & ue-

Resoluta

terum auctoritatem sequuti sic appellauimus: graue ut docuerunt ueteres ex principio & cã malũ
quodq; in fungendis uitæ laboribus & operibus cunctis magno impedimento nobis sit: nec patiatur
nos eius partis quæ resoluta sit fructum & usum aliquem liberum sentire. Diffiniensq; id Galenus
malum esse ait quod hominis ex electione motum impedit in aliquot una ue aliqua corporis par-
te factum: læsisq; neruis & musculis in ea parte fieri. Aegineta hoc amplius & certius tradidit. Cum
læsum fuerit cõmune omnium neruoꝝ principium: & ex eo sensum simul & motũ amiserint om-
nes corporis partes malum fieri dicens: quod græci apoplexiam uocant. Celsus eo correptos attoni
tos dicit: ex quo noxam simul etiam contrahunt potiores animæ nostræ operationes. Si uero in alte

Apoplexia

ram hominis partem dextram uerbi causa aut sinistrã offensionis eius uis se insinuarit ἡμιπληγία
quasi diminuta: & si malis hoc dicere dimidiata apoplexia tũc fit q̃ παράλυσις .i. resolutio quondã
dicta est. Quod si etiam in alterius eius partis partem aliquam uerbi causa brachium manum pe-

ἀποπληκτόν

dem ue eadem ingruat uis eius tantum partis resolutio dicetur. Quondam apoplexiæ appellatio-
ne cuncta hæc mala dicebantur. Crusque hominis Hippocrates aliquando apoplecton pro eo qđ
erat resolutum dixit posteriores apoplexiæ nomen in maiore & priore illo malo seruarunt in cæte
ris παραλύσει .i. resolutionis uoce usi sunt: nosq; ob eam causam utrunq; genus excepto priore illo
complexi; quod Dios. παράλυσιν ait resoluta diximus.

DIOS. DE Nardo. Cap. yi.

n

Ardon. Romani paritet grecis nardum dicũt: Nardi genera duo sunt.
uocatutque Indica altera: Syriaca altera: haud sane quia in Syria &
India prouenianc. sed q montis in quo Nardus nascitur altera pars Sy
riam: altera Indiã spectat. Habetq; in Syriaca nardo primum bonitatis
honorem: quæ recens: nõ ponderosa: comosa: colore ruffo: odoratissimaq; est: & q̃
una cũ angulosi odorati iunci odore. breui spica: & amaro sapore sit. Quæ iridem
linguam

linguã exiccet odoris suauitate diu permanente. In Indica Gangitis altera dicitur: a Gange flumine inuenta appellatione: qui ad radices montis in quo nardus nascitur fluit. Ignauior & minore efficacia q aquosis locis prouenit nardus hæc est: numerosas & ex una eademq; radice prodeũtes spicas ex se mittit easdẽq; comosas implicitasq; & odore uiroso. Quæ contra in hoc censu longius a flumine in mõte nascitur maiore bonitate odoris torosior eq; spica est: & angulosum odoratum iũcum odore suo refert. Habet præterea cunctas bonitatis notas quas Syriaca paulo ante descripta habere dicta ẽ: uocatur & nardus alia quædam admodum breui & decurtato frutice Samphatitice a regione dicta quæ grandi spica est: colore candido: mediumq; caulem aliquãdo ex se mittit odore supra modum hircino quæ in omni usu reprobanda est. Venditur diluta aqua nardus aliquando. Verũ cãdore squaloreq; spicarum & amissa lanugine sua deprehẽditur. Adulteratur eadẽ insperso iniectoq; illi spiritu oris cum aqua aut palmeo uino: ut densetur & põderosior fiat stibio: Auferendæ in usu eius primum radices: tum cribro excutiendus secernendusq; puluis est qui etiam seruabitur lauandis manibus utilis. Habent Nardi omnes calefaciẽdi uim: siccant & urinam cient: Ideoq; potæ aluum: appositæ uero muliebrium locorũ fluctiones sistunt. Compescunt præterea sanies quos ichoras dicunt: & nauseis cũ frigida aqua potę succurrũt. Prosunt & stomachi erosionibus quas græci Cardiogmos dicunt. Inflationibus iidem: Iocinorosis: suffusis felle: & renum cũ urinæ malo aliquo dolori quem nephritim uocant. Coquuntur eędem in aqua: decoctoque illo insidentibus uuluæ inflammationes sanantur. Faciunt præter hæc ad palpebrarum in oculis cum destillatione defluuia & tumores adstringẽtes earum pilos & explentes: Quinetiam humescentibus corporibus siccæ & in puluerẽ tritæ utiliter inspergunter: Miscentur & Antidotis seruanturq; ad oculorum medicinam in nouo non picato fictili tritæ: & ex uino in pastillos conformatæ.

INTERPRES.

St genti nostræ prouerbium fœliciter homini quotidie occidere solem: nec inertẽ existimandum cui matutino aliquid incipienti ad uesperã bene id solum factum & absolutum fuerit: Solentq; sapientes nõ q̃tum sed q̃ bene actũ a nobis aliquid sit in laude & honore habere. Eorum rationem ego etiam secutus hoc capite cum dixero qd uideat desse & ubi in eo uarient antiqui græcorũ codices quæ paociora erunt: de erosionibus illis stomachi quas Cardiogmos a græcis uocari diximus longius agemus: Credimus itaq; in ipsis foribus statim perisse huic capiti alterã regionẽ: Indiã. s. siquidem incipiens hoc caput Dios. dupli cem esse nardum ait uocariq; indicam alteram: alteram uero Syriacam: subiecitq; statim non iõ Syriacam dici quia in Syria nascatur: Sed q montis in quo nardus nascitur altera pars Indiã altera Syriam spectat: Exigebatq; rei & dictionis sequax necessitas ut quemadmodum dixerat non ideo Syriacam &c. Sic ẽt de Indica aliquid diceretur: nec aliud dici posse uidebat ob ea quæ statim sequũtur q̃ quod de Syriaca dictum fuerat non ideo. s. indicam dici quia in India nascatur: sed q &c. Quam ob causam nos Indicam illic ẽt reddidimus & si in nullo græcorũ inuentum id a nobis fuerit. Desiderari eodem hoc loco ẽt potest montis nomen & situs: i quo nardus nasci dicitur siue in India siue alibi is esset: & si ob ea quæ Plinius libro. xii. retulit & hic paulopost de Gãge dixit Indiæ nardi natales assignandi sint. Leuiora tñ hæc sunt Illud in medio capite grauius: in quo non diuersa tantum sed contraria penitus omnia leguntur. In pluribus siquidem sed minus probatis legitur Auferendum in usu nardi siquid luti radicibus eius hæserit: tum cribro excutiendus puluis &c. In paucioribus aũt uerũ probatioris fidei ut nos reddidimus: Auferendæ. s. in usu eius primum radices &c. Videturq; prior illa lectio nardi radicibus ad medicinã uti: ex quo in eũ usum purgari eas iubet: idq; Paulus Aegineta libro. vi. etiam confirmat. fuisseq; hanc Serapionis ætate huius loci lectionẽ interpretatio eius adhuc licet incertis & obscuris uestigiis indicat. Omnem contra nardi radicũ usum altera illa damnat præcipitq; tanq̃ inutiles a reliqua nardi materia separandas abiiciendasq; esse: quæ nobis magis recipienda & in ambiguo potior uisa est: non tã q probatissimæ mihi fidei inter alios codex id habet: q̃ quia hic ad nullius mali medicinã radicibus nardi utit: & q superuacaneum erat monere hoc loco iterum: quod in procemio cõmuniter præceptũ a se fuerat: Cum. n. illic de radicibus ageret dixit lutuosas radices aqua prius lauandas sicq; seruãdas esse: nec

refert quod sequitur statim: & cribro excutiendus puluis: puluerem.n. (ut nos opinamur) hic in-
telligit eum: qui spicis: earumq; lanugini uento pedibus ue animalium in aere sublatus inhæserit:
qui qm̃ inutilis est: excuti ante usum in medicina debet: nec minus q̃ contagio nardi odorẽ contra-
xerit ad uitæ delitias seruari: quas tanti pleriq; faciunt: ut hunc solum pretiosissimorum naturæ bo-
norum fructũ & usum sibi esse uoluerint: cũ tñ ea uitæ salutiq; nostræ primũ & ex pfesso consulens
uoluptatibus & delitiis nostris accedere sua bona aliqñ patiatur: quod in Nardo deprehendere fa-
cile est: in qua odoris præcipua bonitate: spica: folia: & radices cõmendantur: & in sanãdis toto cor-
pore hoium malis: egregia multiplexq; uis & potestas inuenta iampridẽ & pbata fuerit: sed nulla
nobis utilior ob quotidianos stomachi cruciatus ea qua hic ait stomachi erosiõibus quas græci car-
diogmos dicunt mederi. In quibus ab antiqua græcæ uocis æstimatione καρδία .f. incipiendũ est: ni-
si enim intelligatur quid ea quondam significauerit: graui medicinæ periculo: multaq; partiũ cor-
poris nostri incertitudine tota miscebitur res: fietq; ut credentes καρδίαν cor omnium extorum p-
stantissimum: ut cõis & recepta iampridem eius uocis æstimatio est: significare: quæ stomacho re-
media debentur cordi reddantur: & dum curatur quod uitio caret: totum pereat: quod remedio
& ope indigebat. Sciendum itaq; illud est: quam græci ex multo tempore καρδίαν .i. cor dicunt: an-
tiquissimis in ea gente Peloponesiaciq; belli tempore quo Hippocrates medicinam suam cõmenta-
tus est: non cor: sed uentriculuto & hostium stomachi significasse: eaq; uoce intellexisse antiquissi-
mos græcos stomachum & eius hostiũ tñ non cor aliud penitus ab eo. Testis significationis eius Hip-
pocrates est grauis auctor: & qui p oraculo in his merito habendus sit pluribus locis ea uoce p sto-
macho usus: testis Thucydides maximus græcæ historiæ scriptor: qui secũdo Peloponesiaci belli
libro: cũ pestilentem morbum: quo tota Attica pene exhausta est: describeret inter alias eius mor-
bi notas uomitiones fieri cũ dicebat: suntq; eius hæc uerba. Nec multo post descendebat dolor i pe-
ctus: excitabaturq; tussis. Et cum ἐς τὴν καρδίαν non in corde: sed in stomacho hæsisset: eam subuer-
rebat: sequebãturq; bilis uomitiones quotquot a medicis suis nominibus dictæ sunt: quod totũ ad
stomachum pertinet: nec nisi in stomacho fieri poterat. Qui.n. ad uomitiones cor subuerti potest?
Nec aliud Thucydidi significare eam uocem aperte testatur Gregorius Nyssenus antiqssimus epi-
scopus Christianus quarto sui operis libro: capite quo de timore agit: cuius hæc uerba sunt. Con-
sueta enim appellatione ueteres cor & os uentris uocant: sicut Hippocrates & Thucydides in pesti-
lentiæ libro scribens &c. pauloq; post. Quod enim euertebatur: os uentris erat. Qui aũt id opus in-
terpretatus est κοιλίαν: qui superior uentriculus & stomachus est: male uentrem dixit æquiuoca in
græcis τῆς κοιλίας appellatione deceptus. Omium aũt apertissime idem pluribus locis testatus Gale-
nus est libro primũ diffinitionũ suarum: cum de Cardiaco morbo ageret: cuius ἀπὸ τῆς καρδίας facta
appellatio est: quẽ fieri dixit in uentriculi hostio & stomacho cũ imodicis sudoribus &c. pauloq;
post addidit existimasse quosdam in corde malum id fieri. Iterumq; in Isagoge sua cũ de eodem
malo ageret: his uerbis illud descripsit Cardiaca uero dispositio non quia in corde id malum fit:
sic appellata est. Sed qm̃ antiqui καρδίαν stomachum appellabant: fieriq; in ea parte testis itidẽ Cel-
sus est: qui libro tertio ait: nil aliud cardiacũ morbũ esse q̃ nimiam corporis ibecillitatem: qđ sto-
macho languente cũ immodico sudore digeritur. Poterat & aliis testibus tota hæc res confirmari.
Sed nos satis fore hæc credimus ut constituatur: nõ ideo Cardiogmos Cardiacũq; malũ græcis di-
ci: q; in corde: sed q; in superiore uentriculo: qui stomachus nunc passim appellatur: eiusq; hostio
fiant. Quod si iuniores aliquot: qui audacius antiquos græcorum scriptores interpretati sunt: diligen-
tius quæsissent: non adeo turpi grauiq; lapsu aliqñ cecidissent. Nec qui Thucydidem interptatus ẽ
p stomacho præcordia reddidisset. Nec qui in Gallia Basiliensis Copus primũ Pauli Aeginetæ li-
brum latinũ fecit: capite quo auctor ille de his quæ in fœtura prægnantibus accidũt docet: p ero-
sionibus his stomachi cordis dolores tam absurdo sensu ptulisset. Quid.n. gerentibus uterum cũ
corde? aut quid cordi in fœtura hois? Quæ læditũ in prægnantibus: multipliciq; afficitur malo: p-
sertim intra tertium fœturæ mensem pars stomachus est. Non miscuisset tandem qui nouissime
in eadem Gallia hoc idem opus interpretatus est Cardiacis Cardiogmos: cum in altero malo ero-
siões: in altero langor imbecillitasq; partis eius cum immodico sudore fit. Late patet erosionũ hoc
nomen: & in magno ambitu morborum est. Fiunt enim in prægnantibus: fiunt in uirginibus: fiũt &
in plerisq; aliis morbis eousq; ut qui in fame sentiunt pruritus magis q̃ erosiones in stomacho Car-
diogmi etiam dicant: & καρδιώττειν uerbum famescere aliqñ significet. Decreueram ut hanc partẽ
incipiens pollicitus sum desinere hoc loco: sed retinent me palpebrarum cũ destillatione defluuia &
tumores illi: cupiuntq; & petunt hoc loco enarrari: quasi obliuiscenda nobis aut negligẽda posthac
sint: nisi hoc loco curentur: tam rarum in scriptore hoc malum id est. Nosq; id æquo animo patimur
nõ tam in oculorum grãm: qui totius humani corporis preciosissima pars sunt: & ut Plinius ait lucis
usu uitam a morte distingunt: q̃ ut hac parte oneris nostri: & si exigua leuati: expeditiores ad reliq̃
eius partis mala: quæ numerosa sunt: festinemus. Primumq; περὶ τῆς μυδήσεως dicẽdum: quæ uox
(ut Galenus ait) cõmunis est omnibus his: quæ putrescentia pereunt & defluunt. Siquidem uerbũ
μυδᾶν ut ueteres græcorum grãmatici docẽt: σήπεσθαι quod putrescere & διυγραίνεσθαι quod hume-
scere destillareq; est significat: nec competit id uerbum nisi his quæ putrefacta liquescunt & stil-
lant

καρδία
καρδιακὴ
νόσος
καρδιωγμὸς

καρδιώττειν

Palpebrarũ cum destillatione defluuia & tumores

μύδησις βλεφάρων

ſant ideoq; huic oculoꝝ malo ex re aſſignatum. Quod in Iſagoge ſua inter alias oculoꝝ labes Galenus his uerbis magis deſcripſit q̃ diffiniuit; cõmunis uox μύδησις eſt omnibus quæ putreſcẽtia pereunt; fit aũt hoc & in palpebris quæ tumidiores hoc malo fiunt continueq; deſtillant; copioſo circa eas concreſcente adipe. Quam deſcriptionem nos etiam ſecuti palpebrarum cum deſtillatione defluuia & tumores diximus.

μύδησις

DIOS. DE Nardo Gallica. Cap. vii.

c

Elticam. Romani Gallicam nardũ dicunt. Naſcitur Gallica nardus in liguriæ alpibus ab incolis gentis ſuæ uocabulo Gallica appellata. Naſcitur & in Iſtria breuis & exiguus frutex: qui una cum radicibus carpitur & in manuales faſciculos ligatur. Folia habet oblõga: colore ſubflauo lutæum uero florẽ. Caulium tñ radicũq; uſus eſt ſolæ enim hæ partes odoris bonitate cõmendantur. Ideoq; oportet per diẽ ante inſperſos aqua faſciculos & amoto ſiquid terreni inhæſerit: in humido pauimẽto ſubiecta charta ſternere: tum ſequẽti die purgare: hac.n. rõne aucta ex humore firmitate tenaciq; materiæ lentore: nõ peribit dũ tractabitur in purgãdo una cũ inutilibus cremiis paleiſq; & alieno omni qđ utile ẽ. Adulteratur euulſa primũ mox repoſita ſimul cõſimili herba quam ob odoris uirus Hirculũ uocant: facile tñ deprehenditur. Sine caule ſiquidẽ cãdidiorq; ẽ: minus oblongis foliis frondet: nec amara: nec aromatũ mõ odorata radice eſt q̃ oĩa habet uera gallica nardus. Sepoſitis igitur ad uſum caulibus radicibuſq;: folia abiicito. Et ſi ſeruare eam uolueris uino tritam excipito: conformatamq; in paſtillos in nouo picato fictili diligenter operculatam reponito. Probatiſſima eſt nardus gallica quæ recens: odorata: multiradix: non facile fragilis: & plena erit. Poteſt Gallica quæcunq; Syriaca nardus: Maiore tñ ui ad ciendam urinã & ſtomacho magis accomodata hæc eſt: Prodeſt iocinoris inflãmationibus: ſuffuſis felle: & ſtomachi inflationibus cum decocto Abſinthii pota. Prodeſt eodẽ modo & lieni: Renũ ueſicęq; uitiis: & cum uino cõtra ea quæ ictu morſu ue uenenum relinquunt. Miſcetur præterea malagmatis: potionibus: & unguentis quæ calefaciendo ſunt.

INTERPRES.

q

Væ Indicã & Syriacam nardum ſequuntur Celtica & mõtana Nardus: Aſaron: Phu: & Malobathrũ ſui generis herbæ: ſola odoris ſimilitudine in cognitionem cenſum & nomen Nardi uenerunt: quod ex ꝓpria ſingulatũ hiſtoria & ex his quæ in Malobathro mox dicentur. colligere omnibus facile eſt. Nec refert quod hic ait poſſe celticam nardum quæcunq; ſyriaca poteſt. Ex notis.n. quæ ſingulis paucioribus ue in eodẽ: aut non diſſimili genere ꝓpriæ: magis q̃ ex uiribus quæ pluribus & in diuerſis generibus cõmunes ſunt: ſimilitudinis cognationiſq; plantarũ ratio accipienda eſt; qua obſeruatione nos uſi non uidemus cur Gallica nardus imperato ex ſimilitudine alieno nomine Saliunca dici & illi eadẽ haberi poſſit: Cum ex Dioſcoridis hiſtoria nardus hæc foliis oblongis ſit: Luteo colore floreat: & in caules erigatur: Saliũca ſi Plinio credimus folioſa quidem ſit: ſed tã breuis ut necti in coronas nõ poſſit: herba uerius q̃ flos & ſui generis ceſpes: illa in liguriæ alpibus: hæc in noricis & pãnonia naſcat̃. Quod cõtemplatus Maro ẽt in bucolicis ſuis in cõparatione carminis duoꝝ paſtoꝝ tñ alteri cedere alterum dicebat: quantũ Puniceis humilis cedit Saliunca roſetis: nihil aliud ut uidetur deſcribẽs q̃ Saliuncæ breuitatẽ; & folioſum ceſpitẽ: quæ roſetis comparata longo interuallo eis cederet. Ex eo factum eſt ut ſæpe alias demiratus ego ſim eos qui Pliniũ in hoc tam grauiter accuſent obiiciátq; homini: ut nos etiã concedimus nõ ſemper diligenti & oculato in his quæ ſcribebat: Saliuncæ ignorantiã: quam Maro nouerit: & quã ipſe dicebat tantæ ſuauitatis eſſe: ut metallum & uectigal ẽẽ incœpiſſet: ex quibus non facile erat decipi: tam multæ erant utriuſq; diuerſæ & contrariæ notæ: tamq; ut erant coꝝ tempoꝝ fortuna & mores: quotidianus uſus. Omnem ut uidetur doctiſſimoꝝ noſtra ætate uiroꝝ ꝓ Saliunca & Gallica nardo diſcæptationẽ excitauit una Dioſ. in hoc capite uox: q̃ nec una nec eadẽ in antiqs græcis eſt. Sed in aliqbus Saliũca: in aliqbus aliũca: in pleriſq; ẽt geminato.l. alliũca legitur: Ex q̃ tã multiplici lectione oborta nobis ſuſpitio ẽ uitiũ in ea uoce ẽẽ ut plerũq; fit in his q̃ latina a græcis & a latinis græca ĩperitis alterius linguæ librariis ſcribũt: nec Saliũcã illic legẽdũ ẽẽ: uerũ ex quo ſunt in qbus duplex.l. eſt; & in oĩbus totã dictionẽ finit .ca. ſyllaba: Gallica ꝑ

Saliunca legi posse: ut sit sententia nasci in Alpibus Lyguriæ Celticam Nardum: & ab incolis regionis suæ uocabulo Gallicam appellari: Suspitionemq; & coniecturã hanc nostram confirmauit qđ est illic aduerbiũ ἐπιχωρίως manifesta in græcis significatione: quasi latine dicas regionis modo & nomine. Quod totum nos reddidimus ab incolis gentis suæ nomine appellata. Nec aliud est quod certum & ꝓ cõperto nobis de ea dici possit: & si ut eius oculati testes aliis essemus diu laboratũ fuerit: & ꝙ in uicino liguria erat consulti ciues & herbarii genuates aliquot: qui omnes pro Celtica nardo hac quã quærimus spicati floris colore inter purpureũ & ceruleũ herbã nobis ꝓtulerũt: ubiq; in hortis nostris nascentẽ ab illis & a nobis Lauendulã dictã: indito a Genuatibus illi ut credim⁹ nomine: qm̃ magnũ genti illi uectigal herba hæc sit in Africam quotannis eã ferentibus mercatorib⁹: ubi lauandis fouendisq; corporibus in balneis lybes ea utuntur: nec nisi decocto eius abluti domo mane egrediuntur: Iidem simul nascentem coniunctãq; illi uirosi & hircini odoris cõsimilem herbam nullã se nouisse retulerunt. Quo fit ut peritioribus censendũ relinquamus an Celtica Diosco. Nardus ea sit: quã Genuates Celticã spicã & Lauendulã dicunt. Nobis nõ uidentur alteri alteri⁹ respondere notæ. Dios. suã luteo flore describit: Genuates contra suã colore inter purpureũ & cœruleum ostendũt: Dios. nullã suæ spicã assignat quod relinquendũ nõ fuerat: Genuates spicatã suam ꝓferunt. Et ut pauloante dicebamus nõ aliunde q̃ ex odoris similitudine Nardi nomen inuenisse hæc uidetur: odorisq; bonitate radices tantũ & caules cõmendari ut hic ipse ait: Genuatem contra illam spicã flore ꝑcipue odorato esse. Ob quas sane causas inclinat aĩus ut suspicemur proprii generis herbã gallicã hanc Nardũ esse. Superest adhuc qđ in extremo capite uariat in antiquis græcis illic. s. ubi Dios. ait ꝓdesse & lieni Gallicam nardũ. In quoꝝ aliquibus legitur non prodesse simpliciter: sed minuere lienẽ ut nõ tm̃ cui parti: ueꝝ in quo eius partis malo ẽt mederet̃ intelligeremus.

DIOS. DE Montana nardo. Cap. viii.

m Ontanã uero Nardũ quæ quibusdam Thylacitis & Niris dicta est Cilicia gignit & syria: Ramulos foliaq; Eryngio similia habet: minora tamẽ nec Eryngii modo aspera & aculeata: Radices illi duæ sunt & aliquando plures nigræ odorataq; Asphodelo similes: uerum multo q̃ Asphodelus graciliores tenuioresq;. Non caulem non florem non semen fert. facit ad eadẽ oĩa: ad quæ & Nardus gallica.

INTERPRES.

c Ontra q̃ in Tydeo fieri Setinus poeta cecinit in montana Nardo nobis fit. Ille fortissimi uiri in exiguo corpore maiorem regnare uirtutem dixit: Nobis i exiguo hoc capite plura obstrepunt uitia: quæ a nobis more nostro indicabuntur cum dixerimus cur Thylacitis quasi saccolaris montana hæc Nardus quõdam appellaretur. θύλακα θύλακους; masculino: nec minus θυλάκιον neutro genere græci ex animalium corio factum sacculum: peram & utrẽ dicunt: Ab his nominibus adiectiua forma θυλακῖτις uox facta est qua ueteres Nardum hanc dicebant ꝓpterea ꝙ ex Cilicia: Syriaq; a mercatoribus in græciã sacculis his clausa uenalis afferretur: eratq; id nomen quasi nota gentis: & a gente bonitatis in hac herba. Indicant id meliora græcoꝝ lexica in quibus uox θυλακοφόροι exponitur θυλάκοις περιφέροντες τὰ ἀρώματα: quod est ex corio sacculis circũferentes aromata. Quod primum deinde obstrepit nobis uitiũ id est in quo Dios. in græcis codicibus turpiter a seipso dissidet. Primo siquidẽ ait folia caulesq; Eryngio similes habere: mox nõ ꝓcul a fine nec caulẽ nec florẽ nec semen ferre: graui tñ uitiũ in altera parte fit tãti scriptoris negligentia aut obliuione: A quibus tñ longe absuisse uerisimile est hominẽ qui diligẽter hanc naturæ partẽ tractauerit: & qui in ea tãtopere a ueteribus laudatus fuerit. Quod nocuisse huic capiti credimus reꝝ uocũq; similitudo & uicinitas est: Habent siquidẽ græci κλῶνας κλάδους & καυλοὺς: quibus diuersas in plantis germinationes ostendant: ut aliqñ certius nos ẽt docebimus: factuq; facile fuit ut in priore illa parte in qua nunc legitur καυλοὺς. i. caules: non id sed κλάδους aut κλῶνας quondam legeretur: & a parũ perito diligentiq; homine altera ꝓ altera uox accæpta fuerit. Ideoq; nos ramulos illic reddidimus: nã in posteriore illo caules necessario reddendi erant. In pluribus siquidem naturæ ordo hic est ut ad florẽ & semen caulẽ prius ꝓferri oporteat. Quæ duo in montana nardo hic negaturus: tertiũ ẽt negare cogebatur. Qui aũt a nobis ramuli in herbis dicũt hi sunt qui in fruticoso gñe quale Absinthiũ: Ruta: Thymus pluraq; alia sunt conserti ab uno principio pluresq; oriuntur & eadẽ fere altitudine inter se crescunt. Quod deinde ocurrit non penitus ut uidet̃ uitiosum neq; ut nos credimus explodendũ illic est ubi Dios. ait: minoribus esse mõtanã nardũ foliis & ramulis q̃ Eryngiũ: non tñ ut illud asperis & aculeatis: ppeaq; ꝙ in ꝓbatioribus græcis non τραχέα qđ aspeꝝ: sed παχέα qđ crassũ significat legit̃: nec aliter Serapionis ætate ẽt legebat̃: Tota in eo res uersat̃ aspitatẽ ne an crassitudinẽ Dios. excæpisse uideat̃. Nos qm̃ Eryngio aspitas & aculei a Dios. assignãt̃ illud maluim⁹ qđ eiusdẽ scriptoris auctoritate defẽdi & cõfirmari poterat.

θυλακῖτις

DIOS. DE Asaro quã Romani ꝑpensam dicunt. Cap. ix.

a Saron sunt qui Agrestẽ: qui rusticã nardũ appellent: Magi sanguinem Martis: Osthães thesã: Aegyptii Cercerã: Thusci succinũ: Galli bacharem: Romani Perpensam dicunt: Coronaria & odorata herba Asaron est. Hederæ folia habet longe tñ minora rotũdioraq;. Flores inter folia ad radicẽ purpureos odoratos: uasculis Apollinaris herbæ similes: i qb⁹ semẽ acinorũ nucleis simile in quo raræ subasperæq; anguloꝝ figura cuspides sunt: Radicib⁹ nitit̃ numerosis: geniculatis: saporis calidi & linguã erodentis: tenuibus: obliquis: gramini similibus: sed longe gracilioribus q̃ gramẽ & odorationibus: Calefacit Asaron & urinã cit. Ideoq; subeuntibus cutẽ aquis accomodatũ ẽ: Utile & diutinis coxendicis doloribus: Ducunt menses cũ mulsa aqua potæ radices eius põdere drachmarũ septem: purgantq; ueratri albi mõ: Miscetur unguentis Asaron: Nascitur umbrosis montibus: plurimũq; in ponto: phrygia: Illyrico: & Iustinis Italiæ montib⁹.

INTERPRES.

f Oeliciter honesteq; secũ: & cũ scriptore hoc egissent: qui nouissime in eodẽ hoc ope laborauerũt si eã quæ turpiter hoc loco (ut Flaccus ait) humano capiti cõiuncta erat eqna ceruix dirẽmissent: & quæ mala insitione inutiliter simul coaluerãt ex eodẽ poeta: nõ ex deorũ numero aliqui sed diligentes & cauti reꝝ iudices hinc hæc: hinc illa mutatis partibus discedere iussissent. Neq;.n. theatrale studiũ & opus hoc est: in quo ut aliqñ finxerunt poetæ Centauri stabulent: Scyllæq; biformes: & ad plausum nouæq; rei admiratiõẽ obambulet diuersum cõfusa genus Panthera Camelo: monstraq; & noui gñis bestiæ aliæ: quales quotidie toto orbe cõquisitas: Prætores: ædiles: & Romãi Cæsares ad pueroꝝ: mulieꝝ: plebisq; gratiam theatris inferebant: sed in quo simplicia & p se singula tractent̃: nec nos quicq̃ aut Dios. in eo gratius: siqs post mortẽ uitæ laborũ sensus defunctis est fore credimus: aut posteris utilius: & qđ pluris merito faciendũ sit: q̃ diligentissime oẽs hos hortos noxiis & inutilib⁹ herbis purgasse: q̃ una mihi post tot scriptoris huius interpretationes cã fuit ut idẽ hoc opus susciperẽ: & quæ longo tpe obseruata a nobis excogitataq; fuerãt in cõem usum cõferrẽ. nõ tã ꝑpriæ laudis q̃ humanæ salutis studiosus. Cui cõsulentẽ hoiem nullibi oportet paꝝ diligentẽ esse. Id q in hoc capite necessariũ maxime fuit: in quo paulomin⁹ q̃ i cunctis græcis legunt̃: quæ ꝑpria Bacharis notissimæ oibus herbæ sunt post absolutã Asari historiam ab aliquo inserta. Qui ut Plinii ætate ẽt aliq inueniebant̃ Bacharẽ rusticã nardũ crederet & appellaret: eadẽq; appellatione deceptus q Asaron rustica nardus ẽt dicebat̃: Asaron & Bacharẽ simul miscuerit: diuersis alioqn folioꝝ radicũ: & in qb⁹ utraq; nascit̃ locoꝝ notis a Dios. descriptas: quæ iuicẽ a nobis collata facile psuaserunt nõ reddẽda eẽ hoc loco q̃ tertio uolumine in Bacchare legitime reddẽda erunt. Qualia aũt & quatenus ea sint nõ erit cognouisse difficile nram cũ alioꝝ editiõe cõferentib⁹. Et quæ in antiquo latino Dios. & Serapione ueræ lectionis uestigia adhuc seruant̃ audientibus. Quoꝝ accedente rõni testimonio: uideor mihi sine piculo posse in hoc scriptore siqñ op⁹ sit aliqd nouare: q tã multis de Asaro cunctisq; aliis traditis appellatiõib⁹ posterioꝝ ingenia exercere uoloisse uĩ dũ eaꝝ principia & cãs inuenisse aliqs cupit. Cuius rei studio & nos accẽsi nõ cessabim⁹ quatenus licebit id posteris p̃stare. Primũ itaq; i tot Asari appellationũ ambitu & cẽsu sciẽdũ illud ẽ: ἄσαρον græcis adiectiuũ eẽ significareq; illis idẽ qđ ἀκόσμητον .i. qđ i ornatũ nõ ueniat & quo ornari neqamus: Tãq; id patet græcaꝝ lraꝝ peritis: ut significatõis hui⁹ nullas oporteat rõnes attulisse. Et si cætera desint Plinius nõ spnẽdus testis accedit: q ait uenisse se Asaron iõ sic uocitatũ qm̃ in coronas nõ addat̃: & ornat⁹ eius usu careant hoies. Obstare & repugnare tñ uĩ qđ hic paulopost ait: Coronariã eẽ herbã Asaꝝ. Quod tñ nõ aduersat̃. Possunt.n. plantæ carũq; ptes: ob pcipuã ei⁹ usus cãm coronariæ eẽ: ut mox dicem⁹ & nihilomin⁹ qa aliqd aliud ipediat in coronas nõ addi. Eandem siluestrẽ siue rusticã nardũ dici fecit odoris similitudo. Bacharis tota errori appellatio est iã tũ cũ Pli. historiã suã scriberet ẽt dephensi. Eadẽ & Perpẽsæ Romanæ uocis ẽ: quã ut idẽ retulit Bacharẽ nõ Asaꝝ ueteres Romani uocabãt. Cæteræ appellationes nobis incognitæ declarandæ post nos aliis relinquãt̃. Nunc uero de coronis coronariisq; plãtis & eaꝝ in eodẽ usu & honore partibus facile est ex poetis aliorumq; scriptoꝝ multiplici historia meminisse: quotidianũ i cœnis: epulis: cõmessationib⁹: sacrificiis: põpis: lætitiaq; oi eaꝝ fuisse usum. ex Theophrasto deinde coronaꝝ coronariæq; appellatiõis ex natura duplicẽ intelligere rõnẽ: alterã .s. ex nectendi facultate: alteram ex odore A Plutarcho tãdẽ cõuiuii sui li uu. nec min⁹ a Plinio ẽt didicisse: solã i coronis odoris necessitatẽ a ueterib⁹ qsitã. Nec eã uoluptatis cã tm̃ uet ad firmitatẽ uegetioresq; & tranqlliores sensuũ nroꝝ habitus & motus. Nõ est qđ in priore illo coronaꝝ in poetis usu aliud moneamus. Si cẽsurã moꝝ nunc ageremus: nõ ab re forte eẽt ꝑ innocẽtia frugalitateq; nroꝝ tẽpoꝝ luxuriã ueteꝝ castigasse q sapiẽ-

ἄσαρον

Coronæ & Coronariæ plantæ.

ter ad religionẽ & pietatẽ institutos honores & ad sanitatẽ: uegetioreśq; totius corporis & animi uires inuẽta coronarum remedia; ad amores uoluptatesq; & beatioris uitæ delitias trãstulissent; sed grauiora urgent & instant q̃ in secũda coronarum rõne ex Theophrasto breuiter docenda sunt; in quib⁹ præter diuisionẽ a nobis pauloante factã docẽte eodẽ scire oportet: in aliis ad coronas utiles tm̃ flores esse; ppea φ odorati hi tm̃ sint ut in uiolis sentire licet: in aliis folia ut in Malobathro: in aliis tota materia ut in Serpillo Cãpana inula; & Sisymbrio: & φ aut totæ plantæ aut earum partes aliq̃ odoratæ sint iõ in coronas nectant & ob eã cãm coronariæ uocent. Estq; odoris bonitas pcipua coronarii nõis & honoris cã: Accedit uerũtñ huic & alia non penitus negligenda cã & ab eodẽ Theophrasto pluribus locis signata: quæ ex nectendi facultate ẽ: nã ubi breuitas aut rigens duritia fuerit; quæ flecti nectiue nequeat: & si odoratissimũ aliqd sit coronarii nominis & honoris nota signari nõ poterit: Idq; est cur Theophrastus φρυγανικὰ. i. fruticosa στεφανωματικοῖς. i. coronariis aliqñ coniunxit fruticosi generis odoratas plantas describens quarum ramuli longitudine sua adiuuante natiuo eorum lentore in coronas flecti & circumagi possunt; qd manifeste in myrto declarauit in qua genus quoddã coronariũ dixit esse & ob id στεφανωτίδα dici: breuẽ & cæteris omnibus molliorem quæ Circeeã ætate in Elpenoris tumulo præcipue nasci crederetur; quæ oĩs ex nectẽdi facultate coronarii nominis cã: nulla erit præter q̃ in pueris si absit odor: & odoris efficacior potestas aliqua: quam unam ob cãm coronarum antiqua ætate presertimq; in conuiuiis tota hæc ratio instituta est: Docuitq; Plutarchus eo quem pauloante signauimus locum q̃rus simul & qualis quondã fuisset earum usus post multa quæ illic de tota coronarum ratione differuecat: rosas & uiolas adstringere dicens: odoreq; suo capitis grauedines pellere Angulosi uero odorati iunci florẽ; crocũ; & Bacharẽ ad placidã somni gerẽ potos pducere: ob lenẽ mitemq; odoris & halitus sui fluxum quo in ebriorum corporibus obortæ inæqualitates & asperitates sensim extenuentur & dissipentur: concoquanturq; crapulæ illata ueluti in pelagus tranquillitate. Id ipsum pariter Plinius docuit purpureis uiolis tribuens crapulam & capitis grauedines impositis coronis & olfactu discutere. Hic quondã usus: rõ; & fructus coronarum fuit; & quæ id possent plantæ aut totæ aut earum partes merito coronariæ dicebantur. Nec referebat quominus coronariæ essent ẽt si i coronas nõ necterẽtur. Satis n. erat odor qui qñ in Asaro multus est ut coronarium id esset effecit; eamq; ob cãm debuit a Dios. coronariis ẽt Asarũ adnumerari; nisi ut pleraq; alia quemadmodũ a principio testati sumus; hæc ẽt nota ex Bachare ad Asarum translata ẽ: quæ sine controuersia auctore Plutarcho inter coronarias numeratur. Cogunt me iterum nolentẽ cæteri interpretes eos appellare: sciscitariq; nouisse cupientem quosnam in Asaro ipsi intelligant cauliculos asperos & molles contrario (nisi mutata sit latinarum uocum antiqua æstimatio) inter se & ob id simul impossibili habitu: qui enim potest aliquid simul asperum & molle esse? Et cur post seminis historiam quod in his quæ caulescunt in caulibus plerunq; absoluitur Asari caules importuna & parũ congrua sermonis serie in Dioscoride descripserint: cũ nec molles sed raros græci oẽs illic habeant: nec caules eo loco sed cuspides acuminaq; aliqua quæ in eo semine se proferunt hic scriptor descripserit. Video lapsum: Crediderunt illi nil aliud græcis & huic presertim scriptori καυλοὺς καὶ καυλία significare: q̃ in oleribus plantisq; aliis ad florem & semen in altum surgentes ueluti uirgas: Cum tñ Homerus καυλιόδοντας sues dixerit; & omnia eius gentis lexica indicent: καυλὸν & eadẽ ratione καυλίον præter cõmunẽ illã in plantis significationẽ; in extremo hastili: ferramento acuminatam summam partem: in quam caua deinde cuspis ferrea inseritur significare: Qua uocis non illa æstimatione reddendus iudicio nostro fuerat hic locus. Hic. n. post totam seminis figuram quã nucleis acinorum similem dicebat: habere idẽ semẽ ostendit uelut in echinato castaneæ calice acuminata quædã non tñ ut in illo conserta & densa: sed rara: nec mollia uerum aspera: neq; angulosa ita dens: sed angulorum figura modo & specie: γωνιοειδῆ enĩ ea appellat: non γωνιώδη: quod ab illis fuerat diligentius obseruandũ: non n. parui refert in pictura descriptioneq; huiuscemodi rerum: angulosum aliquid dicere; aut angulorum figura: seu modo uel specie. In illo siquidem manifesti anguli erunt; in hoc quod angulis simile sit. Videtur tamen Plinius hoc aliter indicasse cum ait Asaro semen acinosum & uenosum esse: nec extare in eo acuminatum aliquid; sed per longitudinem uenas extendi: Venas aũt ut credimus intelligit Plinius nõ quales in animalibus; Verũ quas in plãtarum aliquarũ foliis dorsum & fibras latini; græci aũt ἶνας dixerunt; quibus eorum foliorum partes intercedente diuisione illa inuicẽ separantur: quod in folio uitis & fici a tergo manifeste deprehenditur: in quibus non aliter q̃ in hominis dorso spina a reliquo folio ueluti costa & puluinus eminet: Diuisiones intersectionesq; has ut diximus græci ἶνας. Plinius aliqñ fibras: aliquãdo neruos: aliqñ dorsum: & aliqñ uenas p rerum necessitate appellat: quẽadmodum hoc loco ẽt accæpisse uĩ. Nõ signassem ego hoc nisi scrupulũ iniecisset mihi Serapion: Semen Asari Cnici quẽ nr̃a ætas carthamũ dicit semini simile esse testatus; quod qñ per longitudinẽ plures costas puluinosq; huiuscemodi hẽt adtestari in sua descriptione Plinio uĩ. Non leuiter ut patet in tenui re sed in plantarũ historia & pictura nõ cõtemnenda dissidẽt grauissimi auctores; Nec facile nobis est tantas inter eos lites componere, Quod a principio polliciti in Dios. sumus: laborẽ. s. diligentiã & fidẽ; id ubiq; præstare conamur. Quæ multa sane nobis fuerunt i purgãdo restituẽdoq; toto hoc Asari capite: tã male habitus ab antiquis græcorum medicis & librariis fuerat: Quod i latinis ẽt Plinius ante doctissimi uiri Hermolai

Barbari

Coronarum usus.

Fibræ ἶνες

Barbati castigastiones patiebatur: tā informis & tam multis iniuriis undiq; lacer: ut plura in eo uulnera & informes cicatrices q̄ sanæ partes ostenderentur. Ecquis nouit an quod Plinius dixit uenosum corruptum adhuc in eo sit: nec uenosum sed una tm̄ translata syllaba & litera neuosum legendum sit: liceteq; ut Cicero ait corporis tantum macula neuus sit reliquo corpori plerunq; exæquara: Sunt tm̄ in eo genere qui uerrucarum modo quadamtenus extent & emineant: quibus potuit Plinius acumina & eminentias seminis Asari comparasse: & q; neuoꝝ modo rara & sparsa in eo essent neuosum idro dixisse: Nolumus tamen hoc a legentibus pro recæpto haberi: Verū de tota hac recensendi locum aliis etiam relinquimus.

DIOS. DE Phu. Cap. x.

PHu sunt qui & hanc agrestem nardum appellent: Nascit̄ in Pōto Ceruiocello herbæ: aut Olusatro folio æquali: Caulem habet cubitalem: & aliqn̄ maiorem: tenerū: cui læuor sit & color in purpura albicans: eundemq; geniculatum: & in medio concauū: Flores figura ad Narcissum accedentes maiores tantum tenerioresq;: Colore in albido per medium purpureo. Radix illi est in superiore sui parte minimi digiti crassitudine: habetq; adnascentes illi exiguas radices alias quæ trāsuersæ feruntur: odorati rotundi iunci aut nigri ueratri modo sibi ipsis implicitas: colore subfuffo & nardi odore cum uirosa grauitate aliqua odoratas. Habet Phu calefaciendi uim. Bibit̄ eadē in puluerem trita adciendā urinā. Potest idē & decoctū eius. Facit ad lateris dolores. Menses eadem ducit: & in antidota addit̄. Adulterat̄ admistis Rusci radicibus uerūtamē facile deprehēdit̄. Duræ. n. rusci radices sunt: nec facile frangunt̄ & nullo odore cōmendantur.

INTERPRES.

QVam pro Dioscoridis Phu ætatis nostræ herbarii Valerianā herbā nobis plerūq; ostēdunt: longe minor ea est quæ ab hoc scriptore describitur. Nec oēs oino utriusq; sibi inuicē rn̄dent notæ. Quæ tm̄ præcipue a Dios. numerātur Conuolutæ glomeris modo & ut Plinius ait uillosæ radices: earūq; nardi odor: & albicans in caule purpura in nr̄a pariter sentiuntur: Credimusq; nos ut in animalibus ēt fit: quæ nō eadē mole corporis ingeniiq; sui natura ubiq; nascuntur: In alieno orbe cœli aut terræ beneficio Phu hanc proceriorem nasci: quoniam & in nr̄o orbe cubitalis aliqn̄ uisa fuerit: & hunc in tradenda eius historia pōticam sibi ꝓposuisse: q; oium aliarum speciosissima illic proueniret Quod folia indicant quæ hic olusatri aut Ceruiocelli foliis cōparat: quæ in duabus his plantis nec breuia nec exigua sunt: liceteq; i olusatro quotidie uidere in quo si fœcūdo solo nascantur paulominus q̄ betā æquant & pyꝝ aliqn̄ superant. In ceruiocello aūt hic tradidit latitudine duoꝝ digitoꝝ patere & in longitudinem extendi. Variant in folioꝝ cōparatione hac & ueteres græci: & iuniores latini. Sunt. n. in quibus non Elaphobosco quā Ceruiocellū: sed Elleboro quā ueratrū latini dicunt cōparentur: Nec sine rōne penitus qn̄ ueratrū candidū ut ex historia eius patebit folio betæ aut plantaginis describitur figura nō longe dissimili ab olusatro & si magnitudine superetur: cui Phu folia ēt cōparant̄: Nihil tamē mutamus: ꝓpea q; credimus easdē lr̄as idēq; principiū Elaphobosci & Ellebori uarietatis huius cām attulisse: multoq; magis qm̄ similior olusatro q̄ Elleboro Ceruiocellus est: & ab hoc ipso scriptorē statim cōiuncta olusatro & smyrnio & deinceps ob cognationē suā tractata: Verisimileq; est in alterutrius cōparatione: ex cognato potius q̄ ex diuerso genere exempla sumpta ab eo fuisse. Volumus & si forte uilius & scriptoris huius maiestate indignū id uideat̄: cur nos mutata dicendi forma in descriptione caulis Phu: quod erat λεῖον poteratq; una uoce ꝓducta prima læue dici: læuorē habere dixerimus ostendere. Nec inutiliter ut spero id fiet: qn̄ infinitis pene locis in labore hoc nr̄o in eadē re eadē uoce utendū nobis erit Est græcis adiectiuū λεῖον: & ex eo factū substantiuū qualitatis nomē λειότης. Quod ex eodē aut simili euētu i plures diuersasq; trahitur significatiōes. Prima oium tn̄ & inter cæteras præcipua est: qua illi significant: q̄ asperitate scabritiaq; oi & angulis carētia tactū nusq̄ offendunt: & aliqn̄ in eo habitu nitēt. hæc latini ꝓducta primæ syllabæ q̄titate læuia dicunt tamq; id patet ut nullis confirmari auctoritatibus debeat: illud potius curandū ubiq;: ne duaꝝ uocū concorsu & simili nunc penitus sono cōfundantur misceanturq; simul ancipiti intellectu: qd pōdere & quod aspetitate caret: quod fiet si leuitatis uocem in his tantum quæ pondere careant reliquerimus: in his uero quæ asperitate & scabritia læuoris nomine utamur: quod multa diligentia: & bona fide a nobis ubiq; posthac seruabitur: nec primis fuit hoc consilium nobis: Plinius enim ancipitem diuersæ significationis in eodem fere duarum uocum sono errorem fugiens quæ asperitate careant libro. xxi. cap. xvii. ut uidetur pura læuia appellauit duas simul græcorum more & con-

iunctionis nota: uoces ad unius tantum rei significationem coniungens: quod fecissemus & nos: nisi eadem causa idemq; in cunctis metus: quod erat tutius eligere suasisset. Desiimus enim iampridem pronunciatione nostra producta a correptis distinguere quod antiquioribus seu natura seu arte proprium & quotidianum fuisse Tranquillus testatur eum ait Neronē de Claudio dicere solitum producta prima syllaba morari inter homines desiisse: Volebat.n. intelligi nō cessare se dicere uerum fatue & stolide agere. Nullæ etiam nobis ut græcis notæ aut signa nunc sunt quibus diuersas quantitates in syllabis signemus: Et si sint nulla librarii diligentia & obseruatione huiuscemodi nec in diphthongis etiam utuntur: Et in coniunctione illa duarū uocū qua Plinius usus est: & quam græci ὑφ' ἓν dicunt non minus q̄ in cæteris peccari & quod non ponderosum erat pro nō scabro & nō scabrū pro non ponderoso ancipiti uocis intellectu accipi poterat: quos omnes lapsus una hac ratione uitasse nobis uidemur. Animaduertimus enim sæpe quanto periculo in plantis Theophrasti λειότης: nullo non fere libro sæpius repetitū ab eo nomen: leuitas a Gaza redditū fuerit. Quod euasisse una læuoris appellatione facillime auctore Plinio poterat: qui in probatione Vnionū præter alias notas læuorem illis necessariū dixit. Non tacebimus etiam cur nos in albido per medium purpureos dixerimus quæ in græcis διαπόρφυρα sunt reddentes: quod ex ui præpositionis διὰ factū a nobis est quæ ut grammatici docent inter cæteras quas habet significationes transitum traiectionemq; ab altera in alteram partem ut in diametro mathematici ostendunt manifeste significat: & in cōpositione eandem retinet uim: multaq; habent græci in coloribus etiam huiuscemodi ut διάλευκος qđ Plinius medio candidū dixit: nil aliud significantes q̄ in hoc illoue colore diuersum ab eo traiectū & discurrentē alium qualē hic in floribus Phu uolebat intelligi: Est illud præterea in radicibus signandū quod Dios. ait habere Phu radices rotundi odorati iunci: aut nigri ueratri modo sibi inuicem implicitas: sic oportere intelligi: ut tota eius similitudinis relatio ad ueratrū rotundumq; odoratum iuncum ad implicationem mutuumq; illum complexum tantū referatur: tales enim ueratri nigri radices sunt: easq; Dios. συμπεφυκυίας quasi simul natas & connexas dicit eadem fere significatione cum ἀλλήλαις ἐμπεπλεγμένας: quod nos inuicem implicitas reddidimus nihil ex uocib⁹ huius scriptoris mutantes.

DIOS. DE Malobathro. Cap. xi.

m

Alobathron, Romani pariter Malobathrum dicunt. Opinantur pleriq; Indicæ nardi folium Malobathrum esse odoris similitudine decæpti: multa siquidem sunt nardo in odore similia qualia sunt Phu: Asaron: & Niris quæ montana nardus ab hoc ipso pauloante dicta fuit: uerum non sic se habet. Proprium enim Malobathro genus est: Nasciturq; in Indiæ lacustribus locis: nihil aliud q̄ folium in aquis lacustris lentis modo fluitans & nullis radicibus hærens: Id colligentes incolæ funiculo statim traiiciunt: siccatumque seruant. Ferunt præterea siccatis æstate lacubus fruticibus & cremiis incendi terrā: & nisi id fiat non prouenire folium. Probatur recens & in nigredine albicans: Probatur itidem quod frangenti contumax est nec facile discerpitur: Quod odoris sui halitu sensum tentat: eademq; odoris bonitate diutius permanet: quod nardi odorem refert nullo salis sapore & gustu. Improbatur contra quod infirmum: friatumq; in puluerem carioso halitu est. Nardo eadem omnia potest Malobathrum: uerū efficacior ad omnia nardus: Malobathri tamen uis ciendæ urinæ aptior & stomacho magis accomodata est: Prodest idē oculorū inflāmatiōibus in uino decoctum tum concisum & expresso uino inunctū. Subiicit̄ & linguę ad oris halitusq; suauitatem. Quin ēt uestibus interponit̄ tueturq; a tineis & odoris suauitate gratiores facit.

INTERPRES.

d

Vbitauit quōdam in carmine suo Thebanus Lyricus poeta: Iustitiane magis & bonis artibus q̄ obliquis dolis ad summas fortunæ opes & gloriam homines euaderēt tā multis ex omni historia exemplis utrunq; confirmar. poterat. Nobis ēt non dissimili modo dubitare aliqñ contigit plus ne uoluptatibus nostris & naturæ leporibus ignauia: quæ bonitatis nomen sibi fecisset: an delitiæ & luxuria nocuerint: Et in comparatione duorū inter se malorū: utrobi instaurandæ eius iacturæ maior nobis spes relinqueretur. Sapientiores certe eos sibi excolendos

lendos dari uoluerunt: quos libido: ferocia: amores: & epulæ aliquando delectarent: propterea q̃ grauissime maiora tñ ingenia peccent: & ubi ingenium fit: illic ẽt non desperandã uirtutem: quoti dieq; nos fieri uidemus: ut exculto per sapientiã aliquoꝝ animo: mutatis moribus tñ matura uirtute humano generi hi ꝓsint: q̃tum iuuentutis æstu antea sibi nocuerant. Negligentem uero & ociosam bonitatem non magis amauerunt: q̃ quos in postremo ordine cõstitutos inutiles penitus Ascreus poeta cecinit: qui nec ipsi quidpiam inuenerint: nec inuenta & tradita ab aliis seruare didicerint lasciuioribus ingenijs nusq̃ comparandi: quæ non prius luxuriose Malobathro uti desierunt q̃ illorum negligentia & exagitatione totum perierat: quod ad sanitatem & delitias uitæ dederat quõdã & adhuc dare sipetatur liberaliter natura potest. Quis enim credat inuidisse nunc nobis eã: quod aliis aliquando copiose dedit? Vtinam quemadmodum amissum lamentari malobathrum licet. Sic etiam inuentum modo ostendere liceret. Verum ex quo id non licet (ut comicus ait) si nõ possis quod uelis: id uelis quod possis: & nos quod possumus: agamus. Primumq; illud nouisse oẽs uolumus hoc ipsum ab antiqs græcis: folium simpliciter etiam dictum fuisse. Sic Plutarchus in libello cui titulus est: q̃ bruta ratione utuntur appellat odoramentis aliis coniungẽs: simulq; numerãs Cinnamomum: Nardum: Arabicum calamum: & folium Malobathrum. s. hoc. Quæ uox ex antiquo & ꝓbatioris mihi fidei græco codice instaurata a nobis illic est ubi legitur. Et nisi id fiat nõina sci folium quæ in cunctis aliis deerat. Ab hac appellatione malobathrinum unguentum foliatum Martiali & plerisq; aliis & græcis & latinis scriptoribus dictum est: & ob odoris similitudinem idẽ Nardino esse creditum aliqñ. Quo loco etiam hic numerat: quæ odore Nardum referunt: non νῆρις: quæ montana Nardus ab eo dicta est. Verum ἶρις in aliquibus legitur: sed nos maluimus qđ ex eodem scriptore seruari poterat. Et si forte utroq; loco ἶρις legi quondam potuerit: non adeo tñ similis odor est: ut mutanda temere ea uox fuerit. Sequitur deinde ubi de notis ꝓbatioris Malobathri agitur difficillimus nodus: tantopere illic uariant antiquiores græci: tamq; diuersæ lectiõis & ex ea diuersi sensus multiplex coniectura est: quam totam ꝓpositio & uerbum non idem ubiq; facit. Habent plures græcorum codices descriptas his uerbis in probatione Malobathri notas ἐςὶ δὲ καλὸν τὸ πρόσφατον καὶ ὑπόλευκον: probatur. s. recens: & quod albidum. i. non oĩo albũ: id. n. τὸ ὑπόλευκον significat. Sequitur deinde ἐν τῷ μελαίνειν τε ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον: quæ latinis uocibus reddi quidem possunt. Sed parum sequaci & congruente sensu. Si enim dicas & in nigrescendo infragile nec in partes discerptum: quis erit sensus? & quæ rei natura? Siquidem nulla in colore causa ẽ; cur magis minus ue frangatur aliquid & in suis partibus integrum seruetur. Accedit & illud q̃ copula illa τε uerbo subiecta alterius in sermone membri ueluti principium facit: quiq; in lectione græcorum consueuerunt facile in aliis obseruare hoc potuerunt. Quod nisi Plinius græciq; & latini fere omnes nigricantem colorem Malobathro assignarent: confidentius & uitium hoc loco testaremur & ut consueuimus in integrum etiam restitueremus. Sed nolumus contra tam graues auctores & tã multos incognitæ nunc rei antiquos testes temere aliquid censere: quod nunq̃ nocebit inuenta excogitataq; a nobis omnia ubiq; significabimus. Omnes ut diximus græcoꝝ codices Malobathri meliores notas: quibus præmonstrauimus uerbis ostendunt. Vnus tantum inuentus mihi est: in quo legitur ἐν τῷ μαλάσσειν τε ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον: quoꝝ uerboꝝ sit sensus: & in mollescendo infragile: & in suis partibus integrum: ut nihil de colore illic agatur: sed de tenaci lentore: doceatq; Diosc. probari Malobathrum id quod recens & albidum sit: quodq; cum mollescit: lentoremq; adtus sits tenaces uires tunc acquirat: fiatq; infragile & in suis partibus integrum seruet. Quod in multis humor natiuus & accedens facit: fiunt enim eo ualidiora & firmiora: quemadmodum contra arescentia siccata ue franguntur: discerpuntur & friantur facillime. Nec obstat q̃ hic in colore albidũ; cæteri uero oẽs nigricantem dixerint: oẽs. n. mediũ & ab utroq; extremo discedentem colorẽ assignasse Malobathro uidentur Et qñ nullum esset eius coloris nomen: alii ab altero: alii ab altero extremo indicationem eius sibi sumpserunt. Aequali siquidem motu & spatio ab albedine albicans siue malis albidum dicere ad nigredinem & a nigredine ad albedinem nigricans procedit. Sunt etiã in quibus ad calcẽ capitis legatur καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμίας καὶ πρὸς τὰς φλεγμονὰς ἁρμόζει: idest ad oculorum præterea lippitudines & inflammationes accomodatum est: ut duo intelligantur mala Sũt itidem in quibus καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμικὰς φλεγμονάς. i. ad oculorum inflammationes: ut unum tantum mali genus uideatur. Nos posteriorem hanc lectionem monente Plinio magis probauimus q de unguento malobathrino agens ait. Oculorum epiphoris i. inflammationibus uino expressum utilissime imponitur Sunt autem auctore Galeno in diffinitionibus suis oculorum inflammationes eorum tumores: qui cum rubore multa caliditate: difficiliq; motu & pungenti sensu fiant. Idẽ præterea in Isagoge sua iterum ut eodem sensu sic diuersis uerbis eandem inflammationem diffiniit: Ruboris in oculo: tumorisq; incrementum inflammatio est: qua impediente cum dolore respicimus. Ne quis autem Plinii epiphoras aliud q̃ inflammationes esse credat ex eodem auctore earum diffinitionem subiicimus. Communis toto corpori inflãmationis nomen Epiphora est: quæ uehementior confluentibus abunde in aliquam partem humoribus ingruit. Priuatim tamẽ in oculis dicitur: cum copiosa eo confluxerit destillatio maxima accedente inflammatione.

Foliatum unguentum

Oculorũ inflãmationes

Epiphora

DIOS. DE Casia. Cap. xii.

Asiam. Romani pariter Casiam dicunt. Casiæ plura genera sunt in odorifera Arabia nascentia. Habet crassi corticis Casia omnis sarmentum: & piperis folio est. Eligito amabili coloris bonitate rubescentem: corallio lapidi similem. Eligito item angustissimam longam: crassamq;: & fistulis plenis: quæ in gustu erodat: & cum feruore aliquo adstringat. Quæ aromatū modo odorata sit: simulq; uini odorem referat. Ab incolis quæ talis est Lada: ab alexandrinis uero mercatoribus Daphnitis appellatur. Antecedit bonitate hanc quæ nigra est: & quæ purpurescit Zyget dicta rosarum odore præcipui in medicina usus. Secundæ bonitatis honorem & æstimationem habet antedicta: Tertia est quę Rubus mosylicus appellatur. Cæteræ omnes non multifaciendę & uiles: ut quę Aphysemon uocatur nigra ingrato odore: tenui aut disrupto cortice: quales etiam sunt q̄ Citto & Dacat dicuntur. Est & quædam falso Casia appellata: miræ cum reliquis similitudinis Aphaos dicta: quæ gustu deprehenditur: nec acti nec odorato inhærentemq; medullæ corticem habet. Inuenitur & quædam latiore fistula: leuis: tenera & pinguior: bonitate antedictam superans. Reprobatur Casia albicans: scabra: odore porraceo: quæ crassiore fistula non sit: eademq; scabra & tenui. Calefacit Casia: siccat: urinam cit: adstringit eadem leniter. Oculorum medicinæ ad claritatem uisus accomodata est: Lentigines tollit ex melle inuncta: menses trahit: & uiperarum morsibus pota succurrit. Bibitur & contra interiores inflammationes omnes & renes utiliter: Fouentur præterea decocto Casiæ insidentes: suffiunturq; incensa utiliter ad laxandos muliebres locos fœminæ. Duplaq; eius quantitas medicamentis mixta in Cinnamomi defectu idē præstat: habetq; omnino Casia frequentes & multiplices usus.

INTERPRES.

Contumaces implacabilesq; nostro orbi adeo natura plantas aliquas fecit: ut nullis blanditiis: officiis: obsequiisq; nostris retineri apud nos potuerint: Coactæq; in hortis & mitioribus locis in Italia uiuere non secus q̄ Alpini homīes delitias urbium & maiestatē ægre ferentes in deserta solitudinesq; suas reuertuntur: cum primum licuit remissa a nobis tantisper earum custodia & cura unde ad nos uenerant in primum & natale sibi solum refugerunt: tantus patriæ nataliumq; suorum omnibus amor est. Et mirabitur aliquis antiquorum poetarum heroas tā longis erroribus: totq; monstris & naufragiis iactatos: neglectis omnibus melioris fortunæ occasionibus: uoluptatibus: & honoribus antiquam repetisse aut exquisisse matrem: cū præter bruta & plantæ id agant: quæ pluribus & mitioribus locis consitæ honoris sui incremento retineri nō potuerunt. Et inter plantas Casia id præcipue egerit: quæ in maiore illa Romanæ gentis fortuna ubiq; & in aluearibus cosita: & sub septentrionibus uiuere coacta nullibi quod nouerim nostra ætate in Italia nunc reperitur. Negataq; oculis forma eius omnis & species: difficillimā nobis de ea cōmētationem hanc nostram facit: presertim in tam corruptis græcorum latinorumq; omnium codicibus: & in tanta Theophrasti Pliniiq; in eius historia breuitate. Quo fit ut nihil q̄ in quærendo diligentiā: & in repertis fidem legentibus pro Casia polliceamur. Cuius in diuersis generibus tam multæ toto capite numeratæ appellationes q; barbaræ sunt sine ignorantiæ suspitione dissimulari facile poterant. Non tn̄ id penitus & in cunctis fiet. Sunt enim quæ ex historia locorū: & quæ ex uetustioribus græcis uocūq; ipsarum significatione doceri & restitui possint. Quod itaq; fere in cunctis legitur. Ab incolis quæ talis est achy &c. in aliquibus non ἄχυ: uerum ἄδι legitur. Quæ uox quoniam in aliquas litteras eius: quam Plinius Ladam uocari dicit: incurrit: Lada a nobis restituta est: nulla tamē certa ratione. Tam enim nobis nunc ἄχυ barbara uox: q̄ quondam Plinio tunc erat: & nobis modo Lada etiam est. Sequitur deinde: tertia est quæ Rubus mosylicus appellatur. Quo loco cū legeretur fere in cunctis: βλαστός cōmuni oium germinum appellatione ex melioribus græcis βάτον. i. rubū reddidimus: neq; ut credimus ab re: in fruticoso n. genere Casia censetur: in quo & rubi numerantur. Verisimileq; est contractiore hac rubi uoce magis q̄ ampliore illa & cōmuniore germinis Casiam signari solitam: presertim a regione: non aliter q̄ Lygusticum: piper agreste: multaq; alia in plantarum genere appellamus. Mosylicus aūt a promontorio & emporio Aethiopiæ Mosylo unde

afferebatur dictus est. Non multo post deinde quod ἀφήμων in multis legit̃ ἀφυσήμων in meliori-
bus inuenitur: potuitq́; ob eam sic appellari cãm: q̃ tenui & disrupto eius cortice tibiaꝝ & fistularũ
more inflari non poterat. Id. n. φυσᾶν græci dicunt: & φυσητήρια αὐλοὺς. i. tibias uocant: & hic φυση-
τῆρα follium fistulam de Cinerula & bulla in metallicis agens appellat. Diximus de Casiæ appel-
lationibus quatenus licuit: cætera nunc eodem modo etiam dicentur. Sed tam incerta pluribus lo-
cis aliqua sunt: ut conari magis q̃ præstare aliq̃d in eis cogitauerimus. Et qm̃ ex Theophrasto mul-
ta sæpius repetenda erunt: ne possit integer eius scriptoris sensus a quoq̃ desiderari: iisdem uerbis
de Casia ab eo tradita subiiciemus: quæ libro nono de plantarum historia hæc sunt. Casiam uero
dicunt crassiora q̃ Cinnamomum sarmenta habere: eademq́; magnopere neruosa; nec auferri a li-
gno corticem posse: qui in hac etiam utilis sit. Cumq́; sarmenta inciderint in frusta digitoꝝ duorũ
longitudine pauloue maiora minutatim secare: eaque recentibus coriis animalium præsuere mox
ex his lignoq́; simul putrescentibus nasci uermiculos qui lignum erodant: cortici uero non noceant
ob amaritudinem & odoris acrimoniam. Idem etiam pauloãte hæc de Cinnamomo & Casia simul
agens: Frutices dixit haud sane grandes esse: sed qualis uitex sit: Ramosos iisdem lignososq́;. Quæ
omnia additis plerisq́; aliis in Plinio pariter leguntur libro. xii. capite. xx. parata omnibus & exposi-
ta: Ideoq́; hoc loco a nobis non repetita. Ab his auctoribus ubi opus erit: opem & fidem commenta-
tionibus his nostris impetrabimus. Sciendumq́; illud primum est quam hic dicit odoriferam Ara-
biam eam esse: quæ inter Persicum & Arabicum mare a Geographis describitur. Et quod nos sar-
mentũ diximus græcis ῥάβδον appellari uirgam. s. qualem in uitibus: multisq́; aliis quotidie uide-
mus: eãq́; crassi corticis dicit Dios. ꝓ crassitudine. s. totius materiæ in qua crassissimus sit cortex: exi-
gua uero interior medulla. In aliquibus hoc loco leguntur uoces duæ: ὥσπερ ἰνοῦ: nihil nisi emẽden-
tur significantes. Credimusq́; ex Theophrasto restitui posse ὥσπερ ἄγνου. i. ueluti uiticis. Frutici. n.
huic in magnitudine Casiæ sarmẽta hæc comparat. Utinamq́; ut hoc dixerat: sic etiam de folio ali-
quid testatus esset. Non. n. dubitaremus ex diuersa in græcis lectione: piperisne an Iridis folio Ca-
sia esset. Legitur. n. in aliquibus ὥσπερ ἴρεως: in aliquibus ὡς πεπέρεως; prioremq́; illam Iridis lectio-
nem secutus est Mauritanus Serapion: Nobis in tam multa in plantaꝝ foliis naturæ uarietate diffi-
cilis coniectura & rõ fuit. Licetq́; in utranq́; partem multa dici potuissent: tutius tñ uisum est ex co-
gnatione uicinitateq́; locoꝝ piperi folio similem potius facere. Inclinat. n. animus: credimusq́; oẽm
hanc tantopere diuersam lectionem ab imperitia librarioꝝ: & incognitæ rei dubitatione uitiũ con-
traxisse: tã facilis lubricusq́; linguæ & calami lapsus est ab ὥσπερ ἴρεως in ὡς πεπέρεως. Et si folio pi-
peris Casia sit: facile erit eius nouisse formã ex his quæ cũ de pipere agetur: a nobis dicent̃. Innotis
deinde ꝓbatioris Casiæ non paꝝ neq́; ab re forsitan dubitauimus: legi ne oporteret στενὴν λίαν quod
nos angustissimã diximꝰ an potius στενὴν λείαν: ut non esset illic λίαν aduerbiũ quod auget: & ualde
significat: sed λείαν adiectiuum qualitatis nomẽ: quod nõ scabrũ & læuore nitens significaret: seor-
sumq́; altera uox ab altera legeret̃: essentq́; bonitatis duæ deinceps descriptæ notæ: non una tñ: an-
gustiæ. s. & læuor: persuadebatq́; non scabrã & læuore nitentem legi debere: q̃ hic ipse paulopost i
Casia scabritiem damnat: & inter reprobatæ notas asperitatẽ extimi corticis numerat. Nec minus ẽt
q̃ aduerbium illud λίαν. i. ualde paꝝ apte illic significare: & in græco sermone strui uidebatur: ni-
hil tñ in eadem oĩum græcoꝝ lectione mutare ausi sumus: sed ut in cunctis legit̃ angustissimã red-
didimus: Nec aliud angustiis his indicat Diosc. q̃ eã maxime ꝓbari Casiam: quæ eosa a uermicu-
lis illis Theophrasti omni interiore medulla excauato peruioq́; illo foramine angustiore fit: quo
enim angustius id fuerit eo crassiore cortice Casia relinquetur: qua præcipue crassitudine ꝓbatur.
Nec aliud mox illi significat: quod sequit̃ crassis fistulis bifariam eadem bonitatis nota descripta:
nec aliter q̃ ut in eadem testudine curuum & conuexum diuersa rõne dicimus: sic & in fistulis his
Casiæ: idem crassitudine ambientis corticis & angustiis excauati & perui foraminis hic dixit: Ioq́;
abundat uox quæ statim sequitur πλήρη. oẽm. n. destruit sensum: nec potest uacuum & fistulosum
plenum dici: & in pluribus græcoꝝ non legitur ea uox: ideoq́; nos eam penitus expunximus. Muta-
uimus etiam quod erat μετὰ πόσης πυρώσεως: non πόσης quod exiguum & aliquod significat: legẽ-
tes: uerum πολλῆς. i. multo: non tam quia sic in uetustissimis græcis legitur: q̃ quia Plinius ait gu-
stu q̃ maxime feruens. Miscent & illa omnemq́; huius loci intellectum turbant: quæ subiiciuntur
statim: ἀρωματίζουσαν οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ. In quibus si ad odorem ut plerunq́; ἀρωματίζειν uerbum
significat referatur: turbabit & odorem: & huius loci sensum omnẽ quod sequitur οἰνίζουσαν τῇ ὀσ-
μῇ. i. odore uinũ referentem. Nec uerisimile est aromatũ & uini simul odore odoratã Casiã hunc
dixisse. Cogitauimus ea ꝓpter quod est οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ. i. ut uerbum fingamus odore uinescen-
tẽ ad odorem pertinere: esseq́; id quod Plinius ait mollissimi odoris. Et qd̃ p̃cedit ἀρωματίζουσαν
ad amaritudinem quæ in Casia præcipua est: & hic nusq̃ eius meminit. Signariq́; eo uerbo & parti-
cipio amaritudinem ab re nõ est: qñ ἀρωματίζειν nil aliud græcis significat q̃ aromatum modo &
qualitate esse. Sunt aũt aromatis qualitates plures odorq́; præsertim: ueꝝ & sapor etiã qui raro ulli
odorato non amatus est. Sequunturq́; se inuicem & coniuncta plerunq́; inueniuntur; odoris boni-
tas: saporis amaritudo. Cuius rei causam ex Theophrasto attulisse facile erat: si hoc nunc agere-
mus: sed festinamus ad alia. Non relinquemus tamẽ prius q̃ de media nostræ ætatis Casia agamus

illud addere: Inter Casiæ genera a Dios. unũ δαφνίτιν appellari: si Plinio credimus a Lauro arbo
re facta appellatione: qm̃. s. ob similitudinem Lauri cortice adulteraret: & a Mangonibus eandem
Daphnoidẽ dici: in quo nõ leuiter discrepant magni nois auctores: hic ipse. s. & Plinius cui in eoꝝ
tẽpoꝝ fortuna plura q̃ nobis uidisse & legisse licuit: & ob id alios auctores secutus aliter de ea tra
dere potuit. Quod aũt sibi & Dioscoridi idem in Daphnitide Casia non est: sic animaduertendũ.
in primo bonitatis ordine Casiam hic ab Alexandrinis mercatoribus Daphnitim uocari dicit. Pli
nius post omnem eius historiam & bonitatis censum quasi appendicem adiiciens ait his addidere
mangones quam daphnoides & Mesocynnamon uocant &c. Locus est libro. xii. ubi de omni Casia
agitur: quod agendum illi non erat si uera sunt: quæ de Daphnitide hac a Dios. tradũtur: nec in ex
tremum ordinem reiicienda fuerat: quæ in primo ab aliis constitueretur: non facile est: neq; ego au
sim censere utrobi maior fides & rei certior ueritas: sit diligentioribus agendũ id relinquimus. No

Daphnus portus

bis signasse illud satis erit: in Arabia odoramentoꝝ feraci describi a Strabone lib. suæ Geographiæ
xvi. portum nomine Daphnum in regione quæ Thus: Myrrham: odoramentaq; alia fert: nec lon
ge ab ea: quæ falso Casiam dictã etiam ferat: potuisseq; non a Lauro arbore: sed ex hoc portu alla
tã Daphnitim uocari: nõ aliter q̃ & hic & nos rubum Mosylicum aliud eius genus uocari paulo an
te diximus. Nec uerisimile est potuisse scabro alioquin Lauri cortice adulterari Casiam: in qua pri
ma bonitatis nota ex læuore quæreretur: nec responderet color qui in lauro: nec niger: nec rubens
nec candidus est: quo triplici colore Casia a Plinio in diuersis eiusdẽ Sarmẽti partibus describitur.
Relinquimus tñ hæc legentibus arbitraria contenti coniecturam hanc nr̃am signasse. Mutatum &
illud a nobis: quod hic ait reprobari Casiam odore porraceo: sic n. in melioribus græcis legitur: &
Mauritanus Serapion reddidit: non odore hircino: ut in pluribus inuenitur. Non tacebimus et ui
deri nobis repetitas bis reprobatæ Casiæ notas in postremo historiæ calce: posseq; a uolentibus sine
iniuria huius scriptoris expungi. Quales aũt hæ sint: facile erit omnibus intelligere. Nos eas ut erãt
relinquimus: qm̃ poterãt primæ ille uiuentis in suo frutice Casiæ: posteriores uero excauatæ in su

Casia nostræ ætatis

as a uermiculis fistulas notæ esse. Et hæc antiquoꝝ Casia fuit: quam nostræ ætatis medici ligneã ap
pellant unguentarius: uitæq; delitiis magis q̃ medicinæ quondam quæsitus frutex: ideoq; ab oib⁹
poetis passim celebratus: diuersus omnino ab ea arbore: quæ eadem nunc Casiæ appellatione sili
quas potius q̃ fistulas fert Cylindraceas longitudine fere cubitales: lignosas: colore nigro: & quasi
ex sole igne ue torridas. Intra quas lignosi itidem per interualla orbiculi sunt: & inter orbiculos se
mina concreta ceu pulte nigra inuoluta: cuius tñ in molliendo aluo usus est: tam multus: tãq; quo
tidianus ut sine ea uix possit nr̃orum tempoꝝ medicina stare: quo magis ueteꝝ negligentiã aut for
tunã demirari licet: qui aut eam ignorauerint aut uti noluerint: neq; n. hactenus de ea quicq̃ aut in
hoc: aut in cæteris inuẽtum a nobis est: quod merito omnes miremur: & uix credibile uideat. Cre
dimusq; nos ut pleraq; alia diuersis temporibus aliunde in Italiam uenerunt: quæ numerare ab re
non esset: nisi patrum nostroꝝ ætas Albam motũ peregrinam & tunc primum hospitem nostram
uidisset. Sic etiam arborem quæ Casiam hanc fert et nostro orbi diu incognitam meliore tandẽ fa
to ex ultimo mundi aliquo margine ad nos penetrasse: ut sanitatis salutisq; nostræ non mediocrem
grãm a nobis & ipsa sibi inueniret. Ei parꝫ recte fistulæ nomẽ & ex eo diuersitatis nota adiecta ẽ. Si
liquæ. n. magis q̃ fistulæ nomen illi congruit: ꝑpterea ꝙ undiq; clausa aliaꝝ siliquaꝝ in legumini
bus modo semina sua intra se claudit medica hæc Casia: & ad maturitatem perducit. Fistulæ uero
a summo usq; ad extremũ peruio & excauato foramine patent: sine quo non poterit ad suaues mo

Fistula

dulationes spiritus transire: ex quaꝝ similitudine in lignea Casia & hic & Plinius fistulas sæpe ap
pellauerunt: frusta. s. & segmenta illa quæ Theophrastus in ea fieri docet: & a uermibus excauari:
non aliter: nec alia specie q̃ licet quotannis uidere in aliquarum arboꝝ surculis: qui copia humoris

Siliqua

uerna tempestate turgentes cortices suos facile remittunt: deglobentesq; eos pastores & pueri: cor
nua fistulasq; sibi ad musicẽ & classicum faciunt. Nihil habent cõe nec in Casiæ medicæ genere nu
merant hæ fistulæ: ueꝝ in lignea tñ: quæ in fistulas has diuisa sectaq; & excauata quondã uendeba
tur. Cauendũ in primis ẽt & obseruandum diligentius ne in antiqua medicina: Dico aũt antiquam
quæ supra Galeni ætatem a græcis tractata est: fistulam Casiam inuenientes medicam hãc nostræ
ætatis credamus: eandemq; credentes graui periculo ea utamur. Ligneam. n. semper illi intelligũt:
quæ medicæ: & postriori huic nomen & appellatiõem suam ex similitudine largiri potuit. Vtraq;
enim longa: utraq; surculi figura: utraq; intus concaua: utraq; tandem nigra. Dico aũt utrãq; nigrã
qm̃ inter Casiæ ligneæ genera: & nigrum est ab hoc ipso & a Plinio descriptum. Nec est ꝙ miretur
aliquis hanc noĩum cõmunionem cũ in noua re nouis uocabulis uti oportuerit: deficientibusq; his
nulla imperitis aptior q̃ ex similitudine eoꝝ indicatio se obtulerit.

DIOS. DE Cinnamomo. Cap. xiii.

Innamomum. Romani pariter Cinnamomũ dicunt. Plura sunt cinnamo
c mi genera: gentium ubi nascuntur nominibus appellata. Antecedit boni
tate alia omnia quod Mosylicum dicunt: propterea ꝙ Casiæ quæ Mosyli

ca dicitur aliquam similitudinem referat: & in hoc genere qđ recens colore nigro: & cum uino diluitur cinereo: tenuibus cum læuore uirgultis: continuis per totū nodis: & odoratissimum est. Plerunq; enim probatissimi Cinnamomi iudiciū ex odoris sui sola ꝓprietate fit. Siquidem inuenitur in probatissimo etiam: & quod ꝓprio odore spiret: Rutæ: Cardamomo ue similis odor. Probatur itidem quod acre ē: gustum erodit: & cum feruore salso sapore aliquo sentitur: quodq; in attritu tarde friatur: & fractum puluetulentum fit: cuiusq; medium inter nodos spatium læuorē nō minus q̄ sarmenta habet. Probabis aūt Cinnamomum ab una radice integrum surculum seorsum sumens: facilisq; hæc probatio erit quando in probatione fragmēta miscentur: & in prima probatione quod melius est oppletis odore suo naribus deterioris iudicium impedit. Est præterea Cinnamomum: montanum: crassum: torosū: colore rubescens. Est & tertium Mosylico simile nigrum: odoratissimū: ramosum: sed non frequentibus nodis & geniculis. Est quartum itidem cādidum: fungosum: aspectu tumens non multifaciendū: fragile: grandi radice: quæ Casiæ odore est. Numeratur & quintum nares odore tentans: quod uitandum est: leniter rubens: & rubenti Casiæ cortice simili: tactu durum: nec ualde odoratum: radice crassa. In cūctis his quod Thus: Casiam ue: aut Myrrham: aut Amomum olet minus odoratū est. Damnatur candidum: scabrum: quodq; lignosum rugosis surculis & sine læuore ē. Est & aliud quiddam Cinnamomo simile falso Cinnamomum dictū: nullius honoris & pretii: ignauo odore & inefficaci potestate. Quod zingiber etiam uocant cum Cinnamomi lignum non cortex sit: similitudine in aspectu aliqua Cinnamomū referens. Est autē lignosum longioribus & solidioribus uirgultis: & odoris suauitate multo languidiore. Ferūt præterea quidam proprio genere xylocinnamomū: sic. n. Cinnamomi lignum dicunt a Cinnamomo differre: diuersum natura & aliud. Est Cinnamomis omnibus calefaciendi uis: urinam cient: molliunt: maturantq;: Menses & fœtus cum Myrrha pota & apposita pellunt: Venenis uenenūq; ictu aut morsu relinquentibus succurrunt. Purgant quæ oculoꝝ claritati officiunt. Extenuant eadem: lentiginesq;: asperam & discolorem ceu a sole cutem inuncta ex melle exterunt. Faciunt ad tussim a capite in subiectas partes destillationes: cutem subeuntes aquas. Renum cum urinæ malo aliquo dolores & urinæ angustias. Preciosissimis præterea unguentis miscentur: habentq; in uniuersum multiplices usus. Seruantur etiam & ut perennent trita uino excipiuntur: exceptaq; in umbra siccantur.

INTERPRES.

f I agendæ difficilioris alicuius rei: & impediti undiq; in ea conatus & studii qualis ab Hesiodo ad uirtutem ascensus describitur: imaginem penicillo magis q̄ lingua doctus pictor petentibus ꝓponere cogeretur: nullam ut credimus eorum desiderio aptiorem magisq; iconiam inuenerit: q̄ si pastorem finxerit: qui in patētiores latioresq; campos sibi & gregi suo iter per sepem facturus infestis undiq; paliuris: aspalathis: caninis sentibus: uastissimisq; aliis spinis & uirgultis implicitam: ideoq; nec homini nec pecori peruiam runcone putatoriaq; falce armatus ante eam stet: aliasque falce cominus demetat spinas: alias eminus runcone conuellat: uirgulta hæc pedibus calcet: illa manibus inflectat: redeuntiaq; statim conuersus penitus secet: nec nisi post multum tempus: totoq; corpore a sentibus lacer & sectus quo cupiebat euaserit: Non dissimilem tabulæ huic credere oportet toto hoc capite fuisse studium laboremq; nostrum: tam multa undiq; strepebant: & adhuc forte obstrepunt uitia: tamq; in græcis uarie plurima leguntur. Quorum neq; ex Theophrasto: Plinioue: aut iunioribus inueniri: conferriq; simul: neq; ex inaccessis locis illis allatis: nunc tot tamq; diuersis Cinnamomi generibus conici aliquid poterat. Nescimus ideo quantum labore hoc nostro ꝓfecerimus. Vtinamq; nō sint in scriptore hoc turpiores nūc cicatrices q̄ antea uulnera erant. Id certe nobis conscii sumus labore: studio: diligentia: fideq; omni scriptori huic & operæ in eo nostræ nullibi defuisse. Cupimusq; & precamur: siquid minus fœli-

citer in eo enienerit uoluntatem pro officio haberi. Et ex his quæ nřa ætate alii iam tradiderunt: & adhuc tradent: medicinam & scriptoris huius instaurari decreta & expleri. Est n. ingenui & in cõe consulentis hominis: non per quos sed quale quantumq; aliquid fiat æstimare: & cum fœliciter factum quicq̃ ab aliquo fuerit: ad gratiam & honorem id sibi facere. Quod agẽtes hoc sæpenumero optauimus in his quæ ante nos in eodem labore hoc nostro operati sunt: ne tam multis locis cogeremur diuersæ ab aliis editionis nostræ cãs & rõnes reddere. Ante quas his quæ in Casiæ superiore capite de Mosylo Aethiopiæ promontorio & emporio dicta a nobis fuerunt: adiecimus ꝓ Cinnamomo quæ a Plinio libro sexto: capite. xxviii. dicuntur: quæ hæc sunt. Promõtorium: & portus Mosylicus quo Cinnamomum deuehitur. Quibus innuere uidetur potuisse a portu promõtorio q; illo Mosylicum Cinnamomum dici: licet hic a similitudine Mosylicæ Casiæ sic appellatum fuisse testetur. Non multi faciendum hoc est: illud grauius: quod non multo post sequitur: & a nobis redditum est. Et in eo quod recens colore nigro: & cum uino diluitur cinereo. Duplex. n. in græcis eius partis lectio est τεφρίζον. ἐν τῷ οἴνῳ: quod si uerbum uerbo reddatur in uino cinerescens significat. Sunt itidẽ in qbus una adiecta syllaba tantum alius indicetur sensus τεφρίζον ἐν τῷ οἰνώδει. i. in uinoso colore cinerescens: quasi mixtum describens colorem & ex eo uarium Cinnamomũ in quo Cinereus & ex uino rubens color esset: pariterq; ac nigrum probaretur. Quam lectionem secutus est Mauritanus Serapion. Priorem uero illam antiqua Dios. interpretatio: quibus ob infelicitatem temporum quibus ea scribebant: & si parum credendum sit: non tñ negligenda penitus eorũ testimonia. Nos in ambiguo nihil cẽsemus. Cur aũt in alteram partem magis inclinauerit animus ea rõ est tota ex sermonis serie & sequaci eius ductu a nobis obseruata. Numerat hic ꝓbatioris Mosylici Cinnamomi plures notas laudatq; recens & colore nigrum: cumq; de colore eatenus egisset nulla interiecta copula aut diuisiõis nota alia subiecit statim τεφρίζον ἐν τῷ οἴνῳ & c. i. (ut nos reddidimus) & cum uino diluitur cinereo: ut non ad uarium in eo colorem id pertineat: sed ad mutatũ cũ uino maduerit: qualia multa quotidie uidẽtur oleo: aceto: humoribus ue aliis conspersa ex alio in aliũ mutari colorem. Nam si uoluisset uarium: & ex uini cinerisq; colore mixtum Cinnamomum pariter ac nigrum laudare: copula diuisionis q; alia nota aliqua alterum ab altero secerni oportebat. ut autem in omnibus græcis legitur in numero & censu notarum illarum usq; ad extremum uelutí cursus est: nullisq; alicubi interiectis copulis ait probari recens: colore nigro: τεφρίζον ἐν τῷ οἴνῳ & tenuibus cum læuore surculis. Qui dicendi & numerandi modus cõmunis & quotidianus est. Cogitauimus & nos hoc agentes probari a Dios. non minus rubentem q̃ nigram Casiam: & cum hic dixisset præferri aliis Mosylicum Cinnamomum ob Casiæ mosylicæ similitudinem quã Cinnamomum refert: utroq; colore illo posse etiam Cinnamomum censeri & laudari. Verum ut a pricipio diximus: decreto semel in hoc colore nigro: non poterat sine copula diuisionis ue in sermone nota aliqua alia: alius adiici color. Aut igitur sic legendum est ut nos reddidimus: aut si color alius illic ultra nigrum i Cinnamomo laudãdus sit: restituenda ibidem copula aut uox alia: quæ alterum ab altero diuidat. Quodq; in his hactenus diximus idem dicendum etiam: si quis ex Plinio affe tat uarium describi etiam Cinnamomũ & candido prælatũ quondã fuisse. Pariter. n. ut a nigro separaretur: intermiscenda erat quæ diuideret copula. Accedit & illud quod carere penitus rõne uideť ut credat aliquis in primo bonitatis ordine numeratum a Dios. id genus fuisse: quod candido tãtum præferretur in extremo ordine ab eo constituto & damnato. Sequitur non multo post inter eiusdẽ Cinnamomi bonitatisq; eius notas: quod nos diximus: continuis nodis & odoratissimum: dicẽdũq; quosnam in Cinnamomo nodos nos appellemus: nõ nexus uincula ue aliqua: sed quos græci ὄζους propria in arboribus uoce appellant: qui ut in minoribus & plerunq; annuis plantis geniculos uocauerunt: unde folium: siliqua: nouum ue germen profertur quale in harundine: graminis radicibus: aliisq; multis licet uidere: sic in arboribus & maioribus uirgultis nodos dixerunt unde noui se proferunt surculi & rami: qui certo spatio inter se distantes bini trini ue & aliqñ quaterni ut in abiete prodeunt. Et quoniam ex illis rami primum tument & oriuntur sæpe in aliis scriptoribus ὄζοι rami etiam dicuntur: quos siue nodos siue ramulos dicas nullis interuallis distantes: sed toto frutice continuos & frequentissimos habere Cinnamomum testatur Diosc. Demirabitur posthoc forte nos aliquis: quæretq; unde nos Rutam Cinnamomo miscuerimus: quæ in græcis qui circunferũtur nulla est: dixerimusq; sentiri aliqñ in probatissimo & quod ꝓprio odore spiret Cinnamomo: Rutæ: Cardamomo ue similem odorem: neq; immerito ut uidetur: donec intelligat habere nos unde non sine causa factum id esse ostendamus. Fuisse aũt huius loci aliqñ eam lectionem in latinis testatur Serapion. In græcis uero ꝓbatissimæ mihi fidei antiquissimus codex: in quo manifeste nulla mutationis alicuius suspitione adhuc seruatur & legitur: ἢ ὀσμὴν πηγανίζουσα ἢ καρδαμώμῳ ἐμφερῆ: quasi latine dicas rutescens aut Cardamomo æqualis odoris. Suspecta mihi præterea eodẽ hoc loco Cardamomi uox est. Siquidem inoleuit toto hoc opere multis locis idem: frequensq; uitium. In quo sæpius uel uocum uicinitate decæpti parum diligentes græcorum librarii: uel ob uirium similitudinem aliquam æqualia rati ueteres eiusdem gentis medici Cardamon quod latinis Nasturcium est pro Cardamomo: inuicemq; pro Cardamo. i. Nasturcio Cardamomum scripserunt. Eritq; omnibus facile quod nũc testamur in reliquo opere deinceps obseruare. Auxit deinde

ὄζοι in arboribus

ſuſpitionem hanc noſtram antiqua huius ſcriptoris interpretatio: quam & ſi non probemus: ꝓpterea q nihil magis informe infeliciuſq; ea excogitari poteſt: non tñ negamus ut ſpecioſæ & ualidæ iuuentutis in turpi & infima ſenectute notæ: ueſtigiaq; aliqua ſæpenumero ſuperſunt: ſic etiam in his quæ tantopere corrupta ſunt: integrum potuiſſe aliquid ſeruari & adhuc ſupereſſe. In ea.n Naſturcii non Cardamomi legitur. Accedit præterea ſuſpitioni huic noſtræ q Cardamomum ex decretis in eo odore ſenſum tentat: Cinnamomū aūt ſuauis odoris bonitate laudatur. Neq; abſurdū omnino cogitare etiā erit Rutæ comparatum in odore aliquid: puſſe pariter Naſturcio comparari q̄ multas hn̄t olera hæc duo ſibi inuicem æquales uires. Suſpitio tñ de Naſturcio & Cardamomo noſtra hæc ſit non decretum. Sunt præter hæc in reliqua Cinnamomi hiſtoria: generūq; & bonitatis eoꝝ cenſu omni plura alia ueteꝝ & melioꝝ codicū ope: & reꝝ neceſſitate in integrū reſtituta: q̄ q̄ui cum græcis noſtra hæc conferentibus facile patere poterunt: a nobis relinquentur. Non omittemus tñ quod mihi eum aliis in eodem hoc capite non conuenit illic ubi legitur deligiro ſcabrū &c. contra toties repetitas a Dioſ. Cinnamomi ex læuore laudes ſcabritiem in eo deſiderantibus: & qđ erat damnandum in precio & honore aliis facientibus: qui ne cogantur in eligndo Cinnamomo inter læuorem & ſcabritiem anxiis animis poſthac eſſe: docēdi a me ſunt: ſiue ἀπαλέγου ſiue ἀπεκλέγου (quod certius eſt) legatur: idem ſignificari reiectionem.ſ.& reprobationem. Debueratq; id rei neceſſitas docere: & quod in tanto ſcriptore credendum erat oportere in eo primis ultima reſpondere. Nos in eo & uerbi notiſſima ſignificatio: & ueterum græcorum exemplaria iuuerūt: per quæ licuit omnem eum locum in integrum reſtituere, propterea q in pluribus & melioribus legebat ἀπεκλέγου δὲ τὸ λευκὸν καὶ τὸ ψωρῶδες i. reprobato autem candidum ſcabrumq;: In quo atteſtat̃ Plinius nobis: qui de Cinnamomo hoc ipſo agens ait. Et quondam præferebatur candidum nunc contra nigrum laudatur: pauloq; poſt certiſſima tñ æſtimatione ne ſit ſcabrum: manifeſte ut uidetur ſcabritiem ſemper in eo damnans: candorem uero non ꝓbans: niſi ex antiquoꝝ iudicio: quod ſua ætate tñ mutatum iam fuerat. Expunximus & in reliquo capite pleraq; alia quæ abundarent: & in extremu calce quod inutiliter repetitum fuerat de Cinnamomo quod falſo Cinnamomū dicitur ea decretum fuerat: Cenſuramq; illam noſtram confirmauerunt græci uetuſtiores aliqui in quibus ea non leguntur: & hæc quidem hactenus. In his uero quæ ad medicinam pertinent: explicādū hoc loco quod anguſtius dictū a nobis eſt ꝓdeſſe Cinnamomū a capite in ſubiectas partes deſtillationibus: & quaſnam deſtillationes has intelligi uelimus; eas.ſ. quas græci ſua appellatione Catarrhos dicunt: & in quibus nos ea uocum & rei circūſcriptione uſi ſumus: ut cōmune eaꝝ indicaret̃ genus: fecimuſq; id opinati: ex quo non ſimplex nec unū nomine & re hoc malum antiquis medicis eſt: neq; eodem modo & in eiſdem partibus nocet: & hic ſcriptor raro neſcioq; an ſemel tātū aut iteꝝ nulla niſi catarrhi in eo appellatione utitur oēs a capite in ſubiectas partes deſtillationes uno illo nomine ab eo indicari Neq;.n. ueriſimile eſt in quotidiano & populari malo quodq; modo nares: modo fauces: & canalem animæ: modo pectus & pulmones tentet: non dicendū illi ſæpius branchon fuiſſe aut coryzam: & hoc illo ue remedio alterutrū id genus curādū fuiſſe. Vt.n. loco & euētu uariat id malum: grauiuſq; ideo aut leuius nocet: ſic diuerſis diſcretiſq; remediis curari ab eo debuiſſe credendū eſt. Inclinatq; nobis animus ut herbariū decebat cōmuni: & indiſcreta generis appellatione Dioſcoridem uſum diſcernendas eius mali ſpecies ex remedioꝝ illoꝝ uiribus & poteſtate medicis reliquiſſe. Quā rationem nos ēt ſecuti: qm̄ catarrhus in cōmuni ſignificationis æſtimatione nihil ultra deſtillationem ſignificat. In homine autem a capite in ſubiectas partes deſcēdit; eo quo legitur modo græcoꝝ catarrhum uertimus. Vnius & genere eiuſdem mali diſcemēdas eodem modo plures medicis ſpecies relinquentes. Quod monuiſſe legentes ſemel ſatis ſit. Et qm̄ de iis agere ſemel incœpimus: non pigebit quæ obſeruata a nobis in huiuſcemodi re fuerunt longius dicere: primum auctore Galeno in Iſagoge ſua: mox Paulo Aegineta tertio ſuæ medicinæ lib. Quoꝝ prior ille diuiſione hac uſus eſt Coryza aūt Branchus & Catarrhus (nunc.n græcis; ſed in noſtræ ætatis medicina notis & receptis iampridem uocibus utimur) a capite oriuntur repleto: tū deſtillante aliquando in nares: uocaturq; tunc malum id coryza: aliqñ in Bronchon branchuſq; id dicitur: aliqñ aūt in pectus & catarrhus appellatur. Ex his breue malum eſt: facilemq; habet curationem coryza: poſt eam Branchus: ſiquidē ab his malis exiguus cibus calidaq; & frumentacea cibaria plerunq; liberant. Difficilis aūt curationis & plerunq; inſanabilis catarrhus eſt. Ex catarrho eni acri & ſalſo corroſis partibus his ſanguinis excreatio fit &c. Alter idem re & ſi non iiſdem uerbis: neque eodem modo de cunctis his decreuiſſe uidetur. Suntq; eius hæc uerba. Cōmunis omnibus his malis eſt excrementoſi a capite humoris in inferiores partes deſcenſus: qui ſi in nares ingruit & per eas fluit coryza malo nomen eſt. Si uero per palatum in fauces catarrhus ſimpliciter dicitur. Sin autē hic idem in guttur & aſperam arteriam deferatur: interioremq; eius membranam exaſperauerit; raucedo tunc ſequitur: appellaturq; Branchus ſiue arteriatum malum: nec tantū hoc modo raucedo fit; ſed in uehementiore & altiore clamoris conatu & frigidi ſpiritus ingreſſu pariter ſentitur: permanenteq; malo fluxuq; hoc & in pectus pulmōeſq; deſcēdēte nō negligēda periculoſaq; ſequitur tuſſis &c. Ex his ratiocinari facile eſt primum illum a capite humoris in nares deſcēſum: nullo alio ab antiquioribus medicis q̄ coryzæ nomine dici & intelligi ſolitum. Et ſi Celſus teſtetur

Catarrhus

ab Hippocrate omnia hæc mala cōmuni coryzæ uoce appellata fuisse: quēadmodum destillatio-
nes etiam dictæ oēs aliqñ a latinis fuerunt ab eodem in cūctis principio & motu: nec refert crassior
ne sit humor ille an tenuis: & an nares oppleat: fluidus ue facile destillet: semper.n. coryza erit: & si
Celsus oppletas nares: nec facile respirantes grauedinē appellare tantum uidetur. Catullus in Epi-
grāmate suo Coryzam hanc descripsisse magis q̄ appellasse uidetur. Cum ait. A te sudor abest: ab-
est saliua: mucusq;. Et mala pituita nasi: utrunq; ut nobis uidetur genus Coryzæ complexus: & quæ
oppleret crassiore humore nares: & quæ solutior flueret: adiecitq; nasi pituitam quæ otis etiam ē
loco in hanc significationem contrahens: & malam qm̄ purgante se cerebro naturæ ordo fit ut illac
fluat; sed non præsenti noxa & malo: ut in Coryza fit. Flaccus ēt grauedinis aliqñ meminit. Verum
in poetis non possumus exactum illud: quod sibi petunt meliores artes semper inuenire: ideoq; nō
semper in his amāda eoꝝ testimonia. Branchon deinde ab euentu raocedinē merito appellare pos
sumus: nam in græcis ea uox mātfeste id significat: quod latinis raucedo. Causa aūt & locus ubi id
malum fit a Paulo Aegineta satis descripta sunt. De Catarrho tandem & si forte non uidetur Gale
no idem Paulus Aegineta dicere: non tñ rei controuersia ulla est. In coryza manifeste conueniūt: in
reliquis duobus Aegineta aliter magis q̄ aliud tradit. Siqdem ait cum per palatum in fauces fluxe
rit a capite humor catarrhum simpliciter dici: quasi destillationem tam græcis.n. q̄ latinis generis
& cōmunes uoces sunt catarrhus & destillatio: & nisi adiectione alicuius differentiæ: aut usu recæ-
ptaq; ab omnibus æstimatione significationis contrahantur: nihil significabunt aliud: Idq; est quod
Aegineta ait catarrhum simpliciter dici: nam ut est recæpta eius uocis in medicina æstimatio: qua-
lem Galenus descripsit: Catarrhum significat: Cumq; id dixisset statim subiecit: quod antea Gale
nus dixerat: Si in guttur & asperam arteriam illabatur branchum dici & raucam uocem exaspera-
tis partibus illis fieri. Nec multo post adiecit permanante humoris eius fluxu: & in pulmones descē
dente maleficæ sequuntur tusses &c. Quod totum ubiq; idem Galeno est. Nec discrepant inter se
graues medicinæ auctores: nisi q, Galenus post Coryzā statim Branchon: & post Branchum Catar-
rhum numerat: Aegineta post eandem coryzam cōi & gñis appellatione: quæ in cunctis his Catar
rhus est illata diuisione usus ait: cum in fauces fluxerit gutturq; & canalem animæ exasperauerit:
q, raucescat tunc uox branchon appellari: reliquam catarrhi uocem: & ex diuisione sua alterā par-
tem relinquens in his: quæ in pectus & pulmones destillarent. Nihil.n. aliud intelligi uoluit cū di-
xit. Permanante aūt humoris eius fluxu & in pulmones descendente maleficæ sequūtur tusses &c.
In hoc ēt Galeno subscribens: qui post numeratas destillationes has omnes cætera ꝑsequit̄ mala: q̄
ex ultima illa fiunt; sanguinis excreationes: purulentas itidem excreationes: sic.n. dicimus quæ græ
ci & iuniores medici empyemata dicūt: & pleraq; alia. Prioꝝ illaꝝ raro aut nūq̄: ut testati paulo an
te sumus Diosco. meminit. Quod merito demiretur in eo aliquis: presertim cum ab Hippocrate:
alusq; antiquioribus medicis destillationis huius alias illas species & eaꝝ nomina nouisse potuerit
& in tanto maloꝝ remediorumq; censu toto hoc opere sæpius meminisse debuerit: ideoq; nos nul
la cōtractione generis ad species usi a capite in subiectas partes destillationes diximus: & posthac
semper dicemus: relinquemusq; medicinæ peritioribus eius rei cēsuram: quæ ex causis locisq; ubi
fient: & ex potestate uiribusq; medicamentoꝝ certius diligentiusq; omnia constituent. Præterea ut
Catarrhum a capite in subiectas partes destillationem dicere pollicemur: sic etiam io duabus il-
lis: siqñ opus erit: nasi pituitas & raucedines dicemus. Neq; est nunc omittendum quā humani oris
partem græci βρόγχον dixerint: & nos guttur appellauimus non aliam sane q̄ in qua tumores extri
secus fiunt: quos græci βρογχοκήλας dicunt: & quibus informes hoīes gutturosos Vitruuius appel
lauit: quod malum uitio aquarum plerūq; fit. Et quæ intus in summo animæ canali (dico aūt ani-
mæ canalem asperam arteriam quæ ad pulmones pertinet linguæ radicibus adnexa) quam græci
ἐπιγλωττίδα dicunt: nos ligulam dicere possumus profert: ut in epulando canalem illum operiat:
ne si potus cibus ue in alium tramitem deerrauerit torqueat.

Coryza

Branchos

βρόγχος

DIOS. DE Amomo. Cap. xiiii.

Momon. Romani pariter græcis Amomū dicūt. Exiguus frutex Amo-
mum est: ex ligno uuæ modo in seipsum conuolutum. Exiguum quendā
habet florem candidæ uiolæ similē: folia uero labruscæ uiti quā brioniā
dicunt. Probatissimum ex Armenia affertur colore ad aurum inclinato:
ruffescente ligno: & odoratissimum. Quod aūt ex Media affertur emplastribus &
uliginosis locis natum ignauius: grande tamē est: pallescit: tactu molle: materia ue
nosa: & origani odore sentitur. Ruffescit ponticum non longum: nec frangenti cō-
tumax: racemosum: semine plenum est: & odore sensum tentat. Eligito quod recēs
quod candidum: quod modice ruffum: semine plenum: uuaꝝ racemis simile ponde

a

rosum

odoratiſſimũ: ſine carie: acre: guſtũ erodens: quodqꝫ ſimplici nõ uario colore ẽ. Ca-
lefacit amomũ: adſtringit & ſiccat Sõnificũ ẽ & frõti illitũ ſomno dolores leuat. In-
flãmationes & ulcera quas græci melicetidas dicũt maturat. Idẽ cõtra Scorpionum
ictus addito ocymo utiliter illinit̃. Podagris confert dolores leniens: lenit & oculo
rũ inflãmationes. Interaneoꝝ uero additis paſſis uuis. Facit idẽ ad ea quæ græci mu
liebria. i. mẽſes dicũt appoſitũ. Fouent̃ & utiliter eodem. Bibit̃ decoctum eius ioci
noroſis utiliter: bibit̃ & renũ cũ urinæ uitio aliquo doloribus. Miſcet̃ idem antido
tis & ꝑcioſiſſimis unguentis. Sunt qui amomũ ea quę fœminino gñe amomis dicit̃
adulterant: amomo ſimili planta: ſed ſine odore & ſine ſemine. Naſcit̃ hęc in Arme
nia Origani flore. Oportet in huiuſcemodi reꝝ ꝓbationibus fragmenta uitare: eli-
gendaqꝫ ſunt quæ ab una radice ſuos habeant integros ramos.

INTERPRES.

q

Væ Cinnamomo in Dioſ. nocuerũt ſiue id fecerint graues per tpa græcoꝝ calamitates: q-
bus diu iactata ea gens: qua quondã fœlicitate fecerat bonas artes exercere diu nõ potuit:
ſiue herbarioꝝ ſimulqꝫ medicinã ꝓfitentiũ in cẽſenda: librarioꝝ uero in excribẽda medi
ca materia negligẽtia & icuria. Eadẽ Amomo multis locis tã graues intulerũt noxas: ut informe nec
ſibi nec aliis q de eo tradiderũt cõueniat. Inſtaurãdæqꝫ antiq̃ lectionis adeo difficilẽ nobis uarietatib'
ubiqꝫ græcis cõiecturã reliq̃runt: ut niſi naturæ maieſtas q̃ in nulla ſui parte ſpecioſior q̃ i his & po-
rẽtior dephendit̃: cõtẽplationiſqꝫ eius cõtinua & ſuauis quædã uoluptas i ſtudio & labore hoc nr̃o
nos retinuiſſent: neglectũ iãpridẽ oẽ hoc opus penitus abieciſſemus: aut qd alii añ nos fecerũt: q̃lia
ubiqꝫ ſingula legunt̃ nullo aut exiguo labore tradidiſſemus: ſolo trãſlati tãti ſcriptoris noie cõtẽti:
Sed nos ꝓbi ſapiẽtiſqꝫ hois nunq̃ in agenda q̃cunqꝫ re eſſe credidimus: ut i ꝓœmio iuris adhuc le
git̃: utilia inutilib' miſcere: aut q̃a ob ſimilitudinẽ a lolio triticũ difficillime ſeparet̃: qđ paſcẽdæ
familiæ ſeruari debuerat a d auiũ ſaginã ꝓieciſſe. ideoqꝫ nos tãto cõtinuoqꝫ hoc labore nunq̃ defati
gati: & ut græci dñt κάματον ἀκάματον φέροντες. In Amomo q̃ deſiderari debere & poſſe uidẽtur
ſubiiciem' incipiẽtes ab odore: quẽ in eo q ex Media afferẽ in plurib' origani: in meliorib' aũt rutæ
non origani ſentiri legit̃. Rutæqꝫ antiq̃ forte lectionẽ fuiſſe ex iunioribus indicat Serapion licet &
de Origano in eo ẽt aliquid legat̃. Nos in parũ diuerſo odoris duaꝝ plantaꝝ ſenſu cõem in græcis
lectionẽ: & antiquã Dioſ. interptationẽ ſecuti: origani odore ſentiri diximus. Sequit̃ non multo poſt
locus iudicio nr̃o tam deprauatus: tãqꝫ mixtis & confuſis ſimul ꝓbati & reprobati Amomi notis: ut
(quod Comicus ait) Oedipode magis q̃ Dauo legentibus in eo opus eſſe uideat̃. Quis. n. candidũ
ꝓbabit & eliget: aut qui poterit bonitatis ſimul nota candor & rubor eſſe: qđ paſſim in cũctis legi-
tur: cũ in Armenio hic paulo ante laudauerit colorẽ ad aurũ inclinatũ: odoratiſſimũqꝫ & rubens li
gnũ: & Plinius inter alia genera peſſimũ candidũ dixerit: uetuſtate in eũ colorẽ mutatũ. Quo pa-
cto ẽt negabit̃ ꝓbatiſſimo Amomo denſus: cõferctuſqꝫ & implicitus habitus: qđ totũ in iiſdẽ legi
tur cũ primũ Amomi inditiũ: & prima bonitatis nota ſit in uuã cõuolutũ eſſe: qd a principio hic in
dicauit. Et Plinius dixit adulterari foliis punicæ & gũmi liq̃do ut cohæreat conuoluatqꝫ ſe in uuæ
modũ: q̃ſi ſine hac forma cõuolutaqꝫ figura nulla ſit adulterii eius ſpes & fortuna. Nolum' græcas
uoces huic loco adiicere. poterũt ex græcis & ex iis q hoc opus interpꝛtati ſunt: cupiẽtes ea facile no-
uiſſe. Quod nobis aũt uĩ multiplex eſt: illudqꝫ in primis cogitauim' a Dioſ hoc loco deſcriptas nu
meratasqꝫ fuiſſe ꝓbati & reprobati Amomi notas: nec ĩtegrã ad nos ꝑueniſſe aliq̃ hoiuſcemodi ꝑtẽ
ueꝝ utriuſqꝫ fragmẽta aliqua mala inſitione ſimul coaluiſſe: In bono. n. antiqs notæ ſunt: recens: ru-
bens: & in uuã cõuolutũ. In malo cõtra uetus cãdidũ & ſolutũ & in utroqꝫ gñe deſont aliquæ: quas
cõiectura magis q̃ ueteꝝ codicũ fide & ſuſpicari potius q̃ aſſerere licet. Qui n. ꝓbatiſſimus oĩum
mihi codex eſt; truncus: & ſine reliquo capite ab eo loco eſt. Quod ſuſpitionẽ nr̃am magis ẽt auxit.
Cogitauim' ꝑterea potuiſſe a librariis corrũpi locũ λευκὸν qđ albũ ſignificat ꝑ λεπτὸν: quod tenue
eſt ſcribentibus: quæ duoꝝ adiectiuoꝝ inuicẽ mutatio frequẽs toto hoc opere ẽ graui reꝝ quæ do
cent̃ multis locis niſi diligentius deprehendãt̃ diſcrimine: q̃ſi tenue hic dixerit qđ Plinius fragile
appellauit: Sic ẽt non οὐκ πεπιλημένον: qđ nõ denſatũ, nec ſtipatũ ſignificat legi oportere. Sed ut
Galenus ait οὐ προεκπεπιεσμένον: qđ eſt nõ antea expſſum. Coniecturis in tota hac re nitimur quæ nõ
ſemper ueritati rñdent. Et eo difficiliores in tam corrupto capite hoc ſunt quo iuniores oẽs Serapi-
on. ſ. & antiquus ſcriptoris huius interpres longe plura q̃ nunc in græcis leguntur reddiderũt: quæ
an in Dioſ. tunc legerent̃ an per tẽpora illis accreuerint non facile deprehendere eſt. Optam' itaqꝫ
in ſuſpitionũ genere a legentibus hæc nr̃a haberi: nec ægre ferre quẽpiã ſiquid in inſtaurãdo tanto
ſcriptore curioſius expẽdi a nobis uidebit̃: nihil. n. copia nocebit: nec uſq̃ legentes tã uiolenter mo-
rabimur: ut nõ liceat quo uoluerint ſaltu q̃ illis moleſta erũt trãſilire. Nũc aũt ex quo hiſtoriã tra-
ctauim' in medicina ẽt aliq̃d ꝓ Amomo cõſtituem': qd ĩflãmatiões & ulcera quas melicetidas di-

πεπαίνειν διαφορεῖν

cũ maturarẽ diximus. In quo est illud añ alia aĩa duertẽdũ uideri nobis repugnare nec simul ĩ ali quo cõstitui posse quod ubiq̃ legiť πεπαίνειν καὶ διαφορεῖν: quoꝝ alteꝝ maturare & cõcoquere: alteꝝ discutere significat quæ sibi inuicẽ cõtraria dissidẽt: siquidẽ in ulceribus maturare & concoquere nihil aliud est q̃ ad pus & saniẽ collectiones pducere: ut aut expressæ aut p se purgenť. Discutere uero easdẽ cũ coeũt dissicere: ut sine suppuratiõe aliq̃ soluanť & euanescãt: illud calida hoc plerũq; frigida faciũt. Credimusq; nos abũdare alteꝝ illud uerbũ διαφορεῖ i. discutit: qñ antiqua interpretatio curat tñ hẽt: & Paulus Aegineta. in. vi de eo agens egregia ad maturandũ tñ potestate dixit eẽ eãq; ob cãm relictũ illud a nobis est Nõ ignoramus tñ pleraq; in natura inueniri quæ cõtrario euẽtu censeantur quale coagulũ est cui natura est soluta coagulare & coagulata soluere. Qualis itẽ cedrinus liquor: quẽ hic idẽ dixit uiuẽtia corpora exedere: defuncta uero cõseruare ideoq; a qbusdã cadaueꝝ uitã appellare. Veꝝ rarissima hæc sunt nec admittẽda in his quæ simpliciter posse aliqd dicuntur & quoꝝ nulla sit antiquioris alicuius scriptoris fides. Sciendũ deinde duo in ulceꝝ genere a græcis numerari ab apibus & eaꝝ aluearibus inuenta appellatione. κηρίον. s. qď fauũ possumus dicere & μελικηρίδα quæ a latinis græce semp meliceris dicta est: facto ex melle & cera noie: quæ qm̃ sæpenumero miscentur ex antiquis scriptoribus de utroq; tradita breuiter colligemus. Prius illud fauũ. s. Galenus in diffinitionibus suis ait esse ulcus contiguis foraminibus terebratũ: ex quib⁹ mellis crassitudine humor excernitur: In Isagoge aũt sua quo loco agit de capitis humani uitiis ab eodẽ capiti tm̃ assignatũ. Idemq; in secũdo testatus est Paulus Aegineta: qui cũ egisset de manãtib⁹ capitis ulceribus quæ græci ἀχῶρας dicũt & de quibus cũ primũ licebit nos etiã certius dicemus: statim subiecit quasi de cõgeneribus in eadẽ parte malis agens: simile & huic figura & aspectu malũ est qď fauũ dicũt: quod maioribus foraminibus terebratũ mellis mõ humorẽ cõtinet nõ aliter q̃ in apium fauis uidere licet. Celsus utrunq; genus simul miscet discrimine tñ allato q̃ alteꝝ terebratũ alteꝝ tunica sua inuolutum sit: ex utroq; crassitudine mellis aut uisci humor fluit: & in toto corpore pcipueq; in scapulis & pectore utrũq; nasciť. Melicerida cõtra Galenus in capite & in reliquo corpore fieri eodẽ loco testatus est. Quod ipsum & Paulus Aegineta confirmat tunica sua cõtineri tenuiorẽq; ex ea q̃ ex fauo humorẽ manare expssumq; fluere: cõtra id qď in plerisq; aliis huiuscemodi uitiis & abscessibus fit. Differũt itaq; ne lõgiores simus: q̃ fauus cõtiguis foraminib⁹ terebratus est: meliceris sua tunica claudiť & inuoluta est: Cõueniũt q̃ ex utroq; mellis crassitudine & colore humor manat in fauo crassior & p se: in meliceride tenuior & expressus. Qua parte aũt corporis alterutrũ fiat diuersa cẽsentibus antiqs græcis & latinis: alioꝝ iudicio relinquať. Nos interim anteq̃ ab Amomo discedamus: quid nã sit dicem⁹ qď hic tã multis locis iactat: Antidotis misceri: et quænã ueteribus græcis antidota fuerint: nõ maloꝝ oium remedia sed quæ cõtra uenena solũ priuatim in usu essent q̃ua tũc multa numerabanť a suis auctoribus inuenta appellatiõe & quale laudatissimũ mithridaticũ quõdã fuit a rege illo cõtra uenena: quibus periturũ se in maiore fortuna facile timebat confectũ: quod qm̃ præ cũctis aliis in pcio & honore tũc hẽbatur magna mithridatios ab hoc ipso ubi de uenenis agitur dicta est. Testatur id Celsus lib v. qui licet malis & grauissimis aliis casibus necessaria esse dicat antidota maxime tñ desiderari ait aduersus uenena: quocũq; modo corporibus nr̃is illata nec tñ post admissum malum: uerũ in præcautione eius ẽt. Sciẽdum & illud neutro & fœminino genere antidota & antidotos a græcis appellari.

Κηρίον μελικηρίς.

Antidota

DIOS. DE Costo. Cap. xv.

Oston. Romani pariter græcis Costũ dicunt. Primã hẽt bonitatis æstimatione Costus qui ex Arabia afferť: candidus: leuis: plurimo & eximio odore. Secũdæ bonitatis Indicus est: speciosus: niger: & ferulę modo leuis. Tertiæ Syriacus: ponderosus: colore buxi: odore sensum tentans. Probatissimus oium est recens: candicans: undiq; plenus: & dẽsus: qui itidẽ arida solidirate sit: nullas teredines senserit: nec uitoso odore sentiať: feruido & erodente gustu. Est Costo uis & natura calefacere: Vrinã ciere: & menses ducere. Muliebriũ locoꝝ affectionibus succurrit: in quẽ usum apponũt: liquidisq; & siccis ex eo fomentis fouent. Potus idẽ drachmaꝝ duaꝝ pondere uiperarũ morsibus subuenit. Bibiť præterea cum uino & absynthio utiliter cõtra pectoris dolores: conuulsa: & inflationes: Venerẽ stimulat cũ mulso: lũbricos uero latos pellit cũ aqua potus. Inunguntť eo ex oleo añ accessionem cõtra febriũ cũ algore tremores: Inũgunť & resoluta. Abstergit idẽ asperam & discolorẽ ceu a sole cutẽ ex aqua & melle inũctus. Misceť ptere a malagmatis: & antidotis. Miscent illi quidam solidissimas Comageni elenii: quã Romani Campanã inulã dicunt: radices eũ adulterantes. Veꝝ facillime dephenditur. Neq;. n. feruido sapore Inula est. Nec bonitatem odoris adeo firmam & sensum tentantem habet.

c

INTERPRES.

Cio fore multos qui me ut in Comoedia auditur: nodum quærere in scyrpo iactent: morosioreq; diligentia in integro & specioso corpore ubi cætera uitia non sint neuos emendare: continuisq; uitio℞ huiuscemodi suspitionibus & eruscationibus nostris græcorum librariis simul inuidiam facere: & tempo℞ iniurias pro bonis artibus lamentandi nouas ubiq; occasiones captare: uelut is cui in hoc opere nulla sit alia laudis & honoris ansa: a quo tñ longe absum⁹: nec culpam banca legentibus indulgeri nobis uolumus nisi certas dicto℞ nostro℞ rõnes attulerimus Fœlicissime profecto: in hoc capite agimus in quo una tñ mutanda est particula ἢ quæ uel significat in cupulam καὶ .i. & : illic. s. ubi hic ait exterere costum asperam & discolorẽ ceu a sole cutem ex aqua & melle iunctũ: neq;. n. legendus locus est ex aqua uel melle uerũ ex utroq; liquore: ꝓpterea ꝙ mel molliendi & extergendi uim per se etiam habet: sic in uetustissimis legitur & rõ etiã non repugnat. Legitur eadem mellis uox in antiquis aliquibus illic ubi Dios. ait pellere costũ lumbricos latos cum aqua: sequitur. n. statim & melle: quod quia contrarium nec respondere lumbrico℞ curationi uidebatur relictum a nobis est: excitantur. n. & aluntur dulcibus non pelluntur lumbrici uentris: nisi forte mel addi ideo oporteret: ut suauitate eius decæpti admixtum costũ copiosius haurirent: non aliter q̃ in curandis pueris fit quibus amaræ aut uirosæ potiões dulci sapore & iocundiore aliquo odoramento circũlitæ porriguntur: non quemadmodum Lucretius cecinit ut improuida illa ætas ludificetur: sed potius tali gustu recreata ualescat. Desiderauimus præterea in hoc capite quod in costo præcipuũ habet sensum & usum amaritudinem. s. quæ a Galeno inter primas eius notas numeratur & qua una lumbrici illi ex intestinis pelluntur: uerisimileq; est non relictam a Dios. fuisse & si numerata ab eo fuerit: legitimũ locum illi fuisse ubi bonitatis eius tã multæ aliæ numerantur notæ. Ecquis ẽt nouit: quod est πυκνὸς. i. densus πικρὸς. idest amarus legi debuerit: aut ex quo latini omnes densitatem illi tribuũt similitudo & æqualitas uocis fecerit ut cum duo simul essent πυκνὸς καὶ πικρὸς alterũ imprudenter relictũ fuerit: quocũq; modo id factum sit iuste & necessario amaritudo desideratur ut uentris & intestino℞ animalia pellantur. De qbus breuissime a nobis dicentur quæ in græcis leguntur. Tria in Isagoge sua Galenus uentris & intestinorum animaliũ gña esse dixit. Primum: quod tereti & rotũda forma sit: longitudine palmare: & aliqñ maius: & usq; ad stomachum ꝓgrediens Paulus Aegineta hoc amplius addidit: copiosum eẽ & abundare hoc genus: in gracilibus intestinis plerunq; consistere: & in superiorem uentriculũ subire: ideoq; per os sæpenumero reiici: fuisseq; aliqñ quibus p nares ẽt reiecta hæc animalia fuerint: esseq; hoc genus infantibus peculiare & quotidianum: Secũdum genus facere Galenus idem dixit quas græci Ascaridas appellant quæ in extremo longanone plerunq; inueniuntur: & post pubertatẽ fiunt: Aegineta hoc amplius uermibus similes esse & ubi primũ se claudit intestinum illud non lõge ab ano inueniri grauesq; illic pruritus excitare. Tertium uero quos latos lumbricos dñt: adeo lõgos aliqñ: ut totius intestini longitudinem æquent. Vocariq; a quibusdam Galenus ait fascias ꝓpterea ꝙ his similes sint uocati pariter & Tænias. Aegineta illud addit non esse aliud hoc genus q̃ mutationem adnatæ in interiore intestino membranæ in materiã animalis mõ mobilem quæ sæpenumero tota reddat longitudine incredibili. aliqñ aũt pars eius aliqua: & ex hoc genere uerisimile ẽ Plinium dixisse triginta cubito℞ tineas uentris aliqñ uisas. Omniũ gene℞ cãm & originem plerũq; esse dicunt: ex cruda: crassa: pituitosaq; materia: qualis in pueris colligitur: & in maiore ætate his q ultra facietatẽ uescuntur Celsus duo tñ genera lumbrico℞ agnouit rotũdos & latos: tertium illud ascarides. s. nullũ illi est Plinius aliqñ lumbricos: sæpe uentris aĩalia: nõnũq̃ tineas ẽt uentris uocat: Credimusq; nos tinea℞ appellationẽ secũdo illi ascaridũ gñi ob similitudinẽ cõpetere quas ꝙ hærent motuq; carent græci sic appellauerũt. Volumus & illud in Plinii lectione monere: obseruasse nos neq; ab re uideri pluribus locis ubi tineæ lumbrici hi dicunt tæniæ posse legi: qñ quæ remedia illic ab eo docentur lumbricis latis: quos tænias Galenus uocat: priuatim cõpetãt facili ab altera in alteram uocẽ lapsu presertim in his qui græco℞ medicinæ pa℞ periti Pliniũ excripserunt aut castigauerint. Reliquũ nunc est ut dicamus quã nos asperã & discolorẽ ceu a sole cutem intelligimus quod erit facillimũ si nouerimus unde cõposito noie uitii magis q̃ morbi genus hoc græci ἐφηλίδας dixerint. ἥλιον illi solem appellant coniũctaq; præpositione ἐφ' ἡλίου quasi in aduerbio sub sole dicunt ex eo primũ cũ cutis humana multo sole tosta candorẽ & læuorẽ suũ amiserit cõtraxeritq; nigritiem & aspredinẽ tunc ephelidẽ uitii id genus uocauerunt: primaq; nominis cã & origo a sole fuit: recæpta deinde uox in aliis ẽt est quæ eandem aspredinẽ & nigritiẽ aut huic non dissimilẽ ex aliis causis cõtraxerint: nec aliud ea appellatione græci significauerũt: q̃ ut Celsus lib. vi. docuit cutis asperitatẽ & duritiẽ mali coloris: curandã præcipiens qñ nõ sit eripienda fœminis cultus sui cura. Plinius multis locis græci nominis & cõpositionis eius primam illã rõnem secutus ex sole aliqd in eius mali appellatione addidit: aliqñ æstates: aliqñ discolorẽ a sole cutẽ: aliqñ a sole usta: aliqñ a sole adusta & eo uitio deformes solatos dicẽs: nos siue a sole siue ab aliis causis factum uitium id sit una descriptione complexi asperã & discolorẽ ceu a sole cutem diximus: oẽm huiuscemodi in cute asperitatem duritiem & malum colorem significantes.

Lumbrici uentris

Rotundi.

Ascarides

Lati.

Fasciæ

Tæniæ.

Aspera & discolor ceu a sole cutis

DIOS. DE Rotundo odorato iunco quem græci Schœnon dicunt. Cap. xvi.

f

Chœnon. Romani rotundum odoratum Iuncũ dicunt. Nascit̃ Iuncus hic in Libya: Nascit̃ in Arabia: Nascit̃ & in parte eius quæ Nabathęa dicta est: qui omnium maxime probatur: Secundũ bonitatis honorem habet arabicus quem plerique babilonium uocant: quidam uero Theucitim: Pessimus omniũ libycus est. Eligito recentem: Ruffo ignis colore aliquo: copioso flore densum: & qui scissus purpuræ colore aliquo aspiciatur: gracilem: suauitate odoris qualis in rosis sentitur cum manibus teritur olentẽ: & feruidæ in lingua mordacitatis cuiusdam. Floris: culmi & radicis usus est. Ciet urinam rotundus odoratus hic iuncus: menses ducit: inflationes soluit: capitis grauedines tamẽ facit & leniter adstringit: frangit præterea maturat: & aperit: flores eius contra sanguinis excreationes: dolores stomachi: iecoris & renum in potione utiliter dantur: & antidotis miscentur: radix maiore ui adstringendi eamq; ob cãm contra stomachi ex repletione fastidia datur: Datur & contra cutem subeuntes aquas: & conuulsa cum pari piperis pondere aliquot diebus: decocto eius pręterea insidentibus muliebrium locorum fœminis apte inflammationes fouentur.

INTERPRES.

m

Aledixit ad Troiam in græcoꝝ castris Calchanti iratus quondã Achilles: maloꝝ uatem: & cui cordi esset calamitosa semper & tristia uaticinari hominẽ appellans. Quin etiam a Latratu & canino ingenio cognomen inuenit Sinopæus sapiens dolium: palliũ: paupertatẽq; suã quocunq; circũferens quod cæteri grata hilaritate fœliciq; fortuna uix inuenerunt: ex maledictis calamitatibusq; suis ut ubiq; adhuc laudetur effecit. Quam uereor & ipse ne idẽ in labore hoc meo mihi eueniat: audiamq; & ego posthac uitioꝝ interpres: sed non Diogeni candẽ ex infortunio & labe tanti scriptoris laudẽ mihi nunquam: tã multus in instaurãdis corruptis eius uocibus & ptibus uolui & cogor ubiq; esse. Cũ alioquin liceret ex Theophrasto: Plinioq; & antiquioribus aliis græcis & latinis singulis capitibus aliquid adiicere quod extra Dios magis delectaret q̃ i eo prodesset: nec tñ quod in angustiore cõuiuio dolose fit admissis inter epulas Citharedis histrionibus & saltatoribus: ut spectaculis his distracti cõuiuæ copiosius uesci desinant: noua aut paꝝ cõi ex græcis rei alicuius historia legentes delectare: Veꝝ quod in Equitibus suis lepidissimus græcoꝝ Comicus iocatus est: ad cœnã pro oibus cõfectã a Seruo placentã clã illi subtractã mihi tñ pro mea apponere & ex alienis plumis Oratianæ illius corniculæ instar honorẽ meũ augere: Cuius ego fortunã timẽs nolui furtiuis nudatus coloribus legentibus risum mouere aliqñ. Qui mihi ut uideo paratus erat: si ex Theophrasti plantis q̃ ab illo longius de odorato rotundo hoc iunco dicunt̃ cõmentationibus his nostris adiecissem. Neq; n. aliud id fuisset q̃ & ab illo & a Plinio scripta ut i hortis & oleribꝰ fit: quæ ex his in illas areas uerna tempestate fœlicissime transferuntur: ex latioribus campis in angustos puluinos cõtraxisse: a quo ingenio & cõsilio tota uita alienus: medicinæq; rõnem secutus: q̃ tuto semper: cito aũt & iocũde cũ liceat tã multos morbos quotidie curat a captanda legentiũ admiratione & plausu ad humiliora hæc & odiosa ex ꝓposito tractanda & instauranda me transtuli: non relicturus cũ ꝓfuero quæ delectare ẽt pñt. Quod primũ aũt in rotũdo odorato hoc iũco nouisse ꝓfuerit in appellatiõe eius est. Græci eũ cõi iuncoꝝ alioꝝ uoce χοῖνον dicũt diphthõgo ut a lẽtisco arbore differat scribentes: quã χῖνον idẽ appellãt. Priuatim tñ in hoc tñ genere seruata hæc uox ab illis est: nã cæteros iũcos additis cõi oĩum noi notis aliqbus: oxyschœnon & oloschœnon dixerunt ut in his certius suo loco docebimus. Præterea cũ cæteros masculino gñe plerũq; dixerint hunc fœminino dixerũt. Nos qa nõ licebat discrimine hoc uti docentibus Celso & Plinio in iuncoꝝ gñe eũ cõstituimus deinde qm̃ nõ satis id erat sed oportebat ab aliis rõne aliq̃ secerni eodẽ Celso auctore rotũdũ diximus neq; explẽtibꝰ his ẽt tẽ totã odoratũ adiecimus: locus in eo auctore est li. iii. ca. xxi. Sũtq; eius hæc uerba: Iũci q̃drati & rotũdi semẽ illud cyperõ hoc schœnõ græci dñt: pauloq; post. Quæ quoties posuero nõ quæ hic nascunt̃: sed quæ inter aromata afferunt̃: significabo. ex qbꝰ rõcinari facile est: qa schœnos a græcis uocet̃ iũcũ: qa tereti forma sit rotũdum: qa inter aromata numeret̃: odoratũ dici oportere. Variant deinde antiquiores græci ubi hic ait: caput aggrauare hunc iuncũ in aliquibus καρηβαρικὸν in aliquibus καρωτικὸν legitur: neq; sensu in scriptore hoc: neq; eodem in homine periculo Siquidẽ prior illa uox caput aggrauans simpliciter significat: quod multa possunt & inter cætera ebrietas: altera non dissimilem lethargo somnum indicat. Inexpugnabilis enim

καρηβαρικὸν
καρωτικὸν

lis enim somni plura genera sunt: inter ea & κάρος est a lethargo tantum differens q; in lethargo sequitur: in Caro somnus præcedit ut alibi copiosius dicet, hunc Plinius semper sopore reddidit, pfertimq; cũ ait: curandũ esse ne somnus sopor fiat quasi in somno salubris in sopore morbosa q es & maleficium semper intelligatur: quod ubiq; a nobis posthac seruabit nec soporis uoce unq̃ nisi i malo utemur. Quæ aũt uerior & ex re magis lectio sit non satis p cõperto nobis est. Nõ multo post ẽt præter alias rotundi odorati iunci uires in pluribus legitur ẽt μαλακτικὸν quod mollire est. Credimusq; adiectã forte eã uocẽ fuisse qm̃ maturet hic Iuncus. Quod ẽt θρεπτικὸν passim legit. i. frãgere sunt in quibus legatur πεπτικὸν. i. nutrire. Sed parũ a nobis id pbatur ideoq; nihil mutatum. Videtur deinde in curandis stomachi fastidiis: aliisq; ab eo illic numeratis malis deesse: iuncti huius mensura ex quo præcipit dandum esse cũ pari piperis põdere: siquidẽ oportet referri ad aliud quod par dicitur: & alicuius paris par esse: nisi æstimandam medicis mensurã eius reliquit ad quã ex eorũ iudicio piper deinde adiiciendum sit. Variant & in extremo capite antiquiores græci habẽt ex eis aliqui ἀπόζεμα quod decoctum est aliqui ἀπόβρεγμα quod dilutum auctore Plinio & aliis dicitur: est aũt dilutum aqua humorue aliquis in quo maduerit quidpiam. Verbi causa si in aqua diebus aliquot absynthii scopas habueris: cum eas subtraxeris relicta eius oleris ui & amaritudine in aqua id propric absynthii dilutum dixeris. Nos qm̃ maiore ui decoctum q̃ dilutum ẽ illud seruauimus quod etiam cõmunius erat.

ἀπόζεμα Decoctum Dilutum ἀπόβρεγμα

DIOS. DE Calamo odorato. Cap. xvii.

Calamon aromaticon. Romani pariter græcis Calamum odoratum dicunt. Nascitur in India odorarus calamus estq; in eo probatissimus qui colore ruffo & crebris geniculis est: quiq; assulose frangitur. fistulis aranearũ plenis: albescens: & in cõmanducando glutinosi lentotis: adstricto sapore nec adeo acer: ẽ illi uis & natura urinã ciere eamq; ob cãm cũ gramine: aut apii semine decoctus cõtra cutem subeuntes aquas: renũ cũ urinæ malo aliquo dolores: uessicæ stillicidium & rupta utiliter bibitur: Ducit idẽ menses potus & appositus. Tussi per se & cũ terebinthina resina suffitu medetur fumo in os per fistulam attracto: Decoquitur præterea fœminis ad insidendum. Quin ẽt clystere infunditur. Miscetur idem malagmatis: & his quæ ad odoris suauitatẽ incenduntur: & uaporantur.

INTERPRES.

Qui odoratus Calamus a Dios. appellatur a Plutarcho in libello cui titulus est q; bruta rõne utuntur arabicus dictus est: & quam hic natale solum illi Indiã assignat: ille Arabiam. Quod & Theophrastus indicat & Plinius qui in Arabia nasci eum cõfirmant: cõem tñ Indis esse & Syriæ: nostra ætate ẽt adeo notum ut nõ sit longius de eo agendum. Reliquimus in eo nos quod ad amaritudinem pertinebat: ppea q; in melioribus ea uox nõ legitur: idq; sensus quotidiano usu cõfirmat: dubitauimus præterea legendũ ne esset simul cum gramine & apii semine decoctũ odoratum calamũ mederi &c. An disiungi duo illa oporteret: cum gramine. s. aut apii semine: ppterea q; utriusq; lectionis certæ essent in antiquis græcis uoces: Dubitauimus etiã reddine oporteret cum gramine aut graminis semine neq; ab re cum seminis uox illa utrunq; facile complecti & ambobus cõpetere posset: Placuitq; nobis in similibus & quæ easdem uires haberent disiunctione uti: relinquereq; utentibus alterutrius electionem: ppterea q; in pluribus disiuncta ea legebantur & si nõ satis alterũ utentibus esset in usu geminanda & cõiungenda medicis relinquere. Placuit etiã gramen magis q̃ graminis semen reddere ppterea q; in decretis & medicina graminis hic ipse post docet decoctum eius urinæ angustiis mederi: Licetq; graminis qd in parnaso nascitur semen idem præstare affirmet quia tñ hoc loco simpl̃r gramen dixit nulla in Parnaso aut alibi nascentis graminis nota adiecta: simpliciter & nos gramen diximus ab Apii semine eiusdem scriptoris auctoritate disiungentes. Superest nunc ut dicamus: ne nouitatem nostrarũ uocũ ultra q̃ opus sit aliquis demiretur: quid nos in aduerbio illo assulose significemus: quæ Plinio Vitruuioq; & plerisq; aliis antiqua & honesta uox est: qua primũ significant quæ marmorarii in cædendo marmore fragmẽta dispellunt & q̃ in frãgendis aliis rebus in longitudinẽ magis q̃ in latitudinem fragmẽta disiiciunt: & qm̃ calamus hic in frangendo assulas huiuscemodi ex se mittit ideo a nobis sic redditus locus est: id. n. significãt quos hic græce σχινδαλμοὺς appellat. est illud præterea in medicina obseruandum quod in ultimo capite legit decoqui odoratum calamũ ad insidendũ fœminis &c. Nullum haber certũ muliebris mali genus: facile tñ est ex curationis & remedii rõne muliebriũ locorũ affectiõem aliq̃ intelligere. Iuniores dolores eius partis hoc loco reddiderunt nos qm̃ nihil a Dios. certum ẽcipitur de tota re medicis censendũ relinquimus: non omittẽtes tñ uideri nobis ex his quæ alibi in similibus obseruauimus menses & qd ad menses pertineat magis ea uoce q̃ dolores significari.

Assulose.

σχινδαλμοὺς

DIOS. DE Balsamo. Cap. xviii.

b Alsamon. Romani pariter græcis balsamum dicunt. Arbuscula est balsamũ
quæ uiolæ aut lycii (quod pyxacantha. i. buxea spina ẽt dicitur) magnitudi-
ne crescit. Rutæ folia habet multo tñ candidiora: perpetuaq; fronde magis
uirentia. In Iudea eiusq; conualle quadam tñ & in Aegypto nascitur. Differt i suo
genere asperitate: longitudine: & gracilitate: Vocaturq; quod in eo tenue comosũq;
est quia facile ob gracilitatem suam metitur Eutheriston quasi facillimæ messis.
Quod aũt opobalsamum. i. balsami liquorẽ dicunt ardentissimo canis æstu excipit
secta ferreis unguibus arbore: fluitq; exiguus nec copiosior quotannis sex: septẽ ue
congiis colligitur. Rependitur quo loco nascitur duplo ad pondus eius argento.
Probatur recens balsami liquor qui firmo & sincero odore sit nec acido sapore sen-
tiatur: qui itidem citissime penetret: læuorem habeat & linguam leniter adstringat
& erodat. Adulteratur multifariã balsami liquor. Siquidem illi unguẽtum aliquod
miscent: quale Terebinthi: ligustri: lentisci: lilii: balani: & metopium est: miscent &
ex myrrho ligustroue Cerã liquidã illi subigentes. Verũtamen facillime deprehen-
ditur qui uitiatus erit balsami liquor: Laneæ. n. uesti instillatus qui sincerus est: iũ
ablutus nec maculam nec maculæ uestigium relinquit. Adulteratus uero inhæret.
Idem lacti instillatus id coagulat quod adulteratus non facit: Sincerus præterea la-
cti aquæue infusus dissicitur q̃primũ & lactis modo albescit: Adulteratus olei mo-
do in summo fluitat: densaturq; & stellæ modo radiatur. Quin ẽt sincerus uetusta-
te crassescens bonitatẽ suam amittit: fitq; a seipso seipso deterior. Falluntur indẽ q
sincerũ balsami liquorẽ eũ putant esse qui in aquã coniectus primũ descendit: tum
disiectus & sparsus emergit. Arboris uero balsami materia quã xylobalsamũ. i. bal-
sami lignum græci dicunt ꝓbatur recens: quæ gracili sarmento: rubens & odorata
est: exiguoq; liquoris balsami odore spiret. In semine balsami (nam & huius necessa-
rius usus est) eligito ruffum: plenũ: grande: põderosum: feruidæ in gustu mordaci-
tans: mediocri balsami liquoris odore. Adulteratur balsami semen semine Hyperi-
co simili quod ex petra Palestinæ oppido affertur: Deprehenditurq; ꝙ grandius: in-
ane: inefficax & in gustu sapore piperis est. Vires in tota balsami natura efficacissi-
mas habet liquor: egregia ad calefaciendum potestate: Exterit quæ claritati oculo-
rum officiunt. Muliebribus refrigeratis locis medetur cum cerato ex rosa facto ap-
positus. Trahit idem menses: secundas & fœtus. Soluit inunctus in accessionibus fe-
brium cũ tremore algores. Sordida purgat ulcera: potus urinam ciet: maturat: & cõ
coquit: angustius spiritus accomodatus est. Subuenit & cum lacte his qui aconitum
biberint: nec minus ẽt uenenatorũ morsibus. Miscetur idem acopis malagmatis &
antidotis: habetq; in uniuersum uires balsami liquor efficacissimas: post illũ semẽ:
minimas aũt lignum: Bibitur balsami semen utiliter in laterali dolore quem pleuri-
tim græci dicunt. Bibitur eadem utilitate pulmonariis: tussientibus: coxendicis do-
loribus: comitialibus: uertiginosis, non nisi recta ceruice spirantibus: Torminibus:
urinæ angustiis & uenenatorũ morsibus. Suffiuntur eodem incenso utiliter fœminę
muliebresq; locos aperit insidentibus decoctum eius: & humores ea parte proritat.
Habet lignum easdem semini uires: minus tñ efficaces: succurritq; in aqua decoctũ
mox potum cruditatibus: torminibus uenenatorũ morsibus & conuulsis. Vrinã idẽ
cit. Capitis uulneribus cum trita Iride accomodatum est: ossiumq; assulas extrahit:
spissandis postremo unguentis miscetur.

INTERPRES.

Votidie in publicis priuatisq; iudicils pro quibus facti quæstio ex testibus tm̃ pposita ẽ fieri uidemus:ut pari utrinq; numero & fide; sed uariantibus eo⁊ dictis optabilis conii ciendæ ueritatis occasio & libe⁊ in dicenda sententia iudici arbitrium relinquatur. Sic quondam Romæ Clodius pollutæ⁊ cerimonia⁊ reus a testibus qui se ab urbe ea nocte abfuisse dicerent:contra testes qui inter matronas bonæ deæ sacrificantes deprehẽsum testarentur necessaria & fœlici magis q̃ uera defensione usus:quod optauerant iudices absolutiõis suæ ansam illis porrexit:nunq̃ iudicii eius laqueos euasurus,nisi uariatis testimoniis facti ueritatẽ miscuisset.Non dissimili ratione in antiquo⁊ scripto⁊ exemplaribus ubi corrupte quidem: uerũ in omnibus semper idemq; aliquid legitur;nullæ interpretis partes sunt:q̃ qualiacunq; ea sint red deremec sola uitii suspitione contra oĩum testiũ dicta & fidem:presertim in grauiore re aliqd no uare decet,qua ratione in Balsamo nos ẽt usi cum suspecta esset uox illa λάκολου.i. uiolæ cuius ma gnitudine balsamum conspici Dios. ait nihil mutauimus ꝑpterea q̃ in cunctis græcis:quos hacte nus uidere licuit integra & aperta uox illa inuenitur:nullaq; diuersæ lectionis nec obsoleta quidẽ uestigia alicubi uideñ:cum tñ parũ uerisimile sit Dios. arborẽ frutici plerũq; cubitali in magnitu dine exæquasse;& quã Plinius uiti Theophrastus uero punicæ similẽ dixerũt uiolæ comparasse: Non dico aũt uiolã florẽ sed eius plantã quæ ramosa pendentibus ex uno pediculo plurib' aliqñ: & diuersi coloris floribus in Italia cubitalis paulo ue altior floret:nisi forte cœli terræq; beneficio speciosior uiola alibi nasciĉ & arborescit:sed parũ id uerisimile ẽ nec sine uete⁊ auctoritate credẽ dũ:Caret rõne ẽt ad similitudinẽ tertii alicuius generis duo alia inuicem inæqualia cõiunxisse:di cereq; balsami arborẽ uiolæ aut lycii magnitudine conspici:nihil aliud est q̃ si dixeris cupressum sabinæ herbæ aut abietis magnitudine uideri: Siqdem lyciũ: siue pyxacantham.i.buxeã spinam di cere eandẽ malis tricubitali altitudine hic paulo post esse dicit quæ in nullis uiolis mensura hacte nus uisa aut audita est. Ex his qm̃ nec Theophrasto:nec Plinio,nec sibiipsi conueniret hoc loco Di os. suspicati sumus subesse uitiũ:quale autẽ id sit & quomodo instaurandũ nõ ausim ego asserere. qm̃ nulla sit uitis aut punicæ cũ uiola in græcis appellationibus similitudo:nullæq; cõcurrant eæ dẽ lr̃æ aut syllabæ:ex quibus licuisset sequaci coniectura ueræ lectionis uestigia odorari. Non ta cebimus tñ quod hoc ipso momento scribentib' in mentẽ uenit potuisse ab ĩperitis librariis & her baris locũ misceri:quodq; unum & simplex illic erat λυκίον.s.geminari:& qm̃ notior uiola q̃ lyci um sit cũ lycio leucoion ẽt scribi;quæ tota lycii similitudinis ad balsamũ in magnitudine relatio legitima est:& alio⁊ historiæ rñdet: Tricubitale n.lycium ab hoc ipso describitur qua altitudine uitis & punica passim uidentur:quibus a Theophrasto & Plinio balsamũ conuenire æqualeq; esse dictum est;non dixissem ego hoc loco πυξάκανθαν.i.buxeã spinam:non πυράκανθαν quæ nulla in plantis est:legendũ in Dios. esse:nisi interpretes alii uoces magis q̃ res secuti numerũ illic plantarũ auxissent:uiolæ aut lycii aut pytacanthæ &c. Tria quæ duo alioquin erant enumerantes lyciũ siq dem & pyracantha idẽ sunt:si huic ipsi cũ de lycio agit credendũ est:quæ.n.inter lycium & pyxa cantham disiunctiua legitur particula:appellationes lycii alternat:non disiungit & numerat plan tas. Folia deinde hic ait Rutæ similia habere balsamũ:multo tñ candidiora &c. Quo⁊ prior illa pars Theophrasto: Plinioq;& huic eadẽ est:oẽs.n.Rutæ comparant. Posterior autẽ Theophrasto tm̃ qui ἔκλευκον quasi egregii candoris foliũ eius esse testatus est:haud sane quia uere cãdor in plã tarũ foliis dici possit:quæ oĩa(licet inæqualiter)tñ uirẽt:sed q̃ alia aliis cõparata albescere uideñ qualia oleagina & saligna sunt in quibus cinerescit pallescitq; adeo color:ut parũ ꝑprie candidus dici possit. Et hæc quidẽ candoris in planta⁊ foliis rõ est. Quod aũt in Balsami folio⁊ colore non uideñ Theophrasto & huic penitus idẽ esse illud est q̃ hic Rutæ albescentibus foliis Balsami com parata folia ait multo candididiora eẽ:ille simpliciter ἔκλευκον dixit quasi egregiũ candorẽ admi ratus in eo fuerit:& qualis in nullis aliis plantis iueniri possit.id.n τὸ ἔκλευκον græcis significat.i.qđ in suo candore egregium & singulare sit. Est illud ẽt Theophrasto & huic cõmune & idem in quo ꝑcipitur ad excipiendũ liquorem ferreis unguibus secandam esse Balsami arborẽ: Plinio uero nõ diuersum tm̃ sed contrariũ:qui ait Vitro: Lapide:osseisue cultellis cædi oportere qm̃ ferro lædi uitalia oderit:nisi forte Plinius in aperienda plaga iõ ferrum dãnauerit:q̃ grauioris metalli e' aci es nunq̃ tanto artificio librari poterit ut altius non descendat lædatq; uitalia & ideo heletiore alte rius materiæ acie utendum esse præcæperit & hic ferramento quidẽ ad eandẽ plagã utatur uerũ sic præparato & confecto ut humani unguis modo scalpat magis q̃ uulneret scarificationibusq; si milioies q̃ uulneribus plagas aperiat. Credimusq; nos ungues ferreos a ueteribus græcis ferramen ta dicta fuisse quæ humani unguis figura connexa acie essent;qualia quotidie in fabrica uideñ ad huc multa quæ dimidiato orbe lunata ab eius partis similitudine nomen inuenisse potuerunt. Di xit non multo post idem: Rependi in loco ubi nascitur balsamum duplo ad pondus eius argento; nec leuis ut nos credimus causa est cur illud Dios. addiderit:nullibi enim paratior & quæstuosior fraus:tam multo oleo;resinaq;& cera adulterantibus id officinis quod in consitis ballamo agris & collibus dum secta arbore colligitur fieri nequit:nullis ad fraudem adulteriũue eius paratis illic

rebus & si sint in re ipsa & in apetto facillime deprehēdēdis. Auctor in dexq; nobis sententiæ huius Theophrastus est: qui libro nono inter cætera testatus de liquore balsami est Vendi purum & sine admixtione aliqua duplo ad pondus eius argento. alium uero omnem cōmixtionis suæ ratione. Quod monuisse legentes placuit ne cui frigidum id & sine ratione dictū uideretur: Idq; etiam Plinius significasse uidetur cum ait: quippe millibus denariorum sextarii empti uendente fisco trecētis denariis ueneunt. In tantum expedit augere liquorem: idem Theophrasto uerū diuersis uerbis dicens. Siquidem ex utroq; ratiocinari licet ob caritatem eius: admixtis aliis augere balsamū fuisse antiquis morem: ex quo Theophrastus dixit purū duplo ad pondus eius argento rependi. Plinius post illum quod milibus denarioꝶ uendente fisco purū uenditum fuerat trecētis denariis postea uēdi: adeo oportet liquorē illū augeri. Inter notas bonitatis deinde est: qd hic ait διϊλαυτος: quā uocem nouissimus iterpres pellucidam interpretatus est: ex Plinio ut uidetur eam auguratus: qui balsami lachrymam inter cætera dixit translucidam eē. Antiquus Dios. interpres Serenam nulla ut nobis uidetur in balsami notis significatione: Serapion uelocis resolutionis quasi διϊάλυτος tunc legeretur. Nobis in eadem omniū græcoꝶ lectione nihil mutare placuit: sed bona fide nec absurdo sensu reddere ut legitur: qui citissime penetret: qm̄ græcis uerbum notissimum est διαττεῖν: quo διαπέχειν καὶ διαμύειν .i. ab altero extremo per medium aliquod ad alterum transire: & absolui moueriue aliquid significent quod tenuitate sua potest balsami liquor. Qui a Plinio etiam tenuis laudatur. Diximus præterea quod γαλακτοῦται Dioscoridi est lactis modo albescit: ne si lactescit simpliciter dixissemus incertum legentibus esset quæ nam ex tam multis lactis qualitatibus sapore. s. candore: substantia: liquore & hoc aut fluido aut coagulato: intelligenda esset: Candorēq; elegimus qm̄ lac omne semper & in cunctis animantibus candido colore sit: deceatq; & tutius sit ex eo magis quod inseparabile: præcipuum: necessarium: & sine quo nullum id erit q̄ ex cunctis aliis ostendi & indicari aliquid: Sic. n. lacti candor competit & inest ut terræ pondus & cessatio. Soli uero motus & lux: quibus ablatis: si fieri id possit: necesse est desinere lac terram & solem esse qđ sūt. Nec est q̄ credat dicatq; aliquis posse eo uerbo significari fluidum lactis liquorem debuisseque a nobis reddi lactis modo liquescit: qm̄ id iam indicauerat Dios. celerrime disici diffundiq; dicens: Coegit & illud rei necessitas nos mutare quod in adulterato Balsami liquore hic statim fieri ostēdit: ut ueluti oleum in summo fluitet &c. συστρεφόμενος ἢ διαχεόμενος ἀστεροειδῶς .i. qui denset aut stellæ modo disiciatur. non. n. hic alterutrum fieri dicit. Verū primo densari & mox stellæ modo in orbem circumagi & quasi radiari: ideoq; non ἢ ueꝶ καὶ legendū illic esse: significatq; in adulterio & fraude Dios. Quod Plinius dixit: & si metopio uitiatum est circulo candido cingitur. Quā deinde Dios. Petram dicit: Palestinæ urbem sic dictam itelligere oportet a qua Plinius ait petræo hyperico adulterari balsami semen. Videturq; ille hyperici semen id esse testari: cum tamen hic semen id dicat hyperici semini simile: non semen hyperici esse: quod quale in utroq; legitur a nobis etiam relinquatur. In medicina postremo & morbis non omittendum quas nam angustias spiritus nos & quos non nisi recta ceruice spirantes intelligamus & appellemus: ut quale quotidianum malum & in toto hoc opere passim inueniendum sit certius cognoscatur: & si in triplici spiritus & animæ difficultate auctore Celso nouerint oēs prout se hoc malum intendit diuersam inuenisse apud græcos appellationem: omneq; in difficultate spirandi positum. Verum dum modica ea est: neq; ex toto strangulat dyspnœam: Cum uehementior & cum spirare æger sine sono non pōt asthma: Cum accessit id quoq; ne nisi recta ceruice spiritus trahatur orthopnœā appellari: quæ omnia sine discrimine a latinis Plinioq; præcipue anhelitus: suspiria: dispnœas & orthopnœas appellari inuenimus: malisq; his laborātes: anhelos: asthmaticos: suspiriosos: & orthopnoicos p̄miscue dici. neq; ab re penitus ut mox dicemus: ueꝶ præsenti semper dubitatione triane hæc an aliquod & q̄le eoꝶ significet. Quam obrām nos ex græcoꝶ decretis certius sed breuiter de his more nostro constituemus. Veteres græcoꝶ medici & inter eos Paulus Aegineta eos qui sine febri crebra respiratione ueluti a celeriore cursu laborent: ab eo qui sequitur & adest statim anhelitu & suspirio asthmaticos dixerunt: eosdemq; q̄ strangulari timentes ad respirationem recto toto pectore nituntur orthopnoicos: fieriq; id malum crassis & glutinosis humoribus oppletis fistulosis pulmonum concauitatibus: Dispnœam uero .i. spiritus & animæ difficultatem cōmunem his & aliis pluribus malis esse. ea laborantes Galenus in diffinitionibus suis his uerbis descripsit: Dyspnoici sunt in quibus ueluti per angustias elisus spiritus & anima egreditur: Idem asthma dixit malum esse: quod laboriosum conatum & angustias in respirando faciat: simulq; cogat eo laborantes: cum desederint surgere & cū surrexerint sedere. Alterius illius orthopnœ: nullā habemus in eo diffinitionē inuenimus: sed ex Celso & ex græci nominis compositione facilis coniectura eius est. In his ut significatione pares & numero totidem græcis uoces a nobis reddantur. Semper posthac primam illam ut Celsus numerat dispnœam Spiritus uel animæ difficultatem. Secūdū uero asthma auctore Seneca suspiriū: aut anhelitum: Tertiā illā orthopnœam ex græcæ uocis significatione. Nō nisi recta ceruice spirandi difficultatem appellabimus. primoq; illo malo laborantes: difficulter spirantes: secūdo anhelos suspiriosos ue: Tertio non nisi recta ceruice spirantes: nō aliud aliterue q̄ ueteres græci decreuerint significantes: sed totidem quot illi appellationibus mala hæc indicantes.

Angustiæ spiritus. Nō nisi recta ceruice spirantes.

Triplex spūs & aīæ difficultas
δύσπνοια
ἄσθμα
ὀρθόπνοια.

Spūs uel aīæ difficultas
Suspiriū uel anhelitus.
Nō nisi recta ceruice spirādi difficultas

DIOS. DE Aspalatho. Cap. xix.

a

Spalathon. sunt qui Erysisceptrũ: qui Spagnon: qui Phasganon appellent: Syri Diaxylon. Romani pariter græcis Aspalathum: siue Erysisceptrum dicunt. Lignosus est crebrisq; spinis aculeatus frutex. Nascit̃ ad Istrum Cretæ ciuitatem: & in Nisyro ex Cicladibus una. Nascitur in Syria & Rhodo. Spissandis unguentis utuntur eo unguentarii. Probatur ponderosus & qui detracto cortice rubescit: ad purpuram ue inclinat: Qui densus itidẽ odoratusq; est: & in gustu amarescit. Est & alterum eius genus candidum: lignosum & sine odore: quod inutile habetur. Est Aspalatho natura calefacere: simulq; adstringere. Ea propter in uino decoquitur: decoctoq; illo oris ulcera quas aphthas græci dicunt utiliter colluũtur. Infunditur idem contra ulcera quæ in genitalibus pascendo serpunt: eorumq; difficiles purgationes. Infunditur & cõtra narium ozænas. Idem pessulis additus fœtus trahit. Sistit aluum & sanguinis excreatiões potum decoctũ eius. Soluit præterea inflationes & urinæ angustias.

INTERPRES.

n

Vnq̃ satis nobis erit librarios: herbariosq; & medicinæ pfessores omnes monuisse siquãdo græcorum uocibus uti uolunt aut coguntur: integras & incorruptas penitus eius gentis uoces & rerum appellationes seruare. Nullibi.n grauiore incuria peccatur: nec iustiu. in professore ignorantia culpæ adscribitur q̃ si in regenda restituenda ue homini sanitate pro Asphalto quod bitumen est: Aspalathum qui inter odoratos frutices & spinas censetur: aut pro eorum altero Sparton: quo frutice texuntur restes & in uitibus palmites ligantur: accipiat & utatur. In quod errotis lubricus ex similitudine lapsus his est: qui græcarum uocum ignari nouos sibi earum sonos meminisse diutius: & fœliciter enunciare nequeunt. Neq; id in Aspalatho hoc solum: sed in adiecta illi etiam Erysisceptri appellatione: cunctisq; aliis diligentius obseruasse opus erit: de qua reuocanda in hunc locum sunt: quæ in angulosoodorato iunco dicta a nobis fuerunt. Sequuntur Erysisceptri uocem Sphagnon & Phasganon: quarum posterior gladium cõi significationis suæ æstimatione indicat: prior aũt a iugulando quod σφάττειν græci dicunt potuisse fieri uidet̃. Credimusq; nos sic forte Aspalathum dictum ab aliquibus: q; aculeatus frutex gladii modo aculeis suis pũgat & uulneret. Quod in Theocriti bucolicis pastor a spina in pede passus ab alio monebat̃ ne discalciatus per montem ingrederet̃: qui rhamnis & aspalathis frondeset. Adiecit postremo Diosc. a Syris Aspalathum Diaxylon uocari eadem dicendi forma: qua nos in Phu eius florẽ Diaporphyron dici monuimus: neq; hoc loco Diaxylon aliud significat q̃ medio lignum. Quia eni lignosus hic frutex: nec secus q̃ solidiores arbores solidiore interiore materia & medulla est: ideo a Syris id nomẽ inuenit. Competit n. ea uox omnibus his quæ nec inania sũt: nec teneram fungosam ue medullam habent: sed lignosa soliditate duram. Addidimus nos etiam in spinis & aculeis candidas: q̃m eo colore a Plinio describuntur: & in aliquibus græcis ea uox adhuc seruatur. Nec longe a fine itidẽ qđ deerat: ozænasq; q̃m & Plinius diceret. Sanat oris ulcera & ozænas uino pluribus græcorum adhuc legitur. De quibus in medicina sciendũ est: quas græci aphthas dicunt: a Plinio plerunq; oris ulcera appellari: cõi ulcerum appellatiõe in pprio genere magna legentiũ dubitatiõe utenti. Quod ne in Diosc. fieret dictũ a nobis est oris ulcera quas aphthas græci uocant. Sunt aũt aphthæ auctore Galeno in diffinitionibus suis ulcera quæ in ore fiunt: nõ adeo pfunda: in puerisq; præcipue abundant: nec ultra de his egit. Paulus Aegineta in primo de aphthis his longius docuit: primumq; ut ẽt Galen⁹ dixerat in pueris plerunq; fieri dixit: mox albescere alias: rubescere alias: esse itidem aliquas nigro colore: & qualis in adustorum crustis uidetur: quæ oĩum periculosissimæ & letales sint. Celsus nihil ut Aegineta de colore earum egit: sed his uerbis unum quasi mali genus descripsit. Verum ea longe periculosissima ulcera sunt: quas aphthas græci appellant: sed in pueris: hos.n. sæpe consumunt. In uiris & mulieribus idem periculum non est. Hæc ulcera a gingiuis incipiunt: deinde palatum totũq; os occupant: tum ad uuam faucesq; descendunt: quibus obsessis non facile fit ut puer conualescat. Ac miserius etiam est si lactens adhuc infans fuerit: quo minus imperari remedium aliqđ poterit. Quas aũt ozænas dicunt idem Galenus eodem diffinitionum libello describens ait esse pfundas in naribus exulcerationes: ex qbus ingratus odor & fœdissimus halitus sentiatur. Aegineta hoc amplius in genere exedentiũ ulcerũ eas cõstituit: fieriq; acerrimis ad nares cõfluẽtibus humoribus & acrimonia sua exedentibus. Celsus præter hæc crustas etiam in ozænis fieri testatus est: id genus ut credimus significans quas nigro colore & adustorum crustis similes descripsit Aegineta.

διάξυλον

ἄφθαι Aphthæ

ὀζαίνας Ozænæ

DIOS. DE Musco. Cap. xx.

b

Ryon, ab aliquibus etiam Splanchnon idem dicitur. Romani muscũ appellant. Inuenitur muscus hic in arboribus Cedro: Populo alba: & quercu. Haberq; primum bonitatis honorem qui ex Cedro est: secundum q ex Populo alba. Laudaturq; maxime in utroq; qui odoratior & candidior est. Damnatur contra nigrescens. Habet adstringendi uim muscus hic. Facit ad muliebrium locorum uitia in decocto eius insidentibus fœminis. Miscet̃ idem balanino unguento & aliis quæ ungendo sint: ob spissandi uires quas habet. Utile ꝑterea accomodatumq; acopoꝝ confectionibus: & coꝝ quæ ad uaporationes incendunt̃.

INTERPRES.

q

Vi ex Epicuri placitis reꝝ naturam suauissimo carmine ciues suos Romanus poeta quondam docuit: & qui multo ante in eadem hæresi eadẽ primus instituerat Abderites Democritus in tam multis; tamq; diuersis quos habet sapores natura unam certamq; ex Atomorum suaꝝ figuris cãm inuenisse se credentes: dulcem saporem & qualis in melle & lacte sentitur rotunditate & læuore earum fieri ratiocinabantur. Amarum uero & qualis in Absynthio & Centaurio sit inflexis angulosisq; & hamatis iisdem principiis: & ne lõgiores in cæteris simus multiplicem hanc sapoꝝ uarietatem: tenuitati; crassitudini; breuitati; magnitudini; obliquitati; rectitudini; conisq; & globis coꝝ tribuebant: Iidem in constituendis seceṁedisq; aliis atq; aliis naturæ formis magni referre dicebant præter principioꝝ huiuscemodi figuras illas: quos nam in immenso inani uolitantia motus inter se darent & acciperent; quoq; concursu: nexu; & positura simul hærerẽt. Et qm̃ noua & clandestina res erat: quotidiano & humili, a uocum nostraꝝ elementis & litteraꝝ notis exẽplo quod in maiestate & tenebris naturæ adhuc occulitur in aperto a Lucretio ostendebatur: q nõ aliter uariari in natura formas diceret q̃ uariatis in sermone nostro elementis: alias subinde atque alias significari & intelligi rerum substantias passim uidemus Fieriq; ut ille dicebat mutatis paucis additis ue aut non suo loco seruatis ex lignis ignes: & ex aliis alia. Quod nobis in Musco contigit & Moscho: in quibus una tantum mutata littera & aspiratione addita dissimiles penitus res & ĩ diuerso genere indicantur. Siquidem latinis muscus uirentes magis uillos q̃ folia: aut frondes significat: qbus per æstatem in torrentibus lapides uestiuntur: & ut Columellæ uerbo utamur muscantur. Quod ex seminibus herbarum fit: quæ cum limo aliquo lapidibus inhærentia: calore solis inuitata: germinatiõis modo uirescunt. Nec tm̃ lapides hi ueꝝ arbores quædam ẽt ut quercus & olea sed non eodem modo muscantur. Et ex hoc genere muscũ Dios. hoc capite describit: qm̃ in Cyrenaica ꝓuincia presertim odoratum nasci Plinius testatur. Qui uero a græcis moschos dictus est: & a latinis eadem appellatione indicandus: is est qui nostra ætate inter preciosissima odoramenta: nec mediocris in medicina usus habetur: hunc officinæ non secus q̃ priorem illum nostra ætate muscũ appellant: cum alioquin moschum dici oportere: ut ꝑpria appellatione a lapidum in fluminibus & arboꝝ uilloso musco discerneret̃. Nulla quod hactenus inuenerim antiquis scriptoribus in huiuscemodi significatione; moschi uox fuit; uidenturq; odoramenti id genus ueteres ignorasse. In posterioribus tamen medicis aliquando inuenta est; manifesta & necessaria odoratæ huius substãtiæ quæ in uillosis echinati castanearum calicis modo folliculis animalium quorundam claudit̃ æstimatione. Inuenisseq; id nomen ea res uidet̃ q graeci μόσχους; μοσχίδια & μοσχεύματα dicunt: nouos teneri oresq; in plantis stolones. Quorum similitudine in animalibus: quæ moschon ferunt nouí odoramento illo pleni nascunt̃ folliculi. Potuit & ea nominis rõ esse: q animalia illa media inter Capream & uitulam natura & magnitudine: fuluo uitularum colore uidentur: quas græci μόσχους etiam & μοσχάρια appellant Inuenimus præterea ab iisdem græcis μόσχια appellari uascula potius q̃ siliquas cepaꝝ semen in summo caulis seruantia & maturantia: a quoꝝ figura nõ longe abest moschi folliculus ille. Adiecit deinde arborum musco de quo agimus Dios. Splanchnon a quibusdam etiam dici: quod nullam habet nobis manifestam causam. Siquidem græci σπλάγχνα: q̃ latinis exta sunt appellauerunt: nec est quod animantium extis & musco arborum conueniat: siue cor: siue iecur: pulmões ue aut lienem: aut quod uolueris aliud accipias: nullum. n. hoꝝ uillosum aut musci modo in tam multa capillamenta discerptũ est Illud ẽt animaduertendũ: quas hic Cedros dicit Aeginetam pinos dixere: sed uitium subesse credimus: qm̃ statim Dioscoridi subscribẽs omnibus aliis cedrinum muscum & ipse antefert. Non uidetur & uitio carere Dios. illic ubi cẽsum bonitatis musci huius agens Cedri & albæ Populi tantum meminit: desideratur. n. quercus nisi forte legentibus damnatam uoluerit esse: quam tacitus arborem prætetiisset. Nolumus & illud relinquere non esse huic & Paulo Aeginetæ musci huius easdem uires: hic adstringere: ille discutere & mediocriter mollire dixerunt: non paruo ut uĩ discrimine: qđ nos pitiori ob⁹ cẽsendũ relinqmus.

Muscus
Moschus

μόσχος
μοσχίδιον

σπλάγχνα

DIOS. DE Agallocho. Cap. xxi.

a Gallochon lignum est quod ex India & Arabia affertur thyię ligno simile: punctis distinctum & maculosum: odoratum: cum amaritudine aliqua gustum adstringens. Cortex corii similitudinem habet: colore uario. Cõmanducatur ad oris & animę suauitatem. Decocto eius iridem in eundem usum colluitur os. Cũctis idem corporis partibus siccũ tritumq; inspergitur. Incenditur uice thuris etiam & uaporatur ad odorem. Radix eius pota drachmę pondere stomachi aquosos humores siccat: firmat eiusdem partis imbecillitatem: & ardores lenit. Succurrit praeterea cũ aqua potum Agallochon lateris doloribus iecorisq; torminibus itidem & intestinorum torminibus.

INTERPRES.

q Vod scribente & cõmentante haec Dioscoride Barbara appellatione Agallochon dicebatur secuta graecorum aetas Xyloaloem facto ab amaritudine nomine quasi aloes lignum appellauit. Tradideruntq; id posteriores graeci: qbus quantum credendũ sit ex huius scriptoris historia & notis facile erit nouisse. Paulus Aegineta nihil nõ idem Dioscoridi de eo tradit Ex India lignum esse Thyiae simile; odoratũ & quod cõmanducatũ oris halitum cõmendet: & ad uapores suffitusq; incendatur. Cuius ẽt radix pota dachmae põdere stomachi aquosis humoribus & infirmitati medeatur. Iecoriq; & intestinorum torminibus accomodata sit: & lateralib⁹ doloribus in hoc uno tñ diuersus q non πλευρᾶς πόνοις: ut Dios. i. lateris doloribus: uerum πλευρίτιδι i. laterali dolori opitulari eam ait: quo autẽ inter se haec mala differant dictum a nobis est. Quã uero Dios. & Aegineta Thyiam arborem dixerint non facile nobis conijcere fuit. Theophrastus cã libro primo de plantarum historia inter siluestres arbores: quae perpetuis frondibus uirent numerauit: nec Cupresso dissimilem alibi descripsit. Crediderũtq; aliqui eam esse quam Homerus quinta Odysseae rhapsodia a Circe ad odorem simul & lucem incendi dixit. Et quam Plinius lib. xiii. trogetem ab aliis uocari ait: licet non isdem litteris in Homero & Theophrasto utraq; scribatur: liceatq; ob id non esse in utroq; eandem suspicari. Variant antiquiores graeci etiam hoc loco: suntq; in quibus non Thyiae sed Sorbo simile Agallochon legatur: quod more nostro (nequid. s. relinquatur) dictis hactenus a nobis adijcitur. Non dixissem hoc loco quaenam graeci diapasmata appellãt: nisi eorum usum ad arcendos tantum sudores Ruellius cõtraxisset Plinium priuatim de rosis agẽtem magis q̃ rem & uniuersam eorum rationem secutus: quae ex eodem scriptore libro. xiii. patere illi poterat cum siccis odoribus cõstare diapasmata tantum diceret in diuersis his diuersas uires & usus ratiocinari legentibus relinquens. Sunt autem diapasmata aspergines sicci & in puluerẽ triti medicamenti alicuius: quae totis corporibus aut eorum partibus fouendis; siccandis: laxandis: adstringendis: molliendis: durandisq; & odorandis aliquando insperguntur: Ideoq; nos simpliciter siccum tritumq; uniuerso corpori inspergi diximus: nihil in ancipiti & multiplici re censere uolentes Quae enim ratio est cur arcendis sudoribus magis q̃ odorãdis corporibus utile Agallochon dixisse Dioscoridem aliquis affirmet? Ego sane id non ausim: & si & hic & Paulus Aegineta aquosos stomachi humores siccare testentur. Siccitatis enim huius alia ratio est. Et si priuatim in aliquẽ certum usum contrahere oportuisset ad odorem potius q̃ ad arcendos sudores corporibus inspergi dixissem: quando haec praecipua uis eius est: & ex uno hoc usu non minus q̃ ex cunctis aliis commendatur. Reliquum nũc est ut dicamus: quae nos tormina & intestinorum tormina in morbis appellemus. Quod constitutis graecarum latinarumq; in his malis uocum significationibus: nouisse facillimum erit. Incipiemus autem a graecis & ab his quos eius gentis medici στρόφους & στροφοῦσαι dixerunt graues quidem: non tamen omnes: nec ubiq; in homine dolores. Sed qui circa umbilicũ omneq; id spatium quod in anteriore homine ab hostio stomachi usq; ad umbilici partes descendit: & quod quoniam uenter illi subest: graeci Epigastrion dicunt: in aliquo r malis hominem torquent ea uoce significantes. Vtq; audito Cephalaee nomine capititis permanens dolor intelligitur: sic στρόφων appellatione hi tantum dolores significantur: qui ea parte nos cruciant: non ipsi certum aliquod morbi genus constituentes: sed alterius comites: & ut graeci dicunt συμπτώματα. Sunt autem illis συμπτώματα auctore Galeno in diffinitionibus suis quae morbis & affectionibus aliis superaccedunt Ideoq; Paulus Aegineta libro secundo Capite quo docet: quibus instantem morbi Crisim obseruare & cognoscere oporteat: diuisione hac utebatur ut diceret: Si per superua futura crisis sit: non esse semper habendam in malo insaniam: nec timendum si aegrotus furiose prosiliat: ad superiora enim humores ferri haec indicant. Sin autem per inferna superaccedere Epigastrii erosiones: & circa umbilicum στρόφους hos de quibus nunc agimus. Idem libro tertio de dysenteria scribens his uerbis rem docuit. Si igitur cum excrementis exulcerationis notae & signa

διάπασμα

Tormina

στρόφοι

σύμπτωμα

additis doloribus & στρόφοις excernant: in gracilibus inteſtinis factam exulcerationem intelligito: in quo morbi genere non contentus dolores dixiſſe: latius.n.patet doloris nomen: στρόφους addidit: certũ & in certa parte doloris genus ſignificans Nec multo poſt cũ de craſſioris inteſtini: qđ græci colon dicunt dolore itidem doceret: numeraſſetq; plures eius qui a craſſo pituitoſoq; humore fiat notas: adiecit στρόφοις his & frequenti rictu uexari in eo genere mali hominem. Eodem libro etiam quo capite de renum & ueſſicæ malis agit inter alia calculoſorum renum indicia στροφοῦσθαι adiecit: quod eſt στρόφοις cruciari & torqueri. Nam quod ad dolorem ſimpliciter pertinebat dictum ab eo fuerat σφοδρῶς ὀδυνᾶσθαι.i.quod eſt grauiſſimo dolore cruciari Ex quibus omnibus ne longiores ſimus: ſatis patere poteſt quoſnam in genere dolorum priuatim στρόφους græci appellauerint: hos latini in uoce & re græcos imitati a torquendo tormina dixerunt: frequenſq; Plinio in huiuſcemodi ſignificatione ea uox eſt. Nec Celſus aliud ſignificare uidetur libro .ii.capite.vi. cum de notis iam iam cutem ſubruentis aquæ his uerbis agit Eiuſdem morbi nota eſt ubi circa umbilicum inteſtina torquentur: Strophos græci nominant. Idq; a græcis nomen inueniſſe uidentur ſiue ex antedictis: ſiue ex aliis cauſis fiant: q̧ στρεφόμενοι.i circumagentes ſe in ea parte dolorem faciunt: quam doloris rationem latini etiam animaduertentes: a torquendo tormina eos dixerũt. Fuitq; in uerbo torquere antiquiſſima circumactionis flexuræq; æſtimatio: tum quia quæ contra naturam in animantium membris flectuntur & circumaguntur dolorem faciunt: ad tormentum paulatim tranſlata res eſt: neq; in hoc tantum: ſed in pleriſq; aliis doloribus torminum appellatio quondã in uſu erat. Nam Plinius urinæ tormina dixit omnia difficilis urinæ genera complexus. Et Celſus quam græci Dyſenteriam dicebant græci nominis rationem ſecutus: inteſtinorum tormina appellauit: neq; ab re: quoniam id græcis δυσεντερία ſignificat: quibus i multiplici hominis malo multa frequẽſq; particulæ huius δυς in uocibus ſuis adiectio eſt: ut illis coniuncta grauitatem: laborem: difficultatem: dolorem: & tormẽtum indicet. Nec alicubi copioſior q̃ in corporꝫ noſtrorꝫ morbis inuenit δυσωδίας, δυσπνοίας, δυσκοιλίας, δυσουρίας, δυσεντερίας: aliiſq; huiuſcemodi multis halitus: aurium: ſpiritus: urinæ: inteſtinorꝫ: aliarumq; partium uitia dolores & morbos indicãs: fuiſſeq; in dyſenteria latinis antiquam & quotidianam torminum appellationem præter Celſum Plinius etiam teſtat: qui torminalia ſorba quædam: ideo uocari dixit: quoniam contra profuſam in dyſenteria aluum remedio eſſent Et ſi antiquioribus medicis Galenoq; preſertim in diffinitionibus ſuis credẽdum ſit: nulla mali eius certior appellatio q̃ ex dolore & tormento afferri poterat. Eſt enim dyſenteria inteſtinorum cum inflammatione exulceratio: in qua cruenta feciue ſimilia excernũtur torquenturq; dolore aluus & inteſtina: quod in cæteris inteſtinorum & alui malis qualia ſunt Diarrhia: inteſtinorꝫ læuor: & crebra & inanis egerendi uoluntas non adeo fit. Dico autem diarrhiã copioſos alui ſine inflammatione: exulcerationeq; fluores. Inteſtinorum autem læuorem quam græci Lienteriam: & crebras inaneſq; egerendi uoluntates & impetus: quos idem Tineſmos appellãt: De quibus priuatim alibi & certius dicetur. His ego auctoribus & rei neceſſitate motus græcorum strophos tormina ſimpliciter: dyſenteriam uero inteſtinorũ tormina diximus hoc capite & ubiq; poſthac dicemus. Scio fore multos qui nouitatem noſtrarum uocum faſtidientes non probent mutari a nobis quæ iampridem licet aliena & peregrina ab omnibus pro domeſticis & propriis recæpta ſunt: nec minus q̃ ungues digitoſq; ſuos nouerint omnes: ſuiſſeq; id minus in dyſenteria faciendum: quo nulla eſt domus & familia in qua quotannis id malum non ſentiatur: nec noſtra ætas niſi græca appellatione de eo audiat & loquatur. Verumtamen ut non damnandum eorum conſiliũ cenſemus: rebus enim non uocibus ſtant artes & indigent: & cum certa res ſit quacunq; appellatione indicetur nihil referre: ſic etiam non reiiciendum eſſe noſtrum exiſtimamus: qui cum liceat domeſticis & propriis uti alienis abſtinere debemus. Turpe enim eſt noſtris opibus uti neſcientes pauperiores q̃ uoluerit nos eſſe antiqua ætas uideri. Quæ licet multa in artibus non tam fœliciter q̃ græci conſtituere & tradere potuerit: ideoq; in pleriſq; eorum uocibus uti oportuerit Non ideo tamẽ negligenda alia quæ relicta poſteris ab ea fuerunt: tam multa numero: tamq; ſignificatione certa ut ſi diligentius ex antiquis ſcriptoribus repetantur: paulominus q̃ in cunctis latine loquentem medicinam audire liceat. Quo ſtudio & ſpe impulſi non deſinemus quod hactenus egimus: quicunq; legentium de nobis futurus ſit ſenſus: poſthac etiam agere & id quidem bona ſpe: fore aliquando qđ Lucretius cecinit ut conſuetudo concinnet amorem.

διαῤῥοία Diarrhia
λειεντερία Inteſtinorũ læuor
τεινεσμός Crebra & inanis egerendi uolũtas & impetus

DIOS. DE Naſcaphtho. Cap. xxii.

n

Aſcaphthon. Sunt qi una tantum mutata littera Narcaphthon uocent. Affertur & hoc ex India; quod torminibus ſubuenit. Corticis ſpeciem & figuram habet: Aegyptiæ fici libro ſimilem. Incenditur per ſe ad odorem: miſceturq; his compoſita in eundem uſum incenduntur & uaporãtur. Idem adſtrictis fœminarum locis ſuffitu prodeſt.

INTERPRES.

ſ Vnt Paulo Aeginetæ de Nascaphtho hoc omnia Dioscoridi eadem. Indicum. f. udoramentum esse quod contra adstrictos fœminarum locos incendatur & ad suffitus uaporet. Nihil de eo quod hactenus inuentum nobis fuerit Theophrastus aut Plinius docuerũt. Ideoq; non ab re forsitan fuerit incognitum illis fuisse suspicari. In antiquissimo certe & probatissimo nobis codice: nullibi etiam hoc legitur caput. Nec deprehendi eius uestigium aliqđ in eo a nobis potuit: non leui nisi Paulus id confirmaret suspitione: cum liceret Plinio ab eodẽ hoc scriptore: a quo plura alia acceperat hoc etiam accipere. Variant ab impresso duobus locis hoc capite antiquiores græci. In aliquibus enim post illud & hoc ex India affertur: legitur statim δὲ στρόφου μένοις ἀρήγει. i. quod torminibus subuenit: nullo eius remedii antiqui alicuius scriptoris testimõio. Siquidem nec Paulus Aegineta cum aliorum meminisset: nec antiqua Dios. interpretatio eius meminerunt: iõq; nos id neglexinus. Variant & illic pariter quo loco hic ait incendi uaporariq; ad suffitus utiliter contra præclusos fœminarum locos. Sunt enim in quibus μὴ τρου ἐστενωμένην: & in quibus ἐστενωμένην legaſ. Significatq; altera uox quod angustum præclusumq; sit: altera quod adstrictum nec humores remittens: qualia sunt nullo uitio curta aut rimosa fictilia: primumq; illud angustiæ & præclusionis uitium: quod græci φίμον dicunt in hostio muliebriũ locorum ex præcedente exulceratione: aut durata illic inflammatione fit. Alterum ad suppressos menses & eius ptis fluores pertinet Nos in ambiguo id maluimus: quod ab antiquo medicinæ auctore Paulo Aegineta cõfirmabatur. Quo enim capite ab eo docetur de muliebrium locorum clausura: quam φίμον & ipse & alii appellant: si inueterauerit id malum suffimentis uaporibusq; aromatum utendum esse præcæpit: quod curationis genus a Dios. etiam in Nascaphtho hoc eodem modo docetur. Sciendum pterea non omnem præclusionem a græcis in medicina φίμον uocari: sed eam tantum quæ in genitalibus in utroq; sexu: translatamq; uocem ab his fuisse: quæ alioqui in natura sua aperta & patentia cohercentur & colligantur: ut in sacculis perisq; omnibus fit: quæ funiculo a superiore parte nectũtur: & in mordacibus tantum equis & canibus: in quibus non tantum inserto ori freno sed toto ambitu quasi fibula quadam colligato rictu & ore morsus arcetur: quod quotidie uidere licet. Id genus uinculi græci φίμον & aliquando κημὸν appellauerunt. Auditurq; id quotidie in Psalmo In camo & freno maxillas eorum constringe. Nec φίμος φιμοῦνq; græcis aliud est q̃ nectere colligareq; & colligando claudere. Cumq; in genitalibus hominis aliquando fiat: ut quas natura partes ad excrementum continue apertas esse uoluit: si simili claudantur modo: tunc mali genus id φίμον dicunt: auctorq; est in diffinitionibus suis Galenus bifariam id malum fieri aut per se & a natura: aut ut ipse ait ἐξ ἐπιγεννήματος. i. ex malo aliquo quod postea accesserit: quales numerauit causas Paulus Aegineta exulcerationem quæ præcesserit: aut duratam inflãmationem.

φίμος

φίμος κημός

DIOS. DE Canchamo. Cap. xxiii.

c Anchamon. Romani pariter græcis Canchamum dicunt. Lachryma est in Arabia nascentis arboris canchamum: habet aliquam myrrhæ similitudinem: & uiroso in gustu odore sentitur. Eam ad odorem incendunt & uaporant. Vestes additis myrrha & styrace eiusdem fumo etiã odorant. Ferunt potu eius triobolari pondere cum aqua aceto ue mulso aliquot diebus gracilescere nimia obesitate pingues. Datur præterea lienosis: Comitialibus: suspiriosisq;. Menses cum mulsa aqua trahit. Hebetibus eadem medetur oculis: & eorum cicatrices celerrime exterit. Facit præterea ut quod uolueris aliud ad exesas: cõtinuaq; destillatione erosas gingiuas & dentium dolores.

INTERPRES.

l Axandi uires ultra odoris usum Canchamo Aegineta tribuit: nec reliquit etiam quod hic ait potu eius ad gracilitatẽ obesos contrahi. Vtq; hæc sic etiam cætera omnia illi eadem Dioscoridi sunt. In medicina aũt & oculorum malis: quas nos cicatrices diximus nouisse oportet a Galeno in Isagoge sua diffiniri. Cicatricem esse cum in nigra oculi parte ex profunda exulceratione crassior oculo membrana superuenit: & candido colore conspicitur. Paulus rñ Aegineta in secundo aliter de tota hac re docuit: quæ in superficie oculi fiunt cicatrices a quibusdam cicatricum noie tantum a quibusdam nubeculæ apellari dicens: Profundiores uero albugines: quasi congeneres oculi labes sint: nec nisi profunditate & superficie inter se differunt.

DIOS. DE Cyphi. Cap. xxiiii.

o Dorati uaporis & incensi confectio dicata Diis Cyphi est. Vtunturq; ea multum in Aegypto sacerdotes. Verũtamen hæc ipsa etiam antidotis miscetur: daturq; in potione suspiriosis. Plures eius confectiões traduntur; inter quas hæc etiam est. Sumito angulosi odorati Iunci sextarii semissem; crassarum Iuniperi baccatum tantundem: pinguis suisq; nucleis purgatæ passæ uuæ pondo duodecim; purgatæ resinæ pondo decem: Calami odorati: Aspalathi: rotundiq; odorati Iunci singulorum pondo: Myrrhę pondo duodecim: Vini ueteris sextarios nouem: Mellis pondo duo: tum exemptis nucleis uuam passam tundito: & cum uino myrrhaq; subigito. Cætera deinde tusa cribrataq; his misceto: sinitoq; integram diem combibere. Tum melle usq; ad glutini crassitudinem decocto: liquefactam resinam diligenter illi misceto & post resinam cætera omnia diligentissime trita; & in picato uase reposita seruato.

INTERPRES.

h Abuerunt primos diuq; solos deos rudi & inculto adhuc seculo homines tum primum: ut poetæ finxerunt luto compositi & rupto rubore nati: quos cœlum & in eo phænomena quotidie sibi ostenderent: maximeq; oium solem ideo uenerati sunt: q eius sydetis calore foueri & luce dirigi uitam omnem sibi sentirent. Nec nisi post salutatem exortum religionis nostræ pcibus & sacrificiis desierunt gentes aliquæ rebus suis sibiq; ppitium id numen facere: tam altæ eorum animis danæ q dem: ue℞ in melioris religionis ignorantia excusabilis superstitiõis labes inhæserat: eoq; maiore religionis sanctitate exerceri credebatur: quo ab Aegyptiis quos admirata semper antiquitas fuit: & Plato claros in sapiẽtia & egregios appellauit: omnia ad indefessum id sydus inextinctamq; eius lucem religionis suæ mysteria referebantur: tam multa numero: tamq; ritu; & obseruatione diuersa: & ex naturæ uiribus repetita: ut non contemnendum Plutarchus cõmentarium sub Isidis & Osyridis titulo de his quondam scripserit Nec spernendum alicui sit: dum supstitio falsæq; religionis cultus docetur naturá cognouisse. Amabant: colebant: & adorabant quotidie Aegyptii solem: matutinoq; ad se reuersum precibus sacrificiis & incensis odoribus excipiebãt, Et qm̃ non satis in religione est incœpisse: repetitis in meridie & ad uesperam iisdem precibus & sacrificiis: sed nõ iisdem incensis odoribus tá benefici syderis illius numen uenerabátur. Eratq; illis ut idem Plutarchus eodem de Iside & Osyride cõmentario testatus est in odoribus his & incensis hic ordo & ritus: ut exoriente eo sydere incensa resina uaporatus aer numini eius placeret: per medium deinde cœlũ ingredienti myrrha: & ad occasum decliui: quod Cyphi ab illis dicebatur eodẽ incenderet modo: hoc s. ex tã multis cõpositum siue odoramentũ siue medicamẽtũ malis dicere: de quo nũc agimus: utq; erat auctor ille totius antiqtatis: & oium quæ in moribus: religione: artibus: socialiq; omni uita egissent & agerent hoies diligentissimus indagator & acerrimus iudex: ne uiderentur (quod sibi uerisimile non erat) clari sapientia Aegyptii tam ridicula superstitione deũ coluisse: omniũ huiuscemodi obseruationum meliores aliquas rõnes ꝓdere conatus est. In eoq; ꝓsertim laborauit ut ostenderet ad sanitatem uapores & incensa hæc ab illis instituta fuisse: non ob aliá sane cám: nisi quia existimarent male diuina ab his tractari: qui morboso corpore & perturbato aĩo essent. Cũq; plurimum acre utamur omnes: nec eodem tẽperamẽto hic semp sit: sed noctu densef: corpusq; nr̃um põderosior premat; & tenebris eius tpis aĩum in tristitiam & solicitudinem cõtrahat: ideo statim a lecto resinã incendebant: aerem simul purgantes: & cõmistum corpori nr̃o spiritum acri & sensum tentante resinæ illius odore uentilantes: & a langore excitantes Mox in meridie sentiẽtes: grauem: copiosumq; ui solis halitum ex terra trahi incensa myrrha aerem extenuabant. Dissicit n calor & spargit quod in continenti (dico aũt cõtinens quod nos undiq; ambit & continet) cõcreuit turbidũ & cũ humore sordidũ. Quá rõnem sequentes medici in pestilentia accẽso igne & excitata flãma: sicq; extenuato aere opem ferre creduntur. Extenuãt aũt maxime iocẽsa odorata ligna; qualis Pinus Cupressus & Iuniperus est. Retulitq; idem Plutarchus ela℞ Athenis medicũ Agronem noie nõ paucis in pestilentia cũ iuberet ꝓpe ignem haberi ægrotos ꝓfuisse. Aristoteles ꝓterea nõ minorem sanitatis q̃ uoluptatis i unguentis; floribus & odoratis pratis rõnẽ eẽ uoluit: frigidũ natura & quasi glaciale humanũ cereb℞ caliditate lenitateq; sua sensim relaxãtibus: Vespere tandem ad arcendos mentis in somno tumultus Cyphi incẽdebatur; quod multiplices aromatũ uires in se cõplexũ cũ arderet: mitẽ halitum: gratosq; ex se uapores mittebat: quo℞ contagio infectus aer naribus & respiratione attractus oẽm diurna℞ solicitudinum tristitiã & meditationem ueluti

nexus & uincula quædã laxaret & aperiret: simulq; humanæ mentis partem: in qua phãtasmata & somnia mouentur quasi speculũ leuigaret: nec minus ad edormiendã purgatã & tranquillã quietem odoribus & incensis his aium in Aegypto sacerdotes præparabant q̃ lyræ pulsibus Pythagorici quõdam facere consueuissent. Dico aũt phantasmata: quæ in genere somnioꝝ ueteres sic appellauerũt & Cicero sæpe uisa nominauit. hic erat in Aegypto Cypheos usus a sacerdotibus eius gentis ad sanitatem uoluptatemq; & delitias uitæ magis q̃ ad religionem inuentus: & si religiose conficeret: nec nisi ex sacraꝝ litteraꝝ cõmentariis dictantibusq; sacerdotibus ab unguentariis eã fieri confectiõem liceret: & certus reꝝ et exigeret numerus qui sexdecim erat quadratus & pariter par. Erãt Cypheos huius cõfectiones uariæ: quod hic a principio statim testatur: uideturq; hoc loco ea describi: q̃ in frequẽtiore medicinæ usu forte & notior oibus erat. Nam quæ a Plutarcho describitur amplior est: hæc decem: illa sexdecim rebus constat ad explendum quadratum quem diximus numerũ. Quæ aũt huic Plutarchus adiicit: nam cætera eadem ambobus sunt: seselis est: bitumen: thryon: lapathum: quæ rumex nostris dicitur: utriusq; Iuniperi bacca: nã alterã tñ Dios. numerat: & Cardamomum Fuisse itidem plures & diuersas eius cõfectiones testis Paulus Aegineta: qui quo loco agit de destillationibus a capite in subiectas partes inter cætera olfactu his ꝓdesse ait Cyphi quod Seleniacũ. i. lunare uocant: manifesto argumento fuisse quondã quod Soli: & quod Lunæ priuatim inseruiret. Idem nõ multo post de Iecoris uitiis agens plures hoc noie confectiones quõdam fuisse testatus est. Fuerunt ut patet Cypheos primi auctores Aegyptii: primusq; in religione eius usus fuit: idq; est quod hic ait diis dicatã cõfectionẽ eã esse: & multũ: quotidie. s. & ter uti ea Aegyptiorũ sacerdotes. Ad faciendã deinde homini medicinã trãslata res est: posterioresq; medici inter eclegmata eã numerauerunt: dico aũt eclegmata quæ linguntur magis q̃ deuorantur: & retenta ore: aut linguæ imposita: subdita ue paulatim tabescunt Nos uaporis & incensi cõfectiõem ex priore illo usu auctore Dios. Cyphi diximus esse Nam quod ille θυμίαμα una uoce expressit: nos pluribus cũ aliter non liceret ex nominis & rei æstimatione signauimus. Sunt autem græcis Thymiamata quæcũq; in aris ad suffitum & odorem uaporantur: quæ sacræ litteræ aliqñ incensa appellauerunt. Non tacendum hoc loco et quod suspicati sæpe sumus: non esse Dios. legitimum hoc caput: qñ in antiqssimo oium mihi & probatissimo codice non legitur: nec eius meminerit Paulus Aegineta cum medicam oẽm materiam lib. vi. percurreret: quod agendũ non erat homini: qui in curandis morbis usus eo sepenumero fuisset. Quodq; in ea suspitione magis nos traxit illud est: q̃ parũ uerisimile ẽ: simplicem medicam materiam docentem hoiem compositam illi miscuisse. Nec est q̃ mireẽ aliquis in græcoꝝ scriptorum codicibus tam multas & tam graues labes: quo. n. malo fato latina res iã pridẽ periit eodẽ & græca collabefactata est: & quod adiiciendi continue antiquoꝝ decretis aliqd uitium nunc omnes tenet: idem antiquiores tenuit dum uolumus omnes aut sapientiores uideri: aut ocio consulentes parata & exposita eodem loco omnia habere. Suspitio tñ nõ decretum hoc fuit Neq; enim nos rem damnamus: nec legentibus inutile fuerit tam multa de Aegyptiorum sacerdotum & medicoꝝ Cyphi narrata a nobis & ex antiquitate repetita fuisse.

Eclegmata

Thymiamata

DIOS. DE Croco. Cap. xxv.

c

CRocon. Sunt qui Castora: qui Cynomorphon appellẽt. Magi sanguinem herculis. Romani pariter gręcis Crocon dicunt. Probatissimus in medicinę usu Corycius ex Cilicia est: recens: qui coloris sui bonitate rubet: & exiguo in capreolis candido est. Qui itidem longus: integer: friabilis: squalidus & sine unguine: plenus: & cum madescit manus inficiens. Qui tandem cariẽ non senserit: humescat uero: odore iocundo: & leni acrimonia sit. Qui. n. talis non erit: aut intempestiue lectus fuit: aut ætate bonitatem amisit: aut maduit. Secundæ bonitatis a Corycio Cilicię Croco est qui ex agro ad Lyciam: & ex Olympo Lyciæ monte affertur. Tertiæ deinde qui ex Aegis Aetholiæ urbe. Cyrenaicus aũt & Siciliæ centuripius oleꝝ modo satiui oẽs ✠ cũctis aliis in eadẽ Sicilia uiribus & potestate ignauior. Verũtñ ob humoris succiq; copiã & coloris bonitatẽ in Italia ex mortario ad infectiones eo utuntur: eamq; ob cãm grandi pretio uenit: in medicina tñ primus ille utilissimus est. Adulteratur crocus admixto ruso crocomagmate: quod crocini unguenti fex & recrementum est. Adulteratur itidem defruto aspersus: adiecta ad grauitatem: & ad põdus argenti spuma: aut plumbagine: Verum fraudem indicant puluerulenta eius facies: & defi uti odor. Bonitate odoris tantum cõmẽdari Crocum Thessalus quondã auctor fuit. Alii ẽt letalem dixerunt:

si triũ drachmarum pondere bibendus detur. Sed quod uerum sit maturat crocus: mollit: leniter adstringit: urinam cit: & amabilem coloris bonitatem facit. Arcet idẽ crapulam cum passo potus. Inungitur contra oculorum destillatiões. Sistitq; eas ex humano lacte inunctus. Miscetur præterea utiliter potionibus cõtra intrinsecas

✠ Miscet̃ & his quæ fœminis priuatim ad locoꝶ suoꝶ: & in utroq; sexu sedis uitia subiiciunt̃ & illinunt̃: Venerem stimulat: Sacroꝶ ignium inflãmationes inũctus lenit: Aurium remediis utilissimus est. Veꝶ ut facile terat̃ friabilisq; fiat in sole: calida ue picata testa torrendus antea est. Sic tñ ut celerrime uertsetur. Croci præterea bulbosæ radices urinam cient cum passo potæ.

INTERPRES.

u Tinam qui conuerso in florem sui nominis puero primus oium Crocũ mortalibus ostẽdit. Anceps Deus & musaꝶ comes Mercurius agentibus hoc nobis adesset: & qua quõdã potuit uirga pallentes manes ab orco euocare: eadem capitis huius tenebras nobis aperiret: & quæ in eo latent in apertum & lucem ꝑferret. Si n. id nobis contingat: ut fuit deus ille facundus semper & ubiq; comis: & ut solemus omnes amoꝶ nostroꝶ libenter meminisse: non solum quod in historia Croci optamus: uerum tragicas uirginis & pueri incognomines plantas: & fabulosas mutatiões obiter nos docuisset: tristisq; non tñ inuitus narrasset colludẽtẽ disco sibi Crocum incautum interemisse: defunctiq; pueri mortem & memoriam noui floris ortu instaurasse: in quo puerilis sanguinis notæ perpetuo posthac rutilarent: desiderioq; eiusdem tabescentẽ Milacem uirginem in sui nominis florem ẽt transformasse: ut quos uiuentes amor coniunxerat similis defunctos comitaret̃ fortuna: negatosq; sibi nuptiaꝶ in uita hymenæos in poetis scriptoribusq; aliis æternos & honestiores inuenirent. Caneretq; Naso in transformationibus suis quod æternũ legerẽt posteri Et Crocon in paruos uersum cum Milace flores: & Plinius Milacem in coronis dãnaret: qm̃ lugubris sit: uirgine eius nominis ꝓpter amorẽ iuuenis Croci mutata in hunc fruticem: nusquamq; alteꝶ ab altera separaret græcus poeta Nõnus: qui Dionysiaca scripsit: Amoꝶ flores pluribus locis eos appellans. Iouemq; Croco Iunonem Milace coronãs: & ne longiores simus in delitiis uitæ simul ubiq; eos cõponens. Laudaretq; tandem Tarsensis Philo ab odore & colore Crocum: cuius cruorẽ in Mercurialibus herbis splẽdere eleganti uersiculo dixit. οὗ λύθρος ἑρμείαις λάμπεται ἐν βοτάναις floris simul colorẽ & pueri fortunã describens. Quæ licet fabulosa sint: dixisset tñ ea totius antiquitatis peritus deus: humaniores litteras ꝓfitentibus: nec ingrata penitus: nec inutilia. Dixisset ẽt liberalis: & ut est uniuerso numini natura benefacere: quæ in Dios. Croco negligentia & imperitia ueterum turpiter quondam amissa frustra modo repetũtur: Sed nulla est nobis diuini auxilii spes: desierunt n. iampridem uitiosos animos nostros mouere Dii: & quasi manu apprehensos: ut quondã consueuerant ad occultæ ueritatis cognitionem perducere. Suscipienda ideo res nobis est: multoq; labore & indefesso studio eruscanda simul in hoc capite multa: quæ corrupta: amissa: nec suis locis seruata omnem eius intellectum turbant. Et qm̃ aliaꝶ Croci appellationum nulla est nobis rõ: quæ plures etiam q̃ in impresso Dios. in antiquis aliis græcis legunt̃: ut a principio diximus: nihil de his agemus: incognitas nobis a legentibus existimari æquo animo feretes. Laudat & oibus aliis antefert corycium ex Cilicia Crocum Dios. subscribuntq; in eo illi poetæ & scriptores alii omnes. Nec est quod nunc cõmẽtari in hoc ultra oporteat. In bonitatis deinde notis oarie in antiquis græcis legitur: quod nos friabile diximus: in aliquot n. ἄθραυσος quod est infragile & tenaci lentore durũ. in aliquot uero εὔθραυσος quod friabile significat contrario penitus sensu: prioreq; illam lectionem secuti sunt iuniores oẽs. Plinius alteram his uerbis cõfirmat. Probatio sinceri: imposita manu crepat ueluti fragile: nosq; in ambiguo hanc magis ꝓbauimus non tam Plinii auctoritate q̃ necessitate & usu eius admoniti: friato. n. plerunq; in cibis & in medicina Croco utimur. Sequitur eã mox uocẽ alia quæ penitus corrupta sit ἀνελλιπής. f. cum ἀλιπὴς legi oporteat. i. qui nullo unguine uescat: non cui nihil desit: idq; meliores græci adhuc habent. Nec obstat q̃ Plinius decreuit optimũ ubicunq; quod pinguissimũ. Crassitudinẽ n. non unguen ea uoce significauit. Obseruauimus præterea non eodem modo in cunctis legi βάπτων ἐν διέσει τὰς χεῖρας. Sed in aliquibus ut modo scripsimus manifesta significatione inficiat attritu Croci manus. In aliquibus autem διαίσει. i. cum humore diluitur: qđ qm̃ uniuerso Croco commune est: minus ideo nobis placuit. Restituimus itidem nõ multo post uocem quæ in cunctis aliis: præterq̃ in eo qui mihi omnium probatissimus est periērat: illic. f. ubi hic ait. Qui enim talis non fuerit &c Deerat. n. ἄωρος: quod nos intempestiue lectum diximus: manifesta eius uocis iactura: & necessaria instauratiõe. Incertus ab hoc loco nec sequax sermonis cursus est: non tñ intellectum adeo cõfundit ut non facile dissimulari: aut ex Plinio in integrum restitui non potuerit. Pee regiones de bonitate & honore Croci agit hoc loco Dios. Cumq; a principio Corycium ex Cilicia præ cunctis aliis laudasset: in secundo censu & ordine lycium & ex

monte

monte olympo numerabat: utrũ articulus præpositiuus & Corycii in genitiuo casu illic occurrentes legitimam sermonis seriem miscent: ideoq; nos secundæ bonitatis a Corycio ex Cilicia esse diximus eum qui ex agro ad lyciam: & lyciæ olympo monte afferatur: nullam earũ uocum perire nobis inutilem patientes: cum alioquin licuisset ex Plinio breuius & certius totam absoluere rem. Siquidem ille etiam sic decreuit. Prima nobilitas Cilicio Croco & ibi in Corico monte: dein Lycio monte olympo: sed nos qualem habet nostra ætas Dios. interpretamur non Pliniũ excribimus. Grauius in cyrenaico croco a librariis peccatum est: nihil.n. illi redditur: uerũ statim ad eos qui in Sicilia nascuntur translatus sermo est: tam incerto intellectu ut nos hiatum illic reliquerim⁹: qui a doctioribus aliqñ expleatur. Credimusq; nos uitium aliquod i Cyrenaico significasse Dioscoridem: quod tamen nunc non legitur: quale Plinius i eo nigredinẽ.s. damnauit: Mox de Siculis egisse: omniumq; in ea insula nascentium Centuripinum ignauissimum dixisse: satiuosq; omnes hos eẽ iõg; ignauiores: quoniam auctore Plinio optimum siluestre fit. In antiquioribus græcis aliquot certissimo sensu & intellectu hic locus ad huc inuenitur. Cyrenaicus.s. & siculus cunctis aliis potestate & uiribus ignauiores succo tamen abundant &c. Nec quicq̃ impediebat sic reddi. Sed nos cõmunẽ secuti lectionem fidem magis diligentiamq; nostrã q̃ interpretandi fœlicitatem legentibus maiore hoc labore præstare uoluimus. Desideratur illic etiam certum morbi genus quo loco legitur. Miscetur præterea Crocus utiliter potionibus contra intrinsecas &c. Deest.n. ut diximus morbi genus. Plinius in medicina Croco tribuit ut succurrat stomachi exulcerationibus pectoris & renum: iocinorum pulmonum: uessicarumq; peculiariter. quorũ aliqua aut omnia uerisimile est quondam in Dios. fuisse: cuncta.n. intrinseca sunt: nec per se præpositiuus ille articulus in multiplici re certum aliquid significare potest: non.n. in curandis morbis sic dici potest & debet dari aliquid πρὸς τὰ ἐντὸς: cum multa & diuersa sint: ut dicitur τὰ πολέμου: τὰ τῶν ἀνθρώπων: τὰ τῆς πόλεως: in quibus unũ aliquod genus est aut fit: In medicina postremo diximus Crocum maturare: certam propriamq; in collectionibus & abscessibus hanc uim illi tribuentes: & si quod in græcis est πεπτικὴν ad cibi in stomacho concoctiones plerunq; pertineat. Sintq; communiter græcis πεπτικὰ quæ concoctionem adiuuent: non tamen ad cocturam cibi in stomacho πέπτειν uerbum adeo contractum est ut ex similitudine rei non significet etiam quæ in collectionibus maturantur. Nosq; ex frequentiore usu Croci in medicina nostra ætate id magis probauimus: Relinquimusq; peritioribus cogitandũ. Vtamur neco in cibis potius ut obsonia coloret: an ut concoctionem adiuuet.

πεπτικὸν

DIOS. DE Crocomagmate. Cap. xxvi.

C Rocomagma. Romani pariter græcis crocomagma dicunt. Fit crocomagma expressis crocini unguenti aromatis & in pastillos conformatis. Probatur in eo quod odoratissimum & mediocriter myrrhatum est. ponderosum itidem: nigrum: nec lignosum: & cũ subigitur multo colore croci rubens: quod itẽ amarescit: læuore nitet: dentesq; & linguã ad aliquot horas permanẽte colore inficit. Huiuscemodi est quod ex Syria affertur. Est illi uis & natura exterere quæ claritati oculorũ officiunt. Vrinã cit: mollit: maturat: & calefacit. Croco pares aliquas uires crocomagma habet: multum enim ex eo in se retinuit.

INTERPRES.

N On facile crocomagmatis substantiam & nomẽ cognouerit aliqs: qui Crocini unguenti confectionẽ: & quæ græci in unguentis Magmata appellant ignorauerit: Vtrũq; nos (& si alterũ Plinius aperte indicet: alterũ hic ipse in unguentis doceat) breuiter ostẽdem⁹. Sunt græcis itaq; Magmata quæ ex expressa materia aliqua supersunt crassa: feculenta & lignosa: uerbi causa: si tusa plantaginis folia in usum aliquẽ manibus aut prælo expresserit medicus: quod superest terrestre lignosumq; id magma dici posset: sed qm̃ nullus similium usus ẽ: iõ in nullo huiuscemodi id nomen inuenitur: seruatum id tñ est in his quorũ & humoris & expressæ substantiæ alicuius usus est: ut in rosaceo aliisq; huiuscemodi multis. Ex hoc genere crocomagma est. Quodq; Dios. ait fieri expressis crocini unguenti aromatis & in pastillos conformatis sic se hẽt. In confectione Crocini unguenti ordo hic est ut oleum antea aromatis quibusdam spissetur: mox in spissatum id oleum Crocus cõiciatur: & post aliquot dies oleum diffundatur: & quæ superfuerunt aromata & Crocus exprimãt: expressoq; oleo quod superest Crocomagma dicitur: quod hic ait in pastillos conformari & seruari. Id Celsus lib. v. recrementũ, Plinius unguenti fecẽ manifesta a uino translatione appellauit: & qm̃ aromatis illis spissato iã & diffuso ad Crocinum unguentum oleo tusa cribrataq; adiiciebat myrrha inter cæteras crocomagmatis bonitatis notas hic etiã laudauit quod μέσως κατεσμυρνισμένον esset. i. nõ odore solũ sed tota myrrhæ substantia mediocriter myrrhati. Nec significat quod statim sequitur ἐπιμένοντι συχνὰς ὥρας: quod ex Gallia interpres di

Magmata μάγματα

xit multis annis perennare crotomagma: nō. n. quas hic ὥρας dicit poeta, more annos significat: sed de colore eius agit Dios. quem testatur cū linguam & dentes semel infecerit: aliquot cōtinuis horis permanere: cum alioquin continua oris pituita dilui deberet.

DIOS. DE Inula. Cap. xxyii.

e Lenion: sunt qui symphyton: qui persicam: qui medicam radicem: qui orestion: qui nectareā: qui Cleoniā: qui rubū idæū qui uerbascū idæū appellent: Aegyptii lenes: Romani terminaliū: siue inulā campanam dicūt. Folia habet angusti folio uerbaseo similia asperiora tm̄ & lōgissima: caulem aliquibus locis non profert. Radicē habet intus albescentem: foris rubentem: odoratā: grandem: acrem: facili lentore mollē: ex qua ad consitiones & sobolem lilio. & Ari modo oculi auferuntur: Nascitur montanis: umbrosis nec uliginosis locis. foditur æstate radix: & in taleolas secta siccatur: Mouet decoctū eius urinā & menses: Radix ipsa etiā cū melle in eclegmate tussientibus accomodata ē. Prodest prætetea non nisi recta ceruice spirantibus: ruptis: conuulsis: inflationib⁹: & uenenaro. morsibus calefaciendi ui quā in uniuersum habet. Decocta in uino eiusdem folia ex eodē uino cōtra coxendices utiliter illinūtur: eadem in passo cōdita stomacho accomodata est: Sicatam enim aliquantisper moxq; decoctam frigida aqua salgamarii demergunt: rū in defrutum coniectā ad necessarios usus reponūt. Facit eadem ad cruenta sputa. Refert & aliā nasci in Aegypto inulā herbarius Crateias herbam cubitalibus ramulis serpilli modo in terra iacentibus. Folia habet lēti similia longiora tantum: numerosaq; circa ramulos: Radicem intus pallidam minimi digiti crassitudine: inferiore sui parte gracilem superiore crassiorem: nigro corticee uestitam. Nascitur maritimis tumulis: Contra uenenarorū morsus remedio est radix eius trita cum uino pota.

INTERPRES.

n Ihil adeo ingratum generi humano inutile ue aut noxium natura ex se protulit: nec tā iniqua & certa bonorū malorumq; suo. dispensatione usa est: ut non liceat uires ei⁹: & latebras diligenter excutientibus inutilib⁹ mixta utilia & noxis coniuncta benefica passim inuenire: Fecit ea Cātharides maiore sui corporis parte uenenatum & noxium insectum: sed quo coniunctū illi pennarū suarū si per se sumantur remedium soli ignorātes peteant. Fecit eadem uiperas nō minus illis ueneno suo nobis nocentes: earū tamen carnes Theriacis antidotis ad salutē misceri hæc ipsa monstrauit: fecit in plantis eadē ratione multa alia quæ breuitati consulentes relinquimus: Genuit præterea hoiem ut non eodē uultu sic dissimili ēt ingenio; sed nulli negato sibi aut aliis maiore aliquo beneficio: Ferox quondam Pyrrhus & qui ex bello & cædibus gloriā suā augeret: solo pollicis dextri pedis contactu lienosis medebatur. Iracundus & homicida Achilles: unus tm̄ noua ratione uulneri a se facto medicinam facere potuit: tam claro beneficii sui monumento: ut quod in necessaria & sperata a mali auctore salute passim auditur & in ore oīum est: medebitur qui uulnerauit: non aliū habeat auctorem. Nec uiris hoc tm̄ datū est: sed habet alter sexus ēt quod in huiuscemodi honore iactet: presertimq; infamē adulteriis Helenā: q postq̄ Græcis Troianisq; pro se pugnantibus infinitos (ut suū carmen Homerus incipiens ait) dolores intulisset: Helenium ut poetæ cecinerunt ex lachrymis suis in Helena insula natum mortalibus dedit: quo tristitia oīs aboleretur: si primo doctrina. & antiquitatis parenti Homero credimus: q ad obliuionē poculo iniectū ab ea in cœna dixit; tam præsenti ad eā obliuionē potestate: ut nec defunctis ante se parentibus: filiisue aut fratribus lachrymis genas rigaturus sit qua die id biberit aliquis poeta ille testetur: quæ an uera sint in poetis excutiēda relinquimus; naturæ. n & corporis: nō fortunæ & animi mala i Dios. tractamus: qui helenū siue a lachrymis helenæ: siue ut alii dixerūt qm̄ cōtra serpentes ex eo primū a muliere illa remediū inuentū fuerit: Symphyton ēt ab antiqs uocatū tradidit: in quo hēt testes sibi aliquot qui græco. lexica scripserunt: inuenisseq; id nomē uidet ex sobole adnatisq; illis quæ in radicibus liliorum modo συμφύονται. connascuntur: & hærent. Testantur eadem græcorum lexica medicam & nectaream radicem Inulam dici facto a regione & a dulcedine nomine: sic Persicam: sic Cleoniam dictam etiam conficere licet: Et si in probatissimo mihi codice non simpliciter κλεώνιον legitur sed βούγλωσσον κλεώνιον. idest buglossum cleone-

um

um appellari. Apuleius etiam quod nõ multum a Clconio differt Chironium panacem dicit uoca
ri: ut in alterutro uitium sit, a directumq; hoc a nobis est nequid obseruatum & inuentum hactenus
relinqueretur. Ab Oreste nomẽ illi etiam antiquitas fecit ignoramus nos tñ causam: nisi forte Ore-
stis & Helenæ propinquitas cõem eius plantæ laudem & honorem ambobus fecerit. Quæ sequun
tur deinde appellatiões: Rubus & uerbascus idæus ex sola similitudine (ut toto hoc opere infinitæ
aliæ) factæ sunt: quod ex hoc ipso auctore in helenii & uerbasci historia deprehendere facile erit:
Et qm̃ copiosum in mõte Ida nasceretur helenium: ideo loci & regionis discrimine a proprie rub⁹
& uerbascus dictis discretum ẽ: Vnde aũt terminaliũ Romani (modo integra ea uox sit) heleniũ
dixerint: nihil pro cõperto habemus: quemadmodũ cõtra Inulã dici antiquiores latini omnes te-
stantur: nullibi tñ ex campania magis q̃ aliunde ab illis laudatur: suspicamurq; nos quod a princi-
pio diximus multas in scriptore hoc non legitimas esse appellationes deincepsq; per tempora inser
tas aliena & peregrina ubiq; admirantibus cunctis: eoq; magis in Romanæ gentis fortuna & impe-
rio hanc græcis miscere ꝓpriis placuisse: & ex ꝓpinqua urbi regione eã laudasse: quãdo ut oẽs iã-
pridẽ nouimus: quo se fortuna illuc etiã fauor hominũ inclinat: & ut nos in doctrinis qualescunq;
græcoꝝ uoces adhuc admiramur & amamus: eodẽ mõ & illos Romanas admirari & amare solitos
fuisse uerisimile est. Quod deinde hic ait habere Inulam folia angustifolio uerbasco similia ex uer
basci historia legentibus patebit: quod utinam in caule pariter liceret: qm̃ hic ait aliquibus locis in
Inula non proferri nulla eoꝝ locoꝝ certa indicatione: quam merito omnes desiderẽt: multoq; ma-
gis ubi caulescat hoc olus: & caulis & floris & seminis certam rationẽ & historiã: quã iuniores aliq
non ex se sed ab hoc ipso scriptore acceptam reddiderunt. Quod.n. in impresso cunctisq; fere aliis
græcis non legitur in antiquissimo & ꝓbatissimo mihi codice adhuc seruatur: Describiturq; in eo
caulis appellatione quod in Inula crescit his uerbis Caulem ex se mittit heleniũ: crassum: hirsutũ
cubitalem: & aliquãdo maiorem: angulosumq;. flores luteos & in his semen Verbasco simile: tactu
prurituũ faciens: licetq; hæc ut diximus tã aperte in græcoꝝ aliquo legantur: nõ ideo tñ cæteros oio
damnamus: obseruauimus.n. diuersitati huic cãm dedisse mediã quandã in Inula crescentium na-
turam: quæ nec in cauliũ genere: nec fruticũ ramuloꝝue censeri penitus possent: Siqdẽ caules ple
rũq; in singulis plantis singulares sunt nec nisi appetente flore & semine surgunt: ut in lactucis & be-
tis: aliisq; oleribus huiuscemodi fit: Inula aũt raro & a principio statim fruticatu prodit: Ramuli
contra frutices ue copiosiores & graciliores q̃ in Inula sunt: quales in ruta Serpillo: aliisq; multis ui
dentur. Columella frutices quod in Inula extollitur dixit: præcæpitq; lib. xii. Inulam interuallo tri
um pedum serẽdam in hortis esse qm̃ uastos faciat frutices & radicibus ut harundinum oculi ser-
pat: quod in historia eius describentes iuniores caules aliqñ Inulam ꝓferre dixerunt: aliqñ nullos
inea esse: eodemq; modo in græcis euenisse suspicamur: qualecunq; aũt id fuerit in notissimo ole-
re non multi refert. Librarioꝝ mox totum illud uitium ẽ in radicis cuius tantũ usus est descriptio-
ne: cum diuersis coloribus describitur albido simul & rubescente: quod ex melioribus græcis sic
emendandũ est: ut intus albescentem foris rubentẽ intelligamus: Variant antiquiores græci ẽt in iis
dẽ radicũ eius notis: Sunt.n. in qbus εὐφυῆ: quod est speciosam & crassam: & in quibus εὐαφῆ: qd'
nos facili lentore mollem reddidimus: ἁμαλακτον .n. τὸ εὐαφὲς significat: Probauimusq; hanc uo
cem magis q; ad ostendendã eius q̃titatẽ satis erat quod hic μεγάλην .i. grandẽ dixerat liberum ta
men hoc legentibus relinquatur. Sunt deinde nobis adnata quæ græcis παραφυάδες dicunt: eodẽ
modo in caulibus & ramis plantaꝝ supra terrã: & in radicibus aliquot sub terra a principio suo ue-
luti a matre quadã noua germinatione ꝓdeuntia: qui naturæ & nascendi ordo in bulbosis radicib⁹
plerũq; est: & in lilio maxime una radice ut Plinius ait quinquagenos sæpe remittẽte bulbos: a quo
hic ẽt exemplũ sumpsit: non refert paulo post nec confundit intellectũ qd' prius diximus conditã
in passo Inulam &c. Mox defruto dicimus immergi. confectione.n. magis q̃ substantia differunt in
ter se passum & defrutũ ut in utriusq; confectione posthac mõstrabimus. Fuit postremo & ad huc
suspectum nobis est: quod cruentis sputis utilẽ esse Inulam in græcis fere omnibus legitur: nõ tam
quia meliores nihil huiuscemodi habent: q̃ quia non legitimo loco se id ostendit: debuerat.n. i me
dicina nõ in extremo capite post eam tractari: a quo loco distractum additũ magis & aduentitiũ
q̃ natiuũ & antiquũ Dios. uidetur: relinquimusq; peritioribus de eo censendũ. Credimus ẽt in Ae-
gyptia Inula corruptã esse illic uocẽ quo loco in extrema totius capitis coronide hic ait uires illi eẽ
ut cum uino pota radix eius una serpentiũ morsibus subueniat. Cur.n. una magis q̃ duabus tribus-
ue: & si q̃titas in ea uoce decernenda fuerat: pondere potius q̃ numero quod alioquin inæquale est
constitui debuerat: id nos una & altera mutatis litteris quod erat μία, .i. una λεία quod tritum signi-
ficat legendũ esse arbitrati: tritam cũ uino potam Inulæ radicem remedio esse diximus &c. In me-
dicina tandem dicendũ nobis est: inflationes toto hoc opere esse flatus spiritusq; & quasi uẽti intra
nos excitationes: quæ fumi modo ex succis cibariisq; a tepida caliditate cõmouentur. Frigiditas siq
dem qm̃ non est illi natura extenuare & soluere nullos producit flatus. Acrior contra caliditas non
modo extenuans ueꝝ penitus dificiens excitari flatus prohibet: Minor uero caliditas dificit qdẽ:
& cibos mutat in stomacho: sed minore efficacia: & hinc flatus excitatio omnis: quem calidis reme-
diis extenuare oportet: potestq; inter cætera id etiam caliditate sua Inula.

Adnata παραφυάδες

Inflationes.

DIOS. DE Omni oleo. Cap. xxyiii.

Ptimũ in sanitatis usu ex imaturis oliuis expressum oleũ est: quod & Omphacinon.i.acerbũ dicunt: excellitq; in eo bonitare qđ nouũ: odoratũ: & in gustu nulla mordacitate est: utile & hoc cõficiendis unguentis: Stomacho præterea q; adstringit accomodatum: Gingiuarũ tumores reprimit: dentes si ore contineatur cõfirmat: & sudores cõpescit: quo uetustius & pinguius eo medicinæ utilius: calefacit cõiter omne oleũ: aluum mollit perfrictionibus: & gelicidiorũ noxis aduersatur: prõptius: & expeditius ad agendũ corpus reddit: bonã præterea facit aluũ: Exulcerantiũ medicamẽtorũ cõfusum illis malefica & uires hebetat: dat̃ & cõtra letalia uenena: sic ut cõtinue bibatur & uomitionibus reddat̃: Purgat idem heminæ unius pondere cũ pari Pusanæ succo: aut aqua potũ. Datur idẽ contra tormina utiliter in calida potione ruta in eo decocta cyathorũ sex pondere: uentris lũbricos pellit. Clystere idẽ infundit̃: presertimq; Ileosis. Vetus maiore ui calefaciẽdi discutiendiq; est: inunguntur ad claritatẽ eo ẽt oculi. Quod si uetusti nõ fuerit facultas: diffusum ex præsenti oleo in uas quod ꝓbatius fuerit ad crassitudinẽ mellis coquito & utere: Pares.n. prædicto uires acqrit: quod aũt ex oleastro factũ fuerit oleum: maiore adstringendi ui in sanitatis usu secundã habet ꝓbationẽ & laudẽ: Contra capitis dolores rosacei uice accomodatum est: sudores & defluentẽ capillum cõpescit: furfures: manantia capitis ulcera: scabies: & lepras exterit. Canescũt tardius ẽt qui eo quotidie inunguñt: Candorẽ cõtrahit oleũ hoc modo. Sumito quod p se albescat: ætate nõ uetustius anniculo: in fictile nouũ patentiorisq; oris illud conicito: sitq; olei mensura heminæ centũ sub sole mox positũ cõchula quotidie refundito ex alto deiiciens: ut cõtinua uolutatione & pulsu mutetur & spumescat: Octaua deinde die purgati fœnogræci drachmas qnquaginta: quæ in calida aqua prius maduerint: iamq; emollitas in prædictũ oleũ cũ eo quẽ secum deferent humore coniicito: supadicitoq; ex pinguissima picea in tenuissimas hastulas scissa pari pondere torrem: finitoq; alias elabi octo dies: tunq; oleũ concha iterũ refundito: Postremo si perductũ ad candorem oleũ fuerit: in nouũ uas quod uetere uino antea maduerit depletũ oleum reponito: substratis antea in fundo uasis Campanæ sertulæ foliis fasciculis: undecim drachmarũ pondere: Sin autẽ ad candorẽ nondũ peruenerit rursus sub sole habendũ: & agenda alia donec candorẽ cõtraxerint: Licet & p̃dictũ oleum hoc modo sicyoniũ facere. In lebete patentioris oris: stamno ex ĩteriore parte illitum: noui candidiq; & ex acerbis oliuis expressi olei congiũ: simulq; aquæ congii semissem conicito: lentoq; igne dein coqto: cũ uero bis inferbuerit amoto igne refrigeratũ oleum cõcha depleto: tum noua affusa aqua facito simul iterũ ferueãt: peractisq; aliis ut præmõstrauimus reponito. Fit oleum hoc ad sicyonẽ Pelopõnesi præcipue. Sicyoniumq; ab ea appellatur. Calefaciendi uires aliquas habet: febrib⁹: neruorũq; uitiis utile. Vtuntur eo etiam mulieres ad nitorem uultus. Calefaciũt itidem quæ in balneis olei strigmenta colligunt̃: molliunt: discutiunt: sedis rimę & cõdylomata utiliter eis inungũtur. Quæ uero ex Palęstris admixtum concretumque puluerẽ habent sordibus similia: articulorũ in digitis concretionibus imposita prosunt: Contra coxendices malagmatis & ficet fomenti uice pariter imponunt̃. Nec minus etiã calefaciũt quæ in Gymnasiorũ parietibus: & quæ illic sunt statuis unguinis sordes hæserunt. Panos difficile suppurantes disiciunt: Desquamãtis præterea: & uetustissimis ulceribus accomodatæ sunt.

INTERPRES.

f

Olent in laudationibus suis Rhetores: & in iudiciis Oratores id de quo agitur ad côten
tioné honoris pleruq; reuocare: comparationeq; re℞ inter se utentes utrobi uolupta-
tis: bonitatis: gesto℞: uirtutisq; & gloriæ maior fructus & spes sit ratiocinari. fœlicissi-
meq; id tunc se egisse credunt cũ audientium fastidio consulentes: præteritis in eo gñe
singulis: eo℞q; integra numeratione: una aut altera sermonis clausura multa collegerint cogitãda-
q; audientibus plura reliquerint q̃ a principio dici posse sperabant. Id nos in oleo agemus: cui⁹ infi-
nitus pene usus totaq; hois uita: siue necessitates siue uoluptates eius tractare malis quotidiana uti-
litas: eam merito laudem illi fecit quæ plerisq; aliis cõmunis est: & qua in corporis nostri partium
diuisione ueteres usi sunt: alias ad uitã: ut cerebrũ: cor: pulmones, stomachũ: hisq; similes alias: ali-
as uero ad beatam fœlicemq; uitam necessarias numerantes: quales oculi: aures: sensoriaq; alia sũt
sine quibus uiuimus quidẽ sed parũ fœliciter uiuimus. Ex hoc genere re℞ nobis oleum natura de-
dit, debeturq; illi non minus uita q̃ beatior uita: tã multis præter quotidianos in sanitate usus mor-
bis: uitiis: malis: intus forisq; remedio est. Quo℞ ueluti sũmã per capita describẽs Diosc. primũ in
sanitatis usu etiã laudauit oleum quod ex nõdum maturis oliuis expressum fuerit. Idq; ὠμοτριβὲς
& ὀμφάκινον significat: ὤμα.n. cruda: & ὄμφακας omniũ plantarũ acerbos adhuc fructus græci ap-
pellant: Secutusq; in eo est antiquissimos rei rusticæ auctores Dios. Theophrastumq; presertim: q
lib. vi. de causis plantarũ, negauit post arcturi exortũ (quo sydere quondã autumn⁹ decernebatur
eratq; dies auctore Columella quartodecimo Kal. Octobris) augeri in oliua oleũ: sed ab eo tempo-
re nucleos & carnem increscere: quoq; fuerit magis pluuia tempestas: eo copiosiore amurca abun-
dare: & eius colore oliuam nigrescere: Quæ omnia Plinius a Theophrasto accepta paulominus q̃
iisdem reddidit uerbis: non tamen id omnino ꝓbauit Columella grauis & peritissimus rei rusticæ
auctor: qui utiliorẽ mediã Oliuitatẽ initio decembris mẽsis decreuit. Dico aũt, ut a uino uindemi-
am: sic ab oleo exprimendi eius succi tempus oliuitatẽ: anteq; id tẽpus acerbum confici oleum di-
xit: quod qm̃ facere rationibus domini nõ cõduceret: exiguũ .n. fluit: annonæ & utilitati consulens
patũ probauit: iacturã magis q̃ bonitatẽ in eo damnans: hic aũt sanitati non rei consulens quod me-
lius non quod copiosius cæteris præposuit. Nullum est nostra ætate in sanitatis usu acerbum oleũ.
Et si ueteres quo℞ aut erat amplior res: aut minus in augendis opibus studiũ passim eo usi fuerit.
Et hæc pro acerbo oleo satis dicta sint: cuius præter alias hæc ẽt maxima laus est ꝙ diu optimum
seruatur: Cætera de eo medicis & officinis notissima sunt. Diximus deinde exulcerantium medica-
mento℞ maleficia confusum illis hebetare oleũ: non satis certa rei æstimatione: nisi aliquis memi-
nerit inter medicamenta quibus ad sanitatẽ utimur pleraq; esse quæ ueneni rationẽ aliquã habẽt:
ideoq; sanitati conferre: & nisi uenena sint eo usu carere: qualia hic in fine quo loco de uenenis agit:
& animalia & plantas: earũq; succos & partes numerabit Cantharides: Salamandras: pino℞ erucas:
apollinatem herbam: Cicutã: Nigellã: Mandragorã: Elaterium: multaq; alia: quæ nisi certa mẽsu-
ra temperata uedentur letalia erunt. Ex hoc genere siquid exulcerando erit: quo maleficio Cãtha-
rides: calx: & fex sunt: uolueritq; aliquis asperiorẽ illam uim & acrimoniã hebetare addito confu-
so ue illis oleo: quod cupiet efficiet: Indicatq; id, nunq̃ exulcerari posse huiuscemodi aliquo quod
oleo præunctum fuerit: Emendauimus paulopost in medicina torminum remedii mensuram.
In cunctis .n. excæpto ꝓbatissimo mihi codice cotyla℞ sex pondus legitur in illo Cyatho℞: fuisseq;
hanc & ueterẽ lectionem & antiquã mensurã testatur Plinius lib. xxiii. dicens tormina pellere oleũ
calidũ potũ cyathis sex, magisq; Ruta simul decocta: qua aũt inter se q̃titate differant cyath⁹ & co-
tyla cum de mensuris & ponderibus in uniuersum agetur certius patebit. De Ileosis mox in morbo-
rum genere quibus mederi oleum diximus: ne noua uox legentem suspendat: sciendum illud est
malum hoc esse quod a Celso lib. iiii. tenuioris intestini morbus appellatur: & a Galeno in diffini-
tiõibus suis inflammatio intestino℞ esse dicitur: qua spiritus & excremento℞ trãsitus & iter obstru-
atur: comitenturq; eam ualidissima tormina & implacabiles dolores: In Isagoge autem certius &
copiosius de eodem malo idem Galenus agens, Ileon & coli affectionem intestino℞ pariter inflam-
mationes appellauit: sed alteram Ileon scilicet gracilioris: alteram uero plenioris; quod priuatim
græci Colon dicunt: eamq; ob causam arcerta transitu flatus & excrementa: & qm̃ præclulum iter
sit: per intestina se circumagentia: tormina & grauissimos afferũt dolores: Estq; Ileos hic q̃ coli do-
lor & mali gñe & accidentibus multo grauior & periculosior: Cui inter cætera ne longiores simus
remedio ait esse quæ ad coli dolorẽ clystere infundi præcipiuntur: inter quæ & oleum est. De eodẽ
Paulus Aegineta sic tradidit: Acutissimũ & quod grauissimos faciat dolores malũ Ileon esse: acci-
dereq; illi quæ etiã periculo grauiora sint: miserabili siquidẽ morte tandẽ pereũt eo malo oppres-
si: alii excrementa per os reddentes: Fieri aũt cruditatibus: & obstructo excremento℞ exitu: teretis
quæ iã corrupta sint: fieri etiã letaliũ ueneno℞ aliquot potu: Fieri in scrotũ descendentibus intesti-
nis: & intestino℞ inflãmatione coli dolore plerunque præcedente & cãm afferente: Ex quibus colli-
gere omnibus facile est a coli dolore: loco & intestinorum genere differre. Ille enim in pleniore:
hic in gracilioribus fit: differre etiam causis ut medici docent: nec aliunde Ileon q̃ a circumactione

Acerbum oleum

ὀμφάκινον ὠμοτριβὲς

Oliuitas

Medicamẽta exulcerantia

Ileos & Ileosi

Ileos

Colon

doloris eius sic appellari: εἰλεῖσθαι.n.græcis conuolui & circumagi est: in remediis deinde & medicina olei ex oleastro diximus manantia capitis ulcera extergere: ea sunt quæ græci ἀχῶρας dicũt ab

ἀχῶρες
Manantia capitis ulcera

Aegineta Paulo in ii.sic descripta. Fiunt in capitis cute quæ achores dicuntur tenuissimis foraminibus cutem perforantia: ex quibus glutinosa sanies fluit: notum mali genus qd in pueris plerunque fit: Nostra ætas a tinearũ in uestibus similitudine capitis tineas appellatur.n.illæ multo coq; tenuimo su & erosione uestes perforant: sic capitis cutẽ ulcera hæc: Plinius qm̃ huic malo nomẽ antiquitas nõ dederat: a continuo saniei fluxu manantia capitis ulcera uocauit: nosq; eo auctore eadẽ appellatione rem signauimus; Fiunt in eadẽ capitis humani & reliqui corporis cute quæ græci πίτυρα.i.

πίτυρα
Furfures

furfures uocant: siue πιτυρίασιν quasi furfuratione dicas: nomenq; id græci huic malo ex similitudine fecerunt sponte sua decidentibus nulla relicta exulceratione ex capitis & reliqui corporis superficie tenuibus & furfuraceis squamulis: fieriq; id malum Paulus Aegineta dixit subeuntibus in caput malo corporis humore: salsaue pituita: aut bilioso & melãcholico sanguine: Idem hoc mali genus in Epigrãmate suo descripsisse: porriginemq; appellasse creditur Quintus Serenus: cum

Qu.Serenus
Porrigines

ait: Est insensibilis morbus & noxia forma: Cum caput immensa pexũ porrigine ningit: Copia farris uti frendentibus edita saxis. Celsus itidem lib.vi.cap.ii.sic rem docuit: Porrigo aũt est ubi inter pilos quædã quasi squamulæ: eæq; a cute resoluuntur: & interdum madent: multo sæpius siccæ sũt. Idq; euenit modo sine ulcere modo exulcerato loco: contra ea quæ a Paulo Aegineta decernuntur qui furfures hos nulla relicta exulceratione fieri dixit. Plinius præterea quæ græci πίτυρα. idest furfures dixerunt: aliqñ furfures: aliqñ porrigines uocat: patetq; id presertim li.xxix.cap.vi Quod enim eo loco dixit porrigines felle ouillo cum creta cimolia &c. Totum ex Dios.excriptum est: qui cum de Taurino felle egisset: πίτυρα q.i.furfures cũ creta cimolia extergere dixisset statim addidit: καὶ ἡ προβάτειος πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ &c. Quod est & ouillũ ad eadẽ facit: certo eodẽq; duobus scriptoribus eiusdẽ mali & remedii decreto. possemq; id & in aliis ostendi locis: sed nos tempori & breuitati consulimus: Aut igitur constituendũ porriginis & furfurũ uoce unũ idemq; Plinio mali genus significari: Vniusq; mali duas fuisse quondã appellationes: quod Celsus etiã indicare uř. Aut porriginẽ capitis: furfures uero reliqui corporis fuisse. Aut madere porriginem: furfures uero siccos esse: Græci una furfurũ appellatione totũ hoc mali genus dixerunt: qualecunq; id fit: & in quacunq; corporis parte fiat: priuatim seorsumq; nihilominus suis remediis utrunq; genus curantes: eorũ nos uocem & translationẽ imitati furfures diximus & posthac dicemus semper: mali huius hoc illud ue discrimen & genus ex remediorũ uiribus & potestate censendũ medicis relinquentes.

Oleũ album
Oleum Sycionium.
Plures antiquorũ oliuitates

Nolumus & illud relinquere nõ sine ratione pbari & exigi a Dios in oleo quod dealbãdũ & Sicyoniũ faciendũ sit: quod per se albescat: habere.n.id eã rõnem uidetur ut pbato in hos usus candido oleo: damnet quod uiride antiquitas appellabat: Estq; illud ex Columella aliisq; rei rusticæ scriptoribus sciendũ plures antiquis fuisse oliuitates: primã de qua pauloante diximus in qua acerbũ exprimeretur oleũ: quod æstiuũ a tpe ẽt dicebatur: secundã quæ ante decembris Kalendas fieret in qua uiride oleum a colore q ex uiridi adhuc bacca exprimeretur uocabant: Tertiã decẽbri mense: quã mediã Columella dixit: & in qua maturũ oleũ exprimebatur: Quartam Ianuario mense:

Oleũ uiride

Erantq; singularũ bonitatis & usus laudes aliquæ In uiridi aũt id maxime laudabatur qd satis flueret: & precio duplicaret domini redditũ: Credimusq; nos hãc unã ob cãm albũ exigi a Dios oleum ut a uiridi ea coloris nota distingueretur: qm̃ a natiua uiriditate non facile ad candorem mutari id posset: & ad contrahendã Sicyonii olei naturã minus aptũ esset. Quod deinde hic ait in faciendo olei candore præter fœnogræcũ adiciendũ esse ex pinguissima & resinosissima picea torrem: ut parũ cognitũ quẽ usum habeat: sic ẽt suspectũ nobis ẽ: dubitamusq; aut deesse aliquid: aut quæ sequunt nõ sine uitio esse. Est.n.illic nõ πίτυς substantiue.i.piceæ arboris: uerũ adiectiue πιτυΐνης: idest quod ex ea arbore aliquid significet: uerbi cã frondẽ: resinã: nucẽ: aut huiuscemodi quidpiã: Quale aũt id fuerit uaticinari magis q̃ conicere oporteret: satis nunc sit rẽ signasse: obiterq; illud monere quæcunq; hic candido oleo iubet post octauã diẽ adiici eandẽ habere rõnem quã cætera unguenta habent: ut his spissaretur & aptius utiliusq; ad medicinam & usus suos fieret. Dealbatũ præterea oleum Sicyonium ideo facere Dios docuit: q medicis & fœminis quondã multus esset usus

Oleum Sycionium

eius: illis in aliquot malorũ curatione: his in lenocinio formæ passim eo utentibus: a Sicyone antiquissima Peloponnesi ppe Corinthũ urbe gentile nomen sibi inuenit: Incertũq; medici ne prius an fœminæ cõfectionẽ eius excogitauerit: quemadmodũ nec facile dixerit quispiã necessitas ne aliquid an uoluptas magis audere homines coegerit. In cæteris quorũ necessarius simul & iocũdus uitæ usus est: medicina ad uoluptates paulatim delapsa est: & quod necessariũ aliqñ habuerat usum illecebras uoluptatũ & uitæ deliciis habere cœpit. In Sicyonio aũt oleo nõ ab re forsan suspicetur aliqs contra q̃ in cæteris euenisse: uicinamq; corynthio meretriciis leporibus & blanditiis infami Sicyonẽ in altissimo colle ædificatam ideoq; oleis forte consitã qñ siccis & argillosis collibus oleæ fœlicius pueniunt: ppinquæ urbis contagio amorũ irritamenta aliqua excogitasse: & ut Sicyonios calceos a se inuentos passim iactari fecerat: sic etiam Sycionii oleum fœminas docuisset quo nitorem cutis & uultus splendorem sibi quærerent: suosq; amores ea ratione magis commendarent. Vtebatur eo passim in aliquot malis antiquitas. Sæpeq; Paulus Aegineta aliquid eo curari præcæpit: Et si lib.

vi.famiũ

yi. Samium non Sicyonium magis in usu medicinæ cõmẽdet:qui de uniuerso oleo sic decreuit: qđ ex drupis oliuis expressum oleum fuerit dulce est:medioeriter calet:& inuncta eo magis hũescũt. Quod uero ex crudis nec dum inchoatæ maturitatis expressum:quantum adstringendo: tantum refrigerando est. Elotum nulla ui erodendi est:uetustum quo uetustius eo calidius & maiore in di scutiendo ui est:presertimq; si a principio tenue fuerit: Peobaturq; tenuitas si purum & transluci dum fuerit:& si exiguo magna pars corporis inungatur: facileq; in corpus desecdat. Huiuscemodi aũt præcipue samium est. Ex oleasteo oleum adstringit simul & abstergit:& quatenus oleum non leuiter squalet. Coniuncta oleo a Dios. postremo sunt:quæ in antiquorũ balneis:palæstris balneorũ palæstrarũq; parietibus & statuis ea ætate ad medicinã colligebant strigmenta:sordes;omneq; unguen olei naturam & uires habentia. Pro quibus repetendum illud est: antiquissimũ balneorũ & olei usum fuisse. Siquidem Homeri temporibus in solia descendentes lauabantur:& postq̃ eos ancillæ lauerãt:oleo ẽt ungebant. Primaq; illis origo ex medicina & naturæ necessitatibus fuit: in quibus sentientes labores omnes desiccare:quod naturalis humoris in corporibus agitatione aruerat: extrinseco humore instaurari cœptum est; ideoq; calidis aquis abluebant:& qm id nõ erat satis contra lassitudines & gelu oleum addiderunt. Est. n. illi natura tepefacere mollire & ad agendũ uegetiora: firmioraq; reddere corpora. Necessarium deinde eius usum ad luxuriam:& uoluptates græci primũ dein eos imitati Romani conuerterunt. Et quod sanitati qoondã inseruiebat delitiarum cœpit esse instrumẽtũ. Mox ut quotidie in humanis fit:mutata gentiũ fortuna:& uitæ ex religionibus rõnes:ut tota negligeret res:effecerunt. Creditutq; id maxime religionis nostræ salutaris fecisse exortus:in qua cũ multa ad meliores mores & castiorem uitã instituerent: id ẽt cautum fuit: ne publicis & cõibus balneis utentes senes cum iunioribus:& cũ uiris matronæ & uirgines nudis corporibus cõuersantes paratæ uoluptatis spectaculo ad libidinem accẽderent:non malo sane cõsilio: ne. s. ut iureconsulti docent:utile per inutile uitiaret:sed parũ fœlici euentu. Siquidem clausis destructisue balneis:quod erat in illis utile periit:quod uero inutile occultioribus insidiis aliũde irrepsit. Fuisseq; gentibus balneorũ quotidianos usus indicant Romanæ fortunæ & gloriæ æterna & aogusta monumenta:tot locis in urbe diuersarũ thermarũ miracula potius q̃ uestigia:indicant & græcorũ cõmentaria:latinorumq; oium qui ex ꝓpinquo medicinã ab illis accæperunt. Siquidem Plinius: Celsus: Columella:& siqui alii similes sunt: multa de balneorũ usu & oleo tradiderunt. Et hic neq; d ꝓ salute hois intentatum indictumq; relinqueret:ex quo agere de oleo cœperat: ea ẽt addidit q̃ alioquin ab imperitis negligenda uidebant: utilẽ tñ nec paruifaciendũ oĩno usum in medicina habẽt: Qualia sunt olei Strigmenta in balneis collecta: De quibus sciendum illud primum est: strigmenta a nobis dici:quæ oleo illitis corporibus post sudorem una cũ sudore: reliquisq; humani corporis sordibus destringebantur. Est autem destringere lacinia: strigili ue alio: aut tota manu quæ corpori hærent abradere & extercre. Ea ex oleo: sudore: sordibusq; humani corporis cõcreta & in balneorũ pauimentis relicta in eos quos hic docet usus seruabãtur. Colligebatur itidem & in suos usus seruabatur admixto puluere concretũ oleũ: quod in palæstris antiquorũ inueniebatur. Dico autem una cum Dioscoride palæstras nõ luctam qua iuuentus tunc exercebat. Sed in hos ludos & corporis exercitia constituta ab antiquis loca: quorũ symmetria omnis lib. v. a Vitruuio longius docet: ex quo & illud nouisse facillimũ erit: qua Symmetria & modulis a palæstris gymnasia differrent: in quorũ parietibus & statuis quæ ad memoriã uirtutis & exemplũ frequentioribus locis qualia hæc erant: plerunq; constituuntur: hærentes ex eadem olei materia sordes & reliquiæ in medicinæ usũ seruabantur. Quod aũt nos diximus in digitis articulorum cõcretiones &c. Nil aliud auctore Galeno nobis significant q̃ quod græcis χονδύλοι: quos Plinius articulos reddidit cõi ad aliarũ etiam partium nodos significatione. Idem præterea Ceroma dixit quod hic ab oleo indicauit: quo ætate illa in palæstris ad luctam utebantur: neq; ab re uterq; quãdo subacta oleo cera: ut lubrico corpore aduersarios magis deluderent Athletæ utebantur.

De oi oleo ex Pauli Aegi. tæ decretis

Oleum Samium

Olei usus

Usus balneorum

Strigmenta olei in balneis

Oleum ex palæstris unacũ puluere collectum

Palæstræ

χονδύλοι

Ceroma

DIOS. DE Oleomelle. Cap. xxix.

Læomeli. Romani pariter græcis Elæomeli uel oleomel dicũt. In Palmyris Syriæ ex arboris trunco quodam melle crassius oleũ sponte manat: sapore dulci. Potũ id heminarũ duarũ põdere cum aquæ hemina una per aluum cruda & biliosa trahit. Verũtñ quasi ueternosi torpent id bibentes. Quod timendum non est: sed excitandi sunt nec permittendũ ut sopiãtur. Conficitur præterea ex surculorũ corticibus eiusdẽ arboris idem oleum. Estq; in eo ꝓbatissimum: quod uetustum: crassum: pingue: nec turbidum. Calefacit hoc oleum. Priuatim contra ea quæ oculorum claritati officiunt inungitur. Inungũtur eo etiam utiliter lepræ & neruorum dolores.

INTERPRES.

θαλλός

Veternum νωθρότης νωθρόν νωθρότης

Aeriummel

On sunt Plinio & huic de oleomelle omnia eadem: Plinius in maritimis; hic in Palmyris Syriæ sponte sua manare non leui diuersitate dicunt: non multi tamen faciendũ id ẽ. Illud grauius: q̨ hic arborẽ ex qua manet ignorare uidetur. Plinius oleas eius regionis esse testatur; hic & sponte sua fluere & opere humano ex summa arboris parte confici docet. Plinius per se tantum duobus locis manare ait. Non uidetur hic ipse etiam sibi cõuenire: primo enim ex quodã trunco fluere; tanq̃ cuius arboris hic truncus esset; ignoraret: mox humano opere confici etiã dixit ἐκ τῶν θαλλῶν: quasi olearum surculos idicaret. id enim præter cõem in plantis nouorũ germinum significationẽq; priuatim ea uox Atheniensibus quondam significauit; auditaq; ἀπὸ θαλλοῦ uoce oleæ ramulos adhoc plerunq; intelligimus: & si eius uocis maior sit ambitus: significetq; ut diximus nouas aliarũ etiam plantarũ germinationes. Non facile ideo est presertim in re tẽporibus nostris ignota: unde afferatur: quidq; oleomel hoc sit indicare. Non facile itidem diuersam duorum auctorũ Oleomellis historiam cõcordem & eandem facere: eamq; ob cãm nos non dissimulatis neq; p̃teritis quæ a Plinio dicuntur: Dioscoridem & quæ nunc in eo leguntur eadem ubiq; uocum æstimatione latina fecimus. Et ut primis responderent ultima non magis oleæ q̃ alterius arboris surculos & germina indicare uolumus. Verum quæcunq; ea arbor in Syria sit ex eius etiam surculis oleum cõfici diximus: eodẽq; i loco naturam rei magis q̃ quod legebatur secuti quod erat λίπους; quæ uox græcis unguen omne indicat λέπους una tantum mutata littera: quod corticem significat: mutauimus; neq; ut credimus ab re: qñ ubi ex trunco arboris humor per se fluit: expressis eiusdẽ corticib⁹ fluere etiam poterit: persuasitq; id præcipue q̨ conficere uerbum eã hois operam indicat: q̃ qđ nõdum est efficiat. Vnguen aũt per se ꝓpius ad olei naturam & habitũ accedit. Nec rõne caret: ut qđ in ima arboris parte per se fluit: in summo lateat: nec nisi ui & humano opere extrahi & colligi possit; presertimq; ex corticibus qui copiosiore q̃ interiores partes in pluribus humore abundant: non tamẽ hoc adeo decernimus ut illud penitus damnemus. Diximus deinde ueterno torpere seu torpidos fieri: qui oleomel biberint: non tam Plinium secuti dicentẽ: qui bibere torpescũt: excitantq; crebro: q̃ regiorum & totius naturæ peritissimũ poetã nrũm qui in Georgicis suis uno carmie græcorum νωθρότητα complexus est; cũ ait. Nec torpere graui passus sua regna ueterno: νωθρούς poto oleo melle fieri Diosc. ait. Estq; in ea re sciendum: in cæteris scriptoribus & in cõi eius uocis æstimatione νωθρὸν καὶ νωθρότητα tardum pigrum hebesq; græcis significare: diciq; ad iter νωθρόν: ad agendum ad intelligendũ: ad uigiliam: motumq; oẽm alium: somno pigritia & langore marcentem. In medicina aũt ad capitis malũ; grauẽmq; & ꝓfundiorem somnũ contracta est eius uocis significatio: estq; νωθρότης quartum inexpugnabilis somni genus: quod ex humida materia fit; ut alias docebim⁹: cũ primũ de Lethargo dicendi occasio se nobis offeret. Nũc satis signasse sit quosnam hic νωθρούς dicit: & nos ueterno torpere diximus. intelligit n oleomellis huius potu i marcorẽ difficilis somni lãgoremq; animi bibentes statim ferri: nec aliter sopiri q̃ in malo illo capitis fiat Non tamen ideo abstinendum eo qm̃ letalis oĩno aut noxius somnus ille sit Diosc præcipit. Sed contra eũ ui utendum: crebroq; excitandos qui purgantur: donec peracta purgatione soporis eius periculum omne euanescat Nec dum timet sopor: spernatur & damnetur quod alioquin utile est: libet aliqñ Plinium demirari: qui aut in tanta rerũ quas docuit uarietate & mole defatigatus; siue parũ diligens: ea quæ ab aliis acceperat: genti suæ parũ fœliciter redderet: Licetq; id in Oleomellis huius medicina eius uidere: in qua cum dixisset: Qui bibere torpescunt: statim addidit: excitaturq; crebro; quasi id ꝑ se fieret: nec alterius ope opus esset: non sentiens aduersari sibi inuicem ꝓfundiore somno sopiri quẽ q̃ & crebro excitari: nec nos ideo hoc dicimus ut cõtra antiqores aut rei naturã dixisse Plinium arguamus: sed q̨ parũ dilucide & fœliciter huius scriptoris sensum & uoces reddiderit. Non probamus & quod aliqui suspicati se dixerunt esse Oleomel hoc quod antiquiores græci ἀερόμελι: idest Aeriummel uocauerunt: id. s. quod ab hebræorũ sacris litteris acceptũ ueteres man Nũc uero passim manna medici & officinæ appellant: quod ex huius scriptoris historia & medicina non facile conicitur. Siquidẽ ab oleo statim de eo agitur: & quasi cõgener oleo subicitur: in censu mellis alioquin constituẽdũ: si mellis magis q̃ olei naturã referret: quẽadmodũ de melle siue sale indico hic idem postea aget: cui mos fuit cognata congeneribus suis semper coniungere. Nec dixisset hic ex trunco arboris manare &c. cum aerium illud mel non ex trunco manet: sed in arborum foliis inuenatur: habet. n præpositio illa: ex intrinsecum generationis principiũ: mellis aũt aduentitia generatio & concretio est. Sunt præterea in medicina quæ aerii mellis euentibus parũ cõueniant Nec nobis ꝓ comperto est quod antiquioribus quibusdam aeriũ mel fuit: quod nostra ætas manna appellat esse. Sed melliginẽ; sic. n. nunc uoco sub lucanis temporibus in arborũ foliis concretũ roscidũ sapore mellis humorẽ; quẽ deinde legẽtes apes mel in aluearibus suis coacetuãt. Nec tñ negamus qđ nunc manna uocant: ex eadẽ aut simili substantia esse uel ex; nihil ut nobis uidet̃ ad oleomel hoc aerium oẽ id mel facit: quod in cẽsum & nomẽ mellis sola saporis dulcedine adscitũ ẽ: cũ tñ ꝑpua olei uis in eo intelligat̃. Credimusq; nos ideo hoc plerosq; opinatos ẽe: q̨ Plini⁹ aerio illo melle uelut sudore aut saliua cœli dicat his q noctu subdio fuere unctas uestes & cõcretũ capillũ sentiri.

DIOS. DE Ricinino oleo. Cap. xxx.

Icinum oleum, Romani Cicinū, pariter græcis & Ricininum dicūt. Cōficitur Ricininum oleum hoc modo: Sumito quot satis fore credideris maturos Ricinos: contusosq; eo modo quæ in cratibus siccantur: in sole disponito: finitoq; in sole esse usq; dum uestiens eos disruptus cortex ceciderit: Tunc collectam eorū carnem in mortarium conijcito: tusamq; diligenter in lebetē stanno exinteriore parte illitum aqua plenum transferto: & admoto igne facito simul ferueāt: Cum uero oēm quem habebāt humorem iā remiserint: amoto ab igne lebete illo conchula colligito quod supernatabit oleum: reponitoq;. In ægypto q; maiore eius copia indiget ea gens aliter conficitur Ricininū oleum: purgatos, n. ricinos statim molis subijciunt: teruntq; diligenter: tum farinam eorū in sportas conijcientes prælo exprimunt: Maturi aūt Ricini tunc erunt: cum ex uestientibus eos folliculis emerserint. Facit Ricininum oleū ad capitis manantia ulcera: scabies: sedis inflāmationes: præclusosq; & inuersos muliebres locos: informes itidem cicatrices: & aurium dolores: Idē emplastris mixtum uires & efficaciam illis addit: trahit præterea per aluum aquas potū: & uentris lumbricos pellit.

INTERPRES.

Vlla gentibus nomenum certa eademq; lex fuit. Sed quæ pariter a cunctis intelligūt̄ alijs atq; alijs uocibus deinceps indicata sunt: nec est ubi magis uariemus: aut ubi tempora: regiones: & uitæ nostræ non una semper & ubiq; ratio plura mutauerit. Cici quondam fruticem aliqui dixerunt: quem pluresgræci Crotona: & Romani Ricinum a figura seminis appellauerunt: Rura aūt nostra & omnis fere Thuscia nunc Romanum Phaselum uocat: illi anotissimi insecti: nos a leguminis similitudine eandem rem indicantes. Frutex hic tantum non arbore scit: seriturq; in hortis nostra ætate ad spectaculū magis q̄ ad utilitatē: altitudine ut hic in historia, eius docebit humilis fici: platani folio: & si Plinius uitigineo nullo discrimine nō dicatq; Platanus uitigineo folio a cunctis describitur. Ricinum sua ætate Plinius uocari dixit a fœdissimi insecti similitudine: qd græci κρότωνα appellant: suntq; latinis Ricini & græcis κρότωνες insecta quæ animalibus alijs canibusq; præsertim inhærent fine motu cum semel hæserint. Quibus cibi nullus exitus est: colore liuido: nullis discretis membris: in globum continue crescentia donec plenius saginata, post aliquot dies sponte sua decidant. Ideoq; nos auctore Plinio fruticem eiusq; semen: & ex eo confectum oleum Ricini appellatione indicauimus. Et nisi testaretur Plinius li.xv. fine igne & aqua in ægypto exprimi ricinum oleum: suspicaremur nec sine ratione non esse hoc loco integrū Diof. qui in prima illa huius olei confectione auxilio aquæ ideo uteretur q; ob ricinorū ariditatem aliter exprimi nequiret: mox aūt in Aegypto confici sine humore aliquo testaretur. Oportet itaque duobus insidemq; grauissimis auctoribus in eadem re idem testantibus cōstituere: nudiores in ægypto Ricinos q̄ in Italia nasci: eaq; unguinis sui copia nullo etiā adsperso humore exprimi posse.

Ricinus κρότων

DIOS. DE Amygdalino oleo. Cap. xxxi.

Mygdalinon oleum, Romani etiam Amygdalinum dicunt. Amygdalinum oleum quod quidam metopium dicunt hoc modo cōficitur. Sumito amaras eius generis nuces quartam modij partē: easq; purgatas & atefactas ligneo pistillo leuiter in mortario donec offa fiat contundito: tum adspersis feruentis aquæ heminis duabus finito semissem horæ combibere: ex quo tempore ualidius iterum offam illam contundito: tusamq; in alueolum exprimito: quodq; in digitis hæsit conchula itidem excipito: rursusq; in expssas nuces aquæ heminā īfundito: & cum dimiseris combibere idem facito: Reddit autem nucum semodius olei heminam unā. Facit Amygdalinū oleum ad dolores & strangulariones muliebrium locorū: eiusdēq; partis inuersiones & inflāmationes: facit & ad capitis dolores: auriumq; item dolores: incertos sonos & sibila: Prodest præterea re-

num cum urinæ malo aliquo doloribus: urinę angustiis: calculosis: suspiriosis: & lienosis. Emēdat idem uultus maculas: asperam discolorēq; ceu a sole cutem & rugas melli: Lilii radicibus: cypriæq;: aut ex rosa cerę cōmixtum. Quinetiam hebetes restitutit oculos: & cum uino furfures: manantiaq; capitis ulcera exterit.

INTERPRES.

a Ntiqua & peregrina in Amygdalino oleo Metopii appellatio est: incertumq; magis ne sic diceret: qm̄ ut Paulus Aegineta testatur: Galbanū quod Aegyptii Metopium uocabant huic oleo misceretur: an potius qm̄ Metopion Aegyptio℞ ꝓprium unguentū præter pleraq; alia ut in eo mox docebitur amaris Amygdalis conficeret. In priore illo nominis a galbano cā: in posteriore ab Aegyptiorum unguento: quod ob eandem Galbani admixtionem priuatim Metopium dicebatur. In eius confectione demirabitur forte aliqs diuersas ab aliis in editione hac nostra rerum pondera & mensuras: neq; ab re nisi audierit; quæ nos i postremo opere de his in uniuersum dicemus: in quibus magni refert: quos auctores aliquis sequať: & q̄ certas & incorruptas eorum notas in græco℞ cōmentariis inuenerit. Interim nō tacebimus quos diximus modios & semodios non significare nobis eam mensuram: quæ nr̄a ætate: & tota Ethruria pluribusq; aliis locis ea appellatione intelligitur: uerum longe minorem. Fuit.n. exiguæ capacitatis quondam Modius & quantum conicere licet ex eo qđ in Euāgelio auditur: Neq; accēdūr lucernā & ponunt eam sub Modio. Et ex his quæ Vitruuius lib. x. in haurienda attollendaue ex fluminibus aqua monstrauit: quo loco Modiolos sæpe appellat: quibus id fiat. Insubres ēt quibus in cœna bibimus pocula Modiolos adhuc uocant: mutata deinde metiendi ratione ex pluribus antiqs Modiis confectum aceruum modium gens nostra nominauit: Quæ omnia dicta a nobis modo sūt: ne quis de maiore illa mensura cogitaret: nam quod ad q̄titatem eius pertinet: alias certius diceť. Eadem ratione uolumus etiam nūc intelligi: quod temporis spatiū nos horæ semissem: & q̄ lōgas horas dicamus. In quo sciendū illud est fuisse antiquis præter q̄ per æquinoctium toto anno inæquales horas: nec eodem spatio diurnas nocturnis & nocturnas diurnis respondisse. Sed quantū diurnis per Brumam auferebatur: tm̄ nocturnis accrescebat; contra uero in Solstitialibus. Erantq; illis tā in tenebris q̄ in sole duodecim numero horæ exoriente Sole numerari incipientes. Placuerat q; illis hic numerus: q̄ geminatus a Senario easdem illi integras & plures omnibus aliis numeris partitiones admittebať: cuius rei infinita sunt testimonia & indicia. Siquidem in diuidenda hæreditate: metiendisq; omnibus aliis hoc numero semper usa est antiquitas. Ex eo factum est: ut Plinius sæpe æquinoctiales horas ideo dicať: ut diurnis pares nocturnas ostēderet: paremq; totius diei uigesimā quartam partem indicaret. Contra uero Cicero ꝓ Roscio agens horas nocturnas dixit ut ꝑ brumā longius earum spatium constitueret. Probatiq; auctores sic semper usi sunt: & obseruatum a nobis est: cum horis nihil additur significari semper æquinoctiales: & ex eo parem totius diei uigesimā quartam partē: quo tēporis spatio nostra ætate horæ ēt diuiduntur & numerantur. Sicq; in Dios. si nihil aliud adiectum fuerit: horæ intelligendæ eunt: Quod legentibus significasse semel uisum est: ne dubitare post hac cogantur legentes: quod quantumq; temporis spatium simplici horæ appellatione in scriptore hoc intelligendum sit. Quod si amet aliqs etiam æqualium & inæqualiū huiuscemodi hora℞ in antiquis horologiis & solariis rōnem nouisse lib. ix. Vitruuium de architectura scribentem legat: qui obseruatam a Mathematicis ex cursu Solis a Bruma usq; ad Solstitiū crescentis & decrescentis toto anno umbræ uarietatē longius tradit. Variant hoc capite antiqores græci in mensura feruentis aquæ: quæ tusis nucibus adspergenda sit. In aliquibus. n. ut nos reddidimus heminæ: in aliquibus cyathi leguntur. Fecitq; hoc ut credimus notæ in utraq; hac mensura multa similitudo. In eo nihil nos decernimus: monemus tm̄ qm̄ facilis & lubricus in pondeꝶ mesurarūq; huiuscemodi antiquis notis ad uitium ex similitudine in græcis lapsus fuerit: coniectura sensuq; in his etiam uti oportere: quæ duo licet non possint rationis modo quod exactum sit indicare: quod ꝓpinquum illi sit saltē ostendent. Nobis inclinat animus Modii quadrantibus cyathi magis q̄ heminæ mensuram congruere: & si contra redditus locus hic a nobis fuerit. Diximus in medicina deinde aurium sonoribus & sibilis mederi Amygdalinum oleum: duo non penitus eadem partis eius uitia indicantes: quo℞ alte℞ grauius: alte℞ acutius sonet. Quæ Plinius ex hoc scriptore aliter & his uerbis descripsit. Grauitatē auditus discutit: sonos incertos & tinnitus: quasi non intus sonantes aures: sed foris incerta uerbo℞ significatione ad aures peruenientes sonos intelligens: qđ ad audit⁹ grauitatem pertinet. Nobis auctore Paulo Aegineta ītrinseca aurium uitia ambo hæc potius existimāda esse uidentur. Nimis cōe etiam forte uidebitur quod dictum a nobis est uultus maculas emendare Amygdalinum oleum: sed quales hæ sunt nouisse facile erit: cum scierimus: quosnā σπίλους græci cōmuni eius uocis æstimatione intelligant. Sunt itaq; illis propriæ σπίλοι notæ quæ in uestib⁹ hærentes eas discolorant. Quarum similitudine aliqn̄ in humano uultu & reliquo corpore maculæ oriuntur: nullo aut exiguo uitio summam cutē tm̄ uariantes. Videť Plinius in olei huius medicina hoc mali genus furunculos dixisse: cum tn̄ in abscessuum genere furunculi & sibi & aliis sint.

Modius
Semodius
Modioli

Horæ antiquorum

Sonores & sibila aurium

σπίλος
Vultus maculæ

Sed hoc tñ legentibus significamus. Nam quod ad Dios. pertinet: quale diximus id uitium est. Volumus & illud hactenus dictis addere non cypriam a regione cerã dicere hunc scriptorẽ: sed ceroma siue ceratum malis dicere: quod Ligustrino unguento maceratum & subactum esset: quale autẽ id unguentũ: & qbus floribus constet inter unguenta mox docebitur: eademq; rõne ceratũ ex rosa siue rosaceo id intelligimus quod oleo subactum & in hos aliosq; usus confectum fuerit.

Cera cypria

DIOS. DE Oleo ex unguentaria glande quod græci Balaninum dicunt. Cap. xxxii.

b Alaninon. Romani pariter græcis Balaninum dicunt. Cõficitur eodem modo & ex unguentaria glande Balaninũ oleũ: Vultus maculas: lentigines: uaros: & cicatricũ nigredinẽ exterit: Aluũ idẽ soluit: sed stomacho nocet. Instillatur auriũ doloribus: sonoribus & sibilis cum anserino adipe utiliter: Cõficiuntur similiter prædictis ex sesamo sesaminũ oleum: & ex iuglandibus nucibus nuceũ: habentq; easdem Balanino uires.

INTERPRES.

d E unguentaria hac glande quam græci Myrabalanon & Myrepsicem Balanon appellãt: copiosius a nobis in quarto uolumine dicetur: quo loco historiam eius & medicinam omnẽ priuatim hic docet. Interim quod glandi huic & ex ea confecto oleo pariter congruat dicemus. Videri nobis decæptum sæpenumero græcatum uocum similitudine & uicinitate Pliniũ fuisse: ideoq; multa in simplicium historia & medicina aliter q̃ græci a quibus ea accæperat tradidisse: licetq; id hoc capite etiam deprehendere: quo loco, n nos diximus cicatricũ nigredinem exterere hoc oleum: quas græci fœminino genere acuta ultima syllaba οὐλὰς dicunt: & ex quo genere & uocis accentu hic dixit οὐλῶν μελανίας. i. cicatricum nigredinem. Plinius aũt libro. xxiii. capite. y. eadẽ hæc omnia sic reddidit. Balaninum oleum repurgat Varos: furunculos: lentigines: gingiuas: quasi legisset aut intellexisset non οὐλῶν ut diximus: sed οὔλων genere neutro & in priore syllaba seruato accentu quod gingiuas significat. Persuasit aũt cicatrices non gingiuas legi & intelligi oportere una omnium græcorum lectio. Conueniensq; & concors in oleo & glande hac sibi ipsi Dios. quod. n. hic οὐλῶν μελανίας: in quarto οὐλὰς μελανίας eadem cicatricum significatione dixit. Acceditq; his q̃ nõ uidemus quam interoris mala gingiuarum nigredinem intelligere ualeamus: libenter tñ hac cunctaq; alia perit. orũ censuræ subiiciunt. Non relinquendum & illud est: quod Dios. ait confici Balaninum oleum similiter prædictis Amygdalinum & Ricininum intelligẽs: aliter a Theophrasto tradi lib. iiii. de plantarum historia. Cuius de unguentaria glande hæc uerba sunt. Fructus uero cortice utuntur unguentarii eum tundentes: hanc enim partem odoratam habet: fructum uero inutilẽ. Cũ aũt dixit Dios. confici similiter antedictis: ex fructu non ex corticibus conficiendum esse p̃cæpisse uidetur. Siquidem in illis fructus tñ non cortex aut putamen ad oleũ tonditur & exprimit. Aut igitur in re tunc notissima dicendum est conficiendi modum monstrasse tñ Dios. aut aliã unguenti ab oleo confectionem fuisse: & in altero corticis: in altero fructus usum fuisse. Nobis i priorem illam partem inclinat animus. Suum tamen & aliis iudicium relinquimus.

οὐλὰ
οὔλων

DIOSCO. De oleo Ex apollinari herba quod græci Hyoscyaminon dicunt Cap. xxxiii.

h Yoscyaminon, latini pariter hyoscyaminum dicunt: Conficitur & ex Apollinari herba oleum hoc modo: Sumito apollinaris herbæ candida siccata & recentia semina: tusaq; ut in amygdalino oleo p̃monstrauimus: calida aqua macerato: insolato deinde superioresq; partes continue arescentes uniuersæ offæ misceto: facitoq; id usq; dum nigrescat: & ingrato odore sentiatur: mox per colum expressum reponito. Facit ad auriũ dolores: miscetur q; pessulis: moliendo utile.

INTERPRES.

d Icemus de Apollinari herba: cum tractabitur quarto libro historia eius & medicina. De ea oleo q; eius interim tacuisse illud inhumanum & iniustum fuerit: potum cerebri motus facere: & inter letalia semen eius in cibo sumptum ab hoc ipso lib. yi. numerari.

DIOS. DE Cnidio oleo. Cap. xxxiiii.

Conficitur pariter & ex grano Cnidio oleum: purgatis cortice suo seminibus & tusis Potum in purganda aluo uires habet.

INTERPRES.

Chamæleæ quam Cneorō Theophrastus uocat granum Cnidium semen est. In historia plantæ certius libro quarto de eo agetur.

DIOS. DE Cnicio oleo. Cap. xxxv.

Conficitur & Cnicium oleum similiter: Vis illi eadem quæ ex grano Cnidio cōfecto oleo est: minus tamen efficax.

INTERPRES.

Carthamum nostræ ætatis medicina: græcorum Cnicon appellat, Rura autem nostra Crocum saracenum: de eo longius & certius in historia lib. iiii. agetur.

DIOS. DE Oleo raphanino. Cap. xxxvi.

Conficitur Raphaninum oleum cæterorum modo ex raphani quam Romani radicem dicunt seminibus: quibus a longa ualitudine pediculi abundant accomodatū est. Cutis idem scabrities in uultu emēdat: utūt eo Aegyptii obsoniis cōcoquētes.

INTERPRES.

Ontra omnes pediculos Raphanino oleo utitur Paulus Aegineta: hic tamen usum eius cō c traxit ad eos tantum qui post longiores morbos abundent. Nasci eos ueteres dixerunt purgante se uitioso sanguine. Plinius hoc addidit Cerastis & Scorpiōibus aduersari Raphanū uel ipso semine infectis manibus impune tractabilibus: qua ui & oleum ex semine expressum fœdissimis insectis his aduersari & nocere uerisimile est.

DIOS. DE Oleo ex nigella herba qđ Melāthinō dicūt. Cap. xxxvii.

Melanthinon, Romani pariter Melanthinum oleum dicunt. Easdem raphanino uires & confectionem Melanthinon. i. ex Nigella herba confectū oleū habet.

INTERPRES.

Qualis Nigella sit: & quo colore & ordine in papaueraceis uasculis conspiciatur eius semen: certius in historia eius ostendetur.

DIOS. DE Sinapino oleo. Cap. xxxviii.

Conficitur Sinapinum oleum concisis tritisq; Sinapis seminibus: tum calida aqua aspersis: postremo admixto illis oleo simulq; expressis. Facit ad diutinos dolores in unctum aliunde ad se euocans.

INTERPRES.

Ariant antiquiores græci hoc capite etiam: alii enim frigida: alii calida aqua Sinapim ad- u spergunt. Nos ad soluendam molliendamq; seminum illorum duritiem aptiorem calorē existimauimus. Plinius in eadem confectione etiam Dioscoridi idem non est: & aliter conficit. Fit & oleum ex semine madefacto in oleo expressoq;. In medicina etiam pluribus q̃ hic morbis mederi testatur. Locus est libro uigesimo capite uigesimosecundo.

DIOS. DE Myrtheo oleo. Cap. xxxix.

Yrsinon, Romani Myrtheum siue myrthinū dicūt. Conficitur Myrtheum oleum hoc modo. Sumito nigræ agrestis aut satiuæ myrthi teneriora m folia: tūdito ea: tusaq; exprimito. Expresso deinde myrthi succo parē acerbi olei mensuram misceto: faciatoq; in carbonibus caleant usq; dum simul concoquantur; tum quod in summo fluitabit oleum auferto. Conficitur &

aliter minore labore. Tūdito tenerrima Myrthi folia: tusaq; in oleo & aqua coquito quod supernatabit oleū colligens. Priuatim & per se Myrthi folia itidem in oleū contecta in sole madent. Sunt qui oleū Malicorio & cupresso: angulosoq; & rotundo odoratis iuncis antea spissent. Efficaciores ad agendū uires habet quod sapore amarescit: pingui liquore oleosum: uirideq; & trāslucidum est myrthum odore referens. Est illi adstringendi uis: indurat: eāq; ob cām his quæ inducendis cicatricibus cōficiunt̃ utiliter miscetur: facit ad ambusta: capitis manātia ulcera: furfures: pustularum eruptiones: intertrigines: rimas: condylomata: & laxatos articulos. Compescit idem sudores: cūctisq; aliis ꝓdest quæ adstringi: aut densari oporteat.

INTERPRES.

Rit operæpretium laborisq; huius nostri utile compendium: si quēadmodū in re rustica præcipitur: quo tempore non licet per tenebras aut imbrem in agro opus facere: a uillico familiaq; id domi paretur & fiat: quod sereno cœlo sine iactura utilioris operæ tractari non posset. Sic nos etiam hoc capite quod integrum & sine uitio est de rimis: condylomatis: & intertriginibus agemus: ut peracta hoc loco operis nostri leuiore hac parte: & hoc ueluti fasce leuati maiore animi alacritate: & aptius quæ deinceps occurrent: alia tractemus. Primum itaq; de rimis nouisse oportet: quas græci ῥαγάδας uocant: & nos Rimas diximus: malum esse quod non in una tm̃ corporis nostri parte sentiatur. Veq; in mulierum naturalibus: & utriusq; sexus sede: labris: digitis: & pedibus fiat: ideoq; Galenus in diffinitionibus suis nulla corporis in quo fiat decreta parte: diuisiones siue scissiones malis dicere cutis callosis labris: rhagades esse dixit: & in fœminarum naturalibus: eorumq; hostio Paulus Aegineta fieri testatus est: ex laborioso & uiolento partu: fallereq; recentibus adhuc ex puerperio doloribus: paulatim sentiri deinde deprehendiq; admota manu: & in Venere cruore ex attritu indicante: testatus idem etiam est in sede fieri: obseruauimusq; nos Rhagades græcis latinisq; scriptoribus aliquot qualis Plinius est: eas ꝑcipue intelligi quæ hac parte fiant: duris nec sine magno conatu pulsis alui excrementis. Fiunt eodem auctore & in pedibus calcaneo.s. & inferiore solo: nec minus in digitis: ueq; his plerunq; locus additur: pedumq; rimas & digitorū appellant. Fiunt & in labris cunctisq; his partibus: ex diuersis causis: itinere: frigore: multisq; aliis: liceatq; id pro comperto habere quacunq; corporis parte in duo plura ue labra dehiscat cutis: græcos rhagadas a frāgendo: latinos rimas id malum appellare. Sed qm̃ frequentius in sede fit: in ea parte: ut diximus: plerunq; intelligi: quod an in Dios. presertimq; hoc loco sic æstimandum sit peritioribus censendum relinquimus. Nobis uidetur cōmune cognatis inter se tot malis myrthei olei remedium esse posse: presertimq; in sede fœminarū & naturalibus. Cuncta enim adstringi opus ē: ideoq; non ad hanc magis q̄ illā corporis nr̃i partem id malū contraximus contenti rimas auctore Galeno dixisse in callosa labra humanæ cutis diuisionem: eoq; consilio ut posthac eadem uoce semper utamur: nisi certū fuerit certæ partis i eo malo uitium: id certe affirmabimus ubi in scriptore hoc coniuncta simul inueniunt̃ Condylomata & Rhagades in utroq; sexu sedis: & in fœminis hoc amplius naturalium simul duo: & deinceps descripta ab antiquis medicis mala: si quis sedis Rimas & condylomata tantum reddiderit: nō leui neglectæ alterius partis periculo & iniuria id agere. Eiusdem utriusq; partis: sedis.s. & hoc amplius in fœminis naturalium malum condylomata ēt sunt. Ea in diffinitionibus suis his uerbis descripsit Galenus: sed in sede tantum. Sūt condylomata excrescentiæ quæ in extrema ani corona & qua parte se comprimit cum inflāmatione insurgunt: eadem figura in fœminarum naturalibus fieri Paulus Aegineta: & in utroq; sexu post diutinas & inueteratas rimas in callum transeuntes dixit: appellaueruntq; condylomata id malum græci ꝙ ut cōtracta in pugnum manu digitorum articuli: quos ea gens condylos uocat: insurgunt & eminent: sic durate in callum sedis & in fœminis naturalium rimæ a reliqua superficie insurgunt. Leuissimum postremo mali genus est quod nos intertrigines diximus. Plinius aliquando attrita appellat: aliquando confricata membra: fit atterentibus & utentibus in itinere pedes angustis calceis. fit etiam cōfricatis longa equi uectione interioribus fœminibus: aliisq; partibus & ex aliis causis.

Rimæ ῥαγάδες

Condylomata rhagades

Condylomata

Intertrigines;

DIOS. DE Oleo Laurino. Cap. xl.

Aphnion. Romani Laurinum dicunt. Cōficit̃ laurinū oleum lauri baccis cum drupæ iam sunt in aqua decoctis: pinguitudinē quādā exuestiente eas cute remittētibus: quā manibus cochula exprimētes colligūt. Quidā in cōfectione eius acerbum oleū anguloso rotundoq; odoratis iuncis: præterea odorato itidem calamo antea spissantes: tum Lauri tenerrima folia

in id coniicientes simul omnia coquunt. Quidã & Lauri baccas foliis superadiiciũt donec odore satis esse uideant̃. Miscẽt aliqui pterea Styracẽ & Myrrhã. Probatissima ad laurini olei confectionem montana & latifolia laurus est. Bonitate in eo antecedit quod recens: colore uiridi: amatissimũ & acre. Calefacit laurinum oleum: mollit: laxat: & lassitudines recreat. Vtile prætetea cũctis neruorum malis: febriũ horroribus: aurium doloribus: & destillationibus: contra renum ex frigore dolores: ut quo uolueris alio utilissime inungitur. Potum tñ idem nauseam facit.

INTERPRES.

n

O- ior cunctis Laurus est q̃ oporteat nos de ea longius agere: aut tam multa eius genera q̃ Plinius prosecutus est: nulla urgente necessitate percurrere. Oleum.n. non ai boi ẽ Diosc. docet. Cuius a Palladio lib. ii. multo dissimilis his uerbis confectio tradit̃. Ex Lauri baccis oleum conficitur hoc modo. Lauri baccas q̃plurimas & maturitate turgentes in aqua calida bullire facies: & ubi diu ferbuerint olei quod ex se dimiserint supernatantis undã pennis leuiter cogentibus in uasa transfundes. Hic.n. maturitate turgentes baccas coqui iubet Diosc. drupas. Sunt aũt drupæ in olea & Lauro: possunt & in aliis arboribus esse optima ætate ad decerpendum inter copiam bonitatemq; succi incipientes nigrescere & colorari baccæ: quæ uox a græcis facta est: qui primũ nigrescentes oliuas δρυπετεῖς appellauerunt. Pax deinde sequax sermo ĩ græcis est ubi nos diximus; quam manibus in conchulam exprimentes colligunt. Quod enim est illic participiũ διακόψαντες: nullum habet sensum: ideoq; nos rem magis q̃ uocem secuti sic reddidimus. Volumus tñ id tam diu legentibus placere quousq; ex minus corrupto codice certior confectionis huius ratio cognoscatur. Et si id nouisse satis sit remittit baccis Lauri: pinguitudinem aliq̃ quæ colligenda sit: ob quã cãm illud ex Palladio addidimus ut ab eo expleretur quod huic deest. Suspicamur & illic uitium esse ubi legitur. Miscent aliqui Styracem & Myrthum. Credimusq; p Myrtho frutice Myrrham legi oportere. Styraci enim Myrrha aptius copulatur q̃ Myrthus & in spissando oleo maiorem uim & frequentiorem usum habet: facilis ab altera in alteram uocem in græcis lapsus fuit: & antiquus latinus Dios Myrtam adhuc habet: potestq; una tm̃ mutata littera in hunc sensum trahi: unicuiq; tamen suum iudicium sit & arbitrium.

Drupæ oliuæ δρυπετεῖς

DIOS. DE Lentiscino oleo. Cap. xli.

f

Chininõ. Romani Lentiscinũ dicunt. Ex maturo Lentisci semine lentiscinum oleum laurini olei modo conficitur: & antea spissatur: Canũ & iumentorum scabiem sanat. Miscetur idem pessulis aptissime: acopis & his quæ contra lepras conficiuntur: & præter hæc sudores compescit. Conficitur & Terebinthinum similiter: adstringitq; & refrigerat.

INTERPRES.

l

Ibet hoc loco addere Lentiscini olei diuersam ex Palladio confectionem lib ii. his uerbis ab eo traditam. Grana matura lentisci q̃plurima colliges: & una die ac nocte supra se aceruata esse patieris: deinde sportam granis iisdem plenam cuicunq; uasculo superpones: tunc ex eo humore qui defluxerit supernatans oleum Lentiscinum sicut Laurinum colligetur. Memento autem ne frigore possit adstringi aquam calidam sæpe suffundere.

DIOS. DE Mastichino oleo. Cap. xlii.

m

Astichinon. Romani pariter græcis Mastichinum dicunt. Ex concisa mastiche mastichinum similiter conficitur oleum. Cõfert omnibus muliebrium locorum uitiis leniter calefaciens spissans simul & molliens. Miscetur idem ceratis quæ stomacho cœliacis & intestinorum torminibus imponũtur. Exterit & uultus uitia: colorisq; amabilem bonitatem illi acquirit. Laudatissimum in Chio insula oleum hoc fit.

INTERPRES.

n

On sperabat Diomedes in Troianoȝ castra speculator pfecturus: incolumis ad suos redire solus posse: eamq; ob cãm Nestorem precabatur dari coniungiq; sibi aliquẽ: cuius cõsilio & opera in tanto periculo uti posset: qñ duobus simul euntibus fœlicius euenire hominibus quotidie nos etiã multa sentimus: quod superiore capite experti multum Paulo Aeginetæ de-

bemos: qui lib. v. de mastiche agens: quod huic scriptori: seu temporum uitio: seu librariorum incuria in hoc capite antiq̄ integritatem amiserat: qua rõne instaurari posset: facillime monstrauit: fuitq; nobis in laboce hoc non facundus sed utilissimus comes. Inter remedia siquidem legebat aut nullo: aut incõcinno penitus sensu ꝓdesse hoc oleū πρὸς τὰ περὶ τὸν στόμαχον ἐπιῤῥιπτόμενα σκιῤῥώματα &c. Quaꝝ uocū summa est ad eas quæ stomacho superponūtur durities: qui dicēdi modus nec rei nec scriptori huic legitimus aut honestus est: non. n. stomacho superponunť durities: Cum aūt decerneret ille stomachi: alui: intestinoꝝ: & iecoris inflāmationibus accomodatā esse mastichē facile opinati sumus ex rei & sermonis ductu: quod erat σκιῤῥώματι: quæ uox oīum generum durities in humano corpore significat κηρώματα. i. cerata: siue ceromata legendum esse: decreuisseque hūc scriptorē subactā mastichino oleo cerā partibus illis imponi cōtra eaꝝ partium mala: ad quæ ex uiribus suis mastiche faceret: quales aūt illæ sunt idē Paulus his uerbis docuit. Mastiche presertimq; ex Chio insula in. ii. ordine calefacit & siccat: mixtas habet uires: adstringit. n. simul & mollit: ideoq; stomachi alui: intestinoꝝ & iecoris inflāmationibus accomodata est. Aegyptia colore quadā tenus nigro: siccat magis & discutit: minus aūt adstringit: discutiendis strumis ideo accomodata. q longius cōmentariis his nostris adiecta sunt ut ratio mutatæ a nobis uocis ab eo auctore accepta intelligatur: obiterq; & illud testaremur confirmari ab eo quod in hoc scriptore suspectum forte uideref: cum ait mastichem adstringere simul & mollire: quod aduerbium non temere: sed ex melioribus græcis additum illic a nobis est in quibus legebatur. στύφον ὁμοίως καὶ μαλάσσον.

σκιῤῥώματα

DIOS. Vnguentorum confectiones. Cap. xliii.

u Erum quoniam & unguenta in aliquot malis: olfactu: aspersioe: & medicamentis adiecta utilia sunt: exigere rei ordinem existimamus ut eorum ratio etiam a nobis tradatur: in quorum probarione contemplari oportebit: an id ex quo temperatum unguentum fuerit odore indicet. Optimum enim iudiciū hoc est. Et si in aliquibus seruandum non sit q; euincunt sæpenumero quæ uehemētiora admixta fuerint: ut in amaracino: crocino: ex fœnogræco: aliisq; quibusdam: q̄ ex eorum tractatione & usu probanda erunt.

DIOS. DE Rosacei confectione. Cap. xliiii.

f It hoc modo Rosaceum. Sumito totundi odorati iunci pondo quinq; uncias octo: simulq; olei pondo duo: uncias quinq; tūdito dein: macer atūq; aqua coquito continue miscens. Cumq; per colum traieceris in olei pōdo uiginti & uncias qnq; rosas sine humore aliquo numero mille cōiicito: manibusq; odorato melle inunctis misceto sæpius: leniter per diem premens: Integram deinde noctem dimissas matutino exprimito: Cumq; quod in eo fœculentum est: subsederit ex uase in quo erit in craterem melle antea iouctū trāsfundito & seruato. Coniectis mox in labellum expressis illis iisdem rosis superinfundito iteꝝ spissati olei pondo octo & uncias tres: iterumq; exprimito. Erit hoc tibi secūdariū rosaceū. Et si uoluens tertium & quartum rosaceū facere: quotiēs uolueris oleū infundito & exprimito. Fit. n. primum: secundum: tettium: & quartum unguentum: quotiensq; feceris totiēs antea crateres melle inungito. Quod si uolueris iterara confectione uires rosaceo adiicere: in oleum primo expressum parem recentium & sine humore rosaꝝ numerū addiicito: manibusq; melle antea inunctis exprimito: facitoq; iterum ternū & quartū similiter exprimens: & quotiēs facies nouas quotidie detractis unguibus conticito rosas: sic enim efficacius erit: usq; ad septimam tn̄ adiectiōem nec ultra rosarum uires oleum admittit. Melle p̄terea & p̄lum inunctum sit. Quineriam oportet diligentissime oleū a succo rosaꝝ separare: uitiat. n. minima eius pars totum unguenium. Quidā solas tn̄ rosas detractis unguibus insolatas pondere unciarū sex in olei sextarium demergūt: dimissasq; in eo diebus octo madere mox quadraginta diebus tettia rosarum adiectione insolatas sic reponunt & seruant. Sunt etiam qui odorato Calamo & Aspalatho oleum antea spissent. Sunt præterea qui ad coloris

bonitatē Anchusam: & ne ingrato odore sentiat᷑: salē adiiciunt. Est rosaceo adstrin gendi refrigerādiq; uis. Adspergit᷑ utiliter: & cataplasmatis pari utilitate miscet᷑: Po tum idē soluit aluum: stomachi ardores restinguit. Caua nutrit ulcera: malefica mi/ tigat: manātibus capitis ulceribus: eruptionibusq; aliis in ea parte inungit᷑. Adsper/ gitur contra capitis dolores a principio: Dentes eodem in dolore colluuntur: facit ad induratas palpebras: contra quas inungitur. Clystere præter hæc infunditur con tra intestinorum: muliebriumq; locorum pruritus & erosiones.

INTERPRES.

[P]entiebat Thebanus Lyricus poeta cum opus aliquod incipientibus præciperet: speciosam lateq; fulgētem eius frontem erigendam esse quantum dignitatis gratiæ & honoris periret his quæ humiliter aut praue incœpta negligi prius q̄ cognita essent inciperent᷑. Nec dimi/ dium facti h̄re (ut poeta cecinit) eum qui mō: sed qui bene & fœliciter aliquid incœpisset. Nos ēt meminimus quod in Porphyrio quotidie iactatur: imperii dignitatem ex prima fronte & indole aliq̄n æstimatam fuisse. Desiderauimus ideo hoc capite dignam Dioscoride eius esse frontem; ut reliqui corporis gratia & fœlix usus esset: & ut fieret diu ēt: sed parꝫ fœliciter laborauimus: tā cor/ ruptæ illic omnes primæ partes sunt: & tam male sequax reꝫ uerborumq; sensus & ordo legētibus occurrit. Nec in eo hos aliud modo possumus q̄ ut in iudicio fit delato crimine antiquæ lectiōis cō iecturam nostram asserre. Quod aūt in ipsis foribus statim uitium se nobis obtulit huiuscemodi est. Iubet hic in rosacei confectione ad olei spissamentum sumenda esse rotundi odorati iunci pon do quinq; & uncias octo: statimq; subiicit sumenda pariter olei pondo duo & quincuncē: nec male incerto ue sensu hactenus: si odoratus ille rotūdus iuncus spissando huic oleo satis esset: & nisi qd᷑ sequitur participium κόψας male rei responderet: & præter hoc alterum illud participium φυρή σας nulla rōne oleo competere posset. Qui.n. tundi oleum & macerari aqua potest? quod duo illa participia significant: alteꝫ.n. in duris & aridissimis fit: alterum in his solum dicitur: quorum arescit alteꝫ: liquescit uero alteꝫ: ut cum dixit Tranquillus lutum sanguine maceratum: & quotidie au/ ditur aqua macerari farinam. Accedit his q̄ iniusto pondere & mala reꝫ inæqualitate in spissando humore præcipitur maiore copia sumi quod spisset: minore aūt qd᷑ spissatur. Spissatur.n. oleum spissant uero aromata: quæ si copia & pondere abundent non spissare ipsa oleum: sed oleo dilui di cent᷑. Coëgerunt postremo nos nō suspicari iam: sed pro cōperto uitium hoc loco habere: quæ plu ra in antiquioribus aliquot græcis in spissando rosaceo numerantur. Elenium: quam nos Inulā di/ ximus: angulosum odoratum iūcum: & odoratum itidem calamū. Credimusq; quod oleū statim a rotūdo odorato iunco legit᷑ non oleū: quod græci ἔλαιον sed ἑλένιον.i. Inulā antiquā fuisse lectio nē: deesseq; alia deinceps: quæ prius aqua macerata in oleo coquenda essent: tum per colū traiecto oleo uiginti sic spissati olei pōdo: & unciis qnq; iniiciēdas esse rosas numero mille &c. Quæ oia cō/ iectura tm̄ nostra dicunt᷑: quā aliis ēt relinquentes nihil mutauimus: suspitiones suspitionumq; no strarum cās diligentioribus ostendisse cōtenti. Factumq; id bona fide & nullibi dissimularis uitiis & difficultatibus huiuscemodi. Quod alioquin facile nobis erat: & qm̄ toto hoc opere sæpenume/ ro de reꝫ ponderibus & mensuris decernendū erit: testari semel id uolumus: siquid minus maius ue, p rei natura & necessitate dici forte uidebitur: nō ideo dānādū esse laborem hūc nr̄m. Lubri/ cus.n. in antiquis pondeꝫ & mensuraꝫ notis ad uitiū lapsus est. Multa ēt in antiquis græcis uarietas & nos codicum fidem nō experiētiā seqmur quam medicis relinqmus: quibus licebit semp ex alio rum decretis: aut iteꝫ facto rei periculo in melius conuertere: quod ex hoc scriptore parum appo sitæ dictum a nobis fuerit. Cur aūt sine humore rosas in oleum coniiciendas hic scriptor præcipiat a Theophrasto li. vi. de causis plantaꝫ docet᷑: quo loco testatus ille est unguentarios rosas ad unguē ta quadamtenus prius siccare: ut ea rōne purus relinquatur odor: qui in eo flore postq̄ aruit adhuc seruatur: esseq; id discrimen tm̄ q̄ recentes ex longinquo olent: siccatæ aūt contra: Quod si ab un/ guentariis amissa natiui humoris aliqua parte rosæ ad unguenta exiguntur: multo magis aduenti/ tius in eis humor damnabitur. Neq; ab re forte fuerit putasse docuisse id hoc loco Dioscoridē. Cō/ munē tm̄ eius uocis æstimationē nos ēt secuti sumus: non ausi quod ἀβρόχων in eo est aliter q̄ extri/ seci humoris priuatione exprimere. Docuit nō multo post idem hic scriptor in censu bonitatis ro/ sacei laudari pbariq; maxime: quod primū expressum fuerit: tum secundū; mox tertium: postre mo quartū Nicander tm̄ in Theriacis suis in tertio censum bonitatis clausit dicens ἐν δὲ τρίτην μοῖραν ῥοδέου χεύας &c. Quod legentibus ignotum esse noluimus. Dicerē lōgius ēt quos nā hic ungues in rosis noīat: nisi Plinius & alii iampridem docuissent: Vngues in rosis appellasse ueteres imas folio/ rū floris eius partes colore candido: quibus in capite suo hærent & pendent: ideo in medicina dam natas: q̄ nulla solis coctura coloratæ odorataeq; inutili humore abundant. In medicina & illud sciē dū est: quæ hic ἐμβρέγματα uocat: & nos uerbo tm̄ significauimus cōspergi dicentes late patere si/ gnificariq; ea uoce a græcis omnia quæ fronti: temporibus aliis ue partibus ad souendum: discutiē/

Vngnes in rosis

ἐμβρέγματα.

dum

dum: compescendū: reprimendūq; insperguntur: intelligendaq; hoc loco ea tm̄ sunt: quibus potestate sua rosaceū utile erit: quotiesq; nos cōspergi aliquo quidpiā dicemus semp ex uiribus remedii illius usus hic intelligēdus erit: Nr̄a ætas adhuc græca uoce Emprochas sed corrupte remediū id dicit. Quæ itidē hic ἐκζέματα nominat gn̄e eadē sunt quæ ἐξανθήματα quæcūq; pueris in capite erumpunt: multoꝝ geneꝝ ulcera & pustulæ: in qbus et Paulus Aegineta primo libro rosis & rosaceo utendū esse præcipit. Seqtur ab hoc loco statim κεφαλαλγίαι ἐμβρεγμα ἐν ἀρχῇ. quo loco pungendus iudicio nostro sensus & membrum est: ne male coniungatur illud ἐν ἀρχῇ sequenti mēbro Incipientibus. n. capitis doloribus & a principio inspergendā rosaceu frontē nō colluendos a principio in dolore dentes præcæpisse, hūc uerisimile est. Adiiciemus postremo & si ad alia festinemus: q̄ nam malefica nos: græci uero κακοήθη ulcera appellauerint: Satisq; nobis Galenus primū in diffinitionibus suis mox Paulus Argineta: quo loco de ulceribus agiterunt: & si ille non ulcus magis q̄ oē aliud κακοήθες malū his uerbis diffiniat: κακοήθες malū est quod ui sua: grande difficileq; est: aspectu aūt debile & ignauum: & quod malo dolo fallat: ideo græci sic appellauerunt: quibus κακοήθεις hoies sunt dissimulato maleficio nocentes: Paulus aliter & his uerbis rē tradidit Antiqua & cicatricē difficillime cōtrahentia ulcera quæ cacoethe dicūt: alii Chironia ueluti Chirone Cētauro medicinæ in poetaꝝ fabulis peritissimo indigentia: alii Telephia q; in huiuscemodi ulcere Telephus cōsenuerit: nec nisi noua medicinæ rōne ab auctore mali Achille sanari potuerint uocāt: ex q̄ eoꝝ difficili sanitate Iuuenalis ēt dixit. Tenet insanabile multos scribēdi cacorthes. Ea Celsus mala ulcera aliqn̄ noīauit, q de Chironiis priuatim lib. v. agēs ꝓpriū gen⁹ Chironiis ulceribus assignasse uī: nos certiore adhuc rei significatiōe malefica diximus ubiq;: & si forte dolosa aptius dicerent.

Malefica ulcera κακοήθη ἕλκη

chironia ulcera.

Telephia ulcera.

DIOS. DE Vnguento qd̄ ex palmæ elate. i. cortice cōficit̄. Cap. xlv.

E Latinon, Romani pariter græcis elatinum dicunt. Tundito silatimq; discerpito tenerum nondum florentis palmæ corticē: quem græci elatem dicunt: In labrum dein cōiicito: acetbum infundito oleū dimittitoq; triduum: ex quo tempore in sportam coniecta omnia exprimito. Pari pondere cortex is & oleum sumenda sunt: Cunq; expresseris in puro uase reponito & utere: pates habet rosaceo uires: non tamen aluum mollit.

INTERPRES.

Qua materia fiat & ex qua palmæ parte Elatinū unguētum cū de tota palma paulopost agetur certius legentibus erit. Non relinquemus tñ legentes monere a Columella Elatem hanc lib. xiii. corticē palmæ appellari.

DIOS. DE Melini idest ex Cotoneis malis unguenti confectione. Cap. xlvi.

M Elinon, Romani pariter græcis melinū dicunt. Cōficitur Melinū oleū hoc mō Sumito: simulq; misceto olei sex: aquæ uero sextarios. x. Supiniicito deinde tusi corticis palmæ trientē: rotundiq; odorati iunci par pondus: dimissaq; oīa integrā diē madere decoquito: excolatūq; oleū in patentioris oris uas aliqd̄ cōiicito: & supposita ex harundinibus crate aut rariore storea cotonea superponito mala panisq; operta aliquot diebus dimittito: usq; dū cotoneoꝝ odorē oleū contraxerit. Quidā mala ipsa pannis decē diebus inuoluūt ut coerceat̄ nec effletur odoris bonitas: tū biduum cū suis noctibus in oleo dimissa exprimunt & oleū seruant. Adstringendi uis huic oleo & natura est: refrigeratq;: Facit ad scabies: ulcera: furfures: perniones: & q̄ serpunt. Instillatur idem contra muliebrium locoꝝ exulcerationes utiliter: & eadem utilitate contra citatā urinam infundit̄: Sudores ꝑterea cōpescit: & contra cantharidas: bupresses: & pinoꝝ erucas utiliter bibit̄: Eritq; in eo genere probatissimum quod Cotonea olebit.

INTERPRES.

I Nterpellat ꝓ hoīe tēpus, exigitq; præsens rei necessitas ut qd̄ sæpe hactenus dictū a nobis est qd græcis στύφειν & στύμματα: latinis uero spissare & spissamenta in unguentis & rusticis salgamis fuerit certius & ex re ipsa monstremus: intelligantq; oēs rem simul & uocē: Incipiemus aūt a notioribus & his quæ Columella longius. xiii. uolumine de olerum radicum; caulium; herbarūq; in sanitatis usu pluribus condituris: præcæperit: cui multa est diuersis locis spissamenti uox: qua significet in rusticis salgamis: herbarūq: oium conditura: spissamētū esse quod extremum superponitur: ne fluitet quod conditū fuerit: sed cōdituræ humor superueniat. Verbi cā

cum cōdideris olus atrum ferulam: aliudue huiuscemodi ne innatent in humore quæ cōdita fuerunt: fœniculum ad os uasis superponitur: tamdiuq́; deprimitur ut ius usq; in summū labrū fideliæ perueniat. Non dissimili rōne & oliuæ quondā cōdiebantur: præcæpitq́; idē Columella eodē lib. cap. xlvi. Cōditis iā oliuis fœniculi aridi fasciculū in eas deprimendū ut ius supueniat. Et hoc antiquis in agro spissare fuit: manifesta rei significatione & cā: ut angustiore spatio stipata quæ condita fuissent bonitatē suā diutius seruarent. Ab his ad unguenta usus & uox translata sunt: & q̄ oleo ad augendas eius in unguento uires aut minuendū eius odorē aromata sic antea miscerenť a græcis stymmata: a Romanis spissamenta dicta sunt: & quid agerent spissare oleū dicebanť. Nec alia rōne magis & re & noīe oleū ab onguento differebat q̄ q̄ in illo nulla est ex aromate aliquo ad maiores uires p̄paratio. In hoc q̄m non satis esset oleū: & quæ illi uel ad odoris gratiā uel ad sanitatē miscerentur: tam multis aromatis in suos usus bonitatē uiresq́; acgrere & meliorescere cogebant quæ tusa oleoq́; admixta tenuitatē eius spissabant coactūq́; cōfusa sibi aromatū illoꝝ farina crassescere: spissatum merito appellabant: licetq́; in aliquibus non tusa in puluerem sed integra tm̄ aromata illa miscerentur: ex prima nihilominus rōne illa & hæc stymmata siue spissamenta pariter dicebantur: quemadmodum in rusticis salgamis quæ cōditur is tm̄ superponerentur & urgerentur eadem spissamenti uoce dicta fuerunt: estq́; hoc quod Pli. lib. xiii. ait. Ratio faciendi duplex: succus & corpus ille olei generibus fere constat: hoc odoꝝ: hæc stymmata illa hedysmata uocant: egregia breuitate totam cōplexus rem. Succū. n. humorem dixit: constareq́; eū olei generibus: maturo uerbi causa: acerbo: ex drupis oliuis: aliisq́;: corpus uero spissamenta hæc oīa: quæ ille magis ad odoris gratiam q̄ ad sanitatē quæsita antiquis fuisse indicare uideť: & si odores ex aromatū natura simpliciter dixisse potuit. Non erit itaq́; nobis aliud in hoc opere spissatum oleum & spissandis unguentis utile aliquid q́d sæpe hactenus dictō a nobis est: q̄ siue ad odoris grām: siue ad maiores pro sanitate unguēnti uires id quondā factū fuerit: multiplex & antiqua olei præparatio, & si dicendō id sit melioratio. In morbis postremo illud hoc capite sciendū quæ nos diximus ulcera quæ serpūt ī genere inflāmationū a Paulo Aegineta numerari & q̄m serpant a græcis ἕρπητες dicta esse q̄ descriptione Plinius ēt pluribus locis ea significauit: non tā certo tm̄ intellectu ut nō oporteat ex antiquis græcoꝝ medicis certius rem docere; qui de inflāmatione in cōi agentes id primū ostendunt. Calidos oēs & cū dolore inflāmationeq́; surgentes tumores consueuisse hoīes inflāmationes appellare. Verūtm̄ uariante eaꝝ materia uariare ēt & differre eas & eaꝝ nomina: Ideoq́; abscedente cū impetu in aliq̄ partē sangoine: qui bonus & exæquata crassitudine sit: cū in angusto ob copiam coerceť: inflāmationē quæ priuatim & p̄prie sic dicatur tunc fieri: Sanguine aūt & flaua bile in aliquā partē cōfluentibus sacrū ignē: quē græci Erysipelas uocant: & cum confluens sanguis calidissimus simul fuerit & crassus Carbunculos. Postremo abscedente in aliq̄ partē flaua bile herpetas hos fieri de q́bus hoc loco agimus: & quos Paulus Aegineta etiā his uerbis descripsit, Pura & nullo admixto alio humore secreta & in parte aliqua hærente flaua bile malum fit q́d herpeta noīant qui si concretione sua crassior & maiore acrimonia fuerit: totā usq; ad subiectā carnē exulcerat cutē. Voraturq; hic herpes corrodens. Si uero tenuis minoreq; acrimonia: & calore exiguas pustulas milii seminib⁹ similes in superficie cutis excitarit: miliaris herpes a similitudine noīatur. Et si Oribasius antiquissimus medicus admixta flauæ bili pituita miliarem hunc herpeta fecit. Et ex hoc genere malis unguentum hoc mederi hic scriptor ait; in quibus deficiente latina uoce ex græci nominis significatione & re ieuentu: quæ serpunt diximus & posthac dicemus

Spissare
Spissamentū

Stymmata
hedysmata

Quæ serpit
ἕρπης
Herpes corrodens
Herpes miliaris

DIOS. DE Oenanthini idest ex labruscæ uitis flore unguenti confectione. Cap. xlvii.

Abruscæ uitis florem cū optime olebit collectum: medioq; inter recētis humoris copiam: & siccitatem habitu siccari iam incipientē: in acerbum oleum conicito: miscetoq; subigens: mox biduo dimissum exprimito & reponito. Est illi adstringendi uis; idemq; rosaceo effectus: Aluum tantū non soluit aut mollit: Erit in eo probatissimum quod labruscæ flores olebit.

INTERPRES.

Ibet ex Palladio de seruando labruscæ flore cōficiendoq; ex eo oleo antiq̄ cōmentariis his nostris addere rationem; ut certius ex ea indicetur q́d hic & uos medio inter recētis humoris copiā & siccitatem habitu siccariq; incipientem diximus; ea est huiuscemodi. Siluestres uoas cum florent sine rore colligimus: & expandimus in sole; nequid restet humoris: & flos ad excutiendum siccior appareatur: tunc cribello spisso cernimus ut grana non transeant sed flos solus decidat: hunc in melle seruamus infuso: & cum diebus triginta fuerit conditum temperamus genere & more quo rosatum moris est temperare.

DIOS. DE Vnguenti ex fœnogræco confectione. Cap. xlviii.

cenograeci quoq;: olei nouem: Calami odorati unũ: Angulosi odorati iunci
f pōdo duo sumito: facitoq; septē diebus in oleo madeāt ter quotidie miscēs.
A quo tēpore oleũ exprimito & reponito. Sunt tñ qui pro odorato calamo cardamomũ: & ꝑ anguloso odorato iunco balsami lignum simul ĩ oleo demergũt. Quidam etiã oleũ his oĩbus antea spissant: & fœnograecum oleo demergētes exprimũt. Est illi uis mollirẽ abscessus: maturareq;: Cōtra oēs muliebriũ locoꝝ durities ꝑcipuae accomodatũ ē. Instillatur ꝑsenti remedio itidē in puerperii difficultate: cum excretis antea humoribus muliebres arescent loci. Prodest idē cōtra sedis inflāmatiōes. infundiť clystere preterea utiliter contra crebras & inanes egerendi difficultates quas graeci tinesmos dicũt: furfures: & manãtia capitis ulcera exterit. Facit ad ambusta & perniōes cũ cera: Discolorē a sole cutē emendat: Miscetur & his q̃ ad nitorem cutis conficiũtur. Eligito quod recens sit nec fœnograecũ magnopere oleat: quodq; capillum abstergit: & gustu dulcamaꝝ est: tale. n. probatissimum.

INTERPRES.

q Vod ĩ extrema capitis huius coronide ĩ graecis est σμῆχον τὰς χεῖρας. i. manus abstergēs eodem modo in cunctis eius gentis codicibus legitur; nec nisi manus ea uoce intelliguntť: oborta tñ suspitio nobis est nō χεῖρας. i. manus ue τρίχας. i. capillos legi oportere: Suspitionisq; huius cãm nobis fecit q̃ in fœnograeci historia & medicina quae secundo uolumine tractabiť idem hic scriptor ait σμήχει δὲ καὶ τρίχας καὶ πιτυρίας καὶ ἀχῶρας: quod est abstergere fœnograeci decoctũ capillũ: furfures: & capitis manantia ulcera; oĩa eiusdem partis uitia: ideoq; deinceps numerata: quibus uerisimile est non debuisse misceri manus: ex eademq; ui credimus hunc non manus sed capillum fœnograeci unguento abstergi praecepisse; nisi quod in unguento est. bene: quod aũt in fœnograeco male legatur: Sitq; illic non hic uitiũ: nobis capillum legi magis placet. Non enim uidemus cur solã manus cutē abstergere hoc possit: reliqui uero corporis consimilem illi nequeat. Suũ tñ unicuiq; iudiciũ sit. Quam tñ nos ꝑ graecoꝝ τεινεσμὸν diximus crebrã & inanē egerēdi uoluntatē ex mali illius diffinitione accepta a nobis res est. Diffiniũt. n. describuntue id malũ graecorũ antiquiores medici oēs: praesertimq; Galenus in diffinitiōibus & isagoge sua his uerbis. Affectio inferioris intestinoꝝ partis: longanonisq; ipsius Tinesmus est: quae multos habet desidendi impetꝰ & cupiditates: exiguos uero excrementoꝝ effectus. In isagoge mox iteꝝ de eodē malo agens priuatim in longanone fieri Tinesmos dixit: inflãmatũ. n. hoc intestinũ continuos conatus & cupiditates desidēdi facit: idq; ꝑprie Tinesmus ē: quasi nominis rōnem doceret: quod ἀπὸ τοῦ τείνεσθαι. quod conari est: graeci fecerunt. Paulus Aegineta adhuc certius rē descripsit: Ad egerendum continuos: & implacabiles impetus Tinesmos esse dicens: ex quibus nihil praeter exigua cruenta uel mucosa sequitur: quae totius mali cã est: factaq; in longanone tumida inflãmatio haerentium illic excremētorum opinionē; & egerendi ea desiderium facit. Et haec pro graecoꝝ Tinesmo dicta a nobis sint.

Tinesmus τεινεσμος

DIOS. DE Sampsuchini unguenti confectione. Cap. xlix

s Erpylli: Casiae: Abrotani: Sisimbrii floꝝ: mirthi & Sampsuchi foliorũ: singulorũq; tantũ sumito: q̃tum pro cuiusq; uiribus satis fore conieceris. Tundito simul omnia acerbiq; olei eã his infundito mensurã quę madentium in eo uires euincere non possit: cũ quatuor deinde dies in oleo maduerint exprimito: Rursusq; eorũdem oĩum recentium par pōdus: pari tempore in eodē oleo demergito: & exprimito: Sic enim efficaciꝰ erit: Eligito sampsuchũ q̃ colore nigro ĩ uiridi sit quae lōge oleat: & mediocri acrimōia sentiatur. Est illi uis & natura calefacere: extenuareq;. Acre est: Facit ad praeclusos & inuersos fœminaꝝ locos: mēses: secundas: & fœtus trahit: uuluae strangulatu concidētes excitat: Lumboꝝ & inguinũ dolores lenit. Praestat cũ melle eo inungi qm̃ uehemētiore adstringendi ui locos indurat: Contra lassitudines utiliter eo inungũť. Miscetur praeterea his quae contra rigores in scapulas aliterq; conuulsos illinuntur:

INTERPRES.

n Ota omnibus in quotidiano sanitatis usu amaracus est Eam communi appellatione graeci sampsuchum neutro genere uocant: Et ex hoc Columella in hortulo suo dixit: Grataq;

iam ueniant hilari sampsucha Canopo: cum tamẽ Lucretius & Maro alteram illam uocem magis amauerint: Plinius eandem manifeste dixit esse sampsuchũ & amacacũ: nec certe differunt nisi diuersis diuersarũ gentiũ noĩbus ut in historia eius in tertio uolumine certius patebit: & cũ de amaracini n cyzico cõfectione mox agemus: Diximusq; nos ,pbari in hoc unguẽto sampsuchũ nõ quæ colore nigro esset ut in cũctis fere græcis legit̃ μελάγχροον: sed meliorũ codicũ fidem: reiq; naturã & sensum secuti μελάγχλωρον: quod nihil significat aliud q̃ coniunctos mistosq; simul colores duos: qui a nobis ut legitur in uiridi nigro colore redditi sunt. Adiecimus ex eadẽ fide & fœtus quo loco hic decreuit menses & secũdas trahere sampsuchinum unguentũ. Nec aliud nunc superest q̃ ut in medicina & morbis dicamus quos nã rigores in scapulas nos in extremo capite diximus. De qbus Galenus in diffinitionibus mox in Isagoge sua certius egit. Et post eũ Paulus Aegineta: sed non prius dicenda a nobis decreta eorũ sunt: q̃ triplicẽ huius mali rõnem ex his ipsis auctoribus dixerim⁹: Sæpe itaq; fit ut in neutrã partẽ rigeat caput: ceruix: & reliquũ corpus: sed ueluti solidissimũ siccissimũq; aliquid iflexũ & immotũ recta rigeat; sæpe ẽt in anteriorem aut posteriorem partẽ ceruix collũ & caput inflectitur & riget: cõq; rigoris appellatione oẽs censentur. Sed non fuit latinis cura priuatim singulos rigores hos latinis uocibus nominare: nobis ex eorũ diffinitione nomen factũ est: primumq; illud genus: quod græci tetanon dicunt: rigorẽ simpliciter diximus: Duorũ deinde aliorũ alterũ in pectus: alterũ in scapulas rigorem uocauimus, quos Emprosthotonos & Opisthotonos græci appellauerũt: sic ẽt rigentes simpliciter & in pectus & in scapulas rigentes. Galenus in diffinitiõibus primũ id genus sic descripsit. Musculorũ neruorũq; oĩum toto corpore contentio & q̃si ex gelu concretio rigor est. Describitur ibidẽ & aliter: Conuulsio quæ recta per corpus fit rigor est: in q̃ collum & malæ contrahuntur: dentes utrinq; simul hærent: neq; annuere ceruix aut renuere põt. Idem præterea ait: cũ collũ in anteriorẽ trahitur: nec in posteriorem partẽ flecti potest rigorem in pectus appellari: contrariaq; rõne rigorẽ in scapulas: In Isagoge sua deinde triplex hoc malũ simul cõplexus in neruis fieri dixit: conuulsionisq; genus: onmiũ a capite neruorũ esse ,p quos corpori motus detur: & ut recta uel in alterutrã partem uis illa cõuulsionis se insinuauit sic diuersum loco: potius q̃ re malũ hoc facere. In cõuulsionis gñe totũ hoc malũ & Aegineta constituit: fieriq; & ipse ait ceu gelu cõcretis corporis presertimq; spinæ musculis frigido humore foris & intus adstringente: ideoq; fieri ne flecti possint in eo malo constituti. Nolumus hoc loco illud relinquere diuersa significatione dici a nobis rigores hoc loco q̃ a medicis in febriũ frigoribus dicant̃: qui eã uocẽ in eo frigore ideo usurpasse uidentur: aut q, græci ῥίγη ea frigora dicant: aut q, rigor cõsequens quoddam frigoris sit; Verũtñ ,p latino rigore sciendũ est siccitatis potius q̃ frigoris id malũ esse: nec aliud latinis rigere & rigores dici q̃ inflexibiles durities: sic Plinius usus est cũ ait aliis aĩalibus ceruicem a natura datã flexilẽ: aliis rigentẽ sic infiniti pene alii & defunctorũ corpora non a frigore sed a priuatione motus oĩs rigere dicunt̃: & si in frigore rigor aliqñ dicit̃; ex cõsequenti eius euentu dicit̃: Siccat.n. frigus: siccitateq; sua mẽbra alioquin flexilia durat & adstringit: nec qa concurrãt in eundem litterarũ sonũ græcorũ ῥίγη & latinorũ rigores iõ significatio rei eadẽ est. Omittimus q, celsus Romani sermonis cãdidus auctor rigores inflexibiles has durities uocat, in febribus uero frigora algores & horrores: Diximus hoc lõgius ne rigores hi nostri ad febres earũq; frigora pertinere crederent̃: ubicunq;.n. in cõmentariis his nostris ea uox inuenietur pro inflexili duritie aliqua accipienda erit.

Marginalia: τέτανος / ὀπισθότονος. / ἐμπροσθότονος — Rigentes in pectus — Rigentes in scapulas — Rigentes — Rigores Febrium

DIOS. DE Ocimini unguenti confectione Cap. lyi

C Onficitur Ociminũ oleum ligustrino similiter. Sumito olei põdo uiginti Ocimi uero foliorũ pondo undecim & bessem. Ea in oleum decerpta integrã cum sua nocte diẽ sinito in eo madere: tũ expressum oleum reponito. Iterũ deinde expressis iisdẽ foliis ex fiscella eductis par olei pondus infundito & exprimito. Secundariũ ociminũ hoc erit. tertiam autẽ olei adiectionẽ non admittit ocimũ. Sumito deinde par recens ocimũ & ut in rosaceo pręmonstratũ est iterũ conficito. Cũq; infuderis idẽ primoq; expressum oleũ: pari tẽpore dimissum in eo madete exprimito & reponito. Et si ter quater ue id facere uolueris recẽs continue ocimũ iniciẽs facito. Potest & ex acerbo oleo ociminũ confici. Sed illud præstat. Potest ociminum sampsuchino eadẽ sed minore efficacia.

INTERPRES.

Q Vod hic a principio statim dixit cõfici Ociminũ oleũ ligustrino similiter: ad spissamentũ & odorẽ olei pertinet i. præparationẽ illã de qua longius nõ multo ante egimus: breuitatisq; cã ad alterius unguenti rationẽ olei spissamentum in hoc Dios. reiecit: patetq; id q, nullis in hoc aromatis oleum præparat: quod alioquin cõmune oĩbus fere ẽ. Indicatq; id aperte quod in capitis extremo calce additum est: posse & ex acerbo oleo ociminũ fieri: q̃si dicat

non

nõ posse simplici oleo ocimũ fieri: sed aut spissato ligustrini mõ: aut ex immaturis oliuis expresso faciendũ eẽ: Qualis aũt ligustrini spissatio & cõfectio quõdã fuerit certius nõ multo post patebit.

DIOS. DE Abrotonini unguenti confectione. Cap. lvii.

a D Abrotonini unguenti confectiõem sumito olei quod ad ligustrinum unguentum aromatis odoratum fuerit pondo nouem & quincuncẽ Abrotoniq; pondo octo in id coniicito. Cunq; integrã diem & noctẽ in eo maduerit exprimito. Quod si diuturnũ facere uolueris abiectis prioribus foliis noua superinicito folia & cũ pariter in oleo maduerint exprimito. Calefacit abrotoninũ unguentũ: facit ad p̃clusos & induratos muliebres locos: menses & secũdas trahens.

INTERPRES.

e Omnium unguentoꝝ oĩum rõ ẽ quã hic sæpe alias docuit ut iterata: repetitaq; sæpiꝰ odoramentoꝝ unde nomen inuenerunt adiectione: maiores cõtinue uires acquirãt. Idẽ hoc capite agendũ Dios. monet sed nõ eandẽ cãm affert: iubetq; si diuturnũ facere uolueris &c. Non ab re ideo penitus fuerit suspicari: potuisse quod πολυχρόνιον .i. diuturnum nunc est: aliud quondam in uera lectione fuisse: quod maiores uires & efficaciam significaret: qd q̃le in mẽtem nobis uenit tale etiam signatur: inclinat enim in eam partem animus.

DIOS. DE Anethini unguenti confectione. Cap. lviii.

a D Anethini unguenti confectionẽ: Sumito olei pondo octo: & dodrantẽ: Anethini uero floris pondo undecim & bessem: facitoq; diem unã in oleo madeant: tum manibus exprimito & repõito. Quod si uolueris secũda adiectione uires illi addere: nouũ anethi florem pariter in oleo demergito. Potest Anethinum unguentũ muliebres aperire & mollire locos. Contra Circulariũ febriũ in accessione cum tremore algores accomodatum est: calefaciens & lassitudines recreans. Utile prætcrea articuloꝝ doloribus est.

INTERPRES.

a Cerbũ in aliquibus græcis in unguento hoc quæri oleum præcipitur: sed an confectionis eius antiqua hæc rõ esset incertum nobis. Id genus olei certe quondam laudatissimũ fuit: & inter unguenta facile receptum. Paulus Aegineta utitur eo contra uigilias ad somnum. Et in adstricta cute corporis iubet eo inungi presertimq; ex uiridi anetho confecto.

DIOS. DE Lilini unguenti confectione. Cap. lix.

s Usinon: sunt qui crininon uocent. Romani lilinum dicunt. Conficitur hoc modo lilinum unguentum. Sumito olei pondo nouem & quincuncem: odorati calami pondo quinq; & quadrantem: myrrhæ quincuncẽ: tusaq; omnia & uino odorato macerara in oleo decoquito: per colum deinde traiicito traiectoq; oleo tusi Cardamomi cœlestiq; aqua macerati pondo tria & semissem iniicito: dimissumq; Cardamomum in oleo madere exprimito: Spissati deinde hoc modo olei pondo & semissem sumito: Sumito itidem & lilia mille numero: decerptaq; eorum folia in labrum quod latum non tamen profundum sit coniicito: superinfusoq; oleo manibus melle inũctis misceto: dimissaque omnia integrã cum sua nocte diem: marutino in reticulo composita exprimito: citissime quod defluet oleum a simul expressa aqua excolans & separans. neq; enim rosacei modo mistam sibi patitur aquam: sed concalefactum referuet & uitiatur. Diffundito præter hæc sæpius in alia atq; in alia melle inuncta uascula salem inspergens: & quæ coeuntes descendent sordes diligentissime auferens. Post hęc translatis ex fiscella in labꝝ expressis primum aromatis superinfundito iterum aromatis odorati olei par priori pondus: adiectisq; simul tusi cardamomi drachmis decem: manibus efficaciter misceto nec multo post exprimito quod defluet purgans; superinfundito & tertium

iterumq; eadem facito: cardamomũ & salem pariter inspergens & manus melle inungens. Erit quod primũ fuerit expressum probatissimũ: Secundum quod deinde: postremæ uero notæ tertiũ. Sumito deinde iterũ lilia mille: decerptaq; eorum folia in labrum coniicito: superinfusoq; expresso primũ oleo eadẽ pariter ut in primo facito: cardamomũ adhuc miscens mox exprimens. In secũdo itidem tertioq; ut p̃monstratũ est facito: cardamomũ pariter adiiciens: & exprimens: quotiẽs enim noua folia in oleo maduerint eo efficaciore potestate unguentũ habebis. Postremo cũ iam satis tibi esse uidebitur singulis eius confectionibus misceto probatissimæ myrrhæ duas & septuaginta drachmas: croci decẽ: Cardamomi duas & septuaginta. Quidã croci cinnamomiq; par pondus tusum cribroq; excussum in labrũ cum aqua ✠ coniicito primoq; expressum unguẽtũ superinfundito: Cũq; aliquãtisper dimiseris in parua excipito uascula sine humore gummi: aut myrrha: crocoq; & melle aq̃ dilutis antea inuncta: eademq; in secunda unguenti expressione facito: & in tertia. Quidam simplex lilinum unguentũ hoc ex balanino oleo liliisq;: aut quo uolueris alio oleo conficiũt. Creditur bonitate antecedere qđ in phœnice & ęgypto fit: Erit aũt probatissimũ quod lilia olebit. Calefacit unguentũ hoc: mollit: præclusos & inflãmatos muliebres locos aperit: Estq; oĩum alio℞ in uniuersum muliebribus. i. fœmina℞ mensibus utilissimũ: utile idem manantibus capitis ulceribus: uaris: furfuribus: & pustularũ in capite eruptionibus: Vibices præterea q̃primũ emendat & reliquo corpori cõcolores reddit. Rarefacit in uniuersum lilinũ unguentũ: Potũ p inferna purgat urinã cit: stomacho tamen noxiũ est & nauseam facit.

INTERPRES.

Estantur græco℞ lexica ex liliis factum unguentum susinon dici: nullã tñ eius nominis cãm & originẽ docent: quod aũt sequitur Crinnon manifestũ hẽt intellectum: Crina .n. græci lilia uocant: & ab his adiectiua forma Crinnon. i. lilinũ nomen factũ est. Fit in hoc capite qđ Martialis in libro suo fieri dicebat. Sunt .n. bona aliqua: sunt mediocria: sunt mala plura: quæ in eo leguntur: tãq; corrupta & tam male sequaci sermonis alicubi ductu: ut paulominus q̃ tota unguenti huius confectio perierit. Nec licuit nobis longiore studio & diligentia aliq instaurare: Erunt posthac maiore ingenio aut fœliciore codicũ copia adiuti q hoc agent. Nobis hic'mos hactenus fuit & posthac erit nullibi: aut ignorantiã nr̃am: aut in græcis corruptos amissose locos aliquos dissimulare: qui toto hoc capite legentibus plures occurrent: Incertus primum illic sensus est ubi in cunctis græcis legitur ἔπειτα ἀπωθήσας τὸ ἔλαιον ἀπὸ χειρὶ μετὰ καρδαμώμου &c. Quod nos deflexo in certiorem sensum re℞ & uocũ ordine reddidimus: Excolatoq; oleo Cardamomi tusi &c. Nulla tñ melioris codicis fide adiuti id egimus: sed sola usus: necessitatisq; in ea re cõiectura: quæ q̃ uera sit peritiorum censuræ æstimandam relinquimus: Nobis ut horum rationem aliquã reddamus uisum est: bis diuersa spissatione iubere Dios ad lilinum unguentum præparari oleum. In prima: odorato calamo & myrrha: quæ uino prius macerata in oleo coquenda sunt absq; coctura & excolato ab illis oleo: In secũda cardamomũ inicii præcæpisse & cũ aliquãdiu in eodem illo oleo maduerit exprimi &c. Quod sequitur deinde: Post hæc trãslatis in labrũ ex fiscellis expressis aromatis &c. nõ satis certum hẽt ex uerbo℞ ordine sensum: facilis tamen rei cõiectura est: iubet .n. Dios iudicio nr̃o ut minore sumptu maior olei copia spissetur: expressis semel aromatis illis superinfundi rursus oleũ sic re℞ tertiũq; & quartũ faciendũ eẽ: Credimusq; participiũ qđ illic est ἐρωματισμένου: qđ aromatis odoratũ significat abũdare: aut p præterito futu℞ legendum esse ἀρωματισθησομένου. i. qđ odorãdũ significabit: unaq; hac uoce tñ mutata facilis sequax℞ totius rei deinceps intellectus erit. qđ signasse satis sit. Reliquimus præterea ab hoc loco statim quod instaurari impleriq; a nobis non potuit: nec debuit. Priuationis .n. nulla est mensura: periculosaq; temeritate qđ sic deest expletur: facillimumq; oibus erit ex græco℞ codicũ lectione uitium deprehẽdere: numero .n. plurali inceptũ mẽbrũ singularis numerus excipit: miscetq;: adeo sensum & ĩcerta reddit quæ sequunt̃ ut nihil nobis eo loco cõmodius uisum fuerit q̃ relicto hiatu aliquo legẽtes uitiũ monuisse: ut aut cognitũ nõ fallat: aut in instaurando eo fœlicius posthac laborare aliquis cogitet: In medicina hoc capite tñ de uaris dicemus: quos nouerũt oẽs cicatrices & callũ male curata℞ pustula℞ quæ in pueris & intra septẽniũ plerũq; toto corpore: p̃sertimq; in uultu fiũt. Eos Paulus Aegineta dixit eẽ exiguos & duros in uultu tumores: q̃ descriptiõe uĩ nõ pustulas: sed ex pustulis illis

Vari

relictas

relictas cicatrices indicare: duoq; eorum genera facit: alterū simplex: alterum eorum qui in callum durati sunt: quo fit ut suspicemur: quæ cicatricū huiuscemodi tumores & callum præcedunt: pustulas in genere ἐξανθημάτων siue ἐκζεμάτων a græcis numerari: eamq; ob causam diligentius in remediis uarorum animaduertendū ex uiribus eorum erit: pustulis ne an relictis tumoribus ab eis magis conueniāt: hi.n. exteri & tenuari: illi aliter curari exigunt.

DIOS. DE Narcissini unguenti confectione. Cap. lx.

Pissatur Narcissinum unguentū hoc modo. Sumito eloti olei pondo septuaginta & semissem. Sumito & aspalathi pōdo sex & sextantē: rusumq; aspalarhum & aqua quę tertia pars olei sit maceratum simul mixta omnia coquito. Aspalathum deinde ex oleo auferto iniicitoq; pro eo odorati calami pondo quinq;: & bessem: Myrrhæ præterea rusum cribroq; excussum grumū: & uetere odorato uino maceratum misceto simul & coquito. Postq̄: uero cum his omnibus inferbuerit oleum: amotū ab igne cum defrixerit excolato. Sumito postremo ex oleo in labrūq; diffundito: & q̄plurimos Narcissi flores in oleum cōiicito: biduo ut in lilino præmonstratū est miscens & exprimēs: Crebroq; ex aliis in alia trāsferens uasa: uitiatur enim & hoc facit ad muliebriū locorum uitia: duritiēs: & pclusiones eorum molliens: capitis tamen dolores facit.

INTERPRES.

Variant græcorum antiquissimi codices: quo loco hic ait καὶ ἕψεται κοινῇ βεβρεγμένος τῷ τρίτῳ τοῦ ἐλαίου. Indicant.n. alii sensum qui sit aspalathum coquendum esse in tertia olei parte: quod sine causa dictum uidetur. Cur.n. septuaginta pōdo olei hic accipi iussisset: si tertiæ tantū partis futurus erat usus: alii concinniorem ostendunt sensum q sit ad olei tertias sumendam esse aquam: in qua aspalathus maceretur: quam lectionem rei magis cōgruentem nos secuti sumus Non habet deinde certum pōdus quod nos diximus myrrhæ grumū: intelligenda in eo tm̄ ea q̄titas est quæ exigua potius q̄ grandis sit. Siquidem græci χόνδρους dicūt in sale exigua frusta: & quasi q̄tum sūmis contractis in unū digitis capere aliquis possit: tota res in coniectura unguentarii posita erit: Credimus præterea deesse olei pondus quo loco hic ait. Sumito postremo ex oleo &c. Non.n. decernit q̄tum olei tunc sumi oporteat: nisi forte & hoc in eiusdem unguentarii coniectura relictum fuit. Erant & alia de narcissi flore dicenda: sed omnia quarto uolumine in historia eius copiosius dicentur.

DIOS. DE Crocini unguenti confectione. Cap. lxi.

N Crocini unguenti confectione oleum ut in lilino præmonstratum est paribus ponderibus & mensuris antea spissabis. Sumptis deinde olei quod ad lilini confectionē spissatum fuerit pondo tribus & semisse: croci drachmas octo in oleū coniicito: miscetoq; usq; in quintā quotidie sæpius. Sexta deinde oleum a croco pure excolato eidemq; croco par olei pondus supinfundito: miscetoq; triduū: Tū excolato oleo addito rusæ cribroq; excussæ myrrhæ drachmas quadraginta: & in oleo quousq; satis sit misceto repónitoq;. Sunt qui ad crocini confectionē oleo ad ligustrinū unguentum aromatis spissato utunt̄. Probatissimū est quod crocū usq; ad satietatem spirat: Idq; in medicinæ usu præcipuā habet bonitatem. In secundo honore quod myrrhā refert. Calefaciendi uires hēt crocinū unguentum: Somnū idem conciliat: Ideoq; phreneticis sæpenumero īspersione: olfactu: & inunctis eo naribus prodest: suppurationes præterea adiuuat: purgat ulcera: facit ad præclusos duratosq; fœminarum locos & quæ in eis malefica coaluerunt cum cera croco medulla duploq; oleo: Maturat enim: mollit: inhumat & lenit: Facit & ad cristallini in oculo humoris in album aquosumq; colorem mutationes: quas græci glaucomata dicunt ex aqua inunctum: Proportione huic respondēt butyrinum: onychinum & styracinum ungnenta nominibus tantum diuersa: confectione uero potestateq; æqualia.

Nclinat animus nobis quod in omnibus græcis pariter legitur: eidemq; Croco par olei pondus superinfundito: nõ sic sed contra legi oportere: mutataq; inuicem a librariis aut ab imperitis medicis oleũ & crocũ fuisse: nullã n. id cãm hẽt rõnemue cur sic faciẽdũ sit. Siquis aũt mutato reꝝ ordine legat. Eidemq; oleo par croci pondus superinfundito: cõmunẽ aliis confectionibus cãm & rõnem ostẽdet: ut geminata. s. croci q̃titate maiores cõtinue & efficaciores uires crocinũ acquirat unguentũ. Cõfidentius nõ multo post literas mutauimus aliquas quo loco hic ait. ἔνιοι δὲ τὸ ἴσον κύπρινον quod est: sunt ẽt qui par cyprinũ oleum &c. Instauratusq; a nobis certiore sensu sic locus est. ἔνιοι δὲ τῷ εἰς τὸ κύπρινον, quod est: Sunt ẽt qui ad ligustrinũ unguentũ aromatis &c. Neq; n. aliter intelligi res potest: quemadmodũ pauloante ẽt qd' erat κἀκεῖνο ἐν ὅλμῳ χρησίμως: Quod est: & in pila seu mortario misceto: nõ pilã mortariumue diximus: ueꝝ in oleo: quod uerisimile erat cogitantes ꝓ ἐλαίῳ ὅλμῳ factũ esse. qui. n sensus erit: & q̃s rei usus: si quis tusam & excussam cribro myrrham in mortario misceat. Quod. n. in mortario tũdendom erat tusum iam & cribro excussum erat: nec bene sumi & in mortario misceri præcipiebatur: in quo non recte misceri aliqoid dicitur: in tundendo. n. non in miscendo mortarii usus est: Miscetur aũt oleo bene quod tusum iam est, nec aliter siquis locum sagacius odoretur intelligi respőderit. Barbarus in cunctis iis cõem lectionẽ secutus qualia se illa ostendebãt talia ẽt uertit. Quæ deinde in extremo capite a Dios. numerantur butyrinũ: onychinũ: & styracinũ: uiribus & confectiõe crocino unguento æqualia nominibus tñ diuersa: ut nos credimus sic se hñt: ut styracinũ sit quod ꝓ croco styrace confectũ eadẽ rõne uirib' crocino par sit: ut hic in styracis medicina mox aget. Calefacit: mollit: maturatq; styrax & duratis præclusisq; fœminaꝝ locis accomodatus est: quæ oĩa crocino a Dios. hoc loco tribuunť factũq; ex styrace unguentũ hic ipse eodẽ loco laudauit: ut mox dicetur. Butyrinũ butyro factũ nomen & res ipsa indicat: facileq; est intelligere butyrũ ꝓ oleo adiici solere: quod hic de butym agens indicauit misceri his quæ suppurationes adiuuent affirmãs: & ad inflãmationes uuluæ duritiesq; egregie facere: quæ oĩa crocini unguenti ꝓpria sunt. Similiterque onychinũ ab onyche in testaceo genere pisce cuius adeps ꝓ eodem oleo in usu esset. Indicauitq; id Plinius lib. xxii. cap. vi. pœnis uuluæ mederi testatus. In morbis dicetur hoc capite ẽt quænam græcis Glaucomata sunt quæ nos pluribus reddidimus uerbis: q̃ñ nulla sunt huiuscemodi uitiorũ certa latinis nomina. Nec aptius q̃ ex eoꝝ diffinitione tradi & indicari possunt. Hoc malũ Galenus in diffinitionibus suis angustius q̃ in isagoge descripsit: in illis cõtentus dixisse tñ Glaucoma oculi esse: in glaucum colorẽ naturalis humoris mutationem. In illa uero addidit Cristallinũ humorẽ in glaucũ & aquosum colorẽ mutari: Galenũq; tẽpore & artis ꝓfessione secutus Aegineta ait Glaucomata hæc & quæ græci Hypochymata. i. oculoꝝ suffusiones uocant: existimasse antiquos unum idemq; mali genus esse. Posteriores aũt glaucomata tñ dixisse cristallini humoris in oculo uitia ex hmiditate in glaocũ colorẽ trãseuntia. Hypochymata uero humoꝝ suffusionẽ qui inter corneam & cristallinã cõcrescentes uisum impediãt: addiditq; incurabilia esse glaucomata oĩa. Suffusiones uero curari sed non oẽs. Quod siquis glaucõ colorẽ nouisse cupit hic sciat glaucã a Marone salicẽ dictã altera foliorũ parte uirescentẽ Et Homerũ glaucũ mare sæpenumero ex eodẽ colore appellasse. Neq; ex uitio ab eodẽ Homero Palladẽ sæpe Glaucopida dictã fuisse. Non. n. deæ oculos a uitio laudasset sed a noctua notissima aue: quã græci γλαῦκα dicũt cuius oculi grato cæsio colore flauescunt & quod diuinæ potestatis est in tenebris ẽt uident.

Glaucomata

Hypochymata

Glauc' color

Glaucopis pallas

DIOS. DE Spiandoss conficiendoq; ligustrino unguento. Cap. lxii.

Vmito eloti acerbi olei quam uolueris portionem: Sumito & cœlestis aquæ portionis eius semissem: eiusq; alteram partem oleo superinfundito: altera in oleũ coniicienda aromata macerato. Sumptis deide aspalathi pondo quinq; & semisse: Calami odorati pődo sex & semisse Myrrhæ pondo: Cardamomi pondo tribus & dodrante & olei pődo nouẽ & quicunce Tusum aspalathum cum in aqua maduerit in oleum coniicito: coquitoq; simul donec inferbuerit: myrrha uero uetere odorato uino diluta tusum odoratum calamũ una cum ea macerato: tuncque subtracto ex oleo aspalatho: myrrhæ odoratique calami offam in oleum coniicito: cumq; una cum hac inferbuerit amotum ab igne ex æneo uase oleum excolato: tusumque Cardamomum & cum reliqua aqua maceratum oleo superinfundito: rude donec geletur sine intermissione miscens. Excolato dein iterum oleo: in uiginti & octo eius pondo ligustri floris pondo quadraginta sex

ta sex & bessem conĳcito: cumq; in oleo maduerint: p fiscellam exprimito. Quod si copiosius facere uolueris: recẽtis floris par priori pondus inĳcito & exprimito: nec minus si bis: terue in oleo florem madere uolueris facito. Vires enim continue hac ratiõe acquiret. Eligito quod optimum sit: tale aũt erit: quod cum bonitate odoris nares & caput tentabit. Sũt etiam qui Cinnamomũ illi miscẽt. Est illi uis & natura calefacere: mollire: aperireq;: muliebriũ locoꝝ: neruorumq; uitiis accomodatũ est. Prodest laterali dolori fractisq;: per se & cum cera subactum. Quinetiam malagmatis miscetur: quæ in scapulas rigentibus: anginis: inguinumq; inflãmationibus accomodata sunt: & præter hæc in acopa additur.

INTERPRES.

Desiderauimus ligustrinum unguentũ ex Dios. latinis reddentes: quo loco hic spissato iam oleo: cõiectisq; in id ligustri floribus ait: cumq; in oleo maduerint per fiscellã exprimito: certũ tpis spatium quo dimittendi in oleo dũ maderent flores illi essent: uerbi cã diẽ: triduumue. Id. n. non minus q̃ cætera nouisse oportebat. In antiquo sane latino Dios. noctem & diem adhuc legit: quod tẽpus implendis oleo floribus: miscendisq; simul uiribus satis fore uidet. Sed nescimus q̃ta illi fides hñda sit. Quid agent sagaci cõiectura utent: obseruabuntq; ne breuiore tẽpore abortiuũ fiat unguentũ: longiore uero referueant & uitient humẽtes & succosi flores. Non caruit nobis ẽt suspitione quod statim sequit. Quod si copiosius facere uolueris. Credimusq; cõparatiuũ nomen πλείω quod illic est: aut aliud quondam fuisse: qd' nõ copiã: sed efficaciã & uires significaret: aut uocẽ aliq̃ deesse: quæ illi cõiungeret uerbi cã δύναμιν ut esset sensus: q; si maiores uires illi addere uolueris &c. Eo. n. nõ ad copiã pertinent quæ sequunt ad quas augendas uires nõ bis tñ sed ter flores addi ẽt iubet: cãmq; ipse affert efficacius ea rõne fieri dicens Nihil tñ his q̃ passim legunt addidimus cõmentatione hac nña: quod desiderari potuit explẽtes. De anginis in morboꝝ genere dicendũ hoc capite est uideri nobis una appellatione cũcta eius mali gña cõplecti Diosc remediiq; rõnẽ & usum esse ut Galenus docuit per Cerata unguento hoc subdita quæ foris gulæ in eo malo iponerent: quod ab eodẽ in diffinitionibus suis breuissime describit: præceps circa collũ & difficillimũ esse malũ strãgulatione mortẽ faciens: eodemq; in loco ut cãm & notas mali aliqs doceret addidit: inflãmationes esse Anginas quæ aliqbus foris cũ tumore partiũ in collo fierent: aliqbus uero intra tonsillas; afficiq; simul respirationis instrumenta: affectisq; his spiritus adesse angustias. In Isagoge sua mox certius adhuc rem describẽs inflãmationes circa collũ anginas esse ait: quæ si in interiore parte fiãt: citissime & ꝑcipiti strãgulatiõe perimãt. Si uero in exteriorem partẽ ferantur: minus periculosæ sint: minusq; strãgulent. Oĩum postremo certissime Paulus Aegineta cũcta eaꝝ genera partes in qbus fiant: & certas appellationes his uerbis indicauit. Inflãmatis fauciũ interioribus musculis quæ Synanche dicit fit. Exterioribus aũt quæ Parasynãche. Primaq; eaꝝ diuisio & ex loco in quo fiãt indicatio hæc est. In secũda statim idẽ Paulus subĳcit. Eodẽ mõ & in gutture cuiꝰ inflãmatis interiorib⁹ musculis: Cynanchæ fit: exterioribus uero Paracynanche: quæ uoces in græcis ẽt nullo aut exiguo discrimine aliqñ miscentur: ueq; ab re penitus: qñ oĩum eadem fere euẽta sunt: nec dissimilis oĩno curatio. In respirationis instrumento uniuersum hoc mali genus fit: sed ut foris aut intus: summis ue aut inferiorib⁹ eius instrumenti partibus mali ea uis ingruit: sic diuersas a græcis appellationes inuenis. Sciẽdũq; est summas canalis animæ partes qua ad radices linguæ & tonsillas coniungit antiq̃ssimos græcos: qui de anatome & corporis nostri partib⁹ certius egerũt φάρυγγα: latinos uero fauces: ab eaq; parte ad pulmões descendentibus in eodem aĩæ canali eosdẽ græcos λάρυγγα latinos guttur appellasse. Verũtñ nõ tñ certis eaꝝ partiũ ob cõiunctionem appellationib⁹ posteriores usi sunt: ꝑmiscue φάρυγγα & λάρυγγα eandem in hoĩe partem appellantes. Discrimen id aũt manifeste Paulus Aegineta oñdit: esseq; respirationis instrumentũ & aiæ canalẽ λάρυγγα declarauit Aristophanes dicens: λαρυγγιῶ κῆ νικίαν πεσάξω. Quod est uoce & clamore superabo. Factas itaq; in his partib⁹ musculoꝝ inflãmationes tumoresq quatuor noĩbus antiqores græci discreuerunt. Et qñ unus idemq; oĩum in strãgulando effectus est ex eodẽ uerbo ἄγχειν oẽs appellauerunt: ut aũt locis & partibus differunt additis ꝓpositionibus & aduerbiis singularum nomina discreuerũt. Celsus libro quarto de his aliter egit: sed nos græcorũ decreta sequimur. Omnia huius mali genera una appellatione latini ab angendo anginas dixerunt.

Anginæ

συνάγχη

παρασυνάγχη

κυνάγχη

παρακυνάγχη

φάρυγξ

λάρυγξ

DIOS. DE Irini unguenti spissatione. Cap. lxiii.

Vmito noui nec dum florentis in palma fructus opimenti quod græci spathen siue Elaten dicũt pondo sex & bessem: tusumq; tenuissime in olei põdo septuagintatria & semissem conĳcito: misceto q; aquæ heminas decem:

tum in æneum coniecta omnia coquito usq; dũ operimenti fructus palmæ odorem cõtraxerint. Oleũ deinde in craterem melle inunctũ excolato. Primum ex hoc oleo cóficitur Irinum unguentũ: madente ut mox tradetur in spissato sic oleo Iride. Conficitur idem pterea hoc modo. Sumito olei põdo septuaginta & semissem: ligni balsami pondo quinq; & sextantem: tundito ut dictum est: omniaq; simul coquito: ablato deinde balsami ligno: tusi odorati calami p eo adiicito pondo nouem & dextantem: myrrhæq; grumũ uetere odorato uino dilutũ: & in oleum demergito. Sumito postremo spissati auraromatis odorati olei põdo quatuordecim: tusęq; Iridis par põdus in eo demergito. Facitoq; integrum cũ suis noctibus biduũ in eo madeat: tũcq; ualide & uiolenter exprimito. Et si efficaciores uires unguento addere uolueris Iridis par pondus: bis terq; facito in oleo pariter madeat: & exprimito. Probatissimum erit qđ solã Iridem: nihilq; aliud olebit. Estq; huiuscemodi quod in Pamphilię Perga & Achaiæ Elide fit. Molliendi calefaciendiq; uires Irinũ habet unguentum. Repurgat q̃ medici usserũt: putrescentiaq; & sordida ulcera: muliebriũ locorꝝ uitiis accomodatum est: inflãmationibusq; & pręclusionibus corꝝ. Fœtus ex utero pellit: hęmorrhoidas aperit. Cõtra auriũ sonores cum aceto: ruta: & amaris amygdalis instillatur. Contra diutinas a capite in subiectas partes destillationes & ozenas inunctis eo naribus succurrit. Purgat idem aluum põdere cyathi potum. Prodest Ileosis: urinam cit: uomitus difficultates adiuuat: digitis aut uomitoriis eo inunctis. Quinẽt in anginis inũgitur: aut cum mulsa aqua gargarissatur. Datur & contra fauciũ asperitates: & his qui cicutam: fungos: aut coriandrum hauserint.

INTERPRES.

ἐσχάρα

Quam hic Achaiæ Elidem dicit Arcadiæ credimus legendum esse. Illi.n.non Achaiæ altera a Geographis Elis assignatur. Quæ uero medici usserunt: ea nobis sunt quæ græci ἐσχάρας nominãt: relictas ab igne carbonis modo & colore crustas. Nec sunt paulopost: ruta: & amygdalæ a nobis instillari dictæ: nisi ex succo & oleo intelligendæ. Sic.n.hic docere multa cõsueuit: medicis necessitatem usus in tractatione cognoscendam relinquens. Videtur hic ipse etiam cũ hæmorrhoidas aperire hoc unguentum dixit: non quod ad remedium: sed quod ad noxam pertineat decreuisse: & contra mali genus quod ex ipso nomine aliam sibi curationem exigit præcæpisse hoies eo uti: a fluxu.n.sanguinis hæmorrhoides dictæ sũt: qui claudi & adstringi ad sanitatem & uitam non aperiri debet: ne quotidiana destillatione fluens aquescere paulatim corporis habitum cogat: aut copiosiore pfluuio citissime hominẽ perimat. Sunt enim ut Galenus in diffinitionibus suis tradidit hæmorroides: uenaꝝ sedẽ claudentiũ explicatiões: a sanguinis fluxum sic appellatæ: multifariam inter se differentes: magnitudine.s. & multitudine: ppterea q; in aliquibus plures: in aliquibus pauciores: in aliquibus maiores: in aliqbus minores sunt. Differunt & figura: q; aliæ latiorem: aliæ angustiorem hñt basim. Differunt loco et q; aliæ in ano: aliæ in eius clausura: aliæ in lõganone fiunt. Differũt postremo & habitu: q; aliæ mitiores: aliæ dolosiores & maleficæ sunt. Oium cõis & una curatio est: qua magis rõne conducat sanguinem coercere. Non tamen semper tuto id fit: cum coercitus qui solitus erat fluere sanguis maioris mali cãm sæpenumero faciat: ideoq; consueuerunt humanæ saluti certius consulentes medici excæpta una aut altera reliquas claudere. Enumeratis a Galeno Paulus Aeginetaaliud genus addidit: quas cecas nominauit: ex quibus nullus fluit sanguis sed grauiore q̃ aliæ dolore nos cruciant: cyclaminiq; succo inungi ut aperiantur pcæpit. Neq; uenas qu bus explicitis hæmorrhoides fiunt intelligit: sed intra uenas latẽs idem hoc malum: ideoq; ad auertendum dolorem aperiri eas oporteat: & has Irino unguento aperiri Dios. hoc loco testat. In cæteris n.maleficium ex eo non remedium homini esset: tamq; absurdum id uisum aliquãdiu est ut nisi in Iride eandem aperiendi uim hic ipse decreuisset: & nihil quod adstringeret in ea legeretur: suspicari licuisset non ἀναστομοῖ quod est aperit: sed ἀνασύγγοῖ quod adstringit significat forte legendum fuisse: ppterea q; sanguinis pfluuio quale in hæmorrhoidibus est aptius & ex re magis quod adstringeret q̃ quod aperiret remedium esset.

αἱμοῤῥοίδες hæmorrhoides

hæmorrhoides cecæ.

DIOS. DE Gleucini.i.mustei unguẽti cõfectione. Cap. lxiiii.

Conficitur simplex gleucinũ.i.musteũ unguentum ex acerbo oleo: rotũdo odorato iunco: calamo itidẽ odorato: nardo gallica: noui nec dum florẽtis in palma fructus

operimento quod græci Spathen dicunt: Aspalatho: Sertula campana: costo & musto circundato uinaceis uasculo aromata uinũ & oleũ cõtinente: in quo triginta diebus oĩa miscentur: & post hæc expressum oleũ reponitur. Calefaciendi uires unguẽtum hoc habet: mollit: resoluit: facit ad febrium cum tremore algores: neruorũ affectiones: & muliebriũ locorũ uitia: quouis acopo ad molliendum utilius.

INTERPRES.

Lteram diuersamq; ab hac fuisse quondam Gleucini confectionem: hic ipse indicat simplex hoc appellans. Indicat & Columella lib. xiii. capite quinquagesimo, copiosiorem eius cõfectionem. Indicat postremo Plinius: qui li. xxiii. capite. y. de Gleucino agẽs cõtra Dios. decreta adstringere Gleucinum & refrigerare dixit: aut manifesto errore quod in retã certa nõ facile credendum est: aut de altero Gleucino eas uires testatus. Ea nullibi hactenus in græcis inuenta a nobis est. Desiderauimus etiam musti: olei: aromatumq; illorum mensuras & pondera. Poterit tñ qui id nouisse cupiet ex Columella eodem capite uestigia eorum aliqua odorari.

DIOS. DE Amaracini unguenti confectione. Cap. lxy.

Robatissimum in Cyzico amaracinum fit: conficiturq; duplici oleo: acerbo scilicet & ex unguentaria glande expresso: quod græci Balaninon dicũt aromatis his quæ sequuntur spissatis: Balsami ligno: odoratisq; rotũdo iũco & calamo; iisdemq; mox Amaraco: Costo: Amomo: Nardo: Casia: fructu Balsami: & Myrrha odoratis: Qui preciosius id faciunt Cinnamomum etiam addũt. Vinoq; & melle ad ungenda uascula utuntur: macerandaq; tusa prædicta omnia aromata. Habet Amaracinum calefaciendi uires: Sopit: aperit: mollit: calore fouet & urinam cit: fistulis exedentibusq; ulceribus: & aquosis ramicibus post curationem a Chirurgo in his factam accomodatum & utile est. Crustas idem in his quæ medici usserint erumpit: & asperrima ulcera: quæ græci a feritate Tetheriomena uocant. Contra urinæ angustias utiliter anus eo inungitur. Quinetiam ad sedis inflammationes: & aperiendas hæmorrhoidas pariter inungitur: fœminarum locis appositum menses trahit: duritiesq; & eius partis tumores discutit. Contra neruorũ musculorũq; uulnera carptis rarefactisq; lanis inspersum & appositum prodest.

INTERPRES.

Num idemq; olus sampsuchũ & amarachus est: nõ eadem tamẽ ubiq; bonitas & unguenti ex eo confectio: neq; idem omnibus locis nomen. Omnis fere græcia Sampsuchũ, Cyziceni hoc ipso auctore in eius historia: Siciliaq; & ueĩ uicino fit: Siciliæ propinqua Italia Amaracum uocant. In Cyzico & Cypro laudatissimum: probatissimumq; nascitur: & si Plinius Cyprium tantum laudauerit. Cõmuniter tota græcia: sed minus pretiosum: ut supra traditum est. Priuatim uero a Cyzicenis maiore bonitate & cõmendationis gratia ob eam quam diximus causam conficiebatur amaracinum unguentum. Cuius quotidianum & in delitiis uitæ usum fuisse Lucretius indicat cum ait Aut amaracini blandum: stactæq; liquorem: & in plebe etiam notissimum, puerbium: quid cum amaracino sui. Multum & ubiq; notum hoc olus est. Ruta nostra Persam: reliqua oĩs fere Italia Maioranam appellat: quæ appellatio in Græciam aliq̃n perlata historiæq; huius scriptoris pro Romano nomine inserta: uera esse ostendit quæ a principio de appellationibus his dicta a nobis fuerunt: Creuisse. s. per tempora earum numerũ adiicientibus continue medicis herbariisq; codicibus suis suorum temporum: suæq; gentis & alienas appellationes. Nouum enim Italiæ id nomen est: ideoq; historiæ Sampsuci non a Dios. sed a posterioribus additum. Facile deinde est intelligere ex hoc capite quod non multo ante de spissandis unguentis dictum a nobis fuit: quodq; Plinius ait: rõnem faciendi unguenti duplicem esse: succum & corpus: illumq; olei generibus fere constare: hoc odorum: hæcq; stymmata: illa hedysmata uocari ἀπὸ τοῦ ἡδύνεσθαι facto nomine: quod nihil aliud est q̃ si a suaui & suauitate facto uerbo suauiare dicas: idest suaue & odore gratum facere. Idque est quod nos diximus Amaraco: Costo &c. odoratis idest suauitate odoris commendatis. In medic uanunc & morbis breuissime dicendum: quos nam aquosos ramices dicamus eos. s. quos græci ὑδροκήλας appellant a Galeno in diffinitionibus suis his uerbis descriptos: cessantis humoris in scroti aliqua parte collectio Hydrocele i. aquosus ramex est. Idem. Vetũ tamen latius & Paulus Aegineta testat̃ hydrocelẽ i. aquosum ramicẽ nominasse antiquos dicens. Cessantem hu-

Stymmata.
Hedysmata

ὑδροκήλη
Aquosus ramex.

morē qui in parte aliqua scroti colligeret: tumoremq; illic faceret. Plura tumorum huiuscemodi in ea parte genera nouerūt medici; nam præter hydrocelas has de quibus in Epigrāmate suo Martialis ait: Dicentem tumidas in hydrocelas numerantur Enterocele: Cirsocele: hydrenterocele: epiploocele: nōnulliq; alii huiuscemodi tumores: innētis acā nominibus. Nam ut aquosus humor: ut intestinum: ut omentum: ut durata caro in scrotum descendit: tumetq; eo locus: sic diuersa appellatione censetur. In cunctis tamen cōmunis euentus tumor est: quem κήλη indicat græca uox a Galeno sic descripta. Tumor κήλη est aliquid prædictorum in se complexus: omnis enim tumor in scroto cele a græcis nominatur. Eos latini: Celsusq; in primis ramices dixerunt. Nec aliud in Satyra indicauit poeta cum dixit. Iacet exiguus cum ramice neruus: pateq; tam late græcorum κήλη illa: ut qui in gutturosis tumores in anteriore collo fiunt βρογχοκήλας græci appellauerint: & in inguinibus. βουβωνοκήλας.

DIOS. DE Megalii unguenti confectione. Cap. lxvi.

Onficiebatur quondam quod Megalium unguentum dicitur. Nunc autē confici desiit. Ad explendam tñ historiam non fuerit ab re & eius meminisse. Conficitur amaracino similiter. Ampliusq; additam sibi resinam habet: & sola hac re ab amaracino differt. Ex genere leuiter mollientium est. Resina sane non conseruationis odoris ue gratia unguentis miscetur: sed ut colorentur & crassescant. Miscetur aūt Terebinthina præcipue donec odorem amiserit decocta. Traderturq; a nobis coctura eius: cum de resina priuatim posthac agemus.

INTERPRES.

a B honore qui unguento huic ob fœliciorem eius usum a ueteribus datus est: Megalion. i. μεγαλεῖον græci appellauerunt. Nec aliud Plinius indicauit dicens propter gloriam sic appellatum fuisse. Idem excepta resina amaracino erat: quondam primæ bonitatis æstimatū mox damnatum meliore & aptiore amaracini confectione inuenta: qualem hic pauloante duobus capitibus tractauit.

DIOS. DE Hedychroi unguenti confectione. Cap. lxvii.

Quod a coloris hilaritate Hedycroon unguentum dicitur: & in Co conficitur uiribus & confectione amaracino coniungitur: odoratiusq; tantum eo est.

INTERPRES.

n Obilissimum in Co unguentum hoc quondam fiebat. Incertum tñ quam nā hic Co dicat: an Hippocratis patriam: & Cariam quōdam auctore Stephano appellatam: an in Aegypto ciuitatem eodem nomine: cuius idem meminit auctor: & quam antiquiores aliquot græci maluisse uidntur: in quibus adhuc legitur: σκευάζεται δ' ἐν κῷ ἐν αἰγύπτῳ. Quod sequentis capitis principium quadātenus confirmare etiam uidetur: in quo ueluti in continua rerū historia hic ait: σκευάζεται δὲ καὶ ἐν αἰγύπτῳ, quod est conficitur in Aegypto etiam: cum tamen nec superiore capite: nec ab eo altero Aegypti Diosc. meminerit. A coloris nitore & hilaritate hedychroon factū huic unguento nomen est: neq; in rōne nominis dubitandum. Illud potius quærendum: an sic uocaret: quia haberet ipsum: an magis: quia in aliis coloris eā hilaritatem faceret. Si confectio eius & quæ id aromata: semina: multaq; alia ingrediebantur: a græcis tradita diligentius expendant: nihil erit qd ab egregia coloris bonitate laudari possit: mistisq; tam multis colore dissimilibus gratum oculis & hilare expectari possit. Inclinat ob eam cām animus: qm̄ his qui eo inungerent coloris bonitatem & nitorem adderet: sic quondam ueteres id nominasse: rarumq; aut nullum eius in medicina usum fuisse historiæ breuitas & capitis decurtatio ostēdit. Nec facilis nunc coniectura est: docuerit ne tā breuiter de eo Diosc. an posteriores medici quia sanandis morbis exiguas haberet uires: quotidianosq; alios usus ad eam breuitatem contraxerint: & tanq̄ sibi inutile neglexerint. Galenus certe cui in antiquoꝝ medicamentoꝝ usu multum merito deferendū est: in Isagoge sua capite de oculorū medicamētis cū multa coꝝ genera: & multiplicē in cōficiendis his materiā, psecutus esset: his uerbis rem absoluit. Quæcunq; aūt ad meliorem uultus speciē inunguntur: qualia sunt quæ sandyce & hedycroo constant: non medicinæ sed fucatoriæ & māgonici lenocinii propria sunt. Quibus manifeste ostenditur facere in homine non habere in se coloris hilaritatem hedychroon.

DIOS. DE Metopii confectione. Cap. lxviii.

Conficitur & in Aegypto unguentū: priuatim ab ea gente ob galbanū quod illi misceatur Metopium appellatum; Plantā, n, ex qua Galbanū destillat metopiū dicunt,

Conficitur ex amaris amygdalis expresso oleo:acerbo itidē oleo:cardamomo:totū do iunco:calamoq; odoratis:melle:uino:myrrha:semine balsami:galbano & resi na. Probatissimū quod graui odore & pingue erit:quodq; cardamomū & myrrham magis q̄ Galbanū referet. Calefacit uehemēter metopiū:calore fouet:apit:extrahit purgatq; ulcera:facit ad præcisos neruos & musculos:aquososq; tumores emplastris additū quas græci ab exedendo septas uocāt. Malagmatis idem & ceratis miscetur. Vtile præterea contra febrium in accessione cū tremore algores. Vtile & his qui ri gore in scapulas conuelluntur:sudores ciet:muliebres locos aperit: & eorū durities mollit:habetq; in uniuersum molliendi uim.

INTERPRES.

n Onferulam in Syria nascentem ex qua Galbanū stillet metopiū in historia eius hic ait ap pellari:sed liquorem siue lachrymam eius:Credimus ideo non ξύλον hoc loco qđ lignum & materiam:uerum ὀπὸν quod liquorem significat legēdum esse:nisi forte in historia nō hic uitium sit Sequitur mox quod in cunctis græcis legitur ex amaris amygdalis confici unguentū hoc:quod non sic intelligendum est ut amygdalarum carnem credat aliquis illi misceri:uerum oleo ex illis expresso confici hunc docere. Indicatq; id quod hic idem in amygdalino oleo dixit metopiū dici:qm.s.priuatim in hoc unguento usus eius esset:eamq;ob cām nos certius rem indicantes ex nu cibus illis expresso oleo fieri diximus:itemq; acerbo oleo ut alterutrum eligi oporteat. Non uidet deinde nobis integer locus ubi diximus emplastris additum:quas græci ab exedēdo septas uocāt. Nec uolumus id pro certo a legentibus accipi:neq;.n. sequax rei & sermonis ductus est Iudicabunt post nos peritiores:aut emendatiores huius scriptoris codices nacti. Nec sic accipiēdi sunt hoc capi te rigores in scapulas:ut non aliis etiam rigoribus hoc ipsum remedium utile sit:aliis enim rigori bus pariter proderit. Nos aūt quod in Dios. legitur qua debemus fide reddidimus.

DIOS. DE Mendesii Vnguenti confectione. Cap. lxix.

c Onficitur & quod Mendesium uocant ex unguentaria glande expresso oleo:myrrha: casia:& resina. Sunt etiā qui post cuncta hæc suis ponde ribus oleo intecta exiguum Cinnamomi illi adiiciunt:Sed inutiliter id a gunt: Siquidē non comunicant:neq; miscent uires suas:quæ simul decocta nō fue rint. Meropio pares habet Mendesium uires:uerū minus efficaces.

INTERPRES.

i N Aegypto fieri consueuisse Mēdesiū unguentū:& in ea Aegypti parte in qua caper q̄ Mē desios genti illi appellatur coleretur: nomen indicat:eiusq; rei testis Plutarchus est in libel lo quē scripsit q̄ bruta rōne utuntur. Plinius Metopium & Mendesiū ppria Aegyptiorum fuisse unguenta ostendit Nobis hoc capite suspectum est quod hic ait. μετὰ τὴν κατασταθμισμόν:si gnificat.n. singulorum per sua pōdera adiectionē:cū tū hic mox dicat:nō cōmunicare uires q̄ non fue rint simul decocta:qbus colligere rōcinariq; facile est:de coctura aromatum in oleo aliquid egis se Dios. & quod ponderis illic significationem habet:cocturæ notā & rōnē habitum fuisse.

DIOSCO. De Stacte Quæ Myrrhæ pinguissimus flos est. Cap. lxx.

t Vsæ recentis Myrrhæ exiguaq; aqua cōspersæ:tū prælo exp̄ssæ pinguissimā destillationē Stactē uocāt. Odoratissima Stacte: p̄ciosissimaq; est: p se etiā unguentū faciēs:quod Stactē appellat. Probatissima cui oleū admistū non fuerit:& quæ in minima q̄titate egregiā uim habebit. Calefacit Stacte unguentū: Myrrhæ & unguentis aliis quæ calefaciendo sunt pportione rńdēs & æqualis.

INTERPRES.

n On uidetur Theophrasto: Theophrastumq; secutis scriptoribus & Dioscoridi huic no stro eadem stacte esse:nisi forte quod in Theophrasto legitur τῆς σμύρνης δὲ ἡ μὲν στακτὴ ἡ δὲ πλαστή:non ad genera eius sed ad partes & usus referendum sit: diuiserit q; Theophra stus non myrrhæ genera:sed docuerit in expressa myrrha primam destillationem ad un guentū stactem:reliquam uero plastem quasi fictitiam eo q̄ cōformaretur appellari;hic.n. & hoc

capite & mox in myrrhæ historia stactē indicat primam: cū exprimitur myrrhæ destillationē eē: significareq; hanc uocem simplex ex ea factum: qua rōne ꝑmonstratum est unguentū. Neq;.n. aliter intelligi pōt eo in loco: qua expressa stacte excipitur: & mox quæ ēt multā stactē dat: oia si diligentius res expendat non ad Myrrham simpliciter: sed ad bonitatem usumq; eius pertinentia. A destillando qđ græci σάζειν dicunt stactæ dicta est: significariq; ea uoce nō simpliciter myrrham ueꝝ ex expressa myrrha pinguissimam eius destillationē indicat Lucretius dicens. Aut Amaracini blādū stactæq; liquorem: odoramento & unguento eam coniungēs. Meminit Columella etiam in carmine suo cum cecinit. Et melior stacte ponatur achaica myrrha. Quin etiam antiquoꝝ græcoꝝ lexication myrrham: sed τὸ ἀπὸ τῆς σμύρνης γινόμενον μύρον, stactem diffiniunt. Quod item in psalmo quadragesimo quarto legitur: myrrha: & gutta: & casia huc pertinet: guttæq; appellatione stactem hanc diuus Hieronymus reddidit: Idemq; testatus est myrrhæ florem esse: primā cum exprimeret eius destillationē floris appellatione indicans: ob quæ inclinat animus: & in hoc & in aliis scriptoribus non myrrhæ aliquod genus: sed quod optimum & pinguissimū ex ea primum destillet stactem hanc esse: quæ per se nullo aromate alio adiecto unguētum sit: nec nisi ut ab ariditate sua in exprimendo humesceret exiguæ aquæ aspersione indigeret: quod in plerisq; aliis fieri hic docuit. Neq; obstat quod Plinius ait. Sudant aūt sponte prius q̄ incidatur stactem dictam: & paulo post. Precia ex occasione ementium uaria: stacte a sex ad quinquaginta: potuit.n. myrrhæ genus unū eadem hac uoce destillando facta significari: quemadmodū idem Plinius lib. xyii cap. xi. de Resina agens ait: hanc mares dūtaxat ferunt: & eam græci stactē uocāt: odoris grauissimi. Ex quo facilis cōiectura est non myrrhæ tm̄ ꝓpriam uocē stactē esse: sed alioꝝ ēt liquoꝝ lachrymarumq; ex arboꝝ truncis destillantium. Quæ aūt dicta a nobis hoc capite sunt ad unguentū, non ad myrrhæ genus in hoc scriptore pertinere uidentur: ut certius adhuc in myrrha ostendemus.

DIOS DE Cinnamomini Vnguenti Confectione Cap. lxxi.

f It Cinnamominum unguentum ex unguentaria glande expresso oleo: spissaturq; ligno balsami & odoratis rotundo iunco & calamo: Odoratur aūt Cinnamomo: balsami semine: & quadrupla q̄ Cinnamomum sit Myrrha. Additur & Mel macerandis simul oībus. Probatur quod nō sit acri sed leni odore quod myrrham referat: crassescat: quodq; odoratum & in gustu amarissimum sit. Quod.n. eiusmodi erit nō ex resina sed myrrha crassitudinē & corpus habebit. Neq;.n. resina amaritudinem & odoris bonitatem facit. Acerrimas uires habet Cinnamominum unguētum: calefacit: maturat: calefaciēdiq; ui quam habet: aperit: discutit: dissicit: humores & flatꝰ extrahit: caput tn̄ aggrauat: Prodest & muliebrium locoꝝ uitiis cum duplo oleo: cera: & medulla: Sic.n. quam habet maiorem acrimoniæ partem amittit: Fitq; ad molliēdum aptissimum. Alioquin aliorum omnium unguētoꝝ quæ crassiore corpore sunt uiolentissime urit & indurat. Efficacissimū idem cōtra fistulas & putrescentia ulcera: Facit & contra aquosos ramices: carbūculos & gangrenas addito cardamomo. Inunguntur eo in accessione circularium febrium contra eaꝝ cum tremore algores: Inungūtur & contra noxas aīalium quæ uenenum morsu ictu ue relinquūt. Imponitur & scorpionum ictibus: & phalāgiorū morsibus cum concisis ficorum seu caprificorum grossis.

INTERPRES.

c Aret certo intellectu quod in omnibus græcis legitur hoc capite δύναμιν δὲ ἔχει σφοδρὰ δριμεῖαν καὶ πεπαντικὴν καὶ πικρὰν: a nobis contra cōem τοῦ πικροῦ .i. amari significationem his uerbis. Acerrimas habet uires: calefacit: maturatq;: nec absurdo ut nos credimus in mutatione eius uocis cōsilio: & rei sensu: paulo enim ante de amaritudine eius hic egerat. Inconcinnumq; est si dicat aliquis amaras alicuius rei uires esse: presertim cum de calore: acrimonia: aperiendi discutiendiq; ui: & potestate agitur: quæ in diuerso penitus genere ēe a saporibus sunt: eam ob cām ex historia Cinnamomi πεπτικὴν δύναμιν .i. maturandi uim ꝓ illo πικρὰν .i. amarā in hoc caput transtulimus. Quod q̄ bene & ex re factum sit alioꝝ censuræ relinquimus: qbus licebit semper cum libuerit ad amaritudinem redire. In morbis & medicina illud adiiciemus carbunculos a Galeno in diffinitionibus suis dici similem his quæ usta fuerint exulcerationem eē: cui febris & inguina aliquādo superaccedāt: Paulus Aegineta certius & longius de eis libro quarto

egit ulcera his quæ usta sint similia & ipse esse dicens: fieriq; sanguine in atræ bilis naturam conuerso cum inferbuerit & in aliquam partem coierit: Incipereq; in pluribus a pustula ambustis simili & aliquando sine ea. Sed a prurit u primum: mox aliquando unam aliquando plures insurgere pustulas: tenues: milii seminibus similes: quibus se aperiētibus ambustis simile ulcus fit: in quo aliquando cinereus: aliquando autem niger color fit: a quo colore ἄνθρακα. i. carbonem græci appellauerunt: Qui gangrenas pariter dixerunt esse ob magnitudinem inflāmatiōis: uitæ: sensus: & motus: in qua fiant parte priuationem: neq; iam factas sic appellant: sed dum fiunt: nam cum sensu carere locus incœperit non iam gangrenam sed syderationem σφάκελον ab iisdem dictam appellāt. Eius mali uis est ut nisi celerrime illi succurratur: facile affecta pars mortis habitum contrahat.

ἄνθραξ
Gangrena
Syderatio σφάκελος

DIOS. DE Nardini unguenti confectione. Cap. lxxii.

m Vltifariam conficitur Nardinum unguentū: Malobathri folio. s. & sine eo: plerunq; aūt ex unguentaria glande expresso: aut acerbo oleo. Miscētur ut spissetur quidem rotundus odoratus Iuncus: ut odoretur aūt Costus: Amomum: Nardus: Myrrha: & Balsamum. Probat in Nardini unguenti confectione Nardus: quæ non adeo præcipua sit: acrimonia careat: & siccæ Nardi aut Amomi odorem referat. Extenuat Nardinum unguentum: acre est: abstergit: humores rarefacit: calefacitq;: liquidum nec strigmēti modo crassum unguētum hoc erit nisi addita illi resina fuerit. Conficitur idem præterea simpliciter acerbo oleo: rotundo iunco: calamoq; odoratis: costo: & nardo.

INTERPRES.

l Icuit ad delectationem poetis nunc uirum nunc fœminam uariante sexu Ceneum fingere. Nec uitæ salutiq; humanæ nocuit unq̄ quod fabuloso carmine ab illis cantatū fuisset. Pictoribus enim atq; poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas: quæ meliora & utiliora scribentibus negata: castigari & in integrum restitui hoc capite debuit: in quo neutri fœmininiq; generis uariata & male seqoax in iis generibus sermonis series non suspitionem: sed aperte deprehensum uitium nobis ostendit. Nam cum incœpisset hic Nardini unguenti quod neutro genere a græcis dicitur confectionem docere: spissandiq; & odorandi olei longiorē seriem tradidisset: numerassetq; inter alia Nardum: fœminino genere statim intulit: ἐςὶ δὲ χρηςὴ ἡ λιπαρὴ fœminini generis rem indicans: quæ ad unguentum referri nulla ratione potest: oporteitq; ad aliquod referri quod fœminino genere non longe inueniatur. Nihil autem aptius nobis uisum est q̄ ad Nardum quæ nomen unguento dedit referre: monuitq; in eo nos omnium probatissimus mihi codex in quo non λιπαρὴ sed λιτὴ legitur quasi ignaua & uulgaris Nardus in unguenti confectione probetur: quam certius adhuc describens Acrimoniam illi abstulit: & siccæ Nardi: & ob id minus olentis aut Amomi odore probauit. Qualia aūt hæc fuisse quondam conicimus: talia etiam docemus: quod sæpe alias testati sumus liberam legentibus probandi & improbandi nostra hæc relinquentes. Quod autem Dios. ait uariam Nardini unguenti confectionem esse eo pertinet: ut ostendat Nardinum ideo dici: q, non uera Nardo tantum conficeretur: sed aliis etiam quæ odore Nardo similia essent: quale Malobathrum est quod folium quondam dictum fuisse testati sumus: cū priuatim de eo ageremus: ideoq; factum fuisse ut Nardinum aliquando foliatum diceretur: crederetur q; a multis idem esse: cum tamen diuersa materia confectum alterum ab altero manifesta uarietate differat. Quod etiam in Euangelio legitur spicatum eandem causam habet: ut ex spica Nardi confectum ab aliis discerneretur. Indicatq; id Paulus Aegineta quo loco de aurium uitiis & remediis agit: inter quæ foliatom & spicatum diuersa numerat unguenta: uerisimileq; est ex omnibus quæ odore Nardi essent: potuisse fieri: ideoque hunc dixisse multifariam confici Nardinum unguentum.

DIOS. DE Malobathrini unguenti confectione. Cap. lxxiii.

h Abet Malobathrinum unguentum spissamenta eadem quæ Nardus: sed copiosiorem Myrrham: quā ob causam calefaciendo est: Crocino & Amaracino uiribus & potestate æquale.

INTERPRES.

Foliatum proprie unguentum hoc dicitur. Succo enim folii quod idem Malobathro est conficitur. Cætera eadem illi & Nardino sunt.

DIOS. DE Iasmini Vnguenti confectione Cap. lxxiiii.

q Væ in perside Iasme quasi facto a uiolis nomine uiolario appellatur: al- bæ uiolæ floribus conficitur coniectis in Italicum Sesamini olei sestariũ ceu florum unciis duabus: & ut in lilino pmonstratũ est in alia uasa trã- slatis. Vruntur eo persæ in conuiuiis odoris causa: toto etiam corpori in balneis ac- comodatum his est quos laxari & calefieri oporteat. Ingrata in eo odoris nimia bo- nitas est: ideoq; multi non libenter eo utuntur.

INTERPRES.

l Ate quondã patuit uiolarum nomen. Secuta ætas ad certa & pauciora genera id nomen cõtra- xit: & si nesciẽs a græcis uiolarum acceptũ nomẽ adhuc in aliqbus seruet: aliudq; se dicere cre- dens: uiolam tñ dicit: ut in Iasme hac de qua superiore capite agit: facta a uiolis: quas græ- ci ἴα dicunt eiusmodi appellatione. Nolumus nunc longius earum genera & discrimina tractare: suis locis cuncta certius dicentur. Quod nunc res exigit illud est: florem quem omnes Iesiminum dicimus colore candido uiolis figura non dissimilem: uiolam antiqui uocabant: & in uiolarum ge- nere numerabant: ignorum diu ut uidetur Italiæ: nunc aũt plebis hortos etiam grato odore cõmẽ- dantem: tam notum oĩbus ut nulla descriptiõe nr̃a indigeat. Credimusq; nos de eo egisse hũc scri ptorem cũ cõmunis uiolarum historia tertio uolumine ab eo tractatur. Numeratis. n. albis luteis & purpureis uiolis: quæ cões & notæ omnibus sunt: quartum genus colore cœruleo addidit: q̃ nul- læ in uiolarum genere nunc cognoscuntur: necesseq; est ad Iesimini huius florem referri cœruleũ colorem illum. Posteriores. n. & inter eos Serapion tria Iesimini ex colore discrimina & genera fece runt candidum: luteum: quem ille Citrinum & cœruleum quem cœlestis coloris uocat: oẽs quon dam peregrinos & Italiæ ignotos nunc oĩbus cões. Videtq; Italia & habet iam non candidos tantũ: sed luteos etiam Iesimninos: nec in alio uiolarum genere Iasme hæc: & Iasminum unguentum intelli- gendum est. Nam quod Palladius uiolaceum docet: a græcis ἴαττον dictum ex uiolis proprie nunc dictis conficiebatur: uiolasq; nos græcorum more dicimus eas: quæ primæ uer nunciantes plures uno ramulo florent paucis & exiguis foliis colore triplici: candido: luteo: & purpureo: præcipui in me dicina usus. Quam. n. Theophrastus nigram dicit in alio genere ab antiquis numerata est: de qua suo loco dicemus. Videntur postremo nobis male sibi inuicem respondere in Iasmini huius confe ctione: olei sextarium & floris unciæ duæ: credimusq; in florum pondere uitium esse: nec tam exi guo flore tantam olei mensuram satis posse odorari.

Ia

Iesimini genera

ἴαττον

DIOS. DE Myrrha. Cap. lxxy.

f Myrnan. Romani myrrham dicunt. Arboris in Arabia Aegyptiæ spi- næ similitudine nascẽtis lachryma Myrrha est: qua incisa in substratas palmeas tegetes liquor ille defluit: aliquando etiam in trunco arboris concrescit. Vocaturq; in myrrhę genere quædam pediasimos. i. campe stris pinguis: & quæ expressa stactem dat. Quædã uero Gabirea: omnium pinguis- sima: pingui & feraci solo pueniens: quæ copiosam stactem etiam reddit. Primũ bo nitatis bonorem habet Troglodytica a regione in qua nascitur sic appellata. Viret hæc modice: translucida est: & mordaci in gustu crosione sentitur. Colligitur Myr- rha etiam colore candido: numeraturq; post Troglodyticam in myrrhæ cẽsu & ho nore: Bdelliĩ modo cũ tractatur lentescẽs: odore leniter uiroso: apricis locis nascẽs. Est præterea quæ caucalis appellatur: corum modo quæ exoleuerunt arescens: co- lore nigro & uelut ab igne torrida: Omnium pessima quæ Ergasime dicitur squalo- re suo fragilis: nullo pingui: sapore acri: Gummi uiribus & aspectu referens. Im- probatur etiam quæ Minea appellatur. Exprimuntur omnes: quodq; ex pinguibus expressum fuerit odoratum: pingueq; est. Quod uero ex squalentibus & aridis: nec pingue: nec odoratum. Minus odorata expressa Myrrha est: ptopterea q; cum expri meretur & in pastillos consormaretur: nullum illi additum oleum est. Adulteratur ad misso gummi: quod myrrhæ diluto antea maduerit. Eligito recentem Myrrham fragilem non ponderosam: undiq; sibi ipsi concolorem: & quæ confracta candi-

cans intus

das intus humanorum unguium figura per mediũ transeuntes cum læuore diuisiones
ostendat. Quæ minutis glebis sit. & cum acrimonia: amara: & odorata. Quæ cõtra
ponderosa & picis colore fuerit inutilis penitus. Est myrrhæ uis & natura calefacere:
pfundiore somno sopire: glutinare: siccare: & adstringere. Mollit præclusos mu
liebres locos myrrha & apetit. Menses fœtusq; celerrime extrahit ex absinthii: lupi
norum ue diluto aut rutæ succo apposita. Deglutitur eadem fabæ magnitudine cõtra
diutinam tussim: & in difficultate spiritus non nisi recta ceruice spirantes: lateris: pe
ctorisq; dolores: solutam aluum: & intestinorum tormina. Soluit myrrha etiã febrium
cum tremore algores duabus ante accessionem horis cũ pipere & aqua fabę magni
tudine deuorata. Subiecta linguæ destillante paulatim in fauces succo earum asperita
tes: & uocis raucedines emendat. Ventris lumbricos necat. Contra oris & animæ
ingratum odorem utiliter cõmanducatur: & cõtra alarum fœtores cum liquido alu
mine pari utilitate inungitur. Colluuntur myrrha additis uino & oleo: confirman
turq; infirmi dentes & gingiuæ. Glutinat eadẽ ĩspersa capitis uulnera. Sanat pterea
contusas aures: & nuda carnibus ossa operit cũ cochlearum carnibus imposita. Puru
lentas itidẽ aures: inflãmatasq; cum castorio: opio: & glaucio. Contra uaros inũgit
ex melle addita casia. Ex aceto impetigines exterit: fluentem capillũ ex ladano: uino
myrtheoq; oleo inuncta cõfirmat. Diurinas nariũ destillationes lenit inunctis pen
na naribus. Explet oculorum ulcera: delet albugines: & quæ eorum claritari officiũt. Pal
pebrarum itidem asperitates exterit. Fit ex myrrha thuris modo fuligo ẽt ut mox doce
bimus ad eadẽ oĩa utilis. Bœotia uero myrrha incisa radix est arboris in Bœotia na
scentis. Eligito in bonitate odoris mirrhæ similem & æqualem: calefaciendi & hæc
uires habet: mollit: dissoluitq;. Suffimentis eadem utiliter miscetur & uaporatur.

INTERPRES.

Olent qui cautius & innocentius mores & artes docent accedentes ad se discipulos: qui
sub malis pedagogis & magistris diu male pfecerint: non prius ad discendas melioris
uitæ leges: certioresq; artium tractationes admittere: quã coactos male cognita dedisce
re: excipiendis nouis & certioribus præceptis: uacuos labe omni & ignorantia eorum aĩos:
aptiores effecerint: nõ malo ut uidetur consilio nec inutili obseruatiõe: siquidem uitio infœliciter
uirtus inseritur: nec coalescit cicatricemq; ducit ulcus cui uitiatum os subest. Et in fabrica artibusq;
necesse est praua & distorta semper fieri quæ anormi regula directa aliqñ fuerint. Quod ne i myr
rha nobis & legentibus fiat: quæ diuersis locis toto hoc capite uitia inolcuerunt purgãda primum:
aut signanda saltem deinceps nobis sunt: ut quod incipientes hoc opus præfati sumus sani & integri
Dios. utilis & amabilis sit usus: uitiosi uero & corrupti nullum sub fide tanti auctoris piculum. Di
ximus non multo ante cum de stacte unguento ageremus: uideri nobis stactem pinguiorem melio
remq; expressæ myrrhæ partem huic scriptori esse: cum tñ Plinius stactem myrrhæ genus manife
ste faciat: & Theophrastus libro nono idem testari credatur: quod tã certum nobis hoc capite fit:
ut non aliter intelligi a quoq̃ stacte in medicina possit q̃ expressæ myrrhæ prima destillatio & q̃si
pinguissimus flos. Alter. n. aliisq; appellationibus a Plinio hic myrrhæ genera numerat: numera
tisq; duobus pediasinia. s. & gabirea quas pinguissimas appellat ex utraq; expressa copiosam reddi
stactem dicit: quo ductu sermonis: quarũq; uocum significatiõe nihil certius audiri potest: nec ali
ud colligi q̃ esse huic stactem pinguissimã & primam expressæ myrrhæ destillationem: cuius in
unguentis & medicina præcipuus & laudatissimus esset usus. Nec obstat quod Plinius ait: Sudant
autem sponte priusq̃ incidantur stactem dictam. Id. n. Plinius ut in resina lib. xii. forte appellauit: a
destillando facta appellatione: & quoniã intelligeret ut in expressa myrrha: stacte reliquis parti
bus antefertur sic in fluxu eius ex arbore probari magis sponte sua q̃ inciso arboris cortice destillã
tem. In multis. n. naturæ hic ordo: & quasi lex est: ut quæ prima & sponte sua fluxerunt meliora &
minus foeculenta excipiantur. Quodq; Theophrastus ait: τῆς δὲ σμύρνης ἡ μὲν στακτή· ἡ δὲ πλαστή
quod est. In myrrha autem alia stacte. i. stillaticia: alia plaste. i. fictitia: non satis pro comperto nobis
est ad genera ne eius: an ad artificiosam expressionem referendũ sit πλαστὸν. n. artificiũ & opus hu
manum habet: siue. n. fingere siue conformare dicas utrunq; hominis est: Confirmareq; hoc uide
tur non multo post Dios. cum ait fieri ex myrrha expressiones: ex pingui odoratas & pingues &c.

Mox ignauam & inefficacem esse expressam: quia oleum εἰς τὴν ἀνάπλασιν. i. in conformatione non admiserit; eodē uerbo usus quo & Theophrastus in diuisione illa usus est. Quæ omnia longius dicta a nobis fuerunt: ut quod Dioscoridi & Plinio idem non est certius a legentibus cognosceretur. Scirentq; omnes huic scriptori stacten primam expressæ Myrrhæ destillationem tantum eē: neq; in medicina uoce illa aliud significari. Sicq; Celsum libro quinto uerisimile est dixisse: myrrhæ quam stacten nominant; non genus sed meliorem eius partem indicantem. Non sunt præterea Plinio & huic eadem generum nomina Hic in primo ordine Pediasimon. i. campestrem numerat Theophrastum ut uidetur secutus; qui de Thure & Myrrha longiorem historiam sic incœpit. Nascuntur autem Thuris & Myrrhæ arbores: aliæ in monte: aliæ ad radices mōtis in priuatis agris ideoq; aliæ coluntur: aliæ cultura carent: feruntq; montis excelsam altitudinem esse; siluestrem habitum: & niuibus conspergi: ex quo in planitiem profluunt flumina: quæ quoniam a græcis πεδίον dicitur hic pediasimon: quasi in planitie & campestri solo natam Myrrham appellauit: ut ea appellatione a montana distingueretur. Cæteræ generum in Dioscoride appellationes: quemadmodū & suæ Plinio incertæ nunc sunt. Sola a Troglodytis solo nomine nunc cognitis Troglodyticæ certā habet nominis sui æstimationem. Irrepsit inter hæc genera uitium etiam: nam quod hic ait συλλέγεται δέ τις καὶ λεπτὴ μετὰ τὴν τρωγλοδυτικὴν ἀγρία μουμὴ &c. non λεπτή: idest tenuis: uerum λευκὴ idest candido colore legendum est. Sicq; nos reddidimus Plinio & aliis auctoribus accedentes: qui inter alia genera candidum numerant. Idque Plinius palam testatus est dicens. Est & candida uno tantum loco: Nec nos in eo tantum ueterum auctoritas mouit q̄ q; tenuitas parum myrrhæ cōpetere uidebatur: quæ glebosa & in offas conuoluta longe ab ea forma abest: & q; frequentissimus toto hoc opere hic error est: ut ubi λευκὸν quod candidum est: legi oporteat: illic λεπτὸν: quod tenue legatur. Quod est deinde ὑπέρωρος & nos uertimus eorum modo quæ exoleuerunt arescens: non adeo difficilem habet intellectum ut dubitandum tantopere in Corollario suo de uocis eius significatione Hermolao fuerit: qui maturitate insignem conuertens parum proprie rem significauit. Inter cætera enim quæ græcis ὥρα significat: & speciosus habitus est & quasi ἀκμή: dicūturq; ὡραῖα: quæ nec citius nec serius in usum ueniunt. Sic Plinius horæum mel uocauit: alterum eius genus quod præcipua tempestiuitate conficeretur. Et ab hac uoce multa fecerunt græci adiectiua ἔξωρον: ὡραῖον: & inter alia ὑπέρωρον: quod nihil aliud significat; q̄ ea quæ ultra tempestiuitatem suam producta speciem & bonitatem amiserunt: uerbi causa erit cucurbita: erit cucumis ὡραῖος cum in cibo gratus & idoneus erit: ὑπέρωρος autem cum transeunte in lignum cortice: duratisq; intus seminibus & carne alium q̄ in cibis usum habere incipiet: qua similitudine hic myrrhā hāc ὑπέρωρον dixit: idest eorum modo quæ iam exoleuerunt scabram: arescentem & lignosam. Idque Serapion etiam intellexisse uidetur: multum asperam eam appellans. Variant præterea antiquiores græci in ea quam ergasimen dicunt: quam alii gummi uiribus & aspectu: alii uiribus & odore referre testantur. Nos quod in pluribus legebatur illud reddidimus. Coniungitur huic parti statim quod omnino uitiosum sit: & in quo male sequax & incertus sensus occurrat: a neutro in commune genus traiectus. Idque huiuscemodi est. καὶ πίεσματα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται ἀπὸ μὲν τῶν λιπαρῶν εὐώδη καὶ λιπαρά, ἀπὸ δὲ τῶν ξηρῶν ἄλιπα καὶ οὐκ εὐώδη. Quod totum sic redditum a nobis est. Exprimuntur omnes: quodq; ex pinguibus expressum fuerit: odoratum pingueq; est. Quod uero ex squalentibus & aridis nec pingue nec odoratum: his tam aperte & tam certo sensu dispositis: nulla fœminini generis intercedente uoce succedunt hæc statim: ἄτονος δὲ ἡ διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν. Quod si uelit aliquis ut se res habet latinum facere non aliud aptius q̄ si a masculino uel fœminino nomine incipiens; commune enim illic genus est: dicat. Infirma q; oleum in conformatione non acceperit: quæ uoces superioribus coniunctæ: nullum indicant legitimum sensum. Nec suspicari: sed pro comperto habere uitium illic esse oportet. Videtur autem nobis potuisse quondam hic sensus & rei series esse: ut quoniam in myrrha sint crassiores aliquæ partes: doceret hoc loco Diosco. faciendam ex omni myrrha stacten: idest exprimendam adfusa aqua myrrham: ut in stacte ungento præmonstratum est: seruandumq; & in pastillos conformādum quod expressum destillasset: & quoniam in Myrrha bonitas odoris. & ad sanitatem in morbis uires eēnt sic expressam Myrrham alteram odoris s. commendationem & usum amittere: fieriq; ἄτονον: infirmam & ignauam: non in uiribus ad sanitatem; sed in odore ad uoluptates & delitias uitæ. Indicatque id quæ subiecta statim causa est q; oleo careat; quo experientia docuit diutissime seruari odores & facile citissime perituros: nisi unguine & humore eius contineantur. Testantur id Plinius: Plutarchus: mille alii ne longiores simus. Ex hac itaque causa facilis coniectura fuit de infirmitate odoris agere illic Diosco neque ἄτονον forte antiquam & ueram fuisse lectionem: sed ἄνοσμον idest sine odore legendum esse: ut una uoce infirmitatem & rem indicaret; conicimus tamen hoc non decernimus. Consueuisse autem ueteres sine oleo in pastillos expressam myrrham cōformare hic ipse in stacte unguento declarauit: ea tantum probata stacte: cui nullum esset admistum oleum. Est itaq; sic intelligenda res: ut cum docuerit Dios. ex omni Myrrha expressiōes fieri: necessario subiecerit: infirmam in odore esse expressam & in pastillos conformatam myrrham: propterea q; oleo in conformatione careat: quo uno liquore diutissime odores & fœlicissime seruantur.

Quo

ὑπέρωρον

ὥρα

ὡραῖα

Quo loco deinde legitur & contra alarũ dolores cũ liquido alumine pari utilitate inungitur: iniectus mihi scrupulus est: non dolores forte: sed uirosum & hircinum odorem illiñ qui ea parte sentiatur legendum esse: Suspitioniq; huic nostræ causam dedit q̃ hic ipse ĩ metallicis de omni alumine agens contra ingratos alarum & uirosos odores inungi eo præcæpit: qñ illi adstringẽdi & repurgandi uis sit: nunc autem myrrha illi adiecta non tãtum uidetur ea præcipere ut absit malus odor q̃ simul etiam nouo & meliore odore qualis in myrrha est terrum & hircinum illum delere: accedit & alia ut credimus non contemnenda omnino ratio: q̃ hic remedium id fœtori oris & animæ statim coniungit & quasi a congeneribus malis nondum discessisset illud addidit. Non consueuit præterea Dios. cõmune aliquid priuatim contrahere nisi in manifesta re. Si autem legemus alarum dolores malum id intelligere oportebit: quod proprium habeat genus: & propriam in ea parte sedem: & qualia in stomacho: capite: renibus pedibusq; quotidie sentiuntur. At in aliis legisse me non memini proprium aliquod doloris genus. Postremo quod de Bœotica myrrha in extremo hoc capite legitur nullum in antiqua plantarum historia medicina ue testem habet: nec inuenisse me hactenus de ea quicq̃ memini: nisi forte huc ptinet quod Columella in carmine suo cecinit: & lachrymas imitata tuas Cinyreia uirgo. Sed melior stacte ponatur achaica myrrha: & quam hic bœoticã achaicam a propinqua regione ille dixerit. Sed non respondent huic omnia quæ ille cecinit: hic.n. arborem & arboris radicem dicit: ille croco & sampsuco myrtham suam coniungit: potiusq; inter olera q̃ inter arbores de ea censere uidetur: nihilominus stacte meliorem appellat adscita a congenere & cognata planta comparatione: nec tñ stacte meliorem: sed imitatam ueræ myrrhæ lachrymas etiam adiicit: idem fere dicens quod hic ait iubens in bœotica hac myrrha eam eligi quæ bonitate odoris ueræ mirrhæ maxime similis sit. Coniecturis nullo se offerente ignotæ nunc rei teste & auctore uti coacti sumus. Nec scimus ex quo nihil antiquiores alii de hac myrtha testati sunt: q̃ uera & legitima scriptoris huius ea quasi proles sit. Potuit enim illi hæc pars accreuisse a posterioribus addita: in qua illud integrum & incorruptum esse non uidetur quod in cunctis legitur. Arboris cuiusdam in bœotia nascentis concisa radix bœotia myrrha est: neq; n. uerisimile materiã radicis in ea arbore myrrham dici: sed potius quod ex incisa eius arboris radice destillauerit. Nihil tñ more nostro mutatum a nobis est. Credimusq; in myrrhæ nomen & cæsum siue radicem: siue radicis liquorem hunc ex odoris aut saporis similitudine adscitum esse: quemadmodum in hortensibus olusatri genus quod smyrnion hic & alii dixerunt: quod qñ odore & sapore myrrhæ lachrymam destillet sic nominatum est: tanta cum olusatro, quod hipposelinon græci uocant cognatione & similitudine ut Columella utroq; nomine olusatrum uocari dixerit: cum tamen hic alterum ab altero multa historiæ diuersitate discernat: Theophrastus certe lib. vii. de olusatro agens ait. Nascitur ex eo lachryma myrrhæ similis: feruntq; aliqui myrrham hanc esse: tantopere decipiuntur similitudine rerum ignari. Potuit itaq; eadem odoris & saporis similitudo bœoticæ huic myrrhæ nomen dedisse, uerum ignota nunc arbor: ignotam fecit nobis etiam arboris: seu radicẽ ut hic ait: seu ut uerisimilius est incisæ radicis lachrymam. Et hæc pro instauranda in Dios. myrrhæ historia satis dicta sint. In medicina impetigines tñ tractabimus: summæ cutis malum: & quod inter asperitates & scabrities eius græcorum medicis numeretur. Fieri id malum Paulus Aegineta dixit: celerrimeq; in scabiem & in lepram transire: cum tenues eædemq; acerrimæ sanies: crassioribus saniebus aliis misceantur. Dico aũt sanies hoc loco quos græci sua uoce ἰχῶρας dicunt: non facile in egestate latinæ linguæ explicabiles nisi longius describantur: dixerunt itaq; illi ἰχῶρα in cæde & uulnere primam sanguinis a sua integritate declinationem: sicq; Homerus uulnerata a Diomede uenere ait ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο ἰχώρ: fluebat. s. inmortalis sanguis deæ ἰχώρ. i. iam non integer sanguis sed in aliud genus & nomen translatus. In morbis autem cum idem sanguis ab integritate & bonitate sua discedens ad pus & saniem transire incœperit: eo tempore & habitu non sanguinem tantum sed alios etiam humores illi coniunctos & admistos ἰχώρων appellatione græci dixerunt: & ex his fieri Paulus Aegineta impetigines dixit non omnibus: sed cum tenues acresq. ἰχῶρας hi crassiorib⁹ aliis cõmisti fuerint. Galenus autem impetigines in diffinitionibus suis dixit esse: cum multo pruritu summæ cutis asperitatem: in isagoge sua deinde latius rem his uerbis tradidit. Cutis malum & impetigo est: duplex eius genus mite alterum: ferum & difficilius alterum: pelluntur ab eo ex summa cute squamulæ: rubetq; sub illis locus & tantum non exulceratur: oritur ex salsa pituita & flaua bile: nec secus squamulæ illæ decidunt q̃ ex fictilibus in quibus salgama fuerint: aut muria. Facit & Paulus Aegineta duo iisdem nominibus genera: ferisq; & difficilioribus mederi aliqua ex aceto affirmat. Quo fit ut possit Dios. de secundo illo genere tantum dixisse: & si quod difficilioribus medetur mitioribus in eodem genere prodesse etiam poterit. Græci id malum recepto etiam a latinis nomine lichenas appellant a lambendo ut credimus quoniam in pueris saliua hominis & attritu linguæ curarẽtur: ut idem Paulus testatur. Quatuor eius genera Celsus numerauit libro quinto quæ legentibus nouisse facile erit.

Impetigines

DIOS. DE Styrace. Cap̄.lxxvi.

Tyraca latini styracem dicunt. Arboris cotoneo malo similis lachryma styrax est: bonitate in eo excellit: qui ruffus: pinguis: resinosus: & albicantibus grumis est. Quiq; odoris sui bonitatē diu seruat: & cū subigitur melleum humorē aliquem ex se remittit: talis Gabalites est. Pisidiacus: & Cilicius. Improbatur niger: friabilis & surfurosus. Inuenit̄ præter hunc lachryma etiā gummi similis: translucida myrrhæ odore. Sed exigua hæc nascitur. Adulteratur scobe suæ arboris: quæ uermium erosione facta fuerit additis melle: irīni ungventi sedimento: & quibusdam aliis: sunt etiam qui adipem: ceram ue aromatis odorantes: & in æstu anni Styraci compinsentes per cribrum quod latioribus foraminibus sit in frigidam aquā ueluti uermiculos traiciunt: ueduntq; uermicularem styracem appellātes: præferuntq; aliis hunc imperiti ueluti non adulteratum ꝓbationē eius ex odore negligentes. Qui enim adulteratus non fuerit acerrimo odore sentietur. Habet styrax calefaciendi uim: mollit maturatq;. Facit ad tussim: a capite in subiectas partes destillationes: mucum: raucedinem: amissamq; uocem. Duratis præclusisq; muliebribus locis utilis est. Menses idem potus & appositus trahit. Aluum leniter mollit exigua quātitate potus cum terebinthina resina. Miscetur utiliter malagmatis quæ discutiēdo sint: nec minus etiam acopis. Crematur styrax: & ad fuliginem thuris modo uaporatur: omnibus his quibus & fuligo thuris accomodatam. Quodq; fit ex eo in Syria styracinum unguentum appellatum efficacissime calefacit & mollit. Dolores tamen capitis facit & graue soporiferumq; est.

INTERPRES.

On fuisset nobis difficile: neq; ut credimus in scriptore hoc magnopere utile nunc esset collectis in unū quæ diuersis locis a Plinio alìisq; de styrace traduntur cōmentationes has nostras augere: quod iāpridē Barbarus fecerat: commentantibusq; hæc nobis memoriæ eius cōsulentes fratres & amici ediderunt. Ab omnibus.n. & ubiq; nūc legitur & & intelligitur Plinius: naturalisq; eius historiæ tā multi prodierunt indices ut celerius: ut ait ille q̄ asparagi coq̄tur: oīa quæ sparsim toto opere ab eo tradita fuerunt in unū colligi possint: & collecta deinceps disponi. Sed nos diuerso consilio hoc agimus: & alio laboris genere ꝓdesse conamur. Habet.n. id inueniendi tm̄ & colligēdi quæ in tanto opere sparsa plerosq; fallunt studiū & honorē: hoc uero nr̄um purgandi instaurandiq; quæ in impresso Dioscoride uitiosa diuersa ue sunt: ut esse uidentur: & in græcis latinisq; uocibus aperiendi & explicādi quæ minus nota & rariora sunt; humilius certe: nec antiquoꝝ scriptoꝝ quos ille aliq̄n totos reddidit maiestati comparandū: nō penitus tn̄ ut speramus ingratū & inutile: præsertim ætate hac nostra in qua tā multi in græcis quotidie ꝓficiunt: ut ea simulq; latina discere & tractare cupientes laborē hūc nr̄um neglecturi penitus non sint: Conariq; id nos maxime persuasit: qui ex Gallia nō multo ante hac prodiit latinus hic auctor: tam multis locis editioni huic nostræ contrarius: aut nō idē saltem, ut diuersitatis ab eo nostræ reddenda merito rō & declaranda ubiq; cā fuerit. Quod nō minus q̄ in aliis in Styrace nunc etiā faciendū: Incipiendūq; ab eo qđ a principio statim legit̄: Bonitate in eo excellit qui ruffus & pinguis &c Non.n. ut in impresso sic in cæteris ῥυπαρός qđ sordidum est legitur: sed una tm̄ & altera mutatis litteris λιπαρός qđ pingue significat. Neq; nos id male & magis ꝓbare tam persuasit testium bonitas & copia: q̄ melioribus græcis oībus accedens Plinius duobus locis libro xii. primū cum ait præfertur ruffus & pinguiter lentus: mox. xxiiii capite vi. his uel bis iterū de styrace agens Placet præter ea quæ diximus maxime pinguis: purus quo loco non solum pinguitudinem in eo desiderat: sed puritatem etiam commendat: non alio sane sensu q̄ ut quod nos elegimus confirmet: & quod nos reiecimus & ipse damnet. Accedit his etiam Paulus Aegineta libro iiii pinguissimum præcipue in medicina desiderans Nec obstat qđ idē Plinius lib. xii. cap. xxvi. tradidit. Ob id in scobe sordescit. Habet.n. id eandem huic scriptori rationem & historiam: cum mox ait Adulteratur scobe suæ arboris &c. Quod totum debuerat ab eo diligentius obseruari: qui etiam λιπαρός: siue λιπαρός: utrunque enim eadem significatione in antiquis græcis legitur: cano situ obductum ex Plinio interpretatus: decreta magis aliorum & uerba q̄ Dioscoridem secutus esse & amasse uidetur. Cum alioquin oporteret interpretem: non quæ alii aut quo modo de eadem re docētes

re docentes tradiderint:sed certam auctoris sui uocũ æstimationẽ sequi & reddere. Raro.n.a pluribus aliquid pariter docetur:quot hoĩum ingenia & in rebus obseruationes: tot ẽt descriptiões sunt. Ecquis ẽt nouit an Plinius alias cano illo situ in styrace descripserit notas? Et si qđ græcis ψαφαρὸν siue ψαθυρὸν est uocibus illis descripsit:non decebat nostræ ætatis interpretẽ tã obscure rem indicare. Quis.n.nunc intelligat ea ratione fragile friabileq; significari? esse aũt græcis ψαφαρὸν & ψαθυρὸν fragile omnia eius gentis lexica ostendunt εὔθλαστον: ἀσθενὲς & similia significare tradẽtia. Obseruauimus præterea & nos in historia Annibalis quæ a pluribus græcis tradita est:cum incensas ab eo & aceto conspersas Alpes describunt ψαφαρὰ igne & humore illo fracta montium iuga & saxa appellant. Estq; id facile omnibus ex re ipsa & ex Iuuenale intellexisse cũ ait. Et montẽ rupit aceto:ideoq; nos friabilẽ certiore rei indicio ψαφαρὸν conuertimus. Quo loco etiã diximus talis Gabalites &c. Contra q̃ in græcis legitur:in quibus omnibus catabalites est:non sine ratione factum a nobis fuit:nec Plinii tñ fides & auctoritas in eo potuit q̃ q; in Phœnice siue ut Strabo tradidit i Syria Gibala ciuitas est:nullibi aũt catabala:quod hactenus in geographis legerim. Sequit non multo post:quod hic ait Adulteratur scobe &c addidis melle:irini unguenti sedimento & quibusdam aliis:in quo græcæ uocis ὑποστάθμη uis & quasi necessitas unguentũ illi addere persuasit. In liqdis .n græci ὑποστάθμην dicunt:amurcã uerbi cã in oleo:in uino fæcẽ:in urina hypostasim:& in aliis omnibus:sedimentum oẽ qđ pondere uel crassitudine in imũ descenderit:non tñ id decernimus:uerũ monemus in incerta re elegisse nos illud qđ ex cõi uocis illius æstimatione intelligendũ erat. Fæcem.n & sedimentũ ὑποστάθμην græci appellant. Neq; id nos remoratũ est q non Irini unguenti sed Iridis hypostathme styracẽ adulterari hic ait:potuit.n Dios.unguentũ a materia confectionis indicare. Tota in eo uertitur res in styracis ne adulterio:ad molliendã arboris eius scobẽ satis mellis glutinosus lentor sit:an & Irini unguenti sedimentũ addi oporteat:si satis non sit mel non male tunc fæx illa adiicie:sin cõtra:tunc decernendũ erit an hic uoluerit in humore aliquo madere decoqui ue Iridẽ:sedimentũq; eius in adulterio styracis misceri an potius:qm cariosa Iris in senectute sit:eoq; tpe odoratior fiat:hic cariosum illũ puluerẽ:qui in imo uasis in quo seruabit subsederit hypostathmen & sedimentũ dixerit:idq; misceri styraci uoluerit. Nõ relinqmus in adulterio hoc q̃ pter numerata a se misceri Dios.dicat:cedri resinã esse:gũmi:& amaras amygdalas: quæ omnia a Plinio in hac ipsa re deinceps numerant. Quod in extremo deinde capite est: καίεται δὲ καὶ φρύγεται καὶ φώγνυται &c. Tribus uerbis descriptũ unã tñ habet rõnem. Credimusq; duo ex illis abundare:inserta ab his qui latius ut in enarratione uocũ fit explicare rẽ uoluerint. Quod n.præcipit unum est ut crematur s.styrax ad excipiendam alior; modo quæ cremantur eius fuliginem.

DIOS. DE Bdellio. Cap. lxxyii.

b Dellion.sunt qui Madalcon:& qui Blochon appellent. Romani pariter græcis bdelliũ dicunt. Satracenicæ arboris lachryma bdellium est. Probatur in eo qđ gustu amarũ:translucidum:tautino glutini simile: in ꝓfundo pingue & cũ tractatur lentescens: sine ligno: sine sordibus: cum incendit odoratum:& humano ungui colore simile. Affert & ex India bdellium:sordidũ:nigrũ:quod adrobolũ.i.crassioris glebæ dicunt:aspalathi odore. Affertur & ex petræa Arabia:aridũ:resinosum:liuescens: secundæ in uiribus bonitatis. Adulteratur admisto gũmi:uerũ quod tale est minore in gustu amaritudine: & incensum minore odoris bonitate sentitur. Est bdellio uis & natura calefacere mollireq;.tumores guttutosis soluit:duritiesq; & aquosos ramices: ieiuni hominis saliua dilutum. Idem muliebres locos appositum & suffitu aperit:fœtus humoresq; oẽs trahit. Potum calculos frangit & urinam pellit:contra tussim uenenatorũq; morsus utilissime datur. Prodest & contra rupta:conuulsa:lateris dolores & errantes inflationes. Miscetur præterea malagmatis cõtra neruorum durities & concretiones: in quem usum tunditur adfuso uino aut calida aqua.

INTERPRES

a Ntiquæ & cõmunes Plinio bdellii appellatiões oẽs hæ sunt barbaræ tñ:ideoq; nec græcis nec latinis ex ui nominis certũ aliquid indicantes. Solũ adrobolũ a glebarũ crassitudine nominis certã habet in græcis rõnem:idemq; est qđ Plinius ait in offas cõuolutũ. Nõ est deinde huic scriptori legitima uox Sarracenicæ arboris lachrymã bdelliũ esse: quo .n.tẽpore hæc ille cõmentabatur:nullum erat Sarracenorũ nomẽ:nec nisi post multũ tẽpus mutata

appellatione Iybes ad Aethiopiam Sarraceni dicti sunt. Nõ placet et quod Barbarus mutauit Sembracenice: Licet.n.inter myrrhæ genera Sembracenam Plinius numerauerit: non ideo tñ sola noĩs uicinitate mutanda uox erat. Sed numerantibus laudantibusq; Scythicũ & Arabicum Bdelliũ Galeno & Paulo Aegineta ex altera duaꝝ regionum gentile instaurãdũ illi e nomen fuerat: Scythicæq; aut Arabicæ arboris lachrymam dicendũ. Quod nos tñ facere ausi non sumus: contenti hactenus legentes monuisse. Inclinat.n.aius utranq; legi oportere: fuisseq; antiquã lectionẽ σκυθικοῦ καὶ ἀραβικοῦ: coaluisseq; simul librarioꝝ uitio & medicoꝝ negligentia ut toto hoc opere multa alia: duaꝝ gentium nomina. Vtorq; ad eam opinionem argumento ꝙ hic in medicina utriusq; uires nullo gentium discrimine numerat: quod alii Aegineta q; in primis post egerunt Cuius li.vi. de Bdellio hæc uerba sunt Molliendi uires quæ durata fuerint habet Scythicum & Arabicum Bdelliũ: pcipueq; recens. Arabicum hoc amplius ut urinam pellat; calculos frãgat: & concoctiones adiuuet: quorum priora illa duo ab hoc scriptore pariter docentur. Quod etiam non multo post corrupte legebat̃ παλλιάδης antiquo latino Dios. monente: in quo ueræ lectionis aliqua uestigia nonnunq̃ deprehenduntur: confidentius mutauimus: diximusq; Aspalathi odore. i. ἀσπαλαθώδης: sed hoc mihi cũ aliis cõe sit: tam facile inuentu fuit. Diximus non multo ante de gutturosis eorumq; in anteriore collo tumoribus. Iterum de iisdem certius dicendum. Fiunt in anteriore colli parte tumores: quos βρογχοκήλας græci dicunt ex tumore & gutture facta appellatione; descripsitq; eos his uerbis Paul⁹ Aegineta Grandis in collo & rotundus tumor fit inuento ab interiore parte nomine quam βρόγχον græci uocant; duplex eorum differentia est: alii in adipe tument: qualia sunt quæ in abscessuum genere iidem græci Steatomata dicunt: alii partium illarum dilatatione: qui maiore periculo curãtur: cunctisq; his mederi Bdellium Dios. ait: laterumq; doloribus: non ut Ruellius conuertit intentis laterum membranis: nullo in morbis genere & ridiculo sensu.

Gutturosi
βρογχοκήλη

DIOS. DE Thure. Cap. lxxviii.

1

Ibanon. Romani Thus dicunt. In Arabia quę ob id Thurifera dicta est: nascitur Thus. Primum bonitatis honorem masculũ habet: qđ Stagoniã quasi stillicidiare uocant natiua guttę rotũditate: nullas qđ huiuscemodi est sectiones habet: candido pterea colore: fractumq; intus pingue est: & incensum q̃primum ardet: Indicum subruffo & liuido colore est. Rotundũ opere & artificio humano Thus fit: sectũ.n.in quadrangula fragmenta tũ cõiectũ in fictile aliquod multa uolutatione donec rotundũ fiat circũagit̃. Vetustate quod tale fuerit ruffescit. Vocantq; id stageron aut Entomon. Secũdę bonitatis est quod Orobiã & Melioton appellant: q̃titate minimum: colore uero maxime ruffum. Vocat̃ & Thus aliquod Amomite: candidũ quidem: sed cum fricat̃ mastices modo lentescens. Adulteratur oẽ Thus pinea resina: & gũmi artificio se conformarum: facillime tñ deprehenditur. Gũmi.n.incensum non agit flãmas. Resina in fumũ euanescit. Thus uero q̃primum ardet: Indicat fraudem præterea & odor. Põt Thus omnia hæc: calefacit: adstringit: purgat quæ claritati oculorum officiunt: cõcaua explet ulcera: & ad cicatricem perducit: Cruenta glutinat uulnera: cõpescit oĩa sanguinis pfluuia: & ex cerebri membranis etiam. Lenit sedis & reliquarum corporis partium malefica ulcera tusum: lineamentoq; inspersum: rum ex lacte insertũ: incipientes formicas & impetigines tollit: additis aceto & pice inunctũ. Sanat idem ambusta: pernionesq; cum suillo anserinoue adipe: Manantia capitis ulcera cum nitro exterit: reduuias cum melle: contusas aures cum pice. Contra reliquos autẽ eius partis dolores cum uino dulci instillatur. Prodest & fœminarum mãmis a partu inflammatis cum cimolia creta ex rosaceo inunctum. Miscetur utiliter faucium remediis: & his quæ ad splanchna.i.interanea conficiuntur. Bibitur idem sanguinem ex puentibus utiliter. Verumtamen in sanitate potum furorem facit quem græci maniam uocãt. Quinetiam si maiore copia cum uino bibatur hominem perimit. Crematur Thus in pura testa positũ: accẽditurq; grumo eius ex lucerna accẽso: donec totũ incensum sit: quo tempore operculandum est usq; dum extinguatur: sic enim non

cinerescit

cinerescit. Sunt etiam qui fictili in quo Thus ardet concauum æneum uas ad excipiendam simul thuris fuliginem superponunt: ut mox de fuligine thuris agētes dicemus. Sunt ꝑtereaqui thus in crudum fictile conicientes: lutoq; circumlinētes in fornace cremant. Frigitur & in noua testa ignitis carbōibus superposita: donec nullas agat bullas: nec pinguitudinem: uaporemq; aliquem ex se remittat. Friatur facillime: nec minus etiam quod crematum non fuerit.

INTERPRES.

Ecerunt Theophrastus græcis: Romanis uero Plinius admirabilem thuris historiā uindemiæ: mercaturæq; eius deos & religionē adiicientes: nec male ut uidetur tam honesta rōne peregrinis mercibus parcere hoies docuerunt: ne his quæ ad rem diuinam sanitatē & beatiorē uitam natura fecerat ad uoluptatem turpiter homines abuterentur: fieretq quod deoꝝ aris dicatum esset & medicinæ deberetur: turpissimæ uoluptatis aliqñ lenocinium. In quo nunq̄ satis laudabit eos aliquis: qui humanis moribus sapienter consulētes: quod Plato antea in reip. primordiis nō damnauerat utili & augusto mendacio thuris oēm fortunam rudi illo seculo illustrauerint. Verumtñ nos in scriptore hoc ꝑ sanitate hoīs remedia ex thure tractātes in hac naturæ parte utiliorem: aut certe parem eoꝝ diligentiā desiderauimus: ut quæ nunc minus i eo patent ope & auxilio eoꝝ certius cognosci & aptius instaurari possent. Nunq. n ut Ascreus poeta cecinit si bonus uicinus sit bos homini periret: qui siquid bona salute ulus uenerit: benigne semꝑ defendet: & in ruris labore operis: iumentis: & consilio iuuabit: quod in bonarum artium studiis oīb⁹ optandum & quærendum eaꝝ ꝓfessoribus: ut pluribus quasi testimoniis in unum collatis certior ueritas emergat. In hoc aūt scriptore eo magis: quo alterā hoīs partē curare & excolere ausus & rē assecutus in cōi salutis nostre beneficio laboris sui plures debuerat inuenisse socios. Qui si nūc essent nullo aut minore labore multa in Dioscoridis thure anobis docerentur & instaurarentur. Non tñ cessabimus. Verum conabimur quatenus licebit studio & labore nostro fœliciter uti. Incipiemusq; ab eo quod hic ait. ἔςι δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτομος & nos uertimus nullas ostēdit quod huiuscemodi est sectiones: manifesta significatiōe uocis eius in cunctis quæ secari nequeāt: aut nunq̄ secta fuerint. Estq; Dioscoridi sensus: Thus quod natiuam habet guttæ rotunditatem: carere sectionibus: diciq; ob id Atomum: & a testiculorum figura masculū appellari: primæq; bonitatis esse: qm̄ qd uolutatione: aut (ut Theophrastus ait) sectione in rotunditatem conformatum fuerit: in tanto bonitatis honore non sit: & aliis ab illo differat notis Prima n. thuris laus est in eo quod sponte sua rupto arboris cortice fluxit: & stillicidii rotunda forma in arbore pependit: quapropter & stagonias .i. stillicidiaris dictus est: ςαγόνας. n. græci aquaꝝ stillicidia dicunt: eoq; tota res pertinet: ut ostēdat Diosc ꝙ huiuscemodi fuerit thus nullo artificio hominis sed sponte sua factum ea forma uiderit: quod n. tale non erit adulterinum habēdum: deprehēdiq; posse mutato in uetustate colore hic ipse ostendit Ex his facile est non suspicari illic rōcinarium uitium: sed uelut in aperta luce deprehēsum tenere: quo loco hic ait ἄτομος ἢ ςάγεος καλούμενος & nos uertimus: uocaturq; id entomon siue stageum. Qui n. pōt hoc loco atomon thus dici: quod in alio genere pauloante decretū est: aut quō sectionibus conformatum non dicetur: quod hic testatur in quadrangula fragmenta secari cōiectumq; in fictile usq; dum rotundetur uolutari. Videor itaq; constituere posse nō ἄτομος: sed cōtraria significatione ἔντομον legendum esse: ut rei conueniat nomen: & qm̄ hic ait in quadrangula fragmenta secari: sectionis etiam in nomine significatio sit: indicauit id nobis Theophrastus etiam: qui de hac ipsa re agens eadem quasi uoce usus est dicens ὅ ποιοῦσιν ἂν βούληται ποιεῖν τὴν ἔντομην. Varie præterea legitur quæ in græcis aliquot huic coniuncta uox est: syagros: in aliis hisq; melioribus stageros inuenta. Habetq; prima illa a Syagro Arabiæ promontorio: secunda a destillando rōnem. Nobis in ancipiti potior uisa quæ a destillando facta est. Videtur enim hic duo Thuris genera contrariis appellationibus: aut diuersis saltem inter se discreuisse: cum prius illud stagoniam & atomum. Secūdū uero hoc Entomon & Stageron uocari dixit. Differt autem atomon & entomon: manifesta contrarii habitus significatione Stagonia uero a stagem: quo a stillatitio stillicidium: optionem tñ in stagero legentibus relinquimus: hocne malint: an ab Arabiæ ꝓmontorio Syagron: ita tñ ut non syagron: sed syagrium gentilis nominis adiectiua forma legendū esse id sciant. Quod sequitur deinde in secundo bonitatis ordine Orobias dictum a quantitate nomen inuenit: & ꝙ minoribus guttis concrescat Erui semen non excedentibus sic appellatum est: ὄροβον n. græci Eruum notissima frugem noīant: cuius seminib⁹ & granis pares thuris guttas sic ueteres uocauerūt. Quodq; illi coniunctum est: siue καὶ ὁ ἐν σμίλῳ ut fere in omnibus: siue ut in melioribus καὶ ὁ μιλιωτός legatur diuersam coloris aut loci in quo nascitur rationem habet. Nobis inclinat animus ut a colore sic dictum fuisse existimemus: quando hic statim subiicit quantitate minimum esse hoc thus: & κιῤῥότερον. i. russo colore: quaꝝ uocum altera orobiæ: altera melino i. luteo colori respondere uidetur: cui idem esse credimus: quod hic melioton ait. Quid aūt Copiscus significet: incertum nobis nisi

ἔντομος
ἄτομος

ςαγονίας

κατίζειν

adulterinū ea uoce Diosco. indicauerit: κατίζειν. n graecis ψεύδεσθαι i. mentiri significat. Quo loco deinde hic ait contra incipientes formicas & impetigines cū aceto & pice inungitur: in plerisq; graecorum cū rosa. eo ēt inuenitur tria q; deinceps numerata sunt: acetū: rosaceū: & pix: & si Paulus Aegineta capite de formicis his aceto tm̄ utatur. Coacti sumus nō multo post negationē illic restituere ubi de cremando thure hic agit: in quo nunq̄ satis demirari alios interpretes possum: qui non senserint: cū praecipiat Dios. incēsum & ardens thus operculari usq; dum extinguatur: ideo id iubere nē cinefiat thus sed crematū integrū permaneat: ut in carbonibus ad ignem seruādis fieri quotidie uidemus: qui igniti terra operiuntur: nō. n. thuris cinerē sed crematū thus quaerit hic scriptor: eadē rōe qua multa alia ad augēdas eorum uires cremari iubent: & ut cōsumpta igne pinguitudine eius oī meliorescat qd' medicinae utile in eo est: reiq. necessitas id facile ostendit q. n. ardentia operiuntur: subsidentibus flāmis quāptimum ardere desinunt: & quo cocturae peruenerant illic extincta inueniuntur: nec aliud iubetur q̄ incendendū esse thus: & cū tot incensum erit quod oculis patebit cū flāmas agere desierit: tunc donec extinguatur operiendū esse: sic. n. non cinefiet: nā si cinefieret: oēm amitteret usum: idq; ēt pbatissimus mihi codex habet: οὕτω γὰρ οὐκ ἐκτεφροῦται: quod est sic. n. nō cinefit. Credim⁹ ēt in extremo capite male legi θρύπτεται δὲ δυσχερῶς: μὴ καπνιζόμενος. rei enim nō rn̄det sensus, Non. n. facile ob lentorē & pinguitudinē suā friatur non crematū thus: ut indicant uoces illae: sed q igne oē id unguen amiserit & coctura aridius factum fuerit id facillime friatur: uideturq; nobis perfectae cocturae Diosc. hanc notā legentibus ondere uoluisse: eāq; ob cām ex hoc sensu redditus locus a nobis est. In uerrucarū gn̄e postremo sunt quas nos formicas diximus: de quibus antiquiores graeci sic tradiderunt: exiguas esse in cute excrescentias callosas: & plerunq; rotundas: Idq; inter acrocordona quae pprie uerruca est & formicā hanc discrimen esse: q formica latiore basi & sessilis est: uerruca angustiore, & pensilis: ratoq; haec una tm̄ eodē tēpore nascitur: uerum copiosior maximeq; in pueris: illa a notissimo insecto nomen inuenit q in scabēdo & attritu mordentis formicae sensum faciat: haec uero ἀκροχόρδων a graecis ideo dicta est: q cordae nexu suspēsa pendere uideatur. Descripsit ultimā hanc Galenus in diffinitionibus suis dixitq; ἀκροχόρδονα idest uerrucā esse rotundā eminentiā in cute quae basim habeat angustā. Dicendū nobis hoc loco ēt quae nā graeci σπλαγχνικὰ φάρμακα dicunt & nos uertimus Et his quae ad splanchna. i. interanea exta cōficiuntur: pro quo nouisse oportet graecis σπλάγχνα esse quae latinis exta sunt: uitaliora. s. interanea: qualia sunt cor: pulmo: iecur: & si qua alia in caesis uictimis aliquid quodā significabāt: Aruspicinae. n. prima illa uox fuit: qua cunctas eas partes in aīalibus simul significarent: trāslata deinde ad partiū in aīalibus historiā & medicinā uox est: melioraq; & utiliora interanea oīa eorum extorum appellatione indicata fuerunt. Obseruauimus nostri iecur plerūq; ea uoce intelligi. Id n. maxime obseruari in aruspicina praecipiebatur: Decernit itaq; Dios. misceri utiliter thus medicamētis his quae contra mala in extis nascentia cōficiuntur: una uoce cōplexus multa & diuersa morborū gn̄a: in quibus oportebit medicum ex thuris uiribus discernere quae eo remedio curari debeāt & possint: nec obliuiscetur qd' diximus obseruasse nos solū iecur extorum appellatione plerunq; intelligi: quod licet unū sit: in plures tn̄ diuisum partes ueluti bacinias multitudinis numero augeri potuit: Et si id sit certiora illi oīa in uno hoc erunt. Suspitio tn̄ & coniectura non decretū legentibus hoc sit.

Formica

ἀκροχόρδων

σπλαγχνικὰ φάρμακα

Exta.

σπλάγχνα

DIOS. DE Thuris cortice. Cap. lxxix.

p

Hleon. Romani Thuris corticē dicūt. Excellit bonitate in thuris cortice q crassus: pinguis: odoratus: recensq; est: in quo laeuor sit: nulla scabrities: aut mebranae tenuitas. Adulteratur pini aut piceae cortice. Veruntn̄ & haec deprehēdit ignis: Caeteri siquidē cortices accēsi nō ardēt: sed sine odore in fumū euanescūt: thuris aūt cortex accēditur & cū suauitate odoris ardet. Crematur cortex hic ēt thuris mō: thuriq; easdē uires hēt: efficaciores tamen & maiore adstringendi ui: eamq; ob cām sanguinē expuentibus bibitur. Foeminarū uero fluctionibus utiliter subiicit: facit idē ad oculorum cicatrices: concauaq; & sordida eorum ulcera. Frigitur idem contra palpebrarū scabrities efficacissimum.

INTERPRES.

n

On male Thuris corticē corticosum Thus dixerit aliquis: qd' n. in eo laudatur & medicinae inseruit Thus est: quo nisi turgeat cortex: inutilis erit: non ideo tn̄ sic intelligenda res ut ex quacūq; parte arboris corticē hic laudet: sed ex ea tm̄ in quā interioris lachrymae impetus ingruerit: ruptoq; cortice destillauerit: quo loco oē qd' in arbore haesit ferramento q; auulsum corticis aliquā crustam secū detulit thuris cortex dictus ē: q multo humore praegnans a thure non magnopere differt: ideoq; medicinae utilis est. Ea crusta lachrymae coniuncta: simulq; allata a medicis in proprios quos hic docet usus a thure separabatur: priua-

timq; a Thure aliquid magis minusue poterat: quemadmodũ eiusdẽ thuris manna: de quo mox agemus. Tria.n. hæc simul plerunq; in officinis & earũ acerris inueniuntur: thus: cortex: & cõtussu elisæ thuris micæ: quas latini ueteres: aliqñ manna: aliqñ pollinẽ thuris dixerunt: substantia idem aut nõ penitus aliud: aspectu aũt & rei euẽtu diuersa. In medicina nõ omittemus hoc loco quas nã nos fœminarũ fluctiones diximus græci ῥοῦν addita coloris diuersitate appellãt nigras uerbi cã: rubentes: albas: pallentes: aquosas ue fluctiones. Ea latini aliquot eõi mensiũ appellatione: addita tñ coloris eadẽ diuersitate: sed parũ fœliciter ut nobis uidetur uocauerunt; neq;.n. mẽses uere sũt. Sed ex fœminarũ locis ad multũ tẽpus destillationes toto se illac purgãte corpore: ea semper specie & aspectu quale est quod abundat & purgatur: indicatq; rubor sanguinis ἰχῶρα illum quẽ non multo ante descripsimus. Nã si qualis ex aperta uena solet sanguis fluit: suspecta esse debet locorũ illorũ corrosio aliqua: Candor pituitã: eodẽq; mõ in aliis. Longius eas oẽs in diffinitionibus suis Galenus ꝓsecutus est: singulas per colorũ gñа diffiniẽs & oibus priuatim suas notas & euẽtus assignans. Estq; illud oibus cõe: esse fluctiones has per muliebres locos diutinã humoris destillationem quæ purgante se ea parte humore illo fiat Numerauitq; Galenus in fluctionibus his rubentẽ: candidũ: ruffum: & nigrũ colores. Paulus Aegineta his addidit pallidũ & aquosum. Dicemus ẽt quæ nã hic oculorũ κοιλώματα dixit & nos uertimus cõcaua eorũ ulcera: quæ a Galeno in Isagoge sua sic descripta sunt. Dicunt aũt in oculis κοιλώματα.i. concaua ulcera: quæcunq; rotũda & cõcaua: tuuis latiora circa irim oculi fiunt. Sũt aũt in oculis uuæ ex eodẽ ulcerũ gñe de quo, cũ primũ licebit copiosius dicetur.

Mãna thuris. pollen thuris cortex thuris Fœminarũ fluctiones

κοιλώματα Cõcaua oculorũ ulcera Vuæ oculorũ

DIOS. DE Manna siue Polline Thuris. Cap. lxxx.

m Anna. Romani Manna & Pollinẽ Thuris dicunt. Probatur thuris Manna quæ candida: pura & thuris micis grumosa est. Thuri easdẽ uires hẽt in efficaciores tñ. Adulteratur admista cribrata ex picea arbore resina & farinæ polline: aut tuso thuris cortice: quæ omnia igne deprehenduntur. Neq; enim adulterata pariter æqualiq; motu: sed fumosa & in pura aeris uaporatione ardet: odoris præterea suauitas misto alieno halitu sentitur.

INTERPRES.

d Iximus superiore capite oẽm thuris substãtiã in antiqua medicina trifariã diuidi in thus: corticẽ thuris: & eiusdẽ mãna: nec aliud est qđ nũc dicamus: q̃ uoce hac in thuris puluere tñ ueteres usos fuisse: satis rem Plinius descripsit cũ ait esse concussu elisas thuris micas: quæ attritu glebarũ in acerris subsiderent: a cõcussu græci ẽt ὑποσεισμα dixerunt: nihilq; illi simile cõmune ue est. cũ aerio melle: qđ posteriores a sacris hebreorũ litteris accæpta similitudine mannam dicunt in alio genere & diuersa potestate rem: illi.n soluendi: huic adstringẽdi uis est. In quo cauendũ ne similitudine nominis decipiatur aliquis in antiquis quibus in thure semper: in aerio aũt melle nunquam usus eius uocis fuit.

DIOS. DE Thuris fuligine. Cap. lxxxi.

a Ethalẽ. Romani Fuliginẽ dicũt. Thuris Fuliginẽ sic facito: thuris grumos sigillatim exiguo tenace apprehendẽs ex lucerna accẽdito: & in cõcauũ: picatũ nouũq; fictile accensos deinceps conicito: tũ superposito conuexo in medioq; ꝑforato & diligẽter exterso æneo uase: fictile illud opito: ex altera eius parte aut utrinq; lapillos altitudine q̃tuor digitorũ illi subiiciẽs ut uideri possit an thuris grumi illi ardeant: & locus pateat unde alii subinde coniiciantur. Antequã deinde primus penitus extinguatʳ grumus: alios superadiicito donec satis fuliginis collegisse te credas. Continue ẽt spongia ex frigida aqua terga & extimas aheni partes abstergito: sic.n. nõ magnopere calente aheno firmius fuligo omnis hærebit: quæ alioquin leuitate sua decidua fauillæ thuris inutilis facta misce bitur. Derasa igitur prima fuligine idẽ usq; dum libuerit facito: cremati thuris cinerẽ seorsum semp abiiciens. Lenit fuligo thuris oculorũ inflãmationes: cõpescit eorũ destillationes. Repurgat eiusdẽ partis sordida ulcera: concaua explet: & carcinomata cõpescit. Cunficiuntʳ eodẽ mõ: & ex myrrha: resina: & styrace fuligines iisdẽ accomodatæ & utiles. Ex reliquis præterea lachrymis fuliginẽ pariter excipito.

INTERPRES.

καπνὸς
αἰθάλη
λιγνὺς
ἀσβόλη
Fumus
Fuligo

P Luribus ut obseruasse facile fuit fumos: & hærētes ex eo parietibus & tectis fuligines græci appellationibus discreuerunt καπνόν: αἰθάλην: λιγνύν: καὶ ἀσβόλην dicentes: nos fumi & fuliginis tm̃ appellationibus omnia indicamus: eamq; ob cām non licuit alia q̃ fuliginis uoce Dioscoridis αἰθάλην uertere: quæ eo differt ἀπὸ τοῦ καπνοῦ. i. fumo: q; fumus crassior nigriorq; & ex materia nondū fulgente flāma: aut ea desinente surgit: αἰθάλη uero hæc tenuior leuiorq; nihil aliud est q̃ ignis & flāmæ impetus: qui qm̃ fumi modo nigra contactu suo reddit quæcūq; lambit fumus ēt dicitur. Eodem modo & fuligo a nobis dicitur tam quæ a græcis ἀσβόλη a fumo facta est q̃ quæ λιγνὺς a flāma alicubi concrescens. Et qm̃ omnium idem consequens & euentus est nigredo. s. & concrescens eo colore materia aliqua: ideo in græcis etiam quorum est ditior lingua: promiscue pro fumo fuligineq; omni uoces illæ in usu sunt. Apollonius in argonauticis suis λιγνὺν appellauit fumum: qui ex attritu lignorum inter se fieret: cum deducta ab argonautis in pelagus argo naui cecinit ὡς δ' ἄρ' ὑπὸ πραπίδι στιβαρῇ στενάχοντο φάλαγγες τριβόμεναι περὶ δ' ἔσφιν ἀΐδ' ἐκ κηκὶς λιγνύς. Quod in torno fieri quotidie etiam uidemus: cum colore nigro lineas segmentaq; operib⁹ inducere uolentes attritu alterius ligni: citataq; illa uertigine: colorem fumi simul & fumum excitamus. In oculoꝝ aūt morbis carcinoma maleficum ulcus est: carbunculo: qui in ea parte fit a Paulo Aegineta in descriptione coniunctum: fieriq; ait in cornea eius tonicula rubere: tunicatumq; dilationem & dolorem habere qui pungat: & usq; ad tempora pertineat: incurabileq; esse: & si multa & ille remedia contra id eodem loco statim decernit. Est illud postremo cogitandum quod hic de omni fuligine agens ait. Iisdem accomodatæ & utiles: an iisdem quibus fuligo thuris deseruiāt: an iisdem quibus ea ex quibus confectæ sunt: quod uero similius est & nos magis probamus.

Carcinoma oculi

DIOS. DE Picea. Cap. lxxxii.

P Ityn, Romani Piceam dicunt. Nota arbor Picea: ex eodem genere theda est specie tm̃ diuersa. Adstringit utriusq; cortex: Interriginibus utiliter tritus inspergitur & ulceribus in sūma cute: ambustisq; cū spuma argenti & thuris manna. Idem ceratis Myrtheo oleo coactis additus in teneris corporibus ulcera ad cicatricem perducit. Quæ serpunt cum atramento sutorio tritus compescit: fœtus & secūdas suffitu pellit. Aluum sistit potus & urinam cit. Vtriusq; etiam folia concisa illitaq; uulnerum inflāmationes leniunt: & tuta ab inflāmationibus ea seruant. Concidūtur eadem: & in aceto coquuntur: calidoq; eorum decocto utiliter in dolore dentes colluuntur. Bibuntur hæc ipsa etiam iocinorosis utiliter drachmæ pondere cum aqua: mulsaue aqua. Idem possunt pini etiā pota cortex & folia. Omnium materia minutatim concisa & in aceto decocta dentium dolores sedat: si qua parte dens dolet decoctum id ore contineatur. Quinetiam dēsandis in confectione acopis pessulisq; eadem omnium materia apte utuntur. Colligitur ex incensis omnibus fuligo ad atramenti librarii confectionem. Quę honestādis palpebris etiam inseruiet: erosisq; oculorum angulis & glabrescentibus: simulq; nascentibus aliis palpebris: & oculoꝝ lachrymarionibus. Pityidas uocāt græci thedæ & piceæ fructus: qui in conis. i. nucibus earum inueniuntur: habētq; adstringēdi & calefaciēdi aliquā uim: tussibus utiles & pectoris uitiis per se & cum melle sumpti. Purgari uero pineæ nucis nuclei in cibo sumpti: aut cum passo & cucumerum seminibus poti urinam cient: uessicæ renumq; acrimōias hebetant. Stomachi erosiones leniunt cum portulacę succo sumpti. Infirmitatem uirium roborant: corruptos humores retundunt. Totæ uero pineæ nuces ab arbore decerptæ recentesq; contusæ & in passo decoctæ uetustis tussibus & tabi quam phthisim dicunt accomodatæ sunt: sic ut ex eo decocto trini quotidie bibantur cyathi.

INTERPRES.

P Iceam & congeneres illi arbores quasdam in huius scriptoris historia Thuri statim coniunxit quoæ in Piceæ resina interuenit gemma: tam thuri similis: ut mista uisu discerni nō queat: ideoq; ex ea fraus illi quondam fieret & adulteraretur: quod siue religioni colēdoq; numini: siue medicinæ inseruiat: integrum & incorruptū seruari omnino debuit. Quod hic intelli-

gens post ueri Thuris historiã thuri similẽ resinã fundẽtes: unde adulterari id posset arbores do cuit: piceã: thedam: pinumq; & earũ nuces: in qbus simile thuri colore & odore cõcretum & hæres aliqd passim inuenitur: ne reprehenderetur in eo quod in aliis hic a principio damnauerat: qui male quæ disconuenirent coniunxissent: & cognata a congeneribus suis separassent. Sed ab hoc ue luti legitimo quodam principio: mastichem: resinasq;, & pices omnes sequaci & continuato histo riæ ordine deinceps doceret: quarũ tanta est in destillando similitudo: & arborũ resinã destillantiũ tam multa in natalibus: earũq; appellationibus mistura: ut nihil in Theophrasto: Plinioq; & aliis ĩ certius legat: aliis aliis tẽporibus eiusdem cei nõ iisdẽ appellationibus utentibus: & inuicẽ eas com mutantibus. Nos diligenti obseruatione eorũ quæ Theophrastus & post eũ Plinius: amboq; pluri bus locis tradiderunt: græcã pityn tuto & cõi oĩum in ea uoce consensũ piceam uertimus & πεύκην thedam eo præter multa alia argumento usi: quod hic ipse scriptor non multo post hæc de liqda pice dixerit συνάγεται μὲν ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πεύκης καὶ πίτυος: quod est colligi præcipue picem ex pinguissimis lignis peuces & pityos. Quod totum Plinius pariter indicauit: copiosiorem resinam & liquidam picem fieri ex theda & picea testatus: poterat & multis aliis argumentis idẽ cõ firmari: sed nos his quæ in Theophrasto: Plinioq; & græcis: latinisq; aliis legi possunt cõmentatiões has nostras impudenti alienarũ opum coaceruatione augere nolumus: poterunt uolentes lib. xvi. ca pite. xi. Plinium & Theophrastum omnibus fere libris de plantarũ historia uisere: omniaq; cognata rum arborũ discrimina in tam grauibus scriptoribus certius cognoscere: & cognita grauius censere. Scio. n. fore qui secus forte & aliter q̃ nos hæc iudicabũt: sed nos libenter omnibus censendi in tam multiplici re arbitrium relinquimus: ea tñ lege ut meminerint nihil in histam certo argumẽto ali quo posse cõstitui; ut nõ aliud ẽt aliis argumentis & aliis auctoribus indicari possit. Nobis placuit quod Hippocrates præcæpit in desperatæ salutis malo nullam debere medici diligentiam & ope rã esse. Monuitq; in eo nos Plinius qui sua ætate ẽt testaret non satis constare auctoribus qd' cuique generi in his arboribus tribuẽdũ eẽt: tãta tũc erat rerũ & auctorũ icerta historia: tãtaq; similitudo & natalũ in his arboribus mistura. Quod deinde Dios. ait piceæ thedæq; corticem in teneris corpori bus ulcera ad cicatricem perducere: τρυφεροχρώτων. Enon ad genus uitæ tñ: ut Ruellius uertit: sed ad illud & sexũ: & ætatẽ referendũ etiã est: pueros inquam & in delitiis & umbra agẽtes quales fœ minæ sunt; eorumq; corpora: sic. n. antiquiores græcorũ medici usi ea uoce sunt: ἁπαλοσάρκα καὶ σκλη ρόσαρκα. i. teneræ & duræ carnis ex ætate sexuq; & delitiis appellãtes. Sic Paulus Aegineta capite de uulneratis neruis uocibus illis usus est. Diu post hæc nos torsit quod in græcis omnibus legit; πά- θημα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται εἰς ἀκόπων σκευασίας καὶ πεσσῶν ἐπιτήδειος. Et nos uertimus; Quin etiam dẽlan dis in confectione acopis pessulisq; eadem omnium materia apte utuntur: cõcinniore sensu q̃ si ru de: quæ ad subigendum liquida notissimum instrumentum est ex his arboribus facta; subigi i cõ fectione ea dixissemus: pro quo sensu non πάθη fœminino genere: sed neutro πάθημα legendum illic erit: est autem πάθημα ut græcorum lexica indicant πύκνωμα. i. densatio: factaq; uox ea est q̃ quæ telarum mõ texuntur cultellata; huiuscemodi spathe percutiuntur: percussaq; densantur: ex qua similitudine hic ait harum arborũ materia densari acopa & pessulos. Non tñ reiicimus dãna musq; omnino aliam illam lectionẽ. Potuit. n. antiquitas in his quæ ad acopa & pessulos coqueren tur rude ex his arboribus facta uti: sed illa aptior uisa sententia est; quã si nõ admiserit aliquis ali am illam arbitrio suo sequatur. Sunt. n. in eodẽ hoc scriptore multa huiuscemodi: quale est qd' in scissili lacte postea docebit; recenti ficulneo ramo subigendũ esse & plura his similia alia. Nõ omit tẽdũ hoc loco ẽt qd nobis significet: quod in extremo fere capite diximus. Arborũ huiuscemodi fu liginẽ honestandis palpebris inseruire; non satis certum nisi apertius doceatur oculorũ uitiũ seu ma lum. Sciendũ itaq; græcos βλέφαρα dicere: quæ nos cilia utrinq; oculũ in somno & in occursu noxæ alicuius claudentia appellamus; & βλεφαρίδας quas nos palpebras in extremo ciliorũ margine na tos pilos; quibus in uidendo lucis nostræ radii diriguntur. Cuius id certum inditiũ est q̃ deciduis his aut ruptis neq; recta neq; in longũ ut antea uidemus. In palpebris his naturæ uitio labes aliquæ fiunt: pediculationes: defluuia: alter tertiusq; aliqñ pilorũ ortus & ordo: pluresq; aliæ medicis no tissimæ: earum quædam sic nocent: ut medicorũ ope indigeãt: aliæ meliorem illam uultus nñi par tem dehonestant tñ: nec facile negligũtur ab his quibus formæ & decoris studium est; tã altæ mu lierum animis aliqñ insitum; ut quos natura parum gratos palpebris earum colores dederit lenoci nio aliquo mutare conentur; fuitq; quõdã tñ in ea re studiũ; ut eius rei ars & artis p̃cæpta obseruati onesq; multæ adhuc in antiquis scriptoribus legantur: præcipueq; in græcis qbus frequens uox ẽ καλλιβλέφαρα una appellatione & malorũ remedia & formæ lenocinium in ea parte appellãtibus. Ideoq; Plinius quale erat malũ in quo remedio opus esset; sic eã uocem uarie uertit modo glutinã dis: modo replicandis: modo honestandis: modo circumliniendis palpebris dicens. Nos ex tã mul tis id elegimus quod lenocinio formæ & uitiorũ remediis pariter responderet: diximusq; honestan dis palpebris inseruire fuliginem &c. ex cõmuni honoris euentu qui ĩ uultu & oculis fiat curato ui tio; & ad speciosiorem formam restitutis palpebris: quod ea lege tñ excipi a legentibus uolumus ut ex uiribus remedii ad utranq; partem seruatum sibi iudicium esse meminerint. Diximus eodẽ loco glabras simulq; nascentes alias palpebras: eiusdem partis labem quam græci πτίλωσιν & πτίλα

πίτυς
πεύκη
τρυφερόχρωτον
ἁπαλόσαρκον
σκληρόσαρκον
πάθη
πάθημα
Honestatio palpebrarũ
βλέφαρα
Vitia palpebrarum
καλλιβλέφαρα
Glabræ Simul nascẽtes palpebræ

βλεφαρα dicunt: quod malum in Isagoge sua Galenus his uerbis descripsit magis q̃ diffiniuit. Fit ptilosis in oculo cum aliæ subnascunt palpebræ: quæ uero naturales antea erant: defluentes fractæ ue dolores his quæ punguntur similes faciūt. Ab auibus & earũ pennis græca illa uox facta ē: πτίλα enim pprie dicuntur in ea gente quæ lanugines magis q̃ pennæ statim exclusos pullos uestiūt: quibus deinde cum incremento auis pereuntibus legitimæ oriuntur pennæ. Consimiliq; rōne annuã in auibus plumæ pennarumq; omnium mutationē πτίλωσιν aliqui ex græcis: & comparatam pennis plumam; hanc πτίλα: illas πτέρα alii dixerunt. Quo utroq; exemplo græci id malum in oculis uocauerunt: quia s. mutarentur & mutatis aliæ subnascerentur.

DIOS. DE Lentisco. Cap. lxxxiii.

Chinon. Romani Lentiscum dicunt. Nota arbor Lētiscus est: tota adstringendi uim habet; siquidem fructus: folia: ramorũq; & radicũ cortex æquali potestate sunt: Exprimitur succus ex radice: corticeq; & ex foliis in aqua ad multum tempus decoctis: tum a coctura refrigeratis & abiectis: rursusq; ad crassitudinē mellis decocta aqua. Bibitur utiliter ob adstringendi uim quam habet contra sanguinis excreatiões: fluores alui: intestinorũ tormina. Bibitur itidem pari utilitate contra sanguinis ex fœminarum locis pfluuia: procidētesq; uuluas & sedes: licetq; in uniuersum pro Acacia & hypocistide eo uti. Pōt eadem & ex foliis expressus succus. Fouentur eorũ decocto etiam ut impleantur quæ non implentur & durentur in os quæ non durantur. Fœminarum fluctiones cōpescit. Auertit quæ pascendo serpunt: urinam cit: utiliter mobiles dentes eo colluuntur. Viridibus ex Lentisco dentifriciis pro harundinea acu fricatione dentes utilius exteruntur. Fit præterea ex Lentisci semine oleum quod adstringēdo est: his quæ adstringenda erunt præcipue accomodatum. Nascitur & ex Lentisco resina quæ ab arbore lentiscina: a quibusdam uero Mastiche appellatur: potu cōtra sanguinis excreationes & diutinas tusses utilissima. Stomacho accomodata est & ructus mouet. Miscetur his quæ exterendis dentibus conficiuntur & circũlitionibus uultus nitorem afferens. Glutinandis palpebris eadem utilis est. Cōmanducata oris halitum cōmēdat: & gingiuarum tumores reprimit. Plurima & probatissima nascitur Mastiche in Chio insula: bonitateq; in ea antecedit quæ pellucet: & Tyrrhenæ ceræ cādore suo similis est: crassa friabilis & odorata. Quæ contra uiridis deterior. Adulteratur mastiche admistis pinea resina aut thure.

INTERPRES.

Otior q̃ nunc sit quondam Lentiscus fuit: & si testante id Plinio Ciceroni credendũ est: rusticæ plebi necessaria: quæ cœli & in eo sydeɣ imperia arandi: suorũq; operũ auspicia ex ppinqua arbore certius cognoscere posset. Nihil. n. nobis occultum natura in disciplina rutis esse uoluit. Vtq; agendaɣ aliaɣ reɣ decretoria nobis tempora certo aliquo īditio indicauerat: sic etiam Lentisci triplici fœtura tria arandi tempora monstrauit. Notissimi omnibus Ciceronis uersiculi sunt. Iam uero semper uiridis semperq; grauata. Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu. Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi. Quam ob causam uerisimile est in honore ruris quondam hanc arborem fuisse: quæ agrum colentibus p cœlo & mathematica ephemeride esset; cognita omnibus & ubiq; ante uillam consita: nunc coriariis tantum conficiendis pellibus folia eius inseruiunt: & dentifriciis materia. Quondam plures & meliores in sanitate & morbis usus habuit: quos omnes ne longius ab opere hoc nostro discedamus consulto relinquemus: agentesq; rem nr̃am: primũ illud monemus quo loco hic ait fieri succum ex foliis ad multũ tēpus decoctis tũ a coctura refrigeratis & abiectis non legi ubiq; refrigeratis: sed abiectis tm̃: nos aũt illud adiecimus in probatissimo omnium codice inuentum in quo legebatur μετὰ τὸ ἑψη-θῆναι καὶ ψυγῆναι τῶν φύλλων ἐκ-ποδισθέντων. Quod deinde non procul a fine in græcis legitur αὔξησε καὶ πυῤῥὰ καὶ εὐώδης καὶ ἀπαλής uitiosum nobis uidetur: credimusq; abũdare secondam illam uocem πυῤῥὰ, aut aliam quondam fuisse: aduersatur enim superioribus: nec potest aliquid simul candidum quo colore hic masticen & alii omnes laudauerunt: & πυῤῥὸν. i. rufum coloreq; ignis esse: eam ob causam nos eam expunximus non inuenientes quã similē illi aliã uocē substitueremus: ibi-

demq; mõstrante id re ipsa in fraude & adulterio mastiches resinæ pineã adiecimus sic in melioribus græcis legentes: disiunximusq; thus & pineam resinam eadẽ ueterũ codicũ fide admoniti: qm̃ alterũ satis esset: nec oĩs resina id præstare posset: sed pinea tm̃ quæ colore candido in cõcolori mastiche facilius falleret. Diximus deinde in medicina & uiribus lentisci decocto eius impleri q̃ non implentur: caua ulcera quæ expleri oporteat intelligentes: & in os durari quæ non durantur: succedentẽ ruptis ossibus cicatricem illam significantes quã græci producta p[r]ima πῶρον dicunt in lapidis duritiem concretam aliqua parte corporis materiã: quæ ubi natura os exigit necessario quærẽda: ubi contra naturã ea concrescat medicamentis disiicienda: pro qua sciendum est πῶρον græcis esse in genere terreni quod durissimum & solidissimũ sit: ideoq; passim a latinis græcum πῶρον tosum dici q̃ id terreni gen⁹ oĩum durissimũ sit. Ex ea similitudine in corporibus nr̃is græci πώρους dixerunt lapidosas durities q̃ ex podagris articulari ue malo in articulis uel per se in aliis partibus cõcrescũt. Sic Galenus in Isagoge sua rẽ descripsit. Aristoteles uero li. iii. de aĩalũ historia de sanguine agens ait eo putrescẽte pus fieri: concalescenteq; pure porũ. i. lapidosam duritiẽ huiuscemodi. Porro de poris his ẽt longius Paulus Aegineta egit in articulis fieri ostendens crasso terrestriq; humore illuc per se ingruente: aliqñ autẽ ex medicamenti alicuius usu quod multa discutiendi: siccandiq; nulla aũt molliendi ui fuerit. Verũ non de his hoc loco agit Dios. sed de eo poro qui deficiente alicubi osse quærendus & augendus sit: ut quod naturæ deest hoc remedio instauretur. Quam diximus præterea acum harundineam nihil intelleximus aliud q̃ in purgandis a cibo dentibus acuminatam harundinis festucam: pro qua ex lentisco facta usi ueteres sunt: & nostra ætate adhuc elegantioris uitæ homines utuntur. Nam καλαμίδας græci p̃prie dixerunt acus ex harundine factas q̃bus mulieres cincinnos & uelamẽta capitis firmarent: qd nũc æreis aut argenteis fit.

caua ulcera
πῶρος

καλαμίς.

DIOS. DE Terebintho: & resinis omnibus. Cap. lxxxiiii.

t Erminthon. Romani Terebinthum dicunt. Nota arbor terebinthus est. Eius folia: fructus: & cortex adstringendi ui quã habẽt iisdẽ omnibus quibus & lentiscus præparata pariter & sumpta utilia sunt. Estur fructus eius: stomacho tñ nocet: ciendæ urinæ: & calefaciendo aptum: Venerem idem adiuuat: & contra phalangiorũ morsus utiliter in uino bibit̃. Quæ ex Therebintho destillat resina ex petræa quidẽ arabia affertur. Nascitur tamẽ & in Iudæa. Syria. Cypro. Aphrica: & Cycladibus insulis: quæ una bonitate alias uincit: magis translucida: cãdida: colore ad uitreum & cyaneum inclinato: odore Terebinthi. Antecedit resinas oẽs alias terebinthina: post hanc lentiscina est: quam mastichen nominant: tum quæ ex picea destillauerit & abiegna. Post has numerantur quæ ex theda fluxit: & pinea. Mollit resina omnis: calefacit: disiicit collectiones: repurgat. Tussientibus & tabidis in eclegmate per se: aut cum melle accomodata: pectoris uitia etiam purgans. Vrinam eadem cit: maturat: & aluum mollit Glutinãdis palpebris utilis est. Et contra lepras cum ærugine: atramento sutorio: & nitro inungitur. Contra saniẽ uero destillantes aures: & naturalium prurigines ex oleo & melle: miscetur eadem emplastris malagmatis & acopis. Quinetiam lateris dolorib⁹ succurrit per se inũcta & imposita. Nascitur & liquida resina ex arboribus picea & theda quæ ex Tyrrhenia & Gallia affertur: Eadem ex Colophone Asiæ quondam afferebatur: unde & Colophoniæ nomen inuenit. Affertur liquida & ex Galathia q̃ ad Alpes est: quam gentis suæ uocabulo regionis eius incolæ larignam dicũt: egregiæ bonitatis contra diutinas tusses in eclegmate & per se: colore inter se differunt hæ etiam. Est enim quæ candida: quæ olei: & quæ mellis colore sit: qualis larigna ẽ. Nascitur & ex cupresso liquida resina ad omnia eadem utilis. In siccæ resinæ genere pinea etiam est & abiegna: nec non ex theda: piceaq;. Eligito in omnibus his odoratissimam: pellucentem: non adeo aridam: neq; humentem: friabilem: & ceræ similem. Bonitate omnes uincunt quæ ex picea & abiete destillarunt: odoratæ enim sũt & thuris similes. Afferuntur & ex Pityusa insula quæ ad hispaniam est egregiæ bonitatis resinæ. Ex theda autem pinu & cupresso minore efficacia & ignauiores sunt: nec pares aliis uires habent: licet ad omnia eadem in usu sint. Lentiscina tamen te-

rebinthinæ respondet. Coquitur liquida omnis resina in uase quod quadruplo ad infundendi humoris quantitatem captu sit: oportetq; resinæ unum: cœlestis uero aquæ congios duos in ahenum conicientes in prunis leniter coquere: continueq; miscere donec odorem omnem amiserit: friabilisq; facta siccescat: & digitis in attri/tu non repugnet: refrigerata deinde in fictili non picato uase seruanda est: Quæ sic cocta fuerit resina candidissima erit: prius tamen oportet liquaram resinam per colum aliquod traicere: ut quod in ea sordidum est secernatur. Cremantur & sine aqua resinæ in prunis leuiter primum. Cum uero in eo sunt ut dẽsentur raptim & si/ne intermissione copiosi subiciendi carbones: triduumq; cum suis noctibus indefi/nenter coquendæ sunt: donec quales præmonstrauimus fiant: tuncq; ut dictũ pau/lo ante est reponendæ. In siccis satis erit integram diem coctas reponere: Vtiles co/ctæ resinæ sunt malagmatis & acopis: colorandisq; unguentis. Colligitur ex resina fuligo etiam eodem quo ex thure modo honestandis palpebris utilis: corrosis ocu/lorum angulis: palpebrarum ex corruptione defluuiis: & oculorum lachrymationi/bus: Fit & ex resinæ fuligine atramentum librarium.

INTERPRES.

q Via lepidissimo græcorum comico: in fabula cui titulus equites est fingũtur non Athe/nis clari quondam uirtute ciues: sed e plebe domino seruientes Nicias & Demosthenes aduersam in seruitute sua fortunam: & quæ a conseruo paphlagone iniuste quotidie paterentur audiente omni populo lamentantes: iconiam & ubiq; præsentem imaginem legentibus eorum ostendunt: qui ex alieno labore & opere gratiam sibi & gloriam inter homines quærunt. Solo. n. theatrali risu & plausu differt quod illi dolebant: subtractam a conser/uo sibi placentam a seipsis elaboratam: dominoq; pro sua appositam: & inuentam illi ex alieno la/bore herilem gratiam: ab his qui in publica priuata ue re socialiq; omni uita hac nostra: alienis iis/demq; furtiuis coloribus rem suam exornant: quales fuisse semper multos tam cæca & audax am/bitio est: conicere & pro comperto habere licet. Et si ex historia desint exempla: quæ in bonis arti/bus & humanioribus studiis ætate nostra a multis facta & edita sunt: satis fuerint ut intelligam' ex/tremæ iniustitiæ esse sua gloria defraudare aliquem: nec magis aliquid in homine laudandũ con/stanti studio perpetuaq; illa iureconsultorum uoluntate reddendi unicuiq; quod suum est: uindi/candiq; a priuata seruitute: quæ commumia omnibus eorum auctores esse uoluerunt. Non pigebit itaq; Theophrasti manibus & nomini hanc gratiam habentes: ex quo cuncta diuersis locis de Tere/bintho ab eo tradita præterito eius nomine Barbarus pro suis in corollarii cõmẽtationibus edidit: græcam eius scriptoris de Terebintho: mox latinam omnem historiam huic capiti adicere: ut pos/sint uolentes quod testati paulo ante sumus aperte cognoscere: obiterq; intelligant græcarum litte/rarum peritiores in uertendis græcos hoĩs nescio celeritatem an negligentiam potius dicã: qui inter cætera, θυωδέστερον sulphurosum uerterit. Hæc igitur Theophrastus primum libro tertio. τέρμιν/θος δὲ περὶ μὲν ... mox eodem libro: τῆς δὲ τερμίνθου τὸ μὲν ἄρρεν· τὸ δὲ θῆλυ· τὸ μὲν οὖν ἄρρεν ἄκαρπον· διὸ καὶ καλοῦσιν ἄρρεν. τῶν δὲ θηλειῶν ἡ μὲν ἐρυθρὸν εὐθὺς φέρει τὸν καρπὸν, ἡλίκον φακὸν ἡμίπεπτον, ἡ δὲ χλωρὸν ἐνέγκασα, μετὰ ταῦτα ἐρυθραίνει, καὶ ἅμα τῇ ἀμπέλῳ πεπαίνουσα, τὸ ἔσχατον ποιεῖ μέλανα μέγεθος ἡλίκον κύαμον, ῥητινώδη δὲ καὶ θυωδέστερον. ἔστι δὲ τὸ δένδρον περὶ μὲν τὴν Ἴδην καὶ Μακεδονίαν βραχὺ θαμνῶδες ἐστραμμένον, περὶ δὲ Δαμασκὸν τῆς Συρίας μέγα καὶ πολὺ καὶ καλόν. ὄρος γάρ φασιν εἶναι πλῆρες τερμίνθων. ἄλλο δὲ οὐδὲν πεφυκέναι. ξύλον δὲ ἔχει γλίσχρον καὶ ῥίζας ἰσχυρὰς κατὰ βάθους, καὶ τὸ ὅλον ἀνώλεθρον. ἄνθος δὲ ὅμοιον τῷ τῆς ἐλαίας, τῷ χρώματι δὲ ἐρυθρόν, φύλλον περὶ ἕνα μόσχον πλείω δαφνοειδῆ κατὰ συζυγίαν ὥσπερ καὶ τὸ τῆς οὔης καὶ τὸ ἐξ ἄκρου περιττὸν, πλὴν ἀγωνιώτερον τῆς οὔης καὶ δαφνοειδέστερον δὲ κυκλόθεν λιπαρὸν ἅμα τῷ καρπῷ. φέρει δὲ καὶ κωρυκώδη τινὰ κοῖλα καθάπερ ἡ πτελέα, ἐν οἷς θηρίδια γίνεται κωνωποειδῆ. ἐγγίνεται δέ τι ῥη/τινῶδες ἐν τούτοις καὶ γλίσχρον· οὐ μὴν ἐντεῦθέν γε ἡ ῥητίνη ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ξύλου. In quinto deinde de ma/teria Terebinthi idem hæc tradidit. μέλαν δὲ σφόδρα καὶ πυκνὸν τὸ τῆς τερμίνθου. περὶ γοῦν Συρίαν μελάντερόν φασιν εἶναι τῆς ἐβένου. ἐκ τούτου γὰρ καὶ τὰς λαβὰς τῶν ἐγχειριδίων ποιεῖσθαι· τορνεύεσθαι δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ κύλικας θηρικλείους, ὥστε μηδένα ἂν διαγνῶναι πρὸς τὰς κεραμέας. Et hæc ex Theoph satis sint: q̃ sic uertat aliqs Terebinthus aũt circa tritici messem aut paulo serius fructũ profert. In Tere/bintho mascula altera: fœmina uero altera. Caret fructu mascula: õq; eo sexu eã distinguũt. In fœ/minis altera fructũ q̃primũ fert: magnitudĩe lẽtis: q nõ maturescit: altera cũ uiridẽ ptulerit: si cũ uite maturat: tũc rubẽtẽ: postrẽo nigrũ: magnitudĩe fabæ: resinosũ & aromatũ mõ odoratũ. nasci^t

Terebinthus arbor in Ida & Macedonia breuis: fruticosa: & contorta. In Damasco aût Syriæ gran-
dis: multa: & speciosa: feruntq; Terebinthis tñ illic ingentem montem: & nulla alia arbore frõde-
re. Habet Terebinthus glutinosi lentoris materiã: radices ualidas: altiores & in uniuersum nũquã
pereuntes: flores oleaginis similes, colore rubẽtes: folia ex uno pediculo plura: laurinis similia eo-
dem quo in sorbo modo geminata: & in summo qđ impar solumq; fit differt q minus angulosum
q̃ in sorbo est: Laurinisq; per ambitũ similius: pariter ac fructus pingui lentore abundans: fert Te
rebinthus ẽt nucibus similes folliculos inanes: quo mõ & ulmus fert: in quibus bestiolæ culicibus
similes nascuntur. Inuenitur in his etiam resinosi lentoris aliquid: nõ tñ hinc resina colligitur: sed
ex ligno. Nigerrima densissimaq; Terebinthi materia est: nigrioremq; hebeno in Syria prouenire
aiunt: fieriq; ex his cultellorũ capulos: & torno calices Thericleos fabricari tãta fœlicitate: ut a figli-
nis discerni nõ possint. Hæc sunt quæ placuit nobis longius ostendere: ut collata his quæ Barbarus
in corollario suo Terebintho adiecit hominis laborem & operã indicarent: simulq; ostenderent q̃
diligens in colligendis undiq; uetexũ dictis: & uertendis græcoxũ uocibus fuisset: qui Pliniũ & Theo
phrastum simul miscens: eandem uocẽ θυώδ ἐστερον ex Plinio odore iocũdiorẽ: ex Theophrasto sul
phurosum dixerit: non animaduertens ab utroq; idem dici: in quo parũ caute egit: ratus θεῖον qđ
græcis sulphur significat idem esse qđ θύω & θυώδη græci idẽ dixerunt: quæcunq; s. in sacrificiis &
aris ad suffitus & uapores incenderentur: qđ tã manifeste pateat ut probari non oporteat: Videturq;
Gazam Theophrasti interpretem in ea re secutus esse. Idem ẽt qđ erat ἄπεπτον uertit qui cõcoqui
non possit: cum tñ de coctura cibi quæ in stomacho fit Theophrastus eo loco nõ agat: sed de matu
ritate quæ calore fit: & similis cocturæ stomachi est: parum memor πέσσειν utrunq; significare: &
Theophrasto in his quæ maturantur peculiarẽ hanc uocem esse. Nã & in medicina πεπτικά etiam
dicuntur quæ abscessus & collectiones maturant. Possemus & multa alia his adiicere: sed hæc sa-
tis nobis esse uolumus: ut hoc quasi gustu meminerint legentes & ubiq; sciant nihil nõ alienum in
eo esse. Nec morte præuentum potuisse extremã & salutarẽ illã manũ iis quæ incœperat apposuis-
se: oportereq; eos qui integrã rẽ nouisse uelint primos eius auctores consulere: nec nouis scriptorib⁹
tñ deferre: ut uetexũ obliti quemadmodũ in cãtu & musice fieri Homerus dixit nouissima quæq;
tñ amemus & admiremur. Nunc aũt ut rem nrãm agamus sciendũ illud est esse Terebinthũ quã
posteriores grani uiridis arborẽ dixerunt facto illi nomine ab eo eius genere quod fructus suos in
uiridi pallidos fert: qđ Theophrastus χλοερόν dixit quasi herbaceũ. Ex ea terebinthina destillat
resina omnibus notissima in quotidiano medicinæ usu: de qua cũ semel agere Dios. cœpisset: de re
liquis ẽt egit cognata congeneribus suis coniungens. Nosq; ut in melioribus græcis adhuc legitur cõ
tinuata historia; unoq; tñ titulo & capite oĩa complexi sumus resinæ genera: īter quæ larignam ex
larice collectam hic numeratã a Vitruuio præcipue in architectura & medicina laudatam qui lib.
ii de materia agens laricem his uerbis cõmendauit. Larix uero qui nõ est notus nisi his municipali-
bus qui sunt ad ripam fluminis Padi & litora maris adriatici: foliis est pini similibus: habetq; resi-
nã liquidã mellis attici colore: quæ ẽt phthisicis medetur: Credimusq; nos eam nũc esse quã Ve-
netis deflexa a larice appellatione lariga officinæ & uulgus appellãt. Siquis aũt uelit totam laricis
historiã naturãq; nouisse. Vitruuiũ libro illo & Pliniũ pluribus locis li. xvi. & xxiiii. Palladiumq;
in nouembri mense legat Sunt. n. scriptoribus his & huic omnia fere cõmunia. Quod aũt in coctu-
ra picis passim legit' θύοςδ χύδαν ὀμβρίου ὕδατος ἐμβαλόντες εἰς ἀγγεῖον ex melioxũ codicum lectio
ne εἰς χαλκεῖον i. in ahenum uertimus: presertim ostendente id Plinio qui lib. xvi. hoc modo coqui
p̃cæpit. Verba eius sunt. Alii utilius putant sine aq̃ coquere lento igne tota die: uttq; uase æris albi.

Marginal notes: πέσσειν; πεπτικά; Larix; Larigna resi-na.

DIOS. DE Pice liquida. Cap. lxxxv.

P Issan hygran. Romani Picem liquidam dicunt: liquida pix quam conõ
pleriq; nominant ex pinguissima colligitur thedæ & piceæ materia.
Probatur splendore: læuore: & puritate: facit contra letalia medicamen
ta: tabem quam phthisim dicunt: purulentas excreationes: tussim: suspi
ria: & quæ ægre ex pectore excreantur: cyathi pondere cum melle lincta. Inungitur
præterea contra tonsillarũ: uuæq; inflãmationes: anginasq;: & cõtra purulentas au-
res cum rosaceo: cũ trito aũt sale cõtra serpentium morsus. Pari ceræ eadẽ mista sca-
bros pellit ungues: impetiginesq; emendat: muliebriũ locoxũ abscessus: & sedis duri
ties discutit: Strumas erumpit cum farina hordeacea & urina impubis pueri deco-
cta. Cum sulphure: piceæ ue cortice: aut furfuribus cõtra ea quæ serpũt utiliter inũ-
gitur ea coercens. Quinetiam Thuris pollini & ceræ mista p̃funda ulcera glutinat:
& carne explet. Vtilis itidem contra pedum & sedis rimas inuncta. Cum melle pur-

gat ulcera:& explet:Cum passa uua melleq; carbunculos:& putrescentia ulcera sca
rificat & disrumpit. Miscetur præterea utiliter his quæ exedendo sunt.

INTERPRES.

Esinis coniunxit natura pices:ideoq; legitimo historiæ ordine post eas Dios. de omni Pice
docuit:quod.n.ex uiuentibus plantis resinæ nomine destillat:id incensa in furnis eadē ma
teria picis appellatione fluit:simplex a principio & liquida tñ:mox ea decocta:sicca ēt:nō

Conos

dissimili penitus potestate:& hoc tñ diuersæ:ut testatus Paulus Aegineta est:q̄ sicca in secūdo or
dine desiccat:minusq; q̄ liquida calefacit:contra uero liquida:habentq; ambæ quod purget:matu
ret:discutiat:& acre sit:ad omnia tñ liquida efficacior:sicca uero glotinandis uulneribus aptior:ob
quas uires hic mox dicet uulnerum remediis utiliter siccam misceri. In quarum historia naturam
Dios. secutus de liquida prius egit Conon a quibusdam dici testatus:quæ uox & rei in ea uoce æsti
matio q̄ uetusta & uera in pice sit non ausim ego affirmare. Id certe pro comperto est græcis κῶνον
dici pineam nucem:& ab ea forma Mathemathicis terræ umbram Conum dici:& Coni forma de
scribi:& ab eo fructu pinum arborem etiam Conū dictam posterioribus græcis fuisse:posseq; hoc

κόνις

loco:qm̄ excognatis Pino arboribus pix fiat eius appellatione censeri:alioqum nihil habet ea uox:
quod ad picem referri possit. Dubitamusq; nos non κῶνον prima pducta:sed κόνιν prima correpta
legi quondam potuisse:& ex usu pici id nomen accreuisse:quia.s.in uindemia dolia & in aliis uitæ
nostræ usibus fictilia pice ex interiore parte linirentur:ideoq; picata passim dicerentur:& non pica
ta:qua uoce hic sæpius utitur:ut in superiore capite cum ait in uase non picato seruandā resinā &c.

κονιᾶν

Quod totum græci κονιᾶν dicunt:quod est illinire:licetq; κόνιν ppriē puluerē græci dixerint:nihi

κονιᾶν ἀκόνιτα

lominus cinerem:calcē:& quæcūq; alia dicebant:quibus leuigari asperitas & obstrui raritas posset:
quod in doliis uini fictilibusq; aliis quondam passim fiebat:& nunc uitro etiā fit:ideoq; græci κονι
ᾶν calce glutinoq; & maltha aliqua illinire adhuc dicunt:& ἀκόνιτα fictilia cuncta illa:quæ picata
non fuerint:& aliquo huiuscemodi obstructa leuigataq;. Nec nos mouet q̄ in hac significatiōe pri
ma pducta κωνιᾶν aliqn̄ & κωνῆσαι inuenitur. Facilis n. in eiusdem soni littera ad uitium in scriben
do lapsus est. Quod deinde impresso codici deerat post λεπρὰς ὄνυχας.i.scabros ungues instaura
uimus:καὶ λειχῆνας.i.impetigines Nec multo post dubitauimus quod legitur φύματα τε ὑστέρας
καὶ σκληρίας δακτυλίου διαφορεῖ:quæ uoces si sic legantur significant. Uuluæ abscessus & sedis duri

Letalia medicamenta

ties discutit:non sic forte legendum esse:sed mutatis locis aut malis uuluæ durities & sedis absces
sus legi potius oportere:qm̄ cōmunius malum sedis abscessus q̄ durities sit:non tñ mutare rem au
si sumus:satisq; fore credidimus signasse locum. In medicina autem illud monemus letalia medi
camenta hunc dicere cuncta illa:quæ in medicina quidem usum aliquem habent:per se autem le

φθίσις Tabes

talia sunt:qualis Apollinaris herba:Cicuta:Mandragoras:Spuma argenti:& pleraq; alia qbus suc
currere Picem hic ait eodē modo quo oleum:adipem:butyrum:& unguen omne aliud. Dicendū
etiā hoc loco cur nos tabi plerunq; adiecimus:quā græci phtisim dicūt a genere ad certā cōtrahen

ἀτροφία καχεξία

tes spēm:in quo scire oportet latius patere latinā tabē q̄ græcorū phtisim:hi.n.hac uoce tm̄ i his utū
tur:in qbus a capite in pulmones descendens destillatio eos exulcerat febris fit & frequens tussis ē:
latini uero non tm̄ hoc mali genus tabem dicunt:sed quam græci ἀτροφίαν & καχεξίαν appellant:
quarū prima illa fit quotiens corpus non alitur decedentibus semper aliquibus:nullis uero in eorū
locum succedentibus:quo malo affectos Plinius semper uocat qui cibum non sentiūt. Secūda uero
illa cum malus corporis habitus est:ideoq; omnia alimenta corrumpunt quod fere fit cum longo
morbo uitiata corpora:ēt si illo uacant:refectionē tñ non accipiunt:principiumq; subeuntiū curem
aquarū malum corporis huiuscemodi habitū esse testatus Paulus Aegineta est. Et qm̄ tria hæc ma
la summa semp macies sequt,ideo latini cōi tabis appellatione oīa indicarunt. Græci diuersis ,p
priisq; in singulis generibus uocibus usi singula certius docuerunt:eamq; ob cām nos tabi huic græ
cā semper coniunximus uocē:ob latinæ rei angustias iampridē ab omnibus latinis receptā. Eam li
bro diffinitionum suarum Galenus dixit esse pulmonū exulcerationem:quā febricula & macies

φθίσις

corporis sequitur. Idem etiā nō solum pulmonis & medicorū phthisim:sed aliorū etiā scriptorū alia
rumq; partiū.(late enim patet id nomen)phthisim describens ait cōiter oēm corporis maciē & di
minutionē ea uoce significari manifesta a græcorū uerbo:qd' φθίνειν.i.diminuere est significatione:

φθινόπωρος

qua in plantis cunctisq; aliis paulatim pereuntibus græcorū scriptores utuntur:unde & oculorum
phthisim etiam dixerunt:& a qua autumnum pariter φθινόπωρον græci uocant:q̄ eo tempore po
ma fructusq; oēs & folia quasi mortis quadam imagine paulatim decidant. Quin etiā in numeran
dis ex lunæ luminibus mensium diebus eadem gens:tertiæ decadis dies sic quondā numerabat:ut
πρώτη φθινομένου:sicq; deinceps.i prima diminuentis se mensis.i.lunæ dicerent:propria eius uerbi
ui in eo sydere utentes:quod a plenilunio quotidiana luminū diminutione usq; ad nihilū & tene

φθόη

bras decrescit. Nolumus hoc loco relinquere in quo uicinitate nominis & ab eiusdem uerbi deriua
tione facilis lapsus est:quid φθόη.græcorū medicis quondam ,pprie fuerit:diminutio hæc etiam cor
poris & macies:sed ex alia cā priuatim ad eam maciem diminutionemq; contracta:quæ ex ulcere
perpetuaq; eius uomica fiat:quo malo quotiens corpus tabescit φθόην priuatim græci id dixerunt.

Et qm̄

, Etq̄m̄ p̄cedunt hoc tabis genus aliq̄n̄ quæ græci ἐμπυήματα dicunt: & nos purulentas excreationes
, hoc loco uertimus: siquidem Hippocrates ait: a cruentis sputis purulenta sputa: ab his phthisis: & ἐμπυήματα
, a phthisi mors. Non omittemus & hoc legentibus indicare: auctore Plinio: aliisq; latinæ linguæ p̄ purulentæ ex
, barissimis scriptoribus ea uoce uti: intelligendasq; eas tm̄ puris expuitiones: quæ a sanguinis excrea creationes
, tione facto ulcere neq; ad cicatricē perducto fiunt: nā quæ præcedente inflāmatione facto & disru
, pto abscessu sentiunt: ut in laterali dolore quē pleuritim uocant aliq̄n̄ accidit: in alio genere alias
, in cōmentariis his nostris descriptiones & appellationes habebunt.

DIOS. DE Oleo Picino. Cap. lxxxvi.

Pisselæon. Romani Picinū oleū dicunt. Ex Pice fit Picinū oleum separato oī qđ aquosum in ea est: qđ non aliter q̄ lacti serū illi inest: excipitur ĩ coctura picis puris supra eā expansis uelleribus: quæ cum ab euaporato halitu madebunt exprimenda in uas aliquod sunt: idq; tādiu agendū usq; dū pix coquit̃. Facit picinū oleū ad eadē oīa ad quæ liquida pix. Illitū præterea cum farina hordeacea defluuia capilli quas alopecias dicunt explet: quod & liquida pix præstat: quæ cōtra quadrupedum ulcera & scabiem utiliter inungitur.

INTERPRES.

Confundit intellectū qđ ultimum foeminini gñis p̄ticipiū in græcis claudit hoc caput: cōtra quadrupedū ulcera & scabiē utiliter inūcta: nō.n. satis certū est picē ne: an picinū oleū p̄stare id Dios. decemat: nec nos audemus de ea re censere: cū picino oleo id Plinius tribuat lib. xxiii cap. v. dicens picino oleo usum passim esse ad quadrupedū scabiē: & Columella lib. viii. cap. v. idē testet̃ quo loco liquamē picis oleū hoc noīat: Maro aūt pici id assignat cum in Georgicis suis cecinit Idæasq; pices &c. Et Columella idē lib viii. cap. xxx. ēt confirmet: bitumē; sulphur & pleraq; alia liquidæ pici in hunc usum miscenda p̄cipiens. Nos cōem & fere oīum græcorū lectionē secuti pici id tribuimus: nihil q̄ easdem uires pix & picis oleū hñt in ea re periculi timentes. Potuitq; forte Dios. qđ in pice a se relictū fuerat hoc loco restituere uoluisse. In medicina nūc & humani capitis uitiis dicemus hoc loco quas græci alopecias & nos capilli defluuia sic a græcis dicta ubiq; uertimus. Quod ideo fit qm̄ sola defluuii uox totā rē non explet: nā & caluitium in senectute: & post longiorē ualitudinem capilli fluxus defluuia sunt. Sciendum itaq; non aliter quam in plantis fit in capillo ēr fieri: utq; in illis aliquæ deficiente penitus humore deciduis foliis arescunt: aliquæ uero alienis cōtrariisq; humoribus idē patiunt̃: non dissimili rōne & in capillo fit: deficiente q; humore caluitiū fit, alieno uero & deprauato alopecia hæc: & quā iidem græci facto ab anguibus noīe Ophiasim uocant: sola figura differētes: hæc.n. obliquis & cōtortis spatiis locū deglabrat: & anguiū mō uario colore capillū ostendit: Alopecia uero a uulpibus facto noīe colore aureo & q̄lis in uulpe est capillū ostendit: nec aliter q̄ in eo aīali pilus sæpenumero capillus idem hoī perit. Vtrunq; hoc malū Galenus in diffinitionibus suis sic descripsit Alopeciā esse dicens natiui coloris in capillo mutationē: qua ad aurū inclinato colore capillus a radicib⁹ fluit. Ophiasim uero similē prædictæ in capillo natiui coloris in magis uarium & uersicolorem mutationē: quo uitio circumactis & obliquis spatiis capitis partes glabrescunt.

Alopecia

Capilli defluuia

Ophiasis

DIOS. DE Picis fuligine. Cap. lxxxvii.

Fit ex liquida Pice fuligo ēt hoc mō. In nouā lucernæ testā funiculo ĩstructā picis aliquid conicito: accendito deinde funiculū: nouoq; fictili operculata testa quod furni simile sit superiore sui parte in orbē circinatū & angustū: inferiore aūt ut furni sunt perloratū: finito deinde ardere testā: cūq; prima fuerit consumpta pix: aliā supinfundito: donec q̄tā uolueris fuliginē feceris. Habet fuligo picis acrimoniā: & adstringendi uires: honestandis palpebris circūlitionibusq; utilis est: & ubi corruptione glabrescentibus palpebris expleri eas oportet. Vtilis p̄terea infirmis: lachrymosis: exulceratisq; oculis.

INTERPRES.

Facile est græci clibani quē nos fumū uertimus ex descriptiōe picturaq; hac Dios formā non dissimilē his intelligere quas nr̄a ætas campanas dicit: & q̄bus officinæ passim utunt̃ ex floribus: herbis ue subiecto igne exudatū humorē colligentes. Desiderat̃ posse ēt in hoc capite ut quo rpe: quaq; rōne hærēs furno huic fuligo colligēda sit: qm̄ nihil de ea docet̃: sed æquo aīo id ferendū est: nulla.n. instituta obseruatiōe qđ promptius & aptius fuerit in usu a gentibus relinq̄tur: ut amoto.f. fictili illo quo testa ardēs opiebat̃ quæ hæserit fuligo deradat̃: & derasa seruetur.

DIOS. DE Sicca siue spissa pice. Cap. lxxxviii.

f It spissa pix decocta liquida: uocatur eadem a plerisq; palimpissa: quasi itera ta uel iterum cocta pix: estq; in hoc genere quaedam uiscosa quam boscadē nominat: q̃dā aũt priuati sicca. Probatur quae pura: pinguisq; est: odorata: resinosa & leniter rutila: talis Lycia est & brutia: coniunctae simul picis & resinae natura. Est illi uis calefaciete: mollire ad suppurationem perducere: furúculos & panos discutere: & ulcera explere. Miscetur praeterea sicca pix uulneratis emplastris.

INTERPRES.

q Vod moneamus hoc capite unum tm̃ est: adiecisse nos illi f. & instaurasse amissas incuria librarioꝝ uoces illas Talis lycia est: & brutia cõiuncta simul picis & resinae natura: q̃ in ali quot melioribus graecis his uerbis adhuc leguntur. τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ λυκιακὴ καὶ βρυττία ἐπιφερομένων ἔχουσα τῆς πίσσης ἅμα καὶ ῥητίνης: Accessitq; nostro huic consilio & Plinius lib. xxiiii. capite. vii. dicens: spissarũ utilissima medicinae est Brutia: qm̃ pinguissima & resinosissima utrasque praebet utilitates idem fere Dioscoridi testatus.

DIOS. DE Pice quam graeci Zopissam dicunt. Cap. lxxxix.

Zopissam. Romani pariter graecis Zopissam dicunt. Derasam nauigiis cum cera re sinã zopissam aliqui uocant: a plerisq; eadem hypochyma appellatur: q̃ marino sa le maduerit discutiendi uires habentem. Sunt ẽt qui collectam ex picea arbore resi nam zopissae appellatione indicent.

INTERPRES.

Quod Zopissae adiicit nomen Apochyma Diosc. a Paulo Aegineta hypochyma aptiore nominis cõ positione dicitur: nulla tñ nobis in ea uoce certa rei significatio est.

DIOS. DE Bitumine. Cap. xc.

a Sphalthon. Romani Bitumen dicunt. Bitumē omne aliud antecedit Iu daicum. Probatur quod purpurae modo splendet: ponderosumq; & fir mo odore est. Damnatur contra quod nigro colore sordet. Adulteratur enim admista pice. Nascitur i phoenice: Sidone: Babilone & Zacyntho insula. Gignitur & in Sicilia Agrigentinoꝝ agro liquidum: fontibus supernatans. Quo ad lucernarum lumina uice olei incolae utuntur: siculum oleum falso appellā tes: siquidem liquidi bituminis genus est.

INTERPRES.

p Arata omnibus & exposita uniuersi Bituminis longior historia est: poteruntq; uolētes ex Strabone: Plinio: aliisq; multis: natales: patrias notas: euentusq; omnes eius facile nouisse. Nos quae desiderari posse uidentur duo tm̃ adiiciemus auctore Vitruuio suae architectu rae libro octauo: cum de medicamentosis aquis agit: Bituminosas aquas interioris corpo ris uitia potionibus purgando sanare: licetq; uitioꝝ certum genus ille nõ dixerit: ex uiribus tñ & po testate bituminis coniiciendum idest. Iudaicumq; hoc bitumen ideo a Diosco. oibus aliis pferri: q̃ efficacissima oium alioꝝ ui & natura sit idq; inditio esse q̃ ut Strabo in descriptione Iudaeae testat ex interuallo ui sua solidissimis metallis: & auro rubiginem & asperitatem inducat.

Aquae bitu minosae

DIOS. DE Pissasphalto. i. Picibitumine. Cap. xci.

Vocatur & in Bituminis genere Pissasphaltus: quasi Picibitumen dicas composita ex Pice & Bitumine re & rei appellatione. Nascitur ad apolloniam quę in Epiro est: fluminumq; impetu ex ceraunus montibus delatum in littora eructatur glebarum modo concretum odore picis Bitumini mistae.

INTERPRES.

p

Rima totius bituminis & maxima diuisio est in liquidum & concretum: Apolloniaticūq; hoc picibitumen Plinius suæ historiæ libro.xxxv.capite.xxiiii.liquidis adnumerat: cum tamen hic dicat glebarum modo concretum ex montibus in littora eructari. Idem prætere rea Plinius Picibitumen hoc aliquando fossilem picem appellat; parum certa rei indicatione: & in qua sibi ipsi parum conueniat; neq; n. potest aliquid simul fossile & liquidum esse, quod enim liquidum ex terra in lucem ꝑtrahitur; hauriri dicitur. Testantur autē Paulus Aegineta: Epiriq; incolæ omnes & res ipsa concreta substantia picibitumen hoc esse: quod nostra ætate adhuc picandis nauigiis illic in usu est; & ex quo uectigal ea gens non negligendum sibi fecerit. Nascitur autem ad Apolloniam antiquam ciuitatem: quam libro xvi. Strabo Epiroticam nominauit: Stephanus ἰλλυρίας dixit esse: ἣν ᾤκουν ἰλλύριοι κατ' ἐπίδαμνον: ut ab aliis quæ quondam eodem nomine uigintiquatuor diuersis locis fuerunt ea regionis nota distinguerent. Fuit autem mos antiquis scriptoribus homonymia locorum regionis adiectione certius indicare. Quo fit ut quod passim legitur: ἐν ἀπολλωνίᾳ τῇ ἐν ἐπιδάμνῳ non sic sed aut τῇ ἐν ἠπείρῳ legendum sit ut Strabo ait: aut quod Paulus Aegineta τῇ πρὸς ἐπιδάμνῳ: aut quod Stephanus τῇ κατ' ἐπίδαμνον. i. in Apollonia quæ ad Epidamnum est: eadem Epiri aut Illyrici significatiōe: in qua & Epidamnus ciuitas antiquissima fuit: de qua Thucydides: Paulus: pluresq; alii longius tradiderunt.

Apollonia

DIOS. DE Naphtha quæ & Bituminis genus est. Cap. xcii.

u

Ocatur & quoddam Bitumen Naphtha: quæ Babylonii bituminis destillatio est colore candidum: inuenitur & nigrum. Trahēdi ad se ignes tantam uim habet ut ex interuallo etiam ad se rapiat: contra oculorum suffusiones & albugines efficax. Potest omne bitumen inflāmatiōes arcere. Glutinat: discutit: mollit: facit ad muliebrium locorum in fœminis strangulationes & procidentias: in quem usum apponitur: suffitu: & olfactandū naribus admouetur. Suffitu idem comitiales quo lapis Gagates modo deprehendit. Bibitur ciendis mensibus cum uino & castoreo utiliter. Prodest diutinis tussibus: spiritus angustiis: suspiriis: serpentium morsibus: coxendicis & lateris doloribus. Datur deglutiendum cœliacis: & ad disiiciendum concretum sanguinem: cum aceto utiliter bibitur: Clystere infunditur contra intestinorum tormina: cum ptisana liquefactū. A capite in subiectas partes destillationes suffitu sanat: & dentium dolores circunlitum mitigat. Quod in bituminis genere concretum est: palpebrarum pilos glutinat: calens specillo impositum. Idem podagris: articulorumq; doloribus & ueternosis cum cera: nitroq; & hordei farina hydrelæo macerata utiliter inūgitur. Potest Picibitumen omnia quę possunt mista simul pix & bitumen.

INTERPRES.

n

Eglexit notæ tunc omnibus rei: & quæ ad ignes & ignaria in quotidiano usu esset longiorem hic scriptor historiam; contentus dixisse Babylonii bituminis fluxum & liquorem Naphtham esse: reliquitq; legenda uolētibus integram nouisse rem: quæ Eratosthenes. Possidonius: pluresq; alii longius de ea quondam tradiderunt: quemadmodum & nos exemplo eius nūc etiam monemus. Si amet quispiam ex ueterum historia Naphthā certius nouisse; habere Plinium secundo libro capite octauo & centesimo breuius quæ ab antiquis græcis acceperat; scribentem: a quo poterit quæ delectent magis q̄ prosint audire. Habere & Plutarchum in gestis Alexandri magni scribentem peragrata uictaq; omni Babylone: quæ armis & imperio eius sine labore subito cesserat: nihil æque eum regem admiratum fuisse q̄ in ecbatanis: sic n. regiōis eius pars quædā nominatur q̄ ut uerbis eius utar. τό τε χάσμα τοῦ πυρὸς ἐν ἐκβατάνοις ὥσπερ ἐκ πηγῆς συνεχῶς ἀναφερόμενον καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ νάφθα λιμνάζοντες διὰ τὸ πλῆθος οὐ πόρρω τοῦ χάσματος. ὃς τ' ἄλλα μὲν ἀσφάλτῳ προσέοικεν οὕτω δὲ εὐπαθής πρὸς τὸ πῦρ ἐστὶν &c. Quorum sensus sit. In ecbatanis autem admiratus præcipue est ignis ueluti ex fonte cōtinue emergentis hiatum: & Naphtha ex eo fluxum: qui non procul ab hiatu illo tanta eructatur copia ut paludem faciat: cuius adeo ad trahendos ad se ignes tam facilis natura sit: ut ex interuallo &c. Vocatq; Plutarchus ἄσθμα

Quod hic περίῤῥημα:ille cõmuniore uoce fluendi usus hic cõtractiore adfluendi modũ: ui enim ignis ex-olari potius ex hiatu specuq; illo naphtha q̃ spõte sua fluere uidet:& quasi descriptiõe rei uteret Babylõn bituminis περίῤῥημα eẽ dixit. Nobis fluxũ auctore Plutarcho honestius dici usũ est:qui more nr̃o in morbis & eorum medicina aliquid signabimus. Eritq; primum quod hic ait.

περὶ ὑστερικῶν προπτώσεις ὑστέρας

ποιοῦσι γὰρ πρὸς πνίγας ὑστερικὰς καὶ προπτώσεις:& a nobis uersum est:facit ad muliebriũ locorũ in fœminis strangulationes & ꝓcidentias: in eodẽ sexu & eadem parte hominis:mala duo simul complexi:quæ fieri sane possunt. Vtinamq; non quotidie etiã fierent. Eamq; ob cãm nos nihil mutauimus:sed quod suspectũ nobis in eo loco est:dissimulare nolumus. Procidit sane fœminis uulua. Verũtñ ꝓcidit in utroq; sexu etiam homini sedes. Illa Cirurgi ope magis indiget:ut supino corpore:diuaricatisq; cruribus curationẽ admat. Hæc suff.tu & apposito b.tum.ne aliisq; multis reprimi debet. Præterea ꝓlapsis uuluis odorata olfactanda dantur:at non huiuscemodi bitumen ẽ qđ incensum nidore suo fugat serpentes:& ustum comitiales deprehendit:ideoq; contra strangulationes uuluæ suff tu ꝓdest. Ex eo dubitauimus q̃ recte autem iudicent legentes: ꝓcidentiis quas ille προπτώσεις dicit sedis deesse:ut procidentẽ in homine sedem nõ in muliere tñ apposito & incenso bitumine sanari hic dixerit:uuluæ aũt strangulationes eiusdem bituminis olfactu, sintq; duo in duabus corporis nostri partibus mala diuersa eiusdem rei rõne curanda. Deditq; suspitiõi huic nostræ cãm Plinius lib. xxv. capite. xiiii. de iisdem sic scribens. Vuluæ strangulationes olfactu discutit cum uino & castorio:procidentia sedis suffitu reprimit. Quod aũt inter remedia quæ morbis ex bitumine afferuntur: hoc capite legitur Datur deglutiendũ cœliacis:& ad discutiendum concretum sanguinem cum aceto utiliter bibitur: hanc rõnem habet:ut deglutiri & deuorari ea dicantur

Catapotium
Cœliaci

quæ digitis ori & faucibus admota integra & qualia præparata a medico sunt, in stomachũ transmittuntur: Id. n. καταπότιον græcis est. Cœliaci uero græcorum medicis sunt:qui diutini ex stomachi infirmitate alui fluoribus uexantur. Dico aũt infirmitatẽ langorem : qui in ea parte diminutis uiribus fit:quo cõtracto habitu:nec coquitur satis nec legitime digeritur cibus. Dixitq; in diffinitionibus suis Galenus id malum esse Alui fluorem non recentem sed ueterẽ quod comitent tormina copiosaq; alui excrementa: macieq; corpus extenuet. Paulus Aegineta fluoribus alui qui ex læuore intestinorum fiunt euentu simile hoc malum dixit: non uniuersi tñ læuoris intestinorum: uerum illius tãtum qui fiat ex infirmitate langoreq; uirium cibos in stomacho continentium. Dico aũt intestinorum

λειεντερία
Lienteria

læuorem: quem ueteres græci & nostra ætas adhuc lienteriam nominat: quamq; Galenus eodẽ libro sic descripsit: malum lienteria est: quod intestinorum tormina plerunq; sequitur: cũ factis ab exulceratione cicatricibus multis: hisq; inducto læuore non retinent cibos intestina: sed anteq̃ in stomacho coquantur: celerrime excreta dilabuntur: simplicia: non cocta: & qualia pauloante sumpta fuerunt. De intestinorum læuore hoc Paulus idem secũdo libro agẽs duplex eius esse genus dixit, alterum quod fiat ex intestinorum exulcerationibus: earumq; cicatricibus: quale descriptum pauloãte est. Alterum uero quod ex infirmitate & langore uirium alimenta in stomacho continentium: & cũ secũdo hoc genere confundi & misceri quam ille cœliacam dispositionẽ uocat: in qua languẽte & infirma stomachi ui: nec coquuntur nec digeruntur alimenta: sed cruda: humentia : imperfectaq; redduntur continue fluente aluo: eoq; tñ differre q; in utroq; intestinorum læuore celerius q̃ in cœliacis quæ assumpta sunt redduntur: tamq; graui cruditate : ut nunc etiam assumpti alimenti genus aperte cognoscatur. Reliquum est tñ ut dicamus quẽnam & unde & in qua corporis parte nos con-

Concretus
sanguis
θρόμβος

cretum sanguinẽ dicamus, quod erit cognitu facile: si prius dixerimus quid græcis θρόμβος primũ significet non crassum concretũ ue ut multi credunt: sed continue rei fragmentum & frustum: ex qua rei significatione ad lac & sanguinem translata uox est; dixeruntq; ueteres græci θρόμβωσιν quotiens a puerperio fœminis lac in mãmis non in caseũ penitus: sed in exigua frusta & quasi minimos globulos densatur & concrescit: desinensq; fluere puerperarum mammis non leuiter nocet. In sanguine uero cũ a renibus eo fluente in uessica concrescit: supprimiturq; post redditum ea parte sanguinem penitus urina: malumq; hoc tantum ueteres græcorum medici αἵματος θρόμβους. i. sanguinẽ concretum dixisse nos obseruauimus. Relinquimus tamen peritioribus quærendum an alia in parte & ex alia causa densetur & concrescat homini sanguis.

DIOS. DE Cupresso — Cap. xciii.

Yparisson. Romani Cupressum dicunt. Adstringit cupressus & refrigerat. Bibuntur folia eius utiliter cũ passo & exigua Myrrha cõtra destillatiões in uessicã & urinæ angustias. Bibuntur pari utilitate ẽt tusæ eiusdẽ arboris pilulæ cũ uino cõtra sanguinis excreatiões: intestinorum tormina: fluores alui: in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantes: & tussim. Potest idẽ & earum decoctum: Durities molliunt cum fico tusæ: polypis in naribus medẽtur:

Scabios

Scabros pellunt ungues in aceto decoctæ. Concisæq; additis lupinis intestinorum ramices illitæ cõpescunt. Possunt idẽ & folia. Creduntur præterea cupressi pilulę cũ suæ arboris coma incensæ suffitu culices fugare. Glutinãt uulnera ẽt cõcisa & illita folia: sanguinẽ eadẽ sistunt: concisa ex aceto capillum denigrant. Illinunt etiam per se & cũ polenta: sacris ignibus: ulceribus quæ serpunt: carbunculis: & oculorum inflãmationibus. Cerato præterea admista stomachum imposita confirmant.

INTERPRES.

Galbuli
Coni
Nuces

q Væ in Cupresso pilulæ auctore Plinio dictæ a nobis fuerunt: Galbuli: Nuces: & Coni eiusdem rei æstimatione ab aliis etiam dici poterunt: omnibus in ea arbore notissimæ: in q̃bus exigua semina sunt dehiscẽtibus iis euolantia magis q̃ decidentia. His foliisq; cæteri oẽs in medicina addiderunt βλαστούς. i. summa germina & summos coliculos: nescimusq; nos an desiderari hoc in Dios. debeat. Paulus certe Aegineta huius arboris coma in aliquibus utitur: hic tñ in fugandis culicibus usus est: liceetq; in uniuersum de totis foliis a Dios. hoc loco agatur: possunt tñ summæ illæ partes teneritudine sua diuersa a foliis natura esse: quæ omnia peritioribus cẽsenda relinquimus, ut interim quod cõmentationis huius nřæ cursum in foribꝰ ipsis remoratum est: breuiter signemus. Decernit hic pota in passo adiecta exigua Myrrha Cupressi folia succurrere: κύστει ῥευματιζομένῃ, καὶ δυσουρίαις. i. si uerbum de uerbo uertatur in uessicã destillationibus & urinæ angustiis: quorũ ultimum hoc manifestam habet significationem: prius illud ex ui græci uerbi: quod est ῥευματίζεσθαι: fluxum mali & noxii alicuius humoris in eam partẽ significat: quẽadmodũ in podagris fit: in q̃bus græci dicũt: articulos ῥευματίζεσθαι. i. fluxu humoris in eam partem tentari: q̃bꝰ sic se hñtibus dubitandũ a nobis est ex uiribus cupressi q̃ adstringere & refrigerare hic tñ. Galenꝰ autẽ & Paulus præter hæc siccare ẽt dixerunt: si in uessicam destillationibus siccãdo adstringẽdo ue conferunt quo mõ urinæ angustiis quibus contraria rõne succurrendũ est: conferre poterunt? Accedit suspitioni huic nostræ ẽt quod Plinius. xxiiii. capite. y. de his agens ait cupressi radicem & folia uessicæ & stranguriæ pota mederi: quasi quod hic in uessicam destillationes dixit id Plinꝰ ad urinæ stillicidiũ transtulerit: non tñ in medicinæ decretis Plinium antiq̃s græcoꝝ medicis comparamus: sed in re paꝝ certa suspitioni nostræ ex eo auctore fidem aliquam adiicere uolumus: aut igitur constituendũ in uessicam destillationes illas ꝓ uessicæ & urinæ stillicidio intelligẽdas eẽ ut cognata simul urinæ duo mala hic coniunxerit stillicidiũ. s. & difficultatem; quod nos nõ ꝓbamꝰ: q̃m quod pauloante diximus significat græcis ῥευματίζεσθαι: aut angustias illas urinæ. i. δυσουρίαι nõ ꝓ his quæ uere: & ex difficili urina urinæ angustiæ sunt: sed ꝓ labe & noxa aliqua alia quæ ex destillatione humoris in eam partem urinæ accedat: quod ex alioꝝ sentẽtia erit: nam & Serapion sic uertit; & cupressi uiribus magis conuenit: quæ ut diximus in siccando: adstringẽdo: refrigerãdoq; sũt. Nos nihil ex græcis uocibꝰ in hoc scriptore mutantes (ut legit̃) uertimus: relinquimusq; medicis q̃le hoc sit cogitandum. Quo loco ẽt legitur tritas Cupressi pilulas cũ uino potas &c. in antiq̃oribus græcis non pilulæ tñ sunt sed folia etiam; legiturq; pilulæ & folia: & si Plinius pilulis tñ id tribuat Nos græcos secuti utrunq; diximus. Dubitauimus præterea nõ ꝓcul a totius capitis fine coniũgẽdũne in denigrando capillo an in sistendo sanguine acetũ cupressi foliis esset: aliis græcoꝝ codicibꝰ id: aliis illud indicantibus: neq; ab re penitus: q̃ñ sistendo sanguini acetum in usu sit. In ambiguo tñ accedente Plinio: qui eodem libro & capite ait capillum denigrãt ex aceto ad capilli denigrationem & nos acetum contraximus. Quos deinde nos intestinoꝝ ramices diximus: hi sunt quos græci ἐντερεκήλας dicunt: quiq; descendẽtibus in inguina aut scrotum intestinis fiũt: quotiẽs disrupto aut rarefacto quod græci peritoneũ dicũt: intestina dilabunt. Quod quale sit Pollux in secũdo descripsit Mẽbranam quæ aluũ intestina: oẽmq; a transuerso septo usq; ad pectinẽ circũamplectit̃ locũ. Id malũ Galenus diffiniens: ait intestinoꝝ ramices eẽ in alterã partem funditus & uniuersi aut paulatim intestini lapsum: alterã intelligẽs partẽ aut scrotũ aut inguina. Nã sæpe fit ut infra inguen intestinũ nõ descẽdat: aliq̃ñ in scrotũ delabat̃; ideoq; cognata & ex principio eadẽ duo mala diuersã hñt appellationem: si. n. in inguine subsederit malum βουβωνοκήλη. i. inguinis ramex dicit̃: si autẽ in scrotum descẽderit: tũc legitima enterocele & intestinoꝝ ramex est. Quibus aũt ex causis & quomodo in pueris & ætatibus aliis id malum fiat: docere nos non oportet.

ῥευματισμός
ῥευματίζεσθαι

Ramices intestinorum

βουβωνοκήλη

DIOS. DE Iunipero arbore. Cap. xciiii.

a Rceuthon. Romani Iuniperum dicunt. Duplex Iuniperus est: maior altera: minor altera. Minorẽ aliqui Arceuthida diminutiua forma quasi Iuniperulũ dicũt. Sunt ẽt q Mnesithcũ: qui acataliden hanc dicunt. Aphri Zicorinsiper: Aegyptii Libyũ: Galli Iucipellũ. Romani Iuniperũ minorẽ dicunt.

Maiorē itidē sunt qui agrestē cupressum: qui mnesitheū minori similiter qui acateram uocent. Romani maiorem iuniperū appellāt. Notā omnibus arborē cupresso similē incultis & maritimis locis nascentem. Acris utraq; est: calefacit & extenuat: Vtraq; etiā urinā cit. Incensæ suffitu ambæ serpentes fugant: earū fructus alterius ponticæ nucis: alterius fabæ magnitudine cōspicitur: rotundus: in cōmanducando odoratus: & leniter amarus: qui arceuthis. i. iuniperi bacca appellatur mediocri calefaciendi & adstringendi natura: qui stomacho etiā accōmodatus sit: potusq; ad uitia pectoris: tussim: inflationes: tormina: & uenenata faciat. Vrinā idem etiam trahit: quapropter conuulsis: ruptis: & muliebriū locoꝝ strangulationibus cōfert. Folia habet utraq; iuniperus acria: ideoq; illita: potaq; & ea & eoꝝ succus cum uino uiperarū morsibus succurrunt. Cortex præterea crematus: & ex aqua inunctus lepras pellit: cauenda tñ ligni ramenta: hausta enim letalia sunt.

INTERPRES.

n On leuiter in instaurando hoc capite laboratum nobis est: tam uarie corrupteq; in antiquoribus græcis totum legebatur: aliis in prima parte statim maioris minorisq; iuniperi diuisionem & appellationes describentibus: aliis alteram ab altera separātibus: & quæ ad minorē pertinerent in principio; quæ uero ad maiorem in extremo calce docentibus: cunctis uero in reliquo capite patū sibi ipsis conuenientibus: sed nos melioꝝ ordinē: latinorūq; auctoritatē & fidē secu ti; qua nunc legitur forma instaurauimus: ita tñ ut nihil additum: subtractum ue a nobis fuerit; nihilq; ab impresso mutatū quod non in reliquis omnibus aut in pluribus saltem legeretur. Credimusq; in Gallica minoris iuniperi appellatione ex obsoletis incertisq; notis & uestigiis quibusdam quæ in antiqua lectione adhuc apparent nō Iucipellus: quod caret intellectu: sed iuniperellus legendū esse: Non tñ hoc multifaciēdū Illud in Iuniperi fructus historia grauius & diligentius curandū: quod in antiquis ab impresso codice diuerse legitur: hic. n. ait alterius fructū nucis magnitudine prouenire; nullo nucis generе adiecto: quod merito desiderandum est: alterius nucis ponticæ i. auellanæ q̃titate. At in antiquioribus hisq; melioribus in primo nucis ponticæ legitur: in secundo fabæ: quam lectionē Serapion ēt secutus est: quo fit ut nos monente id re ipsa etiā primo ponticæ nucis magnitudinem: secūdo fabæ assignauerimus: lapsus hic librarii fuit in excribendo inter κυάμου & καρύου errantis. Suspicamur & illic uitium esse quo loco hic ait: Vrinam idē etiam trahit: quapropter conuulsis ruptis &c. Non n uidemus cur hic inserat ex eo q; ciēdæ urinæ prosit iuniperi fructus: ob eam cām conuulsis ruptisq; prodesse debeat: potest quidem omnia illa auctore Plinio; qui hoc ipsum agens ait urinam ciere: illiniri & oculis in epiphoris: & dari conuulsis: ruptis: uuluis &c Verum nos id non damnamus: sed suspectam nobis dicimus seriem sermonis esse: desideramusq; illic aliqd a quo certi' inferretur illud: & ob quā cām aliis illis malis succurreret: quod quale fuerit quondam non facile nec tutum censere nūc est; quæ deinde in morbis & medicina pectoris uitia dicta a nobis sunt a Plinio Serapioneq; ad dolores eius partis cōtrahunť. Nos qualia & quæ in scriptore hoc leguntur ea reddidimus.

DIOS. DE Herba Sabina. Cap. xcv.

b Rathy. sunt qui Barython: & qui Borathon uocent. Romani herbā Sabinā dicūt. Et hæc duū gñm est: alteꝝ foliis cupressi: spinosius tñ: graui odore: acre: feruidæq; naturæ. Curta hæc arbor est: & in latitudinem magis se explicans. folia eius incensa utiliter ad suffitus & odorē uaporanť. Alterū eius genus Tamaricis folio est. Sistunt utriusq; folia quæ pascendo serpunt. Illita inflāmatiōes leniunt: ex melle itidem illita nigredines abstergunt sordesq; alias cutis. Carbunculoꝝ crustas ex uino imposita exterunt: & cum urina sanguinem pota ducunt. Pellūt itidem hausta emortuos partus. Idq; apposita etiā præstant & suffita. Miscentur unguentis quæ calefaciendo sunt: priuatimq; musteo quod gleucinum uocant.

INTERPRES.

n Onest quod in Sabinæ herbæ tam græcis q̃ latinis appellationibus legentes moneamus nisi forte quod a Diodoro in Arabia nasci dicitur Borathon Sabina herba est: quam hic barython & borathon uocari a quibusdam dixerit. Quod suspicari ab re penitus non est cognatæ n. congeneresq; plantæ: & ab hoc deinceps descriptæ Iuniperus & Cedrus illi cōiunguntur: sed nō iisdem omnino litteris Diodoro & huic scribuntur: hic barython: ille borathon uocat

uocat. Nouerunt rura oîa Sabinã herbã: eadẽ penitus figura qua ab hoc describitur: nihil ideo de ea ultra agimus q̃ ut moneamus a regione in qua multa nasceretur sabinã: & herbã q̃m non arbore sceret. Sed in latera caulũ modo in herbis se explicaret Romanis dictã fuisse. Quam naturam hic una uoce descripsit κολοβὸν δένδρον appellans decurtatæ breuitatis arborẽ describens. Græci enim κολοβὰ dicunt quæ trũca sunt & sũmas amiserint partes: nos id curtũ eadẽ significatione diximus. In curandis deinde Sabina herba morbis suspicamur nõ bene in græcis legi: καὶ ἄνθρακας περιρρή/ξεις ὑν οἴνῳ ποθέντα καὶ αἷμα δι᾽ οὔρων ἄγει: quod paucis mutatis uersum a nobis est Carbunculorũ crustas ex uino imposita exterunt: & cum urina sanguinẽ pota ducunt, ad exterendas n. carbunculorum crustas foris magis q̃ intus remedia afferuntur & ad ducendũ cũ urina sanguinẽ aptius aliqd bibitur. Non fuerit forsan ab re penitus: quod est: & carbunculorũ crustas exterunt soperiori membro coniunxisse: ut sit illita nigredines sordesq; alias abstergunt & carbunculorũ crustas exterunt: & quod sequitur cum uino pota sanguinẽ cũ urina trahere dicant: nulla nisi ordinis & positurae uocum & rerũ mutatione. Sciendũ & illud non dicere hunc Sabinæ herbæ foliis rũpi carbũculos aut carbunculos ad suppurationẽ ꝑducere ut interpretes alii uerterũt. Sed exteri & leuigari crustas ab igne in corpore relictas: neq; in impresso codice legitur περιρρήξει quod rũpere est: uerũ περιρρύ/πτειν qđ græcis σμᾶν i. abstergere & exterere significat. Vnde & ῥύπον & ῥυπαρίαν græci dixerunt. Et Aristophanes in fabula quæ inscribitur ἀχαρνεῖς aperte id docet: dicens ἐξ ὅτου γ᾽ ἐγὼ ῥύπτομαι ridiculo & theatrali uerbo uitam significãs: in qua subnascentibus quotidie toto corpore sordibus purgari: abstergi & exteri necesse est. Nolumus & illud relinquere quod Plinius de Sabina herba ait: utilis in suffitus pro thure assumit: ab hoc simpliciter ad suffitus & odoratos uapores dici ἀντὶ θυμιά/ματος. i. in cuius uocis æstimatione non magis thus q̃ quod uoluerit aliqs odorato uapore ardẽs intelligendũ est: nec totã rei significationem explet siquis: ad suffitus dixerit: latius. n. patet suffit⁹ qui in medicina ingrato ẽt odore fieri põt: in thymiamate aũt odoris bonitas intelligenda semper est. Quas uero nos nigredines diximus inter cutis uitia: liuores: & naturæ uitio decoloratam nigredine cutem intelligere oportet.

DIOS. DE Cedro: Cedrino liquore & fructu. Cap. xcyi.

c Edron. Romani pariter græcis cedrũ dicũt. Grãdis ꝓceraq; hæc arbor est: Colligitur ex ea cedrinus liquor: Fructum fert iuniperi mõ rotũdũ myrtheæ baccæ magnitudine. Probatur aũt cedrinus liquor q crassus pellucet: & intenso firmoq; odore est: quiq; diffusus concretis stillicidiis seipsum continet: nec diffluit. Natura & uis illi est uiuentia corpora corrumpere: defuncta incorrupta seruare: quam ob cãm cadauerũ uitã pleriq; eũ dixerunt: Vestes tñ & pelles nimia siccitate caliditateq; corrũpit. Oculorũ medicinæ utilis ad claritatẽ eorum inũgitur: Albugines oculorũ & cicatrices exterit: Necat autiũ uermes cũ aceto instillatus: & cũ hyssopi decocto earũ sonos sedat & sibila. Cauis dentium inditus eos quidem frangit sed dolorẽ sedat: Idem præstat & si cum aceto dentes colluantur: Genitalibus ante coitũ inunctus sterilitatẽ facit. Inunguntur eodẽ anginæ tonsillarũq; inflãmationes: Pediculi & lendes eodẽ inunguntur: Cerastæ morsibus cum sale illitus opitulat᷑: & contra marinũ leporẽ cũ passo utiliter sumitur. Illinitur elephantiis: & linctu iisdem pariter medetur. Purgat pulmonũ ulcera & sanat cyathi unius pondere haustus, lumbricos uentris: & Ascarides clystere infusus necat: & fœtus emortuos trahit. Fit ex cedrino liquore oleũ expansis supra eũ uelleribus ut in pice præmõstrauimus: iisdẽ oîbus utile quibus & cedrinus liquor: quo priuatim canũ: boũ: aliarũq; quadrupedũ scabies ut i homine fit egregie sanat᷑. Quin etiã ricinos earũ admotũ necat: & in tonsura factas exulcerationes ad cicatricẽ ꝑducit: Colligitur præterea ex cedrino liquore fuligo eodẽ quo ex pice modo iisdẽ uiribus quibus & illa ẽ: dicuntur aũt fœminino genere & diminutiua forma Cedrides cedri fructus: calefaciendi uim habentes: stomacho inutiles: tussientibus tñ: cõuulsis: ruptis: & stillicidio uesicæ opitulantur: Menses iidẽ cient cum trito pipere poti. Contra marinũ leporem cũ uino sumuntur. Fugant serpentes cum cerui adipe aut medulla inuncto eis hominis corpore. Antidotis præter hæc omnia miscentur.

Arsinatis Comici Menechmos uisus mihi sum in theatro audire: geminorū q; & cogno-
minū fratrū in Iunipero & Cedro sororiis plantis fortunā cognoscere: cū ab antiquissi-
mis græcis & latinis tradita de his aliq̄ñ legerem: tanta est duarū plantarū inter se similitu-
do: tā pares utriusq; notæ: & a tam multis una eademq; appellatione diuersæ alioqn plā-
tæ descriptæ sunt; quasi ut in Comœdia auus defuncti nepotis desiderio: superstiti nomē illius in-
didit. Sic aliquis ꝓprium alterius genus & nomen ignorans: fallente similitudine alterius nomē al-
teri indiderit: neq; abre penitus: qm̄ si non tam excelsa sit cedrus: & ut sacræ litteræ testantur nō tan-
topere exaltetur a terra: aut si fruticū mō per terrā statim ramis in latitudinem se spargat Iunipus
erat; iisdem foliis & baccis. Curauimus nos frondes & baccas ex Materiæ insula quæ ultra gades est
nobis apportari. Oculatiq; testes sumus non differre Cedri folium a Iuniperi folio: eadem longitu
dine latitudineq;: iisdem aculeis: & eodem odore esse: baccas tm̄ Cedri maiores: duriores: & in ma
turitate uiridiore colore q̄ in nostris Iuniperis uideantur. Retulerunt ēt ex ea insula q̄ Cedris abū-
dat ad nos reuersi magnitudinem arboris altitudinemq; tantam esse; ut maximi ēt nauigii cōficien
do malo arbor una satis sit. Non consueuisse tm̄ incolas resinam liquoremq; aliquē ex ea colligere.
Materiā eius nos uidimus in fabrica durā: nitentē: colorū uarietate & odore amabilē. Et ne longius
agamus excelsa quædā Iuniperus Cedrus est. Ob quā cām alternatis quondā noībus descriptæ ab
aliqbus sunt. Omittimus libenter quæ Plinius diuersis locis miscuit; quæ Iunipero debebantur ce-
dro: & quæ Cedro Iunipero tribuens: possunt hæc uolentes facile in eo deprehendere: & ante nos
alii hoc ēt animaduerterūt. Omittimus quæ Throphrastus li. iii de plātarū historia his uerbis do-

Cedrus

cuit. Duorū generū cedrum aliqui faciunt: Lyciam & Phœniciam a regione distinguētes: alii unam
» tm̄ esse dicunt: Iunipero similē: foliisq; maxime differre; quæ in Cedro dura: in acutū desinētia &
» spinosa sint: in Iunipero tm̄ molliora. Videturq; Iuniperus Cedro excelsior esse. Sunt præterea qui
» appellatione alteram ab altera nō distinguāt: sed utrāq; Cedrū uocent: non simpliciter tm̄ sed adie-
» ctā aliqua nota cedrū oxycedrum .i. acutam noīent. Quæ omnia si quis diligentius expendat facile
» intelliget ob eam quā diximus cām confusam mistamq; simul utriusq; plantæ ab antiquioribꝰ fuis-
se historiam. Poteramus his ēt plura alia ex eodem Theophrasto aliisq; scriptoribus addere: sed
breuitati consulentes; quod totam hanc rem certius cōfirmet ex Theriacis Nicandri dictis hactenꝰ
a nobis unum adiiciemus, qui multa contra uenenatorū noxas remedia numerans non oblitus cēdā
» cedrū esse dixit uersiculus eius hic est. μηδ' σύ γε χραισμῆ πολιοῦ λάθοι ἠὲ κέδροιο ἀρκευθίδος. Quod to-
tum sic uertat aliquis. Nec te remedium lateat polii herbæ; aut Cedri arceuthis: quæ uox in cōi si-
gnificationis æstimatione Iuniperi bacca nunc est: & nihilominus ille cum cedrū dixisset a Iunipe-
ri appellatione baccā intulit quā cedrida dicturus erat. Quo fit ut ꝓ cōperto habendū sit cedrū Iu-
niperumq; natura alioquin diuersas arbores mutata inuicem appellatiōe quondā dici & signari so-
litas. Quod eiusdem Nicandri antiquus interpres testatus est: dicens arceuthin uocari fructū Ce-
dri: qm̄ & arbor ipsa arceuthos ēt dicatur: qua uoce in Iunipero posteriores tm̄ usi sunt. Aut igitur
cōstituendū est fallente similitudine miscuisse quondam ueteres aliquos diuersarū arborū nomina
quod uero similius est; aut si una eadēq; sit cedrus & Iuniperus; ex diuerso habitu nomina mutas-
se; cumq; humilior ꝓueniret & in ramos statim se spargeret iuniperum. Cū aūt ad iustam ueráq;
arborem se extolleret: cedrum dictam fuisse: quod tm̄ parū uerisimile est: & si Plinius testeť in Iuni-
pero duo esse genera maiorē alterā: minorē uero alterā: debet. n. id ad solā Iuniperū referri: quem-
admodū ad solā cedrū: quod lib primo a Theophrasto dicitur: quo loco ait in fruticoso genere cē
hederam: rubum: harundinem: & cedrida: sic. n. forma diminutiua humilem cedrum nominauit
cui statim subiunxit. Est. n. in cedro exigua & humilis quæ non arborescit. Quod Paulus Aegineta
» etiam confirmauit: his uerbis utranq; describens Cedrus tam quæ fruticosa similis Iunipero est q̄
» quæ arborescit &c. Qui deinde cedrinus liquor dictus a nobis est: collectus ex incisa & destillante

Cedrinus liquor

Cedria

arbore quasi resina liquor est; in qua appellatione uariant magnopere ueteres; nūc oleū liquorem
hunc: nunc cedriā: nunc cedræam; nunc genere neutro cedriū appellātes: liquorēq; siue resinā hāc
& ex ea factū oleū cōi appellatione miscentes: nō ob aliā ut credimus cām in huiuscemodi re negli-
gentes; q̄ quia utriusq; idē usus & æquales in medicina uires sunt: nihilominus nouisse oportet ce-
driam fœminino genere in scriptore hoc ꝓprie dici quæ ex arbore resinæ modo destillauerit; ole-
um uero esse quod ex Cedri resina: ut in pice p̄monstratum est colligitur. Sunt tm̄ qui cedriam fœ-
minino genere: & cedriū neutro sic discernant; ut illā crudā & ex arbore lectā intelligāt: hoc uero
ex cedri materia concisa & in furnis accensa picis modo fluēs & exceptū. Verū ut diximus hic tan-
tū cedriæ meminit: nec coqui in furnis cedri materiam dixit: ideoq; de duobus his tantū egisse sa-
tis fuit. Dubitauimus mox quod in Diosc. legitur σκώληκας τε καὶ ἀσκαρίδας ἐγκλυζομένη φθείρει. i.
uermes & ascaridas clystere infusus necat: quos nam uermes seu lumbricos hic dicat: uētris ne qui
priuatim suis nominibus in triplici genere græcis nominantur: an in aliis partibus innatos: propte-
rea q; cōmunior τῶν σκωλήκων uox est quam ad solos uentris lumbricos referri possit, præterea to-
to semel præposito lumbricorum genere qd' factum est cū dixit lumbricos uentris: non oportebat
statim

statim subiicere: & ascaridas quæ in eodem gñe numerantur: incõcinno sermone: nec aliter q̃ si dicat aliquis homines & Cæsarem, suspicatiq; sumus priores illos σκώληκας non ad uentris animalia sed ad alios uermes qui in aliqua alia corporis parte fierent pertinere: ascaridas uero ad ea quæ tertium genus inter lumbricos uentris faciunt: persuasitq; id Paulus Aegineta lib. iii. Ascaridas tãtum in lumbricoꝝ uentris gñe hoc remedio curari testatus: Nec minus etiam quod hic ait ἐγκλυζομένη clystere. s. infusus: q̃ remedii rõne in ascaridibus tñ idẽ Paulus usus est: multiformi clystere cõtra eas iubens cedriam infundi. Quod curationis genus succurrere his etiam põt quibus in ꝓfundiore sinu uermes forte innascuntur: quemadmodum uerminosis auribus paulo ante subueniendũ esse præcæpit. Scimus quidẽ contra alios uentris lumbricos cedria uti eundẽ Paulũ: uerũ impositã: nõ clystere infusa. Ex quo aũt nos substitimus curationis modus remediiq; rõ & late patens uermium appellatio fuit. Poterunt nihilominus arbitrio suo legentes de suspitione hac nostra censere: Illud uideor mihi nullo periculo mutasse quod in impresso Dios. non suo loco legitur: pertinetq; ad fuligmẽ ex cedrino liquore conficiendam: quæ post baccaꝝ cedri historiã medicinamq; in extremo capitis calce male legebatur. Proprius. n. illi locus a cõfectiõe & medicina olei statim est: neq; enim ex cedri baccis: sed ex accenso oleo eius fuligo fit. Quo loco hic etiam ait: Earumq; ricinos enecat: περιστραγόμενον participium deest: qd' in melioribus græcis legitur: ut remedii modus significet & ratio: admouere. n. id & quasi oleo illo contingere eos oportet: nolumus ultra differre: qm̃ ab aliis interpretibus paꝝ cognita res fuerit: ἀτόκιον qd' abortus faciat uertentibus: qd ea uoce ueteres græci significauerint docere: non abortiuum medicamentum ut illi aiũt: sed quod sterilitatẽ faciat manifesta significatione a partus priuatione quæ in ea uoce est. Longo. n. interuallo distant: abortus & sterilitas: in illo pue periũ sed non legitimo tempore: in hac nulla futuri partus spes: adẽpto statim a coitu conceptu est. Erant aũt antiquis multa huiusremodi medicamenta: utebanẽq; his gratiã naturæ iniuria: ut sine tædio fœturæ educãdæq; postea prolis quotidianã uenerẽ exercerent: nec tam graui labore exigua & breuis constaret illis uoluptas: & qm̃ aliquaꝝ fœcunditas plena liberis hac uenia aliqñ indigeret. Quod in religione nostra nõ licet: paulominus q̃ capitale si naturæ iniuria iuste æstimeẽ: cui factũ iã & futuri mox hoĩs æqualis iactura est: nõ tñ id tam turpe: nec adeo contumeliosum: q̃ fuerit ob hanc ipsam causam alia in homine ueneris diuerticula quæsisse.

σκώληκες

ἀσκαρίδες

ἀτόκιον

DIOS. DE Lauro & Lauri baccis. Cap. xcvii.

d

Aphnen. Romani Laurum dicunt. In Lauro quædam tenuiore: quædam latiore folio est. Calefaciendi utraq; & molliendi uim hẽt: quã ob cãm decocto eaꝝ muliebriũ locoꝝ & uesicæ uitia utiliter insidentibus fouentur. Adstringunt uitidia utriusq; folia leniter. Prosunt concisa eadem: mox illita uespaꝝ apiumq; ictibus: cum pane itidem polenta ue illita inflãmationes leniunt. Eadem deuorata stomachum mitigant: Vomitiones tamen cient. Maiore calefaciendi ui q̃ folia lauri baccæ sunt: ob id concisæ ex melle passoue in eclegmate contra tabem quã phthisim dicunt: In spiritus difficultate nõ nisi recta ceruice spirantibus: & in pectus destillationibus utiles. Bibuntur cum uino eædẽ contra scorpionum ictus. Vitiligines extergunt: & expressus ex eis succus doloribꝰ grauitati: & incertis aurium sonis: cum uetere uino: & rosaceo utiliter instillaẽ. Miscetur idem acopis & unguentis quæ calefaciendo & discutiendo sint. Frangit calculos radicis utriusq; eius lauri cortex: fœtus in utero necat. iocinorosis prodest triũ obolorum pondere cum uino potus.

INTERPRES.

u

Nã in Lauro uniuersi generis diuisione contentus Dios. ꝓpositisq; duobus tm̃ præcipuis eius arboris generibus: exqrenda & tractanda aliis reliquit: quæ multa naturæ obseruatione: & humani in ea arbore usus longius aliqui scripserunt: admirationi magis uoluptatiq; legentiũ q̃ medicinæ necessitati consulentes: per cuius uestigia nos etiã ingressi & exemplo eius in labore hoc nostro quæ opus sunt tractantes: primum id legentes monebimus: nescire nos quanta sit eius loci integritas & fides ubi in omnibus græcis pariter legiẽ: στόμαχον ... κινεῖ: quaꝝ uocũ manifestus est sensus: & is quem nos reddidimus: non tñ antiquiores latini Serapion. s. & antiquus interpres quicũq; ille fuerit sic quondam legebant: in omnibus. n. est stomachum subuertunt & nauseas uel uomitiones faciunt: non diuerso tñ sed contrario penitus sensu: ex quo oborta nobis suspitio est: potuisse quondam illic non

πραΰνειν legi: quod lenire & mitigare est: non. n. quod lenit uomitiones facit: sed aliud similiter desinens: aut nõ adeo dissimile uer bũ: qualia sunt ταράσσειν ταράσσειν ue aut ἀνακινεῖν uel his simile aliquod aliud quod subuertendi miscendi & exasperandi significationẽ hẽret. Non .n. negligendi penitus antiquiores huius scriptoris interpretes: & si uitio tẽporũ inculti sint: nec explodenda oĩno: q̃ antiquæ ueritatis licet informia uestigia deprehendi adhuc in illis possunt: presertim cunctis aut saltem pluribus idem testantibus: quo cõi consensu nullum certius auctore Hesiodo & Aristotele ueritati testimonium affertur: eousq; ut cecinerit Hesiodus diuinã esse famã: quã multæ loquãtur gentes. Ex eo non ab re uisum nobis est: dubitare uitium in ea parte esse: relinquereq; aliis de tota hac re certius cẽsendi locũ. Illud ex melioribus & uetustioribus græcis instaurauimus: qđ in impresso multisq; aliis deerat: ob id ex melle passoue cõcisæ &c. Deest. n. in pluribus λεῖαι qđ ẽ cõcisæ & cũ melle aut passo subactæ: eadẽ fide & ope ẽr auriũ duobus malis grauitati s. & dolori tertium addidimus; qđ ad incertos uocũ sonos indiscreta significatiõe ad aures puenientes pertinet ἀπηχήσεως. n. est καὶ δυσηκοΐας καὶ ἤχους: quos ueteres incertos & indiscreta significatione sonos inter aurium uitia dixerũt. De quibus alibi certius dicemus. Nũc uitiligines ex græcorũ decretis quales sint ostẽdemus.

Vitiligines

Et si Celsus dicat per se id malũ nullũ afferre piculũ. Vitiũ id cutis est & ex malo corporis habitu fit: duorũ generũ quæ diuersi colores faciunt: ex pituitoso humore cãdidæ: ex atra bile nigræ: q̃bus hoc aut illo colore decoloret cutis: & si diutius permaneãt: altius descendentes a natiuo colore et pilos mutent; quemadmodum in ea fit quæ leuce priuatim dicitur: quã Celsus tertium Vitiliginis genus facit: cũ tñ a græcis per se tractetur. De ea cũ primũ se offeret longius agemus. Nihil autẽ oĩa hæc mala sunt q̃ cutis pilorumq; a pprio & natiuo colore mutationes.

DIOS. DE Platano. Cap. xcviii.

p

Latanon. Romani pariter Platanum dicunt. Decocta in uino tum illita platani tenerrima folia oculorũ destillationes compescunt: eorũq; tumores & inflãmationes leniunt. Corticis in aceto decocto dentes in dolore colluuntur. Potæ cum uino uirides Platani pilulæ omnium serpentium morsibus succurrunt. Cum adipe eædem coactæ ambusta sanant. Nocet foliorum & pilularũ lanugo oculis & auribus illapsa.

INTERPRES.

a

Mabilis & expetita omnibus quondam hæc arbor fuit: peregrina primũ Italiæ: mox omnibus in ea locis & hortis uirens; iterũ neglecta paulominus q̃ ad antiquã gr̃am ætate nr̃a restituta est: uiretq; & in deliciis in Ethruria ẽt habetur: magno temporũ & hoĩum argumento: quibus uoluptas & uitæ ocia: aut contra sollicitudo & utilitas in precio & honore fuerit. Longior & speciosior in antiquis scriptoribus arboris huius historia est: cum tñ summa eius cõmendatio fuerit: solẽ æstatibus arcere; per hyemes admittere. Nullo alio humanæ uitæ fructu præter q̃ in medicina: quam in hac arbore eiusq; partibus copiosius q̃ Dios Plinius & pleriq; alii prosecuti sũt. Poteruntq; uolentes in remediis his amplius quiddam a Plinio audire lib. xxiiii. capite. viii. suæ historiæ. Nos ea breuitati consulentes relinquimus.

DIOS. DE Fraxino. Cap. xcix.

m

Elian. Romani Fraxinum dicunt. Nota arbor Fraxinus est. Folia eius: foliorumq; succus: illa illita: hic potus uiperarum morsibus subueniũt. Cremari eiusdem arboris corticis cinis leptas pellit ex aqua inunctus: ferunt tamen pota ligni ramenta letalia esse.

INTERPRES.

n

On dissimiles corporis & animi in continua utriusq; societate euentus sunt. Vtq; ita: fastus misericordia: affectionesq; aliæ alibi concipiuntur: in oculis autem superciliis totoq; uultu apparent: eodem modo cutis uitia omnia altius intra corpus concæpta in summa eius superficie emergunt: & ut hi aut illi magis minusue corrupti humores æstuant: sic mitiores: grauioresue ceu in tempestate maris spumas in summa cute asperitates excitant: quarum multiplex etiam forma & euentus sit: eamq; ob cãm diuersis appellationibus tam a græcis q̃ latinis indicentur impetigines: pustulas: scabies: lepras: elephãtemq;: & siqua alia huiuscemodi sunt priuatim suis nominibus appellantibus. In quarũ tam diuerso & multiplici genere de lepris tñ hoc capite ex græcorum decretis agemus: quod malum peius q̃ quondã audierit nostra ætate auditur: non insanabile penitus; neq; in quo decidant corporis extremæ partes: ut in omni elephante fit. (Dico aũt ele-

Lepra

phantē non aia'; sed in hoc genere grauissimū malum: de quo cū primū nobis ea uox occurret certius dicemus) Sed qd' ueteres græci statim ab elephante hoc docuerint: Scabiēq; quā illi Psoram nominant; coniunxerunt; quodq; Galenus duobus locis diffinierit: cutis mutationē dicens lepram esse in habitum præter naturā: cui accedat aspredo: pruritus: decidantq; squamulæ: & plures corporis partes depascātur: & hæc in diffinitionibus suis testatus ille est. In Isagoge deinde mutationē illam cutis in candidiorem colorem esse dixit. Credimus nos ut ea coloris nota etiam ab elephante lepram distingueret. Paulus Aegineta de iisdem sic egit ut diceret lepræ simul & psoræ: sic.n. illę ꝓprium scabiei genus nominat: cōem notam cutis aspredinē esse; accedereq; pruritū: & paulatim corpus absumi: fieri utranq; ex atra bile: sed lepram altius circularibusq; erosionibus cutē depascere: & squamage piscīū mō squamulas ex se remittere. Psoram uero illā corporis summā cutē & superficiem uaria erosione depascere: furfurosaq; magis q̄ squamosa ex se remittere.

λέπρα
ψώρα

DIOS. DE Populo alba. Cap. c.

Eucen, Romani albam Populum dicunt. Potus populi albæ cortex unciæ unius pōdere coxendici & uesicæ stillicidio opitulat'. Creditur idem potus cum mulieribus sterilitatem facere. Ferunt' itidem pota a purgatione statim eiusdē arboris cum uino folia idē pstare. Cōtra auriū dolores tepidus eorų succus utiliter instillatur. Cōuoluta in orbē pilulæ modo in prima germinatione populi albæ folia concisa & ex melle inuncta hebetibus oculis medent'. Testati aliqui sunt nigræ & albæ populi cortices in exigua fragmēta sectos: mox instercoratis hortorų areis satos quacunq; anni tēpestate fungos qui edēdo sint gignere.

INTERPRES.

Xposita omnibus in Theophrasto Plinioq; & plerisq; aliis: utriusq; populi albæ.f. & nigræ de qua mox dicemus eis historia est. Poteruntq; uolentes ab illis certiora & plura audire: q̄ excerpta ex eis & excripta ab aliqbus nr̄a ætate fuerint. Nos ne ueluti naturæ oium parēti ingratam: aut maleficio aliquo infamē sine honore aliquo pteritam se a nobis alba populus doleat: quid hebetes oculi nobis in ea sint: breuiter dicemus. In oculorų miuriis & uitiis quæ numerosa sunt, & plura q̄ in singulis aliis humani corporis partibus ἀμαύρωσις est & ἀμβλυωπία græcis appellationibus hoc loco ideo signare: ut a medicis eius gentis accepta certius indicent'. In utroque hoc malo uisus claritas & lucis usus minuitur: sed in altero magis & funditus: in altero minus & aliquatenus: incerta in utroq; rei & euentus cā. Diffinitq; Galenus in Isagoge sua priorem illam ἀμαύρωσιν esse dicens totius uidēdi usus absq; manifesta cā impedimentū & obicē: secutusq; illum Paulus Aegineta diffinitioni huic aliqua addidit; nō semp: sed plerunq; totius lucis impedimentū esse: fieriq; nullo manifesto malo; integro & incolumi omni oculo testatus. Hic ipse etiam qm̄ in altera non tota pereat lux; sed hebescat; non obicē & impedimentū: sed hebetudinē uidendi ex incerta aliqua cā dixit esse. In altero nomē factum ē ab his quæ adempta luce tenebricosa uideri nō possunt. In altero agl'adiis qui obtusa acie celerem illā penetrandi uim amiserunt: & hi hebetes oculi a nobis dicti fuerunt; non qui naturæ uitio tales a principio fuerunt.

Hebetes oculi.
ἀμαύρωσις
ἀμβλυωπία

DIOS. DE Macere. Cap. ci.

Macer Romani Macer dicunt. Cortex Macer est qui a barbaris affertur: crassus: colore subruffo: & qui uehementissime in gustu adstringit. Bibitur contra cruēta sputa: intestinorų tormina: & in aluum destillationes.

INTERPRES.

Vlta sunt quæ inuentum hoc loco Macer peregrinitatis in hoc scriptore & alienæ elocutionis arguant. Siquidem quod in Aromatum censu & ordine est; nasciturq; in India procul a nostro orbe; inter ulriores & nostri orbis arbores tractari nō debuit; nec certam habet generis historiam: si quod in India nascitur apud barbaros nasci dicatur; græcis n. Germani ēt Barbari sunt: quibus in frigido cœlo nihil huiuscemodi nascitur. Neq; Dioscoridis ætate cōsueuerant ad orientem & meridiem mundi partes Barbariam nominare. Quo fit ut credamus a ppriis sedibus quæ illi inter Aromata erant: in alienū locum temere translatum fuisse Macer hoc: & qd' legitur ἐκ τῆς βαρβάρου: ἐκ τῆς ἰνδικῆς legendū aut intelligendum saltem esse. De ligni cortice hoc Galenus multa & post eum Paulus Aegineta pluresq; alii. Nostra ætas ex India aduectum Aroma Macis appellatione nouit non ligni corticem sed odoratæ nucis: corticosum operimētum: & quasi uillosum folliculum: qualis in ponticis nōdū penitus maturis nucibus uidet'. Qui si idem cū hoc

& eo quod Galenus xylomacer uocat sit peritiorum iudicio relinquimus. Nobis ut a principio diximus in scriptore hoc suspecta oĩa facit: locus; breuitas: inconcinna elocutio: & q̃ in uetustissimo & ꝓbatissimo mihi codice nusq̃ macer hoc legitur. Cæteri tamen omnes de eo tradiderunt. Nosq; eorum fidem & auctoritatem secuti hactenus de eo egimus.

DIOS. DE Vlmo. Cap. cii.

P Telean. Romani Vlmum dicunt. Adstringunt Vlmi folia: cortex & rami. Medentur lepris Vlmi folia concisa: & ex aceto illita. Vulnera eadem glutinant: multoq; magis cortex: pro uinculo & fasciola uulneri circumuolutus: lentus enim uitilium modo in uincula facile flectitur. Crassior eiusdem cortex cum uino: aut aqua: ambobusq; frigidis pondere unciæ potus pituitam trahit. Solidescunt celerrime ossea succedente cicatrice quã porum dicunt: quæ foliorum radicum ue corticis decocto fouẽtur fracta ossa. Humor qui in prima foliorum productione in folliculis eius inuenitur: cuti nitorem inunctus affert: cum uero aruerit in bestiolas culicibus similes resoluitur. Pro oleribus noua etiam Vlmi folia obsoniis decoquenda adiiciuntur.

INTERPRES.

N Ota omnibus arbor Vlmus est: genera generũq; eius bonitas & usus ĩ reliquis humanæ uitæ necessitatibus tractari ab herbario & medico non debuerũt: ideoq; nec a nobis desideranda hoc loco quæ Theophrastus & Plinius longissime de omni Vlmo tradiderunt. Illud tm̃ monemus noluisse nos Tiliam cortices illic dicere, quo loco legitur cortex ꝓ uinculo & fasciola uulneri &c. Qua rei descriptione Plinius ante usus fuerat: ne Tiliam arborem Vlmo miscuisse nos aliquis dubitaret. Scimus.n. & nos a Tilia arbore cuius materia lenta & tractabilis est quondã uocatos lemniscos fasciolasq; in coronis ex ea arbore pendentes: de qbus cũ de Tilia arbore dicendũ erit: certius & copiosius agemus. Non omittemus præterea in deiicienda aluo Pliniũ frigida aqua tm̃ uti: nec pituitam solũ sed aquas ẽt purgare: quæ nescio an Dioscoridi deesse possint: & abundare uinũ quo hic in eadẽ purgatione utit̃. Et cum nihil osseũ in Dios. illic legeret̃ ubi dictum a nobis est. Solidescunt celerrime ossea succedente cicatrice &c. Nõ sine cã ad fracta ossa cõtrahendã esse rem cogitauimus: cum illic πωροῖ uerbum esset: quod id tm̃ significat: ut pauloante testati sumus: & præter id κάπυγμα quod infractis tm̃ ossibus ab antiquis medicis receptum est. Quod tã aperte in Galeno patet ut eius alioꝝ ue auctoritate confirmari non debeat: quas deinde bestiolas culicibus similes in Vlmi folliculis nasci Dios. ait a Theophrasto Cnipes dicuntur, quemadmodũ ex caprificis euolantes similes his aliæ bestiolæ Psenes ab eodem uocantur.

DIOS. DE Lignorum Carie. Cap. ciii.

S Aprotera. Romani Cariem dicunt. Quæ ex ueteribus lignis & truncis Caries farinæ modo colligitur: Vlcera purgat inspersa: & ad cicatricem perducit. Compescit eadem quæ serpunt: cum pari aniso uino macerata linteolisq; inducta: sicq; illis imposita.

INTERPRES.

Credidissem ego facile de Vlmi carie tantũ a Diosc agi hoc loco nisi Paulus Aegineta huic his uerbis subscripsisset: lignoꝝ caries: eorumq; præcipue quæ mediocrem adstringendi uim habent: qualis ulmus est humentia purgat ulcera & explet.

DIOS. DE Nigrapopulo. Cap. ciiii.

A Egiron. Romani Nigram populũ dicunt. Populi nigræ folia utiliter ex aceto podagris imponuntur. Quæ uero ex ea destillat Resina malagmatis miscetur. Semen comitialibus cũ aceto bibitur. Fertur utriusq; populi lachryma circa Eridanum fluuium in destillando densari: fieriq; quod electrum græci: Romani succinum uocant: a quibusdã idẽ Chrysophoron dicit̃: colore auri: in attritu odoratum: quod tritum potumq; stomachi & alui fluores sistit.

INTERPRES.

a Lbæ nigram ubiq; populum coniunxerunt ueteres:nunquã q; aut rarissime Theophrastus Plinius ue de altera egerunt:quin statim de altera etiã non agerẽt:ob id uerisimile est debuisse in scriptore hoc ẽt coniungi:& altera ab altera statim tractari:nos tñ quibus locis in omnibus antiquissimis græcis reperiuntur:eas reliquimus:nõ ausi mutare quod antiquorum oĩum codicum fide immutabile esse debuit:presertim nulla rei maiore urgente necessitate. Nec alia sunt quæ dici a nobis hoc capite debeant:nisi aliquis forte succini quod electrum ueteres nostri ambram dicunt historiã oẽm desideret:quæ si ex his quæ nostra ætas nouit & quotidie uidet tractanda sit:notissima & in promptu omnibus est:si uero ex his quæ antiquissimi græcorũ scriptores poetæq; & post eos latini aliquot tradiderunt:fabulosa longior & incerta:ideoq; nobis relinquenda:presertim docente omnia hæc Plinio lib. ultimo capite tertio & quarto:a quo nihil quod ad hanc rem pertineret neglectum omissumq; est:Id tñ monebimus non probari a Dios. etiã quæ tunc ferebatur fama:ex arborũ huiusmodi resina succinum durari:ex quo ait ferri id & narrari. Nos illud etiam adiicimus credere nos non ex utraq; populo succinum destillare:sed ex nigra tñ: ideoq; non ἐξ αὐτῶν numero multitudinis sed ἐξ αὐτῆς numero singulari legendum esse locũ: nihil tñ omnibus græcis idem testantibus mutatũ a nobis est:cognoscendũq; id diligentiorib9 relinqm9.

DIOS. DE Harundine. Cap. cv.

e Alamon. Romani Harundinem dicunt. In Harundinibus nastos .i. toto internodio concreta & plena quædam uocatur: ex qua sagittæ fiunt: Quædam contra fœmina appellatur: ex qua tibiis lingulæ conficiuntur: quædam itidem Syringias quasi fistularis dicta: carnosa: densis geniculis: scribendis libris accõmodata: Crassior quædã ẽt & concaua prope profluentes aquas nascens quæ donax dicitur: ab aliquibus aũt cypria. Est & alia quã uallis sepibusq; utilem phragmitem græci: nos uallatem uel sepiculatem dicamus: gracilis cãdidaq; omnibus notissima: cuius radix concisa per se: & una cũ bulbis illita surculos & cuspides extrahit: ex aceto autem luxata & lumborũ dolores lenit. Quinetiam tusa eius uiridia folia sacris ignibus inflãmationibusq; aliis imposita medentur. Corticis eiusdem Cinis capilli defluuia quas alopecias dicunt: ex aceto illitus emendat. Harundinum paniculę lanugo: si aures intrauerit hominem exurdat. Potest eadem omnia & cypria harundo.

INTERPRES.

f I iusta usus bonorũq; suorũ æstimatione maximis etiam arboribus Harundo comparetur nullibi q̃ in ea liberalior generi humano natura fuisse uidebitur. Nec aliunde maior illi merito lauserit q̃ uno hoc fragili & inani frutice omnes fere toto orbe gentes ad omnẽ instruxisse fortunam & uitam: q̃ñ una hæc sacrificiis epulis: theatris funeribusq; multiplices dederit tibias: Vna hæc pereuntes subinde humanas retineat uoces:& ad alienos consilia cogitationesq; nostras transferat: hæc una ad ꝓpulsandas iniurias & arcendos longe hostes militem nunc etiam in oriente armet:& quod uitæ nostræ magis intersit in rustico opere ubiq; ĩueniatur: in quo modo uitem iuget: aut fulciat: modo clausum a pecore hortum tueatur:& ne uoluptati etiã desit: aucupio per hyemem inseruiat. Quæ omnes parentis oĩum naturæ in frutice hoc non contemnendæ laudes sunt. Verũ nec illa etiam relinquenda quæ ad faciendam homini medicinam ꝑtinet: presertimq; luxatis parte aliqua corporis nostri membris: de quibus id solum significabimus esse nobis luxata quæ græcis στρέμματα sunt facto illis a torquendo nomine cum suo loco mota ossa legitimos naturæ in ea parte motus cum dolore remorantur: Quos deinde nos cum radice harundinis bulbos diximus oculos eius intelligimus: quo nomine ueteres etiam in radice harundinis eam partem dixerunt: unde noua eius soboles quotannis nascitur. Luxata

DIOS. DE Papyro. Cap. cvi.

p Apyron. Romani pariter Papyrum dicunt. Nota omnibus papyrus ex qua cartha fit. laxandis fistulis usum tñ medicina habet: in quem natiuo humore uuida in partes secta: mox lino circumligata & coercita usq; ad siccitatem durat: sic. n. contractior facta in fistulas demissa humore impletur: tumensq; eas aperit. Habet radix eius aliquid quod nutriẽdo sit: Com

manducantesq; eam Aegyptii succum tantum deuorãt reliquum corpus expuẽtes. Vtuntur etiam Papyri radicibus pro ligno incolę. Potest crematæ papyri cinis quę in ore aliisq; partibus pascendo serpunt cohibere. Verumtamen in eo efficacior factæ ex eo crematæ cartæ cinis est.

INTERPRES.

i Llustrarunt papyri natales sacræ et hebreorum litteræ in Papyrione ad Nilum Aegypti fluuium expositum Mosen tradentes: quo etiam argumẽto præter ea quæ Theophrastus: Strabo: & Plinius tradiderunt; facile intelligat aliquis palustrem plantam & in ferulaceo genere propriam Aegypti papyrum hanc esse. Cuius quondam multiplex fuerit usus: quæ omnia iidẽ illi auctores tam aperte docuerunt: ut nõ sperandũ sit; si iterum repetant: quod Flaccus ait ut decies repetita delectent: sed timendũ magis quod in Satyra alter ille cecinit: ne miseros occidat crambe repetita legentes. Presertim cum Barbarus iisdẽ uerbis Theophrasti: Strabonis: Pliniiq; omnia cõmentationibus suis inseruerit: nec si idem nunc fiat a nobis aliud profecto fuerit q̃ eiusdem rei tertia & quarta lectione inutiliter legentes onerare: & quæsitam illi nouo laboris genere laudem auferre. Ideo nos relictis his monebimus: quæ diuersa nobis nec eadem cum aliis eo loco sunt. In quẽnario humore uuida in partes secta mox lino circumligata & cohercita usq; ad siccitatem duratur: ex meliorum codicũ lectione mutata: & ut certius tota res pateret pluribus uerbis descripta fuisse. Non enim ut passim legitur [Greek] uerum [Greek] in illis est: qua uoce significatur græcis ea q̃ saleant rõne alia ut perennent exucto omni humore durantur & inueterantur.

DIOS. De Tamarice. Cap. cvii.

m Yricen, Romani Myricem & Tamaricem dicunt. Nota omnibus arbor Tamarix est. Nascitur ꝓpe paludes & in stagnantibus aquis: fructum fert quemadmodum & florem concretiõe sua muscosum. Nascitur satiua quædã Tamarix in Aegypto & Syria: in cęteris agresti similis: sed semine gallæ simili: quod gustũ inæqualiter adstringãt: & uice gallæ oris oculorũq; medicinæ & cruentis sputis in potiõe accomodatũ sit. Cœliacis præterea: fœminarum fluctionibus: suffusis felle: & phalangiorum morsibus. Idem tumores illitũ reprimit. Semini eadẽ potest & cortex. Coquuntur in uino Tamaricis folia: potũq; eorum decoctũ lienẽ minuit. Colluuntur eo in dolore dentes: fouenturq; eodem inlidentes utiliter ad fluctiones suas fœminæ. Apte idem inspergitur his in quibus lendes & pediculi abundant: ligni etiam cinis fœminarum fluctiones sistit appositus. Fiunt præterea ex Tamaricis ligno calices a quibusdam: quibus lienosi in bibendo utuntur utilissimo eis ut credunt in hac materia potu.

INTERPRES.

q Vam cæteri græcorum appellatione Myricem potius q̃ Tamaricem dixerũt: nos auctore Columella plantarum & Romani sermonis grauissimo teste Tamaricem libere & intrepide diximus. Is.n. de suillo pecore eiusq; morbis libro octauo agens solere ait sues uitiosi splenis dolore infestari: accidereque id malum magnis siccitatibus: quo tempore stratis passim sub sua arbore pomis: sues in explebile quoddam pecus dulcedinem pabuli consectantes splenis incremento laborant: succurriq; huic malo dixit: si e trunco Tamaricis fabricentur canales: impleanturq; aqua: deinde sitientibus admoueantur. Quippe ligni succus medicabilis epotus intestinum lienis tumorem compescit: quo uno testimõio satis fore nobis credidimus: ut quæ græcis μυρίκη est latinis Tamarix certe quondam fuerit & adhuc sit: eodem in duobus auctoribus eiusdẽ mali conueniente remedio: Sterilem Tamaricẽ in Theriacis suis Nicander esse testatus est: speciosũq; eius fruticem: ideo μάντιν i. uatem uocari: q̃m iusserit Apollo Vates Tamaricis ramulum manu tenentes uaticinari. Versiculi eius sunt. [Greek] Quæ sic facile uertat aliquis Sumito præterea myrices fruticem: uatem inter uiuentes honoratum: in qua Apollo corypæus uaticinia posuit & iura mortalium. Ob quam causam ut ex historia collegimus Magi & Scythæ ad uaticinia sua Myrices uirgis utebantur: quod genus diuinationis ab aliis gentibus etiam seruatum est, Herodotus siquidem sæpe in diuersis gentibus myriceis ramulis uaticinia fieri testatur ob quam causam & Apollo myriceus quondam dictus est: Quinetiam ex eadem hac arbore in põ

Myrices ramalus uates appellatur

pa Iouis coronari solitos in Aegypto sacerdotes: & in Media: magos ex antiquioribus scriptoribus plures retulerunt. Quæ omnia ex multis dicta a nobis sunt: ut sciant legentes nullam satis lectionē & diligentiam homini fore: qui præter ꝓpositum rem: & opus quod agit cōmentationibus suis hu iuscemodi adiicere cogitauerit: simulq; scirēt oēs q̄tus huic arbori i ātiqua supstitiōe fuerit honor.

DIOS. DE Erice. Cap. cviii.

Ericem. Romani pariter græcis Ericem dicunt. Fruticosa arbor erice est: Tamarici si milis: multo tñ breuior. Eius flore utentes apes mel nequaq̄ generosum conficiūt. Coma eius tñ floresq; serpentium morsibus illita medentur.

INTERPRES.

u Itilibus plerisq; quales salices uitex & genistæ sunt ueluti congenerē illis plantam li. xxiiii. Plinius Ericem adnumerat: Idem præterea ab eius medicina statim infert Genista quoq; uinculi usum præstat; quasi & Erice eundem in ruris necessitatibus usum habeat: omnes Tamarici similem tradiderunt; floreq; eius qui solus extremo autumno ab apibus inueni aturultimam mellis uindemiam fieri: quod itē omnes parū probauerunt harenosa concretione & saporis non adeo grati: Theophrastus libanotidi quā Rosmarinū Romani dicunt: similem fecisse uidetur: ex quibus oībus non fuerit difficile notas has oēs diligentius obseruantibus quæ nā ea nūc sit ostendere: Nobis inclinat animus in genistarum genere siluestrem a nobis dictam ericem hanc esse: idq; pro comperto mihi esse affirmarem: si montibus siluisq; his nostris copiosius & semp autumno floreret. Vidimus.n. aliquando septembri & octobri mense utriusq; genistæ flores: non tñ quotannis & ubiq; apud nos eo tempore florent: quod cœli maiore beneficio aliis potest compe tere locis: in magno relligionis usu Erice in Aegypto quondam fuit grata Isidi arbor quæ tempe state eiectum osyridem excæpisset: subitoq; incremēto intra se clausum operuisset testis & auctor Plutarchus libro de Iside & osyride. Hanc Paulus Aegineta ait discutiendi uires sine erosione hēe: foliaq; eius & flores in usu præcipue esse.

DIOS. DE Acacalide. Cap. cix.

Acacalida. Romani pariter græcis Acacalidem dicunt. Fruticis in Aegypto nascen tis Acacalis semen est: Tamaricis semini quadamtenus simile: cuius dilutū collyri is ad claritatem uisus utilibus miscetur.

INTERPRES.

Quis in Italia Acacalidem; semenq; eius nouisse se profiteatur: cui natale solum antiquitas in Aegy pto tantum assignauerit: nec ultra diligentissimus alioquin hic scriptor de eā tradiderit: q̄ fruticis in Aegypto nascentis semen esse. quod in tanto ramq; multiplici fruticum genere inter nos impossi bile fuerit.

DIOS. DE Rhamno qui in spinarum genere numeratur. Cap. cx.

r Hamnon. Sunt etiam qui Persephonium: qui Leucacāthan. i. albam spi nā: qui spinā cerualem appellent. Aphri priuatim Atadim: nos Rham num pariter græcis dicamus. Frutex Rhamnus est: Nascitur circa sepes: rectis uirgis: & acutæ spinæ modo quam oxyacātham dicunt aculeatis. Folia habet parua: oblonga: mollia: modice pinguia. Est præter hanc & alia Rham nus candidior: Itemq; tertia nigrioribus: latioribusq; cū rubore aliquo foliis: q̄ ra mos cubitorꝝ fere quinq; longitudine profert: spinosiores quidem: uerꝝ infirmiori bus: nec penitus integris spinis: fructu lato: candido: tenui: folliculi figura: uerticil lo simili. Faciūt illita oīum folia ad sacros ignes: & q̄ serpūt. Fert ꝑterea Rhamnus appositis ꝓ foribus fenestris ue ramis eius oīum ueneficiorꝝ arcere maleficia.

INTERPRES.

m Iscet confunditq; facile nominum: & rerū indicationem ut sæpe alias restati fumus simili tudo: quoque pluribus inter se similibus notis aliqua uidentur eo difficilius separantur: & ex propriis quæ pauciora plerunq; sunt nō facile discerni possunt. Id in aculeatis spino

fisq; non minus q̃ in cæteris accidit; quæ natura multifariam cuspidibus illis suis armauit & uariauit. Nec magis in toto hoc genere deprehendere id licet q̃ in rubis; quos sagax rerũ omnium artifex illa tam incertis & exiguis notis uariauit; ut quos diuersos omnino esse uoluerat eosdem tñ uideri; & in eorum obseruatione hominibus quasi imposuisse gaudeat. Factũ ideo est; qm̃ ingeniosior natura sit q̃ lingua: oculus & pictura hominis: ne possint extrema illa & exigua rerum discrimina cognosci & cognita describi; presertim paucioribus toto aliquo seculo huiuscemodi obseruantibus; nec eodem modo eadem tradentibus. Quod in spina hac factum est; quam antiquiores græci rhãnum; posteriores alterius spinæ nomine ob candoris similitudinem Leucacanthan Romani modo hac modo illa appellatione indicarunt; quæ alterius erant alteri etiam tribuẽtes. Quod Plinius ut nobis uidet̃ fecit; qui Amuletum contra ueneficia rhamno huic a græcis assignatum; aquifoliæ spinosæ pariter arbori assignauit libro suæ historiæ. xxiiii. testatus Aquifoliam arborem in domo aut uilla satam ueneficia arcere: nisi forte eadem uis Aquifoliæ quondam inesse etiam credita fuerit. Naso certe in fastis suis græcam fidem secutus spinam albam rhamnum dixit: ex re ipsa & altera ĩ græcis Rubi huius appellatione rem ostendens; Locus non longe a principio sexti libri est. Idem ẽr Ianalem uirgam ex hac spina factum contra striges amuletum appellat: qui cum longius de amore Iani compressaq; ab eo Crane nympha egisset; subiecit Sic fatus uirgam qua strigis pellere posset A foribus noxas hæc erat alba dedit. Nec multo post. Virgaq; Ianalis de spina sumit̃ alba &c. Quæ licet ad striges tantum in eo poeta fabolose referantur; in hoc tñ cõmuniore remedio contra ueneficiorum omnium maleficia uim habere traditur: quod in Theriacis suis Nicander & antiquissimus eius interpres etiam indicarunt. Ille. n. ἀλεξιλάρμακον φάρμακον dixit: qua uoce græci significãt mala & noxas auertens remedium. Interpres aũt non solum sic ab eo dici: qm̃ contra serpentes remedio esset; uerum qm̃ contra nocturnos incubos opem etiam ferret; eamq; ob causam pro foribus suspendi. Eadem hæc causa fecit ut a Proserpina ĩfemo numine spina hæc Persephonios dicta ab aliquibus fuerit: Persephonem. n. græci Proserpinam dicunt; quæ cum superstitiose pueris: aliisq; nocere crederet̃ excogitato contra ea mala remedio nomen dedit. A colore mox Leucacantha. i. alba spina & cerualis siue ceruina dicta est; quoniam aliis rubis comparata albido & ceruino colore ut quam coloris notam; fruticem; uirgas: rectos: nec aliorũ modo aduncos aculeos; circa sepes; & nunq̃ pereuntia eius folia: siquis diligentius quæsierit: facillime deprehensam ostendere uolentib' poterit. Fuerunt qui Spinum ceruinum arborem sic nostra ætate appellatam rhamnum hanc esse crediderint non animaduertentes quam hic describit fruticem ab eo non arborem uocari: circa sepes nasci: uirgasq; non ramos illi tribuere Dioscoridem; & rubis: hederæ paliuroq; & similibus plerisq; aliis contungere eam Theophrastum: quorum nullum arborescit. Spinum uero ceruinum arborescere: & humani femoris crassitudine truncum aliqñ hr̃e: & omnem rubro colore esse: cũ Rhamnũ nigram tm̃ & candidam Theophrastus tradiderit: & hic rubere tm̃ folia eius non materiam dixerit: quæ male in impresso codice μικρὰ. i. parua leguntur: μακρὰ. n. idest longa legi oportet: fiue uustioribus & melioris fidei codicibus credendum est: quod Plinius etiam confirmat maiorib' foliis eam describens. Nec posse rhamnum arborem intelligi Theocritus aperte ostendit: in quo comitem pastor monet ne nudis pedibus per syluam ingrediatur in qua ἁδ᾽ ὀμὸν τί κεν ἀσπάλαθοι κομόωντι: quæ si arbores sint nocere pedibus non potuissent. Non dixit postremo Dios. asphodeli. i. albuci figura fructus ferre rhamnum: ut alter ex nouissimis interpretibus uertit: sed σπονδυλίω: quæ uox græcis significat ĩh animalium spina: uertebras: eodem nomine dictas: quo mulieres in fusis suis uerticillos noiant: quibus in ducendo filo grauiore eorũ pondere fusos suos librant: nihil. n. simile possunt inter se habere fruticis semen & alphodelus herba. Eadem ostendit rõ non posse spõdylio sic dictæ ab hoc ipso etiam plantæ: de qua in tertio agetur comparari: quod in aliquot græcis legitur. Quæ enim illi tribuuntur latitudo: tenuitas: & folliculi figora ad fusorum uerticillos manifeste pertinent; quorum figura auctore Theophrasto natura pluribus plantis semina dedit.

Verticilli

DIOS. DE Halimo. Cap. cxi.

Alimon. Sunt qui Damasonion: qui Erymon: qui Britannicam: qui Regiam herbam: qui Virgellam: qui Osyridis diadema: qui Heliostephanũ. i. Solis coronam: qui Sacrum caulem: qui Asphe: qui Aselaun: qui Asariphem: & qui Ampeluciam appellent. Magi Mercurii basim. Pythagoras Anthenoron. Aegyptii Asompari. Romani Albucum dicũt. Frutex sepiendo aptus Rhamno similis Halimos est sine spinis: foliis Oleæ: sed latioribus. Nascitur maritimis sepibus. Coquuntur folia eius olerum' modo in cibos. Lenit radix tormina drachmæ pondere in mulsa aqua pota. Cõuulsis eadem & ruptis prodest: & lactis abundantiam facit.

INTERPRES.

Asci maritimis locis halimũ quẽ Plinius aureonẽ noĩat hic ipse testatur Salso aũt sapore esse:& inter olera quondã in usu fuisse præter Dios idẽ Plinius indicat satiũ olus a quibusdã dici affirmans:& Plinio Dioscoridiq; subscribẽs Paulus Aegineta Qui de oleribus libro p̃mo agẽs post multa quæ de oĩ brasica prosequit̃ maxime docuerat & quãuim ob salsilaginẽ & lenẽ amaritudinẽ in deiicienda aluo habere statim subiecit;præstare idẽ & halimon;cognata ueluti duo olera coniungens;utraq; n. ad mare nata salso sapore est.& ex eo deiiciendæ aluo accomodata;Theophrastus lib.iiii.de histor.iii.& quinto de cau sis plãtaꝝ enecandi ꝓpinquas & adnatas plantas uim illi assignauit;quales multæ in natura sũt;quã subtracto alimento alias perimant arbores;qualis hedera & Cytisus est;quibus in enecando ualidiorẽ halimon hanc idẽ Theophrastus ait;testatus hederã alias arbores;hederã uero cytisum;cytisum tandẽ halimũ enecare;Nec tñ impedito in aliis nutrimẽto ab halimo id fieri;sed salsugine etiã illa sua;cuius ui præsens cæteris afferatur calamitas Non debuerat inter aculeatas plantas a Dios nullis spinis rigens halimus numerari. Verũ cogit similitudo similẽ & q̃si cognatã plantã a congenere & sibi simili rhãmno non separare:eãq; ob cãm reliquæ eius notæ ex illa repetẽda & cognoscẽdæ uolentibus erunt. Fecit in sanitatis usu & medicina halimi quodã usus;ut in multo ambitu nominũ & appellationũ antiquis græcis fuerit hæc planta;talis Damascnion;a nis uero aliter eã appellãtibus;quæ oẽs appellationes aut superstitiose ab illis excogitatæ sunt;aut a similibus factæ. Credimusq; nos(quod Plinius lib.xxii.ait)existimasse quosdã asphodelon ab Hesiodo halimon uocari ideo factũ eẽ q̃ uterq; in sepibus nasceretur:& Hesiodus i cibis etiã asphodelũ laudauerit cũ asscire iniuste agentes quanta in asphodelo & malua utilitas sit:Qua opinione semel illata ita etiã factũ est ut halimos nõ aliter q̃ asphodelus albucus diceretur. At ucu in l Plinio credimus antiqui asphodeli radicem dixerunt. Quod deinde passim & in cunctis legitur:ampelucianí dicetiam halimon:ab alba uite quã græci in sepibus nascentẽ uitem albam nominant factũ fuisse credimus. Quæ tñ oia coniecturam uolumus:nõ decreta esse.

DIOS. DE PALIVRO. Cap. c. xii

Paliuron. Romani pariter græcis Paliurũ dicunt: Notissimus frutex paliurus est spinosus durusq;. Semen eius pingue fuliginosumq; est: Potum id tussientibus succurrit:uesicæ calculos frangit:facit contra serpentiũ morsus Folia eius radixq; adstringendi uim hñt. Potumq; coꝝ decoctũ aluum sistit:urinam trahit:uenenis & uenenatoꝝ morsib⁹ succurrit: Discutit panos tumoresq; oẽs concisa & imposita paliuri radix.

INTERPRES.

Quod cœli terreniq; bonitate:& natura loci in Paliuro fit;ut aliquibus locis arborescat in aliquibus aũt fruticis naturã nõ excedat quia diuersi generis esset:fieri aliqui crediderunt;ideoq; in alterutro gñe uariata historia cõstitutus a ueteribus inuenitur:describentibus eũ cũctis qualis apud se & in gẽte sua nasceret:Quod Maro itelligẽs rerũ omnium & totius naturæ peritissimus acutis spinis Paliuꝝ fugere solũ dixit:eo uerbo usus q̃ arbori simul & frutici cõpete. et:a Dios. fruticũ gñi manifeste adscribit numeraturq; inter aculeatas illa quæ passim in sepibus inueniuntur Quod Columella in carmine suo & Theophrastus aliquibus aliisq; huiuscemodi coniungẽs:Semen tñ idẽ λιγνυῶδες i fuliginosum ut hic ubi q̃ Paliurũ ferre dixit;sed alicubi rubens:credimusq; in fuligine illa nõ nigrũ tñ esse intelligendũ colorẽ sed cũ eo etiã unguen & oleosã naturã qualis in facta ex oleoso aliquo humore fuligine digitis etiã deprehenditur:ut sit Dioscoridi ea uox quasi alterius illius λιπαρόν quæ pinguitudinem & lentorẽ significat:declaratio quædã Testatus Theophrastus est contra tussim in antiqua medicina paliuri seminis usum fuisse:Suntq; eius hæc uerba: Et paliurus ĩ siliquis quibusdã semẽ habet in quibus tria quatuor ue semina sunt quibus ad tussim medici utũtur tundentes:habent n. lentorem & pinguitudinẽ lini semini similẽ: Nasci idẽ ait siccis pariter & aquosis locis:ideoq; maiore minoreq; proceritate prouenire:& aliquibus locis arborescere. aliquibus uero fruticis naturã non excedere. Numerassẽ ego hoc loco cũctas paliuri deinceps notas nisi copiose ab aliis de eo collecta & tradita oia fuissent. illud tñ adiicim⁹ nr̃atẽ paliuꝝ non adeo dissimilẽ canis sentibus esse quos græci cynosbatos dicũt;cognatasq; & ueluti cõgeneres plãtas esse rhamnũ:paliuꝝ:oxyacanthũ: & canis sentẽ;ideoq; a Dios deinceps tractatas aculeatas oẽs & muniẽdis sepibus aptas:& obid im priuatĩ descriptas qm̃ ꝓprie singulaꝝ notæ aliquæ essent:qd in oxyacantho mox et dicemus:sed anteq̃ id agamus nõ fuerit ab re:quid græcis φύματα nobis uero in hoc scriptore multis locis pani sint dixisse:malum quod in tumorũ & quasi oblesionum genere multiplex sit & pluribus fiat:nihilq; aliud sit q̃ græci tradiderunt ἀδένων φύματα:id est adenum affectiones

φύματα Pani ἀδένες Adenes

pro quibus nouisse primũ oportet: Adenas a græcis dici quæ certis humani corporis & reliquorũ aĩaliũ partibus duriores concreuerũt in seipsas cõuolutæ carnes: nec aliter Galenus eas diffiniuit dicẽs, Esse adenẽ conuolutæ in seipsam carnis durã cõcretionẽ: quã Christianus Epus Gregorius Nissenus lib. ii. dixit alterius cã a natura factã fuisse: ut esset. s. partiũ illaꝝ firmamentũ & robur ne in uehementiore motu laborarẽt: laboremq; fœlicius sustinerẽt: Apparentq; adenes hi cum tument præcipue secundũ aures: in collo: alis: & femoribus nr̃a ætas male Gãglia nũc appellat: qm̃ in neruis nõ in carne ganglia fiũt: Diffinitq; ganglia Galenus: neruoꝝ præter naturã concretionẽ in naturã reliqui corporis translatã esse. In brutis prelertimq; suibus antiquiores glandia & glandulas eos dixerunt: suauiore in illis q̃ in reliquis partibus deprehenso sapore; hisq; factas inflãmationes græci φύμετα latini panos dixerunt: & si Galenus solam inflammationẽ βουβῶνα .i. inguen dixerit: φύμα uero suppurare incipentẽ. Nos etiam obseruauimus crescentes quocũq; loco & parte corporis uelut tumidos abscessus sic appellari: uocariq; in hoc gñe ẽt a græcis φύγεθλα a latinis furunculos magnitudine tm̃ differentia. Quod genus idẽ Galenus diffinierit factũ in inguine abscessum: tã leui discrimine hæc inter se differunt: Qua rõe aũt fiũt: & quo periculo a febre aut anteeã in pestilentia, & aliis tẽporib⁹ sentiant medici: & peritiorib⁹ cognoscẽda relinqm⁹.

Canglia | βουβῶν | φύγεθλα Furũculi.

DIOS. DE OXYACANTHA. Cap. c.xiii.

Oxyacanthan. Sunt qui pyrinen: & qui pyrianthen appellent: Romani pariter græcis oxyacanthã dicunt. Agresti piro similis arbor oxyacãtha est: minor tm̃: magisq; spinosa: fructũ fert myrti baccis æquale confertũ: rubentẽ: fragilẽ: nucleos intus habentẽ: multifidã radicẽ: & altius descẽdentẽ. Sistit fluores alui quos diarrhiã uocant: & fœminaꝝ fluctiones potus & in cibo sumptus fructus eius. Radix aũt concisa & illita cuspides & surculos extrahit: Fertur hæc ipsa ẽt ter percussa aluo leniter aut inuncta abortus facere.

INTERPRES.

Facilis cognitu & inuẽtu oxyacantha hæc: tam certæ eius notæ sunt & tã multis locis nascitur: syluis: sepibus frutetis: campestribus: mõtanisq; & siccis, & aquosis locis: Ab agresti piro diminuta appellatione rurãsa eam uocant: florẽ fert muscosum: & post florẽ racemosum fructũ nõ dissimilẽ ligustro: si idem in maturitate color esset. ruber. n. maturus septembri & octobri mense: uescuntur eo aues aliquot & ad multã hyemẽ in sepibus grato spectaculo uidetur: Non fuit latinis cura quod hactenus inuenerim illi nomen dare: nec Plinius qd meminerim sub hac uoce eius meminit. Græci a spinaꝝ acuminatis cuspidibus oxyacanthan dixerunt: meminitq; pluribus locis eius Theophrastus: aculeatis spinis insertã: & post uergiliarũ occasũ hyeme fructus suos maturantẽ describens: Idẽ gñe masculino oxyacanthũ semper eã appelat: notissimã ut diximus omnib⁹ & inter siluestres hyemales baccas cognitu facillimã: Quæ mox adiectæ illi appellationes sunt pyrine & pyrianthe qualescunq; illæ sunt aut a græca aut a latina uoce fieri potuerunt: Si a latina a piro, id erit ut quemadmodũ nos pirastrũ agrestem pirum dicimus aliqñ: Sic græci etiã latinã uocẽ more suo diminuẽtes πυρήνην dixerint: Si a græca tunc a nucleis quos plures intra se fructus claudit nominis ratio erit: In pomis. n. πυρῆνας græci dixerũt nucleos oẽs: quibus exterior & ambiẽs eos caro substinetur: quales in cerasis: prunis: oliuis aliisq; huiuscemodi sunt: quæ melior nobis ratio uidetur. Quod legebat deinde in impresso pluribus qualis [illegible] ex melioribus mutatũ a nobis est in [illegible] neq; ab re: qñ hic ait agresti piro similẽ oxyacantham esse minoremq; tm̃ & spinosiorẽ ut res ipsa indicat. Quo loco etiam in græcis legitur [illegible] &c. in aliquibus nõ tm̃ melioribus hoc amplius inueniebatur [illegible] .i. urinã etiam trahit: uenenisq; & uenenatoꝝ morsibus succurrit: ea nos facile neglex imus adstrigendi uires oxyacanthan habere inuenientes: Et q. Paulus Aegineta agresti piro similẽ figura & uiribus exæquauit: quam nihil eoꝝ posse neq; ille neq; hic testati sunt.

πυρῆνες

DIOS. DE SENTE CANIS Quem græci Cynosbaton dicunt. Cap. c.xiiii.

Cynosbaton. sunt qui & hũc oxyacãthan dicũt. Romani Canis sentẽ appellãt. Frutex est rubo lõge maior: arborescit. n. foliaq; hẽt longe q̃ myrtus latiora. Spinas in uirgis durissimas: florẽ candidũ: fructũ oblongũ oliuæ nucleo similẽ cum maturescit rubentem: Intra quem lanis similia sunt. Aluum sistit siccatus eius fructus in uino decoctus & potus: sic tamen ut sine interioribus lanis illis sumatur: faucibus. n. & arteriæ nocent.

INTERPRES.

f

Atis docuit Columella lib.xii.qualis cynosbatos hic esset uastissimis spinis: paliuro; rubisq; eum coniungens: cum in conserenda sæpe præciperet semina uastissimarũ spinarum solo credenda esse: cuius generis etiam sunt cynosbati quos sua ætas sentem canis appellauit. Idem & cynorhoda.i. canis rosa quondam dictus est: q̃m flos eius roseus sit: & rabidi canis morsibus medeatur si Plinio credimus: quod sua ætate admonente deo inuentum fuerit. Rura nostra passim eum nouerunt: maximum inter rubos omnes & qualem in cunctis hic descripsit.

DIOS. DE Ligustro. Cap. cxv.

e

Ypron. Romani ligustrum dicunt: oleæ similia folia per uirgas profert: latiora tñ molliora q; & magis herbaceo colore: Flores habet candidos muscosos & odoratos: fructum fert nigrũ sambuco similem. Nascitur probatissimum in Ascalone Iudææ: & Aegypti Canopo. Est foliis adstringendi uis: eaq; ob cãm cõmanducata oris ulceribus quas aphthas dicunt: feruidisq; aliis collectionibus & carbunculis illita opitulantur: fouentur decocto eorũ ambusta: Ruffant capillũ concisa: succoq; lanatiæ herbæ madentia & inuncta. Sedat capitis dolores concisus flos & ex aceto fronti illitus. Quod fit præterea ex ligustro ligustrinum unguentũ admixtis quæ calefaciendo sunt calefacit: neruosq; mollit.

INTERPRES.

q

Vos Maro cecinit a pastoribus negligi & inutiliter perire ligustri flores medicina: & unguentariorũ officinæ libenter excæperunt: illa ut capiti medicinã in dolore eis faceret: illi ut quæ præclusa essent aperirent: & quæ induruissent mollirent: multiplicesq; alios tractarent usus: quorum nr̃a ætate nulla aut exigua ratio est: cum alioquin uulgaris & ubiq; paratus frutex hic sit: non contemnendo argumento uilescere nobis facile quæ abundant: & sine labore sumptuq; aut periculo a natura nolentibus etiam porriguntur: Notum ut diximus omnibus ligustrum: Cisalpina omnis adhuc Gallia sic uocat: Ethruria aũt corrupta deflexaq; penitus ab antiqua appellatione ruuisticum dicit: sine labore cognoscendum in sepibus maio mense cum floret: autumno autem cum maturis baccis nigrescit: quæ causa ut credimus fuit ne quid corruptum toto hoc capite legatur. Aegineta in uiribus & potestate hoc amplius q̃ Dios. illi tribuit ut apte remediis his misceatur quæ ad lienem conficiuntur: quod demiretur aliquis nisi quia mollit ligustrinũ unguentum durato lieni ideo accõmodatum sit.

DIOS. DE Tilia. Cap. cxvi.

p

Hillyream. Romani Tiliã dicunt. Ligustro magnitudine æqualis Tilia arbor est: Folia & hæc oleæ habet: latiora tñ nigrioraq; fructũ fert lentisco similem nigrũ: subdulcẽ: & ceu racemosum. Nascitur Tilia asperis locis. Adstringunt agrestis oleæ modo Tiliæ folia: faciunt ad omnia q̃ adstringenda sunt: præcipueq; oris ulcera: in quem usum cõmanducantur: & eorũ decocto colluuntur quod etiam potum urinam & menses trahit.

INTERPRES.

q

Væ in Corollario Barbari Tiliæ adiiciuntur ex Plinio: Theophrastoq; iisdem uerbis exscripta nihil præter cõpendiũ laboris hñt his qui oẽm eius naturam festinata lectione nouisse uoluerint: multa sane sed tam noua & affectata elocutione a græcis uersa: ut græcarũ lrãrũ imperiti nõ facile intelligant quid sibi tinctura feri i eo loco sit: quasi Plinius: quem ille tñ amauit ut totũ iterũ in corollario suo excripserit: nõ ręperaturã ut celaturã dixerit: & quia græci βαφὴν dicãt ideo tincturã dicere nos oporteat: plurisq; faciendũ sit quo mõ aliqd fiat q̃ qd' & quale fuerit factum dixisse. Illud ego magis oñdi optassem: sitne nostra Tiliæ antiq̃ illa cadẽ: dico aũt nostratẽ: quæ in Ethruria nũc a boibus tilia noiatur: ex qua secãdis coriis eius futores paratã ubiq; tabulã hñt: in nullã partẽ rectis pectinib': sed quacunq; ferramentũ agatur sequacẽ & cedentẽ: ideoq; tiliã ut credimus dictã q̃ quæ proprie quondã tilia dicebatur per lõgitudinẽ rectis pectinibus tractabilis & fissilis sit: & ob id ut Theophrastus ẽt retulit texẽdis cistis & corbib' idonea: dico aũt in arboribus & earũ materia pectines: per longitudinẽ rectas pectinũ mõ lineas: & interualla q̃s græci κτένας dicunt: quorũ nulla sit in ea sutorũ tabula & arbore rõt: sed in oẽs partes sequax pariter & facilis secto: Antiquiores græci ex agresti pro sutoria illa tabula utebantur experti in du

Pectines in arboribus.

Tiliæ

riore materia acui ferrũ cõtra quam in molli fiat: in qua ductũ in secãdo ferramentũ retundit & acié amittit. Duo tiliæ genera Theophrastus maris & fœminæ appellatione distinxit: satisq; docuit qualis utraq; esset: quod nos paratũ oĩbus in eo scriptore lib iii. relinquimus: illud tñ adiicientes alteꝝ eius genus marẽ. s. nostratẽ: & sutoriã tiliã esse: in omni opere tractabilẽ: quæ pectinũ suorũ sequaci facilitate nomen aliis omnibus arboꝝ pectinibus dederit: Passim. n tiliam nunc in arboribus gens nr̃a dicit: lineas: ductus: intersectionesq; & circũductiones illas qbus consercta oĩs carũ materia: & in seipsam stipata conuoluta ue uidetur; quod naturæ tam diuersum opus græci κτένας; Plinius eos imitatus pectines dixit: & in quibus uariarent pectinũ illoꝝ lineæ & interualla semper adiecit aliquid quo uarietas illa indicaretur: obliquos: crispos: nodosos ue dicens.

DIOS. DE Cisto. Cap. cxvii.

c Iston. sunt qui Cistaron aut Cissaron appellent: Romani pariter græcis ciston uocant. Nascitur cistos petrosis locis frutex ramosus & foliosus: nec adeo grãdis. Folia hẽt in orbẽ circinata nigra & hirsuta flores punicæ figura. Sed in fœmina colore candido: Adstringẽdi uim cistos hẽt: ideoq; cõcisi & in uino austero bis ꝑ diẽ poti flores intestinoꝝ torminib⁹ accõmodati sunt. Cõpescunt iidẽ per se illiti q̃ pascẽdo serpũt: et cũ cera ambustis: ueteribusq; ulceribus medent.

INTERPRES.

a Ntiquum uetusq; est: qđ me adhuc puero de Cisto hac pro Plinio grauissime certarunt clarissimi uiri Leonicenus: qui nescio an adhuc uiuat: egregie eruditionis homo: & Politianus multi apud nos nominis: dum Plinium de cisto male cõmentantẽ alter deprehendit & accusat: alter sola nominis auctoritate & honore tueri hominem conatur. Suntq; oĩbus parata: quæ ambo de tota hac ueluti actione in iudicio agentes longissime scripserunt: & obid relinquenda a nobis ne sui laboris fructu & honore careant de bonis litteris benemeriti homines. Illud nostrũ erit qđ ad instaurandã Dioscoridis lectionẽ pertinet qui ubiq; male habitus & lacer turpissime in hoc capite & eo loco claudicat ubi hic ait: sed in fœmina colore candido: quod membrũ sequaci sermonis serie & certo carebit sensu: nisi intelligat Ciston diuisisse antea Dioscoridem in marẽ & fœminã: mariq; aliũ: fœminæ uero aliũ assignasse floris colorẽ: desiderariq; in omnib⁹ græcis totã eam diuisionẽ cuius ultima tñ pars seruata sit: quod tã necessario ex his quæ sequunt constituendũ legentibus est ut tñ nõ ego eã restituerim diuisionẽ: presertim indicante Plinio lib. xxiiii. capite. x cuius de Cisto hæc uerba sunt. Ciston appellant fruticẽ maiorem thymo foliis ocimi. Duo eius genera: Flos masculo rosaceus: fœminæ alber: quasi ex hoc scriptore uerterit. ἔχει δὲ τὸ ἄνθος ἡ θήλεια λευκά. Quod debuerant alii interp̃tes hiatu saltem aliquo illic relicto legentibus indicare: ne credentes integrum esse locum inutiliter in eo laborarent.

DIOS. DE Hypocistide. Cap. cxviii.

h Ypocistida. Romani pariter hypocistida dicũr. Nascit᷑ ad radices cisti quæ hypocistis dicitur. A plerisq; eadem orobethrum & cytinus appellat᷑ punicæ cirinis quadãtenus similis. Tria eius genera sunt coloribus distincta: russo: uiridi & candido: Acaciæ modo succus ex ea colligitur. Sunt etiam qui siccatam tusamq; hypocistidem cum in aqua maduerit coquunt: nec secus q̃ in lycio cuncta alia faciunt. Habet hypocistis easdem acaciæ uires maiore tñ adstringendi ui est & siccandi. Prodest cœliacis: intestinorum torminibus: sanguinem expuentibus & fœminarum fluctionibus: pota clystereq; infusa.

INTERPRES.

q Vod Cisto adnascitur cytinos aut ueluti cytinos Paulus Aegineta appellauit: hypocistidẽ uero ex his expressum succum: hic contra hypocistidem qđ adnascitur: & cytinos etiam uocari dixit: hic natiuam rẽ: ille humano opere ex eadẽ expressum in medicinæ usum remediũ appellans: non multifacienda diuersitate si quis utriusq; consilium & propositum diligentius animaduertat. Quid aũt græcis & in natura cytini sint in punica certius cognoscet. Non põt nec debet in aliud differri tẽpus qđ nos in hypocistide hac obseruauimus dicere hũc tria genera eius esse coloribus distincta: russo: uiridi: & candido: Pliniũ uero russum & candidũ colorẽ illi tñ tribuere: quo fit ut aut in aliis uiridis ille color desit aut in hoc abũdet: & quã orobethrum hic ait appellari nescimus nos an corrupta uox sit & Erythranũ ut ĩ Plinio legitur uocari eã oporteat.

DIOS. DE Ladano. Cap. cxix.

St & alterum cisthi genus quod Ladon a quibusdam dicitur: Frutex cistho similiter nascens longioribus tantum nigrioribusq; foliis: quibus per uer pinguitudo quædam quæ adstringendo sit inhæret: omnibus quibus & cisthus accomodata. Fit ex eo ladanum: Folia eius pascentes hirci capræq; pinguitudinem barbis & femoribus quã uiscosa sit inhærentem reportãt: quam depectentes mellis modo per colum liquant: seruantq; in offas conformatã: sunt ẽt qui tractis per frutices hos funibus inhærentem illis pinguitudinem deradunt: conformatamq; pariter seruant. Probatur ladanum quod odoratum est molleq; & pingue uirescit. quod nec harenosum nec squalore fragile sed resinosum est quale in Cypro nascitur: libycum. n. & arabicum minore bonitate & honore ẽ. Natura illi & uis est adstringere: calefacere: mollire: & aperire: Compescit ladanum fluentem capillum: uino myrrhæq; & myrtheo oleo admistũ: emendat honestioresq; facit cicatrices ex uino inunctum: contra aurium dolores cũ dulci aqua aut rosaceo utiliter infunditur: Suffitu secundas pellit: & contra muliebrium locorum durities pessulis additur. Miscetur idem utiliter his quæ somno dolorem leuant malagmatis & contra tussim medicamentis: Aluum præterea sistit potum in uetere uino: Ciendæ urinæ præter hæc etiam accomodatum est.

INTERPRES.

Otam colligendi Ladani historiam: omnesq; eius in medicina uires breuissime complexus est Paulus Aegineta: testatus ex Cistho cyprio frutice fieri quem ladona dicũt: quẽ capræ pascentes barbis femoribusq; suis quod pingue & lentori simile in eo est secum auferunt: Idq; collectum ladanum esse: neq; ut in Corollario suo Barbarus retulit ex hedera ladone ladanum fieri is dixit: sed ex cistho cyprio frutice qui ladon uocetur. Verba eius lib. vi. hæc sunt: λάδανον ἐκ κισθοῦ τοῦ λάδονος λεγομένου γίνεται ἐξαιρέτως ἐν κύπρῳ: quod nescio ego an Plinio fauens sic uertere magis ille amauerit: an quæ Plinium hederam & cisthũ simul miscere coegerat uocum similitudo: in eo quõ ille Aeginetam forte habuit pro cistho cisson fecerit: lubrico ab altera in alteram uocem lapsu presertim in imperitis & parum diligentibus librariis: qui incognitam nec ubiq; nascentem cisthum una tantum mutata littera ad hederam transtulerint: quã cisson græci passim dicunt: nec esse cisthon hæderam notæ omnisq; eius historia satis ostendunt: Cypriamq; hanc a priore illa diuersam Dios. descripsit foliorum longitudine nigredine & pingui lentore: quoniam folia eius priuatim sibi inhærentem ad ladani conformationem per uer ostendant: feciq; coloris nigredo quæ foliis hui⁹ a Dios. tribuitur ut in priore illa quod erat τρυφερὰ μέλανα dixerimus: testantibus id aliquot ex antiquioribus græcis in quibus μέλανα. i. nigra non τρυφερά. i. acerbi saporis adhuc legitur: Et quod hic ait in altera hac cistho longiora & nigriora folia esse: quam comparandi uim & rationem siquis diligentius animaduerterit facile intelliget: cõgenera eẽ oportere quæ inuicem comparantur: & nigrius alicuius nigri nigrius esse: ideoq; oportuisse in priore illa cui posterior hæc comparatur nigro colore folia esse. id nos tunc obliti tanq̃ fugitiuum mancipium repetimus modo & uindicamus. Addidimus præterea mellis modo per colum liquãt sic in antiquioribus legentes: ἐν ἀφαιροῦντες ὡς μέλι διυλίζουσι non ob aliam ut nos credimus causam nisi ut qui capraꝝ & hircoꝝ pili in ladano erant secernerentur. Quomodo aũt per saligneum qualũ castratis alueis liquetur purgeturq; mel undecimo libro satis Columella ostendit: & ab eo liquandi purgandiq; ladani similis ratio poterit cognosci. Quam deinde adstringendi uim ladano Dios. tribuit Paulus Aegineta ad capilli defluuia tantum contrahit his uerbis usus: habet præterea aliquas adstringendi uires quibus fluentem capillum confirmet: Hic Pliniusq; in adstringenda aluo manifeste utuntur: quod signasse legentibus placoit.

DIOS. DE Ebeno. Cap. cxx.

Robatissima Ebenus Aethiopica ẽ: nigra: nullis pectinibus: læuore suo cornu leuigato similis: spississimæ in frangendo soliditatis: Quæ gustum mordaci erosione tentat & leniter adstringit: prunisq; imposita iocundo odore & sine fumo uaporatur. Recens pinguitudine quam habet accẽdi

tur & flammas igni admota agit: Eadem in cote attrita ruffescit: est & alia Ebenus indica candidis & rutilis intercurrentibus lineis: similibusq; crebris maculis: probatissima tamen prior illa. Vendunt pro Ebeno quidam spinæ indicæ: aut mori fallente similitudine materiam. Deprehenduntur tamen q; fungosa & inanis illarum materia est: & in exigua fragmenta colore purpureo scinduntur: nihilq; quod mordeat in gustu habent: nec accensæ odorem ex se mittunt. Est Ebeno egregia uis in extenendis his quæ claritati oculorum officiunt: Facit præterea ad eoꝝ destillationes & pustulas: siquis etiam attrita in cote Ebeno ad oculoꝝ collyria utatur efficacius malis illis medebitur. Curatur præterea Ebenus ad oculoꝝ medicinam ramētis scobeue eius integram cum sua nocte diem in uino chio madentibus tum diligenter concisis & in collyria conformatis: quidam Ebeni ramenta & scobem antea trita cribrant & reliqua deinceps pariter faciunt: sunt ēt qui pro uino aqua utuntur. Crematur Ebenus in crudo fictili donec tota in carbones transierit: Lauatq; cremati plūbi modo. Vtilis hæc contra oculoꝝ aridas lippitudines & scabies.

INTERPRES.

Potest Ebenus nigri splendoris materia: & sine artificio aliquo protinus amabilis laudes suas in poetis ostendere: & quod Mitylenæo iuueni a se amato poetria Sapho lugubri carmine significabat: id ipsum de se hæc etiā dicere. Candida si non sum placui diu tamen gentibus: & in honore quondam habita nigredinis meæ damna splēdore & grā rependi: nec in Pompei mithridatico triumpho: tantisq; regis illius spoliis gratius aliud q̄ ex me urbi spectaculum fuit: licet non dū satis cognita nec bonitatis nataliumq; meoꝝ certa inter auctores historia. Cum Maro Indiam tm̄ ferre Ebenū cecinerit quā Aethiopiæ alii etiā & primæ bonitatis assignauerint: alii inter arbores numerent. Vnus Pausanias in atticis nec folia: nec fructus ferre prodiderit neq; a sole conspici. Sed sub terra tantum radices esse quas fodiant æthiopes sintq; in ea gente eruscandæ Ebeni peritissimi aliqui: hanc Theophrastus arborem cortice buxo similem testatus est: decorticatam deinde nigro colore fieri. Habet hæc etiam suas i medicina uires quas obiter idē Theophrastus signauit his uerbis χρήσιμον δὲ τὸ τῆς ἐβένου ξύλον πρὸς τὰς ὀφθαλμίας ἀκόνη τριβόμενον: quod totum ab hoc certius & amplius docetur: ut ipsi etiā paulopost ostendemus. Interim legentes monebimus suspicari nos nec leui argumento in cūctis græcis uitiū illic ubi nos uetimus pro Ebeno uendi a quibusdā spinæ indicæ & mori materiam: quo loco spinæ indicæ addidimus: & pro Sesamino ligno mori mutauimus. Spinæ.n.nihil adiectum legebatur: nec legentibus licebat ex tam multis spinis quæ diuersæ toto orbe nascuntur quam hic diceret intelligere. Idq; auctore Plinio fecimus libro.xii.dicente ibi & spina similis sed deprehensa uel lucernis igne protinus transiliente: quod in uera Ebeno fieri hic aperte testatur. Præterea quod erat σησάμινα a sesamo in frugum genere adiectiuo noīe συκάμινα legendū esse arbitrati mori materiā uertim⁹. Quid n frugi simile cū arbore? aut quod potest sesaminū lignū intelligi? Fuit autē facilis in tanta uocū similitudine ab altera in alterū lapsus. Extenuandi egregias hīc Ebenū uires testatus Paulus Aegineta est. Ideoq; utilem contra ea quæ claritati oculoꝝ officiant. In quo maloꝝ genere: aliorumq; quæ in ea parte fiunt hic ueteres destillationes & pustulas primū: mox aridas lippitudines & scabies numerauit: de quibus & nos more nostro breuite agemus: ex Galeno destillationes diffinientes: Tenues qui ferantur ex oculo humores: qui nec cohiberi possint: nec uolentibus nobis fiunt: a lachrymis hoc solo differentes q; lachrymæ non semper fluunt: & electionem uoluntatemq; aliq̄ in nobis habent: Pustulas uero cum facta exulceratione aut sine ea in sūma cornea tunicula tenuissima membrana: sublimis & in altum surgens medium humorem concæperit & seruauerit. Aridas deinde lippitudines & scabies (sic.n.auctore Celso ξηροφθαλμίας uertimus) cum in oculoꝝ angulis asperitates pruriginesq; & ueluti ulcera fiūt: rubent Cilia: & nitrosæ salsæq; lachrymæ destillant: una diffinitione ut uidetur utrunq; malum ariditatem.s. & asperitatem complexus Galenus est. Celsus seorsum de utroq; egit: Nos græcorum decreta secuti utrunque coniunximus. Superest nunc tantum ut dicamus quidnam in curationis & remediorum modo hic ἀκόνιον dixit & nos attrita in cote Ebeno &c. uertimus: facto a græcis & reddito a nobis ex cote & usu eius nomine: quam græci ἀκόνην dicunt utq; in ea confricatum acuitur ferrum sic in acuenda hebeti luce confricandi Ebeno oculi: nec aliud hic ἀκόνιον dixit q̄ conformatam in hunc usum Ebenum: qua subinde ad oculos relata: hisq; ea confricatis extenuāte attritu quæ claritati lucis nocent paulatim melioreſcat humani corporis preciosissima pars.

Pustulæ.
Destillatiões

ξηροφθαλμίας

Aconium
ἀκόνιον

DIOS. DE Rosis. Cap.cxxi.

Hoda. Romani Rosas dicunt. Refrigerant & adstringunt recentes Rosæ: siccatæ efficacius adstringunt: exprimendus ex recentibus rosis succus est forfice prius defecto ungue. Sic.n. appellatur in imo folio cādida pars: Tū in mortario terenda sic defecta folia exprimendaq;: & in umbra siccandus donec dēsetur succus. Qui ad oculorū circumlitiones seruabitur. Siccantur & in umbra folia continua uolutatione ne contracto situ mucescant. Confert quod ex siccis rosis in uino decoctis expressum fuerit capitis doloribus: aurium: gingiuarū: sedis: longanonis: intestinorū: uuluæq;: sic ut aut penna inungatur: aut clystere infundatur. Ipsæ etiam rosæ sine expressione aliqua tusæ: moxq; illitæ præcordiorū inflāmatiōib⁹: humenti stomacho: & sacris ignibus medentur. Siccatæ eædem tritæq; femorū inter triginibus insperguntur: floridisq; & uulnerariis antidotis miscentur. Cremant' prçterea rosæ ad honestandas cinere eo palpebras. Qui uero in mediis rosis flores. i. lutei apices sunt siccati: inspersiq; in gingiuas destillationes compescunt. Rosarum postremo pota capita fluentem aluum: & sanguinis excreationes compescunt.

INTERPRES.

Vxerunt Rosæ nobilitatē græcorū poetæ sophistæq;: & quasi ad honorē & gratiam non satis illi essent odor: colorq; & totius floris egregia quædam maiestas: quam nullibi natura speciosiorem magisq; amabilem fecerat: diuinos natales illi etiam tribuerunt; fingentib⁹ aliis in dearū iudicio quod ad scamandrū a paride quondā factū est a uenere rosam primū inuentā: eoq; flore coronatā iudici & aduersariis deabus adeo tunc placuisse: ut Veneris rosæ libenter subiicientes Pallas galeam: Iuno regiū diadema: quibus instructæ & ornatæ ad iudicium uenerant' amorū leporūq; oīum numini æquo aīo cesserint. Aliis miserabiliore fortuna canentibus Veneris sanguine puniceo colore quæ prius candida fuerat floruisse rosam: cū amato a se Adonidi contra Martē Zelotypū deū & hoīs riualē dea opē ferret: quo aīo per syluā festināte Dea uulnerato a spina pede qui diuinus ex Dea fluxit sanguis candidā antea rosam puniceo colore īfecit. Aliis postremo contra tradentibus nō ex Deæ sed Adonidis sanguine iubente Dea mutato colore' rubuisse rosam: & cum simul Venus lachrymaret: Flueretq; ex Adonidis uulnere quod riualis deus fecerat sanguis lachrymæ anemonā: sanguis rosam nō dissimiles penitus nec antea eo colore uisos flores ꝓtulerunt. Quæ oīa græcā fidē secuti aliquot latini poetæ suis & ipsi carminibus rem illustrarunt: Nec aliud li yii. intelligi Martialis uoluit cū in Epigrāmate suo de rosa cecinit: Sic te semper amet Venus memēto: Idē & Maro mō legitimus tanti poetæ sit qui eius noīe circūsertur hortulus quondam significauit dicens: Syderis & floris est domina una Venus: nec aliud in Claudiano indicat uersiculus: Sic sata cruoris Carpit signa sui. Quod totū sola rosæ nobilitas & maiestas fecit: æq̄ cū diuinis cōparatione si uoluptates eius & utilitates iuste æstimentur. Genera rosarū multa Theophrasto primū mox Plinio fuerunt ex foliorū numero præcipue discreta: Post quæ nō male aliqs forte credat alia ēt extitisse: & nr̄a ætate' adhuc esse tantopere diuersis locis per se & humano ope coacta uariat natura suas opes: Dicimus aūt id qm̄ quæ nunc damascenæ passim uocatur peregrinas aliqn̄ Italiæ ea gentis nota fuisse indicat: & quas Aetruria Anconitanas mō appellat purpureo in candido colore foliosas odoratissimas exiguo intus flore: succoq; multo abundātes & aquosas in antiquorū historia nō facile deprehendi nobis posse uidentur & si Plinius autumnales aliquas dixerit qd' Damascenæ illius ꝓpriū est quā nō autumno tm̄ sed hyeme ēt tepidioribus locis uidere licet: tāta est in tā amabili flore naturæ fertilitas: quibus discernebantur quondam notis rosæ foliorū multitudo Asperitas: læuor: color: & odor erant. In colore uero' puniceus maxime laudabat' & in pretio erat. Candidus n. uilis & in nullo honore presertim in medicina Quam ut aptius uolētes ex hoc scriptore tractent nō pigebit q̄ instaurauimus hoc capite breuiter dicere: eritq; id primum: qd' in cūctis fere græcis a principio statim deerat; legebat'. n. ῥόδα ψύχει καὶ στύφει, τὰ δὲ ξηρὰ μᾶλλον στύφει: cū tn̄ ex melioribus legi oporteret. νεαρὰ ψύχει καὶ στύφει: ut sit sensus in rosis refrigerare & adstringere recentes; siccas uero amissa' refrigerādi potestate solum & efficacius adstringere: indicatq; id præter antiquorū codicum fidem res ipsa & sermonis ordo: in quo altera pars per contrariā diuisionem illata contrariam sibi alteram exigit' Cumq; in posteriore de siccis ageretur oportebat in' priore de recentibus actum fuisse. Sequitur non multo post quod penitus corruptum sit: facilē tamen instaurationis coniecturam habet: Docet enim Dioscorides defectis foliorum rosæ unguibus terendū in mortario reliquū corpus exprimendūq; & in umbra siccādū succū donec densetur

, Sed non potest ex his quæ nunc in eo leguntur hic sensus colligi:nos qm̄ illic mortarium & umbra est:& donec densetur:eo sensu qui legitur serapionis ope reddidimus:Quod donec certius aliqd ab aliis inueniat a legentibus accipi uolumus Quod erat deinde ξηρὰ δὲ λεῖα παρὰ μηροῖς παρα-στεσιν nullo sensu:ex antiquo℞ & melio℞ codicum fide instauratū est: παρατρίμμασι μηρῶν .i. femorum intertriginibus:quæ aūt intertrigines sint dictū non multo antea a nobis est. Dicendum præterea quas nā circumlitiones oculo℞ nos diximus:non magis a mali alicuius in oculis curatione q̄ ad expolitionē & nitorē eius partis præparatum remediū:idē fere quod græci καλλιβλέφαρα: & nos honestandis palpebris utilia uertimus Dicendū ēt quibus appellatiōibus plures & diuersæ in rosa partes antiquis indicarentur;Manifestum folium omnibus & eius unguis. Flores hi dicuntur qui lutei apices & quasi capillamenta in medio eius surgunt:Calix nondū totis foliis patens & explicitus rosæ globus;Cortex qui calcem ambit dehiscenteq; rosa in quinq; ueluti lascinias scindit: Caput quod ab inferiore parte lanosum intus totā sustinet rosam.

Circūlitões

DIOS. DE Roseis pastillis. Cap. cxxii.

Hodidas. Romani Rhodidas pariter dicunt. Conficiuntur hoc modo quas rhodidas .i. roseos pastillos dicunt. Sumito recentes rosas nullo alieno humore madentes cum languere iam & arescere incœperint: pondere drachmarū quadraginta:Sumito itidē nardi indicę drachmas decē: myrrhæ uero sex:Concisa dein simul oia in pastillos triobolares conformato: cūq; in umbra siccati aruerint in fictili non picato uase undiq; obturato ne spirent seruabuntur:Adiiciunt pleriq; etiam drachmas costi duas. Illyricæ Iridis tantundem:& cum melle Chium uinū. Vtuntur his mulieres:collo monilium uice ad minuēdum sudoris ingratum odorem circūponentes. Vtuntur his etiam tritis & in unguentis a balneo statim ungentes inspergentes ue. Cumq; in corpore aruerint frigida aqua lauantes.

r

INTERPRES.

Imilem nō tm̄ eandem Dioscoridi Rhodidarū confectionē Paulus Aegineta libro .vi. docet:neq; eodē genere eā appellat:hic fœminino rhodidas: ille neutro ῥοδοειδῆ uocat iubetq; recentibus rosis & eodē pondere ipse ēt confici. Cætera uero illi huiuscemodi sunt: Indicæ nardi drachmas quinq;:myrrhæ tantūdem:costi & Iridis:singulorūq; drachmas duas. Vino oīa subigenda sunt:cōformatiq; triobolares pastilli in umbra siccant. Vsus illi tm̄ in fœminis est ad arcendos sudoris in collo graues & ingratos odores. Latini quod hactenus inuenerim de his nihil tradiderunt:romana grauitate blanditias amorum & uoluptatum illecebras docuisse indignum existimantes:Nec nos aliud hoc loco indicabimus q̄ non carere naturæ ratione:monstrateq;, experientia ab unguentariis iampridem receptū fuisse quod hic ait μεμαρασμένων a nobis longius redditum cum iam languere & arescere incipient. Si Theophrasto credimus ultimo de causis planta℞ libro de tota odo℞ & odorato℞ rōne longius agenti Quicū ratiocinatus esset cur alia olerent uirentia; alia siccata alia cominus:alia eminus:& inter hæc de uiolis & rosis;subiecit statim Vio-
, las presertim, albas infirmitate sua efflato omni odore cum siccæ sūt nihil olere:Rosas aūt siccas
, etiā olere:sed cominus tm̄:eiusq; rei causam esse q; siccatæ amisso humore induruerunt:neq; hali
, tum ex se longius mittere possunt. Quam ob causam & unguentarii eas quadātenus siccant ut pu-
, rū odorē relinquant:nam uirentes adhuc inutili unguentis aquoso humore abundāt. Idq; ē quod hic ait tunc conformandos ex rosis pastillos hos esse cum languere & arescere iam incœperint. Id .n. μαραίνειν græcis est deficiente paulatim & arescente humore extenuari contrahi & tabescere.

f

DIOS. DE Lycio siue buxea spina. Cap. cxxiii.

Ycion. Romani pariter Lycium dicunt. Lycium quod pyxacantham .i. buxeam spinā aliqui uocant spinosa arbor est:tricubitalibus uirgis & aliquando maioribus. Circa quas folia sunt densa buxo similia. Fructū fert piperis figura:colore nigro:amarum:& cum læuore densum:corticē uero pallidum diluto lycio similem:Radices numerosas:latas:lignosasq;. Nascit plurima spina hæc buxea in Cappadocia:lycia:pluribusq; aliis locis. Aspera & dumosa amat loca. Colligitur ex ea succus tusis una cum frutice radicibus:& cum diebus aliquot in aqua maduerint decoctis:tum exempto ligno:iterū eo qui superest liquore

l

ad craſſitudinẽ mellis decocto: Adulteratur lycium admiſta in coquendo amurca:
aut abſinthii ſucco aut bubulo ſelle. Auferendũ in coquendo qd' in ſummo fluita-
bit ſpumoſum oculorũ medicinæ ſeruandũ: reliquo in aliis urendũ erit. Exprimitur
& ex ſemine eodem modo ſuccus: & inſolatur. Probatiſſimũ lycium quod igne ac-
cenditur: & cum extinguitur rubentes ſpumas agit: foris nigrum: intus cum frangi-
tur ruffum: quod nullũ habet odoris uitus cũ amaritudine adſtringens: colore cro-
ceũ quale indicũ eſt: bonitate cætera antecedens & cunctis aliis efficacius: Eſt ly-
cio adſtringendi uis. Exterit quæ claritati oculorũ officiunt: palpebrarumq; ſcabies:
prurigines: & diutinas deſtillationes ſanat. Facit ad purulentas aures: tõſillas: exul-
ceratas gingiuas: labrorũ ſedisq; rimas & intertrigines inunctũ. Inungitur idem bi-
biturq; cœliacis: & in inteſtinorũ torminibus. Datur in aqua ſanguinem expuẽtib⁹:
datur & tuſſientibus. Prodeſt & cõtra rabidi canis morſus fabæ magnitudine deuo-
ratum: aut in aqua potũ. Flaueſcit unctus eo capillus. Reduuias idẽ putreſcentiaq;
& quæ ſerpunt ulcera ſanat. Siſtit fœminarũ fluctiones appoſitũ: aut cum lacte po-
tũ. Fertur Indicũ fieri lyciũ ex frutice qui Lonchitis dicitur. Eſt aũt lonchitis ſpina
ramis rectis tricubitalibus & aliqñ maiorib⁹ a radice ſtatim numeroſis & rubo craſ-
ſioribus. Videt' ruffo colore diſſectus eius cortex: & oleaginis ſimilia folia ſunt. Fe-
runtur indicæ huius ſpinæ frondes in aceto decoctæ lienis inflammationes & fellis
ſuffuſiones potu ſanare: menſes præterea trahere. Quinetiam ſi crudæ tritæq; bibã-
tur eadem præſtare creduntur. Creduntur & ſeminis pota duo myſtra corporis pur-
gare aquas & contra uenena remedio eſſe.

INTERPRES.

Difficillimam nobis in buxea hac ſpina: & quod ex ea fit lycio cõmentationẽ faciunt in alie-
no & quaſi extremo nobis orbe poſitæ Cappadocia: Lycia: & India. Quæ loca barbari &
& alienæ religionis gentes ætate hac noſtra incolentes paulominus q̃ inacceſſa oibus ea fe-
cerunt: iiſq; preſertim qui cognoſcendæ ſolum naturæ cupidi: unoq; hoc ſtudio ad eos fe-
ſtinantes: inhumanis & auaris barbarorũ cõmerciis fœliciter uti nequeunt: nec audent cum tã aſpe-
ris conflictari ingeniis: quos et ſi nullæ ſint difficultates aliæ: contrariæ religionis odium ſuſpectos
ſtatim faciat & ubiq; periclitari cogat: Nihil ideo priuatim de lycio & buxea ſpina dicendum a no-
bis eſt. Quæ.n. a Plinio libro duodecimo & .xxiiii. longius dicta ſunt parata & expoſita oibus relin-
quimus: nec minus et quod res ipſa indicat: & alii iam teſtati ſunt quod confectum eſt .ſ. & unde id
conficitur inuicem mutato noie lycium: & pyxacãtham dici: quemadmodũ & pleraq; alia in me-
dicina dicuntur: in quibus inutile & ſine honore reliquũ corpus alicui parti & uſui nominis ſui ho-
nore libenter ceſſit: idq; in buxea hac ſpina preſertim factũ eſt: quæ ſolo medicamento qua ratiõe
hic docuit ex ſe confecto & ex lycia quondã in græciã allato cognoſci æquo aio fert: gaudet: quod
raro & paucis contigit amiſſis cõibus naturæ notis & nomine: priuatim ex uſu & a gente honeſtiorẽ
inueniſſe appellationẽ. Lycium.n. ideo uocatũ eſt q᷑ probatiſſimũ & quotidie ex lycia ad alios im-
portaretur. Quæ autẽ plantæ forma eſſet ſatis hic & Plinius in hiſtoria eius oſtenderunt: in qua nos
monente Plinio & atteſtante ueterũ græcorũ fide quod in impreſſo legebatur ῥίζας δὲ πολλὰς πλα-
γίας. i. radices numeroſas & obliquas una tñ mutata littera πλατείας. i. latas uertimus. Expunxim⁹
deinde aliqua bis enim importune idem repetebatur: in quo iterum contra rabidi canis morſus ſu-
mi lycium Dioſ. iubet: & qm̃ in uetuſtioribus aliquibus pro melle eo loco lac legebatur: ex Plinio
remedium aliud illic inſtaurauimus dicentes: ſiſtere lyciũ fœminarũ pfluuia appoſitũ aut cũ la-
cte potum. Plinii lib .xxiiii. capite .xiii. inter alias lycii uires hæc uerba ſunt. Bibitur & a mulierib⁹
in lacte contra pfluuia ea .ſ. quas nos totiens fœminarũ fluctiones diximus & dicemus. Suſpicamur
præterea totã capitis huius extremã partẽ in qua hic ait. Fertur indicũ fieri lycium &c. Parũ legiti-
mam huius ſcriptoris eſſe: qui cũ ſemel in India naſci buxeã ſpinã dixiſſet idq; p cõperto docuiſ-
ſet ad famã & aliorũ fidẽ transferre rẽ non debuerat: nec quod ſemel decretum a ſe fuerat ex aliorũ
dictis infringere: Suſpitionẽq; nr̃am auget q᷑ plures illic uoces ſunt parũ ppriæ & huic ſcriptori in-
ſolitæ. Potuitq; ab antiquiore aliquo medico ex alicuius hiſtoria ois ea pars Dioſcoridi accreuiſſe:
ut in pleriſq; aliis factũ deprehendimus in unũ corpus cũ hoc ſcriptore paulatim coaluiſſe: quod
ſignaſſe legentibus ſatis ſit. Diximus hoc capite inter alia facere ad Tonſyllas lyciũ: malũ quod ex
utraq; oris parte in extremo & intimo palato ad radices linguæ fit: de quo ut certius legentibus pa-
teat locũ & loci affectionẽ breuiter ex antiquorũ decretis repetemus. Sciendumq; primo una eadẽq;

appellatione a græcis & a latinis malū & locum in quo id fiat indicat: illi ἀντιάδας καὶ παρίσθμια nos tonsillas tñ uocamus. Sic Plinius in xi. locū: mille aliis deinde locis affectionem & malū dixit Cicero libro. ii. de natura deorum locū tñ ea uoce intelligi uoluit: & ne longiores simus auditis in humani corporis historia & partibus tonsillis locū quē mox describemus: in morbis aūt & medicina quod in his malū sit intellexisse oportebit. In imo ore ex utraq; parte ad radices linguæ oēs tōsillas in homine constituerunt Plinius breuissime: & ut uix intelligi possit: & ostendi tonsillarum loc⁹ Siquidē his uerbis rem docuit: Intellectus saporum est cæteris in prima lingua: homini & in palato: tonsillæ in homine: in sue glandulæ. Cicero quo diximus libro certius: non tñ & ipse quod satis sit. Linguā aūt ad radices eius hærens excipit stomachus: quo primum illabunt̃ ea quæ accæpta sunt oris utraq; ex parte tonsillas attingens palato extremo atq; intimo terminatur: Oium deinde apertissime Galenus in interiorum partiū dissectione: Dico aūt dissectionē quā græci ἀνατομὴν: & nostra ætas corrupta uoce Notomiā dicit post descriptā linguā de tōsillis sic tradit. Ad radices aūt linguæ posita minor lingua est: Sic n. Plinius uocat quam græci ἐπιγλωττίδα: ea in deglutiendo recurrens operculatum guttur claudit: nequid solidū liquidum ue illac ingrediatur. Eiusdē usus causa & ἀντιάδες i. tōsillæ factæ sunt numero quatuor: duæ quidē ex utraq; parte ad linguæ radicē manifestæ & apparentes: duæ uero coniunctæ his interius descendentes: Vocantur & hæ παρίσθμια: quia locus cui adiacent isthmo similis uidetur presertimq; cū inflāmatione tument: qm̃ angustius puium illhac iter & transitum faciunt. Inflāmantur hæ partes aliqñ: diffiniuitq; Paulus Aegineta ἀντιάδας i. tonsillas esse duros in ea parte tumores: utq; durati adenes strumæ dicuntur: sic & tonsillæ inflāmatæ: incremento duritieq; sua cibi potusq; & spiritus iter impedientes: E regione utrinq; sibi inuicem oppositæ ἀντιάδες dictæ sunt: Cur aūt latini tonsillas appellarint compertum mihi hactenus non est: Curationes earum Paulus idem ad Chirurgiam & gargarissationes retulit: qđ nec operis nec consilii nostri est docere.

ἀνατομή. Anatome
ἐπιγλωττίς
ἀντιάδες
παρίσθμια.

DIOS. DE Acacia. Cap. cxxiiii.

a Caciam. Romani pariter græcis Acaciam dicunt. Nascitur in Aegypto acacia. Spina est arborescens: fruticosa: nec recta in altum crescens: flore albo: semine ceu lupinorum candido: in siliqs clauso: ex quo succus exprimitur: siccaturq; in umbra ex maturo niger ex immaturo ruffus. Probatur qui languido rubore: & ut in acacia esse potest odoratus. Exprimunt aliqui etiā ex foliis una cum semine. Nascitur præterea ex spina hac gūmi. Adstringendi refrigerandiq; uires acacia habet. Oculorum medicinæ accōmodatus est acaciæ succ⁹: prodest et sacris ignibus: pernionibus: ulceribus his quos herpetas dicunt: & digitorum pterygiis. Sistit oris ulcera: procidentesq; oculos: compescit & fœminarū fluctiōes: procidentes uuluas: fluidamq; aluum porus aut clystere infusus: Capillum idē denigrat: Lauatur in aqua ad oculorum medicinam identidē confricatus: abiectis continue quæ in summo spumarū modo cōcreuerint donec pura relinquatur aqua: sicq; in pastillos conformatur. Crematur & in crudo fictili una cū tegulis in fornace. Torretur & in carbonibus continua ignis uentilatione. Fouentur spinæ huius decocto soluti artus utiliter. Excellit bonitate in ea gūmi quod lumbricorū figura est uitri modo pellucidū: nec lignosum. Probatur ab hoc deinde quod candidum ē. Quod resinosum & sordidū inutile. Est gūmi acaciæ uis opplere & obstruere. Idē medicamentorum quibus miscetur acrimonias retundit & cum ouo iunctum bullare ambusta non permittit. Nascit̃ & altera acacia in Cappadocia & ponto ægyptiæ similis: multo tñ breuior: ad terram humilis: tenerior: aculeis plena: quos uallorum modo ꝓtendit. Rutæ folia habet. Semen autumno fert coniunctis simul folliculis: & ī his trinum quadrinū ue lenticula minus. Astringit acacia hæc ēt tota simul ad succum expressa: minus tñ efficax & oculorum medicinæ utilis.

INTERPRES.

c Oniunximus in Acacia ueterum græcorū fidem secuti quæ male in duas secesserant partes: Vnoq; capite ut res ipsa ēt exigebat fecimus de omni acacia a Dioscoride doceri: De qua quā non eodē modo Oribasius: Aetius: Pliniusq; & alii docuerunt: non facilis nostra æta-

te cōmentatio est. Neq; ut credimus uenia carebit si relicta aliis fuerint quæ a nobis tractata nitesce re non poterant: & per peregrinas nostroq; orbi alienas & ex Aegypto usq; repetendas spinas ingre dientē hoīem æquo aīo ferent: hoc genere honoris peritioribus cessisse: amabuntq; de græcorum Pterygiis quibus mederi acaciā hic ait: quæ nos obseruanda legentibus in toto hoc opere monueri mus Duplex & in diuersa humani corporis parte factum ea uox malū indicat: ab auium alis quas πτέρυγα græci dicunt fœlicissime translata: Vt.n. illæ in uolantibus ab humeris extensæ aperiuntur: sic in his quæ mox describemus mala ab angulo clausura ue aliqua progredientes mutiles membra næ & carnes oculis & digitis nocent: fit primū itaq; pterygiū in oculo: diffiniuitq; id malū in Isago ge sua Galenus his uerbis. Pterygion aūt uocāt cum post longā in candido oculi exulcerationem. carnisq; in ea parte maius incrementum neruosa & tenuis membrana oculo superincurrit. Idē fere & Paulus Aegineta de oculorum uitiis primo mox ubi Chirurgiā docet neruosam & ipse mēbranā describēs: quæ ab oculi angulo ad exteriora per oculū progrediatᷣ: noceatq; illi bulbi in oculo motū contractione impediens & qū progrediens pupulam operit. Celsus hoc ipsum describens malū ocu li unguem appellat: q humano ungui ut credimus progrediens neruosa ea membrana similis fit: Verba eius hæc sunt. Vnguis uero quod pterygion græci uocant membranula est neruosa oriēs ab angulo quæ nonnunq̄ ad pupillā quoq; peruenit: eiq; officit. Sæpius a narīū: interdū etiā a tēporū parte nascitᷣ: Et hoc oculorum pterygion est. Quod uero in hoīs pedibꝰ manibusq; fit & ubiq; ad polli cis præcipue ungues diuersum ab illo aliter a ueteribus describitur: Carnis incremētum circa un gues pterygion est unguis aliquā operiens partē. Fit aūt in pedis & manus præcipue pollicibus: In pedibus quidem ex offensione pedis plerunq;: in manibus aūt ex neglecta reduuia & post inflāma tionem in Pus translata. Hoc malū Celsus digitorum ulceribus adnumerauit: breuissimeq; his uer bis id descripsit. In iisdem recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consueuit pterygion græci appellant: Et horum alterutri mederi acaciā Dios. ait: diuq; nos in ancipiti dubitauimus quid hoc loco uertere nos oporteret: Oculis n. utilis acaciæ succus ab hoc decernitur: ideoque non ab re erat oculorum pterygiis i unguibus utilē dicere: Econtrario quæ coniuncta his sunt & quasi cognata mala de digitorum a Dios hoc loco agi persuadebant: neq; n. uerisimile est hunc oculos & eorum medi cinā miscuisse sacris ignibus: pernionibus & his quæ serpunt: quē morborum censum Plinius ēt secu tus ait: sanare acaciā ignem sacrū collectiones: articulos cōtusos: pernones & pterygia: cognata oīa mala: & eiusdem fere generis. Ob quā cām in eā partē propensiores diximus prodesse digitorū pte rygiis; appellatione hac græcæq; uocis huiuscemodi cōtractione posthac semper usuri: ut cum ocu lorum pterygia uertere oportebit auctore Celso ungues oculorum: cū aūt digitorum: digitorum pterygia sem per dicamus. Non omittemus hoc loco quid nobis in hoc opere sit Opplere & Obstruere qđ aca ciæ gūmi hic scriptor tribuit: nō aliud sane q̄ quod græci passim ἐμπλάττειν & παρεμπλάττειν di cunt; a quibus uerbis in antiqua medicina Emplastica & paremplastica dicta illa sunt quæ tena cia & glutinosa multiplices habent usus: unguineq; suo corpori illita meatus opplent & obstruunt: quales sunt adipes aliquot: oleumq; & plura alia: Quæ aūt græci uerbi ἐμπλάττω proprıa significa tio sit apertissime lib. v. de plantarum historia declarauit Theophrastus: qui de materia arborum qua rundā agens cum longius docuisset quæ nā aptius cæderentur: finderentur: frangerentur: & serra diuiderentur subiecit. Viridē arboris materiā cum serra diuiditur ramentis suis serræ dentes ἐμ πλάττειν: opplere. s. & obstruere: a quo euentu nō erit difficile posthac nouisse quæ græci ἐμπλαστι κα & παρεμπλαστικα dixerint.

Opplere Obstruere

ἐμπλάττω παρεμπλάττω.

DIOS. DE Amurca. Cap. cxxv.

a Morgen. Romani Amurcam dicunt. Sedimentum expressæ oliuę amurca est: hæc in æneo cyprio uase ad crassitudinē mellis decocta adstringit iisdem omnibus utilis quibus & lycium: priuatim uero & egregie contra dentium dolores & uulnera ex aceto: uino ue aut mulso utiliter inungi tur. Miscetur eadē oculorum medicamentis: & his quæ opplendo & obstruendo sunt. Inueterata uires acquirit: Infunditur eadē sedi utiliter: genitalibus: & fœminarū lo cis exulceratis. Cum omphacino ad crassitudinem mellis decocta circūlitaq; uitio sos dentes pellit: Iumentorum scabies cū lupinorum & Camæleonis herbæ decocto sa nat: Fouentur eadē utiliter recenti tantūq; calida podagræ: & articulorum dolores. Quin ēt corio illita corporiq; imposita: subeūtiū cutem aquarū tumores reprimit.

INTERPRES.

Reprehendebat neque immerito Flaccus pictorem qui in naufragii tabula: quæ marino alicui nu mini anathema futura esset cupressum pingeret: paucisq; ut erat in castigando grauis: monebat &

ipse quod hic in aliis a principio reprehenderat: nõ esse coniungẽda quæ toto gñe disconuenirẽt & diuersa essent: nec inter fluctus pingendam arborẽ quam in altissimis montibus natura frondere uoluisset imperitumq; simul & ridiculum fore spectantibus huiuscemodi pictorem: quemadmodũ & nos imperitos reprehendere librarios hoc loco merito possumus: qui amurcã aboleo statim dicendã: & ut nos credimus tũc ab hoc scriptore tractatã ad aculeos & spinas: fruticesq; a suo principio penitus alienos transtulerint. Eius rei cãm fuisse nos credimus: aut descriptã ab aliquo ex litterarũ ordine medicã oẽm materiã: ideoq; inter acaciam & agnum de quo statim dicemus: quorũ ab A littera idẽ principium est Amorgen ẽt adhuc seruari & legi: aut q̃m hic ait oibus iisdem uti lẽ amurcã quibus & lyciũ uoluerit aliquis quæ pari potestate essent simul hře: ideoq; non lõge ab eo amurcã in hoc scriptore cõstituerit. Nobis in priorẽ illam cãm inclinat aĩus. Vidimus enim plures græcoꝝ codices in quibus ex elementoꝝ in alphabeto ordine medica oĩs materia descripta adhuc sit: & in quibus nõ eodẽ mõ legitur, quod cõtra quadrupedũ scabies ex amurca remedium ab hoc scriptore instituitur. Sunt.n. in quibus ἀφεψήματι & in quibus ἀποβρέγματι inuenitur; quoꝝ alterũ decoctũ alterũ dilutum significat. Habetq; utraq; lectio ex antiquis scriptoribus suos testes. Quid aũt decoctũ sit satis patet. Quid uero dilutũ iampridẽ dictum a nobis est. Cocturã amurcæ quã hic a principio, instituisse uidetur certius primo rusticaꝝ rerũ libro docuit. M. Varro quã condi in domesticos usus iussit: decoctis de ea duabus partibus: quod hic ait usq; ad crassitudinẽ mellis. Siquis præterea amurcæ laudes alias & multiplices usus nouisse uelit poterit auctorib᷒. M. Catone & Plinio diuersis locis quod cupit inuenisse: eritq; illud homini saltẽ laboris huius operæ pretium ut naturam discat nihil tam sordidũ & ingratũ genuisse quod in hominis usum beneficio aliquo non instruxerit.

DIOS. DE Vitice. Cap̃. cxxvi.

a Gnon. Sunt qui Agonon: qui Lygon: qui tridactylũ: qui amictomiæum: qui ibis sanguinẽ: qui piper agreste: qui ligusticum uocent: Magi semnon: Aegyptii Sum: Romani salicem amerinã appellant. Arborescens frutex uitex est. Nascitur asperis & incultis locis prope profluentes torrentes aquas & flumina. Ramulos hẽt longos uitiliũ modo lentore suo ĩ fragiles: Folia oleæ teneriora tñ: Florem alterũ eius genus cãdido cum purpureo: alterum purpureo tñ colore profert: Semen uero sapore piperi simile. Est illi adstringẽdi calefaciendiq; natura. Potum semen eius uenenatorum morsibus succurrit. Lienosis & cutem subeuntibus aquis medetur. Lactis abundantiam facit: trahitq; menses in uino potum drachmæ pondere. Idem genituram extinguit: Caput tamen infestat soporem faciens: Seminis prætetea & frondis decocto muliebrium locorum uitiis & inflãmationibus insidẽtibus medẽtur. Potũ cũ pulegio prætetea semen suffitumq; & appositũ menses cit. Capitis dolores illitũ soluit. Quinetiam ueternosis: phreneticisq; ex aceto & oleo inspergitur. Fugant uenenata incensa & substrata folia: & contra eoꝝ morsus illita succurrunt. Testiũ durities cum butyro & uitigineis foliis molliunt. Sedis rimas mitigat semen ex aqua illitũ. Additis foliis idem luxatis etiam & uulneribus medetur: Creditur & uitex in itinere intertrigines arcere si uirgam eius manu uiator teneat. Agnos autem. i. castus frutex hic a græcis dictus est: quoniam in Thesmophoriis castitatem custodientes mulieres foliis eius cubitus sibi sternebant. Lygos uero quasi Vimen ob eam quam habent uirgæ eius in uinciendo lentitiam & firmitatem.

INTERPRES.

p Ræclaro quondã ut Lucretius cecinit nomine insignes Athenæ: q̃ ab his humanitas: doctrina: religio: fruges: iura: legesq; ortæ atq; in omnes terras distributæ putantur: uno seruandæ castitatis nomine uiticis gloriam non parũ auxerunt: multum illi etiam ex Academia & a Platone ob eãdem cãm laudis accreuit: graui ciuitatis & hominis testimonio non esse ab impuris tractanda quæ pura mente concipienda: & religionis egregia sanctitate exercenda ab homine sunt: Cui consulens natura quemadmodũ generationis & ueneris multos animantium generi stimulos dederat ut quotidianam uitæ iacturã noua continue sobole instauraret: sic pro religione & castitate aliqua ẽt nobis ostendit: quibus utentes bonoꝝ oium auctori deo: caste: pieq; ad

rem diuinã accedentes magis placeremus; ex quorũ numero uitex est satis hac parte a Dioscoride laudatus: cum testatus est agnon uocari qm̃ in Thesmophoriis cereris sacro quod athenis a mulieribus fiebat castitatem custodientes mulieres foliis eius cubitus sibi sternerẽt: expertæ aũt a peritioribus doctæ calore suo inflationes soluere uiticem; ideoq; ueneris impetus oẽs facile inhibere: qua potesta e in abundantia feminis & contra nocturnas Veneris per somnũ imaginatiões & seminis incontinentiã sanitati hominis nõ parũ contulit: fueruntq; illi ex hac una ui honestiores & plures q̃ ex cunctis aliis appellationes: omittimus agnon dici id n. satis patet; Quæ aũt sequitur agonos non aliunde est q̃ ex eo quod hic ait genituram discicere: Hic n. omnibus fere locis humanum semen γόνον & fœminino genere γονὴν etiã appellat; a cuius priuatione agonon uiticem uocari ait. Eodem credimus pertinere quod sequitur amictomiæum in qua uoce: & si non sunt integra omnia; antiquæ tñ integritatis & significationis aliqua adhuc supersunt uestigia: ex quibus facilis coniectura ẽ fuisse eius uocis cõpositioné quæ ed ueneré misceri maré cũ fœmina prohiberet. Habet mox quæ amictomiæũ præcedit uiticis alia appellatio: a uiminũ & uinciendi usu manifestam rationé: id n. græcis λυγίζειν est: idq; oẽs aperte testantur: presertimq; Homerus nona Odysseæ rapsodia: εὐστρεφέας λύγους dicens: flexiles s. & sequaci lentitia ad uinciendũ aptos: & præter Homerũ Arrianus in historia sua exercitũ describens per niuem ingredientem: & ne in niue hæreret; pro calceis circulis ex lygis factis utentem: ut eo auxilio maius niuis spatium premens firmiore uestigio iter faceret. Estq; lygos græcis cõmunis uox oĩbus quibus in rustico opere ad uincula utimur: quales salices oẽs sunt genistæ: ericæ; ulmi; multæq; huiuscemodi plantæ aliæ: in quarũ genere uitex etiam numeratur; ideoq; cõ illa appellatione etiam indicatur. A rubore uirgarũ paulopost sanguis manifeste uitex dictus est. Auis uero Ibis adiectio ad superstitioné & magicas uanitates nostra ætate penitus incognitas pertinet. Magi eundé semnon i. uenerandum: ea n. est uocis illius significatio ob eandem illam castitatis cãm dixerunt; quemadmodũ a similitudine saporis in semine ligusticum: de quo suo loco dicetur: & ob id piper agreste rustica plebs uocauit: qm̃ acrioris & feruidæ naturæ piperis defectum expleat. Amerinã salicé Romanis græcorũ agnon dici aperte Dios. testatur. Sed q̃ uerũ id sit in Plinii & Columellæ lectione diligentiores facile cognoscent: nobis inclinat animus ut negemus græcorũ agnõ Romanorũ Salicé amerinã esse. Suspicamurq; quod sæpe alias testati sum⁹: adiectam ab imperitis latinarũ rerũ græcorũ medicis eã Dioscoridi appellationé accreuisse: tam. n. uiticis q̃ amerinæ salicis uocé nouisse quondã Dioscoridé uerisimile est: & ex quo Plinius aperte docet uiticem latinis esse quæ græcis lygos & agnos sit; nec multum a salice uitilium usu distare; non credendũ in ea appellatione decæptum diligentissimum alioquin & ex ꝓfesso hæc agétem hominem; uerũ quocunq; modo se res habeat satis sit uiticé nouisse notã oĩbus & ubiq; plantam; quam Theophrastus ꝙ oleæ folia habet cõposito noĩe ἐλαιάγνον uocauit; & de qua præter hacten⁹ dicta desiderari potest in hoc scriptore prima eius diuisio in maioré quæ auctore Plinio in arborem salicis mõ assurgit; & in minoré quæ fruticosa in ramulos & uirgas spargitur: quæ duo & diuersa genera natura fecit; & Plinius descripsit: hic saltem intellexisse uidetur ex quo in floris historia dixit floré alterũ eius genus candido in purpureo: alterũ purpureo tm̃ colore proferre. Accrescet præter hæc ex scriptore hoc fides his qui ad generationem conferre semen fœminã dixerunt: ex quo hic ait primũ γόνον ἐκλύειν quod est cõmotũ semen discicere & paulopost: mulieres in hunc usum ex eo cubitus sibi sternere in quibus frustra id fieret si genitura & semine a natura priuatæ mulieres ad castitaté remedio hoc proficere nõ possent. In maribus id Paulus Aegineta libro primo decreuit quo capite de nimia seminis abundantia agit. præcipit. n. una cũ refrigerantibus herbis uiticis ramulos substernendos his qui uel in somno uel in uigilia copiosiore seminis fluxu abundẽt. Pli. hunc ueluti scopulũ fugiens: impetus ueneris inhibere uiticé dixit cõmuniore illa uoce incertum legentibus iudicium suũ relinquens. Siquidé utriq; sexui cõe generationis studiũ & ad Veneré impetus est: nisi Athenienses matronas primũ: mox Dioscoridé de his sic cogitasse aliquis credat ĩ cõmunione coniugalis thori iacentibus simul uiro & uxore satis ad castitatem fore stimulos Veneris hoc remedio in uiris extinxisse: extinctisq; his castitatem ea ratione fœminis acquirere: quã ut sũt in coniugalis thori officio uiris suis faciles & morigeræ omnes seruaturæ aliter non erant.

γόνος
γονή
λύγος

DIOS. DE Salice. Cap. cxxvii.

i

Tean. Romani Salicem dicunt. Nota omnibus arbor salix ẽ. Adstringunt salicis folia: semen: cortex & succus. Bibuntur ileosis utiliter cum exiguo pipere & uino cõcisa folia. Per se etiã in aqua sumpta concæpt⁹ prohibent. Prodest potũ semen sanguiné expuentibus. Præstat idé & cortex: qui etiã in cinerem crematus tum aceto maceratus clauos & callos illitus pellit. Foliorũ præterea & corticis succus in malicorio cum rosaceo calefactus aurium doloribus succurrit. Eorundem decocto podagræ utilissime fouentur: quinetiã fur

fures exteruntur. Colligitur ex salice succus inciso cum floret cortice: qui ex interiore eius parte concretus inuenitur: Estq; illi uis exterendi quæcunq; claritati oculorum officiunt.

INTERPRES.

g

Rauissimam Salici inuidiam: & quæ tam multis cōmodis & usibus eius superante maleficio deleri non posset. Maximus oīum poetarum Homerus fecisset ὠλεσίκαρπον: quod antiquiores frugiperdam uerterunt: eam aliqñ appellans: Si ut posteriores opinati sunt: impeditos ab ea conceptus ea adiectiōe intellexisset: & alienam sterilitatem potius q̄ ante maturitatem amissum in salice proprium semen: & in araneam abiens ea uoce indicasset. Quod parum uerisimile est in peritissimo totius naturæ & innocente homine: qui plus uates & phœbo dignisq; aliis digna locutus: contra naturæ fœcunditatem grauiq; & inexpiabili scelere presertim in notissima & parata oībus re nihil unquā ostendisset. Nouerat ille seminis ante maturitatē in salice calamitatem: & ex hac naturæ iniuria posteris eam indicauit: quemadmodū ut non sumus eodē ingenio nec uultu oēs: Maro eandē ex uimmū usu quē in re rustica præstat lentam: & annua regerminatione copiosius frondentem dissimulandis rusticis amoribus utilē dixit: de hac oīq; eius in medicina usu aliter magis q̄ alia Plinius lib. xxiiii. pleraq; tradit: quæ in medio posita omnibus relinquimus: contenti more nostro dixisse breuiter hoc capite qui nobis ubiq; in hoc opere sint Sanguinem expuentes: cruenta sputa: Sanguinis excreationes & reiectiones: non quia quod medicorū est agere hoc loco cogitauerim: sed ut semel quod interpretem monere legentes decet testemur: quot sunt Dioscoridi: redditi ex ore sanguinis indicationes & uoces: tot nobis & eadē significatione et uoces esse: inuenientesq; αἱμοπτοϊκούς: aut αἵματος πτύσιν: sanguinē expuentes aut cruenta sputa semp reddidisse: αἵματος aūt ἀναγωγήν aut αἱμοφορὰν: sanguinis excreationē aut reiectionē: nulla ex eius mali causis aut euentibus obseruata in scriptore hoc huiuscemodi uocū diuersitate. Et si inter sputa: & excreationes: expuentesq;, & reiectiones in Grāmaticis non eadem significatio sit: excreationesq; dicantur quæ maiore conatu: & crassiore materia extussiuntur potius q̄ expuuntur. Sputa uero & reiectiones quæ sponte sua & quasi naturalis purgationis mō in os subeuntia pelluntur. Fecimusq; id non dissimulatis multis eius mali causis Sed qm̄ in græcis latinisq; misceri passim eas uoces obseruauimus: neq; excreationes sputa ue aut expuentes reiicientes ue magis in hoc q̄ in illo genere dici. Et si Vitruuius libro primo suæ architecturæ sanguinis reiectiōem eam dixisse uidetur: quæ ex destillatione a capite in asperam arteriam & pulmonem fit: uerum ut diximus nulla nobis fuit huiuscemodi uocū ex eius mali causis aut euentibus certa ratio. Oportebit itaq; medicos ex remediorum natura: cui in hoc genere malo: id de quo agetur conueniat diligentius animaduertere. Alio siquidem curationis & remediorum genere curanda erit sanguinis reiectio: quæ corrosis uenarum uasculis in asperam arteriā influente fit sanguine & per os redditur: alio quæ uiolenter disruptis uenis: alio quæ infirmitate langoreq; non retinentibus sanguinem. Et cum laxatæ fuerint reiicientib⁹: alio tandem quæ aliunde fiet: quarū oīum plures diuersæq; præcedentes causæ sunt medicis cognitæ: & ex earum cognitione remediis in hoc scriptore certius curandæ.

Sanguinē expuentes
Cruētasputa
Sanguinis excreationes
Sanguinis reiectiones

DIOS. DE Agresti olea. Cap. cxxyiii.

a

Grielæan. Romani oleastrum dicunt. Agrestis oleæ: quam cotinon aliqui: aliqui uero Aethiopicā oleā uocant adstringendi uim folia habēt: Concisa eadē illitaq; sacros ignes: ulcera quæ græci herpetas dicūt: epinyctidas: carbunculos: quæ pascendo serpūt: & unguium reduuias cōpescunt. Ex melle illita eadem quæ medici ulferunt circūscarificant. Sordida repurgant ulcera. Panos collectionesq; ex eodem melle illita discutiunt. Desquamatam a capite cutem glutinant: Cōmanducata oris ulceribus: & his quæ aphrhas dicūt medentur. Idem potest succus & decoctum eorum. Sistit præterea eorundem succus sanguinis profluuia & muliebres fluctiones appositus. Quinetiā oculorum uuas: pustulas: ulcera: & antiquas destillationes reprimit. Quam ob cām collyriis contra palpebrarū corrosiones factis utiliter miscetur. Est aūt colligendi ex agrestis oleæ foliis succi ratio & modus hic. Tunduntur folia: tusisq; uinum aut cœlestis aqua inspergitur: tum exprimuntur: siccatusq; in sole succus in pastillos conformatur. Estq; efficacior seruaturq; fœlicius qui ex uino q̄ qui ex aqua expressus fuerit: purulentis: & exulceratis auribus accomodatus. Folia etiam cœliacis utiliter cum farina hor-

deacea hydrelæo macerata illinuntur. Cremantur ad cinerulam: quã spodiõ græci dicunt oleastri folia cum floribus: Cremantur aũt in crudo fictili operculato: lutoq; undiq; circunlito ore eius usq; ad fictilis coctuiã: tum uino restinguntur: iteq; eodẽ modo cremantur: tum cerussæ modo lauatur cinis & in pastillos conformatur: Crediturq; in oculorũ medicina nihilo ignauior ea quæ proprie cinerula & spodion est coctura hæc esse: ideoq; pares eius uires æstimandæ sunt: Posſũt idem & satiuæ oleæ folia pariter cremata. Verũ minore efficacia sunt: Et qñ minore efficacia sunt ideo oculorũ medicinæ aptiora: Qui aũt ex uiridi incẽso oleastri. ligno exsudat humor scabies: furfures: impetiginesq; inunctus sanat. Sanant & utriusq; oleæ oliuæ illitę furfures & quæ pascendo serpunt. Quod uero in oliuarũ nucleis clauditur: cum farina & adipe scabros pellit ungues.

INTERPRES.

Vit uniuersæ græciæ quondã in maiore honore oleaster q̃ olea: & si hanc Pallas maior & sapientior dea: illũ Hercules heros im̃ & fortis in eam intulerint gentẽ: alterãq; Athenæ doctrinarum omniũ locus: alterã olympia ludis & circensibus aptus cãpus ostenderit: ille decerptis post certamina ad coronas ramis paulatim periret: hæc uero ad parcẽ eresionemq; nunq̃ pereuntes ramos suis continue ciuibus porrigeret: nihilo deteriore fortuna & honore q̃ qui ad inferos descẽdẽtibus aureus in sylua quærebatur ramus: Quo auulso nõ deficiebat alter ut iisdẽ semper ramis fronderet in Atheniensiũ arce arbor: quæ æternũ pacis trãquillitatisq; symbolũ inter homines habuit: tanto acriores ambitionis q̃ pacis stimulos aut natura dedit: aut ipsi nobis fecimus. Vno hoc gloriæ studio incensa quondam oĩs græcia oleastrũ magis q̃ oleam amauit: plusq; ex agresti q̃ ex satiua olea cõmodi & honoris sibi sperauit: nõ in sanitate nec in curãdis tot uitæ nræ malis: sed ut esset corruptibilis corona illa lõgioris & melioris post mortẽ uitæ sine sensu speciosum uictoribus in olympia monumẽtũ. Quod æterno carmine Pindarus lyricorũ oium maximus illustraret Acrigentino Theroni itẽ scribens: laudãsq; capiti circumposuisse ex glauca olea ornamentũ: quã ab umbrosis histri fontib[9] in græciã Amphitrioniades Hercules importauerat Honestissimũ: in Olympia certaminũ ornamentũ & præmiũ: Hanc ipsam arborẽ Cotinon Dioś uocari ait cõmuni & recæpto ab oibus græcis noie. Oleastrum in Corinthi appellatione oẽs intelligunt: & ex similitudine Aethiopitã olea quæ ppriũ gñis in ea regione arborẽ nullũ inuenit ob similitudinẽ aptius cui cõpararetur in græcia nomẽ. & genus. Et hæ quidẽ oleastri laudes & nomina in antiquis græcorũ poetis sunt: Maro noster foliis amaris oleastrum esse dixit: nec falso si sensui & uiribus eius in medicina credendũ sit. In quibus nos primũ hoc capite dicemus: quænã epinyctides sint quas cõpescere concisa eius folia hic ait. In pustularũ gñe epinyctides sunt, peregrina Romanis uox: Plinio tñ & Celso iã familiaris & frequens ut inter latinas & nostras enumerari merito possit. A nocte nomen illi fecerunt græci q̃ ut Celsus ait noctu fere oriã Græcorũ aũt medici quibus magis credendũ ideo sic appellatã dixerunt q̃ per diẽ nõ adeo cruciet per noctẽ uero graui dolore sentiatur: Sũtq; ut Paulus Aegineta descripsit epinyctides ulcuscula sponte sua surgentia pustularũ figura & rubescentia: quibus apertis cruẽta sanies defluit per diem q̃ nõ magnopere hominẽ cruciant: per noctẽ uero grauissimo dolore torquent: Celsus aliter has ipsas descripsit: adiecitq; nõ maiorẽ faba epinyctidem esse: & in eminentibus corporis partib[9] fieri: uocatq; ille eminentes partes quæ longius a medio homine discedunt & quasi ex trunco pendent qualesuĩ: manus: brachia: cruraq; & pedes sunt. Non erit abre ex quo de his agere incœpimus breuiter huiuscemodi maiorũ discrimina quædã in græcis & latinis ostendere ne semper dubitare legentes cogãtur: quæ græcis & Plinio Exanthemata Papulæ: Pituitæ eruptiones: Epinyctides & Pustulæ sunt: presertimq; græcis ἐξανθήματα & φλυκταίναι: quæ duo uelut præcipua genera huiuscemodi maiorũ sunt. Omittimus scabiẽ qñ in gñe asperitatis non pustularũ est. Græci itaq; ἐξανθήματα ppriẽ fieri dixerunt: densatis in cute crassioribus humoribus magisq; ubi densior summa cutis superficies fuerit: nec aliud significare uidentur q̃ exiguas pustulas quales ex urtica uel sudore fiunt eodẽ plerũq; quo & cutis colore est: & qñ turgent. um ad florẽ gemmarũ in plantis modo tument ideo ἐξανθήματα a græcis dicta fuerunt ἐξανθοῦσαι nullis florescere est leue malũ & qđ infra gẽte a pellicula & cute ut credimus nomen inuenerit. Plinius hoc genus aliquã papulas: aliqñ pituitæ eruptiones: sæpe etiã papularũ eruptiones & exãthemata uocauit: Pustulæ ueco quæ concepto intra sepure graui dolore cruciant: quarũ aliæ per se aperiuntur: aliæ non nisi acu punctæ purgantur: & has fere oẽs latini pustulas dixerunt: Inter quas & ea numeratur quæ pauloante epinyctis descripta a nobis est: quæ priuatim in oculo etiã a Plinio fieri dicitur sexto. xx libri capite. Eius uerba hæc sunt. Illitis foliis sanãtur ambustæ epinyctides: ita uocatur ulcus aciem hebetans: & in angulo oculi perpetim humor emanãs: quod quale sit nondũ pcõperto nobis

ἐπινυκτίδες
Epinyctides

Exanthemata.
Papulæ
Pituitæ eruptiones
pustulæ
Epinyctides

Stephyloma
Vua in oculo
Pustula in oculo.
Vlcera oculorum.
Destillationes oculorum.

est nescimus an Plinii epinyctides illæ sint quas porri succo sanari Dios. decreuit. illud certe non omittendum hoc capite quod in oculorum malis Dios. ait compescere oleastri succum uuas: pustulas: ulcera: & uetustas destillationes: omnia oculorum uitia: & quæ Galenus in diffinitionibus & in isagoge sua priuatim descripserit: dixeritque σταφύλωμα. i. uuam: sic. n. nos eam uertimus uocem: esse in pupillæ parte insurgens acino uuæ simile: quod fit cum inflammatione & dolore in altum erecta oculi pupilla fuerit: & uuæ acini figuram ostenderit: Pustulam uero quotiens cum exulceratione & absque ea in corneæ tuniculæ superficie tenuissima membrana suspenditur: & humorem intra se continet: Vlcera deinde cum circa nigram aut candidam oculi partem extima cutis per longitudinem aut in orbem scinditur: figura concaua: eodem cum reliqua oculi parte in qua facta fuerunt colore aut albescentia: Destillationes postremo quoties in oculo ex incerta causa: oculi angulus processerit: aut ex mala curatione a chirurgo facta creuerit angulus: nec ultra lachrymas retinere possit continue destillantes.

DIOS. DE SALSIS ET CONDITIS OLIVIS

Quas græci Colymbadas dicunt. Cap. c.xxix.

c Olymbadas oliuas. Romani pariter græcis Colymbadas dicunt. Non sinunt bullare ambusta concisæ illitæque colymbades oliuæ. Sordida purgant ulcera: Reprimendique gingiuis earum muria utiliter colluuntur: Ea etiam mobiles confirmat dentes. Facit autem oliua quo tempore ad maturitatem progrediens nondum nigra rubescit: & recens difficilem aluum. Stomacho utilior. Nigra uero & matura corrumpi aptior & stomacho inutilis est. Oculis eadem inimica & capitis dolores facit. Sistit frixa & illita quæ pascendo serpunt: & carbunculos erumpit.

INTERPRES.

f Vit quondam multiplex oliuarum conditura: accersitaque aliorum saporum commendatione placebat quod alioqui ingratum habuisset in cibis usum. Inter eas colymbades a græcis dictæ fuerunt: quæ communiore & certiore appellatione halamades itidem dicebantur: hæ nomen a Sale inuenerant: haleas n. græci salem dicunt: illæ ab eo quod in conditura sua natarent sic appellatæ fuerunt κολυμβᾶν n. urinare est: dico autem urinare innatando subaqua esse: & κολυμβήθραν piscinam græci uocant: qua ratione aquaticas & urinatrices aues: quales anseres & anates sunt Colymbadas idem græci dixerunt: Et hæc nominis causa in salsis & conditis oliuis quondam fuit & ratio. Siquis autem uelit rem certius nouisse facile illi erit: ex Plinio lib. xv cap. iii Palladio lib. xiii cap. xx Columella postremo lib xiii cap. xlvii infinitas pene oliuarum discere conditu ras: Et quod ad colymbadas pertinet contusas esse oliuas uiridium quarundam herbarum sapore & sale conditas Eritque illud saltem laboris huius operæ pretium: quod contra quam nostra ætate fit grauissimos scriptores audiet: non ferramento: sed uiridi canna duobus tribusue locis secandas esse oliuas præcipientes: ut salem acetum: saporesque alios fœlicius admittant. Quod ab illis non temere factum fuisse credendum est. Siquidem & in aliis condiendis salgamis a ferro abstinendum esse semper præcepit: ossisque cultellis & harundineis findenda omnia quæ muria condienda essent.

DIO. DE OLEASTRI OLEO. Cap. c.xxx.

q Vod autem ex oleastro exprimitur oleum colluendis flaccidis & cum infirmitate huentibus gingiuis utile est. Mobiles confirmat dentes. Fouentur eodem calido etiam utiliter in gingiuas destillationes: oportetque lanam specillo circum ponentes in oleum demergere: gingiuisque admouere usque dum candido colore gingiuæ uideantur.

INTERPRES.

πλαδαρὸν
πλάδος

i N uniuersi olei censu de oleastri oleo Paulus Aegineta decreuit spissandi simul & adstrigendi uim habere: & quatenus oleum est aridius & squalidius omni alio esse Obseruauimusque nos acerbo eum pro hoc uti: Quo loco n. de uitiis gingiuarum docet quibus hic iubet ex oleastro uti: ille ex immaturis oliuis expresso plerumque utitur. Locus est eo capite in quo de erosionibus gingiuarum: earum excrescentiis & pladis agit: Sic n. ille appellat quæ hic οὖλα πλαδῶντα dicit Quod uitium facile & quale sit intelligitur si nouerimus quid in alius πλαδαρὸν græcis significet: non humens simpliciter: sed quod cum humore flaccescit: quale erit quod natura sua durum rigensque admisso humore languet: & paulominus quod dilabitur. Oporteque ἐν τῷ πλαδᾶρω

δ'άρω duo hæc intelligere humorẽ & ex humore infirmitatem: idq; est quod hic ait gingiuas πλαδώσας & nos uertimus flaccidas & cum infirmitate humentes.

DIOS. DE Aethiopicæ oleæ lachryma. Cap. cxxxi.

Ethiopicæ uero oleæ lachryma scãmonio fere similis est: rubens exiguis stil-
a liciidis concreta: & erodendi uim habens. Quæ uero gũmi & Ammoniaco similis nigrescit: nec erodit inutilis est. Talem autẽ apud nos oleæ etiam & oleastri ferunt. Hebetibus oculis Aethiopicæ oleæ lachryma utilis cõtra cicatrices eorum: albuginesq; utiliter inungitur. Vrinam trahit & menses. Contra dentiũ dolores cauis eorum indita efficaci auxilio est. Numerat̃ & inter letalia lachryma hęc: fœtus ex utero trahit: lepráq; & impetigines sanat: Vocaturq; Athiopica hæc olea oleaster etiam.

INTERPRES.

X Aethiopia usq; ut Comicus ait Aethiopicæ oleæ lachryma quondam græciæ importa-
e batur. Non ideo parum certá eius in græcis & latinis demirabitur aliquis historiá: quam ab extremo orbe & in coctis calore solis gentibus didicisse oportebat. Neq; a nobis desiderabit quispiam quæ in tá longinquo & inaccesso orbe nascentia cognosci ætate nostra non possunt. Nescimus.n.nos an ad mare hæc lachryma oleæ sit in Arabia nascentis quæ in rubri maris littoribus uiuens fluctibus & æstu aliquãdo operitur: salemq; in foliis ostendit. Plinius inter Aethiopiæ arbores eius non meminit: distantq; tam longo interuallo inter se Aethiopia & Arabia ut non uerisimile sit quod in Arabia nascitur Aethiopiæ ab hoc scriptore tributum fuisse. Nec mirũ ignorari hoc tẽpore rem cũ Paulus Aegineta ex aliorũ fama potius q̃ ex plantarũ historia dicat dicere quosdam oleastrum esse Aethiopicá oleá. Idem etiá: modo uitiũ absit: non scámonio ut hic sed ãmoniaci guttæ similẽ lachrymá hác dicit. Neq; obstat q᷑ hic in deteriore & inutili hac lachryma ait ammoniaci guttæ similẽ esse. Ille.n. de toto simul genere agebat: uerisimileq; est de ,pbatissima egisse: quá Scãmonio cõparasse oportebat: si rubente colore est & quod hic ait ἔγκιῤῥον. Nec ausim ego dicere quodnam in medicinæ usu gũmi hoc sit: quodcunq; autem sit exterendi egregia potestate est: ideoq; utile his quæ claritati oculorũ officiunt: quales cicatrices & albugines sunt congeneres oculi labes: & quæ sola altitudine & descensu differunt. Cicatrices.n. in superficie tantum concretas dixerunt: nec cicatrices tñ sed & nubeculas. Albugines uero altius descendentes: Descripsitq; utrunq; id malũ in isagoge sua his uerbis Galenus. Cum in oculi nigra parte ex ,pfundo ulcere crassior & colore candido superincurrit mẽbrana cicatrix est: fit ẽt in ea oculi mẽbrana quæ candida dicitur. Albugo aũt cicatrici eadem est: differt tñ q᷑ in ea ex maiore exulceratiõe maior cicatrix & crassior circulo quem a similitudine cœlestis arcus irim uocant superincurrit.

Cicatrices oculorum
Albugines oculorum

DIOS. DE Quercu. Cap. cxxxii.

Ryn. Romani quercum dicunt. Adstringendi uires quercus omnis habet:
d idq; maxime potest quod inter corticem & lignũ mẽbranæ simile clauditur: Nec minus quod inter corium glandis & carnẽ interpositum est. Datur earum membranarũ decoctum cœliacis: contra intestinorũ tormina & cruenta sputa utiliter: Pessulis prætei ea contra fœminarum fluctiones mẽbranis simile illud adiicitur. Possunt idem & glandes. Vriná præterea cient: Dolores capitis & inflationes in cibo faciunt: utiliter tamen eduntur contra oĩa quæ morsu: ictuue uenenum relinquunt. Priuatimq; toxico subuenit potum corticis & gládiũ cum bubulo aut humano lacte decoctũ. Crudæ præter hæc & cõcisæ glandes inflãmationes leniũt illitæ. Sanãt cũ suillo salso adipe maleficas durities: his & maleficis itidem ulcerib⁹ accommodatæ: Suntq; ad oĩa quernis ilignæ efficaciores. Quinetiam fagus & ilex in querno gñe arbores easdem uires hñt. Ilignæ radicis tñ cortex priuatim donec flaccescat in aqua decoctus: integrá noctem illitus Cimolia creta antea confricatũ capillum denigrat. Oĩum tusa folia concisa ue tumoribus prosunt: & corporis infirmas partes confirmant. Sardianæ uero glandes quas aliq Lopima: Castanaue aut mota: aut Iouis glandes appellant: & ipsæ adstringentes eadem possunt; presertimq;

quæ inter corium & carnem earum membrana subiecta est. Priuatim his qui Ephemerum hauserint accomodata caro earum est.

INTERPRES.

e Coniunximus unoque & eodem clausimus capite quæ natura primum in eodē gñe: mox ī historia hic scriptor: postremo meliores græcorum codices coniuncta esse uoluerunt: Emēdauimus præterea addidimusque pauciora quædam quæ græca cum nostris conferentibus nouisse facile erit: præsertim in cōi & nota oibus re. Nullibi. n. non nascitur quercus aliqua: fagus: ilex: castaneaque: quam hic sardianā glandem a sardibus appellat: quemadmodum a Castano Magnesiæ oppido: uel ut Stephanus docuit in Apulia non procul a Tarento Castaneā latini & græci ēt appellauerunt glandium gñs ab hoc scriptore & ab aliis assignatā: & Iouis glandē dictā: & si posteriores regiis nucibus eū honorē tribuerint. Eandē legimus in ueterum græcorum lexicis lopimā & euboicā dictā fuisse: hanc a regione illā a cortice: quod λέπος græci dicunt: & λοπᾶν decorticare. Laudauit contra uenena quædā præcipue Nicander Castaneā: nucēque ut postea Maro fecit appellauit: uersiculus eius est καςανοῦ καρύου παχυφλοίοιο κάλυμμα. & paulopost δυσλεπέος καρύου τὸ καςαῖς ἔτρεφεν αἶα. Quod nō parū miretur aliquis cū manifeste inter glandes potiusq inter nuces castanea numeranda sit: magnis auctoribus defendi utrūque potest: nec nos aliud in huiuscemodi re monemus q fuisse quondā in ea glādis & nucis nomen: latiusque glandis q nucis claruisse: qd iurecōsulti ēt decreuerunt titulo de glande legenda oēs arborum fructus ea appellatione cōplexi. Nō pigebit iterum nos in medicina repetere quæ nā κακοήθη græci appellēt: nō unū certum uoce aliquod mali genus ea uoce significantes: sed in manifesto gñe qd maleficiū & difficillimā curationē hēt: quales inter corporis nostri: durities iecoris uerbi cā aut muliebriū locorum sunt quæ κακοήθης ἕδρας κὰν δυσκατεργάσας: ut græce loquamur: cās hēre possunt & ex his causis certā facilioremque: aut difficillimam impossibilē ue curationem: & in hoc genere durities sanare hic scriptor glādes ait: quod Plinius ēt dixit. Glans intrita durities quas cacoethe uocant sanat &c. Videturque contra q Dios. doceat iter durities has certum genus fecisse quod κακοήθες diceret cum tñ ea uox adiiciatur: nec per se aliquid significet.

DIOS. DE Galla. Cap. cxxxiii.

e Ecida, Romani gallā dicunt. Fert quercus gallā. Vocaturque in Gallæ gñe altera omphacitis. i. īmatura: quæ exigua & articulorum ī digitis magnitudine est: solida nec perforata: altera læuore: leuitate: & foraminibus differt. Præferenda oibus immatura est: efficacior. n. Adstringit magnopere utraque. Carnium excrescentias tritæ ambæ reprimunt: & in gingiuas orisque columellam destillationes. Reprimunt & oris ulcera quas aphthas dicunt. Medius utriusque gallæ nucleus cauis dentium inditus dolores eorum sedat. Crematæ in carbonibus usque dum concaepto in se igne candeant gallæ tū uino: aceto ue aut oxhalme restinctæ sistendo sanguini utiles & accōmodatæ sunt. Decocto earum insidentibus utiliter fouentur procidentes muliebres loci: & in eos destillationes oēs. Denigrant eædem capillum ī aceto: aqua ue madēres. Cœliacis & intestinorum torminibus utiles in uino aqua ue tritę & illitæ. Quin ēt in hūc usū utiliter bibūtur. Vtiles & ī cibo obsoniis mixtæ aut integræ: aut integræ in aqua prius coctæ in qua coquēdū aliqd sit malis his accōmodatum. Estque in uniuersum Galla utendū ubi adstringendū siccandūque aliquid fuerit.

INTERPRES.

g Gallam nouit rustica & urbana plebs oīs: tam multos præsenti uitæ humanæ cōmodo usus habet. Bonitates eius & genera sordidiores aliquæ artes & medicina discreuerunt: multū illi etiam studia bonarū artium debent librario nostra ætate atramento ex ea facto: quod cartis inseruiat: & rerum æterna posteris monumenta conseruet. Primus lib. iii. de plātarum historia Theophrastus multa eius genera tradidit: quem secutus Plinius iisdē uerbis omnia latinis reddidit. Quæ cuncta a Dios. ad duo tñ genera cōtracta sunt. Credimusque nos quam hic κονδυλώδη uocat & nos articulorum in digitis magnitudine uertimus: eā eē quā ille dixit magnitudinē faba habere: qm ad iustā magnitudinē nō creuisset. Efficacissimū in adstringendo remediū immaturā eē Gallā dixit Paulus Aegineta: eamque obcām siccare: destillationes cōpescere: fluidisque omnibus affectionibus accōmodatam. Alteram uero quæ flauo colore inanis & grandis sit: non adeo in siccando & adstringendo efficacem esse. Dicendum breuiter hoc loco etiam quā nos diminuta a colūna uoce Oris Columellam diximus eam. s. quam græci σταφυλὴν etiam: Latini uero uuam dixerunt:

Nicander

Oris Columella

ea crassior facta & inflãmata remediis huiuscemodi indiget. Quam deinde nos oxhalmẽ diximus Plinius aliquando ut credimus falsum acetũ dixit: sed maluimus nunc græca uoce uti qm̃ ea Plinius cũ de oxhalme ex ꝓfesso egit usus est. Interim satis sit ex nominis cõpositione qm̃ aceto & muria constaret sic græcis dictã intellexisse. Non fuerit abre & illud legentibus significasse procidentes fœminaꝝ locos dici a nobis malũ quod uiris natura negauerit: fœminarũ propriũ sit: ueruntamen raꝝ: quodq; plures habeat causas: grauisq; in eo naturæ iniuria sentiatur: q; quæ debuerunt intra fœminas latere ad naturalia eoꝝq; hostium ꝓcidentia graui periculo foras spectent. Patiuntur id mulieres aliqñ ex alto lapsæ ruptis quæ interaneũ id continent membranis. Nonnunq̃ in difficili puerperio extractas secundas ea pars sequitur: sæpe indiligentius & ab imperitis tractata defuncti in utero fœtus eductione. Fit ex uulnere etiam: sæpe ex animi perturbatione aliqua: nunciata uerbi causa filii morte: hostium accessu: periculosa nauigatione: aliisq; huiuscemodi: Fit præterea languentibus & resolutis partibus illis: presertimq; in his quæ ab integra ætate longius iã senescentes dilabuntur. Ob huiuscemodi causas procidunt in fœminis ad naturalia loci: & huic malo inter cætera succurrere Gallam Dios. ait: Et si præcipua eius curatio ad chirurgiã magis pertineat: Hoc enim remedium ex his est quæ post restitutum a chirurgo in naturalem & antiquam sedem interaneum id pectini & imo uentri ad adstringendum inspergenda sunt.

DIOS. DE Rhu Obsoniorum. Cap. cxxxiiii.

r Hun qui in obsoniis habet usum. Romani pariter græcis rhun quod pro sale obsoniis inspergitur dicunt. Hunc aliqui etiam erythron .i. rubẽtẽ rhun uocant. Plantæ semen est quæ coriaria rhus appellatur. Nomenq; id inuenit q; coriarii spissandis coriis eo utuntur. Est autem arbuscula in petrosis nascens: altitudine fere cubitali: in qua oblongiora sunt folia: leniter rubentia per ambitum serrata: fructus illi racemosus: densus terebinthini magnitudine: in lanitudinẽ se porrigens: in quo quod eum uestit corticosum utilissimum est. Adstringendi uires folia habent: omnibus utilia quibus & acacia. Denigrantur eoꝝ decocto capilli: contra intestinoꝝ tormina idem clystere infunditur. Bibitur præterea: & insidentes utiliter in eodem malo fouentur: Infunditur præterea purulentis auribus. Compescunt digitoꝝ pterygia: gangrenasq; illita ex aceto aut melle folia. Quinetiam in aqua decocta eius folia mox expressa: iterũq; ad crassitudinem mellis decocto eo liquore ad eadem ad quæ lycium faciunt. Potest eadem & semen: obsoniis inspersum cœliacis & intestinoꝝ torminibus accõmodatum. Idem ex aqua illitum contusis: desquamatis: liuentibusq; inflãmationes arcet: linguę asperitatem ex melle leuigat. Albas fœminarũ fluctiones sistit. Sanat hæmorrhoidas cũ trito querno carbõe impositum. Dẽsatur præterea decoctum seminis dilutum: semine ipso efficacius. Fert gũmi ẽt rhus: quod cauis dentium contra eoꝝ dolores utilissime inditur.

INTERPRES.

f Vit quondam huic frutici in Græcia duplex honor: & q; coquinæ: conficiendisq; pellibus inseruiret: duplex etiã nominis indicatio. Latini qui sale potius in obsoniis q̃ semine ei⁹ uti uoluerunt ab altera utilitate nomen illi tantum fecerunt: sutorium rhun dicentes: & si in Columella libro x. cap. xiii. male rorem sutorium legamus: Rhun .n. non rorem legi illic oportet. Solam hanc ẽt præterq̃ in medicina utilitatem in eo cognouit Theophrastus lib. iii. in plantarum historia longius eum describens: Ex duobus eius generibus mare .s. & fœmina: & ob id semẽ ferente & sterili ethruria fœminã tm̃ & sterilẽ cognoscit: utiturq; eo ut hic ait spissandis & conficiendis pellibus ea folioꝝ figura quæ a Plinio potiusq̃ quæ a Theophrasto tradita est: qui etiam argillosis locis nasci eum tradit: contra q̃ hic qui in petrosis prouenire magno locorum discrimine testatur. Bis eius meminit Plinius in historia primũ lib. xiii. cap. vi. quo loco ex Theophrasto iisdẽ uerbis omnia reddidit: iteꝝ deinde in medicina lib. xxiiii. cap. xi. oĩa ex hoc scriptore de sutorio siue excoriario rhu latinos docens. Posterior medicina quæ barbaris uocibus plerũq; utitur sumach appellat. Quæ uox coriis cõis etiã aliquibus locis est: non aliunde ut credimus q̃ quia foliis fruticis huius confecta fuerint: uocantq; ea coriarioꝝ officinæ passim sumach. Theophrastus in fruticoso genere & a spina alba: paliuroq; & rubo statim eũ descripsit: qualem ethruria agnoscit: & ut pauloante testati sumus myrthi magis q̃ ulmi foliis. Aegyptus syriaq; oĩs: semine eius adhuc in pane & obsoniis utitur: nec alio condimento nauticum panẽ magisq̃ inspersu hoc rhu cõmendãt & cõtra situm

mucoremq́ durant. Et hæc ꝑ historia sutorii rhu satis sint. In medicina de Gangrenis nouisse illud oportet a Galeno in diffinitionibus suis gãgrenã describi. Corporis a naturali habitu in alienũ naturæ mutationẽ: uitæq́ in ea parte priuationẽ: quã ille a cadaueris forma νέκρωσιν uocat. Fitq́ hoc malũ teste Paulo Aeg. cũ nec suppurauerit inflãmatio: nec discussa medicamentis fuerit: primoq́ in Gangrenã transitum in sideratione quã græci σφάκελον dicũt, fit. n. alterũ ex altero hoc malũ gangrenasq́ ob inflãmationis magnitudinẽ uitæ in aliqua corporis parte priuationes dixerũt: nõ iã factas sed quæ adhuc fiũt: nã cum cœperint omni sensu carere partes illæ tunc siderationẽ nõ gangrenã uocant: malũ quod sola defunctæ uita partis amputatione curari debeat: ne paulatim contiguis partibus nocens totũ perimat hominẽ: nã quod ad gangrenas pertinet pluribus remediis curãtur. Siderationem aũt Plinius & post eũ plures alii translato a græcis nomine in plãtarũ uitio & in hominis malo dixerunt: cũ in uiuente adhuc homine uita caret eius aliqua pars: quemadmodum per æstatem: & ardentissimo canis æstu in arboribus fit: quæ arescente ui solis altius terra: ideoque deficiente humore quo nutriuntur languent: foliaq́ & sũmos coliculos amittunt: eoq́ malo affectas arbores græci ἀστροβλήτους i. sydere percussas dixerunt: non omni sed eo quod priuatim ἄστρον Theophrastus & alii uocant: cœlestẽ intelligentes canẽ: & calorem qui eius syderis ortu in inferiore mundo accenditur: testatusq́ est lib. v. de causis plantaꝝ Theophrastus quo loco de morbis arborum agit ἀστροβολισμὸν & σφακελισμὸν a quibusdam idem haberi malum: esseq́ tñ nominis differentiã: quoꝝ nos opinionem secuti: & latinoꝝ oium usu admoniti σφάκελον syderationem uertimus. Vtq́ ab arboris uitio factũ id nomen græcis est; sic etiã non ab re fuerit suspicari in congenere & coniuncto malo: a congenere arboꝝ uitio gongro. s. quo olea tñ tentatur gangrenaꝝ nomen id factum fuisse: non tñ id pro comperto nobis inuentum testamur: Sed quod uerisimile est & fieri potuit legentibus significamus.

σφάκελος. Sphacelos. Syderatio

ἀστρόβλητον ἄστρον ἀστροβολισμός. σφακελισμός.

DIOS. DE Palma. Cap. cxxxv.

PHœnica. Romani palmam dicant. Nascitur in Aegypto palma: colligunturq́ ex ea palmulæ autumno paulo anteq̃ maturescere incipiant nascentibus in Arabia myrobalanis similes. Vocaturq́ palmula hæc a copia succi quo sitim arcet poma, i. poculum: colore uiridis: mali cotonei odore. Eadem si usq́ ad totam maturitatem in arbore relicta fuerit mutato colore & nomine phœnicobalanus, i. punicea siue malis uermicula uocatur palmula. Est autem prior illa acerbo sapore & adstringendi uim habet. Aluum & fœminarum fluctiones sistit in uino austero pota: Sistit & hæmorrhoidas: & uulnera cõglutinat illita: quæ uero a puniceo colore phœnicobalani dictæ sunt maiore adstringẽdi ui recentes q̃ siccæ capitis dolores faciunt: & si maiore copia edantur inebriant. Siccæ sanguinem expuentibꝰ in cibo præcipue prosunt. Prosunt & cibum in stomacho non cõtinentibus quos stomachicos uocant: & contra intestinorum tormina. Illinuntur utiliter eadem cõtra uessicæ uitia cum cotoneis malis & labruscæ floribus confecto oleo subacta cera. Idq́ presertim possunt quæ in palmularum genere a noxa & dolore capitis quem faciunt Caryotides dicuntur. Quæ faucium asperitatibus cum pineis nucleis in cibo medentur. Thebaicarum uero decoctum sitim in febre quam causum dicunt sedat: Vires a ualitudine se recolligentibus acquirit cum uetere dulci aqua sumptum. Ipsę etiam thebaicæ palmulæ in cibo idem pręstant. Fit ex eis prætera uinum qđ eadem potestate & efficacia est. Potum præterea per se earum decoctum: gargarissatumq́ egregie adstringit & reprimit. Cremantur in crudo fictili quemadmodum & cũcta alia palmularum nuclei tum uino restincti lauantur: honestandis palpebris: & oculorum circumlitionibus alioꝝ modo quæ pro cinerula: quam spodium dicũt in usu sunt utiles. Qui si non satis prima coctura cremati fuerint iterum cremandi erũt pariterq́ facienda omnia. Adstringendi uires hic cinis habet: glutinat: facit ad oculorum pustulas: uuas: & palpebrarũ defluuia quas milphas dicunt addita nardo. Carnium excrescentias ex uino reprimit: & ulcera ad cicatricem ꝑducit: Vtilissimus aũt in hos usus ex Aegyptiarum palmularum nucleis cinis est: earũq́ maxime quas humiliores terrestresq́ græci chamæzelas uocant,

INTERPRES.

C Oncessa nobis arbore: negato aũt palmæ fructu illusisse nostro orbi multis natura uidetur. Dolentq; ex paulominus q̃ quinquaginta pomo⁊ mea arbore generibus: nec unum italiæ traditum quo aut in sanitatis usu secunda instauraretur mensa: aut in morbis recenti nuperq; ex arbore decerpto medicina uteretur: presertim cum uerisimile sit multa in oriente poma hæc negligi: & ut Flaccus ait Suibus comedenda relinqui: quæ nobis æqua dispẽsatione concessa in honore merito fuissent: nec minore diligentia & ingenio q̃ cætera a nobis exculta plures forte & meliores inuenissent usus. Quod conati sæpe antiquiores Romani quibus continuum cõsilium & studium fuit utroq; sanitatis & morbi tẽpore paratas domi opes & instrumenta oĩa fœlicioris uitæ habere diu in conserenda & excolenda hac arbore inutiliter laborauerũt: manifesto quidem & ꝑsenti in hac arbore argumento nullas cõtra naturã nobis uires esse: quæ uolens tñ̃ sequatur ducẽtes: inuita aũt p̃cibus: obsequiis: beneficiisq; flecti trahi & impelli nõ possit. Ve⁊ amanda & fœlici si sapienter res æst. meture eius pomi nobis & italiæ inuidia: quod non nisi feruido cœlo: fabulosoq; & salso solo prouenjens & in cibo capiti inimicũ: nec uino dissimilem ebrietatẽ repræsentãs maiore melioris uitæ iactura q̃ utilitate desiderari non debuit. Amãdusq; tñ̃ eius pomi usus quẽ uoluit in medicina aliunde nobis natura esse. Quã hic solum tractans longiorẽ arboris & pomi hu⁹ historiã in Theophrasto & aliis legendã uolentibus relinquens: palmula⁊ bonitatis cẽsum a regione & uindemiæ tẽpore statim docuit: in Aegypto nasci testatus & autumno colligi pauloante q̃ maturescere incipiant: Sic. n. nos uertimus qd in scriptore hoc est: μεσοπωρινῆς τῆς κατὰ τὴν ὀπώραν ἀκμῆς: memores significare græcis ὀπώραν primũ autumnũ quo tẽpore uua: ficus: aliaq; huiuscemodi maturescunt: & quæ non tñ̃ hoc tẽpore sed tota ẽ æstate maturantur poma: qualia pruna cerasa: armeniaca: præcoqua & alia huiuscemodi sunt: Significariq; ea uoce autumnũ oẽs nouerunt fructus uero æstatis & autumni indicant ueteres græco⁊ medici una hac appellatione gña illa oĩa cõplexi. Sic Paulus Aegineta in primo ait τὰ μὲν σῦκα καὶ σταφυλαὶ τοῦ γε κεφάλαια τῆς ὅλης ὀπώρας εἰσίν. & ex utraq; hac significatione quod erat in Dios. κατὰ τὴν ὀπώραν ad tẽpus qd' aũt μεσοπωρινῆς τῆς ἀκμῆς ad pomi maturitatem retulimus: monente nos id Plinio qui de palmulis his libro. xii. agens: colligi ait pauloante q̃ incipiant maturescere: μεσοπωρούσας ἀκμῆς non male sic interpretatus: q̃ñ nondũ integram maturitatẽ hẽt qd μεσοπωρεῖ. i. in tẽpore mediæ maturitatis est. Et in ægypto natas has palmulas arabicis myrobalanis cõparauit Dios. figura aut q̃titate ut nos credimus similes illi testatus: nam qd ad odorem & usum pertinet: nulla erat similitudo: odoratus. n. arabicus myrobalanus: & unguentis quondã tñ̃ natus: ut cuncta alia quæ in fœlici & odo⁊ feraci Arabia nascebantur: & ut uidere licet adhuc nascuntur: Aegyptiæ uero oẽsq; aliæ palmulæ in cibis & in medicina quotidianũ hñt usum. Inclinat aĩus tñ̃: facileq; persuadeor congeneres plantas & fructus esse: diuersisq; regionibus natos diuersa bonitate diuersos habuisse usus: & q̃ñ in Arabia natæ ob odoris bonitatem ad unguenta exprimerentur myrobalani facto ex unguento & glande noĩe appellatas fuisse: cæteras uero oẽs ex aliis notis laudes & nomina inuenisse. Indicatq; id Plinius eodẽ libro: qui anteq̃ ab odoratis in Arabia discederet: post Casiã: Cinnamomũ: aliaq; multa de myrobalano egit: statimq; illi cõiunxit quod ad Aegyptias has palmulas & phœnicobalanos ꝑtineret: quasi natalium non generis inter myrobalanos & Aegyptias palmulas discrimen sit: nec illud obstat q̃ myrobalanum glandẽ Plinius dixerit: cæteras uero aliis indicauerit nominibus. A græcis. n. primis huiuscemodi nominũ auctoribus ratio accipienda est: a quibus populari appellatione cũcta hæc genera balani quondã dicebantur: cõi glandis uoce nõ unũ hoc genus tñ̃ sed plura alia ẽt indicantibus: quemadmodũ & eiusdẽ glandis noĩe arbo⁊ ferẽ oium fructus ueteres Romano⁊ iureconsulti intelligi uoluerunt. Cõmuni deinde & populari nomini aliquid adiicientes græci genera distinxerunt. Quæ multa Theophrastus & post eũ Plinius lõgissime ꝓsecuti sunt. Phœnica autẽ græci arborẽ & fructũ simul dixerunt: a colore pomi facto utriq; noĩe: φοινικοῦν. n. & φοινίσσεσθαι puniceo colore rubere est: quo maturi in hac arbore fructus uidentur. Latini arborem palmã: fructum uero palmulã dixerunt. Indicatq; id in Claudio Suetonius: quem in conuiuio & inter epulas obdormiscentem oliuarũ ac palmula⁊ ossibus ab aliis icessi solitum scriptor ille ait. Nostra ætas una appellatione dactylos oẽs hos fructus dicit: cũ tñ̃ ꝓpriũ genus & nomen dactyli quondã haberent: q in palmula⁊ cẽsu prælonga gracilitate curuati humanis digitis quos græci δακτύλους dicunt similes sunt. Nolumus relinquere hoc loco nõ palmã tñ̃ græcis phœnica sed auem esse etiam: de qua Plinius lib. x. longius egerit: eodẽq; nomine auẽ & arborẽ dictã: q̃ eadem auis in Syagro⁊ gente & palmæ fortuna sit: mortuæq; ambæ renascantur: putaturq; auis ex palmæ argumento quæ una in syagris mortua ex se ipsa iisdem quibus prius erat pomis referta renasci credebatur sic quondam dicta fuisse. Quod quale sit alii uiderint. Nos rẽ nr̃am agentes monebimus qd hic Aegyptiam palmulã πῶμα i. poculũ uocari ait: idẽ esse quod Plinius dixit: ꝓximũ hẽt usum palma in Aegypto quæ ἄδιψος uocatur: Ambo sed hic a copia succi qua poculi uicem præstat: ille q̃ sitim arceat: eadem utilitate eandem rem describentes: Quod & Solinus itidem testatus est Aegyptiam hanc palmam sitim sedare dicens: Pro qua illic uocem emendauimus ubi in impresso cũctisq; aliis legitur

Myrobalani Balani.

Glandes.

εἰδὲ ἀφεψηθῶσι πεπαινόμενος &c. nullo si sic legatur sensu: neq; n. de coctura eius eo loco agitur: sed qđ Plinius uertit: Quod relinquitur phœnicobalanus uocatur: ideoq; nos diximus. Eadem si usq; ad maturitatem in arbore relicta fuerit mutato colore & nomine phœnicobalanus dicit &c. quasi nõ ἀφεψηθῶσι sed ἀφεθῶσι legendum sit: sensus. n. est ægyptiam palmulam ante totã maturitatem lectam uiridi colore esse: & appellari poma: si uero in arbore relicta penitus maturuerit tunc mutato colore phœnicobalanum. i. puniceam palmulam dici: mutareq; id & locum emendare Plinius monuit: multoq; magis res ipsa: & qui nullus erat sensus sic ἀφεψηθῶσι. i. decocta fuerit legeretur. Coacti sumus non multo post etiam ex eodem Plinio & rei necessitate: recentes addere illic quo loco legit. Quæ uero a colore puniceæ palmulæ dicuntur maiore adstringendi ui q̃ siccæ &c. Comparatio enim contraria duo exigebat quibus inuicem collatis augerent alterius uires: Vnũ aũt tm̃ legebat siccæ. f. quod in grãmaticis integro sensu dici non põt. Verba hæc Plinii sunt li. xxiii. capite. y. Inebriant recentes: capitis dolores faciunt: minus siccæ. Deprehendimus ẽt indicantibus id melioribus & antiquioribus græcis deesse nucleos pineos illic ubi Diosco. Decreuit faucium asperitatibus mederi in cibo palmulas: quã lectionẽ secutus ẽt Serapion est: ideoq; nos illic eam istaurauimus uocem. De Thebaicis deinde palmulis non est quod aliud dicamus q̃ in eadem ægypto nasci: priuatimq; a Thebaide eiusdem Aegypti parte nomen & gloriam suã inuenisse præcipui in restinguendo sitis ardore usus in febre quã græci causon dicunt: nõ febris tm̃ genus: uerũ etiã quæ eam febrem sequit sitim ea uoce significantes. Ab ardore nomen illi factũ est: descripsitq; in diffinitionibus suis Galenus eam his uerbis. Causus est quæ cũ multo ardore facta febris nullã corpori remissionem affert: linguã siccat: nigro colore reddit: ingentemq; frigidi appetitum facit. Dico aũt remissionem nõ ut nunc in cõmuni æstimatione eius uocis est paroxysmũ & accessionem: sed cõtrario sensu decessionẽ aut saltẽ febris decrementũ aliquod id. n. remittere latinis ẽ. Inter acutas febres causum Hippocrates ut in diuturnis quartanã numerauit. Iuniores contra decreuerũt frigidis poculis in summo eius incremento plerunq; eam curantes: huiusq; febris inextinctã sitim decocto thebaicarũ palmularũ sedari Dios. ait: & qm̃ siti & febri cõmunis causi uox sit ideo nos sitim in febre diximus. In oculorũ postremo uitiis milphosim & ut hic ait milphas palpebrarũ defluuia ex eodẽ Galeno uertimus q in diffinitionibus suis ait cũ ab acerrima destillatione ceciderint ex ciliis palpebræ id malũ fieri.

καῦσος, Causus.

μίλφωσις

DIOS. DE Palmæ cortice quem Elatem aut Spathem dicũt, Cap. cxxxvi.

P Almæ cortex quẽ Elatem siue Spathem aliqui appellant florentiũ adhuc palmularũ fructus operimentum & inuolucrum est. Vtuntur in spissandis unguentis eo unguentarii. Estq; probatissimus qui odoratus: grauis: præclusus: & pingui interiore parte est. Vires adstringendi habet: sistendis his quæ pascendo serpunt accõmodatas: laxatos confirmat neruos concisus malagmatisque & his quæ illinuntur additus. Præcordiis: infirmo stomacho: iecorisq; uitiis ꝓdest cõgruentibus & accõmodatis cataplasmatis admistus. Denigrat capillum decoctum eius si continue eo abluatur. Potum idẽ uesicæ renumq; cum urinæ malo aliquo & interaneorũ uitiis prodest. In aluũ & in muliebres locos destillationes sistit. Tener idem cũ resina ceraq; impositus uiginti diebus scabiem sanat. Qui intra eum claudi tur fructus elate etiam uocatur: a quibusdam uero borassus & ipse adstringẽdi uim habens: eadem cortici huic potestate uerũ ad unguenta inutili: Quod præterea cor siue medulla trunci dicitur: candido & ipsum colore recens in cibo sumptum: decoctumq; ad eadem omnia facit ad quæ borassus.

INTERPRES.

e Redidi ego semper oportere hominẽ qui sua ætate docere aliquid: & in eo contra ueterũ decreta aut aliter saltem dicere cogitauerit: sine inuidia primum id aggredi: mox nequaq̃ sollicito anxio ue animo ideo esse q ab antiquioribus: hisq; receptæ iampridem auctoritatis aliter q̃ ipse sentiat in eadem re traditum & constitutum aliquid aliqñ fuerit: sed id solum animo agere meminisseq; semper utrobi ueritas. Nullibi n. minus q̃ in doctrinis & bonis artib⁹ quæ ut in luna fit quotidianis luminum incrementis augent & ornant uetustatis maiorũq; famæ ratio hñda est. Neq; in tota humana re si diligentius cuncta a nobis expendantur quicq̃ inuenieť in quo minus conducat q̃ in melioribus his studiis quæcunq; illa fuerint: eorũq; honore & utilitate noia ꝑ rebus admirari. Et qm̃ Plinius de palmæ cortice quẽ ueteres græci elatem siue spathem dixerunt:

aliter tradiderit: reiicienda statim esse quæ a nobis ex aliorum historia & fide dicentur. Si enim id fiat peribit quo uno usq; ad hanc diem steterunt, & in dies melioresscunt artes omnes adiicientibus, detrahentibus: emendantibus: mutantibusq; aliis atq; aliis ubiq; multa; neq; aliud agere nunc hominem oportebit q̃ ociosum maiores audire: nec quasi duces sed dominos antiquiores sequi auctoritati omnia tribuentem: & ex commentariis eorum tantum sapientem: tanq̃ imperari: ueritatem nõ inueniri oporteat: & nihil inter hominem & librum intersit. Quod præfati longius hoc capite sumus ne quis maledicendi studio Plinium me incessere opinetur. Vtilitati enim consulimus: & quæ non sunt cum aliis Plinio eadem in palmæ cortice hoc indicamus. Videtur is libro. xxiii. capite sexto elatem siue spathem hanc de qua Dioscorides hoc loco agit in censu & historia palmarum proprium habere genus credidisse: quæ medicinæ conferret germina: folia & corticem: cum tamẽ cæteri omnes non palmam; sed palmæ partem quam mox describemus indicent & multifariam appellent; Hic primum ait quam alii qui elatem siue spathem palmam dicunt: operimentum & inuolucrum esse fructus palmarum adhuc florentium: quo uocum complexu nihil intelligi potest q̃d ad palmæ genus aliquod pertineat: sed eius partem qua ante q̃ deflorescat palma futurus eius fructus clauditur & inuoluitur. Post hunc Theophrastus lib. ii. in plantarum historia de palmis agẽs cũ genera earum discerneret; in eo etiam masculam a fœmina differre dicebat: q masculafloré prior in spathe ferret; spathem & ipse idem quod Dios appellans. Galenus itidem tenerum palmæ germen elatem uocat. Iulius Pollux præterea non longe a fine primi libri: de palmæ partibus docẽs dixit: Ex quo aũt palmulæ pendent spathe uocatur: utiturq; in ea re Xenophõtis & Herodoti testimonio dicentium gentibus quibusdam ex his spathis arcus fieri solitos. Quin etiam græcorum meliora lexica elatem plura significare docent: & inter cætera ut Isychius ait καὶ τὸ φοίνικος πρώτην ἔκφυσιν .i. primam palmæ germinationem: possem & plura adiicere his ueterum testimonia: sed hæc satis in re manifesta sint. Quod enim hic ait in spissandis unguentis uti elate hac unguentarios idem est quod Columella & hic ipse in conficiendo unguento gleucino obseruauerunt: in cuius confectione Dios palmæ spathe utitur: Columella cortice de palma: eandem rem in eodem usu diuersis appellationibus indicantes. Si enim spathe palma sit: nec certa eius pars aliqua intelligatur: oportebit aut integra arbore ad unguentum uti quod impossibile erit: aut eam arboris ignorari partem qua fieri unguentum ab illis præcipitur. Quodq; in Gleucino unguento dictum a nobis est in plerisq; aliis obseruatis a diligentioribus & deprehẽdi poterit. Paulus Aegineta postremo de totius palmæ uiribus libro sexto agens: cum de fructu egisset: subiecit statim: πάντων δὲ συστατικώτερόν ἐστι τὸ οἷον ἀμφίεσμα τοῦ καρποῦ τοῦ ἐκφυομένου. Quod: est omnium uero palmæ partium maxime adstringit quod ueluti indumentũ nascentis fructus est: nihil aliud q̃ spathem & elatem hanc Dioscoridis significans. Quæ uox abieti etiam Communis: elatem enim græci abietem dicunt; causam Plinio attulit ut abietem palmam hanc eius partem diceret: & proprium eius genus faceret; Cum tamẽ ueluti adiectiuum in palma elate sit ἀπὸ τοῦ ἐλᾶσθαι dicta q in longitudinem simul & latitudinem procedat: docentq; ueteres græcorum grammatici tria elatem significare: Notissimam primo omnibus arborem abietem. Itum extremam & latiorem remi in nauigio partem: qua forte significatione non a palma manus: sed a palmæ arboris parte hac latini in remo palmulam & maro in spectaculis ab Aenea in Sicilia editis & leuas stringat sine palmula cautes dixerunt; Post remo noui: & iam iam nascentis in palmula fructus inuolucrum & indumentum hoc simili forma & figura oĩa: Cũ latitudine aliqua. s. in longum procedentia: Quæ forma etiam fecit ut spathem eandem hanc palmæ partem græci dicerent. Siquidem spathen ea gens gladium uocat: Vocat & rudem qua bullãtes in coquendo feruores despumantur: & in homine latiores costas. Sic Columella libro ultimo capite. xxiii. ait: dein permisceto spatha lignea: notissimum in coquina instrumentum ea uoce significans: quo subiguntur & despumantur ad ignem ferventes in fictilibus carnes: & Pollux in secundo testatus est costarum nostrarum ossa spathas dici. A quorum omnium similitudine etiam palmæ germinationem græci elatem & spathem uocauerunt. Qualis aũt in palma elate hæc seu spathe sit facile nouerunt qui in ægypto & in syria rem contemplati aliquando sunt. Audiuimusq; nos ab iis q diu illic fuerunt accedente uere cum noui in hac arbore fructus appetunt tumere in summo trũco palmam qua parte folia simul & fructus nascuntur ueluti in frugibus spicarum uaginam: & in utroq; dracunculo feminis corticosum inuolucrum tenera primum mox lignosa materia: quæ usq; dum flores prodeunt cum latitudine aliqua in longum procedit: prolatis deinde floribus & post flores racemoso palmularum fructu arescit; relictaq; in arbore sequenti anno aufertur: non aliter q̃ putatione inutilia sarmenta in uitibus nostris per uer auferuntur. Nec alius nunc eius toto illo orbis tractu q̃ ad ignes usus est. Quondam uero ad unguenta & medicinam non parũ expetebatur. Et hãc palmæ partem: non aliquod genus eius describit hoc capite Dioscorides. Videtur autem Plinio sic existimandi causam dedisse q ubiq; legebatur: φοῖνιξ ἐλάτη: id est palma elate qua dicendi forma uidetur quod ille ait posse significari. Veruntamen antiquiores græci ut priuatim in palma Pollux etiam testatur totas sæpe arbores & earum partes iisdem appellationibus indicauerunt. Verba eius primo libro hæc sunt. τοῦ δέ τοι φοίνικος καὶ ὁ κλάδος ὁμωνύμως φοῖνιξ καλεῖται: quod est palmæ etiam ramulus æquiuoce palma appellatur; quam rationem secutus Dios. elatem siue spa-

Elate.

Spatha

them palmæ partem: palmam dixit: & ne legentes totius arboris appellatio falleret adiecit quam spathem siue elatem aliqui nominant: Quod siquis ẽt totam elatæ huius historiã & bonitatis notas diligentius in scriptore hoc contempletur facile intelligit nihil esse aliud elatem hanc q̃ qđ nos descripsimus corticosum palmæ adhuc florentis operimentum: & ex Columella Corticẽ palmæ appellauimus: Cur enim ut cætera omittamus in arbore laudetur præclusio & quod hic ait μεμυκυῖα: qua uoce græci præcipue utontur in iis quæ claudi & apetiri in homine possunt: quales oculi & in muliebri sexu partes aliquæ sunt. Laudauitq; hic præclusam elatem eam intelligẽs quæ anteq̃ dehisceret lecta fuisset: post quod tempus inutilis medicinæ & unguentis fieret. Cuperem ego dracunculi maioris; presertim inuolucrum: & quasi corticosum cucullum semen eius uestiẽtem legentes aliqñ uidisse: ut qđ longius in describenda palmæ elate a nobis dicitur eiusdem fere rei p̃senti imagine certius intelligerent. Et hæc pro palmæ cortice dicta a nobis hactenus sint. In quibus si alicui forte contra ueterũ Pliniiq; presertim decreta petulantior uidebor: meminerit is quod nõ multo antea diximus: rem magisq̃ nomina scriptorũ admirari sapientes consueuisse & sine inuidia ueritati consulere oẽs oportere: quæ in elate hac tot ueterũ scriptorũ auctoritate confirmata nõ debet ab uno aut altero cõuelli. At dicet forte aliquis multũ Plinio tribuendũ: fatemur & nos: uerum nõ minus tot aliis q̃ illi: presertimq; græcis & medicinã plantarũq; historiã ex professo docẽtibus: Quales Theophrastus: Galenus: Paulus Aegineta: pluresq; alii sunt: quibus nescio plus: minus certe q̃ Plinio tribuendũ non est: dicendũ in extremo capite illud ẽt: Barbaram esse uocem quẽ hic ait clausum in folliculo hoc palmæ fructũ borassum dici cũctis utilẽ quibus & elate præterq̃ unguentis: & quod nos ἐγκάρδιον siue medullam uertimus a Theophrasto primo de plantarũ historia iis uerbis describi. Sũmũ itaq; Cortex est a reliquo corpore separabilis. Quod uero in medio ligni tectũ a Cortice uelut in ossibus medulla est ab aliquibus Cor: ab aliquibus medulla appellatur: Idq; hoc loco Diosco. ἐγκάρδιον τοῦ φοίνικος dixit: mediam trunci & stipitis in palma partem candido colore iisdem utilẽ: quibus & borassus ille pauloante descriptus. Postremo ne medicinã & morbos hoc capite penitus negligamus breuissime dicemus: laxatos nobis artus eẽ quotiẽs languẽtibus: & a sua firmitate delapsis qui eos continent neruis impeditur membrorũ motus Quod malũ plerũq; fieri ueteres medici dixerunt cũ ex nimio calore aut humore post diuturnam cum febre ualitudinem resolutis partibus illis malum nerui temperamentum contraxerint.

DIOS. DE Punicis siue granatis malis. Cap. cxxxvii.

Hæam. Romani punicũ siue granatũ malũ dicunt. Boni succi & stomacho accõmodatum punicũ omne malum est. Idem tamen nõ nutrit: Stomacho utiliora quæ in punicorũ genere dulcia sunt: In febribus tamen uitanda: q stomacho calorẽ aliquem afferunt & inflant: Quæ acida sunt stomachi ardoribus prosunt: maioresq; ad reprimẽdum uires habent & ad ciendam urinã efficaciores. Eadem ori ingrata gustum adstringunt: Vinosa medias habent uires. Acidorũ acini in sole siccati: tum obsoniis concocti: insperso ue tritorum puluere aluum & i stomachum destillationes sistunt. Idem cœlesti aqua madentes sanguinẽ exspuentibus utiliter bibuntur. Quinetiã insidentibus contra intestinorũ tormina & fœminarũ fluctiones prosunt: Vtilissimũ præterea quod expressum ex punicorũ acinis fuerit addito melle contra oris: genitalium sedisq; ulcera. Vtile & contra digitorũ pterygia: Quæ pascendo serpunt excrescẽtias: dolores auriũ & nariũ uitia: In quos usus præfertur oĩbus quod ex acidis expressum fuerit. Punicorũ uero flores quos græci priuatim cytinos uocant & ipsi adstringendi: siccandi: reprimendiq; uim habentes: cruenta glutinãt uulnera: oĩbus quibus & mala accõmodati. Decocto eorũ mobiles utiliter colluũtur dentes: & sanguine humentes gingiuæ. Ad continendos intestinorũ ramices iidem cataplasmatis utiliter adduntur. Ferunt quidam nullã oculorũ lippitudinem sensurũ eo anno hominẽ: qui quantũuis exiguos tres punicæ flores deuorauerit. Exprimitur hypocistidis modo ex floribus punicorũ succus. Punici mali Cortices præterea quos priuatim aliqui malicorũ dicunt eadem adstringendi uiquã habent cunctis quibus & flores accõmodati sunt: Radicum punicæ decoctũ: lumbricos latos pellit potum & enecat.

INTERPRES.

n Otior q̃ ut tractari longius a nobis debeat punicorum omnium historia: & usus est. Ideo ex græcorũ in hac arbore & pomo decretis breuiter dicemus: præcipuam habere punica oĩa adstringẽdi uim: eamq; ob cãm refrigerare siccareq;: & inter se tñ differre: q dulcia æquales utrasq; illas uires hñt. Acida maiore in refrigerãdo ui sunt: & quod incidat aliquid hñt. Nucleis præterea maiorem adstringendi siccandiq; uim q̃ succo esse: oĩbusq; iis efficaciorẽ esse corticem: quẽ priuatim malicorium dicunt. Simili præterea & æquali potestate esse flores: quos cytinos uocant. Ammaduertendũ: & illud in hoc capite quod uno excepto in cunctis legitur græcis τῆς δὲ ὀξείας ὁ πυρὴν ἐν ἡλίῳ ξηρανθεὶς &c. & a nobis cõtra cõem significationis æstimationem conuersum ẽ. Acidorum uero acini in sole siccati &c. πυρῆνας enim græci nucleos pomorum: quales in cerasis prunis & uuis sunt appellant: κόκκους uero acinos: idq; tam cõe nũc est & receptum: ut ostendi aliter a nobis: nec possit nec debeat: & nihilominus contra cõem significationem suadentibus id multis πυρῆνας acinos non nucleos uertimus: primumq; id fuit q in uetustissimo & oĩum pbatissimo mihi codice non πυρὴν q̃ nucleus: uerum ὀπὸς qui liquor est legebat: quasi ad cohibendam aluum & in stomachum destillationes non acinis nec nucleis hic uti iuberet: sed ex acinis expsso liquore: eoq; in sole siccato: qui sensus forte absimilis uero penitus non est: mox quod præcipitur in sole siccari, congruere magis uuidis & cum carne sua acinis q̃ nudis & per se arescentibus nucleis uidetur. Certius quod sequitur idẽ ostendit ἄριστον δὲ τὸ ἀπόθλιμμα τῶν πυρήνων: quod est utilissimum: & quod ex acinis expressum fuerit: decoctũ & melli mixtũ &c. Quod n. exprimitur uuida acinorum caro est: non duri & arentes nuclei. Idq; Plinius lib. xxiii. capite. vii. his uerbis forte indicauit. Ex acerbo fit medicamentũ: Stomachice uocatur: utilissimũ oris uitiis: nariũ: auriũ: oculorum caligini: pterygiis: genitalibus: & his q̃ nomas uocant: & quæ in ulceribus excrescunt: omnia ex hoc scriptore accepta: testatusq; ex acerbo punico fieri acinos eius acerbos ut credimus intelligi uoluit. Quod & iuniores in scriptoris huius interpretatione secuti ẽt sunt: quibus accedente rõne & re necessitate non male creditur. Aut igitur constituendum male legi ubiq; πυρῆνας & pro his ὀπὸν instaurandum ex melioribus græcis esse: aut quo tempore hic medicam materiam docebat: mutata πυρήνων significatione non nucleos: sed cum nucleis carnem: & quod græci περικάρπιον dicunt indicasse: in quam partem inclinat magis animus nobis. Nec tñ inclinat: sed pro comperto habet: indicante id Theophrasto: qui primo de plantarum historia uolumine: quo loco differentias docet quibus natura uuas: corymbos: acinos: spicas: aliaq; iis similia simul coaceruauit: de punica sic egit: φανερώτατα δὲ τῷ κεχωρίσθαι τὰ τῆς ῥοιᾶς. ὁ γὰρ πυρὴν ἑκάστῳ προσπέφυκεν. Quod est manifestissime aũt: qm in punica separati sunt: πυρὴν enim: singulus singulo adnascitur: qua uoce & descriptione nõ interiorẽ nucleũ: sed cum sua carne acinum intellexit: eaq; uocis significatione & usu Dios. hoc loco est usus.

Nucleus πυρὴν. Acinus κόκκος.

DIOS. DE Balaustiis. Cap. cxxxviii.

b Alaustion. Romani pariter græcis Balaustiũ dicũt. Siluestris punicæ flos balaustium est. Eius plura sunt genera. Inueniuntur enim candido: rutilo & rosarum colore. Satiuæ punicæ cytino simile balaustium est. Exprimitur ex eo succus etiam hypocistidis modo. Vires adstringẽdi habet iisdem omnibus accõmodatas quibus hypocistis & cytini.

INTERPRES.

m Iscebit oẽm punicæ florum historiam: confundetq; eorum intellectum: si diuersas ueterum de cytinis & balaustiis sententias tñ collegerit aliquis: nec uagæ inter utrunq; hunc florem: mutatæq; ex figuræ similitudine & uirium pari potestate appellationis cãm assignauerit: quod in scriptore hoc facillime deprehendi potest palam dicente Cytino: qui satiuæ punicæ flos ẽ: figura simile Balaustiũ agrestis florẽ: & pari in medicina potestate esse: nominisq; differentiam ab antiquis ideo factam: qm genere tñ & natalibus differrent: quã negligentes posteriores oĩum punicarum flores balaustia dixerunt: & qm notior & cõmunior satiua esset in eius tñ floribus seruata balaustiorum uox est. Cum tñ & hic Galenusq; & Paulus Aegineta manifeste cytinos in satiua priuatim appellauerint. Balaustia uero in agresti: in quibus sciendum illud etiam est Cytinos punicæ flores a tumore dictos a græcis fuisse. κύτος. n. illi quod ambitu & tumore suo aliquid capit: & in se claudit dixerunt. Sic Galenus in anathome: κεφαλῆς τὸ πᾶν κύτος dixit. i. totum capitis captum & ambitum. Sic Athenæus in quinto de Thalamego ægyptia naue κατεσκεύαστο δὲ αὐτῆς κατὰ μὲν μέσον τὸ κύτος συμπόσια: quod est: In medio aũt eius captu & ambitu fabricata triclinia erant &c. Ex qua significatione cytini in punicis etiam dicti fuerunt q captu & ambitu suo futurum pomũ iam tunc intra se contineant: & quasi cõcæptos acinorum fœtus ad maturitatem complectantur. De Balaustiorũ nois causa & origine nihil pro comperto nobis est: De uiribus Aegineta hoc breuissime tradidit efficacissima in astringendo esse: siccam frigidamq; habere naturam: summæ cutis ulcera ad cicatricem

Cytinus κύτος

perducère:& destillationes cohibere: utiq; his præcæpit in quotidianis illis prægnantium uomitio nibus stomacho foris cum plerisq; aliis impositis Qui deinde colores albus: ignis modo flauescēs: & roseus ab eo numerantur: non in flor: foliis sed in reliquo corpore ut credimus intelligēdi sunt.

DIOS. DE Myrto. Cap. cxxxix.

m Yrsinen. Romani Myrtum dicunt. Medicinæ utilior satiua nigra myrtus q̃ candida: & in eo genere multo magis montana. Semen tamen in firmius fert. Adstringendi uis & myrto & semini est. Daturq; semen uiride pariter & siccum in cibo sanguinem expuentibus: & contra uessicę erosiones. Facit ad eadem ex uiridibus baccis expressus succus stomacho & ciendę urinæ accomodatus Phalangiorum morsibus: scorpionumq; ictibus idem in uino utilis. Denigtat capillum seminis decoctum. Idem ĩ uino elixum ulceribus in extremis membris illitum medetur. Imponitur præterea oculorum inflãmationibus: lenitq; eas. Illinitur & contra ægilopas. Quod fit ex myrti baccis uinum sine nucleis expressis & quadamtenus decoctis. Acescit enim nisi sic curetur ebrietatem p̃sumptum & crapulam arcet: omnibus quibus & semen utile. Procidentibus fœminarũ locis: & sedi: muliebribus fluctionibus insidentibus medetur: Furfures: manantia capitis ulcera: & pustularum eruptiones exterit: fluẽtem capillum cohibet. Miscetur emplastris quas græci liparas dicunt: quemadmodum & oleum quod ex eius foliis confectum fuerit. Quinetiam insidentibus ut præmonstratum est prodest foliorum decoctum: & præter hæc laxatis: & qui firmari nequeunt articulis. Fouent eodem etiam fracta ossa utiliter lapidosam duritiem quam poron græci dicunt non inducentia. Vitiligines exterit: contra purulentas aures instillatur: & denigrando capillo inspergitur. Potest & foliorum succus eadem omnia. Folia itidem ipsa concisa & ex aqua illita humidis ulceribus prosunt. Prosunt & in omnes corporis partes destillationibus: cœliacisq; additis acerbo oleo: exiguo ue rosaceo aut uino. Prosunt & sacris ignibus: testiũ inflãmationibus: condylomatis: epinyctidibus: & his quos a serpendo herpetas dicunt. Siccata eadem & in farinam trita reduuiis: digitorũq; pterygiis utiliter insperguntur. Insperguntur itidẽ humentibus alarum & feniorũ uitiis. Sudoresq; in cardiacis cohibent. Cruda eadem & crematorum cinis ambustis: digitorum pterygiis & reduuiis medentur. Colligitur ex foliis succus asperso uetere uino: cœlestiue aqua expressus. Vsus eius recẽns adhuc est: cariosus enim fit qui arescens inueterauit: & uires amittit. Quod uero myrtidanum dicunt: inæquale tumensq; adnatum in myrto & eodem illi colore est: truncum eius quasi manu amplectens. Maiore in adstringendo ui myrtidanum q̃ myrtus est. Tunditur additoq; austero uino in pastillos conformatur: siccatumq; in umbra seruatur multo efficaciore q̃ myrti semen & folia potestate. Miscetur ceratis: pessulis: insidentium fomentis cataplasmatisq;: in quibus adstringi aliquid oportebit.

INTERPRES.

q Vt a Plinio & a nobis satiua myrtus hoc capite dicta est: nullam hẽt ut in cæteris plantis consitionis aut loci rationem. Nec quia aut artificio humano in hortis cõsita melorescat aut quia incultis desertisq; locis proueniens hoc tantum alia a satiua sit: eo discrimine indicata est: sed q̃ toto genere ab agresti: quam græci oxymyrsinen: latini ruscum uocant: diuersa eo nominis honore a Diosco. Plinioq; & a nobis ornari debuit. Rusco. n. comparata myrtus mitior: & quod græci dicunt ἥμερος est. illa enim cuspidatis foliis uulnerans magis q̃ pungẽs asperior: & indomita merito habẽda fuit. Qualis autem ruscus sit: & cur agrestem myrtum ueteres eã dixerunt: cum de oxymyrsine agetur certius patebit. Interim de Myrto quæ quocũq; loco nascatur eadem appellatione indicanda est nouisse oportet colore in suo genere præcipue differre: & ex ea

nota tm̃ usus discrimen esse; dixeruntq; ueteres nigram Myrtũ quæ candidæ cõparata nigresceret & candidã quæ nigræ cõparata albesceret. Est.n. in myrto quæ nigrius & quæ candidius uirescat; ꝑ tusq; in medicina & sanitatis usu ab oĩbus niger color est; nigramq; in confectione myrtei uini laudant; & decerpi præcæpit Columella lib xii. capite, xxxviii. Eius uerba hæc sunt. Duo sunt myrti genera; quoꝝ alteꝝ est nigrum: alteꝝ album. Nigri generis baccæ cum sunt maturæ legunt̃ & semina eaꝝ eximunt̃: atq; ipsæ sine seminibus in sole siccant̃: & in fictili fidelia sicco loco reponuntur &c. Poterunt uolentes totã myrtei uini confectionẽ in eo scriptore longius uidere: nos inter uina huius scriptoris certius & ex ꝓfesso de ea agemus: nec ultra de myrto aliquid monentes: nota.n. omnibus est: non omittemus quod hic myrto adnatũ myrtidanon uocat a Paulo Aegineta fœminino genere & diminutiua forma myrtida appellari quasi exiguã & adnascentem myrto myrtulam indicaret: ὀχθώδη tm̃ eam dixit esse: quod nos tumentẽ uertimus: nec in trunco tm̃ ut hic ait: sed in ramis etiam nasci: in quo Galenum secutus est: qui myrtida adnatum hoc myrto prius nominauit & myrto sobolẽ adnascentem indicasse uidet̃: multoq; maiore in adstringendo & siccando ui reliquis myrti partibus esse. Multus in medicina myrti usus est; sed nos oculis hoc capite etiam consulentes de eoꝝ ægylopis breuiter & ex græcoꝝ decretis agemus. In angulo oculi qui ad nares ẽ oẽs id malum fieri testant̃: esseq; tumentem abscessum qui in ea parte supputet; & anteq̃ disruptus exulceret̃: non ægylopa sed anchylopa uocari: cum uero disrupto abscessu fistulæ modo destillare cœperit: tunc ægylops uerus & integer est. Nomen a capris illi antiquitas fecit: æga.n. græci id aial uocant: nec aliud ægylops græcis significat q̃ caprinum oculum: non colore aut figura: sed uitio & labe hac quæ animali huic ꝓpria & continua fere est. Et ne dubitare aliquis & nominum uicinitate decipi inter anchilopa & ægilopa possit ex Paulo Aegineta rem describemus. Abscessus ẽ ægylops qui i maiore oculi ad angulo & nares fit; quod ruptũ si negligat̃ usq; ad os fistulã aperit. Idem priusq̃ disruptum exulceret̃ anchilops uocatur; non a capris tunc dictus; sed ut in diffinitionibꝰ suis Galenus testatur: quod prope oculum oriatur; ἀγχὶ n græcis prope aduerbium est. Miscent̃ tamẽ appellationes hæ; sed eaꝝ quod diximus discrimen quondam fuit; & quoniam non iisdem remediis idem malum diuerso habitu & tempore curatur diligentius a medicis cognoscenda res erit: meminisseq; oportebit hunc scriptorem ægylopa semper id malum appellare; & ea remedia plerunq; præcipere: quæ anchilopis i. nondum disruptis & exulceratis abscessibus his competant: q̃ hoc est; quod hoc capite præcipitur. Nam exulcerati & fistularum modo perforati ægylopes a chirurgis igne: ualidioribusq; aliis remediis plerunq; curant̃. Quas uero hic λιπαρὰς dicit: & nos uertimus emplastris quas liparas dicunt; ea sunt quæ Celsus libro. v. lenia emplastra nominat; ab euentu & potestate sua ea indicans: quemadmodum græci a substantia qua præcipue cõstarent λιπαρὰς uocauerunt: λίπα enim græcoꝝ poetæ omnes oleum: adipem: unguenq; omne appellant. Idq; Homerus multis locis testat̃. quod qm̃ in emplastris lænibus præcipuum haberet locum; uniuersæ confectioni nomen dedit: Indicatq; id eodem libro Celsus de emplastris agens: qui lænibus his emplastris aut ceram; aut resinam; aut oleum; aut adipem; aut plura ex his: aut omnia miscet: & præter unguina hæc in aliquibus myrtum aut ceram myrteo oleo subactam. Quæ poterũt a uolentibus certius in eo scriptore cognosci: nunc satis sit nouisse emplastris his leniendi uim: substãtiam uero ex unguine aliquo in primis esse: & ab eo nomen a græcis inuenisse.

Aegilops oculi

Anchilops

Lenia emplastra λιπαρὰ

DIOS. DE Cerasiis. Cap. cxl.

C Erasia. Romani pariter græcis Cerasia dicũt. Bonã faciunt aluũ recentia: siccata sistũt cerasia. Utile contra diutinã tussim in diluta uini potiõe haustum cerasorum gũmi. Cutis colorẽ cõmendat: Facit ad claritatem oculorum; & appetentiam cibi excitat: prodest & calculosis in uino potum.

INTERPRES.

a Liter de Cerasiis docet libro. vi Paulus Aegineta. Sapori.n. tribuit quod hic ex siccitate cõtrarioq; habitu eoꝝ decernit. Siqdem monet quæ dulcia sunt citissime dilabi: austera stomacho utiliora esse. Acida uero ob incidendi uim quam habent pituitosis & excrementosis stomachis prodesse. Idemq; est quod ille ait κεράσια τὰ μὲν γλυκέα ὑπέρχεται & qd hic εὐκοίλια. Utraq; n uox lubricam aluum ostendit. In qua qm̃ sunt huic scriptori plures: & ut nos credimus pro quantitate & impetu diuersæ appellationes: non pigebit hoc capite: quot illæ sint & quibus nominibus a nobis indicentur breuiter dixisse. Passim toto hoc opere hic aliquid ait εὐκοίλιον esse; & hoc illud ue λύειν μαλάττειν κἀν ὑπάγειν γαστέρα. Unaq; oium & eadem ratio est: & quod inter ea discrimen intelligitur in quãtitate & impetu tm̃ est: minus.n mollire q̃ soluere: & utroq; maius deiicere est: quod tria illa significant uerba. Quod aũt εὐκοίλιον dicitur ex nominis cõpositiõe eam indicat aluum: quæ medio & quẽ natura exigit habitu: nec cesset: nec citatior feratur: quãnominis tum compositionẽq; eius nos secuti bonã aluũ facere cerasia diximus. M. Catonem eius uocis

εὐκοίλιον

λύειν

μαλάττειν

γαστέρα

ὑπάγειν

auctorem habentes: qui non minus grauis senator q̃ diligens pater familias & industrius agricola: qua fide & diligentia publicã rem Romæ agebat: eadẽ ab antiquioribus græcis auditas oleræ laudes & uires rusticã familiã docebat: fidusq; magis q̃ rudis earũ interpres inter cætera bonã aluũ facere brassicã monuit: nihil ut nos credimus mutare ausus: & uelut Iconia interpretatione usus græcæ uocis εὐκοίλιον: quẽ nos grauissimũ auctoré libenter secuti: bonã aluũ facere cerasia diximus ne si forte hoc minus sit q̃ soluere: quo uerbo Plinius in hac ipsa uoce plerunq; utitur: plus aut aliud q̃ decet: medicæ materiæ tribueref. Seruabiturq; multa fide & quasi religione a nobis posthac: ut ubi εὐκοίλιον sit bonam aluum semper: ubi λύειν solutam: ubi μαλάττειν mollem: ubi ὑπάγειν deiectam: aut soluere: mollire ue aut deiicere aluum dicamus. Quod deinde uersum a nobis est: Cerasorum gũmi in diluta uini potione sumptum &c. ex una græcorũ uoce descriptum est: qui κρᾶμα quondam uinum dixerunt: & adhuc parum deflexa ab antiqua appellatiõe dicunt: non omne sed quo uti homines decet multa aqua dilutum ἀπὸ τοῦ κεράννυσθαι quod misceṙ & tempare significat facto illi noie: fuisseq; hanc & rei substantiã & uocis æstimationẽ in nuptialibus præceptis: docet Plutarchus: qui cum de cõmunione rerũ omnium inter uirum & uxorem ageret: cõparatione hac usus est: ὥσπερ γὰρ κρᾶμα καίτοι ὕδατος μετέχον πλείονος οἶνον καλοῦμεν οὕτω τὴν οὐσίαν &c. Quorũ uerborum hic sensus est: quemadmodum κρᾶμα: licet in eo copiosior aqua sit: uinum uocamus: sic domum & bona &c. Ex quibus ratiocinari facile est: uinum copiosiore aqua dilutum crama ueteribus græcis fuisse. Videturq; mihi Celsus id primo libro dilutam potionem appellasse. Nos ut certius adhuc res pateret ex Plutarchi descriptione rem indicauimus.

DIOS. DE Siliquæ arboris pomis q̃ græci Ceratia dicũt. Cap. cxli.

Ceratia. Romani mõ græcas: mõ dulces Siliquas uocant. Stomacho inutiles in cibo recentes siliquæ: & aluũ soluunt. Sistunt contra siccatæ: stomacho tunc utiliores fiunt: & ciendæ urinæ accomodatæ: præstantq; id præcipue quæ &c.

INTERPRES.

e Adem græcis & Latinis in hac arbore fructuq; eius ratio nominis est: illi κεράτιον: qua uoce in frugibus & leguminibus aliquot longiores siliquas dicunt: facto a cornu nomine appellauerunt: latini cõmuni & aliis siliqui appellatione indicauerunt: & ut ab aliis distigueretur aliquid quod rem ad proprium genus contraheret: adiecerunt: nunc dulcem: nunc græcam siliquam appellantes. Nota satis arbor: notus & fructus: fœlici descriptione a Plinio libro xv. indicatus. Quorum arborem paulo a Ceratiis deflexa uoce Paulus Aegineta ceratoniam uocat. Græci aliquot itidem facto ex lignosa soliditate: cornuq; longitudine & flexura nomine xylocerata appellauerunt. Damnauit in cibo Galenus siliquæ huius usum: & nos nihil quod ultra moneamus habemus: præterq̃ carere nobis intellectu ultimam huius capitis partem: ideoq; relictam a peritioribus aliquando instaurandam: neq; enim colligimus qs horum uerborum possit esse sensus μάλιστα δὲ τὰ ἐκ τῶν στεμφύλλων συντιθέμενα: quæ sic uerbum de uerbo uertat aliquis: maximeq; ea quæ ex uinaceis componuntur siue conficiuntur: nulla cum superioribus serie & rei sensu. Quid enim siliquis his cum uinaceis? aut quæ nam componi aut confici ex uinaceis dici possunt. Corruptus nobis omnino locus uidetur: suspicamurq; ex quo στεμφύλλων duplici. λλ. legitur contra q̃ in uinaceis scribatur id nomen: potuisse aliqd de foliis arboris eo loco decerni. Quod uetustissimus quidã id nos est longobardis litteris scriptus latinus Dios. indicat: in quo legitur: maxime quæ ex foliis componuntur: aut si uinaceorum illic futurum nomen est de condituta aliqua siliquarum: qua uuarum modo in uinaceis seruarentur: sed obstat huic sententiæ præpositio. ἐκ. non .n. ex uinaceis sed in uinaceis seruantur: quemadmodum priori illi integra στεμφύλλων uox. Potuit forte etiã Dios. corticem siliquæ huius στεμφύλλων dicere: quemadmodum in uuis græci appellãt: doceretq; urinam præcipue ciere: quæ ex siliquarum huiuscemodi corticibus confecta essent: confectiõis genus aliquod ea ætate notum indicans: sed nobis incognitum id est.

DIOS. DE Malis omnibus. Cap. cxlii.

m Eleam. Romani malum dicunt. Adstringunt malorũ omniũ folia: flores coliculiq;: præsertim cotoneæ. Adstringunt & poma: sed acerba: matura. n. nõ adeo id possunt: quæ per uer maturitatem suã absoluunt: bilem augent: neruis omnibus inutilia sunt: & inflationes faciunt. Cotonea stomacho accomodata sunt: & urinam cient. Tosta eadẽ mitiora fiunt. Cœliacis: intestinorum torminibus: sanguinẽ excreantibus: & cholericis utilia: p̃sertimq; cruda. Bibitur utiliter contra in aluum & stomachum destiliationes cotoneorũ dilu

rum. Prodest crudorum succus in difficultate spiritus non nisi recta ceruice spirantibus. Asperguntur & eorum decocto utiliter procidentes fœminarum loci: & in utroque sexu sedes. Quæ in melle fuerint condita & seruata cotonea: ipsa quidem urinam cient mel autem contracta in se eorum ui in adstringendo spissandoque uires acquirit. Quæ in melle coquuntur stomacho utilia: & uescendo grata sunt: uerum in adstringendo minus possunt. Cruda cataplasmatis ad adstringendam aluum contra stomachi subuersiones: ardoresque: mamarum inflammationes: duros lienes: & condylomata miscentur. Fit præterea ex cotoneis uinum tusis expressisque: & ut perenet sexdecim succi sextariis uno mellis adiecto: acescit enim nisi id fiat prædictis omnibus utile. Fit & unguentum ex cotoneis quod a malis melinum uocant: habetque usum cum oleo in digerimus quod adstringendo fit. Probantur quæ uera cotonea sunt: talia autem quæ parua: rotunda: odoratissimaque erunt. Quæ strutia uocant: grandiaque sunt minus utilia. Virides ficciique arboris flores cataplasmatis utiles ad ea quæ adstringi oporteat: & oculorum inflammationes. Bibuntur iidem cum uino contra sanguinis excreationes: alui fluores: & mensium abundantiam. Quæ uero a sapore mellis in malorum genere melimella dicuntur: aluum molliunt: uentris lumbricos pellunt. Stomacho nocent. Siticulosa æstuosaque sunt. Eadem a quibusdam facto a malis & dulcedine nomine glycymella uocantur. Quæ ab Epiro Epirotica nomen habent: a Romanis uero orbiculata appellantur: stomacho accomodata aluum cohibent: Vrinam pritant cotoneis tñ ignauiora sunt. Siluestria uernis similia adstringunt: oportetque in his quæ adstringenda sint acerbis uti malis omnibus. Persica stomacho accomodata sunt: matura bonam faciunt aluum: acerba aluum adstringunt. Siccata maiores adhuc in ad stringendo uires habent. Quinetiam siccorum decoctum in aluum & stomachi destillationes haustum sistit. Quæ uero in hoc genere minora sunt & armeniaca passim dicuntur: a Romanis uero præcoqua prædictis stomacho magis accomodata. Postremo quæ medica persica ne aut citromala a Romanis uero Citria uocantur omnibus nota: arborem habent toto anno fœcundam & superfœtantem. Pomum oblongum est: rugosum: colore ad aurum inclinato: cum grauitate odoratum. Semen habet pirorum seminibus simile: quod in uino potum uenenis aduersetur: & aluum deiiciat. Decocto succoque eorum commendandi halitus gratia colluuntur. Comeduntur & in prægnantium fastidiis quod malum græci Cissan dicunt. Creduntur eadem in armariis & scriniis cōposita erosionum noxas a uestibus arcere.

INTERPRES.

Infinita pene in malis est ludentis naturæ uarietas: tā multa eorum genera: tot colores: differentias: tot figurarum discrimina: tam uarios sapores: odoremque: sensus & maturitatis tēpora: in uno hoc pomo sagax omnium artifex natura ostendit. Quæ ut non ĝ satis in tanta eius maiestate mirabitur aliquis sic non facile etiam numerabit: & uix oculis deprehensa legentibus indicare poterit: præsertim in quotidiana noua in per gentes & aliqui singulos agros mutatione. Quis. n. nunc ue terum græcorum latinorumque in hoc pomo appellationibus nostrates reddat? aut quis tam fœlici ingenio doctrinarumque cultu erit: ut in aliis sessile formā: in aliis tumentē globū: in his orbis in rotunditatē circumactū figuram: in aliis informē pulmonis tumorē q. in pictura ostendere possit, hæc a mamæ crassiore longitudine: illa a pannuceis rugis describere: toto corpore alia rubentia: alia quæ parte tm solē exceperunt indicare: aliqbus lanosam curē: aliqbus lænorem datū testari. Et in saporibus præter spumeū qui omnibus cōis est tot alios: eorūque tā multas mistiones: quæ uix sensu deprehenduntur lingua & calamo docuisse? Nobis certe difficillimū sempque id usum est: in hoc autē scriptore penitus mutile: qui nō historiā plantarum: rursus disciplinam: aut cœnarum apparatus: sed medicā materiā docens: in paucis hisque medicinæ utilioribus: aut nō dissimiles aliis uires: aut inutilia & ob id negligēda in medicinæ: ut nobis reliqua in dicauit. Ideoque parum nobis semper eorum consilium placuit: qui ex Plinio: Athenæo: Catone: Columella: Palladioque singula malorum genera

deinceps numerãtes: quod oĩbus fecisse licet: & licebit semper medicinæ & huic scriptori aliquid contulisse se crediderunt: & hoc genere laudis contentis superesse multa uoluerunt: in quibus alii laborarent. Quod nos agentes ex ueterũ græcorũ decretis monemus inesse omnibus malis frigidam & excrementosam humiditatẽ: & quæ in eorũ censu tenera & aquosa sunt frigidiora cæteris & humidiora esse: dulcia aquosa quidem: nõ tñ manifeste frigida esse. Austera dulcibus frigidiora: minusq; humida. Acida frigida quidẽ & ipsa uim incidendi hærentes in aluo humores hr̃e. Acerba q̃lia cotonea & struthia sunt frigido & terrestri tẽperamento aluũ cohibere: & uulnera glutinare: eademq; rõne folia arborum & cortices inter se differre: priuatimq; Persicæ coliculos & folia manifestam habere amaritudinem: ideoq; concisa umbilico hominis imposita uentris enecare animalia: Fructũ uero qui edẽdo est in secundo ordine frigidũ & humidũ esse: & quæ præcoqua siue armenia a dicta sunt ex eodẽ persicorũ genere easdẽ persicis hr̃e uires. Quæ oĩa Galenus & Paul⁹ Aegineta longius ꝓsecuti sunt. In cotoneis illud animaduertimus quo loco hic ait utilia esse cœliacis: intestinorũ torminibus καὶ ἐμπυϊκοῖς: quæ uox purulentas excreationes significat in antiquioribus & melioribus græcis non ἐμπυϊκοῖς uerũ αἱμοπτυϊκοῖς. i. sanguinem expuentibus legi diuerso ut diximus mali genere: & quod in his qui ad tabem feruntur purulentas excreationes antecedat: si Hippocrati credimus: Cuius uerba ex Galeno retulimus: cum de sanguinis & puris excreationibus diceremus. Maluimusq; nos dicere sanguinẽ expuentibus: auctore & confirmante id Plinio: qui lib. xxiii. cap. vii. de cotoneis agens ait Matura ꝓsunt sanguinẽ excreantibus: dysentericis: cholericis: ac cœliacis: iisdem cum scriptore hoc uerbis & malorũ numero tractata re: ex quo palam omnibus fit fuisse hanc Plinii ætate huius loci lectionẽ: quod ideo longius diximus: q̃m & hoc cũ Barbaro idẽ nobis non est. Quẽadmodũ quod nõ multo post ẽt ab eo uertitur: Si procidant uuluæ & interanea: quæ nos certiore ut credimus rei & loci indicatione sedem diximus δακτυλίου. n. hic scriptor ait: quæ uox anum & orbẽ eius ab anulo in eã partẽ translata appellatione significat: nimis aũt late patet interaneorũ uox. Nam & umbilici & oculi ꝓcidentes eadem interaneorũ appellatione censeri poterunt: & hic sedem tm̃ ꝓcidentẽ intelligi uoluit. Sed hoc minus miretur aliquis in eo homine qui Pliniũ tantopere amauerit: ut nihil nisi ex cõmentariis eius. & ab eo dictatũ uertere ausus sit. Verba Plinii sunt decoctoq; eorũ fouentẽ si ꝓcidant uuluæ & interanea. Huius autem. τὸ δ᾽ ἀφέψημα πρὸς κλυσμα᾽ ἐστὶ δακτυλίου καὶ ὑστέρας. In quo ordine & illud est quod non multo post in eo sequitur. Quæ uero in melle condiuntur cocta stomacho utilia sunt &c ex eodẽ Plinio ad Dioscoridẽ translatum: neq; enim hic aliud monet q̃ in melle cocta cotonea stomacho utilia esse: nec conditurae cotoneorũ uox ulla illic legitʳ: Quo fit ut nunq̃ satis hoĩem demirer qui hũc scriptorẽ aliena: & post se scribentiũ docuisse uoluerit. Siquis aũt cotoneorũ in melle conditurã certius nouisse cupiat poterit de ea præcipientẽ lib. xiii. cap. lxv Columellã audire: poterit & Palladiũ lib. iii. & hunc ipsum lib. v. de Melomelle docentẽ: a quibus eadem fere traduntur. Nos ex ꝓfesso id docebimus: cũ de Melomelle agetur. Interim non relinquemus pertinere ad hanc conditurã: quod in Xeniis a Martiale dicitur. Si tibi cecropio saturata cydonia melle Ponentur dicas hæc melimella licet: in q̃ re iocatus est lepidissimus poeta: q̃m mala: & melle cõdita essent melimella uocari posse affirmãs cum tñ melimella ꝓprium genus habeant ut mox patebit. q. diceret qua ratione a sapore mellis melimella dicta fuerunt: eadẽ a conditura in melle cotonea nominari posse. Vtrobiq; enim mellis sapor est: sed in cotoneis contagio cõtractus: in melimellis naturali succo & chymo innatus. Probari mox in cotoneorũ genere hic ait. τὰ ἀληθινά. i. quæ uera cotonea sũt. Id n. ἀληθινὸν significat: nec uidemus cur relictĩ illic græca uoce Barbarus locum uertit alethina maxime in hunc usum leguntur: quasi ex hoc noĩe priuatim aliquod genus indicaret Nullibi n. hactenus inuentũ id a nobis est: nec ipse inuenisse se testatur. Nos ex cõi eius uocis in græcis significatione uertimus: ꝓbari q̃ uera cotonea sunt: nã struthia cognata magis q̃ eadẽ sunt. Nec aliud inter cotonea uera & struthia discrimẽ hic eẽ ostendit q̃ ex forma magnitudine & odore. Ethturia piri & mali discretis appellationibus indicat: quæ rotundiora & minora sunt a consimili figura mala: quæ uero maiora & oblongiora pira appellans: licetq; in his uariare antiqui scriptores uideãtur: una tm̃ oĩum rõ est: & quæ tota huc referatur. Indicatq; id lib. ii. de plantarũ historia Theophrastus: qui cũ de plantarũ degeneratione in aliud genus ageret inter cætera dixit pirum in pirastrũ degenerare & dulcẽ malum in acidã: & ex Struthio. i. maiore & oblongiore cotoneo cydoniũ fieri minus & sessilis rotunditatis pomũ: quale hic uerũ dicit: & in medicinæ usu magis ꝓbat: Quæ cotonea sequũtur Melimella nullã in antiquis aut in hoc scriptore longiorẽ hñt historiã: & nos pauloante diximus quæ ad Martialis melimella in Xeniis pertineant. Non tacendũ tñ quod suspicamur in hoc capite uitiũ: quo loco hic ait θηρία ἐκτείνουσι: & a Barbaro & a nobis aduẽtris animalia & lumbricos pertinere creditum parum fœlici ut credimus interpretatione si rem & uocem æstimemus. Dulcia hæc mala sunt; mellisq; sapore a quo nomen inuenerunt non uidentur posse uentris animalia facile pellere: nisi forte deiectã hoc cibo aluũ ea ẽt sequuntur: & quæ alioquin hæsissent: impetu excrementorũ quasi in torrente pisces qui largiore per æstatem imbre abundauerit rapiuntur: aut propria naturæ suæ potestate: qualia multa passim uidentur id ea mala possint. Habet hoc quidem parum certam: non tñ absurdã rõnẽ. Illud uero huic & aliis scriptoribus omnino non conuenit: q̃ uentris quæcunq; uoluerit aliquis

ἀληθινὰ μῆλα

Struthea mala

animalia θηρία appellent: qua uoce nunq̃ ueteres usi sunt: præter q̃ in bestiis & uenenatis his q̃ ictu morsu ue uenenũ relinquunt: & in quorũ exiguo corpore maxima nocendi uis regnat: de cuius nominis origine & cã certius dicemus: cum primũ de Theriace ageť. Suspectus ideo nobis locus est: non tñ damnamus qñ & Serapionis ætate hæc erat huius loci lectio & intellectus. Cõtentiq; rem & suspitionem nřam signasse: peritioribus quale id sit censendum relinquimus. De Epiroticis q̃ Romani orbiculata dixerunt: facile erit genus & formam conicere: si meminerimus primum quales orbiculi sint in Trocleis per quos in molendo & extollẽdo pondere aliquo funis circumagitur: q̃ aliqñ singulares aliqñ duo tres ue: nonnunq̃ quatuor: & quinq; in eadẽ troclea sunt. Mox Palladiũ lib. iii. dicentem audiamus. Mala rotonda quæ orbiculata dicuntur sine cura toto anno se seruare possunt. Quæ durandi uis: & sessilis figura orbis in rotunditatem circumacti; quæ tota orbiculorũ forma est: facile nobis indicant posse hæc mala esse quæ rura nostra a colore rosea appellant. Siluestria sunt: quæ Theocritus in bucolicis suis ὀρεομαλίδας, i. montana mala appellat. In quibus illud aĩaduertendum non de his tñ præcipere Dioscoridem ad adstringendũ immaturis opus esse: qđ ex Plinio Barbarus uertit: sed in uniuersum oĩbus acerbis in adstringendo uti oportere. Verba eius hæc sunt. δεῖ δὲ πρὸς τὰ στύφειν χρήζοντα ἀωροτέροις πᾶσι χρῆσθαι. Quæ uerbum de uerbo sic aliqs uertat Oportet aũt ad ea quæ adstringenda sunt intempestiuis, i. immaturis oĩbus uti. Omnibus id tribuitur non priuatim siluestribus: est enim id cõe in cunctis præcoquorum. Notum persicorum genus oẽ & forma: nondũ tñ in antiquioribus satis patet: an huius pomi arbor ea sit: quã paulo post hic pluresq; alii Perseam dicunt: in Aethiopia letalem: in Aegypto aũt salubrem: de qua in hortulo notissimos uersus cecinit Columella: an quæ malus persica ubicũq; nũc nasciť. Si oium historiã hoc loco cõgeramus: nihilo magis ꝓficiemus: a testibus. n. cõtra testes pugnabitur: & a cõiecturis cõtra coniecturas agẽda res erit: eamq; ob cãm his quæ a Plinio Columella: aliisq; multis dicta sunt parata & exposita omnibus: ex Nicandri interprete in Theriacis eius poetæ pauca adiiciemus: ex quibus credi possit eãdẽ eẽ persicã malum & perseam: letaliaq; fuisse in Aethiopia poma eius: i Aegypto aũt amissa nocendi illa ui in sanitatis usu grata esse & placere. Est aũt locus ubi de phalangiis agitur. Inter quæ cũ doceret Nicander genus eẽ papilioni simile: quod in Persea arbore nutriť: qđ q; ille & hic Cronocolaptẽ noiat. Longus interpres de arbore hac pomisq; eius his uerbis egit. Sciendũ est Socratẽ in cõmentario de reptilibus & serpentibus testari Perseam quã Rhodacincam dicunt: hac uoce aũt græci Persica nunc ẽt appellant: ex Aethiopia in Aegyptũ translatam fuisse & Rholus democriteus in cõmentario de his quæ ἀντιπαθῆ & συμπαθῆ dicuntur: Persas ait letalem arborem hñtes in Aegyptum misisse credentes perituros ab ea multos: sed utilem cõtrario euentu illis ꝓfuisse; ꝓtulisseq; suauissima poma qualia nunc uidentur. Et hæc interpres eo loco. Poeta aũt non multo post in alexipharmacis quo loco de cerussa agit: præcæpit cõtra eius ueneni noxam sumenda esse σκληρὰ ἀπὸ περσείης κάρυα: quod ẽ duras Perseæ nuces: nucesq; appellat persicorũ ossa soliditate sua nucibus similes: Quas hic ipse in remediis cõtra cerussam: περσικῶν ὀστᾶ appellauit. Ex quibus manifeste patet: quã alii περσέαν arborem dicunt poetice a Nicandro interpreteq; eius περσεῖαν uocarĩ: quod a Barbaro relictum addere placuit: in hanc enim partem inclinat aius; & si Plinius id negauerit: & aliorũ multorũ auctoritas obstet. De medicis postremo quæ persica etiã hic uocari ait: qm̃ nostro orbi & græciæ diu peregrina fuerint: & ex Perside in nřum orbẽ transierint: illud primũ testabimur: in appellatiõibus eorũ nõ cedromala forte sed citromala: quasi citria mala legendã eẽ uocem: nihil. n. citro cũ cedro: & a Romanis citria hæc uocari iampridẽ recæptũ est: nihil tñ mutamus: in cunctis. n. græcis pariter legitur. De his Plinius: Theophrastus: & ex posterioribus Palladius manifeste docuerunt: & quæ in Barbari corollario longius narrantur oĩa ex quarto Theophrasti uolumine: & ex Athenæi tertio Dipnosophistæ excerpta sunt. Qui etiam qđ uno aduerbio ab hoc ἐπαλλήλως dictũ ẽ pluribus conuertit. Nobis una superfœtationis uoce indicare id placuit. Sequitur deinde quod anceps in hoc scriptore sit: quo loco statim a descriptione seminis legitur δύναμιν δὲ ἔχει ποθὲν ἐν οἴνῳ ἀντιπράττειν θανασίμοις: tribuendum ne id semini an pomo sit: utrunq;. n. neutri generis: sed quod ad pomum pertinet longius in sermonis textura abest: quod uero ad semen ꝓpius & quasi cõtiguũ. Plinius & semini & pomo id tribuit: uerba eius hæc sunt. Citria contra uenena in uino bibuntur uel ipsa uel semen. Cæteri inter quos & Theophrastus est: pomo eam uim tñ assignarunt: remq; ille sic docuit. χρήσιμον δὲ μῆλον ἐπειδάν τύχῃ πεπωκώς τις φάρμακον. Hic ipse etiã in sexto de uenenis agens: inter cætera eorũ remedia ait: κιτρὰ τὰ καλούμενα κεδρόμηλα &c. Cui deinde Paulus Aegineta subscripsit. Credimus itaq; de pomo intelligendũ id eẽ: & si forte de semine dictum uideri possit. Hoc. n. pluribus ueluti testimoniis confirmatur. In medicina & morborũ censu nunc dicẽdum quid cholera græcorũ medicis sit; & quos nã Plinius sæpe cholericos nominat: non quos uulgus biliosos & bilis abundantiã intelligit sed a multo bilis fluxu: qui per inferna & superna fiat quotidianum & medicis notissimũ malũ. Quod Celsus lib. iiii. longius descripsit: & Galenus in diffinitionibus & Isagoge sua diffiniuit: Acutissimũ esse malũ Choleram quod cũ multa deiectione & uomitu bilis fiat: & in quo contrahantur suræ: algeant extrema membrorũ: fiantq; exigui & incerti uenarũ pulsus. Idem etiã testatus est duplex hoc malũ esse notissimũ hoc: & præter id quod Hippocrates siccã cholerã appellauit: quæ ab iisdem causis & in iisdẽ par-

Cholera

tibus fiat sed sine uomitu & alui deiectione. Fieri aūt in nobis id malū Paulus Aegineta docuit inhærente ciboꝝ in stomacho cruditate. Dicendum præter hæc ēt quæ nos prægnantium fastidia uariosq; & absurdos reꝝ appetitus intelligamus: quod malum græci Cissan facto a notissima aue nomine quondā dixerūt: quā in genere picaꝝ uaria & multicolore pluma Paulus Aegineta descripsit uoracē & huic malo sæpenumero obnoxiam. Quale aūt id sit ex his quæ Galenus Paulus Aegineta: Aristophanes comicus: pluresq; alii tradiderunt: nouisse facile est. Fœminæ id certo tpe patiūtur secundo. s. aut tertio a cōcæptu mense: quo tpe stomachus eaꝝ male afficitur. Qui. n. adhuc paruum creuit in utero fœtus totam nondum potest qua nutritur absumere materiam: eaq; redundāte perturbatur & male afficitur stomachus manifesto argumento: q post maius fœtus incremētū in integrum restituitur stomachus: cessantq; mali eius notæ: quæ plures a medicis numerant. Vomitiones cardiogmi: defectus animæ: fastidia ciboꝝ: & cissa hæc: quæ si Paulo Aeginetæ credimus uarius & absurdus ciboꝝ appetitus est. Verba eius libro primo capite primo hæc sunt. Cibum uero fastidientibus quēadmodū ī malo quod cissam dicunt appetitū restitues: quæ circa tertiū a cōceptu mensem ideo plerunq; fit: quod non potest fœtus omne quod in uterum nutrimenti cā defert absumere: abūdantibusq; ob eam cām in stomacho uariis excrementis fit ut uarios: tunc & absurdos appetant prægnantes cibos: quales carbones: lapides: creta: aliaq; huiuscemodi sunt: ex qua cā appellationem hanc id malum inuenit ob uarietatem pennarum eius auis: uel q sæpenumero: eodem hoc malo laborat auis illa Significareq; κίττην malum: & κιττᾶν eius mali uerbum uarios & absurdos hos prægnantium appetitus testis Aristophanes græcoꝝ comicus est; primum in fabula cui Vespæ titulus est οὔ τω κιττῶ διὰ τῶν παίδων &c. Quod uerbum desidero & expeto illic significat: mox iteꝝ in Pace; sic enim alia eius poetæ fabula inscribitur. ἡμεῖς μὲν οὖν δικιττῶντες τῆς εἰρήνης: quod est. Nos aūt qui pacē expetimus manifesta utrobiq; ab absurdis prægnantium desideriis his translatione Ex quibus colligere facillimum est totum hoc cissæ in græcis malum fastidium consuetorum ciborum: & absurdorum appetitum esse.

Cissa

Prægnātiū fastidia

Varii & absurdi rerū appetitus

Quid Cissa sit

DIOS. DE Piris. Cap. cxliii.

a

Pion. Romani Pirū dicunt. Multæ piroꝝ species. Adstringūt oīa: ītoq; ad cataplasmata quæ discutiendo sint: utiliter illis utuntur. Quinetiam siccoꝝ decoctū & ipsa in cibo cruda aluū sistūt. Ieiunis tamen sumpta nocent. Quæ uero a græcis achras dicitur siluestris Piri species est sero maturescentis: adstringendi uires & hæc habet: sed multo efficaciores q satiua: eaq; ob causam ad eadem utilis: adstringūt & huius folia. Omnium pirorum ligni cinis fungorum strangulationibus manifeste succurrit: ferunt præterea aliqui cum fungis cocto siluestri piro innocentes uescentibus fieri.

INTERPRES.

Piroꝝ infinita pene genera: quæ ab antiquioribus rei rusticæ scriptoribus tradita sunt. Quod solū desiderari in hoc capite poterat longissime in Corollario suo Barbarus prosecutus est, nos ideo nihil ultra de his agemus.

DIOS. DE Mespilo. Cap. cxliiii.

m

Espilon. Romani pariter Mespilum dicunt. Arbor Mespilus est. Aroniam aliqui appellant aculeatam buxeæ spinæ foliis. Pomum fert exigui mali figura & magnitudine: gustu amabile in quo tria officula sunt: a quibus tricoccus quasi trigrania dicta est: sero maturescens. Adstringit in cibo mespilus stomacho utilis: & aluum sistit. Est & alterum mespili genus in Italia nascens: qd' pleriq; epimelida appellant: nonnulli uero setanium: Arbor est malo similis: foliis tantum minoribus: fert hæc rotundum pomum quod edendo est latiore umbilico leniter adstringens: & sero maturescens.

INTERPRES.

q

Vam genere neutro Mespilū arborē hic fecit: Theophrastus lib. iii. de plātaꝝ historia fœminino descripsit. Longius idē de tota hac arbore pomoq; eius eodē loco egit; quæ omnia a Barbaro in corollariū suum translata a nobis relinquuntur: non quia simile nobis alicubi in opere hoc nostro cōsilium suo fuerit; sed q si qua ex græcoꝝ latinoꝝ ue scriptoribus signāda

breuius

breuius a nobis erant obiter & in decursu ab eo tradita hoc ueluti fasce nos leuarunt: Non relinquemus tñ quod certius semina pomi huius legentibus ostendat: id aũt est. Nõ dicere Theophrastum claudere hoc pomũ in se acinos molliore ligno ut Barbar⁹ uertit sed πυρῆνας μαλακωτέρους quod est nucleos habere molliores. Toto n. genere differũt inter se acini & nuclei: & hi in antiquoribus idẽ utriusq; aliqñ fuerit nomen ut in punica dictũ nõ multo ante est. In acinis n. caro uestiens & humor est; in nucleis uero sola & lignosa durities. Sciendũ & illud quã primũ mespili arborẽ hic describit peregrinã & incognitã Italiæ nobis uideri & sui generis arborẽ spinosã: & ut hic ait trigraniã qua nostrates mespili nõ habent: quinq; enim nucleis farcta: & nullis spinis armatæ: Nostratẽ uero epimelidẽ ideo ut nos credimus a græcis dici q̃ fœlicissime in malo inseritur: & quasi ἐπὶ τῆς μηλέας .i. in malo adoptata creuerit: fœminino genere & diminutiua forma ἐπιμηλὶς dicta a græcis est: Videnturq; eãdem habere cãm similes huic in aliis scriptoribus in hac aut simili arbore aliquot appellationes: dico autẽ epimelides: hypomelides: hamamelides: & omomelides: quæ oẽs ex eadẽ malo arbore cõposita cã significãt arborẽ quæ aut in malo insita fuerit aut eadẽ illi figura: quantitate: sapore uel aut parte dissimilis. Quod aũt diximus esse nostratẽ mespilũ latiore umbilico: quodq; Barbarus fũdo in latitudinẽ res ime: nõ facile intelliget aliquis nesciens quid in pomis πυθμὴν siue uerbũ de uerbo ueritas fũdus significet: qua uoce ueteres græci qd in summo pomo umbilici modo descendit indicauerunt: presertimq; in malis: piris: sorbis: mespilis: aliisq; pene infinitis: in quibus cauum & uelut lacuna descendens lanugines in ea floccosq; & floris postq̃ defloruit inutiles reliquias ostendit. Et qm descendit: & quasi in doliolo fundum facit πυθμένα .i. fundũ & q̃ humani umbilici modo cauũ est ὀμφαλὸν etiã græci uocauerũt. Nos certioris & facilioris intellectus uoce usi umbilicũ diximus. Quod aũt a Barbaro dictũ est: resimo: in Dioscoride nõ legitur: & si ea est umbilici in mespilo figura: qm latiorẽ eũ hic cã partem dixit: n. q̃ cõparata aliorũ pomorũ umbilicis latissime patet. Quod & res ipsa indicat. In cæteris siquidem pro reliqua pomi latitudine angustior umbilicus est. In mespilo aũt nullibi in toto corpore pomum latius q̃ in umbilico dilatatur: Estq; in pomis idẽ fundũ & umbilicũ testis Pollux est Qui onomastici sui secundo uolumine cũ longius de hominis umbilico egisset Athenienses fundũ i ficis umbilicũ uocare is uerbis subiecit: οἱ δὲ ἀττικοὶ καὶ τὸν τῶν σύκων πυθμένα ὀμφαλὸν ὀνομάζουσιν. Quod est Athenienses uero ficorũ fundũ umbilicũ nominãt. Et ab eis accepta certiore uoce nos in mespilis umbilicum diximus.

ἐπιμηλὶς	Epimelides.
ὑπομηλὶς	Hypomelides
ἀμαμηλὶς	Hypomelides
ὠμομηλὶς	Omomelides

DIOS. DE LOTO ARBORE. Cap. c.xliiii.

Oton. Romani pariter græcis Loton: & celtim dicunt. Grandis plãta est lotus arbor fructũ pipere maiorẽ fert: dulcẽ: grauiter odoratum: stomacho utilẽ: & qui aluũ adstringat. Decoquunt ramenta ligni bibit q̃ & clystere infundit decoctũ id cõtra intestinorũ tormina: & fœminarũ fluctiones. Ruffat capillũ præterea: & fluidã aluũ cõpescit

INTERPRES.

Agum per herbas & arbores aliquot loti nomen est: ut certius libro quarto etiam uidebitur: ob eã causam nos capitis huius titulo: arburẽ adiecimus monente nos id scriptore hoc qui loton arborẽ ait plantã esse &c. Multiplex longaq; est arboris huius in Theophrasto & Plinio historia: Nos eam reliquimus in scriptoribus illis & in corollario Barbari uolentibus legendam: Quod nostrum sit id tantum hoc capite monebimus: suspicari nos potuisse quondã aliter legi quod nunc in omnibus pariter græcis inuenitur: ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας quorum uerborũ tam certa significatio: tamq; omnibus patẽs sensus est ut nec potuerit aliter nec debuerit uerti q̃ ruffare capillum ramentorũ ligni huius arboris decoctum. nihilominus antiqua scriptoris huius interpretatio alium habuisse id usum ostendit. Siquidem in ea aperte legitur: si ex eo caput lauetur capillos cadere prohibet Nec detulissem ego illi aliquid nisi Plinius libro. xxiiii. capite. ii. idem his uerbis docuisset. Ramenta ligni decocta &c Cohibẽt & capillum: Accedenteq; his ui & arboris potestate: quæ ut hicait στεγνωτική est: nõ penitus ab re uisum nobis est uitium in uerbo illo ξανθίζειν suspicari: nec de mutando capilli colore: sed de compescendo eius defluuio monuisse hoc loco Dioscoridẽ. Nos comunem & in omnibus pariter inuentam lectionem secuti nihil mutauimus.

DIOS. DE CORNO Cap. c.xlv.

Raniam. Romani Cornũ dicunt. Speciosa & fortis arbor Cornus est. fructũ magnitudine oliuæ fert: oblongũ: a principio uiridẽ: Cũ maturu it ruffum: aut ceræ colore: qui uescendo sit: adstringat: alui fluoribus & intestinorũ torminibus utilẽ. Sapa idẽ conditur: & inter salgama ad cibos oliuarũ modo in muria seruatur. Qui uero ex incensis foliis exsudat humor contra impetigines utiliter inungitur.

INTERPRES.

Diximus fortẽ & speciosam arborẽ cornũ esse: sic certius indicãtes: quod in græcis εὔτροφον quibus eauo τὸ εὔτραφες significat. i. pingue & fœliciter nutritum: ex eoq; cum decore ualidum & forte qualis corni materia: & ob id uenabulis apta.

DIOS. DE SORBIS. Cap. c.xlvi.

Va Romani Sorba dicunt. Sorba cum luteo colore adhuc sunt nec dum maturuerunt secta & in sole siccata: aluum in cibo cohibent. Mola eadẽ teruntur: sumitur q; pro polenta in eundẽ usum eorũ farina. Potest idẽ & decoctũ eorũ.

INTERPRES.

Onga est arboris & pomi huius in Theophrasto historia: nec breuiter Plinius de eadẽ egit; res ipsa etiã quottidiano spectaculo satis nota est: præcipuasq; pomi in cibo & medicina uires satis uno carmine in xeniis suis indicauit Bilbitanus poeta dicens: Sorba sumus molles nimium durantia uentres. Nec aliud ex professo medicinã docentes illi adiecerunt q̃ minore in durãda aluo efficacia q̃ mespila esse: Quo fit ut magis Barbarũ demiremur tam incerte de arbore pomoq; hoc in corolario suo docentẽ. Optandum profecto hoc loco erat græca nouisse omnes ut collatis cũ Theophrasto ab eo dictis imperfectã hominis interpretationem cognoscerent: in qua nescio credendũ ne magis sit q obiter ea uerteritan potius q morte præuctus sartam tectamq; rem ostendere non potuerit.

DIOS. DE PRVNO Cap. c.xlvii.

Occymelam latini prunũ dicunt: Nota arbor Prunus est. Manduntur quos ea fert fructus. Stomacho tñ nocent: & aluũ molliunt. Syriaca preterting; in damasco genita siccata pruna stomacho accõmodata sunt & aluum cohibent. Coquuntur in uino arboris folia: colluuntur q; utiliter decocto illo & gargarissantur in uuam: gingiuasq; & tonsillas destillationes. Possunt idẽ & siluestriũ prunorũ cum maturuexũt siccati fructus. Qui etiã in sapa decocti stomacho utiliores: & ad cohibendã aluũ aptiores fiũt. Glutinat prunorũ gũmi: frãgendis uessicæ calculis cum uino bibitur. Idem sanandis puerorũ impetiginibus ex aceto inungitur.

INTERPRES.

Ertiora & ex re magis de prunorũ uiribus post Diosc. alii tradiderunt; Demiratusq; hũc Galenus est lib. vii de simplici medicina dicentẽ siccatis damascenis prunis compesci aluũ: cum manifeste & hæc deiecti tu sed minus q̃ alia. Ob eam cãm non ab re penitus fuerit q̃ breuissime posteriorũ de prunis decreta hoc loco adiicere: quæ huiuscemodi fere sunt. Deiiciunt aluum pruna. sed copiosius recentia: siccata minus. Eiuidem fructus decocto ad faucrũ & gutturis inflammatiões omnes utiliter colluitur. Gummi quod ex arbore destillat extẽuandi & incidendi uĩ quã habet fertur frãgendis uessicæ calculis utiliter bibi & ex aceto infantiũ impetigines sanare. Siluestris pruni bacca manifeste aluũ adstringit. Ex his nõ male forsan suspicabitur aliquis: qd in cũctis græcis legitur τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων &c. qd ẽ foliorũ decoctũ potuisse quõdã aliter legi: Nã prater aliorũ decreta qui fructui hoc tribuerũt res ipsa etiã exigere id uidetur; nihil tamen in cõmuni omnium codicũ lectione & fide mutatũ a nobis est. Et quam forte hic locus exigebat castigationem ad ea quæ statim sequuntur manifeste transtulimus: Quod. n. in hoc Passim legitur τὸ δὲ ἀφέψημα, τῶν φύλλων ἐν οἴνῳ σκευαζόμενον

nõ

non σκευαζόμενον i. præparatū quod nullam habet hoc loco significationē sed διακλυζόμενον :qđ colluere significat legendū est. Id omnium probatissimus mihi codex habet. Et Paulus Aegineta de his ipsis libro sexto agens ait. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ πάνυ κατὰ τὰς περὶ φάρυγγα φλεγμονὰς ἰᾶται διακλυζόμενον quod est prunorŭ decocto gutturis inflãmationes collui:ut sit in Dios. sensus collui & gargarissari decocto illo fauciū mala ab eo multa deinceps numerata.

DIOS. DE ARBVTO. Cap. cxlviii.

Omaron. Romani Arbutū dicunt. Cotoneæ malo similis arbutus est tenui folio:fructu prunorŭ magnitudine sine nucleis quē mæmecylon nominant. Ruffo aut rubente in maturitate colore. Is cum manditur ueluti palearum acus linguæ & dentibus repræsentat. Stomacho idem nocet & capitis dolores facit

INTERPRES.

Rato per hyemē spectaculo uiret in siluis arbutus:& quo tēpore ueluti prodigæ iuuētutis homo profusis opibus suis ceteræ ruris arbores nudæ & sine honore in hortis & campis squalent:tunc poma sua hæc uolentibus offert:tam grata specie:tamq; blando colore:ut merito naturā aliquis accuset:quæ adeo graue & inutile pomi farctum quasi signaris imponens speciosissima clauserit fronte. Sed quod in cæteris tota uita agendum sit:& quod sapientes docuisse ignaros deceat:sola pomi appellatione malam in hoc pomo naturæ fidem ueteres Romani ignaros & pueros unedonem appellantes cauere monuerunt:manifesto nominis argumento oportere obnoxium & inutilem eius usum unum tantū edisse:quod præter capitis dolores: & stomachi noxā quam facit: ingrato penitus dentium attritu & succi expressione etiam sentiatur: quem sensum hic describens ait in cibo & cū manditur ἀχυρώδης esse quā uocē nos a tritura frumentorŭ uentilatione acus paleaŭ uertimus tantū rei necessitatē secuti:propterea q integræ in hoc pomo paleæ nec sunt nec in cibo sentiuntur: sed quales M.Varro libro primo de re rustica capite.lii. acus dixit:iubens trita in areis frumenta cum uentus spirat leuis uētilabris iactari:& ita fieri ut quod leuissimum est aq; appellatur acus foras extra aream eiiciatur ac frumentū quod est ponderosū purū ueniat: inutilesq; has trituræ acus in cibo repræsentare hic unedonē dixit:concisas.s.& minutissimas paleas:quales frumētis in tritura miscentur.

DIOS. DE AMIGDALA. Cap. cxlix.

Mygdalean. Romani amygdalū dicunt. Concisa decoctaq; amaræ amygdalæ radix:asperam & discolorem ceu a sole faciem emendat. Præstant idem & nuces ipsæ illitæ. Appositæ eædem menses euocant. Capitis doloribus succurrunt:fronti tēporibus ue ex aceto:aut rosaceo illitæ. Contra epinyctidas ex uino:contra exedentia ulcera:& quos herpetas dicunt:canisq; morsus ex melle illinuntur. Somno dolorē leuant in cibo sumptæ. Aluum molliunt:somnū conciliant:urinã cient: & contra sanguinis excreationes cum amylo & menta sumuntur. Bibuntur eædem in aqua : aut cum Terebinthina resina. Linguntur in renū cum urinæ malo aliquo doloribus & pulmonū inflammatiōe quā peripneumonian dicunt. Calculosis cum passo & urinæ angustiis prosunt. In eclegmate auellanæ nucis maguitudine additis melle & lacte. Iocinorosis:tussientibus:& maioris intestini quod colon dicunt inflationibus opitulantur. Arcent ebrietatem quinq; sex ue in cibo presumptæ. Vulpes sicū aliquo eas comederint enecant. Adstringit & calefacit arboris gummi & cõtra sanguinis excreationes utiliter bibitur. Ex aceto idem summæ cutis impetigines tollit:medetur & diutinis tussibus in diluta uini potione sumptum. Bibitur & contra uesicæ calculos in passo utiliter. Dulces & quę edendo sunt amygdalæ nuces minus efficaces q̃ amaræ: Extenuant tñ & ipsæ & urinam cient. Virides cum uiridi summo operimento suo in cibo sumptæ stomachum humentem emendant.

INTERPRES

I huic & Galeno quoq; decreta pro oraculo antiquis medicis fuerunt:credendum de uiribus amygdalæ est primam capitis huius partem parum fœliciter latinis Barbarus reddidit dicens amaræ amygdali radicum tritarum decoctū cutē in facie corrigere:neq; .n. hic

hic si uerba eius omnia diligentius æstimentur illud decernit. Sed quod Galenus libro sexto de simplicibus ait si accipiantur amygdali radices: coquanturque ephelides foris impopositas auferre: iubetque non decocto amygdalæ radicum foueri in ea labe hominis faciem: sed decoctã radicis materiam uitio illi imponi. Quod primo libro: etiam Paulus Aegineta confirmat. Cuius ea uerba sunt: ῥίζα τε πικρᾶς ἀμυγδάλης: quod est & amaræ amygdalæ radix: utiturque ea contra malũ in senectute cutis colorẽ. Alternat præterea si melioribus græcis habenda fides est; nõ copulat Dios. acetũ & rosaceũ: quo loco iubet in dolore capitis uteoqui: nõ simul sed alterutro ἤ. n. quod uel; non καὶ qd' & significat intercedit. Reliquit & Barbarus quod alioquin Plinius monebat: & post Plinium Serapion: contra sanguinis reiectionem ultra amylum cum menta sumendas amygdalas esse. Siquidem Plinius libro uigesimotertio capite nono his uerbis eam indicat: & sanguinem sistunt cum amylo & menta: fuisseque hanc huius loci lectionem serapionis ætate commentaria eius indicat. Et nos plures ex melioribus græcis uidimus in quibus μετὰ ἀμύλου καὶ ἡδυόσμου manifeste adhuc legitur. Sequitur nõ longe ab iis quod legentiũ animos suspendere merito hactenus potuerit: & nisi noua historia res confirmetur adhuc etiam possit. A Plinio: scriptore hoc ipso: cunctisque eius interpretibus pariter traditum: Mori uulpes amaris amygdalis cũ aliquo pastas Nos etiam ut in re parum uerisimili fit diu anxii quale id. & qd reddendum eo loco esset cogitauimus Persuadebat enim sic legi oportere græcorum omnium codicum cõmunis & eadẽ fides: Testabatur Plinius fuisse hanc eius loci ueram & antiquam lectionem: Et ex quo ille addiderat mori uulpes eo cibo nisi contigerit e uicino aquam lambere: obseruatum id etiam a diligẽtioribus fuisse: & ex obseruatione inuentum remediũ. Confirmabant postremo idem Serapion & quotcunque alii in scriptore hoc aliquando occupati fuerant. Nihilque non ueritati respondebat. E diuerso grauitate scriptoris huius indignũ id uidebatur nulla siue præcepti siue historiæ huius ratione aut necessitate se ostendente: presertimque in medio capite: & inter meliora pro malo aliquo hominis remedia: Post quæ hic semper & ex aliorum fama similia iis addere cõsueuit. Quid enim ad faciendam homini medicinam pertineat nouisse hoc: Aut si forte aliquis ad aruum suarum in uillatica pastione tutelam contra eius animalis maleficium uti cogitauerit; quo modo ad hoc cibi genus trahere aut cogere poterit clancularium: insidiosum & ut græci dicunt ὠμοβόρον idest crudis carnibus uescens animal? Accedebat iis quod suspitionem nostrã augebat uisus mihi antiquus Dioscoridis codex in quo nõ ut in cæteris legeretur κτείνει δὲ καὶ ἀλώπεκας βρωθεῖσα σύν τινι: Quod est ut nos reddidimus; uulpes si cum aliquo eas comederint enecant: Sed additis & mutatis quibusdam κτείνει δὲ καὶ ἕλμινθας καὶ ἀλωπεκίας ... σύν τινι: Quorũ prior illa pars integra: integrum habet intellectum: Qui sit enecare uentris animalia amaras amygdalas. Posterior corruptis duabus uocibus uestigia potius alterius qui quõdam fuisset sensus; quam quod aperte intelligi posset ostendebat: pertineretque ad capilli defluuia quæ græci alopecias dicunt. Inclinabatque in alteram hanc lectionem animus propterea quod uidebatur habere prius illud remedium contra uentris animalia certam ex amaritudine rationem. Posterius uero illud restitutis in integrum duabus uocibus illis; quod facile erat; Galenum & Paulum Aginetã testes & auctores habebat. Quorum alter contra capitis alopecias cortice amaræ amygdalæ utitur: Quod licet idem penitus non sit non tamen ab re penitus est eiusdem arboris alias atque alias partes idẽ posse: & in amygdala pro recæpto id habere testante Galeno totam hanc arborem eiusdem potestatis cum suis nucibus esse. Iis nos coniecturis & auctoritatibus freti cogitabamus a uulpibus quas græci alopecas uocant ad alopecias a uulpibus facta capilli defluuia trahi rem posse: factum autem iis diebus est ut quod Maro cecinit fata uiam inuenerint: ostenderitque casus quod ratione carere uidebatur; licetque rei quam dicemus oculati testes ipsi non simus. Pro sensu tamen boni uiri fides nobis est Presertim testantibus idem plerisque aliis. Habebat in delitiis is & ad uenatum muriũ in medica officina amabilem: & speciosum felem nutriebat. Quẽ quottidie ex manu pascere solitus erat: & ut est auctore Persio uẽter maximus artifex negata sequi, Dulciariis: mellitisque & saporibus aliis quibus officinæ illæ abundant adeo eum assuefecerat: ut nihil non hominis modo ex eo genere ciborũ auidius appeteret, factum ex eo est ut cum ab interiore callo purgaret ille amaras amygdalas accedens feles primum qua uoce solet id animal petere mox rapere unã & alterã incœperit: admiranteque illo quod amaritudinem non sentiret porrigere & ipse cœpit: Nec ultra septem octo ue ad summam haustis torqueri intus animal cœpit: & ueluti furiosum circumagi: Toto tandem corpore distentũ difficillimũ mortis genus obire uidebatur: perijtque non ultra horam a cibo illo protracta uita. Quod commentationibus iis nostris addere placuit ne quis Dioscoridem: Plinium: totque alios in ea re demiretur: sciantque omnes ut felibus uenenum amygdalæ sunt sic posse uulpibus etiam esse. Fit enim in natura passim ut quod homini uenenum sit quadrupedem aliquam fœliciter saginet, Et e diuerso quod illis nocet nobis ad meliorem uitam proficiat: habereque uolentes quo possint tam maleficum animal e medio tollere si mixtas cibis quibus uescuntur uulpes amygdalas amaras illis comedendas reliquerint. Quæ omnia bona fide dicta a nobis sunt. Qua etiam mente illud monemus relictum in Barbari

in Barbari interpretatiõe fuisset: bibi cõtra uesicæ calculos amaræ amygdalæ gũmi in passo utiliter: qđ ultimũ hic in amaris amygdalis docet. Credimusq; librariorũ negligentia eam illi perisse ptem: nisi forte abũdare eã hoc loco credidit: qm non multo ante dixisset δυσουριῶσι καὶ λιθιῶσι σὺν γλυκεῖ βοηθεῖν. Sed illud de nucibus: hoc de gũmi arboris indicatur. Credimus postremo corrupte etiam legi quod ultimum hic ait βρωθέντα δὲ σὺν τῷ λέπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρὰ στομάχου πλάδον ἀποκαθίστησι. Cuius mẽbri sensus ille est: emendare & corrigere in stomacho collectos humores uirides cũ uiridi primo operimento suo comesas amygdalas. Quod cibi genus lõge a bñficio hoc in sua immaturitate abesse uidetur Quin etiam Plinius ait recẽtes stomachum implere: Quale autem p illo ἀποκαθίστησιν subiiciendum uerbũ sit cõiicere oibus facile est. Quæ.n. malo & inutili humore uitiantur contrario siccitatis habitu corriguntur. Libet in morborũ censu dixisse hoc capite quam nos pulmonum inflãmatiõem: græci uero peripneumoniã dixerunt: malum quod si uox ipsa certius æstimetur circa pulmones magisq̃ in pulmonibus fieri credendum sit. Quod ex antiquioribus aliqui etiã testante id Galeno crediderunt Qui in Isagoge sua his uerbis de ea docuit. Placet aũt aliqbus grauẽ pulmonũ inflãmatiõem esse peripneumonian: idq; grauitate indicatur: Aliqbus cõtra uidetur non posse pulmonẽ inflãmari: Sed cum adiacẽtes & ppinquæ pulmonibus partes in hoc malo fuerint: ab eis nomen inuenisse hoc malũ. Idem in diffinitionibus suis Peripneumonian sic descripsit. Pulmonis inflãmatio peripneumonia est. Sequuntur eã acuta febris: & angustiæ spiritus: rubescuntq; his qui eo malo tentantur: eminentiores sub oculis partes: quas græci μῆλα nominant: fieri præterea testatus est iisdem ex causis qbus & lateralis dolor: & si aliqui ex pituita dixerunt Paulus Aegineta pulmonis inflãmationem aperte appellauit: q̃ plerunq; oriatur ex ualentiore a capite in eã partẽ destillatione: aut angina: aut suspirio: aut laterali dolore: quem græci pleuritim dicunt: aut aliis ex causis: aliqñ etiã mali principiũ solam inflammationem esse: comitariq; eã præter ea quæ Galenus dixit grauitatem & pectoris distentionem: nec solum rubescere sub oculis partes quas diximus: sed tumere etiã oculos ipsos: & deorsũ ferri supercilia: quod totum breuiter significasse uolumus ut mali genus: causas & locum certius legentes cognoscerent. Incertũ.n.ẽ & nimis late patet quod Barbarus uertit pulmonũ uitiis. Columella sane libro.viii. sues & oues pulmonarias dixit: sed an id pecoris malum idem peripneumoniæ hominis sit non satis pro comperto nobis est.

περιπνευμονία.

Pulmonũ inflammatio.

DIOS. DE PISTACIIS. Cap. c.I.

PIstacia. Romani pariter græcis Pistacia dicunt. In Syria scimus nasci pistacia pineis nucleis similia: stomacho utilia: contra serpentium morsus accomodata: siue per se edantur: siue concisa in uino bibantur.

INTERPRES.

MAle in cunctis græcis præterq̃ in omnium mihi probatissimo codice legebatur πιστάκια τὰ μὲν γεγνόμενα ἐν συρίᾳ. hic enim dicendi modus alterum sibi membrum & pistaciorum genus exigebat: quando ut græcorum grammatici docent semper τῷ μὲν reddendum τὸ δὲ est non aliter q̃ si in latinis dicas: hic quidem ille autem: semperq; pposita altera expectanda & quærenda altera pars est quæ aliud aut diuersum a priore illa aliqd ostendat: quod nullibi in hoc capite inueniri poterat: fuitq; ut uidere licuit uera & antiqua huius capitis lectio πιστάκια ἴσμεν ἐν συρίᾳ γενόμενα facili in una tantum syllaba ad uitium lapsu: idq; etiã Plinius libro.xiii indicat dicens syria peculiares habet arbores in nucum genere pistacia nota: quasi & ipse diceret pistacia scimus in syria nasci. Nec stomacho tantum amica & contra serpẽtium morsus prodesse pistacia libro.vi Paulus Aegineta dixit. Verum præter hæc iecur laxare: præcipueq; id posse summi & odorati eorum operimenti decoctum. Dico autem in nucibus summum operimentum non lignosum putamen quo maturæ clauduntur. Sed quod a principio lignosum putamen illud uestit appetente maturitate deciduum: In qua tantum parte Nicander in theriacis suis remedium & opem contra serpentes esse testatur.

DIOS. DE NVCIBVS Quas Romani Iuglandes dicunt. Cap. c.li.

CAry a basilica.i.regias nuces. Romani Iuglandes nuces dicunt. Iuglandes nuces quas pleriq; persicas etiam uocant: ægre concoquuntur: stomacho nocent: bilẽ augent: dolores capitis faciũt: & tussientibus inutiles sunt. Ad uomitiones ieiunis utiliter in cibo sumunť. Præsumptæ & a cibo statim sumptæ cũ ruta & caricis letalibus uenenis aduersanť. Quin etiã maiore copia

sũptæ lũbricos latos pellũt. Illinũtur eædẽ in abſceſſibus luxatiſq;: & cõtra mãmarũ inflãmationes cũ exiguo melle & ruta. Cum cepis ſaleq; ac melle ad canum hominiſq; morſus faciunt. Sedant tormina cum putamine ſuo crematæ & hominis umbilico impoſitæ. Crematum tritumq; iuglandiũ nucum putamen ex uino oleo ue inuncto capite infantibus capillum nutrit: capilliq; defluuia quas græci alopecias dicunt explet. Siſtit menſes crematũ: tritumq; & ex uino appoſitũ quod intra nuces clauditur. Vetuſtæ itidẽ iuglandium interiores nuclei cõmanducati & impoſiti gangrenis: carbunculis: ægylopis & capillorũ defluuiis quas græci alopecias dicunt citiſſime medentur. Fit & ex iuglandibus nucib⁹ oleũ tuſis expreſſisq;. Recẽtes ſtomacho ꝙ dulciores ſunt minus nocent. Quã ob cãm alliis ad auferẽdã eorũ acrimoniã miſcentur & ad delendos liuores utiliter illinuntur. Auellanæ uero nuces quas græci ponticas: & in ea gente aliqui leptocarya .i. minores nuces dicunt ſtomacho & ipſæ nocent. Tritæ tñ & in mulſa aqua potæ diutinis tuſſibus medentur. Crematæ eædẽ & cum exiguo pipere in cibo ſumptæ a capite in ſubiectas partes deſtillationẽ maturant. Totæ ẽt crematæ tum cõciſæ cum axungia urſino ue adipe capilli defluuia quas alopecias dicunt explent. Ferunt præter hæc aliqui cremato tritoq; earũ putamine ſiquis ex oleo pueri ſinciput inunxerit ceſiũ in pupulis oculorũ colorem in nigrum mutari: eodemq; capillum etiam denigrari.

INTERPRES.

e

Vt perſicas & regias græci Romani uero iuglandes in genere nucum eas dixerint quã nunc priuatim Ethruria genteſq; aliæ multæ nuces nominant ſatis libro xv cap xxi. Plinius declarauit: qui oẽm earũ figuram etiam fœliciore pictura ante oculos poſuit: eamq; ob cauſam preſertim in quotidiana & nota omnibus re nihil nos quod ad hiſtoriã pertineat huic capiti adiiciemus In medicina tñ breuiſſime ex antiquorũ decretis ſignificabimus habere arboris huius coliculos aliquid quod adſtringat: ſummum uero nucis operimentum quod ea matureſcente decidit multa hac poteſtate eſſe Interius deinde carnatũ & bifidum putamen crematũ extenuandi uim acquirere: & ſine eroſione ſiccare. Quodq; in eo clauditᷣ edẽdo aptũ oleoſum'qd'eſt facillime bilẽ augere: cõfectũq; ex eo oleũ extenuãdi uim habere: tumo res pterea & q̃s ſepedonas dicũt diſcutere. Flacceſcẽtes itidẽ uetuſtate nucis cutes labes oẽs abſtergere. Auellanas poſtremo frigidiores tantũ auſterioreſq;: in cæteris iuglãdibus æquales eſſe: præter quæ hic alias etiã ad utranq; partem uires illis aſſignauit: uerbi cauſa arcere ebrietatẽ: aduerſari ſerpentibus: capitis dolores facere: & concoctu difficiles eſſe. In quo non ꝓbamus nimis ſuperſtitioſam Barbari interpretationem: qui quod hic δυσπεπτέον dixit nihil aliud ſignificans q̃ quod ægre in ſtomacho concoquitᷣ & quod Plinius difficiles concoctu ait: Reſides in corpore & difficile trãſire dixerit: longiore q̃ decuit uerborũ ductu: nec ſatis apto rei intellectu. qñ aliud iudicio noſtro eſt ægre concoqui aliquid: & aliter dicitur reſidere aliquid in corpore: nec facile tranſire At uocibus iis uſus aliqñ in libris de re ruſtica Varro eſt: Scimus id quidẽ: nec Varronẽ in iis quæ docuit dãnamus: ſed quod aptius & certius in Dioſ. ad medicinã dici debuerat deſideramus Idẽ in Auellanis quod eſt: ἐπὶ βρεχομένου τοῦ βρέγματος parũ recte perfuſo capite tranſtulit Neq; enim βρέγμα caput græcis eſt: ſed anterior tñ eius capillata pars: ſi Galeno in anatome ſua credẽdum eſt: qui humani capitis partes deſcribens: ait. Tota igitur capitis moles totius corporis pars merito dicetur: Eius deinde partium quæ anterior ſupra ſupercilia capillis carẽs & glabra ab aure ad aurem extenditur frons uocatur. Quæ uero ſupra hanc uſq; ad uerticem capillo ueſtita eſt βρέγμα dicitur: quã latini ſinciput dixerunt: & hanc tñ partẽ nõ caput illini in pueris hic iubet ut nigreſcãt in oculis eorũ pupulæ. Adiecimus nos etiã ex antiquorũ codicum lectione & fide eodẽ hoc remedio denigrari capillũ. Et hæc pro iuglandibus & ponticis: ſiue ut Theophraſtus ab heraclea ponti ciuitate ſemper appellat heracleoticis nucibus dicta hactenus ſunt.

δύσπεπτον

βρέγμα

DIOS. DE MORO. Cap. c.lii.

m

Otean ſiue ſycaminean. Romani morũ dicunt. Nota oĩbus arbor morus eſt. Aluum ſoluunt poma eius: facillime corrumpuntur: & ſtomacho inimica ſunt. Præſtat eadem expreſſus ex eis ſuccus. Idẽ tamen in æneo uaſe

decoctus: aut insolatus adstringẽdi uim & naturã acquirit: additoq; illi exiguo melle facit ad destillationes: ad ea quæ pascendo serpunt: & tõsillarum inflãmationes. Augentur autem remedii huius uires additis alumine scissili: galla: myrrha: & croco. Itẽq; tamaricis semine: Iridis radice & thure. Tundũtur siccata acerba mora: & pro coriario frutice quem Rhum dicunt obsoniis p̃senti in cœliacis utilitate insperguntur. Decoquitur in aqua etiam radicis mori cortex: soluitq; aluum potum id decoctum: Lumbricos latos pellit: & contra potum aconitum succurrit. Medent̃ ambustis concisa mori folia & ex oleo illita. Decocta eadem in cœlesti aqua cum uitis & nigræ fici foliis capillum denigrant. Bibitur cyathi pondere contra phalangiotũ morsus ex foliis expressus succus. Corticis & foliorum mori decocto colluuntur utiliter in dolore dentes. Colligitur per messem præterea liquor circunfossa & secta radice arboris. Inueniturq; sequenti die in ea concretus. Utilis hic contra dentiũ dolores: Panos præterea discutit: & aluum purgat.

INTERPRES.

N On satis laudata quondam morus est: Nec quos habere poterat in nobis usus omnes nouit antiquitas: & si tardissime senescere hanc arborẽ ueteres dixerint: in nouissimis florere: primam sua maturare poma: montes & syluas fugere: ut nobiscũ in hortis & campestribus uiuat: carne & uinoso succo poma eius constare ut hominem pascat & potet: Unam nonnisi exacto frigore germinare: ideoq; sapientissimã arborẽ appellatam: quæ inconstantia ueris periclitari noluerit: & inexpectatis gelicidiis opes suas amittere: certissimo argumento tutius tunc nautis maria aperiri ostendens: q̃ quo tempore Hesiodus cecinit cum fici folia in arbore sua tanta se ostenderent. Quanta solo ingrediens cornix uestigia signat: Ex eiusdem materia paratum nobis igniarium: si ut fere matutino fit extinctis ignis hesterni reliquiis omnibus instaurandus iterum focus sit. In quem usum mutuo eius ligni attritu flãmam exteri dixerũt. Postremo pastorum religione consectatam nunquã nisi sanguineo eius pomi succo tinctis corporibus pana numen suum precibus & uotis ad suam: suiq; gregis opem inuocantium. Supererant n. maiores illi laudes & honestior ex foliis usus: quibus quadraginta fere diebus a uergiliarum exortu usq; ad solstitium pasti uermes notissimum nunc omnibus uellus conficiunt: quo principes quondam & magistratus ornabantur ut esset potestatis & honoris Insigne: nunc autem promiscuo usu ad plebem translatum in agris & solitudine sordere cœpit: tam facile ut Pindarus ait homini mellis etiã obrepit fastidium tamq; ad malos mores & luxuriam facilis lapsus & lubricum omnibus iter est. Nullibi sagacior natura deprehendetur: nec ars aliquid ab ea accæpisse uidebitur in quo ingeniosius laborauerit: si tam multas dum id uellus perficitur naturæ mutationes: & artis dum ad uitæ usus disponitur labores æstimemus: quæ omnia optabilem nobis arborem fecerunt: & in re rustica uitibus & oleis adeo prælatam ut uectigal iam cœperint folia eius esse: & annonam nostram nihilominus q̃ uitis & olea augeant. Præfertur tamen in hunc usum copia & teneritudine foliorum magis q̃ bonitate quæ candido pomo est: antiquis ut uidetur ignota: & in Italiam nonnisi sero translata: quando nec Theophrastus: Plinius ue: nec in disciplina ruris tot latini auctores aliqd de ea tradiderint: non relicturi in augenda domini re tam facilem simul & honestam quæstus rationem: si quod tã late nunc patet tractare & exercere ipsi etiam didicissent. Solus Naso: nisi forte indignum naturæ uideatur ex fabulosa poetarum historia ueritati eius fidem accedere: In Thisbes & Pyrami amoribus candidum in hac arbore pomum cognouit notissimos in quarto transformationum suarũ uersiculos canens. Conueniant ad busta Nini: lateantq; sub umbra Arboris: arbor ibi niueis uberrima pomis Ardua morus erat: Nec multo post. At tu quæ ramis arbor &c. Signa tene cædis: pullosque & luctibus aptos semper habe foetus &c. Tradiderunt etiam græci insitione ad hunc colorem profecisse hanc arborem: populoq; albæ insitam morum candido colore poma maturare: q̃ tamen id uerum sit peritioribus cognoscendum relinquatur: Nobis sui generis arbor hæc uidetur: tã multas habet corticis: materiæ: foliorum: & præter colorem totius pomi diuersas notas: quæ omnia lõgius dicta a nobis sunt: ut meminerint legentes quæ de moro pomisq; eius ab hoc & ab aliis traduntur de his priuatim dici quæ ultima maturitate sanguineo tantum intus succo nigrescũt: & nostra ætate passim adhuc Celsi mora appellantur. Omnemq; huius scriptoris medicinam ex hoc genere instrui. Pro qua quod statim a principio dictum a nobis est: facillime corrumpi mora, ad eorũ in stomacho cibum pertinere uidetur: & quod non multo post sequitur: facit ad destillationes: ea quæ pascendo serpunt: & tonsillarum inflammationes: totum ad unam oris partem referendum est: destillationesq; & quæ pascendo serpunt in ea tantum parte ut credimus intelligendæ sunt: Sic

Galenus: sic Paulus Aegineta: sic pleriq; alii testati sunt: simplex n. illic ζμυρνάτων uox est: sed con/iuncta aliis oris uitiis in eam partem facile trahi posse uidetur: preserim docente Plinio fieri ex pomo hoc stomaticem medicamentum quod ab ore sic appelletur quemadmodum ab arteria ar/teriace: quæ uoces unam oris tm̄ rõnem & partem indicant. Non præcæpit deinde Dios. ad augen/das medicamenti huius uires p̄ter multa alia adiiciendum illi esse; ut Barbarus uertit: pollinē tu/ris; sed simpliciter tus λιβανωτὸν. n. hic non μάννα λιβανωτοῦ dixit: quid autem turis māna & pollen sit diximus in ture longius. Quæ duo: quoniam eiusdem substantiæ sunt licet easdem habeant ui/res: remissius tamen eadem turi potest turis pollen; si huic certius de tota hac re in ture agenti cre dendum est. Quod uitium deinde & ut in satyra auditur insanabile cacoethes alicuius est: cū pos sit simpliciter & uere aliquid dicere; ut auribus & uoluptati legentium consulat pluribus & aliter q̄ oporteat aliquid doceat.

DIOS. DE Fico Aegyptia quem Sycomoron appellant. Cap. clxiii.

Ycomoron: sunt qui & Sycaminon appellent: Romani pariter græcis sycomoron uel sycaminon: aut ficum Aegyptiam uocant. Fructum fert arbori cognominē ideo sycomorū dictum q̄ ignaui gustus & saporis sit. Grādis hæc arbor ē fico similis: multo lactis liquore abundans: magna foliorum mori similitudine. Fructum fert ter: quaterue anno: non ramis ut fic⁹: sed caudice caprificis similem: ficorū grossulis dulciorem: & qui in interiore farcto nul/la qualia in fico sunt frumenta habet: nec nisi unguibus aut ferro scalpatur mature/scentem. Nascitur plurima hæc arbor in Caria: Rhodo aliisq; non adeo frugiferis locis: in caritate annonæ ob continuum quem profert fructum utilis. Bonam facit aluum fructus eius: noxius stomacho & minime nutrimenti est. Excipitur primo ue re liquor ex arbore anteq̄ fructum pferat: lapidibus summo cortice leniter cōtuso: nec destillat si altius contūdat & grauius. Colligitur aūt spongia lana ue pfluēs la/chryma: Seruaturq; in picato uase siccata: & in pastillos cōformata. Potest sycomo/ri liquor hic mollire: uulnera glutinare: & q̄ ægre maturant discutere. Bibit p̄terea & ungitur contra serpentium morsus: duratos lienes: stomachi dolores: & in accessi onibus febriū horrores. Celerrime teredinē sentit. Nascitur & in cypro sycomorus alia: & a prædicta specie diuersa. Vlmus. n. folia sycomori hēt: fructū fert pruno ma gnitudine æqualem; sed maiore suauitate. Cætera omnia p̄dictis similia haber.

INTERPRES.

Rediderunt Theophrastus & Plinius in Aegypto tm̄ nasci Sycomorū hanc Alter enim ub q; nō aliter eius meminit; q̄ ut dicat τὴν ἐν αἰγύπτῳ συκάμινον: aut αἰγυπτίαν συκάμινον Alter libro xiii capite vii. his uerbis de ea tradit Et in Aegypto multa arborum genera quæ non alibi: ante omnia ficus ob id Aegyptia cognominata: Arbor moro similis &c. Hic alibi ēt nasci tradu: priuatimq; Cariam & Rhodū numerat: & sacræ Christianorū litteræ in Iudæa nasci ēt testātur. Plinius alteram tm̄ unde eam appellaret: & eam meliorē naturā accæpit; moro. n. folio magnitudine & aspectu simılē; pomū uero qui prædulcis ficus sit ferentem arborē ficū tm̄ dixit. Græci ex utroq; sycomorū: quasi ficū simul & morū uel sycaminon. i. morum tm̄ dixerunt: ab illo nomen ex pomo: ab hoc & ab aliis ex arboris aspectu nomē factum est. Celsus accæpta a græcis uoce usus est: sycaminon aliqū: nonnunq̄ sycomoron appellans: & mutata nominis compositione morosycon etiā: nisi forte uitium in eo sit. Quod non multi faciendum est. Illud po tius in hoc scriptore quærendū: cur nā arboris huius pomū ob ignauū & inertē saporē sycomorū uocari dixerit. Is. n. eius partis sensus est καλεῖται δὲ καὶ ἀπ' αὐτῆς καρπὸς συκόμορον διὰ τὸ ἄωρον τῆς γεύσεως: ex quibus aperte indicatur non quia similis moro arbor hæc sit: nominis causam fuisse; sed quod languido & inerti sapore sentiatur: Et si id hoc sensu simpliciter excipiatur: non ab re pe nitus suspicari aliquis poterit non συκόμορον sed una tm̄ mutata littera συκόμωρον: quasi fatuam & stolidi saporis ficum appellandum sycomori fructū esse: Id enim prima producta μῶρον græcis si gnificat. Nos tñ id non probamus: credimusq; quod hic ait διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως. ad proprium eius pomi saporem referendum esse: qui in eo sit ut Plinius ait prædulcis & sine interioribus fru/

mentis seu granis qualia in ficis gratiore in cibo sensu sentiuntur: ingratus: sensum non excitet: & ni nia dulcedine fastidio magis q̃ nouæ uoluptatis titillatione edentes impleat: Qua saporis ignauia in ficorũ genere ob nimiã dulcedinẽ pleræq; etiã sunt. Estq; in hanc sententiã referendum qđ Plutarchus de Sylla & ab eo obsessis atheniensibus ait: q intra urbem clausi ex muris hominis ignauiæ male dicentes: nunc metellam quasi mulierem appellabant: nunc sic deridebant ut dicerent συκάμινον ἐσθ᾽ ὁ σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον. Quod est: Sycomorus Sylla est polenta maceratus: ignauo sapori ignauiore adiecto hominis ignauiã augentes. Quod dictũ deinde a nobis est: Caprificis similẽ ficorũ grossulis dulciorẽ fructũ suum ferre sycomorũ sic se habet ut quãtitate & figura caprificis similis sit: sapore aũt ficorũ grossis: qua uoce ueteres nondũ maturas ficos in sua arbore cõmuni significationis æstimatione dixerunt: priuatim tñ in bifera fico eas intellexerunt quæ p̃ messem maturantur: & his dulciores sycomori fructus esse Dios. ait. nam caprificorũ nunq̃ maturescetib⁹ grossis dulciores dici nõ poterant: sunt utriusq; in grossis significationis infinita pene ueterum testimonia: quæ inuenisse diligentioribus facile erit. Nos interim ex Theophrasto confirmabimus qđ hic ait Nec nisi unguibus aut ferro scalpatur maturescentẽ: simulq; necessitatis illius causam indicabimus. Eius lib. ẏ. de plantarũ causis uerba hæc sunt. Fert & in Aegypto sycaminus fructum non ramis sed caudice: foecũda & potens ut uidetur ad fœturã arbor. Indicatq; id q, auulsis foetib⁹ sæpius ex eodẽ loco parit. Non tñ egregie eos maturat nisi scalpantur: & ut præmonstratũ est oleo unguntur ob alimenti copiã: & eius facilem in poma concursum. Scarificatione. n. aliquid aufertur: & oleum unacũ sole calefaciens apertis pomis cocturã eorũ maturat. Nec monet hic scriptor ut Barbarus uertit ferreis scalpendum hoc pomũ: sed intercedente disiunctiua particula: aut humano ungue aut ferramento aliquo scarificandũ esse. Quod ex balsamo ille accæpit in quo & a Dios. & a Theophrasto præcipitur σιδηροῖς ὄνυξιν id agendũ esse: qm̃ in balsamo durities corticis non nisi ferramẽto aperiri posset. In sycomoro autẽ pomi tenerior cutis hominis ungue etiã scalpi possit. Sunt hæc sane humiliora: sed ad interpretationis fidẽ necessaria: & interpreti diligentius animaduertenda. Simile huic illud etiã est: quod ἄτροφον Diosc. dicit: & ille minimi cibi uertit cum nihil de cibo hic agat: sed de nutrimento. Græcis. n. ἄτροφον est quod nõ nutrit: & quo utentes in cibo homines parũ pficiunt: & ut Plinius sæpe dixit eum nõ sentiũt. Persuasit mox facile res ipsa: ut quod passim legitur. ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν καρποφορῆσαι νέαρον: Quod est excipitur autem liquor ex nouella arbore anteq̃ fructum proferat: primo uere ex meliorũ codicum fide instauraref: in quibus pro illo γέαρον ἔαρος πρώτου inuenitur Vero. n. similius est quotannis turgente iam ad fœturam & humore plena arbore liquorem colligi q̃ semel & ex nouella.

Grossi.

ἄτροφον Quod cibũ non sentit.

DIOS. DE Ficis. Cap. cliii.

Syca: Romani ficos & ficus utraq; declinatione dicunt. Ficorum duplex genus est: Satiuæ. n. & syluestres sunt. In satiuis maturæ recentesq; stomacho noxiæ: aluũ soluunt: sed facillime ab eis soluta cohibetur: Papulas & sudores prouocant: Sitim arcent: & calorem extingunt. Siccatæ quas caricas latini uocant corpus nutriunt: calefaciunt: sitim afferunt: bonam faciunt aluum: In stomachũ tñ & aluum destillationibus inimicæ. Eædẽ gutturi: faucibus: uesicæ & renibus amicæ. Vtiles & a longa ualitudine malo cutis colori: suspiriosis: comitialibus: & cutem subeuntibus aquis. Decoquũtur cum hissopo caricæ: purganturq; poto decocto illo pectoris uitia. Diutinis tussibus & antiquis pulmonũ uitiis accõmodatæ sunt. Aluũ molliunt cũ nitro & cnico tusæ: & in cibo sũptæ. Gargarissatur utiliter earũ decoctum contra fauciũ & tonsillarũ inflãmationes. Adduntur præterea malagmatis quæ farina hordeacea & hydrelæo conficiuntur. Adduntur & fœminarũ fomentis cũ fœnogræco: aut ptisana. Contra tormina utiliter clystere cum ruta decoctæ infunduntur. Quinetiã coctæ mox concisæ ad discutiendas durities illinuntur. Strumas & quas græci parotidas dicunt emolliunt: panos maturant: multoq; magis additis radice iridis: aut nitro: aut calce. Quinetiam crudæ: tusæq; cum prædictis eadem præstant. Repurgant cũ malicorio digitorũ pterygia. Cum atramento sutorio fluidis tibiarũ ulceribus: maleficis: nec facile in cicatricem coeuntibus medentur. In uino decoctæ additis absinthio & hordeacea farina: utiliter contra cutem subeuntes aquas illinuntur. Crematæ ceraq; coactæ pernionibus medentur. Crudæ eædẽ concisæq; additis coactisq; simul sinape aut nitro: mox

auribus inditæ incertos earum sonos sanant & pruritus. Siluestris & satiuæ fici lac animalium coaguli modo lac coagulat. Idem coagulatum aceti modo soluit. Est illi etiam exulcerandi & aperiendi uis: Aluũ soluit: Fœminarũ locos laxat: in quẽ usũ cũ tritis amygdalis bibitur. Menses idẽ trahit cũ gallinacei oui luteo aut tyrrhena cera appositum. Quinetiam podagris cum fœnograeci farina & aceto illinitur: Lepras præterea exterit impetigines sanat: asperã & discolorẽ ceu a sole cutem: uitiligines: scabies: manantia capitis ulcera: cunctaq; hæc cum polenta emendat. Succurrit & scorpionum ictibus uulneri instillatũ: canumq; morsibus: & omnibus q̃ morsu ictu ue uenenũ relinquunt. Prodest dentium doloribus lana eo madente & cauis eorũ indita: Formicas in uerrucarũ genere tollit adipe prius omni circa eam carne circumlita. Potest eadem ex teneris caprifici coliculis expressus succus cum nondum erumpente gẽma quasi prægnantes sunt. In quem usum tunduntur & exprimuntur: expressusq; succus in umbra siccatus seruatur. Est succo huic lacti par in exulcerando usus. Caprificorũ prærerea summi coliculi quos græci cradas dicunt bubulis carnibus in coquendo additi cocturam earũ adiuuant. Animalium lac etiam quod in coquendo pro rude ficulneo surculo miscebitur: maiores in soluendo uires acquiret. Ficorũ uero & caprificorum grossi: quos aliqui erineos.i.caprificos dicũt: densatas in corpore partes & strumas elixi & illiti emolliunt. In genere uerrucarum formicas & thymos additis farina & nitro illiti tollunt. Possunt idem & folia. Quæ etiam ex aceto addito nitro illita: capitis manantia ulcera: surfures & epinyctidas sanant. Fricantur his etiam ficosæ & asperæ oculorũ palpebræ. Illinuntur & uitiligines albæ nigræ fici foliis: summis ue coliculis quos cradas græci dicunt: Faciũt cum melle ad rabidi canis morsus & ad ulcera quos fauos nominant. Extrahunt caprificorum grossi cũ agrestis papaueris foliis ossa: cũ cera strumas soluunt. Cũ eruo & uino contra muris aranei morsus & scolopendras utiliter illinuntur. Fit crematis satiuæ & agrestis fici ramis ex relicto cinere lixiuia: oportetq; cinere sæpius eandem repetere: & repetitam inueterare: misceturq; tunc apte his quæ urendo sunt: & ĩ gangrenam transeuntibus prodest: Repurgat.n. & absumit quæ superabundant: Vtũturq; spongiam ea madentem continue imponentes. Sunt & in quibus clystere eã infudisse oporteat: ut in intestinorũ torminibus: & antiquis alui fluoribus: cuniculosis & profundis ulcerũ sinibus: purgat.n. glutinat & carne explet: nec minus concernit q̃ ea quæ cruentis uulneribus imponũtur. Bibitur & contra sanguinẽ in grumos coagulatũ: rupta: conuulsaq;: & his qui ex alto præcipitati fuerint cum cyatho aquæ recens per colum traiecta: & addito exiguo oleo. Quin etiam cœliacis: intestinorũq; torminibus cyathi pondere per se data succurrit. Inungitur præterea utiliter cum oleo conuulsis: & in neruorũ doloribus sudores proritans. Bibitur & cõtra eporum gypsum: & phalangiorũ morsus. Præstant idem & ex aliorũ lignorũ cineribus factæ lixiuiæ: preferrimq; ex robore: oẽs.n. adstringendi uim habent.

INTERPRES.

Thrion folium fici

Q Vis facile credat: & cũ uideat non merito miretur? nocere arbori tantopere potuisse librariorũ incuriam: & tẽporũ iniurias? Cuius foliũ ob asperitatẽ suã ueteres græci thrion appellauerint: Cuius materia tã copioso tamq; acri lacte abundet ut incensa acerrimũ omniũ aliorũ fumũ ex se mittat: & cuius cinere ob eandẽ acrimoniã facta lixiuia oium in purgando efficacissima fit. Quodq; magis adhuc miretur aliquis cũ cæteræ omnes arbores ante nouã fœturã floreant: sola hæc sine flore nouos proferat fœtus. Et si ueteres testati de ea uera sunt quæ nunquam fulmine percutiatur. Quod nõ nisi amaritudine & malo materiæ eius habitu fieri põt. Quæ.n. huiuscemodi sunt iniurias cœli illas nõ sentiũt: quales phocarũ & hyenarũ

pelles: & in arboribus aliquæ etiã aliæ traduntur. Debuerat ob has causas necessitudinis sibi repugnare ficus: nec minus q̃ in natura in scriptore hoc integra & incolumis seruari: & qua uoluptate lautitatem & mensas nr̃as quotannis auget: æqua fœlicitate medicinã et instruere. Sed grauis ignorantiæ labes est; nec bonis artibus quicquam æque q̃ negligentia nocet. Quod sæpe alias in hoc opere a nobis deprehensum in hoc capite manibus tenetur: In quo a principio statim perit uniuersa huius arboris prima & necessaria in satiuã & siluestrẽ diuisio quã nos ex meliorum codicũ lectione & fide instaurauimus. In quibus proposito semel duplici eius genere cõtinuũ ut nos uertimus totum hoc caput adhuc legit: neq; abre qñ unius ueluti corporis mẽbra quædã sunt quæ de caprifico: grossis: luxuria & plerisq; aliis ab hoc docentur: nõ diuidẽda: sed cõtinuata historia legenda & tractanda oĩa: qm̃ totius naturá partes sequuntur: & species a genere suo non bene diuelluntur. Fecerunt id sibi cõmodisq; suis tantũ consulentes antiqui & iuniores aliqui: ne in alicuius partis disciplina & usu totũ percurrere corpus cogerent. Quod sane indulgendũ illis fuerat si maiore diligentia in cæteris usi incorruptas scriptoris huius uoces aliquas seruassent: qualis prima legentibus illic occurrit ubi hic docet: mollire auũ tusas ficos cum nitro & croco: malo & contrario huic scriptori in aliis sensu: Neq; n. croco sed cnico legendũ est. Quid aũt Cnicus sit in quarto certius docebitur: ex quo loco emendandæ huius uocis ratio a nobis accepta est: Cui accedente probatioris mihi codicis fide in quo manifeste legitur μετὰ νίτρου καὶ κνίκου intrepide & ut uidetur tuto mutata uox illa a nobis & pro croco cnicus restitutus est: fuisseq; hanc ueterem huius loci lectionem Serapionem indicat dicens: Et qñ teruntur cum nitro & carthamo laxãt uẽtrem &c. Carthamũ autẽ ille quem græci Cnicon appellãt. Sequitur nõ multo post corruptior locus: & in quo restituendo laborandum magis nobis fuerit. Is passim legitur. λεῖα δὲ ὠμὰ σὺν νάπυϊ ὑγρῷ ἀναληφθέντα καὶ ἐντεθέντα ὠτίοις ἤχους κνησμοὺς θεραπεύει quarũ uocũ si uerbũ de uerbo uertas hic sensus est. Crudæ aũt tusæq; & cum liquido synapi coactæ: auribus inditæ tinnitus earũ & pruritus sanant. At liquidũ sinape nullib. legitur. Ex eo laterere uitium in uoce illa ὑγρῷ ursum nobis est: diligẽtiusq; rẽ erus cantes deprehendimus non ὑγρῷ quod liquidũ: sed νίτρῳ quod certæ rei genus significat legendũ esse. Alteratq; duo remedia Diosc. & aut Synape aut nitro cõtra aurium sonores & sibila utẽdum esse iubet. Fueruntq; mihi emendationis huius auctores hic ipse in nitro Et Paulus Aegineta in aurium sonoribus; omnes cõtra hoc malũ nitro utentes. Diosc. lib. iiii. de eo agens his uerbis re-
medium docet: ἐμφυσήματα ὤτων καὶ ἤχους ὤτων ἰᾶται Quod est. Inflationes aure & aurium tinnitus
sanat nitrũ. Paulus uero Aegineta longius sic uti iubet. Cõtra aũt diutinos aurium tinnitus qui ex
crassis & lentis humoribus fiunt: cognosces aũt id &c aceto nitro & melle ureris. Sinape aũt curari
id malũ hic ipse in Sinape manifeste constituit: Sunt q; eius hæc uerba: δυσηκοΐας τε καὶ ἤχους λεῖ-
ον ἐνσταζόμενον τῷ ἀκοῇ μετὰ σύκου ὠφελεῖ. i. d' sic uertat aliquis. Grauitati aũt aurium: earũq; tinni-
tibus tusum sinape & cum fico auribus inditũ medetur. Ex his ut patet ratiocinari facile est: siue
synape siue nitro aliquis utatur: carnemq; ficiũ alterutro cogerit: & auribus indiderit earum huic
malo obuiam iturũ. Idq; debuerat Barbarus animaduertisse: nec mutato huius scriptoris sensu & præcepto dicere: Triæ crudæ cũ synapi & in liquore aliquo auribus inditæ sonores earũ &c. Nulla n. illic uox est quæ aliqd significet: nec tritas ficos sed contusas dicit: & participiũ ἐντεθέντα quo in remedii huius obseruatione Diosc usus est liquidis accõmodari nõ potest: nec nisi immissionem: ut sic loquamur significat: quæ diuersa penitus ab instillatiõe est qua in liquidis tantum utimur. Suspicamur præterea aliud huic cõiunctum uitiũ esse: & quod legitur κνησμοὺς. i. pruritus: non sic sed συριγμοὺς sibila aut tinnitus. i. legendũ esse: quod auriũ propriũ malũ est. Nãp; uritũ ut in genere mali κνησμὸν græci dicunt in auribus fieri non satis certũ mihi est. Cumq; duobus earũ uitiis: sincerius sonis & sibilis cõia plerũq; remedia in medicina sint. nõ male forsitan cogitauerit aliqs ex altera alterã factã esse uocẽ. Id nos tñ monemus: nã in cõi omniũ lectione nihil mutatum a nobis est. Quod erat deinde ἑλκτικὸς q̃ ἑλκωτικὸς legi oporteret: ficulneũ lac exulcerandi uim habere diximus. In grossis deinde arboris huius utrũq; genus cõplexi ex ueterum & meliorum codicũ fide: ficorum & caprificorum adiecimus. Vtriusq; n. arboris incipientẽ & immaturum fructum ὄλυνθον græci aliqui appellant: præcipueq; Paulus Aegineta: qui de strumis agẽs ait ὄλυνθοι ἄγριοι καὶ ἥμεροι: á aliogn in caprificis ὄλυνθοι plerũq; dicunt. Quod nõ multo post erat ἐρινεοῦ ς
τῆς μελαίνης συκῆς φύλλοις ἢ τοῖς κλάδοις: Quod est nigræ fici foliis aut ramis &c. a nobis redditũ
est nigræ fici foliis summisue coliculis quos cradas græci uocant. Sic. n. in melioribus græcis legi-
tur: & res ipsa id exigit: nõ enim impositis ramis exteri pñt uitiligines. Cradas aũt in fico græci di-
xerunt auctore Theophrasto & aliis græcis ut in olea thallum: summos ramorum coliculos tene- rioresq; nec a foliis teneritudine sua magnopere diuersos; & his non ramis qui duritie sua concidi contundi ue nequeunt: siccitateq; sua nullum possunt in his habere usum exterẽ uitiligines Diosc. ait. Non tacebimus & illud relinquere nos cogitandũ medicis quonã modo hic dixerit arcere sitim ficos & calorẽ extinguere: & quẽ nã hic calorẽ intellexerit. Plinius in hac ipsa re ait sitim sedãt calorem refrigerãt: ob id non negandæ in febribus cõstrictis quas ἐγγὰς dicunt. i. nihil humoris remittente. Laudauit in senectutis cibo recentes ficos & caricas magnopere Paulus Aegineta lib. primo capite quo agit de senũ uictu. Nõ possumus tamen Barbari editionẽ damnare; in qua quod

Cradæ in fico.

a Dios. dicitur καὶ τὸ γάλα δὲ λυτικώτερον ἐν τῷ ἑψῆσθαι κινούμενον ἀντὶ σπάθης αὐταῖς, παραξυ-ζουσιν latine legatur surculo quoq; earum uice spathæ utendo lac dilutius coagulatur in caseum. Res enim simul & uoces huius scriptoris: contra ea quæ alibi hic ipse præcæpit & docuit redditæ sunt; nec ratiocinari facile est unde uir alioquin doctissimus eum concæperit sensum. Subitq; animum aliquando aut non esse hanc Barbari editionem tantopere iactatam: aut qui eã curauerunt famæ nominiq; eius negligenter consuluisse. Quod autem in his dicimus sic se habet. Mollire aluum omne lac Dios. in lacte ait: mox ibidem ad conficiendum lac quod græci schiston dicũt: de quo suo loco certius agemus, iubet in fictili nouo igni admotum lac dum feruet nuper cæso ex arbore ficulneo surculo misceri: eaq; ratiõe caseum a sero facillime separari. Docet idem & Plinius lib. xxyiii. capite nono his uerbis: Fictili nouo feruet maxime caprinum ramisq; ficulneis recentibus miscetur; & ne longiores simus in fine primi libri Paulus Aegineta: ad deiectionem alui eadẽ coctura disponi lac iubet. Ex quibus pro comperto illud tenere oportet: mollire aluum omne lac & ad maiorẽ alui deiectiõem coqui & dũ coqtur p̃ter alia ficulneo surculo misceri: Cõuenitq; in ea re & sibi & aliis Dios. monet: lac quod in coctura pro rude siue spatha ficulneis cradis. i. surculis miscebitur: maiores ad soluendum uires acquirere: nullaq; est illic casei uox: nulla quæ dilutum lac; nulla quæ coagulare significet. Quinetiam comparatiuum λυτικώτερον actionem habet: λυτικὰ enim dicuntur in græcis quæ ad soluendum: non quæ solui apta sunt. Differunt autẽ tantopere a uero sensu: quæ ille reddidit ut non uerear iterum dicere non credere me in ea parte Barbarum audire. Patebit quod modo dicimus omnibus certius cum in secundo uolumine de omni lacte agetur. Interim legẽtes breuiter monebimus asperas & ficosas palpebras dici quas Galenus in Isagoge sua his uerbis descripsit σύκωσιν quasi ficationem alterum ex illis malum græci facto a similitudine nomine appellant; fitq; cum ex interiore parte intumuerint palpebræ excreuitq; illic carni aliquid simile ex quo difficile mouetur oculus. Asperæ autẽ palpebræ sunt: quotiens inuersæ non aliter q̃ a sanguine rubent: fiuntq; asperiores: carnosiores: & ut in fico exiguis quasi frumentis conspersæ.

Asperæ & ficosæ palpebræ σύκωσις.

DIOS. DE PERSEA ARBORE. Cap. c.ly.

p Ersean. Romani pariter græcis Perseã siue Persicã dicunt. Aegypti arbor persea est: fructum fert stomacho accõmodatum: & qui edendo sit: in quo phalangia inueniuntur quæ cranocolapta dicũt: preserrimq; in Thebaide Aegypti parte. Possunt folia siccata tum trita: & inspersa sanguinis eruptiones sistere. Retulerunt quidam letalem in perside hanc arborem esse: translatam deinde in Aegyptum mutata natura salubrem & edendo factam fuisse.

INTERPRES.

d Iximus de arbore hac non multo cum de persicis malis ageremus: neq; est quod nunc addere cogitauerimus præterq̃ posse omnem huius arboris historiã uolentes a Theophrasto audire; qui non longe a principio quarti libri absolutam eius picturam tradidit: in qua plura sunt quæ nostrati persicæ eadem sunt; aliqua nihil nostris idem aut simile habent. Inclinatq; nobis animus: ut tunc etiam diximus: genere eãdem: specie diuersam nostratem ab Aegyptia esse: de qua tantum ueteres egerunt nec unquam perseæ meminerunt quin eam Aegypti propriam arborem esse dicerent: illincq; rhodum primo translatam & in ea insula adhuc fructũ ferre: Grauis præterea huiusce rei testis & auctor in carmine suo Columella est: qui de annuis pomis per tempora agens: post mora: præcoques ficos: armeniaca & damascena subiecit statim. Stipari calathos pomis quæ barbari persis: Miserat ut fama est patriis armata uenenis: At nunc expositi paruo discrimine læti Ambrosios præbent succos oblita nocendi: Idem quod hic ait lætalem in perside quondam creditam hanc esse arborem: mox amissa nocendi ui amabiles omnibus proferre fructus. Quod etiam Plutarchus in Iside & osyride ait sacram in Aegypto Isidi & gratam hanc arborem fuisse; q. pomum eius humani cordis figura: folium uero linguæ: quorum altero concipitur: altero enuntiatur sapientia nostratis persicæ iconiã imaginem indicat; quando sunt & in persicorum genere quæ oblongiora in turbinatum mucronem desinunt. Nec obstat quod idem Columella statim subiecit. Quinetiam eiusdem gentis de nomine dicta: Exiguo properant mitescere persica malo: de præcoquis enim in eodem genere pomis nunc etiam notissimis intelligi id potest.

DIOS. DE HIBERIDE. Cap. c.lyi.

h Iberida siue Cardamanticẽ. Romani pariter græcis Hiberida appellãt. Nasturcio similia habet hiberis folia: uere tñ speciosiora q̃ nasturcii sũt. Cubitali lõgitudine herba est; & aliqñ minore. Nascitur locis incultis:

florem æstate lacteū profert: quo tempore efficaciorem habet usum. habet prætererea radices duas nasturcio similes: quæ calefaciendo & urendo sint. Probantur radices hæ contra coxendicis dolores emplastri modo cum salso suillo adipe quatuor horis illitæ. Post quod tempus qui id fecerit in balneum descendat: & lana ex oleo locum inungat.

INTERPRES.

Et qualis nec cur sic dicta Hiberis hæc fuerit ꝑ comperto nobis adhuc est: Variant.n. in historia & nom.ne eius antiquissimi scriptores. Si Pliniū audiamus sui generis herba erit a Seruilio Democrate primū inuēta; & in usum medicinæ recæpta: Si Galenū sola appellatōe a lepidio differt. Si Paulum Aeginetam quo loco agit de coxendicis curatione: nota sibi quidē herba erit: sed uago nūc ad nasturciū nunc ad lepidiū nomine quod nō aliunde q̄ aut figuræ aut uiriū similitudine fit. Verba eius hæc sunt Restituit in integrū postremo coxendices hiberidis herbæ usus; quā aliqui lepidion; aliqui agreste nasturciū uocant. Mox quasi nō unū genus esset subiecit Quæ uero apud nos nascitur fruticosa laurino folio multoq; q̄ lauri maiore facto piculo nō solū in coxendicū doloribus uerū in diuturnis aliis malis utilissima deprehensa est. Dixit idē æstate efficaciorē esse: & cū per hyemē desint folia cortice radicis tuso & in emplastrum cum suillo adipe coacto idē præstari remediū. Suntq; ne longiores simus omnibus in medicina oia eadē. In historia aūt & appellatione diuersa. Hic n.in nasturcio hiberida etiā nasturciū uocari ait: Et Apuleius quicūq; ille fuit i libello quē de aliquot herbis scripsit: inter nasturcii appellationes hiberida ēnumerat Nobis inclinat animus ut eandē aut eiusdem generem saltē nasturcio esse credamus; nominisq; tm̄ discrimen esse: aut si a cōi & uoto oibus nasturcio uariet nō aliter id fieri q̄ solēt diuersis locis nūc ꝓceriores; nunc breuiores: nūc comosiores: nūc minus comosæ: nunc aliis inter se huiuscemodi notis differre plātæ: qbus quadātenus mutata specie gen⁹ idē seruet. Vtimurq; in eo hac coniectura: q̧ hic hiberida cardamāticē uocari dicit nihilo pene mutata a nasturcio appellatione q̧ Paulus Aegineta in simplicibus suis hiberidis nō meminit non relicturus eā si proprium genus haberet: q̧ hic nasturciū hiberidē uocari etiam dicit: quod & Apuleius ille confirmat, Multoq; magis q̧ nō uidetur legitimus hic locus herbæ inter maiores arbores esse: nec aliū in medicina honorē illi Dios. hoc loco q̄ coxendicū curationem assignauit quæ præcipua nasturcii est. Credimulq; impudenter irrepsisse in hāc partem hoc caput; qualia in toto hoc opere pleraq; alia: Priuatimq; quod in imp̄ssio codice hiberidē statim sequitur Solani Alicaccabi caput: de quo nihil agendum hoc loco erat: cum in quarto de omni genere eius longius ab hoc ipso doceatur. Indicantq; id meliores græcorum codices in quibus nullum est in hac parte Solani caput; In oīum autem mihi ꝓbatissimo nec Hiberidis etiā hiberidem tm̄ recipimus; sed in nasturcii genere & ob id cum suo genere tractandā. Quod totum diligentius animaduertisse interpretes alii debuerāt: & in hiberide nihil ex Plinio addere. Neq; n in Dioscoride legitur quod alter ait floret semper: & quod ἀειθαλὲς ille uocat; nō ad flores sed folia referendum est. Facillime quod dicimus intelligent græcarum litterarum peritiores.

¶ Et hæc ꝓ his quæ primo uolumine cōplexus Dios. est dicta hactenus a nobis sint. Quibus absolutis ad animalia: eorum partes: frumentacea; & quæ multa alia secundo uolumine cōtinentur transeundum statim erat. Nec nos id distulissemus: nisi q cōmentantibus hæc nobis Hermolai Barbari super hac ipsa re Corollariū Venetiis impressum celebertime ediderāt eadem hæc iā imprimentibus; quē ille reliquerat latinū a se factum Dios. eadē celeritate imprimi; & imp̄ssum edi iubentes cōmentatiōis huius nr̄æ cursum ad adiicienda extremo uolumini aliqua q nōdum inceptā impressione suis locis dicenda fuerāt distraxissent: Nec paruo labore cogerent ab ope & ingenio nr̄o discedentes q totum hoc opus iāpridem clausisse optamus: & aliorum studiis laboribusq; fauere semp consueuimus; optatā laboris nr̄i finem differre: & homini cuius memoriā semp coluimus ultra q̄ forte æquū multis uidebitur aduersari. In quo quantum studio ꝯsilioq; eorum afficimur & deferimus: fraterne.n multaq; pietate defuncti hominis honori & famæ consuluerunt iā tum dolemus labori hactenus suscæpto additū laborē aliū: haud sane leuē & paruifaciendū In quo & si ꝓbare facillimū fuerit q̄ dicenda erunt; non deerunt tm̄ ubiq; q maledicendi potius studio q̄ necessitate aliq̄ agendum hoc suscæpisse me dicant: turpiterq; & impie nō resp̄ōsuri hominis manes uexare: cū tn̄ nullius in toto hoc opere consilii conscius mihi ipse sim q̄ ꝓ salute hominis: de qua (ut in satyra auditur) nulla unq̄ contatio & discæptatio lōga est. Cūq; eo animo a principio rem agendā suscæperim eodē in ea usq; ad exitū occupabor. Nec me pigebit aliqn̄ ut certi unum aut alterum in hoc scriptore tm̄ pateat: maledictis oium & inuidiæ me exposuisse. Illa.n.fumi modo ut speramus cito euanescent: Siqd autem ad eā rem apte dictū fuerit nō .ō minus placebit: Sed quod experientia in cunctis ostendit; tempore inualescet. Cur.n. desperādum alicui post hac sit quod multis in litterarum tenebris & sordibus facile hactenus cōtigit: ut ametur & in honore usq; aliquo sit; q ut in hoc scriptore certior uolentibus & aptior ubiq; inueniatur: nō reiciēt

neq; ægre ferent descripta a nobis deinceps quæ primo uolumine hoc eadẽ illi & mihi nõ sunt: nõ oia: Longius. n. id fuerit: sed ea tñ: quibus nõ eodẽ modo intellectis misceri medicinã: & eius remedia oporteret. In quibus nullã fore nobis ambitionẽ aut maledicendi studiũ itẽq; conscientiã nostrã testamur. Erit q; illud primũ quod in Iride hic ait ꝓbari inter cætera μὴ γονατίζουσαν. Quã uocẽ Barbarus ad odorẽ retulit dicens: Olfactu sincero non madido &c. Cum in odore nulla huiuscemodi diuersitas inueniatur. Habet quidẽ odor sua discrimina: sed quod hactenus ipse inuenerim odorẽ madidũ nullus inter cæteros odores numerauit. Sermonis præterea series: & qui illic est uerboꝝ ductus ad Iridem nõ ad odorẽ eius referendã eã uocem esse ostendit. Omnes enim in recto casu qualitates illæ numerantur: & in eodem νοτίζουσα: quod est ut nos uertimus: humore non lentescẽs Iris. s. nõ odor eius.

In Iride. μὴ γονατίζουσα. Odor madidus.

In Acoro.

¶ Sequuntur in Acoro dein duo quoq; alteꝝ ad menses & muliebria illa pertinet quæ eodẽ capite a nobis in cõmentationibus nostris descripta longius sunt: desideria mulieꝝ ab eo dicta. cõmunio re maioris q; ambitus desiderioꝝ uoce uso q̃ in re nota oportebat. πρὸς τὰ γυναικεῖα enim Diosc. ait: quã uocẽ menses significare satis eodẽ loco dictũ est. Sed nescientes ab illo desideria appellanda esse τὰ γυναικεῖα certioribus inditiis ostendere rẽ neglegimus. Afferri. n. poterat ab omnibus lanis mulieꝝ mẽsibus mederi Acoꝝ dici. Et Theophrastũ præter ea quæ tũc dicta a nobis sunt lib. viii. de plantarũ historia de montano Apio agentẽ his uerbis utile mensibus fœminaꝝ dixisse δίδοασι δὲ τρύγην ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ τῶν γυναικείων χάριν quod est. Dant q; in uino austero muliebriũ cã. Quã uim Diosc. hic certius indicauit dicens: δύναμιν δὲ ἔχει ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα οὐρητικὴν ποιεῖται ἐν οἴνῳ δ' ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα. i. ciendi urinã uires habent semen & radix in uino pota: trahit & menses. Qualia q; ad hanc rem testimonia hæc sunt: talia & multa alia afferri poterant. Siquidẽ Aristoteles multis locis presertim q; libro septimo de animaliũ historia nõ aliter menses fœminaꝝ uocat: sed festinamus: illud tantũ monentes nimis incertã habere rationẽ & inutiliter medicinæ doceri quæ sic indicentur ut tractari nequeãt. Quæ. n. fœminaꝝ desideria curabit medicus? fœturæ ne? an ueneris an ad alios appetitus? Late patet desiderioꝝ nomẽ. possunt q; tã multa & ea a fœminis desiderari quibus nulla medicina satis erit. Eadẽ hac dicendi ratione usus & in Panace tertio uolumine est: in quo quod a Diosc. dicitur misceri κεφαλικαῖς δυνάμεσι: ut ille intellexit remediis q̃ contra Cephaleã: dolorẽ s. capitis illum permanentẽ descriptũ in hoc ipso opere a nobis desideriis capitis eadẽ incertitudine uertit: Scimus quidẽ & nos ubi desideretur aliquid: illic etiã deficere aliquid & ubi deficiat sanitas desiderari remediũ. Sed quod pauloante dictum a nobis est nihil: aut incerte doceri quod ad rẽ certã certe doceri opus erat.

γυναικεῖα. Muliebria. Desideriũ mulierum.

¶ Coniunctũ huic est quod Diosc. ait cõferre Acoꝝ πρὸς τοὺς θηριοδήκτους: & a Barbaro uersum est: Bestiarum percussibus: a nobis uero uenenatoꝝ morsibus: non paruo ut uĩ inter bestias & uenenata discrimine: si antiquã de bestiis in latinis. θηρίων uero in medicina significationis æstimationẽ sequi hæc docentes oporteat. Nõ est nobis cũ Barbaro de his tñ certamen sed cũ antiquissimo & multi in re latina nominis scriptore. Plinio: qui toto opere de naturali historia quos græci & hic scriptor θηριοδήκτους uocant sæpenumero bestiarũ morsus. uulnera: & ictus: sæpe uenenatoꝝ nõnunq serpentiũ reddidit: nullibi idẽ: nec minus sibi ipsi constans. Cũ tamen iudicio nostro nihil in doctrinis & artibus maiore periculo fiat q̃ uariatis uocibus legentium animos præsenti semper idẽ ne an aliud sit de quo agit dubitatione suspendere. Quam ob cãm non fuerit ut spero inutile breuẽ de latinoꝝ bestiis græcorũq; & priuatim medicinæ θηρίοις quã ipsi obseruauimus rationẽ legentibus ostendisse. Primumq; de latinoꝝ bestiis agemus quas in antiqua historia: Romanisq; iureconsultis: quibus in ꝓprietate candoreq; latini sermonis nõ minus q Plinio deferendũ esse nos credimus: dici & haberi obseruauimus: quæ ob naturalẽ ferociã disciplina & imperio hominis mansuefieri penitus: & illi ex se usum præbere nequeunt: quales in solitudine & siluis agentes oẽs sunt: Vrsi: Leones: Lupi & siquod aliud simile his solitariũ & maleficũ homini animal ẽ. Ab his Bestiarii in spectaculoꝝ historia dicti sunt: qui in theatrũ descendentes huiuscemodi feris cõgrederentur: Quod quotidianũ in maiore illa Romani imperii fortuna spectaculũ fuit. His nõ serpentibus aut uenenatis obiiciebãtur ad bestias damnati: ut sceleris eoꝝ pœna simul & plebi spectaculũ fieret id genus mortis. Omniũ postremo apertissime iureconsulti id ostenderunt. Quoꝝ titulo si quadrupes pauperiem fecisse dicatur ad hanc rẽ uerba sunt. In bestiis aũt ꝓpter naturalẽ feritatẽ actio hæc locũ nõ habet: ideoq; si ursus fugit & sic nocuit nõ potest dominꝰ conueniri. Nihil ad id quod quærimus eoꝝ decreto certius in quo a quadrupede bestia sola feritate separatur & in bestiarũ censu ursus nominatur: cui similia alia bestiaꝝ appellatione intelligi uoluerunt. Et hæc pro latinoꝝ bestiis dicta satis hactenus sint. De græcoꝝ uero θηρίοις quæ Plinius & Pliniũ secuti Romanoꝝ bestiis respondere uoluerũt: nouisse illud oportet. Vocare græcoꝝ scriptores presertim q; poetas: in siluis agentes feras quadrupedes θῆρας: priuatim q; Leonẽ aliqñ ea uoce in eis significari: Patet q; id græcaꝝ literaꝝ peritis. Nec tñ in significatiõe hac græcoꝝ poetæ ea uoce usi sunt: ueꝝ Plutarchus in Popeio & in eiꝰ Theatri dedicatiõe dedisse eũ populo ait θηρίων ἁμίλλας idest bestiaꝝ pugnas & certamina in quibus πεντακόσιοι λέοντες ἀνῃρέθησαν. i. quingenti Leones interfecti fuerunt: manifesto argumento non significare θῆρας nisi ex hoc genere & censu feras. Has

θηριοδήκτους. Bestiarum percussus. In Acoro.

θηρία. Bestiæ.

ipsas feras iidē græci neutro genere θηρία etiā uocant: Idq; tā late & manifeste patet ut nihil in poetis aliisq; coꝝ scriptoribus frequentius inueniatur. Nec nos in manifesta re auctoritatibus cōmentationes has nostras sine necessitate augere uolumus. Conueniunt hactenus græci latiniq; scriptores. Quodq; his bestiæ: illis θῆρες & θηρία sunt: in siluis & solitudine agentes: & ob naturalē ferociā homini nocentes nec nisi ui coactæ imperia eius accipientes quadrupedes. Fuitq; & adhuc est in utraq; gente suæ uocis quottidiana & cōis hæc significatio. Græcoꝝ medici tñ & qui de uenenatis in ea gente egerunt: quod neglexerunt aut nō licuit latinis facere alterā ex uocibus illis suis θηρία. s. relicta tñ illi in cæteris scriptoribus antiqua significatione ad ꝓpriū genus coꝝ contraxerunt: quæ ictu aut morsu uenenum relinquunt. Vocauerintq; θηρία & in comentariis suis ea animalia intelligi uoluerunt: quæ nō minus sed aliter q̄ quadrupedes illæ ferociores homini nocent. Quāq; unguibus & morsu Leo: dente Lupus & utroq; telo Ursus mortē afferunt: tantulo ictu aut morsu eadē hæc facerent. Vnaq; hac ratione Nicander Theriaca opus suū inscripsit: nō quia de maioribus q̄drupedibus illis sed de uenenatis omnibus in eo doceret: Nec aliter toto opere θηρία uoluit intelligi. Hoc tñ contēplati ueteres græcorū medici Theriaca antidota appellauerunt: nō quæ morsibus aut sectionibus Leonū sed quæ uenenatoꝝ aialiū maleficio aduersatur. Sic Paulus Aegeneta oēsq; alii græcoꝝ medici ea uoce usi sunt: nec aliter hic scriptor aliud ue intelligens tā multis locis θηριοδήκτους mederi hoc aut illud ait. Possemus infinitis pene ueterum dictis quod dicimus cōfirmare: sed in manifesta re cōstituisse hoc satis sit. Nō ergo sic græcoꝝ medicis θηρία quod latinis bestiæ sunt: illa ueneni sui ui & maleficio: hæ solo uulnere homini nocent: grauiq; periculo cū uenenatis misceri bestias. Hæ n. siue momorderint: siue secuerint: siue cōtuderint nullā nisi ex uulnere noxā relinquūt: quæ cōmuni alioꝝ uulnerū curatione curanda erit. Illa uero quod minus nihil ue noceat morsu aut ictu uulnus inferunt: quod uero mortē faciat uenenū est: cuius uis ut hic in V. dicet φθοροποιός .i. corruptionē faciens per uulnus secta cute ad interiora delabēs alia ratione nocet. Ideoq; aliis curanda medicamentis: Inter quæ & Acorus ab hoc scriptore numeratur: de qua Plinius libro. xxv. capite. xi. agens his uerbis ad uenenata rē contraxit. Vis ei ad excalefaciendū extenuādumq; efficax: contra suffusiones & caligines oculoꝝ succo eius poto: contraq; serpentes. Serpētes appellat Plinius quos hic θηριοδήκτους & græcoꝝ medici omnes alii θηρία uocant. Quē debuerat sequi Barbarus nec cum bestiis latinoꝝ græcoꝝ θηρία confundere. At idē Plinius bestias & bestiaꝝ morsus & ictus totū hoc maleficiū sæpe appellat. Scimus id quidē & obseruauimus: Veruntamē idē serpētes aliqñ: aliqñ etiā uenenata totū hoc genus appellat. Nec uolumus nos modo cōtra Plinium agere. Illud ex cōi uita & quottidianis hominū actionibus dixisse satis erit: ex quo græcam θηρίων uocē uaga interpretatione modo bestias: mō uenenata mō serpentes ille reddidit: cæteri uō oēs: præsertimq; græci certā in re certa significationē secuti eodē mō semper eā indicauerūt: amandas ab omnibus Plinii magis eas esse uoces: in quibus rei & sibi & aliis cōuenit. q̄ eas in quibus nec rei nec sibi nec aliis. Lōgius dicta a nobis ideo hæc sunt: qm̄ frequēs θηρίων & θηριοδήκτων huic scriptori uox est: utiturq; in ea Barbarus plerunq; bestiaꝝ appellatione ne dubitare legētes cogantur quales bestiæ illæ sint: & cur nos ꝑ eis uenenata ubiq; uerterimus rē simul & rei necessitatē secuti.

In Cypero. Folia porracea.

Non multo ꝓcul ab his in Cypero est qđ contraria Dioscoridi in historia iunci illius descriptionē duobus locis ostendit. Siquidē in eo legitur φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια πράσῳ μακρότερα δὲ καὶ ἰσχνότερα: quod est: Folia porro similia habet: longiora tñ gracilioraq;. Barbarus quod sane demiramur uertit. Folia ei porraceis longiora exilioraq; sunt. Non n. sic uoces suas cōcipit Dios. ut porraceis tñ longiora exilioraq; Cyperi folia dicat: sed tota primū folia porraceis cōparat: similia illis esse dicēs: mox quia nihil tā simile in natura est ut non aliquo discrimine uarietur: exceptione usus in ea similitudine ait: longiora tñ illis & graciliora esse. Leuia hæc forte alicui uidebuntur: nec nos negamus: sed in plantaꝝ descriptionibus ut in pictura quæ uiuētis adhuc hominis iconiā imaginē relatura sit: nusq̄ a natura discedendum est: neq; ut speciosior eius facies uideatur relinquenda lentigo & dissimulandus neuus: quo uno a gentilibus suis q̄ pingitur maxime discernet.

In Cypero. Radices oliuæ.

Legitur eodē capite nec multo post ῥίζαι δ' ὑπεισιν ὧν κέχρηται χρῆσις ὥσπερ ἐπιμήκεις ἐλαίαις ὅμοια ... ἑαυταῖς &c. Quoꝝ sensus est. Radices quaꝝ usus est oblongæ oliuis similes habet. Barbarus aūt longe aliter uertit dicens Radices oliuæ: quaꝝ in medicina usus oblongæ &c. Separauit n. ab oliuis longitudinē quā illis Dios. coniunxerat ostendens: in longitudinē rotūdas & oliuis similes Cyperi radices esse. Potuit hic opus eius exscribentium lapsus esse: ueruntamen grauis & ob eandem causam non negligendus.

In Cardamomo. Virtus feruens.

Idem in Cardamomo quod Dios. ait δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν manifesto sēsu calefaciēdi uires habere dicēs: uirtutē ei feruētē esse dixit: cū tñ in priore illa simplicis caloris uis sit: in posteriore grauis nec sine iniuria & naturæ dolore sensus.

In Nardo. Cordis tremores.

Omittimus post hæc multa quæ in Nardo antiquoꝝ codicū fide coniecturaq; nostra mutata & signata a nobis fuerunt: Communia omnibus ea sunt. Quod aūt ad erosiones stomachi quas græci Cardiogmos dicunt pertinet a nobis ut præfertur redditas: ab illo aūt cordis tremoribus: non leue mali: & partis in qua id fiat discrimen inter nos habet. Diximus nos Nardū uertentes lōgius quod tunc de erosionibus illis oportebat. nūc de cordis affectionibus inter quas Cardiogmos ille

numerauit dicendũ est: nõ ut medici solent: neq;.n. medicinã profitemur: sed ut quæramus tãtũ debuerint ne & potuerint Cardiogmi inter affectiones cordis numerari. In quibus obseruare facile erat cor extorum omnium nobilissimũ: primo & per se: quodq; græci dicunt κατὰ πρωτοπάθειαν offensum nullã medicæ artis opẽ admittere neq; remedio aliquo conualescere præcipit: semper accedente morte: quod in flãmatione erysipelateq; eius. & cũ in acutissima febri longissime a suo tẽperamento discessit: aut cũ uulnerato eo presertimq; in sinistro uentriculo sanguis fluxerit accidit. Per consensum aũt & quod græci dicunt κατὰ συμπάθειαν offensum uerbi cã cerebri: iecoris: uentriculi superioris: metu: dolore: aliisq; multis: quã idẽ græci uocãt syncopem patitur: ea autẽ est uniuersarũ simul uirtũ prostratio: quæ toto languente corpore: defectu animæ: exiguo pulsu uenarũ. extremitatũ corporis perfrictionibus: & sudoribus indicatur: quæ si ualidior fuerit remedio plerunq; caret: sin aũt superermt uires aliquæ succurrit ei aliqñ: Fiunt in corde etiã quẽadmodũ & medici obseruauerũt ualidissimi tremores: græci παλμοὺς dicunt: nos potius liberiusq; palpitationes dixerimus: Causamq; hoc malũ plerunq; habet nimiam sanguinis in corde copiã: aut ardẽtiorẽ eius in eo feruorẽ. Videturq; nobis Barbarus tremores cordis in Nardo intellexisse

παλμός Palpitatio cordis:

παλμῶν, hos.i. palpitationes: qui tñ a nullo ex antiquis græcorũ medicis Cardiogmi sed παλμοὶ idest palpitationes siue malis tremores semper dicti sunt. Verisimileq; est: ex quo id malũ ꝓpriã habet in græcis appellationẽ nõ debuisse alia uoce a Dios. indicari. Neq; si in consensu affectionis ex cerebro: iecore stomachoq; syncope fiebat alio q̃ syncopes nomine ostendi. Et si primo & per se: partes illæ malo affectæ in partẽ mali sui cor uocabant: nõ cordi: sed affectionẽ suã communicantibus partibus illis facienda medicina erat. In priore illa postremo nullus remedii alicuiꝰ usus erat ob eas quas diximus causas. Superest ex his iudicio nostro ut tota res ad stomachũ referenda sit: intelligiq; in Cardiogmorũ uoce eas oportere erosiones quas nos in Nardo longius descripsimus: ex quo loco ad cõmentationem hanc nr̃am repetenda oĩa illa sunt.

In Nardo gallica

Habet & Nardus gallica quod nobis & illi nõ conueniat: monet n. in ea Dios. purgationẽ eius his „ uerbis ὅθεν δεῖ πρὸ μιᾶς ἡμέρας καταβρέξαντας ὕδατι τοὺς δέσμας καὶ χωρίζοντας τὸ γεῶδες τιθέναι „ ἐπ᾽ ἐδάφους ὑγροῦ προϋποκειμένου χαρτίου &c. Quorũ notissimus sit sensus & ordo: Oportere conspersos fasciculos: ablatoq; siquid terreni hæserit substrata charta in humido pauimento disponere &c. & id quidẽ recte: ut anteq̃ ad dito humore tenacius illi quod in ea terræ ẽ hæreat pur„ getur. Ille aũt his uerbis rem docuit. Cæterũ pridie q̃ repurges aspergere aqua manipulos conue„ niet: & pauimento humenti sed charta prius instrato cõponere postridie eius diei terrenũ & for„ des eximere. Ita n. paleatum &c. Ex quo sermonis ductu & rei serie indicatur facienda prius oĩa & conspergendã aqua & in pauimento humido cõponendã Nardũ anteq̃ a terreno omni purget: quod contra scriptoris huius præcepta est: qui iubet prius auferri quod terrenũ in ea est: tũ contracta ex humore lenticia ab his quæ aliena in eo sũt purgari: causamq; statim intulit. Eo siquidẽ modo non perit in purgatione cũ cremiis & alieno omni quod utile est. Id ipsum præterea rei necessitas indicat: Facilius n. qui hæsit alicui rei puluis: terra: aut lutũ arescens excutitur: quã humidum & aqua conspersum: quo tẽpore tenacius humor illo hæret. Nec aliter siquis rem diligentius animaduertet disponi res debuit: in qua hic primũ docet auferendũ siquid hæserit &c. tum a cremiis & inutilibus aliis purgari gallicã Nardũ. Nec obstat quod hic prius ait conspersos aqua fasciculos a terreno illo purgandos esse: coniũgit n. duo hæc simul & eodẽ tẽpore fieri iubet.

In Malobathro.

Habet & malobathrum quod nobis & illi nõ conueniat. Multa ille esse ait quæ Nardi uim red„ dant: Nos multa in odore Nardo similia Dioscoride auctore uertimus. Cuius hæc uerba sũt πολ„ λα παρ᾽ εἶν᾽ ὅμοια τῇ νάρδῳ: quæ literarũ græcarũ periti nõ aliter uertẽt q̃ multa esse Nardo in „ odore similia. Significet aũt uis odorẽ: an præter odorẽ aliud censendũ legẽtibus relinquimus.

Habet idẽ hoc Malobathrũ nõ ꝑcula fine quod intelligi in eo nequeat ubi legitur: Oculorũ epi„ phoras uino inferuefactũ uel farina inũctum persanant. Nihil n. eo loco de farina a Dios. agitur: „ Sed quod a nobis redditũ est illic legitur. Prodest idẽ oculorũ inflãmationibus in uino decoctũ „ tum concisum & expresso uino inunctũ. ἀφέψεται ἐν οἴνῳ Dios. ait. καὶ λεῖον ἐπιχριόμενον λεῖον uidetur ille in farinam tritũ uertere uoluisse: sed farina nihil inungitur: eamq; ob causam nos ut præ no n tratum est uertimus.

In cinnamomo

Est etiã in Cinnamomo nõ ꝑcula principio qđ pariter nobis idẽ nõ sit: presertimq; ubi in Dios. legitur πέριζον ἐν τῷ ὄζειν: de quo qm̃ longius in cõmentationibus capitis eius dictum a nobis fuit relinquetur: satisq; signasse id modo fuerit ut possint uolẽtes diuersitatis nostræ toto hoc capite causas certius intellexisse. Non n. semel una ue in re dissidemus, sed pluribus locis diuersa penitus reddidisse uidemur.

In Balsamo

Diximus in Balsamo presertimq; de lycio & pyxacantha cui Dios. Balsami fruticẽ cõparat: quæ contra Barbarũ dicẽda erant. Siquidẽ & ipse λευκοΐῳ. i. uiolæ albæ & pyxacanthæ arbusculã eius comparat. Nosq; tunc docuimus neutrã illi respondere: & quomodo legendũ esse locũ arbitraremur: quæ omnia pro repetitis hoc loco haberi uolumus.

In Aspalatho

In Aspalatho quod Dios. ait ἔστι δὲ καλὸς βαρύς: quod nihil significat aliud q̃ probari Aspalathũ „ qui sit ponderosus manifesto ut uidetur sẽsu: ab eo sic redditũ est ut in ferularũ genere numerari. Aspalathus

ri Aspalathus credatur. Siquidem dixit optimus qui minime ferulaceus pondere est. At quanto simplicius non ponderosum dixisse; nec ferulam spinosis erysisceptris miscuisse erat.

Idem eodem capite ad finem ait adhiberi in fœminarũ pessos ut pecus elidat. Cum tamẽ Dios. de hominis fœtu illhic agat. Verba eius sunt. ἔμβρυα τε καταστᾷ μιγνύμενον πεσσῷ. Ex quibus nescio ego unde pecus ille pro homine dixerit. Pecus enim quod humana forma caret dici omnes nouerunt. Qui autem litteras græcas didicerunt cæteris restari possunt in fœtura hominis ἔμβρυον dici quod a prægnante in utero geritur: & quãdiu in eo geritur.

In Musco.

Sequitur in extremo Musco: in quo non leue discrimẽ sit. Dioscorides ait: μίγνυται δὲ μύροις βαλανίνοις καὶ χρίσμασιν διὰ τὸ συνθετικὸν. Estq; sensus misceri Muscum unguentis ex Balanino oleo confectis; & aliis quæ ungendo sint ob adstringendi uim. Ille autem, q. hoc ad spissanda unguenta pertineret ait, Miscetur unguentis e Balano atq; oleis quæ spissare oporteat. Quod cõtra Dios. sensum omnino est: qui id tantum restatur misceri his ut adstringat διὰ τὸ συνθετικὸν: idest ob adstringendi uim quam habet.

Sunt post hæc in Croco multa quæ legentes si nostram cum illius editionem contulerint: poterunt inter se diuersa & paulominus q̃ aliena cognoscere; presertim q in notis bonitatis eius oleris; & in his quæ nos male in eo capite legi deprehendimus: quorũ nihil ille animaduertisse uidetur. Ea longius dicta in Croco a nobis fuerunt; eamq; ob causam non repetuntur hoc loco.

In campana inula.

Est & in Campana Inula quod Dioscoridi & nobis cũ eo discrepet: in qua non procul a fine hic scriptor ait: ἐστὶ δὲ εὐστόμαχος περιχυθεῖσα ἐν γλυκεῖ: quod nihil significat aliud si uerbum de uerbo aliquis uertat q̃ stomacho utilem & accommodatam Campanæ Inulæ radicem esse in passo conditam: ille autem a certo conditurægenere ad incertum distraxit dicens. Inueterata dulcibus mixtis stomacho saluberrima est. Non id monet Dios sed in passo conditam tradit stomacho prodesse. Habetq; passum certam rei indicationem in rustica & domestica re notissimum uini gen⁹: quod dulcedine & crassitudine ad sapam & defrutum accedat. Cuius confectionem Columella cæteriq; rei rusticæ scriptores docuerunt. Dulcia autem multa sunt: melq; præcipue; & qui mellis naturam habet Indicus sal; & in defrutorum genere tam multæ species: Ex quibus certum genus hic scriptor eliget: non simul omnia docuit: neq; inueteratam simpliciter dicit sed cõditam. Licet enim conditura inueterandi ratio quædam sit: non tamen a specie ad genus contrahẽda res erat. Videtur præterea Barbarus cum ait inueterata additis dulcibus iubere uti ea siccata (nã hæc inueteratorum prima est significatio) mox in usu dulce aliquid illi aspergere: Quod huic scriptori non respondet.

In Oleo.

Quemadmodum quod in oleo non multo post occurrit quod ille uertit Aluum mouet lenitq;. Dios. uero κοιλίας ἐστὶ καὶ μαλακτικόν. In quibus lenire uerbum ad dolores eius partis pertinere uidetur: μαλάττειν uero quo uerbo Dios. usus est contra tam duræ & adstrictæ aluo molliendi significationem habet. Possunt quidem oleo leniri dolores alui; & id non monet tunc Dios. sed bonam facere aluum & mollire eam ait. Nec nos quærimus modo possit ne alui dolores lenire oleũ an non: sed monemus non respondere græcorum μαλάττειν: quod mollire est: latinorum uerbũ lenire. Alia enim in doloribus alia in duris & adstrictis ratio est.

Idem eodem capite dixit soluere aluum heminæ mensura: quod Dios. simpliciter καθαίρειν. i. purgare dixerat: illud uiolentum nec sine malo plerunq; est: hoc sanitatem & mitiorem ad eam rationem sola uoce pollicetur. Dictum a nobis de his omnibus certius in cerasis est.

Legitur in eodem hoc oleo prodesse infusum clystere Ileosis manifesta mali & usus significatione: quod quotridie in utroq; sexu fit frequentiusq; in maribus: q̃ in fœminis & nihilominus solis fœminis Barbarus in eo malo olei opem assignauit: quod qua ratione factum ab eo fuerit ignotum nobis est.

In oleomelle.

Sequitur quod in Oleomelle Dios. ait ἄγει κατὰ κοιλίαν ὠμὰ καὶ χολώδη: significat id trahere per aluum cruda & biliosa; Vertit autem Barbarus cruditates & bilem: cum tamẽ cruditatis uox in antiquis hisq; melioribus scriptoribus nondum concocti in stomacho cibi tempus & habitum semper significet: cui quatenus cruditas est alia ratione succurrendum erit.

Cruditates.

In Ricinino oleo.

Sunt in Ricinino oleo uerborum magis q̃ rerum discrimina aliqua inter nos etiam. Ille expansosq; uuarũ modo strato uertit: quod in Dios. est ἀμπελοπέδου τρόπον. Nos eorum modo quæ in cratibus siccantur in sole Eadem ratio utriusq; nihil tamen a Dios. in uoce illa de uuis agitur: & plura alia præter uuas ad solem panduntur. Ille fraces: nos carnem: quam Dios. σάρκα. Nos græcæ uocis propriam secuti significationem: ille antiquitatem amans: quod feculentũ amurcorum: aut sedimenti rationem habeat ea uoce magis q̃ incorruptam rem expressit. Fraces enim quondã amurca si Catoni: Gellio & aliis credimus significabant. Fueratq; illi hoc diligentius animaduertendum ne audiens aliquis fraces qui eius uocis antiquam significationem nouisset pro carne ricinorum ad exprimendum oleum disruptum & deciduum eorum in sole corticem colligeret. Idẽ plumbatum uas dixit quod nos stamno ex interiore parte illitum uertimus: non eodem metallo quemadmodum nec eadem in græcis significatione μολύβδου & κασσιτέρου.

In Myrtheo oleo.

Dicemus in Myrtheo oleo qđ omnibus fere aliis olei generibus & unguentis cõmune erit. Vbiq; enim idem & semper hic error; in quo lapsum semel atq; iterum fuisse nõ adeo in tãta rerũ uarietate turpe erat; Sed tam multis locis nõ deprehẽdisse uitiũ uix credibile uideatur. Iubet in Myrtheo oleo primũ Diosc. mox in multis aliis; presertimq; unguẽtis; modo his mõ illis spissari odoramentis oportere oleũ. Numeratq; sæpenumero cũ aliis χῖνον; ut fere in cũctis legitur; ut in melioribus aũt χοῖνον magna totius generis in rei significatiõe diuersitate. Siqdem prior illa in arborum gñe lentiscũ significat; alter in genere humilioꝝ stirpiũ rotundũ odoratũ iuncum; quẽ priuatim græci χοῖνον uocant; Habetq; arbor illa suas uires a Diosc. primo hoc uolumine descriptas; quẽadmodũ & iuncus suas; de qbus nõ multo añte dictũ ab hoc ipso scriptore & a nobis est. Vnaq; tñ uoci huic addita aut subtracta littera ut uidetur significatiõis mutationẽ facit; & in olei generibus his; & unguẽtis nõ leui periculo spissationẽ miscet. Aliæ siquidem rotundi odorati iunci qui χοῖνος est; & aliæ lentisci uires sunt; ex qbus necesse est olei uires ẽt uariari. Et si cætera cõtemplari non oporteat; odor qui in iunco illo multus; in lentisco autẽ nullus est grauẽ diuersitatẽ facit. Nõ erat id ob eã cãm tantopere negligendũ; suspicariq; decebat ex quo hic totiens lentisco in spissandis unguentis utebatur supra dignitatẽ & gratiã eius arboris id esse; & ex ea suspitione ad uerã huiuscemodi unguentoꝝ spissationẽ ꝑficere; quod factũ a nobis est; qui primum iunci uires spissandis & odorãdis unguẽtis aptiores lentisco scientes esse; mox in antiquo latino Dioscoride; coq; uetustissimo quẽ habemus legi Squinanthos inuenientes; tũ in aliquot græcis χοῖνον; postremoq; in Columella in Gleucini unguenti confectione schœnũ numerari; a lentisco ad rotundũ odoratum iuncum spissandi rõnem hanc transtulimus. Columellæ uerba hæc sunt lib. xii capite. I. Subiicimus Calami; Schœni; Cardamomi; Balsami; corticis de palma &c. Nec credimus tantum, sed ꝓ cõperto habemus nõ lentiscum sed odoratũ rotundũ iuncum i. schœnũ in spissandis olei generibus his & unguentis intelligendũ semp esse; Eritq; multis aliis locis hoc nobis & illi diuersum; eamq; ob causam testati semel & modo id sumus; ne totiens repetẽdum id sit; fiatq; quod in prouerbio græcorum est δὶς κράμβη θάνατος.

In Masticbino oleo.

Nõ aiaduertit & in Mastichino oleo Barbarus quod nos in eius cõmentatione emẽdauimus; sed ut responderet sensus; quod erat in præcedente mẽbro participiũ μαλάσσον. i. molliens ad ea quæ sequebantur distraxit. Quid aũt inter nos discrepet ex cõmentatione illa nostra facile patebit.

In Rosaceo.

Habet rosaceum unguentum etiã præter ea quæ in prima fronte suspicamur corrupta in eo esse quod magnopere inter nos discrepet. Ille rosas quæ rorulentæ non sint; uertit quod Diosc. ἀβρόχων ait; nos sine humore aliquo diximus uocis rationem secuti; in qua non magis roris q̃ pluuiæ aquæ aliorũq; humoꝝ aspergimis significatio est; & Theophrastũ de tota hac re ea docẽtem quæ nos in rosacei cõmentatione diximus; ea uim eam habent & ab eo auctore accepta sunt; ut imprudenter fecerit qui ἄβροχον ad solos rores contraxerit. Siqdem ἄβροχον græcis est; quod nullo humore madet eaq; uocis significatio & tota uis est.

In Ocimino unguento.

Est & in Ocimino unguẽto quod a principio statim nec Dioscoridi nec nobis idem sit. Verba scriptoris huius sunt; ἔλαιον ὠκιμῖνον σκευάζεται ὥσπερ τὸ κύπρινον; id nos quasi uerbũ de uerbo uertimus. Conficitur Ociminũ oleum ligustrino similiter. Ille aũt; Cõpositio Ocimini talis: Cyprini olei. p. xx In quibus mixta sunt; & oẽm intellectum turbant quæ de Cyprino oleo ab eo dicuntur Nõ enim ait Diosc. ad Ocimini cõfectionem sumendum esse cyprinũ, id est ligustrinũ unguẽtum; sed confici Ociminum Ligustrino similiter; mox quã olei mensurã & ocimi accæpisse oporteat Sunt in eodem capite & pleraq; alia quæ collatis inuicem nostris editiõibus satis patebũt.

In Abrotonino unguẽto.

In Abrotonino unguento itidem scopas ꝓ foliis idem uertit; cum tñ folia certam habeãt in plantis indicationem; Scopas uero in fruticoso genere quale absynthium est plures simul ramulos ueteres dixerint; qbus non iubet hic in Abrotonino oleo uti; sed foliis tãtum. Verba eius sunt. ἐκβαλὼν τὰ πρῶτα φύλλα ἔμβαλε ἕτερα &c. Quod est abiectis primis foliis iniicito alia &c. φύλλα non κλώνια hic ait quæ scopæ essent. At in scopis folia sunt; fatemur id quidem & scimus Verũtamen differunt hæc ut totum & pars; quæ in medicina & maloꝝ remediis pares aut easdem sæpenumero uires nõ habent; potestq; facile per inutile uitiari quod utile est.

In Anethino unguẽto.

δίβροχον. διάβροχον.

Est & in Anethino unguento quod ex corrupta uocis unius lectione diuersum i nobis faciat sensum. Barbarus enim quod in Dioscoride est ἐὰν δὲ θέλῃς δίβροχον ποιῆσαι quasi διάβροχον legendum esset; dilutius uertit. Nos autem rõne rei & melioꝝ codicum fide; admoniti δίβροχον legi oportere uidentes. Quod si uolueris secunda adiectione uires illi addere nouum anethi florem &c. Diximus. Eo enim pertinet uox illa; sæpiusq; in eo sensu hic scriptor usus est; & ob eandẽ causam ut maiores scilicet uires oleo acquirantur; post primam florum expressionem; in idem oleũ nouos conicere flores iubet. Et quoniam bis in eo maduerint flores ideo δίβροχον id dicebatur; manifesto ex uocis compositione sensu & rei intellectu. Indicatq; id quod sequitur πρόσφατον ἀνήθου ἄνθος ὡσαύτως ἀπόβρεχε; Quod est Nouum Anethi florẽ pariter in oleo demergito. id enim est ἀπόβρεχε; ex quo nec magis nec minus dilutum oleũ euadebat; sed maiores acquirebat uires. Idq; erat scriptori huic consilium docere; non dilutius oleum facere.

In Irino unguento.

Non est in confectione Irini unguenti nobis etiã eadem aquæ mensura: quã hic iubet septuaginta tribus põdo olei misceri. Ille enim unã nos decem heminas diximus Estq; diversitatis cã quod ille numeri notã quæ illic est. i. scilicet latinorum more pro unitate accipit: nos græcorum pro denario numero. nõ. n. iisdem utuntur græci latiniq; his notis: sed cũ unitatẽ indicare græci uolũt prima sui alphabeti lra. a. scilicet eã signãt: sicq; deinceps: fitq; ut. i. illis denarium numerum ostẽdat. Verisimileq; est in græcis græcæ descriptos numeros fuisse. Nosq; eã rõnem secuti: nec minus etiã quod aptius septuaginta tribus olei pondo decẽ aquæ heminæ q̃ una respõdere uidebatur. Siquidẽ ad maiorẽ mensuram illam minor hæc nullã habere proportionem uidetur.

In Gleucino unguento.

Poterit in Gleucino unguento qd' statim sequitur apertius uidere aliquis qd' non multo ante in myrtheo oleo diximus a rotundo odorato iunco ad lentiscũ græcũ χοῖνον male transtulisse Barbarum; Si a Columella traditã eiusdẽ olei usus cõfectionẽ didicerit. Locus est lib. xiii. cap. I. quo loco Schœnũ manifeste numerat nõ lẽtiscum Idẽ homini lapsus in Amaracino est: eoq; amplior qd' odoratũ iuncũ simul & lentiscũ numerat: cum tñ unum tm̃ in græcis omnibus legatur: quo loco etiam intellectum miscer nõ diuidens quibus odoramentis spissetur & quibus odoretur amaracinum unguentum; quod legentibus animaduertendum diligentius est.

In Cinnamomino unguẽto.

Habet & Cinnamomũ unguentũ in extrema capitis clausura quod a nostra editione uariet. Ille cum primitiua ficu uertit quod Dios. ait ὀλύνθοις λείοις. At nõ uidentur nobis græcorum ὄλυνθοι primitiuis latinorum ficis respondere. Siquidẽ illis in fico & caprifico grossi sunt; nõdum maturescentes. primitiuæ aũt latinis fici: hæ uidentur esse quæ in maturitate alias proueniunt; magno inter utrasq; rem discrimine. Ideoq; nos cum concisis caprificorum grossis uertimus: diximusq; grossos cõmunẽ græcæ illius uocis significationẽ secuti caprificorum uero quod ὀλύνθους medicina ad hoc tantũ genus contraxit: & ex sterili arbore illa ob maiorẽ uim magis probauit

In Nardino unguento

Est tandem ut ab unguentis his aliquãdo discedamus in nardino unguento etiam nõ procul a fine quod diuersum oĩo inter nos sit: nec ratiocinari facile nobis est unde tam cõtrariũ Dioscoridi sensum ille intulerit. Verba eius sunt. ὑγρὰ δὲ ἐξίνου γλοιώδης, κἂν μὴ ῥητίνην ἔχῃ: quorum sit simplex sensus. Liquidum nec strigmenti modo crassum unguentũ hoc erit: nisi resinam habuerit. Vertit autem Barbarus. Præfertur uero liquidũ: qd' enim strigmenti modo lentescit adulteratũ resina cognoscitur: In quibus nihil est quod ad Dios. pertineat.

In myrrha.

Lõgũ fuerit quæ in myrrha diuersa nobis sunt oĩa singillatim numerare tãnihil ipse a cõi lectione mutauit: & nos tam multa in cõmẽtationibus nostris emẽdauimus: emẽdationumq; simul cãs & rõnes reddidimus Quæ illic nouisse ea uolẽtibus exposita nõ mediocre laboris huius compendium modo nobis afferũt: patiũturq; nos intãta rerũ diuersitate negligere quæ alioqn multifaciẽda erãt. Nescio enim an alibi magis a Dios. sensu q̃ in myrrha ille discesserit; qui quæ Dios. dixit ἄτονος δὲ διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν: Verterit: Languida est cuictiq; a digerentibus additũ oleũ est. Lãgoris. i. in uiribus ignauiæ & infirmitatis ille cãm in oleo oñdit: Dios. quod oleũ in cõformationẽ nõ acceperit ideo ignauã esse ait. Egissem de his ego lõgius nisi in cõmentationibus nostris actũ de his iampridẽ fuisset: redditaq; esset cã: cur olei priuatio in odoramẽtis ignauiã odoris faciat & infirmitatẽ: sed festinãtes ad alia illinc repetẽda esse legẽtes monemus.

In Bdellio.

In Bdellio itidẽ Barbarus qd' Dios. ait ἐοικὸς ὄνυχι ad odorẽ retulit: atq; odor marini unguis accenso: ratus odoratos illos onychas de q̃bus secũdo libro hic scriptor aget ad hãc cõparationẽ pertinere Quod forte potuit a Dios. significari: qñ & illi ut hic docebit uaporantur: sed incensi odore castorei sentiuntur. Nos qm̃ ἐοικὸς ὄνυχι Bdelliũ hic dicit esse ad digitorum ungues pertinere opinati uertimus humano ungui colore simile: eamq; ob cãm legentibus arbitrariũ hoc relinquatur.

In Ture.

Sunt & in ture multa his q̃ in myrrha signata a nobis sunt silia: Primũq; qd' Dios. ait ἄτομον qd' dam tus uocari. Nec q̃ rõne Democritus & Epicurei atomos suas dixerũt intelligẽdum id est: sed ut nos uertimus: ex quo nihil derasum; defectũ: ablatũ ue fuerit: cõtraria rõne q̃ in eodẽ ture hic ipse aliud ἔντομον uocari ait: ideoq; parũ certe indiuiduũ dictũ ab eo hoc tus est qd' ex quo nihil sectum fuerit aut qd' nullas habuerit sectiones dicendũ erat; quẽadmodum in cõmentationibus nostris copiosius nos diximus Quid deinde significat: donec partes prominulæ attritu in figuram absolui orbis. q. reciprocẽt: Nihil. n. reciprocãdi uerbo hic opus erat. Quod docet Dios. simplex & huiuscemodi est: donec rotundũ fiat: Verba eius sunt; ἕως ἂν ὑπολάβοι τὸ στρογγύλον σχῆμα.

In Thuris Cortice.

Habet & turis cortex quod non facile intelligi in Barbaro possit: cum tamen in Dios nihil certius legatur: Quo loco enim ait dep̃hendi igne adulteriũ corticis turis: Verba eius sunt. Cæteri enim cortices incensi nõ flammas agunt: sed in fumum sine odore euanescunt. Ille autem ait; Mutatus in eo non ardet sed in uaporem sine odore soluitur.

In Turis manna

Idem in eiusdem Turis manna probari ait cartilagineam: quod Dios ἔγχονδρον ait ad cartilaginẽ pertinere opinatus: cum tñ turi & cartilagini nihil simile aut cõe sit. Decepit hominem multiplex χόνδρου in græcis significatio: ex quibus eligenda erat; quæ pollini & elisis concussu turis micis: ut Plinius ait magis responderet: cogitandumq; cum cartilaginem ea uox græcis: & alicam: salisq; & aliarum rerum grumos significat ex ultima hac significatione grumosam dicendum fuisse. Eam enim Dios. probat; quæ pulueri turis mixta ueluti grana eiusdem materiæ habet.

In Picea & Theda.

Sunt in Picea & Theda etiam multa quæ non sint nobis eadem: ea collatis inter se editionibus nostris facile patebunt.

In Lentisco.

Potuit quod in Lentisco Barbari nō legitur a librariis imprudēter relinqui: neq; enim uerisimile est adeo notā uocē relicturū eū fuisse. Locus est ubi Dios. de multa adstringēdi ui lentisci ait. Cuius uerba sūt καὶ πρὸς τὰς ἐμμήνους αἱμοῤῥαγίας quoq; sensus est: bibi decoctū eius utiliter ad sanguinis ex muliebrib⁹ locis profluuia. Ille aūt pdest cōtra sanguinē mulieribus erūpēte tm̄ uertit. Nec multo post page certe docuit qd' Dios. ait impleri ea quæ nō explent: & durari in os quæ nō durantur: alienata sīq dē ille dixit eo expleri: & ossa confracta resarciri. Eodē neq; loco de dentifriciis ex lentisco factis tam incul te oīa ab eo dicunt' ut legentibus censenda libenter ea nos relinquamus.

In Sabina herba.

Est etiā in Sabina herba quod ille ex Plinio Dioscoridi addiderit: quo loco legitur χρῶνται δέ τινες καὶ φύλλοις αὐτῆ θυμιάμασι: quod simpliciter est uti aliquos sabinæ foliis ad suffitus. Cōmune enim ad suffitus incensa, q; omnia Thymiamatis nomē est. Plinius lib. xxiiii. cap. xvii. ait. Vtilis in suffitus pro ture assumitur. Est quidem incensum tus Thymiama: Vex & multa alia: potestq; forte Sabina hæc uerba pro ture incendi. Sed quod monemus est: nihil in Dios. legi quod ad tus manifeste pertineat: neq; ex alio scriptore oportuisse eum aliquid addere.

In Cedrino liquore.

Miscet cōfunditq; Barbarus in Cedrino liquore multa: presertimq; ubi hic scriptor oculorum medicinæ prodesse ait eorumq; albugines: & cicatrices extereī in quibus uertit albugines cicatricesq; oculorum collutt: cum colluere illud uerbū non sic legendū sit: & acetum uerbo illi in serie sermonis cōiunctum sequētis mēbri & remedii pars sit. Quod eodē loco etiā in Dioscoride legit' παύει manifesta sedandi & sistendi significatione: cōstitui cōtrario sensu ab eo dicitur. Demirati sumus hoc capite etiā hoīem græcā uocem ἀτόκιον abortiuū uertentē. Nolumus repetere hoc loco quæ de ratione huius uocis in cōmentationibus nostris in hoc ipso capite longius dicta a nobis fuerūt. Sed illud tm̄ legentes monemus non posse abortiuū dici quod ante coitum ui sua generatiōi & cōceptui nocet. Abortiui enim uox cōcæptum & aliquo tempore gestatum fœtum sed ante tempus ejectum significat. Hic aūt monet πρὸ τῆς συνουσίας: idest ante uiri cū muliere cōgressum atocion esse cedrinū liquorē: tuncq; generationi officere: id aūt ē nihil aliud est q̄ cōcæptum impedire: quæ noxa lōge ab obortu distat. Quod erat ad fœliciorē operis huius interpretationē homini diligentius obseruādū: presertim docente idē Aristotele iis uerbis lib. vii. de historia animaliū διὸ ἔνιαι τὰς μήτρας ἀλείφουσιν ἐλαίῳ κεδρίνῳ ἢ ψιμυθίῳ ἢ λιβανωτῷ διεντῷ ἐλαίῳ: qd' est quā ob cām quædā locos suos Cedrino oleo aut Cerussa aut ture oleo diluto inungūt: cunctaq; hæc fieri Aristoteles ait πρὸς τὸ μὴ συλλαμβάνειν: idest ne cōcipiant: nō ad eiiciēdos abortus: Quodq; in Aristotele passim legitur Cedrino oleo Gaza iuniperinū uertit: potuit ille forte sic legisse aut cedri iuniperiq; mixtam in antiquis historiam ut nos ostendimus secutus est.

In Populo alba.

Idem in Populo alba quod Dios. ait πρασιαῖς κοπρισμέναις segetibus stercoratis uertit: Cū πρασιαὶ in hortis diuisiones & areæ sint: segetes in latifundiis & maioribus agris campi.

In Papyro.

Est in Papyro etiam quod aptius uerti ab eo potuisset: ut ad aperiendas fistulas certior eius ratio & usus intelligeretur.

In Tamarice.

Vertit & in Tamarice idē quod Dios. ait ἐγκάθισμα τε ῥοϊκαῖς: mulierum abundantiā sistit insidentium: quā quæso abundantiā? Nō id monet Dios. neq; tā incerte medicinā suā docet ῥοϊκὰς ille dicit quæ muliebres fluctiones illas patiuntur: de quibus in turis cortice dictum longius est.

In Rhamno.

In Rhamno idem mala medicamēta uocauit quæ nos ueneficia ex multorum poetarum aliorumq; scriptorum sententia uertimus.

In Ligustro.

Habet ligustrum etiam quod inter nos parum cōueniat: quo loco Dios. monet succo στρουθίου madentia folia capillum hominis flauo colore facere: ille ad struthium malum in genere coroneorum rem retulit: nos ad lanariam herbam: quā ueteres græci στρούθιον etiam dicunt. Fecimusq; id quoniam hic simpliciter ea uoce usus est: nec malum aut aliud quidpiā addidit: nec per se uox illa significare aliud potest. Quod. pa antiquiores struthion hoc loco simpliciter retulerūt lanariam illam herbam intelligentes de qua secundo uolumine actum a Dios. est.

Struthion herba.

In Hebeno.

Diximus in Hebeni cōmentationibus nostris quod & Barbaro commune erit de Sesaminis lignis in quibus cōmunem & uulgarem græcorum codicum lectionem ille secutus non cogitauit in materiæ medicæ historia sesaminum ligni nusq̄ inueniri: & inter fruges numerari sesamū: neq; acanthi lignum aliquod esse: ideoq; non posse pro hebeno uendi: oportereq; alia pro illis eo loco restitui. Nos ea excogitauimus quæ in hebeni cōmentationibus dicta a nobis sunt.

In Rosaceis pastillis.

Reuocanda post hæc ad Roseos pastillos quos græci rhodidas dicunt quæ in rosaceo dicta a nobis fuerunt. Quodq; illic sine humore aliquo sūma a Dios. & a nobis præcæptum fuit: hic etiam in eadem ἀβρόχων uoce obseruandum est. Neq; enim simpliciter hic negat madere rosas oportere quæ in eum usum eliguntur sed omni alieno humore carere eas iubet. Siquidem potest nō maduisse aliquid & nihilominus humorem habere: neq; uirētes sed recētes: nequis siccis uteretur: neq; flaccidas: sed languere iam & arescere incipientes. Id enim significat τῶν ἐμαρανθησομένων.

In Lycio.

Est in Lycio etiam quod ad canis rabidi morsus rātum pertineat. Ille autē uertit: Datur bibendū his quos animal in rabie percusserit. Et nihilominus simplex Dios. uox est βοηθεῖ καὶ τοῖς λυσσοδήκτοις

κυνὸς tam certa in hoc scriptore significatione ut nihil dicendũ ultra nobis de ea sit. Solus enim ꝑ prie rabit canis: mox per eum animalia alia.

In olea.

¶ Addidit idem in extremo capite utriusq; oleæ inutiliter cum polline farraceo: difficiliusq; id remedium fecit. Nihil n. Diosc. aliud q̃ μετὰ στέατος καὶ ἀλεύρου dixit: quod est cum farina & adipe: pellis scabros ungues oliuarum nucleis

In oleo ex oleastro. Vligo:

¶ Importune etiã paulopost in oleastri oleo uliginẽ quæ agrorũ & terræ ꝓpria est ad gingiuas transtulit Diosc. simpliciter οὔλοις τοῖς ὑδῶσι. i. humentibus ait. Nocet tam multa uocũ uarietas doctrinis: nec translationibus tuto aliquis in eis tã sæpe utitur. Nullus n. fere erit qui audita gingiuarũ uligine anxius non torqueatur quod mali genus id sit: & quomodo terrent uligo in censum & ordinem morborum uenerit.

In punice.

¶ Potuit quod in Punica nõ multo post sequitur librariorũ lapsus esse: quo loco Barbarus ait: Sed quatenus partem illã quodãmodo excalefaciunt: inflãmationesq; pariunt: Inflationes ex Diosc. intellexisse oportet. Verba eius n. sunt θερμασίαν τινὰ γεννῶσα περὶ στόμαχον καὶ πνευματοῦσα: quod est: Stomacho calorẽ aliquẽ afferens & inflans. Addidit eodẽ loco & uoces aliquas quæ nullibi in antiquis græcorũ codicibus legũtur: qualia sunt sapore grato: & illa utiq; non omnino. Præterea quod in cunctis græcis quos hcuit hactenus uidere legitur εὐστομαχοτέρα. i. stomacho aptior: contrario sensu legisse ille uidetur ἀστομαχοτέρα. i. inutilior stomacho. Nos græcorũ codicũ & latinorũ fidem secuti stomacho utiliora uertimus. Quosq; nucleos idẽ paulopost dixit nos acinos causamq; in cõmentationibus nostris ex Theophrasto addidimus: nec dubitamus ꝓbandũ fore ab omnibus quod illic cõtra cõem græcæ uocis πυρήνων æstimationem uersum est: quando ex acinorũ punicæ interioribus nucleis ob ariditatem suam exprimi nihil potest.

In myrto.

¶ Sunt in Myrto deinde quæ magnopere inter nos differunt: nec parui facienda: nos tñ ea relinquimus: qm̃ suus cuiq; dicendi modus & sua phrasis est. Sed quod in extremo capite ab eo dicitur. Probatur qui tortiuus recensq; sit longissime a Dioscoridis sensu discessit. Cuius ea tñ uerba sũt.

Tortiuum.

ἡ δὲ χρῆσις αὐτοῦ πρόσφατον ὄντος: significat antq; uisus eius recentis adhuc est: causamq; statim addidit. Cariosus n. fit qui arescens inueterauit & uires amittit. Nec ratiocinari nos scimus: Vnde ille tortiuum hunc succũ uocauerit: & quod uini ꝓpriũ est ad myrti succũ transtulerit. in uindemia enim ut auctor est Columella lib. xii. cap. xxxvi. tortiuũ mustũ dicitur quod post primam pressuram uinaceorũ circũciso pede exprimit. Cuius obseruationis & disciplinæ expers omnino myrt⁹ ẽ.

In Cerasis.

¶ Habent Cerasia paulopost quod in Barbaro desiderandũ sit: quodnam ille mixtũ uocat: & qd intelligens dixerit prodest tussi ueteri sumptũ in mixto: Potuit ipse quidẽ certam in ea uoce substantiam intellexisse augurandã aliis eam relinquens: Nos dilutam uini potionem græcũ κρᾶμα diximus additis in cõmentatione nostra eius uocis causis & rationibus multis.

In siliquis.

¶ Dubitauimus & in siliquis quod caput ab eo quale est uertitur: nõ tãtopere tñ negligendũ: dissimulandum ue ut in eius capitis cõmentatione longius dictum a nobis est. Poterant hactenus dictis addi & alia: sed nos ex multis pauciora hæc elegimus: quæ diuersa & aliquibus locis contraria inter nos suspendere legentium animos diutius poterant: & ut hoc ueluti gustu quæ nõ essent nobis eadem alia: legentes tantopere non remorarentur.

PEDACII DIOSCORIDAE ANAZARBEI DE MEDICA MATERIA.

LIBER SECVNDVS.

p

Riore libro cariſſime Aree: qui primus a nobis de medica materia cõpoſitus eſt: omnẽ de odoramẽtis quæ græci aromata dicũt: oleo omni: unguentis: arboribus: & his quæ ex arboribus proueniunt: liquoribus. ſ. lachrymiſq; & fructib⁹ rationẽ tradidimus: In hoc qui ſecundus erit de animalibus: lacte: adipe omni: & his quæ frumentacea dicũtur: oleribusq; agemus: additis ob cognationem ſuam quæcunq; acrimoniã habent: qualia ſunt cepæ: allia & ſynape: ne cõgenerum uis & natura ſeorſum tractata a ſeipſa ſeparetur.

DIOS. DE MARINO ERINACEO. Cap. primum.

Chinon thalaſſion: Romani marinum Erinaceũ ſiue Echinum dicunt:

e

Stomacho accõmodatus eſt marinus Erinaceus: Idem bonã facit aluũ: ciendæ urinæ utilis: Miſcetur utiliter his quæ ad exterendas ſcabies conficiuntur toſta & cruda eius teſta: Crematæ cinis ſordida purgat ulcera & carnium excreſcentias reprimit.

INTERPRES.

m

Arinum & terreſtrem Erinaceum facile nouerit is qui in caſtanea ſummũ fructus ei⁹ aculeatum & in orbem circumuolutũ operimentũ uiderit: maturo iam fructu ſponte ſua dehiſcens: & quod infeſtis undiq; ſpinis antea negauerat tunc ſine iniuria uolentibus offerens: tanta eſt naturæ bonorũ ſuorũ cura: tãq; animantiũ generi fideliter & tẽpeſtiue conſulit. Trian. hæc una Echini appellatione græci indicauerunt. In mari & in

Echinitres.

teſtaceo genere piſcem: cui natura eſt ſpinis quaſi pedibus & earũ in orbem uolutatione ingredi. Mox in arida & in quadrupedũ genere quod nouerũt rura omnia animal aculeato omni corpore pter q̃ ore: pedibus: & ex inferiore parte: infeſtis & ad uulnus ſemp paratis ſpinis: quibus ſalutẽ ui tamq; ſuã a canibus & uenatoribus tueri poſſe ſe credat: cui natura ſit in periculo in globũ circũ agi: nec niſi ſpinas oſtendere & porrigere. Quam ob cauſam acanthonem etiã græci id uocauerunt. Poſtremo caſtanearũ a conſimili ſpinarũ figura & noxa ſummũ illud operimentũ quod pauloante deſcripſimus: de quo ſatis dicta hæc ſint. Quod n. ad terreſtrem pertinet a marino ſtatim dieef: cum pleraq; legẽtes in eo monuerimus quorũ id primũ erit. Non probari ab Ariſtotele libro iiii. de animaliũ hiſtoria ad ciendã urinã marinos echinos oẽs: ſed ex multis quæ ab eo illicnumerant: unũ tantũ genus: quod in exiguo corpore longiſſimas & duriſſimas ſpinas habet: nec niſi in altis gurgitibus inuenit: uerba eius hæc ſunt. πρὸς δὲ τούτοις ἄλλο γένος μικρὸν ἀκανθας ἔχον μεγάλας καὶ σκληράς, γίνεται δὲ ἐκ τῆς θαλάττης ἐν πολλαῖς ὀργυιαῖς ᾧ χρῶνταί τινες πρὸς τὰς στραγγουρίας τινές. Eſtq; eorũ ſenſus qui antea dictus a nobis eſt. Legentes monemus etiã uideri nobis non eſſe integrũ quod i orbus græcis paſſim legitur οὗ τὸ ὄστρακον ὠμὸν μίγνυται χρησίμως ὀπτηθὲν τοῖς περὶ τὰς ψώρας σμήγμασιν Si n. qualeid mẽbrum eſt uertatur non alius fiet ſenſus q̃ crudã marini echini teſta miſceri utiliter toſtã his quæ ad exterendas ſcabies conficiuntur. At qui poſſunt nulla intercedente copula aut dict õealia ſimul præcipi & doceri cruda & toſta? Neceſſe itaq. oio eſt aut copulã intermiſcere quod nos fecimus: aut diſiunctionẽ quod forte fuit: Aut (quod nos magis credimus) ſuſpicari aliquot deeſſe illic uoces: quibus in cruda Echini teſta uis: uſus: aut remedium aliquod doceretur: Cui deinde de toſta & cremata ſubiiceretur quod ad leuigandas cutis aſperitates pertineret Id n. cineres preſertimq; marinarũ teſtarũ maxime poſſunt: ut in purpuris mox patebit A qua poteſtate longius crudæ abeſſe uidentur: neq; in huiuſcemodi remediorũ rõnem facile admittuntur. Ex ui-io orta ſuſpitio hæc noſtra eſt neq; inutile penitus fuerit legẽtes hoc monuiſſe: Quod n. redditum eſt: toſta & cruda eius teſta a nobis non penitus probatur Sed nihil facilius erat quo uitium illud inſtauraretur: oportetq; crudã teſtam ſic intelligere ut terenda prius ſit: nec niſi tritã miſceri aliis poſſe. Dicemus hoc loco breuiter etiam multa eſſe in ulcerũ genere diſ-

Plura ulcerũ genera.

crimina: ſimplicia: cruda: nec ſuppurantia concaua: uerminoſa: in qbus caro exſcreſcat: humida: arida: cuniculoſa: calloſa. fiſtuloſa: & quæ hoc capite multiſq; aliis a Dioſ. ῥυπαρά. i. ſordida uocãtur: Quæ intelligenda ſunt cũ craſſiores concreſcunt circa ea ſordes: quæ ſiccantibus & purgantibus remediis curanda ſunt: qualia ſũt tus; cadmia & bulla quæ pompholyx dicitur multaq; alia quæ numeraſſe nunc longum fuerit.

DIOS. DE TERRESTRI Erinaceo. Cap. ii.

Chinon cherſæon. Romani terreſtrem Erinaceum ſiue echinũ dicunt.

e Crematum terreſtris erinacei corium contra capillorum defluuia quas alopecias dicunt cum liquida pice utiliter inungitur. Inueterata euſdẽ caro & cum aceto mulſo pota renum cum urinæ malo aliquo doloribus ſuccurrit. Prodeſt & toto corpore reſoluentibus ſe in aquæ naturam ſolidis partibus quod malum hydropen anaſarca græci nominãt. Prodeſt neruorum conuulſionibus: & his quorum corpus macie conficitur. Siccat interanea deſtillationes omnes. Datur præterea pari utilitate ſiccatum in teſta ſub ardentiſſimo ſole ſeruatũq; terreſtris Erinacei iecur.

INTERPRES.

Redidit quondam antiquitas homini ut pleraq; alia animalia inuidere etiã terreſtrẽ Erinaceum: Teſtatuſq; id Theophraſtus eſt in eo quod reliquit cõmentariolo de his animalibus quæ homini inuidere dicuntur: quæ ille multa numerauit Stellionem: Ceruum: Equũ: Phocã: Lyncem & pleraq; alia: quoꝝ Stellio exutam uere tuniculam anguiũ modo deuorat ſtatim comitialibus utilem: cuius rei & Plinius teſtis eſt libro. xxx. capite. iii. In locis feneſtrarum aut ſepulchroꝝ cameris frequens hoc animal inueniri oſtendens: Solereq; qui eorũ membranas has uenantur incipiente uere ex fiſſis harundinibus textas illis ueluti caſas oppõere: quarum anguſtiis id animal gaudet: eoq; facilius circundatũ torporẽ exuit quo inter harundines eas relictõ nõ poſſint remeare: nec ultra Plinius qcq̃ dixit q̃ nullum aı̃al fraudolentius inuidere traditũ eſſe: cogitandũ legentibus quod nos dicimus relinquens. Ceruus dextrũ cornu terra obruit. cõtra rubetarum uenena neceſſariũ Equus pulli ſui hippomanes præripit ad amoris ueneficia quæſitum: Phoca coagulũ euomit iiſdem comitialibus optatũ Et lynx urinã ſuam celat multi in medicina uſus: & in delitiis uitæ ad anulos expetitã. Sed oı̃a falſo inuidere homini credunt: nullus enim brutis inuidiæ cõtra hoiem ſenſus eſt: metuq; perturbata aut aliter affectã id agũt animalia hæc: ueriſimileq; eſt phocã cum capi & teneri ſe ſentiat metu: doloreq; id pati: Siquidẽ in eodẽ affectu idem aliqñ hoı̃es animo perturbati patiuntur: Et ſtellĩoem tuniculã ſuã: & equum pulli hippomanes eodẽ aut non diſſimili naturæ affectu deuorare quo canes & ſues partu ſtatim ſecundas ſuas etiã deuorare dicuntur: Lynceſq; & Ceruos ignotam nobis hẽc eius quod agunt aliquam cãm: Multa enim huiuſcemodi bruta agunt quoꝝ reddi ratio a nobis non põt. Ex hoc animalium hoı̃ inuidentiũ genere terreſtris Erinaceus antiquis eſſe creditus eſt: Is enim teneri ſe ſentiens metu: affectu uel alio perturbatus in globũ ſe circumagit: circumactuſq; noxiam ſpinis & cuti ſuæ urinam remittit. cuius contagio corruptæ nec multo poſt decıduæ ſpinæ deſinunt in artib⁹ habere uſum: & in medicina coriũ inutile fit Eius cinere ad Alopecias nõ hic tantum ſed ueteres græcoꝝ medici & Plinius præcipue utunt ob egregiã ſiccandi: diſcutiendiq; uim quã habet Quã etiã ptãte inueterata eius caro hydropi quem græci anaſarca uel hypoſarca uocãt mederi a Dioſ. dicta eſt Quod malũ & corpus ſubeuntis aquæ genus nos ex Galeni deſcriptione pluribus forte q̃ par erat uerbis reddidimus: nõ inutiliter tñ ut credimus qm̃ non uniuerſo hydropi ut Barbar⁹ uertit: ſed huic generi tm̃ inueteratã erinacei carnem hic mederi ait. Et ut certius quod dicimus pateat breuiter ex eodẽ Galeno repetemus: feciſſe iuniores. (iuniores aũt poſt Hippocratẽ ille appellat) tria cutem ſubeuntium aquarũ genera; uocariq; primũ Aſcitẽ quaſi utricularium: ἀσκὸν n. græci utrẽ quo liquores continentur appellant: & qm̃ in hoc aquæ plus: ſpiritus uero minus ſit id nomen inuenit: Neq; n. ſecus q̃ in utre collecta in eo aqua ſeruatur. Secundum deinde Tympanitẽ a tympano notiſſimo omnibus muſico inſtrumento: in quo plus ſpiritus minus uero aquæ ſit: copioſus enim in hoc intus ſpũs eſt & ſi percutiatur tympani modo reſonat. Tertium uero hypoſarcidion: hypoſarca: & anaſarca: omnibus his uocibus a carne facta appellatione idem ſignificantibus. Quod fieri idẽ Galenus dixit: quotiẽs toto corpore reſoluũtur ſolidæ partes in aquæ naturam cum in cæteris in aquã conuerſus cibus inter inteſtina & tunicã quã peritoneũ græci dicunt: diffundatur Hippocrates tñ teſte eodem Galeno duas tm̃ hydropis ſpecies fecit: Aſcitẽ enim & tympanitẽ eiuſdem naturæ dixit eſſe: qm̃ in utroq; cibus in aquam conuerſus in eum quem diximus locum ſuffudatur: nec alio differe q̃ ſpiritus & aquæ maiore minore ue copia Incurabilem etiam idem hippocrates tertium illum hypoſarcidion hydropen dixit. Quæ omnia breuiter iõ a nobis dicta & ex antiquis græcis repertia ſunt nequis dubitaret quale id malum eſſet quod nos reſoluẽtes ſe in aquæ naturam toto corpore ſolidas partes dicebamus: & ut aliis locis poſthac meminiſſent: nunq̃ nos in cutem ſubeuntibus aquis aliquid huiuſcemodi addituros eſſe niſi cũ res exiget & hic ad certam ſpeciem id malum contraxerit.

Homini inuidentia animalia.

Ceruus.

Equus.

Phoca.

Lynx.

Stellio.

Tria ſubeuntium cutẽ aquaꝝ gña.

ἀσκίτης.

Aſcites.

τυμπανίτης.

Tympanites

ὑποσαρκίδιος

ὑποσαρκα.

ἀνασαρκα.

Hypoſarcidius.

Hypoſarca.

Anaſarca.

DIOS. DE HIPPOCAMPO. Cap. iii.

h Ippocampon. Latini pariter græcis Hippocampum dicunt. Breue marinum animal Hippocampus est. Eius cremati cinis liquida pice: axūgia ue aut amaracino unguēto coactus mox inūctus capilli defluuia quas alopecias dicunt exple.

INTERPRES.

e Redimus olerum & plantarum erucas quas græci Campus dicunt marino pisci a similitudine nomen dedisse: In locustarum enim genere Hippocampus a ueteribus numeratur: breuem paruūq; hunc piscem scriptor hic ait esse: & nihilo minus magnitudinis non tailli coniuncta est. Quod enim græci hippo multis in natura adiiciūt grande significat ut in hipposelino & hippomarathro aut hippolapatho indicamus. Sed id sic intelligendū est ut cōparatū hoc animal olerū aut arboꝝ erucis grande sit: marinis uero beluis & piscibus breue & paruū. Nec aliud hic intelligi uoluit dicens: paruū esse marinū animal. Vnū est in hoc scriptore cōtra alopecias ex cinere eius remediū. Quē ut in cunctis antiquioribus græcis legitur pice liquida: axungia ue aut amaracino unguento cogi & misceri hic iubet. Barbarus qd' unum (ut nos credimus) remedium est: bifariā diuidit: atq; alopecias replere cum pice liquida mixtū: aut sinceꝝ ex posca amaracino ue unguēto: cū m̄ in nullo græcoꝝ codice hactenus aut sincerū aut poscā ego legerim. Potuit ille hoc legisse & ex fidoꝝ codicū fide id tradere. Sed quæ in ambiguo consulēda ratio est axungiā magis q̄ poscam desiderare eo loco uidetur: mixto enim aquæ aceto posca fit: q̄ nihil simile aut æquale liquidæ pici aut amaracino unguēto habet. Duo enim hæc unguinis præcipuam hn̄t dotem & usum: qd' nullum in aceto & aqua est. Oportetq; cum ad medicinā alternātur remedia ἀντιβαλλόμενα ut græci dicunt: quod est æqualia aut similia saltem esse. At nō cōparauerit aliquis poscam quæ aceto & aqua constat pici liquidæ aut amaracino unguēto quorū prima dos & usus in unguine est. Quid præterea acetum cuius natura est adstringere alopecis conferet? ꝑ qbus laxari & ad noui capilli generationē impleri glutinoso humore cutem oporteat: His nos rationibus usi axungiam magis q̄ oxycraton. i. poscam probauimus.

Posca. ἀντιβαλλόμενα.

DIOS. DE PVRPVRIS BVCCINISq; & eorum uolutis. Cap. iiii.

p Orphyras. Romani purpuras dicunt. Siccat purpurarum cinis. Dentifriciis idem utilis est. Carnium excrescētias reprimit. Vlcera repurgat & ad cicatricem perducit. Potest eadem & buccinoꝝ cinis: maiore ui tamē urēdo exulcerat. Siquis præterea sale plena in crudo fictili buccina cremauerit dentifriciis utilissimū cinerē fecerit. Quinetiam ambustis utilissime hic cinis illinitur: dimittendusq; illitus cinis usq; dum in testæ duritiē transierit: Post inductam. n. ambustis cicatricem ipse sponte sua decidet. Fit preterea ex buccinis his calx: quēadmodū de calce agentes dicemus. Cionia uero quasi columellæ uocātur purpurarū buccinorumq; mediæ partes: Circa quas exterioris testę uoluta est. Cremantur & hæ partes similiter: efficaciore in adurendo ui q̄ purpuræ & buccina: ob eam quam habēt constringendi uim. Suaues ori & stomacho accommodatæ sunt buccinorum carnes: aluum tamen non molliunt.

INTERPRES.

n On paruam naturalis historiæ partem mare & marittima faciunt: nec parum in homine laudanda eoꝝ cognitio tam late usus utriusq; rei patet: totq; modis ad uoluptatē necessitatem q; humanā instruūt uitam: & tanta est in mari nascentiū uarietas: quæ siquis numerare: & ex his quæ habēt notas secernere conetur: quod pene impossibile sit incœperit: & huic scriptori inutilem laborem inierit: qui ex tam multis pisciū: & testarum quæ toto marina scūtur generibus pauciora quædā ad hominis morbos & medicinæ usum elegit. Poterūt uolentes ex Aristotele: Plinio: & plerisq; aliis reliqua lōgius & certius cognoscere: & quod ad purpurarū buccinoꝝq; sapores: & in medicinæ uires aliquas priuatim ptinet nō cōtemnendam ab Athenæo historiā quo loco de ostreis agit audire: Nos eā ganeæ multum: medicinæ uero parum necessariam relinquimus: Et in scriptore hoc nostro de purpuris buccinisq; & eoꝝ mediis partibus legentes primū monemus: quæ tria in cūctis fere græcis capita erant in unū contraxisse qm̄ in melioribus continuata legebantur. multoq; magis q̄ buccinis congeneres purpuræ sunt. Purpuræ. n. filiū

Athenæus buccinũ esse ait:nec aliud historiæ ductus & sermonis ordo exigebat. Accedit his et q̃ medie utriusq; partes quas hic Cionia diminutiua a columnis forma q. columellas nominat: a reliquo corpore separati non debuerant. In quibus nõ bene auribus nostris respondet quod hic ait Ctemari similiter medias purpuraꝝ & buccinoꝝ has partes: eaꝝq; cinerẽ maiore in urẽdo efficacia esse διὰ τὸ πιέζειν τὴν φύσιν αὐτῶν. i. quia natura illis sit præmere: uel constringẽdo exprimere: nihil.n aliud πιέζειν uerbũ indicat: nullo ut nobis uidetur euentu ad ea quæ urendo exulcerãda sint. Obseruauimus pterea aliter potius q̃ alia a Galeno Pauloq; Aegineta de his doceri: Quæ poterunt uolentes in illis certius cognoscere. Non relinquemus tñ uidisse nos græcoꝝ codices aliquos: in quibus præter ea quæ uersa a nobis sunt legeretur etiã purpuraꝝ testas in oleo decoctas contra fluentẽ capillũ inungi: Easdemq; in aceto potas liẽnũ tumores contrahere: & locoꝝ præfocatione concidentes fœminas excitare: secundasq; a partu pellere: Quæ oĩa præter fluentẽ capillum Paulus Aegineta in sexto isdẽ pene uerbis testatus est: Sed oĩa a Galeno accæpta: & huic scriptori deinde imprudenter addita. Adiecimus obiter & illud si forte nouisse id aliquis cupiat, quã hic uolutam in purpuris & buccinis appellat: ab Aristotele lib y. his uerbis describi. ζῇ ἡ πορφύρα περὶ ἔτη ἕξ· καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν φανερά ἐστιν ἡ αὔξησις τοῖς διαστήμασιν τοῖς ἐν τῷ ὀστράκῳ τῆς ἕλικος. Quod totum Gaza uertit. Annos circiter sex purpuræ uiuunt: & singulis annis incremẽtum earum patet per orbes quibus totidem quotannos habet testa intorta cuniculatim in crepidinẽ desinit. Nos aũt nec tñ ut certemus cũ homine hoc agimus: breuius sic uerti posse credimus. Viuunt annos fere sex purpuræ: patetq; quotannis eaꝝ incrementũ ex interuallis orbiũ siue uolutaꝝ quæ in testa sunt: dico aũt uolutas: ut Vitruuius in columnaꝝ capitibus appellauit quas Gaza orbes cuniculatim i. cuniculoꝝ modo intortos dixit. Et hæc satis dicta a me sint presertim in continente & procul a mari nato homine.

Voluta.

DIOS. DE MITVLIS. Cap. y.

m Ycas. Latini mitulos dicunt. Probatissimi omniũ e ponto mituli sunt. Buccinis eadem cremari possunt. Priuatimq; plumbi modo loti oculorum medicinæ cum melle utiles sunt: palpebraꝝ crassitudines minuentes: oculoꝝq; albugines & cætera quæ claritati eoꝝ officiunt exterentes: Canum præterea morsibus utiliter caro eoꝝ imponitur.

INTERPRES.

q Ve sequuntur tellinas non myacas mitulos a Romanis dici testatus Athenæus est: nos tñ alioꝝ in ea re obseruationẽ secuti myacas non tellinas mitulos uocauimus. Similitudo & idẽ fere eoꝝ natales nominũ uagã & incertã hanc rationẽ faciunt Quod in multis fieri quotidie uidemus deficiẽtibus in tãta reꝝ naturæ uarietate & copia ꝑpriis eaꝝ appellationibus Est in mitulis his ubi nos legerimus mederi eoꝝ cinerẽ palpebrarum asperitati nõ crassitudini, Idq; Paulus Aegineta lib. yi. etiã confirmat nisi uitiũ in eo sit. Nos tamen cõem lectionẽ secuti sumus confirmante eã Plinio qui libro. xxxii. cap y. de mitulis hæc ait: Lauãtur quoq; plumbi modo ad genaꝝ crassitudines & oculoꝝ albugines: Persuasit & illud etiã nihil in his mutare q̃ facillimus lapsus est in græcis ab asperitate in crassitudinẽ: Siquidẽ una tñ muta ta littera τραχὺ quod asperũ παχὺ qđ crassum est fit: multisq; locis occurrit in hoc scriptore huiuscemodi uitium. Crassitudo aũt genaꝝ quam nos crassas palpebras uertimus Galenus in Isagoge sua fieri dixit cum inuersæ a natiuo habitu palpebræ duriores carnosioresq; fiunt.

Crassitudo palpebraꝝ.

DIOS. DE TELLINIS. Cap. yi.

Tellinas. Romani pariter græcis tellinas uocant, Bonam faciunt aluũ recentes tellinæ; ptelertimq; coctaꝝ esculentũ ius: Salsę eædem crematęq;: tũ q̃ minutissimum friatæ: & ex cedrino liquore inspsæ: euulsos palpebraꝝ pilos nasci iteꝝ ꝓhibent.

INTERPRES.

n Vllibi quod hactenus legerim Plinius Tellinas appellauit: & nescio an commune hoc multis in mari nomen sit quæ celerrime in integram ætatem absoluuntur. Nouit nostra ætas tellinas in mari ubiq; nascentes quotidiani in cibis usus Nihil illis Paulus Aegineta tribuit quod non a Dios. illis tributum fuerit: priuatim primo sub tellinaꝝ titulo mox iteꝝ ubi de oi esculento iure agit: quo loco Tellinaꝝ aluum maxime deiicere ait.

DIOS. DE CHAMIS. Cap. yii.

Chamas: Romani Chamas itidẽ uel hiatulas dicunt: Soluit aluũ chamaꝝ: conculaꝝq; aliaꝝ in exigua aqua coctaꝝ esculentũ ius; Bibitur aũt cum uino,

INTERPRES.

Onga est in Athenæi ostreis chamarũ historia: q forte sic dictas quõdã fuisse ait παρὰ τὸ κεχηνέναι. i. q aperto ore & hiantes contra q̃ alia in hoc genere semper sunt: Ex qua causa latinorũ aliqui hiatulas eas appellauerunt nominis rationẽ & animalis naturam secuti. In genere minimorũ ostreorũ chamæ sunt tãta cũ aliis affinitate: ut facile in antiquis scriptoribus confundatur earũ historia. Nihil difficilius in tota huiuscemodi rerũ cõmentatione est q̃ in appellationibus his concordẽ ueterũ historiã ostẽdere: ob id nos eã peritioribus relinquimus contenti ab hoc scriptore didicisse omniũ huiuscemodi conchularũ in soluenda aluo eandẽ uim & naturam esse. Fuisseq; in deiicienda aluo antiquis morẽ conchulis his uti indicauit M. Cato cẽtesimo & quinquagesimo octauo sui de re rustica operis capite inter cætera mitulis tribus ad eam rem utens.

DIOS. DE CONCHVLA Indica quam Onychen græci dicunt. Cap. viii.

Nycha. Romani Onychem siue ostracũ dicunt. Conchulę purpurarũ testis similis testa onyx est: In nardiferis Indiæ paludib⁹ inuenit̃: odorata ideo est nardũ pascentibus conchulis. Colligũtur siccatis æstu anni paludibus, bonitate antecedunt quæ a rubro mari afferuntur albescentes & pingues. Nigræ minoresq; babiloniæ sũt: ex utroq; loco bonitate odoris cõmedantur: cũ incensæ uaporantur castorii odorẽ aliquẽ referentes. Suffitu strangulatione uuluarum cõcidentes fœminas excitãt. Excitant & comitiales: Aluũ potæ turbãt. Crematarũ cinis ẽt eadẽ quæ purpurarũ & buccinorũ cinis põt.

INTERPRES.

Fœlix nimiũ India & melioris naturæ beneficio amabilis: quæ paludes suas cunctis fere aliis locis inutiles & ingrato odore pestilentes humano generi ad medicinã necessarias: & uitæ nostræ ad odoris oblectamenta expetendas fecerit. Non satis eadem a poetis laudata etiã q costũ & hebenũ nobis dederit Erãt præter hæc multaq; alia quæ de fœlicitate regionis eius & hic & alii tradiderunt quod in palustribus eius inuentum laudaretur & in honore medicinæ esset conchiliũ cuius historiã & remedia omnia hoc capite Dios. docet. Plinius ostracũ cõmuni omniũ testaceorũ appellatione uocari onychẽ hũc dixit. Posteriores blattã bizantiã dixerunt: hic onychem generis noie etiã appellat: qñ ubiq; nascentes testæ in qbus læuor sit & candor eodẽ hoc noie censentur quod ab ungue humano factũ sit: & ad gemmas marmorisq; certũ genus translatũ ẽt fuerit. Ex eodẽ. n. humano ungue quẽ græci ὄνυχα dicunt onyx: & Sardonyx gẽma: & onychite marmor ab antiquis dicta sunt. Ex eodẽ plura alia etiã quæ in græcis & latinis passim leguntur. Variauit natura oẽs has ĩ mari testas: uoluitq; eas coloribus: figuris & q̃titate differre: ut nominibus etiã distinguerentur: onychesq; priuatim dicti sunt in quorũ testis nulli margines nullæ rugæ: nullæ concauitates: nullæ asperitates essẽt: sed toto corpore læuor & candor: quales in humano ungue sunt. Ex hoc genere indicus onyx est: dico aũt indicũ: qñ ut ab aliis secernatur gentis nota illa nomini adiicienda est. Sic. n. Paulus Aegineta eũ appellat: Sic ẽt græcorũ ueteres aliqui codices adhuc habent. Sentiri in eo nardi odorẽ Dios. ait: q in palustribus indiæ nardũ ferentibus inueniatur uescaturq; ea: nõ satis certa re quo modo in palustribus nard⁹ uiuat cui in arida uita est: aut si iuxta paludes illas nardus nascitur quonammõ ostreũ cui natura est scopulis in mari hærere: extra aquã uesci in arida possit: Barbarus ut alterũ scopulũ uitaret in alterũ incidit: adiecitq; quod alioquin in Dios nõ legitur Neq; n. ille ait in paludibus Indiæ nasci onychem ubi regio eius nardifera est. Sed inueniri in Indiæ paludibus nardũ ferentibus: nec alia præter hæc in eo sunt Credimusq; nos respondere quæ in hoc capite leguntur his quæ ĩ Malobathro a Dios & a nobis dicta fuerunt: plura s. odoris similitudine in censum & nomen nardi uenisse quæ multa tunc numerata ab hoc fuerunt: & inter ea quod malobathrũ antiquitas uocabat: folũ tñ quod in paludibus indiæ fluitans inueniretur odore nardi: lectumq; ad multos usus seruaretur Nec tñ inclinat animus nobis: quas hic modo Indiæ nardiferas paludes dicit easdẽ illis eẽ in quibus malobathrũ inueniri & colligi antea tradidit Sed pro cõperto rẽ habere uidemur. Siquidem utrobiq; ait siccari paludes illas æstate: Cumq; in eis malobathrũ inueniatur odore nardi solium & ob eũ odorẽ in nardi nomẽ a multis adscitũ: nihil impedit ne cõstituamus hoc loco ex cõmuni oium opinione qui malobathrũ cũ nardo miscerent: nardiferas hunc dixisse paludes quæ re uera nõ nardũ sed malobathrũ ferrent: Constitutoq; hoc facile & sequax est quod sequitur pasci nardo in paludibus his indicos onyches: parato & ubiq; exposito sibi cibo: & quẽ extra aquas contra naturæ suæ leges quærere nõ cogerentur. Nunq. n legisse me memini in ostreorũ generẽ eẽ

quæ ambigua sint. Et quæ qualia pleraq; alia quotidie uident in aqua pariter & arida agere pos sint. Persuasit postremo Pauli Aeginetæ auctoritas & ueterum codicũ fides: ut quod in extremo capite erat ποθέι τις ἢ κοιλ΄αν μαλάσσουσ: quod est mollire aluũ potos onyches: nõ mollire sed turbare diceremus: ἐκ ταράττουσιν enim nõ μαλάσσουσι in melioribus legebatur. Dicet forte aliquis leuius hoc esse: nos etiam id fatemur: sed in interprete nihil fide optabilius est.

DIOS. DE TERRESTRIBVS Cochleis. Cap. ix.

c Ochlian cherſæon. Romani terrestrem cochleam dicunt. Stomacho accõmodata est terrestris cochlea: difficillime eadẽ corrumpitur. Probatissimæ quæ in Sardinia: Lybia: Astypalæa: Sicilia: & Chio nascuntur. Probatissimæ etiam quæ in Liguriæ alpibus Pomatiæ ab operimẽto suo appellantur: Marinæ etiam stomacho accommodatæ facillime excernunt: fluuiatiles uirus habent. Quæ uero siluestribus fruteris & sentibus hærentes inueniuntur: quas sesilos aliqui nominãt aluũ & stomachum turbant: & ad uomitiões mouent. Possunt crematæ oẽs in cinerẽ cinere illo calefacere & utẽdo exulcetare. Lepras idẽ exterit cinis: uitiligines & dentes. Oculoꝝ præterea cicatrices albuginesq;: Asperã discoloremq; ceu a sole curẽ: & hebetes oculos integræ cum tota carne crematæ: & in cinerẽ tritæ: tum ex melle inunctæ emendant. Crudæ eædẽ cum suis operimẽtis illitę cutẽ subeuntiũ aquarũ tumores exinaniũt: nec prius decidũt q̃ humorẽ illũ oẽm siccauerint. Podagraꝝ inflãmationes leniunt. Quinetiam surculos corpori infixos pariter illitæ extrahunt. Ducunt & mẽses concisæ & appositę. Concisę itidẽ earum carnes additis myrrha & ture uulnera illitę presertimq; neruoꝝ glutinant. Sanguinis e naribus eruptiones concisę ex aceto cõpescunt. Viuẽtibus cocbleis exempta caro africanisq; preserrim stomachi dolores hausta lenit. Totę cũ suis operimentis tritæ cochleę: & cũ uino addita myrrha non adeo copiose potę crassioris intestini quod colon græci dicunt: & uesicæ dolores sedãt. Reglutinant palpebrarum pilos terrestres cochleę: si quis traiecta per earum carnem acu mucoso lentore quem secum acus retulerit pilos inunxerit.

INTERPRES.

q Vis crederet fuisse ueteribus cochlearum uiuaria? nec minus q̃ murenas & ostrea antiquorum ganeam implesse animal qd non satis adhuc nouerimus quale sit: & quos usus humano generi habeat: nisi quæ solet uarios & absurdos prægnantium modo rerũ appetitus excitare in nobis copia: & quod ex copia fit fastidium t. m inutilem cibum hemini cõmendasset: nec aliter q̃ ut in satietate meliores cœnæ salgama: gaꝝ & oleas petere solemus. Sic meliores ex mari pisces fastidientes mucosum cochlearum callum in cœnis amare cogisset: & ut pinguiores toto anno nobis essent gratissimis homini cibis in uiuariis etiã pascere docuisset. Domiportam Cicero græcoꝝ more qui φερέοικον inter cætera nomina eam uocant: cochleam dixit: Nec male una hac rõne laudata est necessario homini exẽplo: ut sua oĩa secum ipse etiã ferat: & prienæi sapiẽtis modo eas domi suæ opes coaceruet quas nec hostis ferat: nec populetur bellũ. Idẽ sanguine cassam appellauit: ꝓpterea q̃ illi saliua & mucosus lentor ꝓ sanguine sit quo in oculoꝝ medicina ut hic docuit ueteres utebantur. Quibus qđ hactenus inuenerim nullus fuit usus exsudati igne ex cochleis humoris: quo nostræ ætatis medicina præsenti remedio utit in his quorum corpora ad tabem lubrica sunt: & macie cõficiũtur. Silicei operimẽti cinere: carnibus: & crudis totis cochleis cõtra aliquot hoĩs mala antiquitas tãtum usa est. Ex coꝝ numero qd oculi cicatrix & albugo sit breuiter hoc capite dicetur. Priorem illã Galenus describens ait cicatricem oculi esse quotiẽs in nigra oculi parte ex ꝓfunda exulceratione tunicula crassitudo superuenit: & ex nigro candido colore albescit. Quinetiã in tunicula quæ candida dicitur cicatrix hæc fit. Albugo aũt cicatrici eadẽ est: Differt tñ q̃ a maiore exulceratiõe maior & crassior supuenit cicatrix: q̃q; in Iride (sic.n. circa pupulam orbem dicunt) albugo fit. Paulus Aegineta aliter & sic rem tradidit. Quæ in summa oculoꝝ superficie cicatrices fiunt aliqui eodẽ hoc noĩe cicatrices dicunt: alii uero nubeculas. Profundiores uero albugines: reliquũq; legentibus cogitãdum ubi cicatrix sit illic uulnus aut exulceratiõem fuisse. Laudauit idem cochlearum cinerem in intestinorum torminibus: sed nondum exulceratis ea mẽsura ut quatuor eius partibus piperis albi una: gallæ uero duæ partes adderentur: quod a Dios. dictum non est.

Oculorũ cicatrices & albugines.

DIOS. DE FLVVIATILIBVS Cancris. Cap. xi

Arcinon. Romani Cancrum dicunt. Succurrit præsenti remedio rabi-
c di canis morsibus fluuiatilium cancrorum cinis: cochlearium duorum pondere & gentianæ radicis uno per triduum in uino potus: Cum decocto melle idem sedis pedumq; rimas: perniones: & carcinomata mitigat. Crudi tritiq; fluuiatiles cancri & cum asinino lacte poti: serpentium: phalangiorumq; morsibus & scorpionum ictibus subueniũt. Elixi iidem cum suo iure in cibo sumpti tabidis & contra potum marinum leporem opem ferunt. Triti præterea & cum ocimo scorpionibus admoti eos necant: minore adhæc omnia marini efficacia sunt.

INTERPRES.

Xigit a nobis nihil pro eo aliud hoc loco agentibus Cancer ambiguum quidem infor-
e meq; animal: & cui consueuerint capto pueri libenter illudere: sed humano generi nõ penitus inutile: ꝓ ope quam contra uenenata homini liberaliter affert: multorum cõtra se maledicta & contumelias deferri: quibus iniuste damnari & immerito explodi a pictoribus & poetis se sentit: qui non habentes quam parasitis & adulatoribus aptiorem & cõcinniorem in natura imaginẽ redderent fluuiatilibus cancris eos cõparauerunt: fœliciter ideo cõparatione illa uti sibi persuadentes. & ab aliis crediti q; tota eius animalis figura & species huic hominum generi eorũq; studiis ad unguẽ congruere uideretur: responderetq; glomer & globus ille corporis: nec nisi uenter totã in eo moles gulæ cœnarumq; studio & petitis undiq; a parasitis multa scurilitate lautioribus epulis. Numerosa aũt illa chelarum pro pedibus series: celeritati totaq; urbe uagis eorum discursibus: qbus ad hilariorẽ sicubi ea illuxisse audiatur fortunã quotidie ꝑperant. Denticulati itidẽ forfices qbus in ascēsu & periculo utitur & hæret id animal morsibus: maledictis clandestinisq; susurris & delatiõibus qbus apud principes alios exagitantes ꝑ re saluteq; eius curam laboremq; suũ ꝓbare & gratiam inire nituntur. Postremoq; in summo dorso ueluti in altissima specula positi: exerti: nunq somno cõniuentes & ad oia uigiles oculi ingenio: sagaciq; cõiecturæ qua consilia: uota: amores: iras: odiaq; eorum quibus blandiuntur intellexisse uolunt: ut ingenium modo corruptis & in pus iam tumentibus affectibus illis adsint. Quam iniuste aũt impudenterq; & cõtumeliose id egerint natura intelligentibus cognouisse facile est: quæ ambiguo & in humido siccoq; elemento pariter agenti animali uentris inanẽ plerũq; globũ illum ideo dedit: ut quẽadmodum solent pueri alligato ex humeris subere rotundiore ue & ampliore cucurbita securã in piscinis primã auspicari natationẽ: sic posset & cancer gloineris illius ope in summa aqua sine periculo fluitare. Multas uero illas & longiores chelas ut per terrã ingredienti aliorum aialium modo infirmã ex inferiore parte aluũ altius a terra extollere liceret. Denticulatos itidẽ forfices ut maiore ꝓfluentis aquæ urgente impetu qualis per autumnũ & uer largior & inexpectata sæpe descendit apprehensis stirpibus supra aqua uiq; dum ea defluat incolumis penderet. Mobiles postremo in oẽs partes & in excelso costituros oculos: nec minus a tergo q a frõte omnia uidentes: ut infirmu tardumq; animal occursantes undiq, noxas ex lõginquo præcognoscere & cauere: offerẽtiaq; se uitæ & salutis suæ cõmoda certius assequi ualeret. Quã oculorum sortem in homine desiderantes antiquiores aliqui, negatam nobis tam fœlicem natura & uidendi ꝑtãtem figmentis saltem ostendere conati sunt: bicipitẽ Ianum & toto corpore oculatum Inachiæ bouis custodẽ fingẽtes: ut quales a natura factos nos esse oporteret imaginibus illis saltẽ intelligeremus: nulla earum necessitate si quæ in cancro sunt sagacis naturæ nõ adulatiõis aut parasiticæ notas diligentius cõtemplaremur. Pro quibus breuiter deficientibus aliis quæ hoc capite diceremus monuisse hæc placuit: nequis ad turpitudinis exẽplum aliquid naturã fecisse credat: meminerimusq; omnes nihil magis hominem decere q̃ maledicto contumeliaq; eius abstinuisse.

DIOS. DE TERRESTRI Scorpione. Cap. xi.

Scorpion. Romani Scorpionem dicunt. Contra ictus suos remedio est concisus crudus & impositus idem ille qui percussit terrestris Scorpio, Comeditur & tostus in eundem usum.

INTERPRES.

Issimulauit in hoc capite Barbarus quod uno excepto in cũctis græcorum codicibus legit:
d ὀψώμενα uerbũ quod inuenire significat. Et quasi nihil dubitandũ in eo esset: cum crudum concisum scorpionẽ ictibus suis imponi iussisset statim subiecit. Idem & tosto ꝑ-

fectus: crudum tostumq; pariter & eadẽ utilitate imponi præcipiens: quod a Dioscoridis sensu lõge abesse uidetur. Duo.n. ille ex eodẽ scorpione remedia tradit: alterũ quod crudo: alterũ qđ tosto fiat. Sed in posteriore parte certa eius remedii tractatione: quod a priore illo diuersum intelligi debet. Quæ.n. inter utrunq; media est particula δὲ diuersam alterius rationẽ exigit. Ea ut nõ multo ante diximus ex grãmaticorũ præceptis sic sermonis mẽbra diuidit ut quod sequitur a præcedentibus aliqua ratione disiungat. Verisimileq; est cũ dixisset Crudũ imponi scorpionẽ &c: subiecisseq; statim ἀρίσκεται δὲ ὀπτηθεὶς πρὸς τὸ αὐτό i. inuenitur aũt tostus idẽ habere usum: alterius huius remedii modum & usum dici debuisse. Vtq; in illo crudus imponebatur scorpio sic & in hoc esse uerbũ aliquod quo osus ille præciperetor: deficiẽteq; eo uitium suspicari oportebat; qđ nullibi q̃ in uerbo illo ἀρίσκεται esse poterat. Nos in eo uaticinari & in communi oium lectione nihil diu mutare ausi: optimi tandẽ & oium mihi probatissimi codicis fide in quo non ἀρίσκεται. i. inuenitur sed βιβρώσκεται. i. comeditur legebatur ad antiquum uerũq; sensum rem restituimus: diximusq; comedi tostum in eundem usum; psuasitq; id facilis & lubricus ad uitiũ in una syllaba lapsus: Sed multo magis Paulus Aegineta: cuius libro sexto uerba hæc sunt: σκόρπιος χερσαῖος ὠμὸς ἐπιτεθεὶς ἢ ὀπτὸς βρωθεὶς ὄγρος βοήθημα τῆς ἰδίας πληγῆς γίνεται i. Terrestris Scorpius crudus impositus aut tostus in cibo ppriĩ uulneris remediũ fit. Nec dubitandũ presertim ut Homerus quõdam cecinit duobus simul euntibus uerã huius loci lectionẽ hanc esse. Et si contra suspicari aliqs forsitan possit q; neq; hic neq; Paulus Aegineta quo loco de scorpionum ueneno eiusq; remediis ex proposito egerunt aliquid huiuscemodi testati sunt. Satis enim illis erat quod inter animalia semel ab utroq; dictum fuerat.

DIOS. DE MARINO Scorpione. Cap. xii.

Scorpion Thalassion. Romani marinum Scorpionẽ dicunt. Oculorum suffusionibus: albuginibus: & hebetibus oculis utile marini scorpionis fel est.

INTERPRES.

Culorũ suffusiones Galenus: Paulus Aegineta: græcorũq; alii medici omnes subeunte & glaciei modo concreto inerti humore inter corneã & cristallinã fieri dixerunt: quo

u

uisus eatenus saltẽ impediatur: ne possit discretas rerũ species & colores oculus apprehendere. Nam totũ uidendi usum plerunq; amittit. Fit illud etiã cũ lux aliqua superfuit ut eodẽ colore omnia se nobis offerant: non tamen uno aut altero: sed aliqñ ceruleo: nonnunq̃ ferrugineo. Sæpe qualis in gypso aut in grandine est. Ex colorũ diuersitate copiã & soliditatẽ gelati in oculo humoris medici ratiocinantur: qui a glaucomate differre suffusionẽ dixerunt: q; hæc pigri humoris in oculi parte concretio est: illud natiui coloris in glaucum mutatio & ex utroq; oisum impediri.

DIOS. DE DRACONE MARINO. Cap. xiii.

Draconta Thalassion. Romani marinum draconem dicunt. Cõtra spinæ suæ ictus remedio est dissectus & impositus marinus draco.

INTERPRES.

Enefica & animantiũ generi ubiq; consulens natura nullius mali remediũ aliquod eẽ non uoluit: & ne reperendum ex longinquo esset in multis maleficio ipsi opem coniũ

b

xit. Omittimus fabulosam achillis hastam: Naturã.n. cõtemplari oportet: quæ ut Cãtharidibus: scorpioni aliisq; multis ueneni sui in eodẽ corpore antidotũ & opem cõstituit; sic & in marino dracone contra spinæ suæ uenenatos & letales ictus auxilium posuit. Ferit spina hic piscis: quæ ut tauris cornua pro telo illi est. Docuerunt id naturæ historiã tractantes: testatus idẽ & Plinius ẽ lib. xxxii. capite. iiii. cuius uerba hæc sunt Draco.n. marinus ad spinæ suæ qua ferit uenenũ ipse impositus pdest Ex quibus nõ ab re fuerit quæsisse ut in Scorpiõe dictũ est: an eundẽ illũ dracone qui uulnerauit medicina uulneri a se facto facere dicat: an ex eodẽ genere quẽ potuerit aliquis habere. Nobis in priorẽ illam partem animus inclinat.

DIOS. DE SCOLOPENDRA Siue Centipede marina. Cap. xiiii.

Scolopendran. Romani Scolopendram siue Centipedẽ dicunt. Glabrescunt quæ decocta in oleo marina centipede inunguntur pilosæ corporis nostri partes. Eadẽ manibus tractata pruritum facit.

INTERPRES.

I marinã Cẽtipedem quã Scolopendran græci uocant nouisset aut naturæ eius meminisset oĩum sapientissimus qui tunc uiuerent delphici Apollinis oraculo declaratus Atheniensis Socrates nunq̃ ut aliorũ uitia uirtutesq; nobis certius & quasi ad manũ paterent fenestrata homini data esse pectora a natura optasset: ut quemadmodũ per uindemiã ante musti conditurã media exempta tabula doliũ aperitur; eoq; aperto quod feculentũ in eo latet in lucẽ trahitur: sic diuaricato hominis pectore quæ in eo tumerent scelerũ cogitationes in mediũ ꝓlatæ omnibus paterẽt: magna ꝓfecto socialis uitæ & humani generis utilitate quod simulata uirtute: quæ tota hypocrisis est: facile decipitur & perit. Nec minoř in occulto & aliorũ oĩum maximo scelere si Platoni credimus ad penã occasione: extremæ iniustitiæ tribuenti uideri bonũ nec esse: Sed marinæ Centipedis naturã in eundẽ usum maluisset. In fenestrato siquidẽ pectore per quod quasi limis per flabellũ ut in Comœdia audimus introspicere cogeremur multa quæ in extremo hominis recessu latent diligentiã nřam facile effugerent. At in inuerso penitus hoĩe cunctisq; eius in lucẽ prolatis interaneis nihil tã reconditũ esset quod sub solẽ tractũ liuores: rugas: lentigines: uerrucas: labesq; suas oẽs non ostenderet. Quo naturæ beneficio marinæ cẽtipedes hæ utentes: absorpto hamo; cũ teneri se sentiũt euomitis interaneis q̃ mox resumũt inuersoq; omni corpore sicq; relicto hamo salutẽ suã; quod mirentur omnes noua hac ratiõe a piscatoribus redimũt. In quo si liceret regibus alios sine periculo cogere nunq̃ tã graui dãno occulta hominũ scelera humano generi constarẽt: & sicubi ignota uirtus lateret: eadẽ ratiõe hac in mediũ prolata præsenti utilitate humanã rẽ excoleret & ornaret. Nec mireř in maiestate naturæ aliquis aut piscis naturã aut uota hæc nostra. Diuinæ.n.prouidentiæ utrũq; est: quæ seruatam post mortẽ simulatæ uirtutis pœnã uiuentibus imagine hac ostẽdit: & quod ab ea sapienter & iuste in inferis exercetur: in sole hoc nostro ꝓbabile nobis merito fecit: nõ ad pœnã sed ne humão generi impune quos nunc hypocritas sacræ litteræ appellant quottidie imponerent: quibus iniectã adeo post mortẽ pœnã testati aliqui sunt; ut marinarũ centipedũ modo inuersa & ex occulto in lucẽ ꝓducta omni interiore parte: quod uiuentes latere uoluerant: tũc oĩbus patere: & quod patere: tũc cœlari sentientes graui amissæ dignitatis & deprehensæ turpitudinis dolore torquereř; quo nihil in uitiosa ambitiõe miserabilius hoĩ est: Cẽtipedes marinas has Plinius dixit deuorato hamo oĩa interanea euomere donec hamũ egerãt: deinde resorbeř Plutarchus uero in eo quẽ scripsit libellũ de his qui sero puniũtur a deo: nõ interanea euomere sed se ipsas iuertere: Verba eius hæc sunt: ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον ἐκτρέπουσιν ἑαυτάς: quod est; quẽadmodũ marinæ scolopendræ absorpto hamo seipsas inuertunt: nisi forte ἐκτρέπειν uerbũ pro stomachi inuersione & uomitu accæpisse eum aliquis credat: sed cũ dixerit seipsas inuertunt: nõ uidetur ad uomitũ posse referri: presertim cũ non multo ante uerbo ἰλιγγιᾶν in consimili re usus fuerit quo græci priuatim utuntur in terræ lumbricis quorũ natura est in seipsos cõtrahi: tũ explicari: mox iterũ contrahi: quasi in inuersione sua centipedes marinæ paulatim a cauda se contrahentes inuertant. Quales aũt terræ scolopendræ siue centipedes sunt tales & marinæ: longiores: tereti corpore & infinitis pene pedibus ingredientes: notissimũ omnibus insectũ & ex quo rustici futuræ pluuiæ præsagia aliquando accipiant.

DIOS. DE TORPEDINE. Cap. xy.

Narcen. Romani Torpedinem dicunt. Contra diutinos capitis dolores imposita torpedo uehementiores eorum impetus lenit. Eadem inuersam aut procidẽtem sedem coercet apposita.

INTERPRES.

Beuentu græci suam narcem Romani suã torpedinẽ dixerunt. Vtrisq;.n.in suã appellatione eadẽ piscis nota & uis indicatur: quæ tanta esse traditur ut hamo capta per ferrũ: setã; harundinemq; in piscatorẽ torporis sui naturã & uim narce transferat: & limo obruta adnatantes pisciculos eodẽ torpore immobiles corripiat. Ignaui ingenii piscis: & qui quã alii manifestam & generosam uenationẽ faciunt clandestinis dolis & q. ueneno quodã hæc sibi acquirat: quasi Maronis illud ad uitã magis laudauerit. Dolus an uirtus qs in hoste requirat. Hanc Paulus Aegineta uiuentem ad arcendos capitis dolores capiti imponi iussit: idq; eodẽ illo torpore facere: quo membra omnia hominis contactu eius torpere creduntur. Viuentẽ præterea in oleo coqui: oleoq; illo utiliter inũgi articulorum dolores: & præter hæc qđ hic de procidente & inuersa sede ait. In cuius mali significatione non placet quod Barbarus ait ꝓcidentis interanei aut euersi morbum coercet. Latius.n.interaneum patet: & hic sedem tantum dicit: & inuersam non euersam eam partem appellat.

DIOS. DE VIPERAE Carnibus. Cap. xvi.

Chidnen. Romani Viperam dicunt. Facit Viperæ caro oculorum clarita tem decocta & in cibo sumpta: Neruorumque medicinæ utilis eadē accōmodataque est: & strumarum incrementa cōpescit. Oportet detracta pelle caput & caudā: quod nulla in his caro est amputare. Fabulosa. n. ad mensurā extremarum uiperæ partiū amputatio est. Exēptis deinde interaneis in frusta diuidenda: & in oleo uinoque: addito exiguo sale & anetho coquēda est. Ferunt aliqui pediculosos fieri his carnibus uescentes: quod falsum est. Adiiciunt alii longissimæ senectutis esse qui earum cibo utuntur. Cōficitur & uiperæ carnibus sal in eosdē usus: sed minore efficacia. Conficitur aūt hoc modo. In nouū fictile uiuens coniicitur uipera: eodē coniiciuntur tritus cū tritis caricis sal: singulorumque sextarii mensura: & præter hæc mellis cyathi sex. Luto deinde fictilis operculum linitur: & in fornace donec sal in carbones transierit torrentur: Friatur deinde exemptus ex fictili sal: sicque seruatur additis aliquando ut suauius ori sapiat spica folio ue nardi aut malobathro exiguo.

INTERPRES.

Egabant quondam marsi gens quæ in Italia impune serpentes uenarentur & tractarent uiperas in nostro orbe nasci ob cœli temperiem: & molliorē soli naturā. Id tñ nō credere se Galenus ait. Omnes contra aphricæ peculiare hoc naturæ malū potius q̄ aial esse testati sunt. Iidē nō satis certe genus & formā uiperæ descripserunt: aliis dipsadē: aliis præsterē: aliis aliud genus & nomen uiperæ assignantibus: aliis hac forma: aliis illa describentibus. Longum sit si Strabonis: Galeni: eiusidē scriptoris huius: multorumque aliorum dicta hoc loco congesserimus: & præter longitudinē superuacuū etiā: cū ante nos plura ex his Barbarus in Corollario suo retulerit: quæ poterunt uolentes ab eo intelligere. Nos propositum nostrū agentes ex ueterū græcorum decretis. primū monebimus Calido siccoque palam tēperamento esse uiperinas carnes: totumque corpus p cutē purgare: ideoque ab elephantiis suis solo hoc cibo multos ad sanitatē restitutos fuisse testatus libro sexto Paulus Aegineta est. Nec minus libro iiii. quo loco de mali illius curatione agens Viperinis carnibus uti iubet: & si sit earum copia nihil æque in cibo pdesse testatur. Iubet præterea confecto uiperinis carnibus sale illo de quo pauloāte dictū est pariter uti. nec minus prodesse: quē ille Theriacū ideo uocat q ἐκ τοῦ θηρίου. i. uenenato & serpente hoc animali confectus fuerit. Idē cōtra strumas eodē Dioscoridi aut non dissimili remedio pugnat. Hic uiperæ carnibus strumarum incrementa sisti ait. Ille non uiperā sed quē græci ὄφιν uocāt iubet in fictile gypso circūlitū coniici: & in fornace cremari. Tū addito fœnogræco melle subigi: eaque ratione uti: ὄφιν aūt intelligere oportet quē nos anguē dicimus omnibus notū. Vtitur medicamēto etiā ex aspidibus confecto: ex quibus cogitatū a nobis aliqñ est nō adeo differre uiperas ab aspidibus: & nostrates angues nō dissimiles penitus uires habere posse: quodque in africanis laudatur & aliis antefertur siccitate regionis & cœli tēperamento fieri. Iubet deinde in præparādis ad coctură uiperis detrahi primū pellē: mox caput & caudā amputari: quia minus aut nihil carnis hæ partes habent: in qua amputatione damnat fabulosumque esse dicit quod quidā præcæperūt certa aliqua mensura auferendas uiperæ partes illas esse: Quod tamen antiqui omnes testati sunt: eamque digitorum quatuor fore decreuerūt: Plinius libro. xxix. cap. v. cuius hæc uerba sunt: Quatuor digitorum mensura utrinque præcisa. Paulus Aegineta primo quarti uoluminis capite in uiperæ coctura: προαποκοπεισῶν πρότερον τῶν τε κεφαλῶν αὐτῶν καὶ τῶν οὐρῶν ὅσον ἀπὸ δακτύλων τεσσάρων: Quod est: amputatis antea capitibus & caudis quatuor fere digitorum mensura: Id ipsum & plerique alii testantur. Nec damnat negatque Dios. earum partiū amputationē: sed quā uulgus amputatiōis causam opinatur: quia. s. ueneni sedes in his partibus sit: fabulosamque huiuscemodi historiam testatur: & q certa mensura amputandæ illæ partes sint. Causa. n. amputationis est nulla in his partibus caro & ob id inutilitas: coniecturaque satis ad mensurā est: ideoque & Paulus Aegineta quatuor fere digitorum dixit: qui per latitudinē & ut in manu se contingunt intelligendi sunt. Coniunctum huic est quod nos uitiosum oio suspicamur: & ex similitudine uocis alterum ex altero participio factū esse. τὸ δὲ λοιπὸν πλύναντας καὶ τεμαχίσαντας &c. Quod si uerbū de uerbo uertas significat: postremo autem lotā & in frusta dissectā uiperā &c. Lauare n. πλύνειν est: Et si sic legatur dubitandum non est quin lauari ante cocturā uiperā oporteat At non sic in omnibus græcis legitur. Vidimus enim nec spernēdæ fidei codices in quibus non πλύναντας i. cum lauerimus: sed πλατύναντας idest cū aperuerimus & quasi diffissa inferiore parte diuaricauerimus: tunc in frusta dissectā coqui opor-

tere:nullo alio sensu q̃ ut significetur oportere uiperam euiscerari: detractisq; interaneis omnibus tunc coquendá esse:persuademurq; in eo facile q̃ hic sensus a rei necessitate nõ abhorret: q̃q; integra adhuc lectio in aliquibus hæc est:& q̃ Plinius eodem loco ait exemptis interaneis discoqui in aqua aut oleo &c.& præter Plinium Paulus Aegineta eodẽ loco Cuius hæc uerba sunt: ἀφαιρ-ἑντων δὲ τῶν ἐντὸς &c. Quod ẽ ablatis interaneis quoꝝ nulla fieri detractio nisi aperta & dilatata inferiore parte poterat: ĩdeoq; nos relicta lotura exemptis interaneis coqui uiperá diximus Addiderunt huic cocturæ aliqui quæ a Dios. nõ dicuntur; rutá & porrũ : Neq; ab re fuerit suspicari in tot reꝝ censu potuisse librarioꝝ incuria perire aut ambo hæc aut eoꝝ alteꝝ. Dubitandũ illic etiá quo loco Dios. ait credi pediculos gignere qui uiperinis carnibus aut eaꝝ iure uescantur: fieri ne id an contra nõ fieri pediculos Dios. dixerit his qui ea uescuntur. Multa.n. in utranq; partem afferri possunt. Galenus: Paulusq; Aegineta qđ hactenus legerim nihil de pediculis his docuerũt. sed alter quod ad hanc rẽ faciat tantũ dixit; per cutẽ totũ uiperinaꝝ carniũ cibo purgari corpus: potuitq; cõi purgationis appellatione illa pediculos etiá intelligere: qui ut in pediculosis a longa ualitudine sit pellente corruptos humores natura toto corpore aliquando gignuntur. Alter certius lõgiusq; descripta eadẽ uiperinaꝝ carniũ potestate; ampliore adhuc uoce usus ait gigni i cute uiperinaꝝ carnibus uescentium cuncta illa quæ corrupti intra hominẽ humores gignerẽ solent, numerauitq; scabies; lepras; labesq; alias in quibus extima uitiatur cutis nulla pediculoꝝ priuatim habita mentione. Quodq; in his sit ꝓpria eaꝝ carnium potestate; fieri & in aliis poterit. Quæ qđ crassum terrestreq; in humore nostro est in exteriorẽ partẽ pellunt. In quo genere potuit & pediculorum labes illa etiá censeri. Plinius tantũ pediculoꝝ eodẽ libro his uerbis meminit Ius præter supradicta pediculos e toto corpore expellit quo uerbo usus negare uidetur. Quod Dios. & si falsũ mox dicit id esse confirmat: nisi in expulsionis uerbo nõ fuga & enectio intelligenda sit: sed ut in auibus quæ pullos suos post incubitũ excludere dicuntur generatio: &.q. ex occulto & priuatiõe in lucem & uitã protractio. nec aliud expellere uerbũ q̃ ad generationẽ excludere Plinio illic significet. Quæ oía longius dicta a nobis sunt qm̃ nõ desunt in græcis in quibus contrario sensu μὴ γεννᾶν quod est nõ gignere legatur. Nos in ambiguo cõem lectionẽ secuti sumus; presertim negante id fieri Dioscoride. Variant in extremo capite nõ multo post antiqui græcoꝝ codices; suntq; in quibus πρὸς εὐστομίαν: quod nos ut suauius ori sapiat uertimus: & in qbus πρὸς εὐστομαχίαν. i. ad stomachi utilitatẽ legatur: habetq; utraq; lectio quo niti possit. In priore illa & ratio & cõis lectio est: in posteriore ratio & Plinii auctoritas qui eodẽ libro & capite ait. Exuritur cum sale in olla quem lingendo claritatem oculoꝝ consequuntur: & stomachi totiusq; corporis festiuitates.

DIOS. DE SENECTA ANGVIVM: Siue anguina uernatione. Cap. xvii.

Geras opheos, Latini anguis senectam dicunt. Contra aurĩũ dolores utiliter instillatur anguinæ uernationis mẽbrana in uino decocta. Eadẽ in dolore dẽtes colluuntur: adiiciunt aliqui eã: presertimq; uiperaꝝ; oculoꝝ medicamentis.

INTERPRES.

Q Vam hic contra dentiũ dolores anguium senectã in uino Paulus Aegineta in aceto decoquit: & quã hic ἔχιος. i. uiperã dicit ille dipsadẽ uocat; nõ negligendo testimonio uagum quondá in græcis uiperaꝝ nomen fuisse: unaq; hac appellatiõe plures huiuscemodi species nunc etiam intelligi posse. Nihil senecta anguis siue anguina uernatio hæc aliud est q̃ quod hyemalẽ corporẽ exuentes appetente uere angues spolium relinquunt; & quã lubrica serpens exuit in spinis uestem; ut Lucretius cecinit: Græci γῆρας. i. senectutẽ eam dixerunt. Plinius quod uere id fiat uernationem appellauit.

DIOS. DE VTROQVE LEPORE. Cap. xviii.

L Agoon, Romani Leporẽ dicunt. Paruæ lolligini similis marinus lepꝰ est. Depilat per se & cum marina urtica illitus concisus marinus lepus. Terrestris uero tostũ cerebrum tremoribus qui ex mala corporis affectione aliqua fiunt succurrit. Prodest & infantium dentitionibus: in quem usum gingiuis confricatur: aut in cibo comedẽdum datur. Explet capilloꝝ defluuia quas alopecias dicunt cremati leporini capitis cinis ex ursino adipe aut aceto inunctus. Eiusdem leporis coagulũ post triduum a purgatione mẽstrua potum sterilitatem fœminis creditur facere. Fœminaꝝ præterea fluctiões: & aluum

in utroq;

in utroq; sexu compescit: comitialibus subuenit: quin etiam contra uenena cum aceto bibitur: præcipueq; concretum lac: & uiperarum morsus. Vitiligines postremo lentigines asperaq; & discolor ceu ab æstiuo sole cutis calido leporis sanguine utiliter inunguntur.

INTERPRES.

n Ouerunt terrestrem leporem incontinenti agentes omnes: Marinum piscatores & qui ad mare habitant informe magis offam q̃ piscem: cuius formã ex ueteribus plures descripserunt inter uenenata ab hoc ipso scriptore in sexto uolumine numeratum: de quo tunc copiosius & certius ex Nicandro & aliis agetur. Hunc nõ satis certo intellectu cum urtica simpliciter depilare cæteri interpretes dixerunt: cõem græcorum lectionem secuti: cui deest quod in melioribus adhuc inuenitur: quodq; a Paulo Aegineta in sexto uolumine traditur. Quorum fidem & auctoritatem nos secuti quod Dioscoridi deerat adiecimus cum marina urtica illitum lepotem marinum depilare uertentes. Paulus enim his uerbis rem explet λαγωὸς θαλάσσιος λεῖος κατα χριθεὶς καθ' ἑαυτὸν καὶ μετ' ἀκαλύφης θαλασσίας τρίχας ψιλοῖ. quod est marinus lepus concisus inunctusq; per se & cum marina urtica pilos aufert: idipsum & meliores græci habent. Esse autem in mari urticas & homini medicinam facere testatus Plinius pluribus locis est: qui libro. ix. Capite xlv. totam earum naturam & in medicina uires pluribus locis descripsit: Testati & alii sunt: quos breuitatis causa relinquimus. Dictum deinde a nobis in terrestri lepore est: Tremoribus q ex mala aliqua corporis affectione fiant succurrere tostum terrestris leporis cerebrum: quod erat in Dioscoride unum κατὰ πάθος pluribus uerbis necessario explicantes: ut rei certus intellectus esset: nõ enim omnibus tremoribus ut nos credimus remedium id Diosco. decernit: sed his tantum qui κατὰ πάθος. idest uitio malaq; affectione corporis aliqua fiant: eaq; ob causam aliter q̃ Barbarus uerterit dicta a nobis res est. Videtur enim ille ex quo ait comedi contra tremores qui in morborum accessionibus contingunt de his tremoribus intellexisse: qui in febris accessione cum frigore nos torquent: credidisseq; πάθος febrem posse in græcis significare: licetq; morbo cum uoce rem dissimulare uoluerit: accessionis tñ uox illa febribus propria in eum intellectum facile rem & legentes trahit. At πάθος in græcis latius q̃ febris patet: diffiniuitq; id in diffinitionibus suis Galenus his uerbis: alicuius aliquarum ue naturæ operationum impedimentum pathos est: Nec magis febrẽ q̃ quoduis aliud malum quo pars aliqua aut totus a suo naturæ usu homo impediat ea uoce græci passim indicant: nec facile inuenerit aliquis per se priuatimq; febrem hac uoce significari. Habent enim in accessione febris cum algore tremores propriam in græcis appellationem ῥῖγος & ῥιγοῦντας de quibus actum a nobis in Iride est. Eamq; ob causam ut certius rem doceret Dioscori. τρόμους κατὰ πάθος γινομένους ait: ut nos uertimus scilicet factis ex mala corporis affectiõe aliqua tremoribus: quales multis de causis in homine fiunt. Habet enim omnis tremor uniuersalem ex infirmitate neruorum causam: quod senectus aperte ostendit: Priuatim uero plures & diuersas alias: frigidius naturæ temperamentum: frigidæ aquæ nimium & importunum potum: frigidi & glutinosi humoris abundantiã: & siquæ aliæ h uiuscemodi sunt: omnibus his tremoribus aut illis saltem quibus natura potestateq; sua conueniat mstum terrestris leporis cerebrum iudicio nostro mederi Dios. ait: Persuasitq; id facile Paulus Aegineta: qui lib. iii capite quo de tremoribus in uniuersum agit: cum multa de febrium tremoribus docuisset statim subiecit ἁπλῶς δὲ τρέμοντας προποτιζόμενον ὠφελεῖ καστόριον, λαγωοῦ ἐγκέφαλος ἐσθιόμενος &c. quod est Simpliciter autem trementibus prosunt in potu castoreum & leporis in cibo cerebrum: manifesta inter febrium & aliarum affectionum tremores diuisione: & certissimo leporini cerebri usu in his tantum tremoribus qui aduerbio illo simpliciter a febrium tremoribus separantur: qui ideo simplices non sunt q; febrem consequuntur nec primam mali notam habent: febris enim non tremor quod in febre nocet appellatur. Tam facilis præterea ad uitium in una littera lapsus est: ut non penitus abre forsitan fuerit uitium hoc loco suspicari: & quod passim legitur κατὰ πάθος, κατὰ πάχος legendum sit: contraxeritq; adhuc rem magis Dios. hisq; tremoribus remedio esse leporis cerebrum dixerit qui crassis glutinosisq; humoribus fiant: id enim πάχος significat: quod legentes monuisse placuit. Vtitur eiusdem leporini cerebri remedio in infantium dentitionibus libro primo Paulus Aegineta; docetq; inflammatis tunc infantium gingiuis: nihil esse illis dandum quod multo & difficili conatu commanducandum sit: tum digitis palpandas gingiuas; gallinaceorumq; adipe aut leporis cerebro molliendas esse.

Tremores ex mala corporis affectione

πάθος

τρόμοι κατὰ πάθος

DIOS. DE Pastinaca pisce. Cap. xix.

Trygona. Romani marinā pastinacam dicunt, lenit dentium dolores marinæ pastinacæ aculeus qui in eius cauda retrouersis squamis eminet: eos tñ frāgit & excutit.

INTERPRES.

r Adium quēm nos aculeum in maris pastinaca diximus Plinius appellat: nulla rei sed sola nominis diuersitate. Hanc græci trygona Turturi æquiuoca appellatione uocant. Nec nobis ex antiquo scriptore aliquo causa satis patet: quod sæpe desyderauimus: quemadmodum desyderare nunc etiam cogimur quisnam in sedando dentium dolore usus aculei eius sit: neq; n. hic docet inspergendus ne an imponendus dentibus sit: an percussisse conuulsisse ue eo dētes oporteat. Poterunt diligentiores nouisse id & nescientes docere.

DIOS. DE Sepia. Cap. xx.

s Epiam. Romani pariter græcis sepiam dicunt. Aegre concoquitur si comedatur decoctæ sepiæ atramentum. Aluum tamen mollit. Conformata eiusdem in collyrium testa leuigandis asperis palpebris accomodata est. Crematę itidem in suis testis Sepię usq; dum quod crustaceum in eis est abscesserit: tum in puluerem tritæ uitiligines: furfures: dentes: asperam & discolorem ceu a sole cutem exterunt. Miscentur lotæ prius oculorum medicamentis: faciunt & ad iumentorum albugines oculis flatu oris iniectæ. Absumunt oculorum ungues tritæ & cum fossili sale eis impositæ.

INTERPRES.

d Ifficilis parumq; certus eius partis hoc capite intellectus est: in qua passim & in cunctis græcis modo legitur καὲν δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀστράκῳ ἄχρις οὗ τὸ πλακῶδες αὐτῶν ἀποπῆ &c. Et a nobis uersum est: crematæ itidem in suis testis Sepiæ usq; dum quod crustaceum in eis ē: abscesserit &c. Nec aliud sensum confundit & miscet q̄ neutrum illud participium καὲν: quod non potest nisi ad ὄστρακον referri: At dicere ὄστρακον ἐν τῷ ἰδίῳ ὀστράκῳ καὲν idest si uerbū de uerbo uertas testa in sua testa cremata: frigidum indignumq; hoc scriptore & merito suspectum est. Augetq; suspitionem q̆ in aliquot græcis adhuc non ἐν τῷ ὀστράκῳ: sed σὺν τῷ ὀστράκῳ: idest non in sed cum sua testa legitur: Fuisseq; hanc ueterem lectionem antiqua Dios. interpretatio qualiscunq; ea est ēt indicat. In uocibus uitium & male sequax earum ductus est. Nam quod ad rem pertinet facile est quod hic docet intellexisse. Duo enim in sepia primum sunt quod duriore testa intra eam clauditur: & quæ foris claudit id testa. Rursus in exteriore testa duplex rei substantia: quod intus pumicosum & tenerius q̄ pumex: & quod foris siliceum: durius: crustaceum: & ī quo cum asperitate aliqualeuor est. Ex his in duobus tñ medicas uires aliquas esse Dios. docuit: in eo quod testa clauditur uentrem mollire: & in eo quod claudit asperitatem palpebrarum leuigare: uitiliginesq; & alias his similes corporis labes exterere: non tamen simpliciter sed cinerem eius: quā ob causam addidit: Crematam in propria testa Sepiæ testam &c obscure quidem sed necessario rei intellectu: ex eo quod sequitur donec quod crustaceum in eis est: absceserit: crustaceum enim hic dicit extimū illud operimentum: quale nos paulo ante descripsimus. Estq; sensus cremandam Sepiæ testam: donec extima illa pars quam hic crustaceam dicit ui ignis coacta a reliquo punicoso corpore separata ceciderit: integræ enim cocturæ inditium id erit: postquam hic iubet friatam in puluerem corpori inspergi: nosq; rei necessitatem & Paulum Aeginetam secuti: ut legitur uertimus: qui de eadē hac re libro primo agens κεκαυμένον σηπίας ὄστρακον dixit: idest crematam sepiæ testam. Idem etiā nobis auctor fuit ut in extremo capite sali fossile adiiceremus: quod ī aliquibus græcorum adhuc legitur: & ab eo in exterendis oculorum unguibus manifeste præcipitur.

DIOS. DE Mullo pisce. Cap. xxi.

Triglen. Romani mullum dicunt. Credit̃ continuus Mulli piscis cibus claritati oculorum nocere. Idem crudus: dissectusq; & impositus marini Draconis: Scorpiōisq; & aranearum morsibus medetur.

INTERPRES.

n Ouerunt gulæ proceres Mullũ piscem græcorum uocabulo nunc etiam tryglen ab omnibus dictum: lautioribusq; cœnis rum seruari quæ de eo iactatur ubiq; uox indicat: non comedia piscatore Tryglen. Fuit huic cibo omnibus sæculis gratia: nec uile pretium: i quo singulis sestertiis singulæ rependerentur libræ si Iuuenali credimus dicenti mullum sex millibus emit. Aequantem sane paribus sestertia libris. Hunc uenenatorum multorum morsibus non recẽtem ut Barbarus uertit: sed crudum imponi Dios. iubet. ὠμὸν enim in eo est quæ uox græcis crudũ tantum significat: nescioq; ego cur recentem potiusquam crudum uertere ille uoluerit: commutareq; græcarum uocũ æstimationem mutare: non leui sane in medicina periculo: si crudum & recens promiscua significatione misceantur. Multa enim in tota natura sunt quæ cruda uetustatem habent: & quæ cocta recentia dici possunt. Libet hoc loco gratias Plinio habere qui ea quæ angustius a Diosco dicta fuerant latius explicauit. Hic enim marini Draconis & simpliciter scorpii aranearumq; morsibus imponi mullum iubet: nullo inter terrestrem & marinum scorpionem & araneas & phalangia discrimine. Pli. uero lib. xxxii. capite. iiii. de hoc ipso pisce agens his uerbis rem docuit. Item contra Scorpiones terrestres marinosq; & Phalangia illitus &c. Qua Phalangiorum uoce in eo remedio usus aliud & uenenatius araneorum genus q̃ Dios. intellexisse uidetur: hic enim nõ Phalangiũ sed ἀράχνην ait: eam intelligẽs q̃ in trabibus parietibusq; suas telas suspendit: qđ totum peritiorũ cẽsuræ relinqmus cõtẽti q̃ debemus & possum⁹ fide scriptoris huius uoces uertisse.

DIOS. De Hippopotami. i. Fluuiatilis equi testiculo. Cap. xxii.

Orchin Hippopotamu. Romani hippopotami uel fluuiatilis equi testiculum dicũt. Siccatus tritusq; fluuiatilis eq testiculus cõtra serpentium morsus utiliter bibitur.

INTERPRES

P Eregrinũ Italiæ fluuiatilis hic equus semp aĩal fuit; Romanætñ Vrbis & Cæsarum fortuna suæ gẽti sæpe id palã ostẽdit. Viditq; R. Po. in Aegypti Nilo ad Saiticã pfecturã genitum ambiguũ: & rui æq in arida ac in flumine uita sit aĩal: binis & q̃les in bubus sunt unguibus: dorso: iuba: & hinnitu eq: a qbus & flumine cõposito noĩe fluuiatilis equus dictus est. Rostro pterea resimo: cauda torta: dẽtibus aprorũ aduncis: sed minus noxiis. Depasci eũ segetes testis Nicander est. Qui in Theriacis suis de eo sic cecinit: ἢ ἵππου τὸν νεῖλος ὑπὲρ σάιν αἰθαλόεσσαν Βόσκει ἀρούρῃσιν δὲ κακὴν ἐπιβάλλεται ἅρπην. Ὃς ἐκ τῆς ποταμοῖο λιπὼν ζάλον εἰλυόεντα. Χιλοῖς ὅτε χλοάουσι νέον δ' ἀπεχεύατο ποίην. Τόσσον ἐπιστείβων λείπει βυθόν ὅσσα τ' ἰὸν στίβ. Εκ γέμεται γενύεσσιν παλίσσυτος ὄγμον ἐλαύνων. Quorum uersiculorum ea sñia est. Aut eq quẽ Nilus supra nigricantem Saim pascit; aruisq; eũ noxiã imittit falcẽ. Hic ex flumine egressus relictis cenosis fluctibus cũ frumenta flauent: & uitentẽ amiserũt frondẽ; q̃tũ a flumine ingrediẽs parua pgredit tm̃ dentibus depascitur retrogrado incessu iter faciens. Quod Pli. fœlicissime descripsit his uerbis. Depascitur segetes destinatione ut ferunt antea determinatas indiẽ: & ex agro ferẽtibus uestigiis neq̃ reuertenti insidiæ cõparentur. Plures nec paruifaciendas in medicina uires ei Plinius q̃ hic tribuit quas licebit uolentibus multis locis in eo scriptore inuenisse: presertimq; libro xxviii. capite. viii. Quorum hic unum tm̃ probauit quod ille sait Testiculi drachma ex aqua contra serpentes bibitur.

DIOS. De Castorum idest fibrorum testiculis. Cap. xxiii.

C Astoros orchis. Romani Castoris siue fibri testiculos dicũt. Ambiguum: terraque pariter & aquis agens animal fiber est: sed in aquis plurimum: Inter quas piscibus & cancris uescitur. Vim contra serpentes habet fibri testiculus quem castoreum uocant. Sternutamenta idem olfactu cit: habetq; in uniuersum multiplices usus. Cum pulegio siquidem pondere drachmarum duarum potum menses: secundasque trahit: & fœtus ex utero pellit. Bibitur & cõtra inflationes cum aceto: tormina: singultus: letalia uenena presertimq; ixiam. Veternosos idem & quacunque alia inexpugnabilis somni ui sopitos ex acero & rosaceo inspersus excitat. Idemque olfactu & suffitu præstat. Tremulis præterea: conuulsis: neruorumque omnibus uitiis potum pariter & inunctum prodest: calefaciendi uires in uniuersum habens. Eligito semper in castoreo fibri testi-

culos ex uno & eodem principio coniunctos. Impossibile enim est uessicas duas in eadem tunica coniunctas inuenire. Eligito præterea ceroso intus liquore ponderosos: uiroso odore: acres: friabiles: erodente gustu: transuersisq; naturalibus mẽbranis undiq; interseptos. Adulterant eos aliqui ammomacum: gummiue eiusdẽ animalis sanguine aut castoreo ipso maceratum in uessicas illas instillantes & siccãtes. Falso fertur hoc animal in fuga a se ipso amputatos sibi testiculos relinquere. Impossibile enim est quales in suibus sunt parum exertos apprehendere. Verum dissecta cute auferre eos oportet: simulq; liquorem illum melli similem continentem tunicam: siccatumq; castoreum bibendum dare.

INTERPRES.

n On semper mendacium damnauit antiquitas: sed ut generi humano quotidie fœlicius cõsuleret ad cõmunem utilitatem pleraq; ab inuentoribus rerum æquo animo fingi passa est ut quæ aliter imperitis placitura non erant additis religione: miraculo: labore: periculoue aut nouitate aliqua libentius admitterentur. Nec sanctissimus inter sapientiæ professores Plato ad augendam suæ reip. maiestatem rationem hanc penitus dedignatus est. Intelligebat enim negligi facile quod quotidianum cõmuneq; est: certissimeq; homini profuturum credi: quod aut ex cœlo petitum: aut religione consecratum: aut raritate nouitateue aliqua se cõmendans meliore spe ab imperitis exciperetur. Fecerunt in medicina diu id etiam auctores eius noua inauditæ alicuius rei historia instaurandæ sanitatis remedia sua subinde illustrantes: Hinc tota est magorum in medendo portentosa ratio: & quæ toto opere multis locis a Plinio fabulosa magis superstitio q̃ naturalis medicina docetur. Ex eadẽ officina inoleuit etiam quod omnes adhuc credunt: & grauis poeta de Castore cecinit. Qui se eunuchum ipse facit cupiens euadere damno. Testiculi quoniam medicatum intelligit inguen. Quod a Sestio & Dios hoc nostro diligentissimis medicinæ auctoribus merito negat: ne dum relictum aut deciduum fibri Castoreum inuenire credimus inertes remedio illo careamus. Quo contra multa hominis mala: usa quondam antiquitas est & nostra ætas adhuc utitur: presertimq; contra uenena aliqua: Quæ uerisimile est a Dios illic numerata fuisse: sed ea librariorum incuria excæpto uno perierunt: idq; ixias est. Quod Barbarus uiscum ex Plinio interpretatur ubiq; non satis certam huncrem notissima uisci appellatione indicans: uocumq; similitudine ixiam & ixion simul miscens: cum tamen alterum in ramis arborum inueniatur: aucupio inseruiat: & in medicina non penitus inutile sit: alterum ad Chamæleõis aculeatæ herbæ radices nascatur: omni careat usu: & inter uenena ab hoc ipo: & a Paulo Aegineta numeretur: quemadmodũ in Chamæleone herba & in uenenis longius ab hoc scriptore & a nobis dicetur. Nec animus modo nobis est: Plinium: & Plinium secutos inscitiæ aut incuriæ arguere. Fecit enim ante nos id Leonicenus omni doctrinarum genere clarus homo. Sed quod ad nos pertinet legentes monemus: quoniã nihil uisco & ixiæ idem sit: non declinatio: non genus: non natales: non usus: non rei substãtia: maluisse nos græca uoce in altero q̃ latina uti: & ixiam uenenum dicere: uiscum uero quod i ramis arborum natum multos habet in re nostra usus: ne uisci audita uoce crederent legẽtes homini ut auibus mortem uiscum esse: abstinentesq; eo quas habet utilitates amitterent. Certius de tota hac re in utroq; chamæleone & uenenis patebit legentibus: & a nobis dicetur.

Viscum
Ixias

DIOS. DE Mustela quæ in domibus nostris oberrat. Cap. xxiiii.

g Alen catecidion. Romani mustelã in domibus nostris oberrantem dicũt. Bibitur in uino efficaci contra serpentes omnes remedio: pondere drachmarũ duarũ: flãmis primũ depilata: tum exemptis interaneis sale inueterata & in umbra siccata mustela. Succurrit eadem uenenis quę toxica dicuntur similiter sumpta. Quinetiam eiusdem uentriculus coriandro farctus: inueteratusq; uenenatorum morsibus: comitialibusq; utiliter bibit. Tota etiam in fictili cremata mustela podagris cinere ex aceto illito opitulatur. Strumis postremo mustelæ sanguis utiliter inungitur: qui & comitialibus prodest.

INTERPRES.

Risisse quõdã in ægypto uerisise ẽ alienos: & ei⁹ gẽtis sapiam ĩgnorãtes hoĩes. religiõe illic cõsecratã & in Isidis sistro hũano capite a sapiẽtiorib⁹ cõstitutã mustelã: Neq; imerito si catulos suos quotidie

transferentem: serpentes psequentem: & relictum a se fimum puluere statim ut ea rõne occultato odore mures fallat obruentem tñ contemplemur: & in utilitate eius murum uenationem solam amemus. Minora hæc & ĩ fide indigna: quod numen totam cõplecti in se naturam ægyptii ereden tes: ideo illi animal hoc cõiunxerunt q lunæ cuius sideris beneficio naturæ pars multa stat notas & imaginem quandam presertimq; in oculis referret: in quibus ad quotidiana luminum in eo incre menta decrementaq; augeri pupulas in mustelis & minui plerique testati sunt: nec minui tñ & auge ri sed noctu & in tenebris sideris illius modo fulgere: & quod maximum est fertilem & uegetabi lem lunæ naturã fœcunditate sua exæquare: quæ oia tam lõge a risu absunt ut nihil æque ob has cãs uenerari q̃ mustelam hoĩes oporter. Et si cætera desint ob id saltẽ amare q uenenatorũ morsi bus: haustisq; uenenis p̃senti remedio & ope succurrit. Quã unã rõnẽ secutus hic scriptor serpen tibus mederi & toxicis ait: sic tñ ut ãbusto prius flãmis oĩ eius pilo sale inueteratã & in umbra sicca tam domi eam hr̃e oporteat. Ideoq; nos aliter q̃ Barbarus; q inassatã uertit: flãmis primum depila tã diximus: persuasitq; id quo hic participio usus est περιφλεχθεῖσα: apte depilationis genus hoc indicante: & quod uerisimile nõ est inassatã prius sale inueterari animaliũ carnẽ: multoq; magis ĩ Theriacis suis Nicãder: q iter cætera uenenatorũ remedia de Mustela hæc cecinit. εἰ δὲ σύγε σκύλακας γαλέης ἢ μητέρα λαιδρὴν. Ἀγρεύσεις προτάπαιον ἀποσκύλαιο δὲ λάχνην. Καρφαλέου καθύπερθε πυρὸς σελάοντος αὐτμῆς. Τῆς δ᾽ ἐξ ἔγκατα πάντα βαλὼν καὶ ἀφόδια γαστρός. φύρσον ἁλὸς θείοιο καὶ ἠελίου δίχα τέρσον. Μή τι ἐνισκήλῃ νεαρὸν σκίναρ ὠκύσαιξας: Qua descriptiõe nihil ad rẽ nr̃am aptius: Si quidem hic sensus ẽ. Si uero mustelæ catulos aut celerẽ eorũ matrem recentem habueris: pilo su pra siccantis ignis splendentẽ impetũ spoliatã abiectis interaneis & alui excrementis sale condito: & sine sole siccato: ne recens adhuc animal impetu caloris sui corrumpat. Supra siccãtis ignis splen dentẽ impetum q nihil nisi flãma est pilo spoliandã esse mustelã in hunc usum Nicander iubet: longius multisq; describens quod hic uno participio περιφλεχθεῖσα breuissime docuit: idem fieri iubẽs qd ĩ auibus mox mox coquẽdis quotidie cogũtur. Flãmis.n. quas nõ potuerũt manib⁹ uellere minutissimas amburũt plumas: idq; hoc loco περιφλεχθεῖσα ẽ: nõ qd Barbar⁹ uertit iassata: neque .n. auferri pellẽ sed pilos tñ ãburi pcipit: itegrãq; cũ sua pelle ĩ hos usus seruari mustelã Dios. Vna q; illa Nicãdri uox λάχνη qua pilũ & uillositatẽ oẽm græci significãt: cõfirmãdæ huic rei satis est.

DIOS. De Ranis. Cap. xxv.

Atrachus, Romani ranas dicunt. Aduersantur in cibo serpentibus oĩbus ranæ ĩ oleo addito sale elixæ. Sumitur eadẽ utilitate & decoctarũ ius illud. Prosunt & contra ueteres neruorũ in ceruice quos tenontas græci dicunt abscessus. Sanguinis eruptiones sistit inspersus crematarũ ranarũ cinis. Ad capil lorũ defluuia quas alopecias dicunt idẽ ex pice liquida utiliter inungitur. Prohi bet renasci euulsos palpebrarũ pilos uiridiũ ranarũ instillatus sanguis. Coquũtur Ranæ in aqua & aceto: colluunturq; decocto illo utiliter in dolore dentes.

INTERPRES.

On est ranis oĩbus unũ genus: nec idem color aut similis uita & mores. Nascũt aliæ per se conspersis tñ æstiuo imbre littorũ & itinerũ puluerulẽtis harenis: q̃rũ breuis uita & nul lus usus est. Habent aliæ legitimo naturæ ordine in aquis suos natales: nec mare tñ: sed p fluentes oẽs & palustres aquas incolunt: sunt & quæ in sicco agunt: quales Rubetæ & quæ in harun dinetis inueniunt calamitæ ob id appellatæ inutiles & ob uenenũ suum letales. Sunt & in fluuiati libus & palustribus q uiridi & q liuido colore sunt: q itidem rutius & quæ nõ sine periculo come di possunt. Ex toto hoc genere serpentibus aduersari intelligendæ sunt in pfluentibus aut stanti bus aqs agentes: & in cibis utiles. Et quas hic uirides nouũ in palpebris pilorũ incrementũ prohibe re dixit in aquatilium illarũ gñe eo colore cognoscendæ erunt. Est in hoc capite quod nobis cõ Bar baro idem non sit. Ille succũ ranarum e sale atq; oleo decoctarũ cõtra serpentiũ oĩum uenena pro antidoto sumi docet: nos aduersari in cibo serpentibus oĩbus ranas in oleo addito sale elixas: sum miq; eadem utilitate sic elixarũ ius illud diximus: Habetq; is ut nos credimus rei suæ auctorẽ Pli nium libro. xxxii. capite quarto de ranarum remediis sic docentem. Ranarũ marinarũ ex uino & aceto decoctarũ succus cõtra uenena bibit. Quod ab huius scriptoris sensu: si diligentius omnia excutiant lõgissime abest. Marinis n. ranis priuatim id tribuit Pli. hic autẽ ranis simpliciter: ille ex uino & aceto: hic in oleo & sale decoctis. hic ζωμὸν & ζωμοθλέντας. i. esculentũ ius quod ex coctis obsoniis quotidianũ hẽt usum. Plin. uero succũ: ex expssa materia humorẽ. Ille uenena: hic ser pẽtes dixit. Nihil tñ in his longius a uero & ab iterptis fide abest q̃ ζωμὸν succum uertisse. Hic. n. ex materia exprimit: ille coctura fit. Nos Dioscoridis primũ uerba & eorũ cõem in significatione æsti mationẽ: mox ĩ eadẽ hac re decreta ueterũ secuti decoctarũ ranarũ carnib⁹: earũq; esculẽto iure in

telligi oĩa uoluimus. Nihil.n. ζωμαλέντες aliud illic indicat q̃ elixas carnes ranarũ: & ζωμοῦ λαμβανομένου ὁμοίως non aliter dicitur q̃ pariter serpentibus aduersari sumptum esculentum id ius. Sic Paulus Aegineta in sexto præcœpit: cuius uerba hæc sunt. βάτραχοι ἐπὶ μὲν θηριοδήκτων ζωμισθοὶ ἐσθιόμενοι. quod est. Ranæ in uenenatorũ: q̃dẽ morsibus elixæ comeduntur &c. Quin et idẽ ille Plinius cui nũ ubiq; Barbarus detulit eodem loco de ranis sic tradidit. Fluuiatiles, si carnes edant: iusue decoctæ sorbeatur psunt &c. Quibus nihil manifestius & ad hanc rem aptius ab eo dici poterat.

τένοντες

Superest nõc ut dicamus qui nam græcis in neruorũ censu τένοντες sint quos nos in ceruice neruorum quos tenontes dicũt uertimus. Pro q̃bus sciendum est a sũmo capite includẽtibusq; cerebrũ mẽbranis neruos oriri oẽs: ex eoq; principio per totum corpus animæ operationes transferre: esse aũt eorũ duo genera: alterũ quod ossa inuicem copulet & teneat: alterũ qood corpori sensum inferat & motũ uoluntariosq; & ex electiõe nr̃a motus p totum traiiciat corpus: ex q̃bus musculi oriũtur neruosa corpora admixta carne ad motum partium, corporis facti: ex omnibus iis a cerebro: mediaq; inter humeros parte descendentes proprie; priuatimq; neruos antiq̃tas uocauit: ab ossib⁹ uero copulas: rursusq; per ceruicem utrinq; descendentes; tenontas. Siquidem Galenus in anatome sua ait τ̃ τραχήλου δὲ τὰ ὄπισθεν τένοντες ὀνομάζονται. Quod ẽ colli aũt posteriores partes tenõtes noĩantur: habent ii in ea parte naturæ usum: ut in flexu capitis alter semper intentus ueluti centrum caput substineat: alter uero motum illi det & in his quod est in posteriore colli parte factis abscessibus mederi ranarum elixas carnes Dios. ait.

DIOS. De Siluro pisce. Cap. xxvi.

Iluron. Romani Silurum dicunt. Nutrit & bonam facit aluũ recentis Siluri cibus. Salsi cõtra nõ sentirur cibus: Fauces tñ expurgat: & ad uocem adiuuat. Corpori infixos surculos salsi Siluri caro imposita extrahit. Cõtra incipientia intestinorũ tormina utiliter siluri salsamentoso liquore souentur. In extimam.n. cutem fluores illos auertit. Clystere idem infusus coxendicis dolores finit.

INTERPRES.

Ynnos præcipuæ magnitudinis in mari pisces æq̃tant in fluminibus aliquot nascentes Siluri: priuatimq; in ægypti Nilo. Vnde maxima eis ad ganeam laus in pocris & gloria. Feroces idem uri in piscium genere: & q non aliter q̃ hostes in aqua latrocinẽtur: obuia quæcunq; appetẽtes; & q̃d in ferocioribus rarũ est multo plis amore. Aedita a fœminis oua mares in hoc genere ne pereãt custodiunt: tanropere sibi seruandisq; rerum generibus natura cõsulit. Crediderunt iuniores aliq̃ siluros esse quos nostra ætas sturiones uocat sed falso. Thynnis.n. similiores siluri sunt: & eorum magnitudinem æquantes.

DIOS. De Smaride pisciculo. Cap. xxvii.

Marida. Romani pariter gręcis smaridem dicunt. Compescit carnium in ulceribus excrescentias cinis e cremato salsæ smaridis capite. Sistit idem quæ pascendo serpunt: & clauos excrescentiasq; quas rhymos dicunt absumit. Vtilis & scorpionum ictibus: rabidorumq; canum morsibus quemadmodum & reliqua salsamenta salsæ smaridis caro est.

INTERPRES.

Ongeneres Menis: de q̃bus mox dicet smarides sunt: tam similibus inter se notis: tamq; commixtis natalibus: ut mutatis iamp̃ridẽ appellationibus nõ facile nunc sit alterum genus ab altero secernere: Id ego non ausim q̃d alias dixi procul a mari natus homo. Poteram & ipse hoc loco quæ plinius: Athenæus: pluresq, alii de utroq; hoc genere lõgius tradiderunt in unum collecta coaceruare: sed nihilo magis res patuisset. Ob eam cãm peritioribus hoc relinquentes: ipsi de clauis in medicina agemus quos græci a similitudine ἥλους dixerunt in fabrili usu cunctis notissimos. Diffinieruntq; clauũ esse circinatũ in orbẽ callũ colore candido clauorũ capitibus similẽ: toto corpore sed pedum solo digitisq; p̃cipue nascentem: quem dolor sequitur & incessus impedimẽtũ. Claui simplex in græcorũ medicina appellatio hoc mali genus obiq; significat. Si uero aliq̃d illi adiciatur; oculi: uerbi cã: tunc in ea parte cõcretum oportebit intelligere clauum. Estq; oculi clauus ultima procidentis oculi labes: quæ si incipiens & exigua fuerit a muscarum capitum similitudine myocephalon q̃si muscæ caput uocatur. Si uero amplius creuerit a forma & magnitudine uuæ staphyloma quasi uuatio dicta est. Si amplius adhuc procidit: & eousque ut pendeat: ab eadem similitudinis causa; malum: in genere pomorũ uocata est. Et si procidentiæ callosa durities accesserit: tunc clauum oculi ueteres græcorum medici appellauerunt. Diffiniuitq; in isagoge sua

Claui ἧλος

Oculi clauus

claoum hunc Galenus: crassæ candidæque ueluti cicatricis carnosam excrescẽtiã esse: quæ dura in oculi nigra parte excrescit. Sæpe etiam qua parte quod nigrum in oculo est candido cõiungitur insurgens. Agemus hoc loco etiam de thymis quos Celsus in uerrucarum genere numerauit: Græci excrescentias simpliciter dixerunt: facta a thymi herbæ floribus & corymbis appellatione: quib⁹ colore & forma similes sunt. Vocaueruntque thymos hos græcorum medici carnosas excrescẽtias: quæ in maribus aliquando in genitalis glande: aliqñ in cole ipso fiunt: in fœminis uero eodẽ loco nõ adeo condylomatis in ea parte factis dissimiles Rubet aliqñ hoc malum aliqñ albescit. Sine dolore plerunque. Suntque in hoc mali genere mitiores alii faciliorisque curationis: Asperiores alii & difficillimæ curationis. Fiunt & in aliis corporis partibus aliqñ sed raro: habent.n. ppriam sibi sedem quas natura celari uoluit partes. Ideoque in diffinitionibus suis Galenus his uerbis thymum diffiniuit. Asperæ carnis excrescentia thymus est: quæ in genitalibus & sede pariter fit.

Thymus.

DIOS. DE Menis. Cap. xxviii.

Menidas, Romani Menas dicunt. Callosas sedis rimas emendat e capite menarum tritus cinis & illitus. Colluuntur & earum garo utilirer putrescentia in ore ulcera.

INTERPRES.

Non cinere Menarũ in medicina tantum Plinius utitur sed carnibus etiam: quibus impositis docet uerendorum pustulas sanari.

DIOS. DE Gobio pisce. Cap. xxix.

Gobion. Romani Gobium dicũt. Si recentem Gobium suillo uẽtri insutũ in aquæ sextariis duodecim donec duo tantum supersint decoxeris: tum percolatum & in sereno habitum bibendum dederis aluũ leniter deicies. Contra canum serpentumque morsus utiliter idem illinitur.

INTERPRES.

i N mortario tusum antea iubet ad eiiciendam aluũ Paulus Aegineta decoqui in aqua Gobium: Piscis e uilissimis est: ob quã cãm in Satyra Iuuenalis ait. Nec mullũ cupias cum sit tibi Gobio tm̃ in loculis Laudauit contra Martialis in xeniis dicens In Venetis sint lauta licet conuiuia terris Principium cœnæ Gobius esse solet. Plinius paulominus q̃ in eo genere Gobiũ numerauit: in quo terreni pisces censentur: quoniam palustris & quasi incola terræ sit contra aliorum piscium naturam. Declinauerunt ueteres latini in secunda & tertia declinatione eundem significantes: ut ex pauloante citatis exemplis aperte patet.

DIOS. DE Omotaricho quæ salsi Thynni caro est. Cap. xxx.

o Motarichon. Romani salsamentum simpliciter dicunt. Salsi thynni caro ẽ quem Omotarichum uocant. Viperæ quam præsterem dicunt morsibus in cibo omotarichus subuenit. In quo usu oportet q̃ plurimum sumere: & super bibendum dare uinum: & a multo eius potu ad uomitionem cogere. Ad uomitiones idem quæ ciborum acremento quæruntur accomodatus est. Vtiliter postremo rabidorum canum morsibus illinitur.

INTERPRES.

q Vem composito ex crudis Thynnorum carnibus & salsura nomine Omotarichon hic nominat: cæteri omnes simplici plerunque Tarichon dicunt. Salsamentum quod piscium carnibus & sale constat: non simplex autẽ unum: sed quot fere sunt in Thynnis ætates: corporis partes. habitus: loca & piscationis tempora: tot etiam nominibus ab antiquioribus græcis discretum: nec thynnorũ tantum sed aliorũ etiam piscium quorundam carnibus confectum. Eius rei lõgiorem historiã: Athenæus libro primo dipnosophistæ sui profecutus est: quæ omnia græcarũ literarũ peritis in eo legenda relinquimus: Eis autem linguæ ignaris in Barbaro: qui licet breuius q̃ oportebat ex scriptore illo pleraque collegerit: plura tamen q̃ in latinis inueniri possint excripta ab eo in Corollario suo fuerunt Nos quod & in hoc capite & alibi legentibus presertimque medicis utilius sit: dicemus quasnam hic & alii græcorum ueteres medici δριμυφαγίας & δριμυφαγεῖν uerbum appellent: quod a nobis aliter q̃ ab aliis uersum fuit. Ad uomitionem idem quæ ciborum

δριμυφαγίαι δριμυφαγεῖν

acremento quæruntur accõmodatus est. Sciendũ itaq; δριμὺ græcis significare idẽ qđ latinis acre: nec aliud δριμύτητα illis esse q̃ nobis acrimoniam siue acredinẽ. Vtitur.n. in eadem significatione hac uoce Palladius libro secundo quo loco de iuglande nuce agit: quã cæpis mixtã acredinẽ earũ auferre testatur: siue ut Plinius usus est libro uigesimo capite septimo acrementũ aceti appellans: quod in eius acore gustũ tentet altiusq; nec sine graui aliquo sensu sentiatur: Cæteri aũt oẽs acrimoniam uocauerunt: efficaciorem uim quã cuncta in uiribus & natura sua habent: patetq; tam late id nomen ut ad omnes referatur sensus: animumq; hominis & ingenium. Sic Maro acrem Turnũ dixit: sic in cæteris passim inuenire licet: acre frigus: acrem calorem: acrem odorem saporemq; nõ acidum: propria.n. in esculentis & poculentis acoris uox est: cũ corruptũ sapore uitiata ingrato: acuto magisq; penetrali sensu excipiuntur. Sed quod pauloante diximus in quo penetralis efficax & sensum tentans uis sua sit. Ex hac uoce & suo comedendi uerbo δριμυφαγίαν græci fecerunt acriores cibos oẽs. i. efficaciores significantes: & qui acremento suo crassiores & tenacius hærentes in stomacho humores incidere ipsumq; excitare: sollicitare: & turbare possunt: turbatumq; ad uomitiones facilẽ reddere. Quæ antiquioribus medicis sanis & ægrotis frequentiores q̃ nostra ætate præcipiebantur. Suntq; poetarum & aliorum scriptorum ad hãc rẽ infinita pene testimonia: quæ breuitatis causa mõ relinquimus. Quod.n. ad rem nostram pertinet satis primo & quarto libro Paulus Aegineta ostẽdit quo capite primum doret quomodo aliquis facilem sibi uomitionẽ faciat: in quem usum iubet sumenda esse τὰ δριμυτέρα. i. acriora: inter quæ obiter abeo numerantur: radix quã ea gens raphanum dicit: eruca: salsamentũ uetus: origanus uiridis: cepæ & porrũ: oia ut sensu quotidie deprehẽditur acria: & acremento suo uomitionibus accomodata. Vocariq; omnes hos cibos ad uomitiõem sumptos δριμυφαγίαν testis lib. iiii. idem Paulus Aegineta est. Qui cũ longius primo eius libri capite de elephantiæ curatione multa instituisset: prescriptmq; de lactis potu iubet si remediis illis nõ cesserit malum abstinendũ a lactis potu esse: statimq; subiecit δριμυφαγίσαντες δὲ ἐξεμείτωσαν ἀπό τε ῥαφανίδων &c. Quod est: præcedente acrium cibo euomant raphanis &c. quibus in eo quod quærimus nihil certius ostendi posse nobis uidetur. Nec aliud in hoc capite Dios. δριμυφαγίαν sũt: nec aliud intelligi uoluit dicens εἰς τε τὰς δριμυφαγίας μάλιστα ἁρμόζει: q̃ ad uomitiones ciborum acremento quæsitas præcipue accomodatum salsamentum hoc esse: significaruntq; græci in ea uoce quod sequitur ex eo quod præcedit: prius enim comedisse ea oportet: tũ ab eorum cibo stomachum ad uomitiones sollicitare. Multaq; est in hac significatiõe Dioscoridi aliisq; græcis hæc uox: quo magis alios interpretes demiror qui acrimoniam esculenti quærentibus longe commendatissimum omotarichon hunc uerterint. Quod enim eius cibo quæritur nõ acrimonia: sed ex acrimonia uomitus est.

Acre
Acrimonia

DIOS. DE Garo. Cap. xxxi.

g Aron. Romani pariter græcis Garũ etiã dicunt. Sistit omne ex salsis piscibus itemq; animaliũ carnibus Garũ quæcunq; pascendo serpũt si eo foueantur. Medetur idẽ rabidorum canũ morsibus. Inicitur præterea & infunditur in intestinorum torminibus: & dolore coxẽdicis. In illis quidem ut quæ exulcerata sunt sistat & emendet. In his uero ut quæ exulcerata nõ sunt ad exulceratione prouitet.

INTERPRES.

q Votquot de Garo quondã aliquid tradiderunt omnes liquamen ex piscibus factũ appellantes ut plerunq; in re nota fit certam eius confectionẽ non docuerunt: satis fore posteris opinati si in quotidiani usus cibo per maria & piscium genera bonitatem eius & pretia indicassent: sed mutatæ cum temporibus ciborum & ganeæ rationes optabile modo nobis fecerunt qđ tunc sine culpa neglectum ab illis fuit. Nouimus quidem nunc omnes thymnũ: Scombrũ: aliosq; ex quibus conficiebatur pisces. Confectionem uero nõ facile aliquis ostendat quibus additis saporibus & qua muria condiretur: & quæ tam diligens purgatio & lotura eius esset: ut sordidũ alioquin & feculentũ poculum grato sapore bibi posset. Multa erant ex piscium partibus Gari discrimina: quæ Plinius Athenæus poetæq; plures numerauerunt: aliis sanguinem: aliis intestina: aliis reliquum corpus piscium in Garo commendantibus: quæ omnia ex antiquis scriptoribus illis a Barbaro longiore historia repetita in Corollario suo sunt nouisse ea uolentibus parata & exposita. Nos ea relinquimus ne miseros occidant decies repetita legentes. Satis in Garo nobis fore credentes si quæ corrupta in hoc capite sunt in antiquam & ueram lectionem instaurata fuerint. Quod fiet cum breuiter dixerimus esse Dioscuridi Garum non ut aliis quod feculentum carnosumq; in eo subsedit. Sed quod liquidum & aquæ modo fluens supernatat: neq; in piscibus tantũ: sed in animalium carnibus garum etiam dici: quod ex earum salsura exudatum: siue ut Columella ait exanimatum fluxerit. Et quoniã liquidum sit ideo in medicinæ usu nõ illitũ dicendũ ut cæteri interpretes uerterunt impressi tantũ codicis lectionem secuti in quo καταπλαττόμενον qđ illitũ significat

legitur

legitur: sed ut nos diximus melioꝝ fidem secuti si eo foueantur: καταντλούμενα .n. est quod uerbum certam in græcis habet significatiōem cum liquore aliquo quidpiam fouemus: quod totum rei necessitas exigit: fouemur enim liquidis & inspergimur: non illinimur. Post quam usus in strumis & canum morsibus rationem aliam docere aggressus non ἐνίετε aduerbio: quod interim & aliquando significat Dios. ait intestinorum tormina & coxendices sanari: Sed uerbo ἐνίεται usus inici & infundi Garum oportere dixit: leuis in una tantum littera lapsus: Sed qui usum Gari in his malis & omnem huius scriptoris hac parte intellectum confundat. Quod animaduertere alii interp̄tes debuerant: nec tam incerto sensu. interim dysentericis uertere &c. Esseq; hanc ueram & necessariam loci huius lectionem: res ipsa & necessitas indicat Nec minus Paulus Aegineta quo loco de curatione coxendicis agit ἐνίεσθαι uerbo sæpe usus & inter cætera hoc ipso remedio his uerbis uti iubens. καὶ τῶν ταριχηρῶν ἰχθύων ἅλμη καὶ τῶν ἐλαιῶν τῶν κολυμβάδων καλῶς ἐνιεῖν: quod ē. Qui etiam salsorum piscium & oliuarum liquida salsugo bene inicietur: aut si malis dicere infundet. Habet enim latius in significādo spacium ἐνίεσθαι q̄ διακλύζεσθαι: quo hic semper utitur in his quæ clystere ad purgationem infunduntur: illo autem in his quæ simpliciter etiam iniciuntur. Nec cōtentus remedium docuisse Dios. causam & rationem eius etiam reddidit: quæ non est qualem Barbarus uertit: ut in dysentericis ulcera inurat: maleficium enim & noxa non remedium id erit: sed ut intestinorum ulcera sistat & finiat. Vnius litteræ uitium hoc loco etiam turpiter labi hominem coegit: & quæ contraria rei necessitati erant enunciare. Idem impressus codex in causa fuit: in quo legebatur ἐπικαύσῃ quod urendi significationem habet: at non sic: sed ἐπιπαύσῃ quod finiat est: legendum diligentiori homini fuerat. Neq; enim Celsus auctore Themisone antiquissimo medicinæ auctore: nec Paulus Aegineta: Garo hoc siue ut illi appellant halme & muria idest salsarum rerum liquore ad inurendas sed sedandas intestinorum exulcerationes in eo malo utuntur. Quēadmodum contra ad exulcerandum in coxendicis doloribus: quibus præsenti ope succurri idē Paulus hac ratione testatus est.

DIOS. DE Recentium piscium esculento iure. Cap. xxxii.

z Omon. Romani ius simpliciter dicunt. Deiicit aluum recentium piscium esculentum ius per se pariter: & cum uino potum: Priuatimq; in hūc usum conficitur ex Phycidibus: scorpionibus: iulidibus: percis: & saxatilibus aliis teneris: nec uirus olentibus. Coquuntur autem in aqua simpliciter additis tantum Anetho sale & oleo.

INTERPRES.

f Axatiles qui a Dios. numerantur hoc capite cuncti pisces sunt. Non ideo tamen quod Barbarus fecit mutandus capitis titulus erat. Neq; enim de carne eorum agitur hoc loco: sed de esculento iure quod coctis piscibus his fit: quod deiici posse aluum hic scriptor ait. Sūt autem Aristoteli Plinio: multisq; aliis saxatiles pisces: quos saxosum littus nutrit: in ægrorantium cibis a Paulo Aegineta sæpe laudati. Eorum iure hic deiici aluum iubet. Sic tamen ut simpliciter idest nullo addito condimento aut sapore alio in aqua præter ab eo numerata oleū & anethum coxisse eos oporteat Nos salem ex ueterum codicum lectiōe: & Paulo Aegineta adiecimus. Quod & antiqua Dios. interpretatio habet. Cuius licuit mihi uidere antiquissimum & Longobardis litteris scriptum codicem incorruptæ antiquitatis multa adhuc uestigia seruantem: in quo etiā sal oleo anethoq; additur.

Saxatiles pisces.

DIOS. DE Lectorum Cimicibus. Cap. xxxiii.

c Oris. Romani Cimices dicunt. Contra quartanas febres fabarum cauis inclusi e lecto cimices numero septem ante accessionem utiliter deuorantur. Iidem sine fabis per se contra aspidum morsus eadem utilitate deuorantur. Olfactu strangulationibus uuluæ concidentes excitāt. In uino præterea aceto ue poti haustas & gulæ inhærentes hirundines pellunt. Soluunt & urinæ angustias concisi & eius canali inditi.

INTERPRES.

i Nter tam multos nocturnos hostes qui placidam & longiorem nobis inuident quietem curas: sollicitudines: amores: metus: gaudia: dolores: & quæ sordibus nata humano sanguine uescuntur insecta nulli cimicibus grauiores: qui morsu excitatos teterrimo etiam odore torquent. Fedissimum sane animal dictu quoq; fastidiendum Cimex: ob quē nō

male descensurus ad inferos Bacchus in lepidissimo græcorum Comico iter illud ostendi sibi precabatur & eas dari cauponas: in quibus paucissimi cimices essent. Nihilominus concordia illa rerum & repugnantia: quæ totam duce natura explet medicinam: quod homini prodesset aliquid in eis esse uoluit: non omnibus: nam in lectis inueniuntur cimices: inueniuntur & in oleribus aliquot presertimq; in malua: quos Plinius agrestes nominat: Sed his tm̄ qui circa nos nati contra quartanas a Diosc. numero septē cauis fabarum inclusi: deuorari iubētur. Quod remedii genus falsum nec referēdum Plinios dixit: damnauitq; agrestibus tm̄ cimicibus id tribuens: & præter fabas ouo cera ue includi ostendens. Quod miretur aliquis in eo q noua superstitiosaq; hæc in medicina remedia magnopere amaret Nos in plebe & agro uidimus aliqñ id fieri: dariq; in cunctis febribus sorbēdos tritos in puluerem cimices Contra aspides ꝓdesse eosdem testis itidem Plinius. Sed quod nouisse in Diosc. oportet non καταπλασθέντας. i. illitos ut fere græci omnes habent: sed ut in melioribus adhuc legitur καταποθέντας quod est deuoratos.

DIOS. DE Multipedis uermibus quos græci onos dicūt. Cap̄. xxxiii.

O Nos, Romani a numero pedum millepedas: centipedas: & multipedas dicunt. Quæ in aquosis & humidis agunt multipedæ: multis pedibus ingredientia animalia sunt. Natura his est cum manibus hominum tractantur in globum circumagi. Medentur multipedæ suffusis felle & urinæ angustiis in uino potæ. Ex melle iisdem utiliter anginæ inunguntur. Quinetiam concisis & in Malicorio addito rosaceo calefactis mox in aures instillatis earum doloribus medenť.

INTERPRES.

n Otæ omnibus Multipedæ hæ nullibi non in humidis & aquosis nascentes: græci a liuido colore ὄνους. q Asinos eas uocauerūt Antiquiores Romani a numero pedum: nostra ætas & gens a totius corporis specie porculos uocauit. Eas nos in aquosis & humidis agere potius q̄ sub situlis diximus Paulum Aegínetam & rem ipsam secuti. Frequentiores enim in humidis q̄ sub aquariis uasculis inueniuntur: & ille non ὑπὸ τοὺς ὑδρίας: quod est sub hydriis: sed ὑπὸ τοὺς ὑδρείας quod est ubi hauritur & tractatur aqua inueniri & agere multipedas has dixit. Meminit earum libro quinto de animalium historia Aristoteles: quo loco de pediculis animaliū agit: quos in piscibus similes multipedis his esse dixit: prætere q̄ in cauda quam illi latiorem habēt Vocauitq; ὄνους πολύποδας: idest multipedes asellos: quoniam ὄνου: idest aselli nomen hoc cōmune uagumq; per multa animalia in græcis sit: nam & ĩ quadrupedum genere: piscium: & locustarum aselli nomine aliquid indicatur: quam ob causam multipedes ille adiecit: idq; animaduertētes latini ueteres a pedum numero multipedas eas uocauerunt.

DIOS. DE Blatta quæ circa molas & in pistrinis inuenitur. Cap̄. xxxiiii.

ſ Ilphen, Romani Blattam simpliciter dicunt, Blattæ quæ circa molas & in pistrinis inuenitur concisa decocta ue cum oleo interanea aurium dolores instillata finiunt.

INTERPRES.

Ꝺ Onge breuior q̄ Plinius in Blattarum remediis Dioscorides est ille longiore historia blattarum genera omnia: & singulorum priuatim remedium aliquod prosecutus est: hic ĩ uno genere unum tantum remedium docuit. Causam peritiores conicient. Nobis ad suspitionem inclinat animus: facitq; in aliorum abundantia tanta capitis huius paupertas & breuitas ut suspicemur non esse integrum hoc caput: neq; ex antiquioribus & melioribus græcis quæ id ostendāt coniecturæ desunt. Sed male sola suspitione de re aliqua censeror: ob id cōsulto eas relinquimus. Est autem in Plinio locus libro uigesimonono capite quinto.

DIOS. DE Marino pulmone. Cap̄. xxxv.

Pneumona Thalassion. Romani marinum pulmonem dicunt. Podagris pernionibusq; utiliter illinitur concisus recens marinus pulmo.

INTERPRES.

Quales in mari pulmones sunt: nouerunt qui ad mare habitant: fruticū natura magis q̄ piscium: &

in eorum censu & ordine quæ a ueteribus græcis ζωόφυτα: medio inter plantas & animalia habitu dicta sunt: Nomen illis similitudo fecit. Plurium dierum in pelago hyemem pulmones marini portendunt: & in sanandis hominũ aliquot morbis egregias habent uires. Hic inter cætera pernionib⁹ mederi ait: malo quod per hyemẽ in pedũ manuũq; digitis fiat: nec minus & in posteriore calcaneo: quã partem græci πτέρναν dicũt: latini una relicta littera pernam: & ab ea perniones uocauerũt: Tumet in illis primum & liuet caro: exulceraturq; facile locus nisi remedio aliquo occurratur.

DIOS. DE Animaliũ aliquot pulmonibus. Cap. xxxvi.

Arcentur excitandę in pedibus calceorum attritu inflãmationes: impositis suillo: agnino: ursinoue pulmonibus. Quin etiam uulpis siccatus pulmo suspiriosis utiliter bibitur. Auribus præterea instillatus eiusdem adeps earum dolores finit.

INTERPRES.

f Pirandi officina pulmo est attrahens ac reddẽs aiam: iccirco spõgiosus ac fistulis inanibus cauus: quibus aperiens se excipiat. Contrahens uero aerẽ reddat: eamq; ob cãm operatione follibus in fabrica: figura aũt bubulæ ungulæ fissis est. Pretiosum uitæ instrm: & qd nõ rõne hac tantũ eam a morte distinguat: sed ex bestiis: quadrupedibusq; aliquot hoi medicinam faciat. Quã nos certius docere cupientes: qđ i impresso codice legebať ὑδάτων: quod aquarum significat ὑποδημάτων. i. calceorum necessario mutauimus. Obseruauimus ẽt in uulpino pulmone monere Paulum Aeginetã nõ simpliciter ξηρανθέντα quod est siccatũ: sed ἁλὶ ταριχευθέντα i sale inueteratum suspiriosis prodesse. Quod adiicere his placuit: ut siccandi eius exti certiorem rationem legentes haberent. Credimus pterea ex cõi adipũ historia & remediis quæ nõ multo post tradentur male in hoc caput translatũ esse qđ ad uulpinum adipẽ ptinet: pprius. n. illic locus adipi est: & importune doceť hoc loco quod alibi docendũ oino est. Nihil tñ mutare ausi sumus nullam legentibus ex copia iacturam fore opinati: & quod in bono semp fit decies repetita prodesse. Factũ id ut credimus ab aliquo est dum uult oẽm ex uulpe medicinam uno eodemq; loco habere.

DIOS. De aliquot animalium iocinoribus. Cap. xxxvii.

h Epar. Romani iecur dicunt. Prodest comitialibus in cibo tostum asini iecur: sumpsisse aũt id ieiunos oportet. Quæ ex toto caprino iecore destillat sanies: lusciosis quos græci dicunt nyctalopas utiliter inungitur. Vtile prętерea dum id torretur fumo eius uaporari aptos lusciosorum oculos. prodest & tostum in cibo ad eadẽ caprinum iecur. Deprehendiq; comitiales eodem cibo ferũt: præcipueq; ex hirco. Serpentiũ: quadrupedumq; morsibus succurrit recens aprinũ iecur & siccum: si tritum cũ uino bibatur. Creditur & rabidi canis iecur tutos a metu aquæ seruare quos idem ille canis rabiens momorderit tostũ & in cibo sumptũ. Quin ẽt ad periculi illius præcautionem canino dente eius qui momorderit canis utuntur: folliculo ex aluta claudẽtes & ex brachio suspẽdentes. Secũdas postremo pellit sale inueteratũ mergi iecur duorum cochleariorũ pondere cũ dulci aqua potũ.

INTERPRES.

e Ontinuata historia in uetustioribus & melioribus græcis de aliquot animaliũ iecore agitur: neq; ab re. Male. n. a toto partes: & a genere spẽs alterius rei intercessione separantur. eorum nos fidem & rei rõnem secuti de oi in scriptore hoc iecore deinceps egimus: nihil Dioscoridi nocituram ab impresso codice mutationem hanc nostram opinati: presertim ut diximus meliorum uetustiorumq; fide & rei necessitate cõfirmatã: neq; ex his quæ reliqua in animalib⁹ mox dicenda erunt quidpiã auferentes. Multũ longeq; plusq̃ cordi iecori detulerunt antiq aruspices: caput extorum in eo cõstituentes: & eius notas oẽs ad futuram fortunã diligentius obseruantes. Plato ẽt excæpta iracundia affectionũ aliarũ oium nostrarum sede in eo cõstituta: multas & graues quæ in exto illo fiunt labes ut nos credimus contẽplatus est: pro quarũ multiplici curatione ut aliquã naturæ gratiã idẽ referret medicinæ se miscuit: & ex diuersis animalibus diuersa curauit & adhuc curat mala. Priuatimq; ex caprino pecore oculorum uitiũ quod græci νυκτάλωπα latini lusciosos: & nuscitiosos: nisi in sexto corrupta nuscitiosi uox sit appellauerũt. Non sunt de humani oculi uitio hoc eadẽ antiqs medicis decreta aliis aliter de eo cẽsentibus. Quin ẽt Galenus ipse in diffinitione ei⁹ a seipso dissidet: Nyctalopas primũ in diffinitiõibus dicens malũ & affectionẽ oculorũ esse cuius manifesta cã non sit. Accidereq; eo malo affectis ne per diem uidere possint: nocte autẽ possint:

νυκτάλωπες
Lusciosi
Nuscitiosi

nec ultra hæc aliud addidit. In isagoge sua deinde nyctalopas eos dici testatur: qui per diem minus occidente sole amplius: per noctem postremo certissime uideāt: aut contra per diem parum: uespere autē & noctu nihil. Quasi utroq; modo nyctalopes dicantur: bifariamq; id malum fiat & sint qui in luce diei parum semp uideant: in nocte aūt & tenebris uideant. Aut contra non uideāt. Celsus libro sexto ad eos id malum cōtraxit qui interdiu satis: noctu nihil cernunt. Paulus Aegineta cui æque q̄ aliis credendum est: Nyctalopas dici ait quotiēs acciderit ut interdiu uideat hō: occidente deinde sole minus noctu postremo nihil. Plinius & ex ueteribus pleriq; alii modo noctumas cecitudinēs: modo aciem uespertinā appellant: utroq; modo oculoꝝ imbecillitatem hanc significantes. Iurecōsulti ēt quoꝝ in hoc testimonio fides paruifacienda oino nō est: nyctalopa dicunt hoiem qui neq; matutino tpe uidet neq; uespertino: utrunq; genus & ipsi complexi: eum.s. hominem qui interdiu uideat: noctu aūt non uideat: & eū qui interdiu parum aut nihil uideat: uespere aūt & noctu satis uideat: Id .n. nobis intellexisse uident: dicentes neq; matutino neq; uespertino tpe uidentes: nisi .n. sic locus ille intelligatur cæcū non nyctalopam descripsisse uidebunt. Est aūt locus de ædilitio edicto. Nobis ex his quæ obseruauimus inclinat animus una appellatione in græcis nyctalopis: in latinis uero lusciosi utroq; modo malum id significari: & si nominis ratio eorū indicare uidet qui p diem parum aut nihil: noctu aūt & in tenebris satis & certe uident. Est pter hæc in iecorū medicina illud animaduertendū: non legi in oibus græcis pdesse apri iecur serpētium morsibus καὶ πτηνῶν: quod est uolucrū: sed ē in qbus una tm̄ mutata littera τετραπόδων: quod qoadrupedum significat: certiore q̄ in uolucribus sensu: qbus non est natura mordere: ideoq; nos pro uolucrib⁹ quadrupedes uertimus. Quāq; in arcēdo ex rabidi canis morsu metu aquæ Diosc. προφυλακὴν uocat maluimus præcautionē q̄ aliter dicere: nois rōnem & in hoc ipso scriptore eius usum secuti: qui quo loco de uenenis agit προφυλακὴν: idest pcautionem appellat: qua uti homines decerne decæpti aut incauti ueneno aliquo pereāt. Qualis ea est cum iubet in ueneni suspitiōe præsumi aliquid rutam uerbi cā: napoꝝ semen: iuglandes nuces & caricas: pluraq; alia. Sic .n. fore ne possit nocere hoī uenenum. Ex quo præcautionis gnē: & hoc est quod iubet Dios. contra metū aquæ adalligatum brachio in aluta caninum eius qui in rabie momorderit canis dentem gestari. Sic enim fieri ne incidat in aquæ metum quæ ex rabidi canis morsu letalis post aliquod tempus affectio oritur. Præcautionem enim metus aquæ nō rabidi canis impetus ut nos credimus hic scriptor intelligit: suum tamen relinquatur legentibus iudicium:

DIOS. De maris cerui genitali. Cap. xxxviii.

Aedæon. Romani genitale dicunt. Succurrit uiperarum morsibus tritum & cum uino potum maris cerui genitale.

INTERPRES.

Ertius libro sexto remedium hoc Paulus Aegineta docuit: siccati enim prius: tū teri sicq; cum uino bibi genitale id cerui iussit: addiditq; misceri remediis quæ ad uiperarum morsus componuntur.

DIOS. De Asini caprarūq; ungulis. Cap. xxxix.

Nychas. Romani ungues dicunt. Ferūtur comitialibus prodesse in cinerem cremati: & aliquot diebus poti cochlearium duorum pōdere Asinini ungues. Idem crematorū cinis oleo maceratus strumas & pniones illitus sanat: Caprinarum uero ungularum cinis defluuio capilli quod alopeciam dicunt ex aceto inunctus medetur.

INTERPRES.

Esiderabunt non sine cā: frustra tñ legentes quo humorē dilutus Asininæ ungulæ cinis comitialibus bibendus sit: nihil enim aliud in scriptore hoc legit & nos ex aliis scriptoribus nihil habemus quod in ea re moneamus. Iudicio id medicorum seruabit qui malo illi noxios humores omnes uitabunt: quale in primis uinum est.

DIOS. De equorum lichenibus. Cap. xl.

Ichenas. Romani pariter gręcis lichenes dicunt. Traduntur comitialibus remedio esse triti & in aceto poti equorum lichenes. Calli hi sunt in equorum genibus & supra ungulas in flexu earum partium durati.

INTERPRES.

c Vtsuitium & asptedo græcis lichen est:latini impetiginem id malum dixerunt: eius natura est:quoniam ex salsa pituita:flauaq; bile fitur quales ex fictilibus crustuosæ squamæ decidunt:cum salsugo in eis aliquádiu fuerit sic ex hominis cute squamulæ etiá decidant. Hæ cum diutius in rute hæserunt callosam contrahunt duritiem:& ab harum similitudine in genibus & unguibus equorum excrescentes callos lichenas græci dixerũt:quibus ad medicinam usa est antiquitas Meminit earum Pli.lib:xxyiii.capite decimo:meminit & Paulus Aegineta:qui præterq̃ comitialibus omnium uenenatorũ morsibus mederi etiam ait. Facile est in equis id uitium obseruare Plinius adnatum in his equi ptibus os esse dixit. Hic non magis os q̃ quo uolueris aliqs nomine appellare. Non esse autem os indicat quod hic ait ἐγτετυλωμένους: quod est in callum duratos:fieriq; κατ' ἐπιγναφὴν nõ κατ' ἐπιγραφὴν. Nihil enim hoc significat:illud autem ἀπὸ τοῦ γνάμπτειν quod est flectere in flexu genu & unguis fieri & durari ait.

Lichenes λειχῆνες

DIOS. DE Veterũ calciamentorũ corio. Cap. xli.

Cattymata. Romani corium ex uetere calciamento dicunt. Cremantur ueteres calciamentorum soleæ. Tritusq; cinis: ambustis: intertriginibus: & ex calceis pedum attritibus utilissime illinitur.

INTERPRES.

f Iccat cremati corii cinis:ideoq; exulcerationibus medet:in quẽ usum non satis integro sensu illini hic iubet. Desyderat enim ex quo liquore aut unguine illinendus sit Barbarus ex lini oleo fieri id ait:cũ tñ in scriptore hoc qđ hactenus legerim nihil huiusmodi inueniatur. Nos illud monemus non esse herbarii & eius q medicá materiá tñ doceat usum eius docere. Priuatim.n.a medicis instituendus & tractandus hic est:ideoq; non esse certam eius rei disciplinã sed oportere medicum his uti & in usu ea addere q̃ utiliora & aptiora lore ille coniecerit.

DIOS. DE Gallinaceis. Cap. xlii.

a Lectoridas: Romani Gallinaceos dicunt. Succurrunt serpentium morsibus dissectæ & ita ut tepebunt impositæ gallinaceorũ carnes: crebro tñ & subinde mutandæ sunt. Datur & in potione cum uino contra uenenatorum morsus gallinaceorũ cerebrum. Compescit idem ex cerebri membranis erumpentem sanguinem. Quæq; in interiore parte uentriculi maris gallinacei corneis ta mentis similis membrana hæret: & quę in coctura eius detracta abiicitur siccata primum: mox trita cibum in stomacho non continentibus cum uino utiliter bibitur.

✠ Gallorum uero in senectute ad purgandam aluũ datur. In quem usum oportet exemptis interaneis omnibus pro his salem indere: consutumq; gallum in aquæ sextariis uiginti usq; dum ad heminas tres decrescat coquere. Post quod tempus datur bibendum totum sub dio antea restigeratum. Quidam cocturæ eius adiciunt marinam brassicam: aut mercurialem herbam: aut cnicum: aut polypodium quæ filicula est. Trahit hoc ius crassa: cruda: glutinosa & nigra. Vtile idem diutinis febribus: suspiriis: articulorũ doloribus: & stomachi inflammationibus. Eorundem in senectute gallorũ uentriculus sale inueteratus: & in umbra siccatus: pondere triũ unciarũ sumptus præsenti remedio est contra nimias purgationes: quæ a deiicientibus aluum medicamẽtis fiunt. Quamprimum. n. purgationes eas sistit: in quem usum terendus est & cum aqua bibendus.

INTERPRES.

l Ibet hoc loco exclamare:non quod inuento Osiride Aegyptus quondam exclamabat: inuenimus lætamur:sed qđ Plinius & ex antiquioribus plerịq; alii lamẽtati sunt:nullibi minus q̃ p uita diligẽtẽ hoĩem:nec alicubi negligentiores q̃ p suæ gentis salute principes esse: qui dum aut quæstuosiores exercent artes, aut in maiore fortuna uoluptatibus & ocio languẽt inutiliter sibi cætera perire patiuntur. Nec pro bonis artibus earumq; professoribus id saltẽ agunt quod Plato in legibus suis cauit: ne cui nouum in populo carmen edere liceret: quod non a sapientioribus in ciuitate probatum antea fuisset. Intelligebat enim sapientissimus uir quantũ uitæ

& mot sibus officeret; quod non antea sapientibus probatum receptum a uulgo aliqñ fuisset: & q̃ difficilem emendationem haberet: qđ lõgiore usu placere iã incœpisset. Parũ q; fœliciter huiusce modi aliquid in populo tentari: qui famæ seruiens ineptus ut Flaccus ait: nomina magis q̃ res admirat᷑: & in conuellenda alioꝝ qui sibi semel placuerunt dignitate & æstimatione solam inuidiam cogitat. Quod nobis in toto hoc opere euentuꝝ iampridem sentimus. Nõ ideo tñ cessabimus: nec a cõsilio laboreq; hoc nostro remorabitur nos quicunq; eius in populo fuerit sensus: nec pigebit ꝓ ueritate quæ ab aliis patum caute edita in Dioscoride fuerunt suis locis signare. In quo genere illud est quod a nobis hoc capite relictum fuit: haud sane quia ignoraremus quid quantumq; Dioscoridi illhic periisset: sed ut certius intelligerent legentes: q̃ secura huius scriptoris interpretatione cæteri usi sunt: qui aut non deprehenderint quantum sibi in gallinaceis suis deesset: aut si deprehenderint q̃ inepte eam iacturam dissimulauerint continuato sermonis ductu tradentes quæ decurtata non poterant integrum corpus ostendere. Locus est non procul a medio capite post historiam & medicinam membranæ illius quæ ex interiore parte gallinaceorum uentriculis exemptilis hæret cornu ramentis similis. A qua statim translato ad esculentum gallinaceorum ius sermõe: ut passim excepto uno in cunctis græcis legitur: Dios. ait ὁ δὲ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων δίδοται &c. nõ aliter q̃ si quis cogitata inter iuniores & seniores omnium hominum diuisione relicta totius numeri & generis altera parte inferret: seniorum autem &c. quo sermonis ductu aliqs imprudẽter usus desideriũ alterius partis merito audientibus relinquit. Id ipsum & nos in ea pre passi sumus: legẽtesq; ὁ δὲ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων δίδοται &c. necessario desiderauimus quidnam daretur. Articulus. n. ꝓpositiuus ille ὁ masculini generis substantiam aliquam exigebat. At ex his quæ sequebãtur rõcinari eam & coniicere facile erat. Fatemur id quidem: non tñ legentis rõcinatio & cõiectura integrũ sermonem faciebat. Coniũctio deinde illa δὲ quam græcoꝝ grãmatici docẽt in sermõe semper postponi: & aliã ꝓpositionẽ μὲν semp sequi audit atq; δὲ oportere alterã illam μὲν præcessisse: integritati loci huius deesse aliquid ostendebat. Quin ẽt cũ de Gallis in senectute eodem hoc loco ageret᷑: de iunioribus egisse antea Dioscoridẽ uerisimile erat. Easq; ob causas uitiũ illic sentientes non paruo labore inuenimus: quæ illhic librarioꝝ incuria pierunt: fuerũtq; nobis in ea re auxilio: Antiquus primum Dios. & is p̃cipue q Longobardis lr̃is scriptus apud nos est: in quo ueræ & integræ lectionis uestigia multa sunt. In eo siquidẽ a descripta interiore uentriculi mẽbrana illa hæc statim legunt᷑: Barbare quidẽ: ut erat eoꝝ tempoꝝ fortuna: sed quod ad rẽ nr̃am ptineat utiliter.

* Iuscellum minoris æstuationes stomachi mitescit simpr̃ compositus. Iuscellum maioris uentrem mollit &c. Accessit huic deinde Serapion eadẽ his licet nõ iisdem uerbis dicẽs. Ius uero pullorum
* gallinaꝝ solũ acceptum cõfert ꝓprie ad rectificandã cõplexionẽ corpoꝝ ægrotantiũ: sed maxime
* habentiũ inflãmationem in stomacho. Sed ius Galli decrepiti administrat᷑ ad laxandũ uentrem &c. Nõ defuit postremo qui nobis in angusto semper adsuit antiq̃ssimus & ꝓbatissimæ fidei quo uti licuit codex: in quo in eundem sensum hæc leguntur. καὶ ὁ ζωμὸς τοῦ μὲν νεωτέρου μάλιστα δίδοται ἐπὶ κράσεως χάριν φαυλοτήτων, καὶ ἐπὶ τῶν στομάχων πυρουμένων ἁπλῶς σκευασθείς. Quorũ hic
* sensus est. Daturq; esculentum ius pulluli quidem: sic enim iuniorem nunc in Gallinaceis dicim⁹:
* ad emendanda in hoĩe tẽperamenti sui uitia & in ardoribus stomachi simpliciter confectũ. Quæ
* oĩa ueluti testiũ dicta eodẽ ferunt᷑. Indicantq; si restituatur eo loco id membrum oĩa huic scriptori integra fore: res: sermo: sensus & medicina. Nos ob eam quam diximus cãm locum non instaurauimus: sed poterunt uolentes ex cõmentationibus his nostris id sibi p̃stare. Obseruauimus p̃terea ut in græcis deest quod paulo ante diximus: sic in antiquioribus latinis non legi: quod in extremo
* capite in græcis legit᷑. Eorũdem in senectute gallinaceoꝝ uentriculus. &c. & usq; ad finem capitis. Ni
* hil. n. huiuscemodi Serapion habet: nihil antiqua interp̃tatio: nihil postremo probatissimus mi
* hi codex. Factum ideo est ut suspicemur accreuisse eam Dioscoridi partem. Non tñ eam expũgimus: sed medicos monemus ad eam rem iudiciũ censuramq; suã afferre: nã p̃ter hæc alienus etiã Dios. sermonis in ea re ductus nobis uidet᷑. Nõ omittemus & illud uideri nobis sextarioꝝ & heminaꝝ numeros: q hoc capite docent᷑ ꝓ rei necessitate maiores: uitiũq; in eoꝝ notis forte esse.

DIOS. DE OVO. Cap. xliiii.

On. Romani ouum dicunt. Nutriendo magis est molle q̃ sorbile ouum: mollit rursus quod durum & igne duratũ fuerit. Vtile oculoꝝ doloribus: additis rosaceo & croco tostum oui luteam est. Vtile itidem cũ sertula cãpana sedis inflãmationibus & condylomatis. Estur idẽ cũ uua quã rhum diximus: aut galla frixum ad sistendam aluum. Põt idem p se ẽt sumptum. Quod uero candidum in ouo est crudũ refrigerat: glutinat: & oculorũ inflãmationes admotũ lenit. In ambustis excitari pustulas prohibet: si quãprimũ eo inungant᷑. Non adurit᷑ sole facies eo uncta. Compescit in oculos destillationes glutini modo fronti addito

ture impositum. Quin etiam oculorum inflãmationes lenit lana exceptum: tũ ad mixtis rosaceo: uinoq; & melle impositum. Crudum cõtra hemorroidis morsus sorbetur Sorbetur itidem exiguo calore tepens contra uessicæ erosiones: renũq; exulcerationes: faucium scabritiẽ & asperitatem: sanguinis excreationes: a capite in subiectas partes & in pectus destillationes.

INTERPRES.

Quod iubebat quondam Samius sapiens: qui sapientiæ religionem sapienter coniunxerat: κυάμων ἀπέχεσθαι: in notissimo & uilissimo fabæ legumine a posterioribus exceptũ: creditũq; abstinendũ hoĩ ab eo legumine esse: sapientiorẽ ex ouo naturæ in disciplina eius rõnẽ habebat: quá ille cõtemplatus sanctãq; & inuiolabilẽ sibi ꝑsertimq; in aĩalibus esse cupiens: ut ab osum aĩalium carnibus abstinẽtiam ꝑcæperat: qm̃ in illis aliqñ uiueret quod in hoĩe optimum fuerat: a rõnalibus pœnæ noĩe ad bruta translatũ: necui liceret ouis in cibo uti pariter & eadem rõne iussit: non minus in principio animalis eiusq; semine: q̃ in absoluto iam aĩali naturæ noceri arbitratus; parq; hoĩ fore scelus in aue aut auis ouo peccasse. Eratq; sibi & discipulis suis quotidianũ meminisse iactareq; ubiq; ἴσον τε κυάμους ἐσθίειν κεφαλάς τε τοκήων quod est: nõ differre comedisse oua & parẽtũ capita; parq; in utroq; piaculũ & scelus hoĩ esse Fuit hoc hoĩs placitum: decretaq; semel animarũ nrãꝝ μετεμψύχωσει quá nũc aĩaꝝ trásmigrationem alioꝝ exẽplo dicamus: nõ oĩno absurde & hoc præcipiebat. Nam quod ad naturá ꝑtinet ultra principiũ generationis & semen aliquid ouum in se habet: mediumq; inter animal qddã & non aĩal est: non aliter q̃ & inter uitium & uirtutẽ scientiamq; & ignorantiam ꝑfectus: qui q̃tum ab altero extremo discessit tm̃ ad alterũ accessit. Et qm̃ lateret in aĩalium ouis incœptũ iam aĩal: ideo ex cõi illo abstinẽtiæ a carnibus præcæpto: hoc ẽt præcipiebat Vocabantq; Pythagorici κυάμον notissimi leguminis appellatione non legumẽ sed ouũ: q; quasi κυόεις. i. fœtura animalis esset & cõcæptũ eius intra se clauderet. Scio fore ut uideant multis nrã hæc noua & cõtra alioꝝ græcoꝝ latinorũq; scriptoꝝ oium de hac ipsa re sententias; sed nihil finxisse nos aliqs credat; & in noua re gaudeat ex antiquissimis scriptoribus nouã eius præcæpti causam & interpretationẽ audisse: ex qua factum quondã ẽt est ut purgandis piaculis: lustrationibusq; ouoꝝ quotidianus esset usus: lustraliaq; passim a poetis uocarent: & in Bacchi orgiis aliorũq; deoꝝ sacrificiis; ubi pro hoĩe soluendum aliquid deo esset adhiberentur. Omittimus quæ in Orphicis & Bacchi orgiis in hac ipsa re obseruata ab antiquis traduntur. Id solum ex eis repetemus ideo religioni oua inseruisse: & in tanto honore cunctis gentibus fuisse: q; capiẽte oĩ mundo tot animaliũ naturas & genera; nullum fere est in quo non ex ouo species aliqua nascatur. Volucres passim ouum gignunt. Aquatilia in mari pene infinita. In terrestribus lacertæ. In ambiguis & quibus in terra æq; q̃ in aqua uictus est Crocodili. In bipedibus aues. In carentibus pedibus angues In multipedibus attelabi; & ne longiores simus in pluribus generibus aliis plura alia. Ob q̃ totam referre naturam credita fuerunt: & in religione ad placanda exorandaq; numina gratiorem hẽre potestatem Quæ licet modo studiis iis inutilia sint: nec ea nouisse aliqd operæpreciũ hoĩ sit honestiorem tñ cãm hñt & laborem: q̃ siquis ad ganeam quæsierit & ꝑcæperit. Longa quibus facies ouis erit illa memento: Vt succi melioris: & ut magis alba rotũdis Ponere: nãq; marem cohibent callosa uitellũ. tá difficili in eis sapoꝝ & sexus discrimine: ut nihil gulæ, pceribus æque incertũ sit: & Columella lib. x capite. y. dixerit Cũ uolet quis q̃plurimos mares excludi longissima quæq; & acutissima oua subiiciet: & rursus cũ fœminas q̃ rotundissima. Contra Aristoteles lib. yi de animaliũ historia his uerbis de eadem re agit. ἐστὶ δὲ τὰ μὲν μακρὰ, καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν θήλεα, τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ περιφερῆ ἄρρενα κατὰ τὸ ὀξὺ ἀρρένα. Quem locum gaza uertit. Quæ oblõga sunt oua & fastigio cacuminata fœminam edunt. Quæ aũt rotundiora sunt: & parte sui acutiore obtusa orbiculũ hñt: marem gignunt Est sane in natura grauis auctor Aristoteles. Columella tñ uillaticã pastionem ex quotidiana obseruatione & experientia docebat. Nec nostrum est inter tam graues scriptores tantas componere lites. Ob eá cãm ad Dios. reuersi monebimus legentes: mollis: sorbilis: duriq; oui discrimina in nutriendo solam facere cocturam: quantumq; ouo cocturæ accesserit: tantũ in nutriẽdo uirium illi accrescere. Et hoc est quod hic ait magis q̃ sorbile nutrire tenerum ouum: quod nos ex Celso molle uertimus. Rursusq; magis q̃ tenerum siue molle quod igne duratum fuerit Et ut tota res certius pateat sorbile hic ouum uocat: qd in coctura cõcæpto tm̃ calore uix densari incœperit: & liqdũ adhuc caleat potiusq̃ coctum sit Teneꝝ deinde siue molle qd ulteriore coctura densatum qdẽ: nõ tñ duratũ penitus fuerit. Durũ postremo siue igne duratũ quod extrema coctura ad eam duritiem peruenerit ut cõmãducari & teri dẽtibus opus sit. In quo ordine primũ illud & sorbile ab usu & sumendi ratione sic appellatum exiguas aut mediocres in nutriendo uires haber. Secũdum mox quod tenerũ siue molle duri comparatione a nobis dictum est ampliore coctura densatum maiores in nutriendo uires acqrit. Durum postremo quod nos igne duratũ etiã diximus maximæ in nutriendo potestatis est: & hic in ouorum usu gradus & quasi census nutriẽdi ab hoc scriptore traditur: cui addiderunt multa & certiora posteriores medicis notissima & a no-

Oua Pythagoræ.
κύαμοι Pythagoræ.

Sorbile
Molle
Durum
Ouum

bis ob eam cām relinquēda. Quoꝝ pleraq; a græcis omnia repetita in Corollario suo Barbarus ẽt numerauit: qui ut hæc utiliter tradidit: sic non satis fœliciter uertit: quæ in Dioscoride sunt ἀνακόλλημα δέ ἐστι ῥευματιζομένοις σὺν λιβανωτῷ κατὰ τοῦ μετώπου ἐπιτιθέμενον dicēs Cum turis polline frontibus perunctis rheumatismos reclinat Ex Plinio. n accepto reclinādi uerbo uoluisse uidetur eadem Plinio non Dioscoridi hoc loco docere: & de reclinādis palpebrarum pilis ī hoc scriptore præcipere: cum nisi nos fallimur non de reclinandis: compescendis: firmandisue palpebris hoc loco Diosco. præcipiat: sed de compescenda omnia superiori parte in oculos destillatiōe: quā ob causam iubet fronti imponi. Quin etiam rheumatismi uox non pilorum fluxum: sed destillationem ex alia in aliam partem humoris alicuius significat: neq; in tota græcorum medicina certius frequentiusq; rheumatismoꝝ uoce aliquid est. In causa: ut nos credimus fuit: qua hic uoce usus est ἀνακόλλημα & ἀνακολλᾶσθαι uerbum manifesta indicatione eorum: quæ lentore suo glutinātes aut naturæ suæ ui fluentia firmant & retinent. Verum ut uidetur non ob eam causam ex ouorum cādido fieri ἀνακόλλημα Dios. ait. Sed quoniam glutinoso lentore fronti hæreret: ideo sic remedium appellauit. Nosq; hanc rationem secuti compescere in oculos destillationes glutini modo frōtia sdito ture impositum diximus. Nec aliud in eo magis nos persuasit q̃ participium illud ῥευματιζομένοις: quod nisi ad oculos: & in eos humeris destillationem referri non potest.

DIOS. DE Cicadis. Cap. xliiii.

Tettigas. Romani cicadas dicunt. Succurrunt uessicæ doloribus tostæ & in cibo sumptæ cicadæ.

INTERPRES

Idem iisdem uerbis remedium & Paulus Aegineta docuit.

DIOS. DE Locustis. Cap. xlv.

Cridas. Romani locustas dicunt. Vrinæ angustiis fœminarumq; presertim
a suffitu locustæ prosunt. Nullus est carnis locustarum usus. Quæ in locustarum genere asiracos: asellusue dicitur siue alis crassioribusq; cruribus recens siccataq; contra scorpionum morsus cum uino utilissime bibitur. Vtuntur ea in cibo usq; ad satietatem qui ad leptim africam lybes incolunt.

INTERPRES

Ariauit admirabili artificio Locustas natura. Nec facile est toto orbe nascentium colores:
n formas: motus: discriminaq; alia pene innumera cōmentationis huius nostræ angustiis cōplecti. Nec qui hactenus id egerunt totam explesse rē nobis uidētur: neq; immerito. Quis enim tot primum in eodem colores facile descripserit? quis tam diuersas corporum formas? quis ingressus: saltus: uolatusq; earum. Sunt enim quæ uirides: quæ nigræ: quæ liuētes: quæ aliqua parte hunc: aliqua illum colorem ostendant. Sunt quæ uolantes tantum latentem antea colorem aliquem ꝓferant. Sunt quæ simplicibus: quæ pluribus alis uolent: quæ alis carentes saltent: q̃ utroque hoc motu priuatæ ingrediantur tantum. Sunt quæ longioribus: quæ breuioribus cruribus sint: & in his pluribus: breuioribusq; & paucioribus: longioribusq; internodiis. Sunt quæ canant: quæ mutæ sint: quæ per diem: quæ in tenebris tantum audiantur: & ne longiores simus. Sunt quæ nihil homini in re rustica noceant: innocentesq; a pueris capi se patiantur. Sunt cōtra quæ pestem & calamitatem satorum omnium totis regionibus afferāt: illataq; fame antiquos agros deserere sæpenumero gentes coegerint. Quod malum uno tm̃ contra scorpiones remedio rependunt. Vtq; plura sunt in natura genera: sic etiam pene infinita ueteribus earum nomina fuerunt. Nihilq; modo difficilius q̃ attelabos: parnopas: mastacas: moluri des: tetapelyridas: cornopas: & alia in græcis earum noīa digito signari: & dicier hæc sunt. Generatim exceꝑta asiraco quam & asellum dicunt ob eā ut nos credimus causam Dios. de locustis egit. Nec priuatim strangurias .i. uessicæ stillicidio: sed δυσουρίαις .i. urinæ angustiis mederi ait: quo magis Barbarum demiror: qui ad delectationem certas græcorum & latinorum in morbis & remediis uoces tantopere uariauerit.

DIOS. De Ossifrago aue.

Phinida. Romani ossifragum dicunt. Auis hæc est cuius uētriculus paulatim in potu haustus uessicæ calculos fertur per urinam pellere.

INTERPRES.

Vis postremi inter aquilas generis ossifragus est. Nōis manifesta omnibus cā. Lōgissime in a aquilaꝝ censu Aristoteles & Plinius de eo egerunt: & quod facile uolentibus inuenisse sit: nihil non ab aliis dictum a Barbaro in corollario suo repertū est. Non parua laboris & p̄cii mercede q̄renda auis hæc erit: si quod de ea fert̄ uessicæ calculos p urinam pellit Sed q̄ ueꝝ id fit nō est testatus Dios. ἱστορεῖσθαι qđ est tradi & ferri id dicēs. Sapiēter q̄dē & caute in alioꝝ fidē & famā reiiciens q̄ testari ipse nō posset Cuius morē & exēplū nos ēt secuti nihil ultra citraue mēsurā & significationē uocum eius tradidimus: legētesq; in eo ἱστορεῖται quod est narratur & fert̄ ferri & nos uertimus: ne si præcipi: ut Barbarus fecit: dixissemus ueteꝝ præcepto confirmari & probari crederet̄: quod hic non sua sed aliorum fide credi tantum uoluerit.

DIOS. DE Alauda siue Galerita aue. Cap. xlvii.

Orydalon. Romani Alaudam siue Galeritam auem dicunt. Auicula alau e da est in summo uertice pauonum modo apicem habens. Hæc tosta & in cibo sūpta crassioris intestini: qđ colō græci dicūt doloribus medetur.

INTERPRES.

Atiant in Alaudæ remediis latini scriptores & græci. Paulus Aegineta simpliciter elixā. (di u coaūt simpliciter in aqua tm̄) sumi diu iubet: hic assam præcipit: Plinius non assam tm̄ sumi: sed cinerem eius etiam in aqua bibi. Adicitq; quod suæ ætatis testimonio & experiē tia confirmat: idem homini præstare cor eius fœmini adalligatum: & recens tepēsq; adhuc deuoratum: pluraq; alia: quæ lib. xxx. capite. iii. uolentes nouisse in eo poterunt.

DIOS. DE Hirundine. Cap. xlviii.

Helidona. Romani hirundinem dicunt. Dissectis ex prima fœtura hirūdi c nis ante pleniluniū hirundinū pullis in uētriculis eoꝝ lapillos īuenies duos: ex quibus uersicolore & uario altero: uniformi uero cōcoloreq; altero priusq̃ terrā attingāt in bucculæ aut cerui aluta inclusis & brachio collo ue ad alligatis comitialibus p̄deris: sæpiusq; oino ad sanitatē restitues: hirundines ipsæ ēt ficedulaꝝ mō in cibo p medicamēto sumptæ: oculoꝝ adiuuant claritatē. Quin etiā matrū: pullorūq; in fictili crematoꝝ cinis ex melle ad oculoꝝ claritatē inungit̄. Inungitur & in anginis eadē utilitate & cōtra uuæ tonsillarumq; inflāmationes. Inueteratæ sale eædē earūq; pulli drachmæ pōdere anginis cū aqua potæ opitulātur.

INTERPRES.

Helidonios ab hirundinibus quas græci Chelidonas dicunt: Plinius Lapillos eos appellat c qui in eaꝝ uentriculis inueniri feruntur: fabulososq; existimat & magicis artibus in medicinā illatos. Quod magis credendū in eo facit Paulus Aegineta: q sexto sui opis libro de simplicibus his agēs: cremataꝝ hirundinū cinere tm̄ in medicina utit̄: anginisq; & ad oculoꝝ claritatē ex melle inungi p̄cipit. Recæpit tñ antiqtas ois: q̄ de eis in scriptore hoc legunt̄: eamq; ob cām qualia in græcis latinisq; oibus adhuc legunt̄ talia a nobis ēt reddita fuerunt: cætera oibus eadē sunt.

DIOS. DE Ebore. Cap. xlix.

Elephanta. Romani ebur dicūt. Digitoꝝ reduuias sanant illita eboris ramenta. Est enim illi adstringendi natura & uis.

INTERPRES.

Væ nos eboris ramēta diximus. Plinius scobē appellauit eadē significatione: & si ramentoq rū amplior q̄ scobis ambitus sit. Ramēta .n. ueteres latini dixerūt oia q̄ radēdo: secando: incidendo ue ex materia aliqua quasi inutiles reliq̄æ supersunt. Scobem uero priuatim quæ lima aut serra detrita cadunt. Estq; ramētoꝝ uox cūctis his cōis & quasi generis appellatio: illa aūt unius aut alterius rei tm̄ nota & significatio Dios. ῥίνισμα dixit scobina detritū ex ebore puluerē indicans. Quā rōnē secutus Pli. li. xxviii. ait, scobe paronychia tollunt̄. Nos cōmuniorē & ampliorē rōnē secuti ramēta diximus quocūq; ferramēto detritū ex ebore puluerem significātes: fecimusq; id auctoribus aliis græcoꝝ medicis. Paulus Aegineta nō ex dentibus tantū elephantis: quod solum ebur est: sed ex unguium aliorumq; ossium ramentis remedium hoc conficit.

DIOS. De suis talo. Cap. I.

Stragalon. Romani talum dicunt. Crematus donec ex nigro cādido colore fiat suillus talus tū tritus potusq; crassioris intestini quod colon dicunt inflationibus: uetustisq; torminibus medetur.

INTERPRES.

Coli malū & dolor

On omni malo coli mederi cinerem suilli tali hic scriptor ait: sed ex tribus eius generibus illi tantum quod cessante nec transeunte crasso & qualis peditu efflari solet spiritu in eo intestino fit: habet.n. plures id malum causas: fitq; aliquando cum iter eius membranulas crassus pituitosusq; humor subsederit; nōnunq̄ cessante nec transeūte illhac spiritu: quale paulo ante descripsimus Sæpe ex eiusdem intestini inflāmatione: aut ob acres erodentesq; humores dolorem acrimonia erosioneq; sua excitantes. Ex his secundum illud genus ἐμπνευματώσεως .i. inflationis uoce indicasse uidetur.

DIOS. De Cerui cornu. Cap. II.

Laphu ceras. Romani ceruinū cornu dicunt. Crematū in cinerē mox lotū cerui cornu cōtra sanguinis expuitiones pōdere coclearīū duorū cum spinæ quam tragacantham appellant lachryma utiliter bibitur: intestinorū torminibus itidem: cæliacis: suffusis felle: & uesicæ doloribus. Bibitur pari utilitate ēt cōtra fœminarum fluctiones: in liquore aliquo ex his qui malo illi cōgruāt. Crematˀ ceruinū cornu: cremandiq; modus & ratio hæc est. Secatur in frusta cornu: sectumq; in fictile crudū primo: mox luto circūlito opculo in fornacē conijcitur. Vriturq; usq; dū albescat. Lauatˀ dein cadmiæ modo: utilisq; hic cinis est oculorū destillationibus et ulceribus. Dentifricium idem leuigandis dentibus utile: in quem usum cōfricandi eo sunt. Serpentes crudū suffitu fugat: coquitur in aceto ēt cerui cornu: colluntˀq; decocto illo utiliter molarium dentitione facti dolores.

INTERPRES.

γόμφιοι
γομφιάσις

On placet quod i extremo capite dictum a nobis & ab aliis est collui ceruini cornu decocto utiliter molarū dentitione factos dolores. Cur.n. molarū magis q̄ primorū & caninorū? cū.n. eadem ex inflāmatione doloris cā & rō est. Nec siccantibus qualis hic cinis est: sed natiuo unguine mollientibus remediis ad adiuuandas in pueris dentitiones uti antiquiores p̄ceperunt: qualia sunt gallinaceorū adeps & leporis cerebrū: at in dētibus γομφίους molares tm̄ græci appellant: fatemur id qdem: & ab his γομφίασις facta uox nihil nisi molarū dentitionem significare pōt: cōcedimus id ēt; sed hac cōditione dum certius aliqd & ad hanc rē aptius inueniatur. Inclinat.n. a[n]imus nobis significari ea uoce aliud in cunctis dentibus malum: nec leuibus argumentis oborta nobis hæc suspitio est: non ob eas quas pauloante diximus causas: sed qm̄ Galenus usum ceruini cornu esse ait ad restringendam gingiuam & confirmandos dentes. Quod & Paulus Aegineta ēt cum de omni cornu lib. vi agit his uerbis testatus est. τὸ δὲ τῆς ἐλάφου κέρας μετ' οἴνου λειούμενον ἐπιπεριπλασσόμενον ὀδόντας ἵστησι σειομένους. Quod est: cerui aūt cornu tritū uinoq; maceratum mox circumlitum mobiles sistit dentes: & pauloāte: οὖλα πλαδαρά. id est humentes & diffluentes gingiuas compescere idem cornu dixerat. Plinius ēt lib. xxviii. capite. x. dentes mobiles confirmare ceruini cornu cinerem testatur: doloresq; eorū mitigare siue infricentur siue colluantur. Additq; statim arbitrari quosdam ad omnes eosdem usus efficaciorem crudi cornu farinā eē: & dentifricia utroq; modo fieri: Quæ omnia eodem pertinent ut dentibus nō dentitionibus mederi ceruinum cornu uideatˀ. Antiqua etiam græcorum lexica γομφιασμὸν nihilo fere in nominis cōpositione τῆς γομφιάσεως differentem αἱμωδιασμὸν ὀδόντων interpretantur .i. dentium hæmodian: quotidianam affectionem in qua acerbitate aut aciditate cibi alicuius presertimq; nondum maturi pomi stupent dentes: nec alios cibos sine dolore commanducare & conficere possunt: quod malum gens nostra alligatos dentes appellat. Obseruata a nobis de ceruino cornu in ueteribus hæc fuerunt quæ inuidere aliis noluimus: si forte dubitationis huius nostræ occasione adiutus maiore ingenio & doctrina aliquis certam mali huius rationem inuenire & aliis tradere potuerit. Nos in re nondum satis deprehensa ab aliorum interpretatione & sensu discedere nolumus: preserum in noua uoce; & quæ nescio an iterum in toto hoc opere inuenienda sit. Nolumus illud et iam relinquere potuisse hunc γομφιάσεις appellare non simpliciter molarium dentitiones

αἱμωδίας
αἱμωδιασμός.
Stupe dentes

sed eorum

ſed eorũ tñ quos latini priuatim genuinos græci uero ꝓprio noīe κραντῆρας uocãt:in extrema gingiua poſt uigeſimũ fere oibus ãnũ aliqb⁹ uero poſtea uſq; ad octogeſimũ naſcentes:de qb⁹ Ariſto teles ſecũdo libro de aīaliũ hiſtoria & iis uerbis egit: φύονται δ' οἱ τελευταῖοι τοῖς ἀνθρώποις γόμφιοι οὓς καλοῦσι κραντῆρας, περὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη ἀνδράσιν, καὶ γυναιξί. ἤδη δέ τισι καὶ γυναιξὶ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν οὔσαις ἔφυσαν γόμφιοι ἐν τοῖς ἐσχάτοις, πόνον παρέχοντες ἐν τῇ ἀνατολῇ καὶ ἀνδράσιν ὡσαύτως. τοῦτο δὲ συμβαίνει ὅσοις ἂν μὴ ἐν τῇ ἡλικίᾳ ἀνατείλωσιν οἱ κραντῆρες. Quorum ſenſus eſt:naſcũtur autẽ hoi molares poſtremi quos genuinos uocant. Circa uigeſimũ fere annũ uiris & mulieribus:quin ẽt mulierib⁹ octogeſimo ãno nati aliqñ ſunt in extrema gingiua dolorẽ in ortu afferẽtes:& ꝑter mulieres uiris ſilr:accidit hoc iis qbus in iuuẽtute genuini nõ exierint: uocãt ut uĩ auctore Ariſtotele κραντῆρες genuini ii dentes:ſed in molariũ genere ſunt:potuitq; Dioſ. forte γομφιάσεις genuinorũ huiuſcemodi eruptiões uocare:q qm̃ maiore dolore hoiem torquẽt ualidiorib⁹ & quale ceruini cornu cinis eſt remediis curari debẽt. Cũcta tñ ex cõiectura nã & arbitraria legẽtibus eẽ uolum⁹.

DIOS. De Erucis quæ in oleribus naſcuntur. Cap. lii.

Campas, Romani erucas dicũt. Quæ in oleribus naſcunẽ erucæ a uenenatoꝝ iniuriis quę ictu aut morſu uenenũ relinquũt tutos ex oleo inũctæ ferũẽ hoies ſuare.

INTERPRES.

Ortoꝝ ſatorumq; oium peſtis calamitaſq, erucæ ſunt:dirũ aīal lento & humido tpe auctoribus Theophraſto & aliis naſcẽs:multiplex hoc malũ:& quod in uitibus & arborib⁹ natũ frondẽ oẽm & florẽ erodat:turpiq; facie depaſtã arborẽ relinquat. Nihil in carmine ſuo & ultimo duodecimi libri capite Columella pro horti ãnona diligentius curauit. Si cætera de fecerint naturæ & artis auxilia ad ſupſtitionẽ tranſlata res:i q̃ nõ ueritus eſt auctore Democrito docere q ſaluo pudore dici & audiri nõ poſſunt:ſed ut ille teſtaẽ:tã pſenti cõtra hoc malũ remedio: & ope ut nõ aliter q̃ cũ decuſſa pluit arbore nimbus: Vel teretis mali uel tectæ cortice glandis uoluẽ ad terrã diſtorto corpore cãpe Qualia aũt ea ſunt poterũt uolentes ab eo audire. Nobis.n in ſcriptore hoc aliud cõſiliũ eſt:nec in erucis eius aliud qđ moneamus habemus:q̃ iõ in oleribus naſcẽtes erucas eũ appellaſſe:ut a piceaꝝ aliarũq; arboꝝ erucis q ueneni maleficium habẽt ſepararet. Noſtra ætas & gens totum hoc genus quacunq; forma ſit & ubicunq; naſcatur una appellatione brucos noīat: Cum tamen locuſtarum genus quoddam priuatim brucum græci appellent.

Eruca
Brucus

DIOS. De Cantharidibus bupreſtibus & piceaꝝ erucis. Cap. liii.

Antharidas, Romani pariter græcis canthatides dicunt. Seruatu optimæ cãtharides ſunt quæ in frumẽtacea ſegete lectæ fuerint. Eas in fictile nõ picatũ cõiectas fictiliſq; ore puro raroq; linteolo colligato ſupra ferũẽtis acerrimi aceti uaporẽ circũagito:habetoq; illic inuerſum fictile uſq; dũ enecenẽ: tũ funiculo traiectas ſuſpenſas reponito. Efficaciſſimę oium quæ uariæ & luteis obliqs cingulis in pẽnis ſunt:lõgo corpe craſſæ & blattaꝝ mõ obeſæ:inutiliſſimę contra q̃ uno colore tñ cõſpicuæ erũt. Seruanẽ eodẽ mõ & bupreſtides:quæ cantharidũ genus ſunt. Seruanẽ & piceaꝝ erucæ. Oẽs hæ ſupra feruentẽ cinerẽ ſuſpenſo cribro ĩpoſitæ breuiq; tpe halitu caloris uaporatæ reponũẽ. Cões oibus uites ſunt: exedere exulcerare & in ſũmũ corpus calorẽ trahere: Quã ob cãm medicamẽtis miſcenẽ cãcreſcẽtia:lepras:& aſperiores ĩpetigines ſanantibus. Menſes ẽt trahunt peſſulis qui molliendo ſint additæ. Tradiderũt aliqui ſubeũtibus curẽ aquis auxiliari cãtharides antidotis ad ciendã urinã factis additas. Retulerũt pleriq; ẽt potaꝝ cantharidũ maleficio aduerſari remedioq; eſſe eiuſdem animalis alas & pedes.

INTERPRES.

Vlta ſunt q ſcarabeis cõgeneres cãtharidas faciũt. Sed nihil æque cognationẽ eoꝝ oñdit q̃ uaginis clauſæ utriuſq; aīalis pẽnæ:ob quã ſſitudinẽ dimĩuta a ſcarabeo quẽ cãtharõ græci noĩant appellatõe cãtharida illi ſiſe:ſed minore corporis mole aīal hoc dixerũt: pueris ẽt notiſſimũ:ſed qđ pñti & iſanabili ueneo hoiem pimat quẽadmodũ iter uenena hic ipſe iextremo ope docebit. Hñt ueneni par maleficiũ bupreſtides & piceaꝝ erucæ. Hæ cæteris erucis ſiſes & cõgeneres diſcrimen ab arbore in q̃ naſcunẽ noie ipſo oſtẽdũt pytiocãpæ a græcis dictæ. Illæ boũ acei bupeſtis in eadẽ gente a maleficio ſuo nomẽ inuenerunt Deſcripſit bupreſtim Plinius li xxx. capite. iii. his uerbis. Rarũ in Italia animal bupreſtis eſt:longipedi ſcarabeo ſimillimũ. Fallit inter

Scarabei
cãtharides

herbas boum maxime: unde & nomen inuenit deuoratumq; tacto felle ita inflammat ut rumpat. Nouerunt nunc etiam rura hoc malum: uidimusq; nos peremptum aliquando eo ueneno bouem. Non satis tamen ostendunt rustici eius animalis formam: diuersisq; appellationibus diuersis locis & diuersa forma describitur & appellatur. Copiosius inter uenena de his omnibus iterum agetur. Nunc satis sit nominum causam & rationem reddidisse.

DIOS. DE SALAMANDRA. Cap. liiii.

f Alamandran, Romani pariter græcis salamandram dicunt. In lacertarum censu & genere salamandra est: ignauum animal: colore uario: falso creditum non cremari igne. Exedendi: calefaciendi: exulcerandiq; uires habet: quamob causam medicamentis quæ exedendo sunt miscetur. Miscetur & his quæ ad lepras conficiuntur non minus quam cantharides: quibus etiam similiter reponitur. Depilat salamandræ cinis ex oleo inunctus. Seruatur & in eundem usum in melle euiscerata abiectis interaneis capite & pedibus.

INTERPRES.

f Vnt nobis & aliis de salamandra eadem fere omnia. Quod inter nos non conuenit unum tantum & illhic est ubi legitur ψιλοῖ δὲ τρίχας τακεῖσα μετ᾽ ἐλαίου quam lectionem illi secuti liquefactam in oleo salamandram depilare dixerunt: nec male: id. n. participium illud plerunq; significat. Nos autem non liquefactam: sed crematæ cinerem facere id diximus: in antiquissimis iisdemq; probatissimæ fidei græcorum codicibus non τακεῖσα sed καεῖσα quod est cremata legentes. Confirmauitq; nobis eam lectionem Paulus Aegineta qui crematæ salamandræ cinere tantum ad hos usus utitur. Verba eius hæc sunt. σαλαμάνδρας δὲ καυθείσης τὴν τέφραν ἔνιοι μίσγουσιν &c quod est crematæ autem salamandræ cinerem aliqui miscent.

DIOS. DE ARANEIS Cap. lv.

a Rachnen. Romani araneum dicunt. Araneus quem aliqui holcon & lycon. i. lupum appellant plagellæ confricatus: linteolo uel illitus mox fronti aut temporibus impositus tertianarum febrium circuitus finit. Sanguinem sistit tela eius imposita & ulcerum in summa cute inflammationes arcet. Est & alterum aranei genus quod candidas tenues & densas telas operatur. Fertur is in aluta clausus brachioq; adalligatus quartanis mederi febribus: & cum rosaceo elixus aurium doloribus utiliter instillari.

INTERPRES.

I Onga est Plinio: Nicandro: Aristoteliq; animalis huius historia: fecitq; id multiplex eius genus: diuersiq; in tam exiguo corpore ad uitam & mortem hominum euentus: & quæ artificiose modo exercent: modo insidiose ubiq; animalia hæc agunt. Prima & maxima omnium innoxias & innoxios diuisio est: hos græci ἀράχνας nos araneos: illos ambo phalangia diximus. Rursus Phalangiorum plura sunt genera priuatim ab antiquioribus latinis & græcis suis nominibus appellata. Araneorum itidem sed pauciora: quæ Dios. hoc capite numerat. Qui primum Arachnes nomine usus indicauit non de omni araneo: sed de innoxio tantum agere qui in parietibus & trabibus telas suas ad aliorum insectorum uenationem suspendit. Notissimus omnibus hic est in uetustis & rimosis parietibus habitans. Hunc holcon & lycon. i. lupum uocari hic ait: facta ut nos credimus a uenatione & insidiis eius appellatione: & quoniam muscas rapiat trahat & enecet: id lupum & holcon a trahendo dictum fuisse: Lupos Aristoteles totum hoc genus esse appellauit. Quod non multo post deinde hic ait: alterum aranei genus esse quod candidas tenues & confertas operetur telas: non erit difficile obseruantibus dephendisse. Ex hoc araneorum genere facto emplastro: frontiq; imposito tertianæ febris circuitus finiri hic ait: Facili & admirabili si euentus sequatur remedio. Non uidentur posteriores id probasse. Siquidem Paulus Aegine-
Splenia ta lib. vi. de araneis his agens omnem huius remedii ueritatem & fidem in hunc scriptorem reiecit dicens Araneum in emplastrum emollitum frontiq; & temporibus impositum tertianarum febrium circuitus finire testatum esse Dioscoridem. Quodq; hic σπληνίῳ συμμαλαχθεῖσα ait ille ἐμπλάστρῳ dixit nullo aut exiguo inter emplastrum & splenium discrimine. Hunc emplastra manifestam significationem. Splenia uero ex eodem aut non penitus diuerso genere alienis forma: quem græci splena dicunt in longitudinem magis quam latitudinem extensa fronti plerunq; imponuntur: quasi fasciolæ ad arcendos dolores: aut in alium quempiam usum: Et hinc latinis poetis spleniata frons est: & quod Martialis ait: splenia tolle leges &c. Nos plagellam diximus rei rationem & ueterum interpretationem secuti.

DIOS. DE LACERTA. Cap. lvi.

f Auran. Romani lacertam dicunt. Surculos & quæcunq; alia corpori infixa hærent extrahit impositũ lacertæ cõcisum caput. Pellit idem uerrucas & in eodẽ genere formicas & clauos. Inditum præterea dentium cauis lacertæ iecur indolentiam eorum facit. Tota etiam dissecta & imposita lacerta ex ictu scorpionis factum dolorem leuat.

INTERPRES.

a Troq; gñe lacertũ & lacertã idem hoc aĩal antiquiores latini dixerũt: tam certum tanq; ubiq; nascens ut nihil dicendum aliud de eo sit. Nec fuisset nobis in cõmentatione eius aliquis labor nisi qd fere in cũctis legit pellere siue malueris dicere tollere impositũ lacertæ caput γόμφους .i. uaros: non sic sed ἥλους .i. clauos legi oporteret: quod nos antiquissimoꝝ codicũ fide istaurauimus: persuasitq; id audere Paulus Aegineta qui clauos hoc remedio curat: & præter hæc res ipsa etiam congeneres morbi uerrucæ & formicæ quibus rectius claui q̃ uari coniungebantur. Quinetiam uerbum αἴρει quo hic usus est & tollere significat clauis aptius q̃ uaris competit q̃ extenuantur leuiganturq; potiusq̃ tolluntur.

DIOS. De calcidica lacerta quam sepa græci dicunt. Cap. lyii.

Sepa. Romani calcidicam lacertam dicunt. Seps quam lacertam calcidicam pleriq; uocant: propriis morsibus pota in uino medetur.

INTERPRES.

a Bexedendo seps lacerta hæc dicta est σήπει enim .i. exest quæ ueneno suo contigerit. Lacertæ similem oẽs describunt: pũertimq; in Theriacis suis Nicãder dicens σῆπα γέμην τε δαμοῖσι δομὴν γσαύροισιν ἀλύξεις quod est uitabis & sepa corpore humilibus lacertis similem dico: aũt humiles quas ille πεδαμοῖς .i. p terram serpentes dixit. Fuit hoc illi ab euentu nomen quẽadmodũ a corpori maculosis lineis quas i tergo habet colore æris: quod græci chalcon dicũt: chalcis siue calcidica dicta eadem est. Nos .n. eandem credimus: fuisseq; antiquam ueram eius appellationem chalcidica quasi æneã ob eam quã diximus cãm: & ex eodem de noie cuius rõnem nõ nouissent oẽs ad adiectiuũ gentis & loci nomẽ translatã eius appellationẽ fuisse dictamq; Chalcidicam quasi in chalcide euboiæ plurima inueniret. Quod falsum est: cũ in lybia & cypro nasci pcipue dicatur & inter petras illic uiuere. Factũ ob id ẽt est ut in antiqs scriptoribus modo chalcis modo chalcidica lacerta inueniatur: eorũq; auctoritate diuersum non idem creditũ hoc animal fuerit. Nobis in hãc partẽ inclinat animus: habemusq; opinionis huius auctorem antiquissimum Nicandri interpretem. Nec eo secius liberum legentibus arbitrium relinquimus. Chalcis

DIOS. De terrestri Crocodilo quẽ græci scingũ dicũt. Cap. lyiii.

Cingon. Romani pariter græcis scingũ terrestrem ue crocodilũ appellant: f Aegyptius alter: indicus alter scingus est. Est & tertius qui ad rubrum mare nascit. Est & quartus qui in lybiæ Mauritania inuenitur. Terrestris Crocodilus scingus est ppriũ suũq; genus habet. Hic addito nasturcio sale inueteratur: Feruntq; laterũ ppinquas renibus eius carnes põdere drachmæ cũ uino potas ueneris cupiditates accendere: quæ deinde poto cũ melle lentis decocto aut lactucæ semine cum aqua extinguntur. In antidota præter hæc etiam scingus additur. ✠

INTERPRES.

a Pferri solitos in Italiã salsos sua ætate scingos testis Plinius est: q longiorẽ de eis historiam lib. xxyiii. cap. yiii. psecutus plura ẽt q̃ Dios. retulit & oia nunc pariter ignota: quo fit ne ualeamus ostendere quo pacto addito nasturcio sale scingus ad medicinam inueterareť mõ uitiũ absit: fueritq; hæc antiqua huius capitis lectio & hic uerus Dios sensus: in quo nec leuiter nec sine cã hæremus. Incõcinne .n. dicitur sale aliqd ἐγκαρδάμῳ .i. in nasturcio cõdiri: cũ in alueolis fictilibusq; salgama & salsamẽta oĩa nõ in herbis cõponanť. Possunt qdẽ adiectis herbis his aut illis cõdiri ut Columella pcipit: sed in herbis nunq̃ sale cõdiri aliqd recte diceť: ideoq; nos non in: sed cũ nasturcio inueterari & cõdiri sale diximus: nõ qa id oino pbemus sed qm̃ nihil aptius erat: quo absurdus & inutilis sensus istaurareť: Suspicamurque nos decurtatũ esse locũ: truncique corporis utrinque aliquas superi esse reliquias: Nasturciũque fragmentũ esse partis in qua hic diceret aut nasturcio æq̃les scingo ad excitandam Venerẽ uires esse: quod Paulus Aegineta in scingo ait: καρδάμῳ δύναμιν ὁμοίαν ἔχει: quod est Nasturcio similem uim habet: aut quod Plinius docet ac

cendere Venerem cum satyrio &c Et quod Plinius Satyrium dixit hic nasturciũ dixerit: utrunq; enim ad Venerem stimulat presertim respondente in utroq; eodem drachmæ unius pondere. Quod quale sit æstimabunt legentes Non omittemus & illud quam hic lentem simpliciter hoc capite ait paulum Aeginetam palustrem dicere.

DIOS. De uerberibus terræ. Cap. lix.

g Er entera, i. terræ intestina. Romani lũbricos dicunt. Glutinant præcisos neruos concisi & impositi terreni uermes. Finiunt iidem tertianas febres: & cum anserino adipe elixi aurium uitiis utiliter instillantur. Quin etiam cũ oleo decocti dentium dolores leuant in contrariam aurem instillati. Vrinam iidem trahunt triti & cum passo poti.

INTERPRES.

n On erit difficile terrenorum uermium natales: formã: naturamq; omnem intuentibus eorum nominis causam in græcis ratiocinari. Intra terram enim concipiũtur & intra eã paulominus q̃ immobiles uiuunt: nec dissimili natura ab his quas in mari natura fecit urticas & spongias: & quæ alia ueteres græci composito ex animali & planta nomine ζωόφυτα nominauerunt: Qui aliorum animalium modo progredi nequeunt. In se ipsis autem & circa se ipsos quadã tenus mouentur. Teres illa deinde & pedalis aliquando eorum longitudo: & si digitis in alterã partem exprimantur non secus q̃ ex animalium intestinis progrediens terrestris fimus intestinorum iconiam imaginem faciunt. Latini aliis uermibus cõmuni appellatione uocatos adiecto terræ nomine ab aliis uermibus distinxerunt. Omnem terræ uertium medicinam ad præcisos tantũ neruos. Paulus Aegineta contraxit: nec alias illis assignauit uires. Cæteri pluribus etiam q̃ Dios. morbis mederi eos dixerunt. Priuatimq; Serapion in hoc ipso scriptore uessicæ calculos frangere eos testatus est. Nec negligendum omnino id uidetur: siquidem Plinius libro xxx. capite. iii. ait. iubet & uermes terrenos bibi ex uino aut passo ad comminuendos calculos. Potuit enim hoc remedium huic scriptori librariorum incuria periisse: nisi fort. urinam trahere eos docens; omnibus urinæ angustiis & impedimentis prodesse eos intelligi Dios. uoluerit.

Lumbrius uermes terreni

Dios. De Mure Araneo quem græci mygalem dicunt. Cap. lx.

Mygalen. Romani murẽ araneum dicunt. Propriis morsibus remedio est dissectus & uulneri impositus araneus mus.

INTERPRES.

d Escripserunt ex ueteribus plures araneum murem: presertimq; Aecius: qui ideo a græcis mygalem facto ex mure & mustela nomine appellari ait quoniã muris magnitudine: & eadem illi caudæ gracilitate & rictus longitudine: reliquo autem corpore mustelina specie sit. Amyntas tamen antiquissimus græcorum scriptor: ideo mygalem uocari ait q adulterino coitu ex mure & mustela nasceret. Quod nec uerum nec uerisimile est: qui enim ad generatiõem coibunt mus & mustela: quibus non solum dissimilis penitus natura: sed quales multæ aliæ inter animalia uidentur natiuæ & exitiales inimicitiæ sunt. Meminit aranei muris Nicander in Theriacis suisceumq; appellauit homini exitialem in orbitis rotarum pereuntem. Versiculi eius sunt τυφλήντε μυγαλῆντε βροτοῖς. ἐπὶ λοιγὸν... ουσαν μυγαλέην. τροχοῖσιν ἐνὶ θνήσκουσαν ἁμάξης. q̃ at uerum sit non transiri ab araneo mure orbitam currus uolutatione factam & si eam transierit mori facile erit facto periculo cognoscere: neq; enim id tantum Nicander sed ex antiquioribus plures alii testati sunt: qui contra morsum eius terram ex orbita uulneri pro remedio imponi iusserunt. Venenatum animal hoc est suoq; morsu nisi succurratur & hominẽ & seruientes homini quadrupedes perimit. Diligens ob eam causam rusticæ & pecuariæ rei auctor Columella longius de eo libro vii capite. xv. egit: quo loco cum multa ad ictus serpentis & noxiorum animaliũ remedia docuisset de mure araneo hæc dixit: exiguis dentibus non exiguam pestem moliri & quam intulit pnitiem suo corpore luere. Nam & animal ipsum mersum oleo necatur; & cum imputruit conteritur: eoq; medicamine muris aranei morsus linitur. Numerantur ab eo præterea cõtra malũ hoc remedia alia quæ deficiente hoc poterunt ex eo repeti: & in homine utile habere usum. Non tacebimus obiter & illud male in principio capitis eius legi: mus q; araneus græci σκυτάλην appellant: μυγάλην. n. legere oportet. Et si σκυτάλη quod est scytale uenenata serpens est: cuius meminit Lucanus in. ix. Et scytale sparsis etiam nũc sola pruinis exuuias positura suas &c. Sed scytalem Libya im fert: murem uero araneum Italia pluresq; toto orbe regiones aliæ.

DIOS. De Muribus. Cap. lxi.

m Yas. Romani mures dicunt. Pro comperto & inconfesso apud oẽs ẽ scorpionũ ictibus utiliter ĩponi dissectos in domibus nostris latentes mures. Tostos prætere a eosdẽ pueris in cibo datos oẽm in ore eorꝝ saliuã siccare.

INTERPRES.

p Lura sunt murum ueteribus genera. Alpini: Põtici: Glyres. Et in his generibus diuerso colore & forma: sunt & in domibus nostris latentes: quos adiecta hac nota ad medicinã Dioscorides ab aliis secreuit.

DIOS. De omni lacte. Cap. lxii.

g Ala. Romani lac dicunt. habet communiter oẽ lac saporis & succi bonitatem. Idem egregie nutrit: aluum tñ mollit: Intestinorumq; & stomachi inflationes facit. Aquatius æstiuo uernũ lac est: & ex uiridi pabulo magis aluum mollit. Probat̃ candidum æqualiter crassum: & quod ungui instillatum non defluit. Aluum minus tentat caprinum: propterea ꝙ capræ multo adstringente pãbulo utuntur: quercu: lentisco: olea: & terebintho: quam ob causam stomacho etiã utile est. Ouillum dulce crassum & pingue: ideoq; nõ tantopere utile. Bubulum: Asininum: Equinũq; magis aluũ soluunt & turbant. Aluum stomachumq; euertit omne lac ubi pabulũ fuerit: scãmonia: ueratrum: mercurialis herba: aut clematis: ut in Iustinis mõtibus fieri traditum a nobis est. Capiæ. n. illic ueratri albi folia in prima eorꝝ eruptione pascentes & ipsæ uomunt: & lac reddunt quod stomachum euertat & uomitiões faciat. Adstringit aluum decoctũ omne lac: præcipueq; quod marinis ignitis calculis liquidioris humoris abundantiam amiserit. Interaneorum exulcerationibus cõiter lac medet̃: ꝓcipuæq; gutturis: pulmonũ: intestinoꝝ: renũ: uessicæq;. Datur ẽt recens cũ crudo melle admixta aqua: & addito exiguo sale contra sũmæ cutis prurigines: papularũ eruptiões: & malos corporis humores: quod uitiũ græci cacochymiam dicunt. Minore inflandi ui est quod semel decoctum fuerit lac. Exulceratis ẽt alui fluoribus medet̃ lac ignitis calculis usq; ad dimidias decoctum: Habet oẽ lac coniunctum sibi serum: quod a lacte separatũ efficacius ĩ purgando est. Datur his quos sine acrimonia purgare uoluerimus: Quales erũt atrabile laborantes: comitiales: lepræ: elephantiases: & toto corpore papularũ eruptiones. Secernitur aũt oẽ lac & fit quod græci schiston. i. scissile noïant in nouo fictili feruens. Cuius rei cã nuper cæso a sua arbore ficulneo ramo miscet̃: cumq; bis terue inferbuerit: quot erũt lactis heminæ totidẽ aceti mulsi cyathi superinfundunt̃: Sic. n. discedit a lacte serum. Oportet tñ ne dũ coquit̃ feruore redundet lac spõgia ex frigida aqua continue fictilis labra ꝑfricare: argenteũq; sextatiũ frigida aqua plenũ in lac demittere. Datur bibẽdum hoc serum heminis per interualla tpis usq; ad quinas: Verũ a potu eius spatiari bibentes per interualla illa tpis oportet. Facit ꝓrer supradicta recens lac ad letalium uenenoꝝ erosiones incensionesq; quales in Cantharidibus fiunt: picearum erucis: salamandra: buprestide: apollinari herba quã græci hyoscyamũ dicunt: dorichnio: aconito & ephemero. Et cõtra postremũ hoc bubulũ ꝓcipue confert priuatim ephemero accomodatum. Colluunt̃ lacte utiliter accomodata gargarissatione oris & tonsillarũ exulcerationes: priuatimq; gingiuas & dentes colluendo confirmat Asininum. Alui exulceratos fluores crebrasq; & inanes egerendi uoluntates quas græci Tinesmos dicunt ouillum bubulum ue: aut caprinum sistit marinis ignitis calculis decoctum clystere præterea infunditur per se: aut cum ptisana: aut halicæ succo mirifice leniens intestinoꝝ ero

ſiones. Infunditur & fœminarum exulceratis locis. Dulciſſimum eſt hominis lac: idem maxime nutrit. Prodeſt ſtomachi eroſionibus: & tabi quam græci phthiſim dicunt ex ipſo ubere ſuctum. Bibitur cõtra potum marinum leporem utiliter. Inſtillatur addito ture cruentis ex ictu oculis: & contra podagras cum cera & opio utiliter inungitur. Inutile lienoſis omne lac eſt: iocinoroſis itidem: uertiginoſis: comitialibus: neruorum uitiis febribus & capitis doloribus: præterq̃ ſi purgatiõis cauſa ſeparatum a ſero illud ut præmõſtrauimus aliquis det. Ferunt quidam primiparæ canis lacte ſi inungatur glabreſcere inunctum eo caput. Potum præterea letalibus aduerſari uenenis: & emortuos in utero fœtus pellere.

INTERPRES.

Vita Barbarus ex Plinio Dioſcoridis lacti nõ neceſſaria adiecit nõ neceſſario ornatu ſcriptoris huius phraſim & rem augere & excolere cupiens: nõ ſatis bonæ fidei interpres & inutiliter diligens. Neq; n. in ſcriptore hoc leguntur quæ ille ait: Medici ſpeciem unam addidere lactis generibus quod ſchiſton appellauere. Plinii uerba hæc ſunt lib. xxviii. capite. ix. Quæ Romanus ſcriptor dictauit genti ſuæ non ex græcis uertit. Simile huic eſt quod ex eodẽ loco Dioſcoridi in idem miſcuit. Itaq; ne quid infundatur: & pleraq; alia quæ cum græcis conferentes hominis conſiliũ & interpretandi rationem ſine labore intelligent. Non n. proſequi omnia animus & cõſiliũ nobis eſt. Sed quod ſæpe alias diximus monere: quæ cum illo non ſunt nobis eadem: non ut homini aduerſemur labori q; eius noceamus: ſed ut rem noſtrã qua poſſumus & debemus ratione tueamur. Niſi. n. id fecerimus multa ubiq; erũt quæ inter nos diuerſa aut contraria legentes remorabuntur. Quale in hoc capite illud erit: quod in ouillo lacte non procul a principio dixerunt interpretes alii. Ouillum uero lac ſcabrum dulce &c: Ex cõi omnium græcorum lectione in quibus τραχύ eſt inauditam hactenus & omni lacti negatam a natura ſcabritiei & aſperitatis notam ouillo tribuentes. Cõe hoc ut diximus in cunctis græcis: & antiquiſſimũ uitium: Nam quem licuit uidere uetuſtiſſimus & longobardis litteris ſcriptus latinus Dioſco. Aſperum idem hoc lac appellat: magno argumento ætate illa etiam ſic locum legi. Nobis tñ contra rationem: neceſſitatem: ſenſũ: experientiam & alioꝝ ſcriptoꝝ auctoritatẽ exigua aut nulla librarioꝝ fides ſemper fuit: qui doctrinarum ignari: negligenteſq; non ſentientes aliqñ grauiter peccant: additiſq; relictiſue aut mutatis litteris aliquibus bonoꝝ ſcriptoꝝ ſenſus miſcent & pdunt. Quod factum hoc loco paulominus q̃ pro cõperto habemus: & ex antiqua lectione παχύ quod craſſum ſignificat τραχύ qd' aſperum eſt nunc legi: contraria ſenſui & quotidianæ experientiæ ſignificatione. Quis. n. aſperũ ſiue ſcabrum malis dicere lac aliquod aut tactu: aut guſtu: aut ſenſu alio unq̃ deprehendit? Quis uel hanc in ueteribus ouillo lacti aſſignatam notam inuenit? Nos certe nullibi. At contra multos inuenimus qui craſſitudinem illi tribuerint. Paulus Aegineta lib. i. capite quo agit de lacte: cum priuatim oium uires doceret inter cætera dixit. Quod dilutius lac eſt minus nutrire: ſed magis aluũ deiicere. Contra uero craſſius magis nutrire: minuſq; aluũ deiicere. Rurſus caprinũ medio inter hæc temperamento eſſe. Quemadmodũ contra ouillum craſſius παχύτερον nõ τραχύτερον ouillum lac dicit: craſſius. ſ. non aſperius. Plinius præterea omne lac molliſſimũ ait eſſe cõtraria aſperitati qualitatis nota. Quin etiã in hoc ipſo ſcriptore Serapion ouillum lac ſpiſſum dicit παχύ. i. craſſũ magis q̃ τραχύ. i. aſperum uertens. His nos cauſis pluribuſq; aliis impulſi nõ aſperum uel ut illi uerterunt aſperũ & ſcabrum: ſed craſſum uertimus. Fuitq; nobis ſenſus conſilii huius præcipuus auctor: nunq̃ n. tractatum potum ue ouillum lac aſperitatis aliquẽ ſenſum digitis aut linguæ & palato obtulit. Indicantq; id etiã cæteræ in eo qualitates dulcedo & pinguedo. Qui n. poſſunt aſperitas aut ſcabrities cũ pinguedinis unguine & ſaporis dulcedine eſſe? Non relinquemus ẽt ne forte aliquis ex Ariſtotele nobis id obiiciat laudari ab eo id maxime lac: quod nõ modo pluſrimam habet in ſe ad caſeum materiam. Verũ etiam quod ſqualidiorem: nec multo poſt ab eodem decerni ad cõficiendum caſeum ob eã cauſam accõmodatiſſimũ eſſe ouillum lac potuiſſeq; Dioſcoridem in ouillo lacte aſperitatem appellaſſe quod Ariſtoteles ſqualorem. Locus in Ariſtotele eſt ad extremũ tertium de animalium hiſtoria uolumen: ſed nõ eſt huic & illi idem in eadẽ re docendi ꝓpoſitum. Quemadmodum nec eædem uoces: ille ad abundantiam caſei notas lactis enumerat: hic ſimplr & ad medicinã: ille αὐχμηρότερον quod ſqualidius eſt hic τραχύ i. aſperum ſiue ſcabrum dicit: non parua ſignificationis diuerſitate. Siquidẽ aſperitas tactu deprehenditur: & læuori cõtraria eſt. Squalor aũt ariditatẽ tñ indicat: dicunturq; ſqualere: quæ amiſſo natiuo humore: aut eo carentia mollitudinẽ nõ hñt: aut eo exucto ad ariditatem tranſierunt: põtq; aliquid ſqualere nõ tñ aſperũ eſſe: Sic ſenum corpora ſqualere dicuntur. Sic per anni æſtũ agri cũ minoꝝ & annuarũ plantarũ folia & caules in cremia tranſierunt. Hac q; rõne Ariſtoteles in lacte αὐχμηρά

τέρον τοῦ τυροῦ, i. materiã ad caseũ squalidiorẽ dixit: eã intelligẽs q̃ aliis cōparata exiguo humore & unguine uuesceret; hancq; ille ad casei confectionem utiliorẽ dixit q̃m citius & fœlicius coagularerut. Non erit ut credimus inutile anteq̃ a lactis qualitatibus & notis discedamus quæ de humani lactis ad alendos infantes in nutricibus probatione ueteres aliqui tradiderunt. Multa enim reliquo lacti cōmunia erunt: & quotidiana in parentibus pro filiis sollicitudo hoc exigit. Hic candorem æqualem crassitudinẽ & ne defluat ungui instillatũ sed densetur in lacte tñ desiderauit. In humano Paulus Aegineta præter hæc odorem & saporẽ q̃suiuit uisus ne oleat & dulce sit. Adiecit ẽt ut æqualis illa crassitudo certius deprehendatur oportere ungui instillatũ ad solem & lucẽ conuertere: cōtemplariq; an æqualem lucẽ transmittat: nec cōcerni debere ungui instillatũ: nec serò nec cito defluere: optimoq; temperamẽto lac huiuscemodi esse. Nec cōtentus tá multiplici ꝓbatione: iussit in uitreũ poculũ conici lac: tum triti coaguli quod satis sit miscere: Nec multo post cũ concreuerit contemplari: maior ne in serũ an in caseum lactis illius discesserit pars: Si n. maior in serum inutile lac illud ostendet: sin cōtra cōcoctu difficile. Optimum uero quod æquali inter utrũq; habitu erit. Aristoteles tñ eodem libro & loco de hac ipsa reagens magis ꝓbauit & lactentibus utilius lac fore credidit quod liuesceret q̃ quod candido colore albesceret: Salubriusq; ex nutrice quæ fusco q̃ quæ candido corpore esset Rursusq; oium maxime nutrire quod plurimũ. Infantibus uero salubrius esse quod minus casei habebit. Quod deinde ad pecoris pabulum pertinet quo lactis natura & uis ad medicinã reliquosq; usus meliore scit aut contra deterior fit Sciẽdũ illud est non dicere hunc scriptorẽ simplr olea uesci capras sed θαλλία: quæ uox non totã nec simpliciter oleã arborem significat; sed extremos & adhuc crescentes eius coliculos: esseq; hãc eius uocis significationẽ testis quinto libro de causis plantarum Theophrastus est. Eius uerba hæc sunt.
ὅτι πάντ' ἔχουσι τινὰς ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς βλαστικὰς ἢ κλῶνας ἢ ὄρόβους ἢ ἀκρεμόνας ἢ ὅτι χρὴ καλεῖν τὰ ἔχατ' ἄνοντα τῶν ἐγγέων. Οὐδὲ γὰρ περὶ τοῦτο πᾶσι κοινὸν ἀλλ' ἔνια προσηγορίας τινὰς ἔχει. καθάπερ θαλλία καὶ κράδη καὶ κλῆμα. &c. quoꝝ sensus est habere oẽs plantas principia quædã germinationis extremas. s. ramoꝝ partes: nec esse aliquod omnibus cōmune nomen sed proprias hr̃e quædã appellationes: uitem sarmentũ: ficum cradã (sic. n. fici nouũ surculum græci uocãt) oleam uero thalliam. i. sũmum colieulum: quẽ efficaciore in adstringendo potestate hic semp existimauit: ideoq; ad antispodia hac parte & summo hoc colieulo uti iubet. licetq; hæc ita se habeant nos tñ ne superstitiosius uertere hæc uideremur: & inutiliter sũma sequi arboꝝ fastigia alioꝝ exemplo oleã simpliciter diximus: sed ea est uocis eius propria & antiqua æstimatio. Confirmauit idem Theophrastus libro nono de plãtarũ historia quod hic ait: Quæ pascuntur Scãmonia: Veratro: mercuriali herba; aliisq; medicis plantis capras uomitoriũ & quod aluum turbet lac facere nõ in Iustinis tñ montibus: sed q̃buscunq; aliis locis nascunť medicæ herbæ: qualis Arcadia est & lacedæmon. In q̃bus ut ille ait εἰώθασιν ἀντὶ τοῦ φαρμακοποτεῖν γαλακτοποτεῖν περὶ τὸ ἔαρ ὅταν εἰ ὀποὶ μάλιστα τῶν τοιούτων φύλλων ἀκμάζουσιν. Τότε γὰρ φαρμακωδέστατον τὸ γάλα πίνουσι δὲ τὸ βόειον. δοκεῖ γὰρ πολυφαγώτατον καὶ παμφαγώτατον εἶναι πάντων ὁ βοῦς. φύεται δὲ παρ' αὐτοῖς ὅ, τε ἐλλέβορος ἀμφότερος &c. Quod est. Cōsueuere aũt ꝓ medicis potionibus p uer lac tantũ bibere: quo tẽpore integra ui ad purgandum foliorum liquores sunt Tunc enim maxime medicas habet uires pecoris lac Bibuntq; bubulum: quoniam omnibus herbis & multum pascitur id animal. Nascuntur autẽ apud eos uterq; elleborus candidus scilicet & niger &c. Varro etiam libro secundo capite undecimo ait ad purgandum uiridi pascuo opus esse ex herba quæ ipsa sũpta p se purgare corpora nostra solet: Quæ scriptori huic nostro eadem penitus sunt. Quemadmodum & quæ de coctura lactis Paulus Aegineta libro primo longius docuit: siue igne: siue ignitis marinis calculis ea fiat. In quarum altera satis erit ignitos calculos illos lacte extinguere. In altera maiore diligentia opus est. Cauendumq; in primis ne aut exuratur lac aut caseus fiat faciet id lentus ignis: & continuus lactis motus: quod ferula tenui & molli miscebitur. Obseruandum & illud erit siquid lactis redũdauerit ut spongia ex fictilis labris subinde auferatur. Sæpe enim ex eo si in fictile tefluxerit aliquid reliquum corrumpitur. Coquendumq; hoc modo est usq; dum crassius & dulcius q̃ antea crudum fuerat euaserit. Est utriusq; cocturæ eadem finis: absumere scilicet quod in lacte tenue & serosum est. Erat lactis huius quondam usus contra alui fluctiones omnes presertimq; biliosas quemadmodum contra ad alui deiectiones sero eius utebantur. Quod græci schiston nos scissile appellauimus Confectionem eius satis hic docet sed non erit ab re quod idem Paulus Aegineta de eo his uerbis tradidit ostendere. Vehementiore autem coctura maiore & sine fumo admoto igne discedere cogitur in lacte serum a caseo: tum diligenter per colum aut laciniã traiecto sero miscetur illi mellis aut aceti mulsi & salis quod satis sit: daturq; ad alui deiectionem. Idem sed non eodem modo ut uidetur Dioscoridi instituens. Hic enim præcipit cum bis terue inferbuerit lac superinfundi aceti mulsi cyathos & cætera. Ille autem cum uehementiore coctura discesserit serum a lacte: tunc sero mel aut acetum mulsum & salem superinfundi. Quod præterea Dioscorides ait miscendum esse dum feruet hoc lac fici ramo nuper ex sua arbore cæso, duplicem habet causam auctore Columella Libro octauo: ut scilicet quod in lacte casei est citius densetur: & ut ille ait glaciet & iocundissime sapiat. Habet enim ficulneum lac coaguli

Probatio humani lactis

, aliquam uim:& experientia docuit accrescere ex ea arbore lacti & caseo bonitatem. Non relinque-
, musquod angustius forte dictum uidebitur bibi heminis per interualla temporis hoc serũ usq;
, ad quinas significare heminas mensuram quæ una potione sumenda sit: Interualla temporis spa-
, tium quod inter primam secundamq; & deinceps potionem intercessurum est: Quinas uero nu-
, merum potionũ ultra quẽ dandæ aliæ potiones ægrotis non sint: Paulus Aegineta certius rem tra-
, didit in integra ætate satis dari sextarios duos Iunioribus non minus sextario dandum esse præci-
piens. Credimusq; nos temporis interualla illa & spatia eam hre rõnem ut ante potã secũdam po-
tionem prima deiecta sit: Indicatq; id quod iubentur bibentes facere spaciari scilicet ut corporis
motu deiectionem adiuuent.

DIOS. De omni caseo. Cap. lxiii.

t Yron. Romani caseum dicunt. Nutrit in cibo caseus sine sale recens: sto-
macho utilis est: facillimeq; digeritur: corpus auget: aluum leniter mollit.
Ipse a seipso ex lactis quo confectus est natura differt. Elixus & ab elixatio
ne statim sepositus caseus mox inassatus aluum compescit. Prodest oculorũ inflam
mationibus: sugillatisq; illitus caseus. Minus in cibo nutrit recens & nup sale asper
sus minuendo corpori aptus: stomacho inutilis aluum & intestina tentans. Aluũ
sistit uetus. Estq; casei serum nutriendis canibus præcipue accõmodatũ. Quã aũt
hippacem dicunt equinus caseus est: uiroso odore: egregie tamẽ nutrit: bubulo ꝓ
portione respondet. Sunt qui equinum coagulum Hippacem hanc esse dixerunt.

INTERPRES.

p Robauit in sanitatis usu Paulus Aegineta tñ recentem caseum: fungosum: mollem: dul-
cem: & mediocriter salsum. Dico aũt fungosum rarũ leuem: nec spissa concretione den-
sum. Oẽm tñ idem dixit siticulosum maliq; succi: cõcrescere eo in uessica calculos & con-
coctu difficilem esse. In medicina itidem uires illi aliquas tribuit: presertimq; inglutinandis uul-
neribus: quibus prodesse ait rumicis uitisue foliis illitum sicq; uulneribus impositum: amplio-
rem tñ illi utilioremq; in medicina & sanitatis usu potestatẽ alii concesserunt: dixitq; hic inter cæ-
, tera εὐανάδοτον esse in cibo recẽtẽ caseum: Vertitq; id Barbarus minime residem in corpore nec
, reddi facilẽ. Nos aũt facile digeri diximus: faciliore intellectu si quod alias diximus digeri in na-
, tura latinis sit: quod græcis ἀναδίδοσθαι & ἀνάδοσις: quã Galenus in diffinitionibus suis dixit: con-
, cocti cibi distractionẽ esse quæ a natiuo calore in totũ corpus eiusq; partes: cũ propria mutatione
& cõsectione fiat. Differtq; anadosis hæc quã nos digestionẽ uocamus a cõcoctione q in hac natiuo
calore in stomacho coquit cibus: in illa ab eodẽ calore coctus in diuersas corporis partes trahit in
quibus deinde sanguis: & quod aliud opus est fiat. Habet græca uox ἀνὰ distributiuam præpositio
nẽ quẽadmodũ & latinũ uerbũ digerere in diuersas partes huc illucq; fieri aliqd indicat. Nostra
ætas naturæ diuersos motus miscet: digestionẽq; pro coctura qm̃ eã sequit quotidie passimq; ap-
pellat. Sed ut Galenus aliiq; graues medicinæ auctores docuerunt diuersam hñt concoctio & dige
stio in natura finẽ: & a digestione hac quã ut diximus græci ἀνάδοσιν dicunt δυσανάδοτα καὶ εὐανά-
δοτα eadẽ gens appellauit quæ facilẽ aut difficilem digestionẽ habent. Significet autẽ & reddat
an non digestionem hanc: quod Barbarus dixit: minime reses in corpore & facilis reddi & c. iudi-
cent legentes. Nos auctore Galeno tuemur quod dictum in ea re a nobis est: quemadmodum ille
Varronis auctoritate forsan tuebitur quod a se dictũ fuit. Qui libro secundo capite xi. uocibus il
lis usus est. Neq; n. id dãnamus sed dictorum nostrorũ causas & rõnes docemus. De Hippace po
stremo quã Sestius ex antiquissimis doctrinarũ ꝓfessoribus eqnũ caseum dixit: & bubulo eosdem
effectus habere nihil est quod aliud dicamus q̃ diuerse a diuersis de ea re doceri. Ille eqnũ caseũ
quẽadmodũ & hic scriptor: alii equi coagulũ: Hippocrates maximus medicinæ auctor & totius
naturæ peritissimus scytharũ inuentum hippacem scripsit: esseq; quod in equino lacte in alueolis
subacto in fundo subsederit quo gens illa quotidie uesceretur.

ἀνάδοσις
Digestio

DIOS. De Butyro eiusq; fuligine. Cap. lxiiii.

b Vtyron. Romani pariter græcis butyrũ dicunt. Probatissimum fit ex pin-
guissimo lacte butyrũ: Tale autem ouillum est: Fit & ex caprino in uasis ia
ctatu lactis: sicq; discedente a reliquo lacte quod pingue in eo est. Oleo-
sum natura butyrũ est: & lactis naturã sequit ideoq; aluũ soluit copiose potum: &
contra uenena si desit oleum in usu est. Infantium dẽtitiones adiuuat admixto mel
le butyrũ: in quẽ usum confricandæ eo gingiuæ sunt. Prodest & ante dentitionem

gingiuatum pruritibus: Prodest & oris ulceribus in eadem ætate quas aphthas dicunt: Idem foris illitũ pingue nitensq; corpus seruat: & quas græci psydrachia uocant in sũma cute pustulis similes surgentes paruas excrescentias arcet. Facit ad muliebrium locorũ inflãmationes duritiesq; quod nec uirosum nec uetus erit. Infunditur clystere contra intestinorũ tormina butyrum: & crassioris intestini quod colõ dicunt exulcerationem. Miscet̃ butyrũ utiliter his quæ suppurationes adiuuant: pcipueq; imponitur neruorũ: membranarũ cerebri: & uessicæ colli uulneribus. Replet idem: purgat & carne uestit. Prodest & aspidis morsibus impositum. Nouum in obsonia pro oleo additur & pro adipe ĩ dulciaria. Colligitur autem ex butyro fuligo hoc modo. Infundito in nouam lucernæ testam butyrum accenditoq;: tum fictili quod superiore parte decrescentis in fastigium canalis formam inferiore uero furnorum quos græci Clibanos dicunt modo foramina habeat: ardentem testam operculato & ardere finito. Cũq; primum fuerit consumptum butyrum aliud super infundito: tamdiuq; id facito donec quantam uolueris fuliginem collegeris. Postremo hærentem fictili deradito & utitor. In oculorum medicina usus eius est: siccãdi adstringendiq; uires habet. Sistit præterea oculorum destillationes: & ulcera ad cicatricem celerrime perducit.

INTERPRES.

EX lacte butyrum fit: spuma eius dum coquit̃ cõcretior q̃ serum: & qm̃ plurimũ e bubulo fit a boue nomẽ inuenit: alioquin ex omni lacte fieri posse & hic & Plinius testati sunt: qđ antiquiores aliqui negauerunt nomen magis q̃ rei naturam cõtemplati. Oleosum natura butyrum esse Dios. ait & præter hoc non μαλακτικῆς δυνάμεως quod fere in omnibus græcis legitur quod molliendo aptũ significat: sed ut ĩ uetustioribus & ut res ipsa exigit γαλακτικῆς. i. lactuosæ naturæ. Barbarus ex priore illa lectione: molliens id est: uertit: Nos ex posteriore oleosum natura butyrũ eẽ & lactis naturã sequi diximus: nõ tam ueterũ codicũ fide & autoritate persuasi q̃ passiui eius uerbi ἔχειν significatione admoniti: quæ apte id indicabat: Neq;. n. aliud est ἔχεσθαι τινός q̃ cõiunctũ aliqd alicui esse & illud seq. Qui græcas lrãs nouerunt facilius id intelligent. Adiuuare infantiũ dentitiones butyrũ hic ait: & præter dẽtitiones πρὸς τῶν οὔλων ὀδαξισμούς rarũ in scriptore hoc malũ: ppterea q; in infantibus & semel tm̃ fiat. Barbarus nõis rõnẽ secutus gingiuarũ cõmorsiones uertit. Nos rem ipsam & cãm: pdesse id diximus ante dẽtitionẽ gingiuarũ pruritib⁹: habuimusq; in eo auctores antiquissimos græcos: & eorũ lexica omnia: Qui ὀδαξισμὸν ubiq; κνησμόν. i. pruritũ interpretãt: Paulumq; Aeginetam in primis: qui primo libro περὶ ὀδοντοφυΐας: id est dentiũ productione docens post multa quæ in ea re pceperat subiecit. πρὸς δὲ ὀδαξισμοὺς τῶν οὔλων σὰρξ ταρίχου παλαιοῦ ὀνίνησιν: Quod est: Gingiuarũ aũt pruritus ueteris salsamenti caro lenit &c. Pruritus eos intelligens q cõceptis intra gingiuas iã dentibus & erumpere festinãtibus sentiũt: quo tpe solent infantes relatis ad eos digitis idẽtidem eos mordere & ipsi gingiuas suas cõfricare: & hos gingiuarũ pruritus ut nobis uidet̃ Dios. ὀδαξισμούς appellat: non q a gingiuas mordeant: sed quia prurientibus gingiuis mordere aliqd conent̃ infantes: Ideoq; idem Paulus pcæpit porrigendã tũc illis permittendũq; in manibus hñe derasam nec adeo siccam iridis radicẽ: ut ea ad os relata dentitiones suas eo quasi remedio adiuuent. Ab hoc gingiuarũ pruritu: & in reliquo infantiũ corpore excitatus pruritus ὀδαξισμός ab eodem paulo dictus est: Sed hoc loco de gingiuarũ tm̃ agit̃. Differunt in græcis ὀδοντίασις: siue ut Aegineta ait ὀδοντοφυΐα & ὀδαξισμός: q; illa dentitio est prorumpentibus iam dentibus: ille festinantiũ ad eruptionẽ dentiũ impetus & pruritus tm̃. Coacti sumus post hoc deficiente latino nõie quod hic una uoce dixerat ψυδράκιον pluribus & tota eius mali diffinitione explicare: nõ aliã obcãm q̃ ut certius legentibus id fieret. Neq; nũc ẽ quod aliud de psidraciis his dicamus q̃ in genere pustularũ esse: & quales descriptæ in Dios a nobis fuerunt: contra quas ne erũpant & erũpentes cutem exasperent butyro inungendũ foris corpus esse a Dios. pcipitur. Celsus li. quĩto capite quo de pustularũ generibus docet psidracion ait Paulo duriorem pustulam esse subalbidam acutã: ex qua quod exprimit̃ humidũ fit. Erũpit toto corpore psidraciõ uerũ & oculi malum ẽt est: nec aliud oculi psidracion Galenus eẽ dixit q̃ similẽ in hoc genere aliis toto corpore nascentibus in oculi candido pustulã in sũmo rubentẽ. Paulus Aegineta in hõis capite nascentia psidracia qualia nos diximus describit. Sequit̃ nõ multo post quod nobis cõe & idem cũ aliis nõ ẽ illhic. s. quo loco Dios. ait imponi utiliter butyrũ neruorũ: membranarũ cerebri & uessicæ colli uulneribus: separantibus a uessica cæteris collum: dicentibusq; colli & uessicæ uulneribus mederi &c. cũ nos uessicæ partẽ quã græci τράχηλον nos collũ dicimus cõiunxerimus: & quæ

τῶν οὔλων ὀδαξυσμοί

ὀδοντίασις ὀδοντοφυΐα

Psidracia

duo in aliis sunt unum fecerimus nõ temere tñ. Habuimus enim in eo primũ auctorem probatissi
mæ fidei græcũ codicem in quo non ut in cæteris κύστεως καὶ τράχηλον. i. uessicam & collum: sed κύ
στεως τράχηλον quod est uessicæ collũ legitur: Mox Paulum Aeginetã qui quo libro & capite agit
de sectione eius partis ad eximendũ calculum iubet uulneri facto inter cætera butyrum infundi:
Accessit his ẽt non cõtemnenda ut nobis uidet̃ rõ a simili & dissimili accæpta. Numerat. n. hic ner
uos: cerebri mẽbranas & uessicam cõgeneres: & ex eadem neruosa in aialibus natura cõcretas ptes.
Verisimileq; ẽ si quod erat adiiciẽdũ aliud ex eodẽ censu & ordine naturæ id fore. At non huiusce
modi aialis collũ. Qui. n. quæ multa in collo caro est aliaꝝ illaꝝ partiũ neruosæ cõcretioni conue
nit? Et si colli uulnerib' utile butyrũ erit: erit & in reliquo corpore. Non omittemus ẽt q̃a molliat
butyrũ neruoꝝ affectiõibus cũctis merito mederi & in usu esse. Fuerunt nobis diuersitatis ab aliis
hæ cãæ: q̃ si satis legentibus nõ fuerint poterũt alioꝝ interp̃tationes seq: & nostris eas anteponere.

DIOS. DE Lanis & earum sordida pinguedine: quam græci oesypum dicunt. Cap: lxii.

Ria. Romani lanas dicunt: Probatissimæ succidæ lanæ sunt molles & ex
collo femoribusq; pecoris detonsæ. Vulneribus a principio statim ex ace
to: oleo: uinoue utilitet imponuntut. cõtusis itidẽ: desquamatis: liuoribus:
fractisq; ossibus. Adspergines. n. facile combibunt: & sordiũ suatum pinguedine q̃
oesypus est egregie molliunt: Faciunt ad capitis: stomachi: aliaꝝq; oĩum partium
dolores ex aceto & rosaceo ĩpositæ. Cremant̃ p̃terea lanæ: cremataꝝq; cinis ignis
mõ crustas inducit: carniũ excrescentias cohibet: & ad cicatricẽ ulcera perducit. In
quem usum purgant̃ prius lanæ: Carptæq; in crudo fictili quemadmodum & alia
cremant̃. Cremant̃ eodẽ modo & quæ in marinis purpuris uelutistuppæ sũt. Qui
dam non purgatas prius lanas sed una cum sordibus suis carptas melle conspersas
pariter cremant. Sunt p̃tetea qui dispositis per interualla in fictili patentioris oris
ferteis uitgulis: tũ crebris thedæ hastulis suppositis & supta thedæ hastulas stratis
carptis oleoq; madentibus lanis non tanta tñ copia ut oleũ defluat: rursusq; alter
nis hastulis & lanis interstratis accensis postremo thedis leniter utunt cineremq;
auferũt: & cũ cinere siq̃d pingue: pixue aliqua ex thedis illis cineri inhæsit ablatũq;
seruãt. Lauat̃ lanaꝝ cinis ad oculoꝝ medicinã in fictili ctatere supetinfusa illi aqua:
manibusq; in eo ualide confricat̃. Postq̃ uero subsedetit cinis diffusa priore aqua:
noua illi iteꝝ supinfundit̃ aqua: rursusq; manibus confricatur. Fitq; id quousq; lin
guæ admotus cinis leniret adstringat: nec motdeat. Qui uero oesypus quasi oui
um sordes dicit̃ succidarũ lanatũ collecta pinguitudo est: Quem hac tõne confici
es. Sumito molles & succidas lanas: lanariæq; herbæ radicibus non curatas cali
da aqua lauato cũctas simul exprimens sordes: exptessas deinde sordes in craterem
patentioris oris coniicito: superinfusaq; ex alto simul multoq; impetu maiore hau
stro in uas aqua uiolenter ut spumescat subigito: aut lignea rude ualidissime misce
to usq; dum multa & sordida concrescat spuma. Marinam dein aquam illi inspergi
to. Cũq; consederit spuma collectam supernatantem pinguitudinem in aliud ficti
le coniicito: Iterum deinde noua crateri superinfusa aqua iteꝝ misceto & marina aq̃
spumã iterũ cõspergito & colligito. Idq; tãdiu facito donec nulla amplius omni ab
sumpta pinguitudine cõcrescat spuma. Post hæc collectũ oesypum manibus subigi
to & emollito: purgatisq; si quas habebit sordes oẽm finito priorem defluere aquã:
nouamq; infundens iterũ manibus subigito donec admotus linguæ oesypus lin
guam leniter adstringat: nec mordeat: Nitescatq; simul & albescat. Curatum postre
mo sic oesypum in fictili repositũ seruato: Quæ oĩa sub calidissimo sole agenda eẽ
memineris. Sũt ẽt qui per colũ traiecta oesypi pinguitudine frigida aqua manibus
confricantes eodem quo cerã mulieres mõ lauant: euaditq; oesypus is candidiore

colore. Inueniuntur & qui ex lotis lanis expressas sordes in aqua lento igne in lebete coquunt: colligentesq; supnatantem pinguitudinem aqua ut præmõstratũ est lauant: & in fictile quod calidam habebit aquã transferentes: linteaq; lacinia operculantes in sole ponũt donec satis crassescat & candido colore fiat. Quin etiã pleriq; post biduũ eiecta priore aqua aliã supinfundunt. Probat oesypus qui ex lanis radicibus lanariæ herbæ non curatis collectus fuerit. Qui nihil asperitatis in tactu habebit: & succidæ lanæ odore erit. Quiq; in testa confricatus cum aqua albescet duri cõcretiq; nihil in se hñs. Qualis est qui cera adipe ue adulteratus fuerit. Calefaciendi uires oesypus habet: ulcera explet & mollit: p̃cipueq; sedis & muliebrium locoꝝ cum campana sertula & butyro. Foetus idem & menses in lana appositus extrahit. Facit ad aurium & genitalium uitia cũ anserino adipe. Facit & ad erosos oculoꝝ angulos: genaꝝ scabies: callos: & palpebrarum defluuia. Crematur oesypus in noua testa donec cinefactus oẽm amiserit pinguedinẽ. Colligitur ex oesypo fuligo ẽt eodẽ quo p̃monstratũ est in aliis modo oculoꝝ medicinæ accomodata.

INTERPRES.

Q Vales fuerint ueteribus & unde nomẽ inuenerint succidæ lanæ satis docuit Varro rerum rusticarũ secundi uoluminis ultimo capite: cuius uerba hæc sunt. Tõsuræ tẽpus inter æquinoctium uernũ & solstitium cum sudare icœpint oues a quo sudore recens lana tõsa succida est appellata. Hic præter tonsuræ tempus: quod succidarũ appellatione signĩtũ ab eo est: ex qua ẽt pecoris parte tondẽdæ essent ad medicinã docuit: ex collo s. & femoribus: unde molliores & copiosiore sudore sordidiores tondentur: quoꝝ alteꝝ mollit: alteꝝ adspergines foelicius combibit. Dicimus aũt aspergines quæ græci ἐμβρέγματα & ἐμβροχὰς in sua medicina passim dicunt quæcunq; humida & liquida corpori insperguntur: quæ qm̃ cito dilabunt: linteolis: stuppis: aliisq; huiuscemodi inspersa imponunt: & in hunc usum aptissimas eẽ pecoris lanas Dios. ait. Nec aliud in satyra Aquinas poeta indicauit dicens. Vinum quod succida nollet lana pati: eo. n. aliisq; humoribus ad medicinã quotidie insperguntur. Docet præter hæc Dios. ad cinerem cremandas esse lanas: & p̃ter pecoris lanas quæ in marinis purpuris stupparũ imagine sunt uellera: quæ alii tomenta: alii licia: alii fimbrias dixerũt: Nos rem & noĩs significationẽ secuti a stuppis rem indicauimus: κροκύδας. n. hic dixit: q̃ uoce græci adhuc: qd cõtuso & depexo lino crassissimũ supest significant: neq; hic pluribus aliis locis aliud ea uoce q̃ stuppam significat. Idemq; Paulus Aegineta sæpe ostẽdit iubens κροκύδι imponi aliqd tã manifesta rei necessitate & usu ut nihil aliud illi ea uox significare possit Quid aũt in marinis purpuris hæ stuppæ sint nouerunt qui ad mare habitant Quotidie n. ex hoc genere purpuræ capiuntur: quæ supiore sui parte uillosæ sunt: tam tenui & sequaci uellere ut in filum lini modo trahi & cõfici possit. Testant id nũc ẽt multi: & ex antiqoribus Paulus Aegineta qui tertio sui opis uolumine & eo capite quo agit de Columellæ oris inflãmatione auctore Galeno docet: plerisq; oris & colli affectionibus prodesse suspensum ex collo aut adalligatum homini funiculum ex marina purpura qui uiperæ collo circũdatus eam strangulauerit. Verba eius hæc sunt. καὶ οὔλοις ποιεῖ λινοῦν ἀπὸ πορφύρας θαλαττίας περιτεθὲν ἐχίδνης τραχήλῳ καὶ πνίξαν αὐτὴν εἶτα περιαπτόμενον θαυμαστῶς ὀνίνησι ... καὶ ὅσα περὶ τράχηλον ὡς μαρτυρεῖ Γαληνός. Ex qbus tota res manifeste indicat neq; id cuiq̃ absurdũ uidebit: qñ & alia i mari hirta uillosaq; passim uidentur. Et hæ sunt quas hic monet in eundẽ medicinæ usum lanarũ modo cremari purpuraꝝ stuppas Sequit lanaꝝ cinerem & eius cõfectionẽ i oesypo participiũ ἐστρουθισμένα: qd oẽm loci & rei intellectũ illhic turbat. Id a struthio spinosa herba factũ est quã ex latinis aliq radiculã simpliciter: aliqui lanariã radicẽ aut herbam dixerunt: Nec aliud ἐστρουθισμένον in lanis esse põt: q̃ eius herbæ radicibus curatũ Eius quod sciã in lanificio nõ est nr̃a ætate usus: Antiqui tamẽ ea ad adiiciendũ lanis candorẽ & mollitiẽ utebant. Testaturq; id Plinius primũ lib. xix de ea sic agens. At quæ uocat radicula lauandis demũ lanis succum hẽt: mirũ q̃tũ conferens candore mollitiæq; Mox lib. xxiiii capite. xi Tingentibus & radicula ramos p̃parat quã struthion uocari a græcis diximus Theophrastus p̃terea non lanas sed lintea struthio hac candorẽ cõtrahere dixit hic ipse ẽt non multo post in struthii huius historia dicet: notã struthium esse herbã: qua qui lanas lauant ad purgationem eaꝝ utunt: ideoq; herbã & radicem lanariã a plerisq; appellari. Ex quibus cum manifeste inter se de ea oẽs conueniunt ratiocinari necesse est a struthio herba στρουθίζεσθαι uerbũ & a uerbo participiũ ἐστρουθισμένα factũ eẽ nec aliud q̃ struthio herba ad candorẽ mollitiẽ & purgationẽ curatas lanas participio illo significari Nec supesset uitii hoc loco suspitio aliqua: nisi sibi ipsi discors aduersaretur Diosc. a principio enim iubet lanaria herba curatas lanas calida lauari aqua: mox non procul a fine pacta iam conficiendi & curandi oesypi disciplina subiicit ἐστρ

ἐμβρέγματα
ἐμβροχαί.

Purpuræ uillosæ

βελτίων ὁ ἀπλούστερος &c. quod est antecedit aũt bonitate qui ex non curatis lanaria herba lanis collectus fuerit: cõtra ea quæ a principio idem dixerat: ἐκ πεπλυμένων ἐρίων στρουθίῳ quod est lauato lanaria herba curatas. Dico aũt lanariam herbã ex hoc scriptore quã Plinius & alii radiculam nominauerunt. Aduersa sibi ipsi ut uidet Dios. Sed quod pluris faciendũ est sibi ipsi ẽt res ipsa. Qui enim colligi poterit ex lanis oesypus quæ sudoris illuuies & sordes lanis hærentes sunt: si lanaria herba purgatæ prius & dealbatæ fuerint: & si id fit præceperit Dioscori. quod inutile & impossibile fuerit. Ob has itaq; causas quod in cunctis græcis affirmatur nos interposita negatione negauimus: diximusq; lauandas ad oesypum lanas lanariæ herbæ radicibus nõ curatas. Potuit enim græcorum negatiua particula μὴ facile librariorum incuria periisse: fecitq; nos in eo consilio confidentiores Plinius: q libro. xxix capite tertio ad medicinã lanas ait nõ oportere radiculis esse curatas: licetq; in oculorũ epiphoris id moneat: in cæteris tñ eadem ratio est: siquidẽ ad oẽm medicinã ab hoc ipso & ab aliis omnibus succidæ & ut erũt tonsæ cũ sui sudoris sordibus ꝓbant. Vtilius hoc uisum nobis est: q̃ quod alii fecerunt nec rei: nec sibi: nec aliis concordem relinquere Diosc. & nihilominus poterunt legentes de tota hac re arbitrio suo æstimare: Quẽadmodũ si magis ligulam Barbari q̃ haustũ nrm̃ ꝓbauerint qd ab eo dictũ est sibi hẽre: eadẽ. n. res ambobus est: nomen tãtũ discrepat: ille ligulam a forma: nos ab usu q eo. s. hauriamus haustrũ uocauimus notissimũ & necessarium coquis instrm̃ quo haurire ex aheno: & ad cœnã cõuiuis partiri esculentum ius illi consueuerunt. Græci ab hauriendi suo uerbo qd̃ ἀρύειν est ἀρυστῆρα nos haustrũ ab eodẽ uerbo auctore Lucretio diximus. Qui li. v haustra appellauit quæ ad hauriendã ex fluminibus aquam machinæ fiunt rotæ: tympana: & siqua aliis uocabulis in eo usu descripta a ueteribus fuerunt. Versiculus eius est: ut Fluuios uersare rotas atq; haustra uidemus.

DIOS. DE aliquot animalium coagulis. Cap. lxvi.

PItyan. Romani coagulũ dicũt. Venenatorũ morsib⁹: cœliacis: & itestinorũ torminibus utile est potũ in uino triũ obolorũ pondere leporis coagulum. Vtile & fœminarũ fluctionibus. concreto sanguini: difficilibusq; pectoris excreationibus. Conceptus idem adiuuat uuluæ cũ butyro post menstruas purgationes appositũ. Idem potũ fœtus in utero enecat: & a puerperio statim sterilitatẽ facit. Cœliacis intestinorũq; torminibus equinũ quod hippacẽ aliqui dicunt accomodatũ est. Pares illi uires habent: hedi: agni: inuli: dorcadis: capreæ: quã a latitudine cornuũ platycerota dicunt: dorci: cerui: uituli & bubali coagula: oĩa contra aconitũ potu in uino sumpta: & in aceto contra cõcretũ sanguinẽ. Inuli priuatim triduũ appositũ sterilitatem facit. Phocæ pares castorio uires habet. Creditur idem comitialibus & strangulatu uuluæ concidentibus præcipue conferre. Probaturq; an phocæ sit hoc mõ. Sumito cuius uolueris alterius animalis coagulum: sed pcipue agninũ: adspersaq; illi aqua paululũ dimittito: tum in phocæ coagulum coaguli illius dilutum inspergito. Ex eo fit ut aquescat statim uerum phocæ coagulũ. Sin cõtra sibi ipsi simile pmanebit. sumit aũt ex phoca coagulũ nondũ ualentibus cum matre enatare catulis eius. Soluit cõtter oẽ coagulũ coagulata: & soluta coagulat.

INTERPRES.

FOelicius q̃ nunc ageremus quotidie homines: tranquillioribusq; ad utrãq; partem animorum nostrorũ motibus uteremur: siquod coagulis animalium natura dedit ut soluta densent & coagulata disiciant: nobis ẽt diuino munere liceret: aut tanta esset humanæ sapientiæ uis ut cõtractũ infortunio aliquo anim dilatare: & secũdis rebus gestiẽtẽ cõtrahere ualerem⁹: & quæ maxima unius aut alterius quondã laus fuit: nec superbũ hominem prospera bellorũ nec fractũ aduersum uiderent. Liberalior in hoc genere ad corporis sanitatẽ natura: q̃ ad animi tranquillitatẽ Deus hominũ fuisse uidet. Verũtñ illa qd̃ nõ poterat aliunde nobis esse: uolens libensq; nec rogata cõcessit: Deus ẽt quotidianis pcibus & uotis in aduersis secundisq; rebus exoratus: idẽtidem monet hẽre nos intra nos coagulũ nrm̃. Et si sapienter humana oĩa & quotidianam eorũ mutationem cõtemplemur: qd lepidissimus græcorũ comicus ridicule in eqtibus suis dixit. posse qcũq; erit fortuna nũc angustiore cõtractione: nunc maiore laxamento ingruentia oĩa excipere: futurũq; in animis nrĩs sapientiæ auxilio quod in natura a coagulis Dios. fieri testat. Nota oĩbus res coagulũ est. Et nihilominus qui in græcis lrĩs se tm̃ profecisse iactant ut singulis diebus aliquid cõponere se posse dicant: & depromere: quiq; sacrarũ litterarũ antiquos interptes nouis editionibus castigare ausi sunt in Plutarchi cõmẽtariolo cuius titulus est quomõ qs ab inimicis utilitatẽ inueniat

pro coagulo lac uerterunt non intelligẽtes quãtum ab altero alterum differat:& quod in ea re scriptori illi propositum & cõsilium fuerit. Licetq; auctore Aristotele libro tertio de historia animalium coagulum lactis substãtia sit non tñ illi idem est:& ut re ipsa differunt lac & coagulum sic et diuersis a græcis & latinis appellationibus indicant̃. Multa de animaliũ coagulis in utraq; gente uetustissimi scriptores docuerunt. Sed in græcis oium copiosissimam historiam eodem libro & loco Aristoteles:& inter latinos Plinius. Hic ad faciendam hoi medicinam oium fere uires percurrens ait μετὰ τὴν ἄφεδρον ἀτόκιον εἶναι. Quẽ locũ Barbarus uertit sumptũ a puerperio abortiuum est. Nos sterilitatẽ facere diximus:non paruo inter sterilitatẽ & abortum discrimine. Siquidem ut in Cedro diximus in abortu puerperium sed nõ legitimo tẽpore. In sterilitate nulla futuri aliqñ partus spes est adempto statim a coitu conceptu:significatq; ἀτόκιος qua uoce hic usus est nõ abortũ, sed partus priuationẽ quæ nihil aliud q̃ sterilitas est manifeste in græcis deprehenditur. Nec Plinius lib. xxix. cap iiii. de phalangiis agens aliud indicat dicens. Tertiũ genus eodem phalãgii noĩe araneus lanuginosus grãdissimo capite quo dissecto inueniri dicunt̃ intus uermiculi:ad alligatiq; mulieribus ceruina pelle ante solis ortũ præstãt ne cõcipiãt ut Cecilius in cõmẽtariis reliquit. Vis ea annua est quã solam ex oĩ atocio dixisse fas sit:qm̃ aliquarũ fœcũditas plena liberis tali uenia indiget. Ne cõcipiãt atocia hoĩ præstare Plinius dicit Demirorq; hoc maxime loco Barbarum: qui in Plinianis castigationibus atociũ exposuerit esse quodcũq; cõceptus adimit & partus spem intercipit: hoc loco aũt abortiuũ idem dixerit. Et in hoc ipso capite uariata interpretatione prohibere partus atocion uerterit:nec animaduerterit nõ posse aliter q̃ de sterilitate in Dioscoride itelligi cũ dicat a puerperio potũ coagulum atocion esse:quo tpe sine nouo cõcæptu abortus fieri non potest. Laudauit & Nicander in Theriacis suis cõtra uenenata leporis coagulũ: quo loco interpres eius auctore Nicoonte antiquissimo medicinæ auctore primũ in coagulis honorẽ inulo tribuit: secundũ lepori: tertium uero agno: cõtra q̃ hic fecerit qui leporino primũ in censu coagulorũ ordinem dedit. Quid deinde nobis in probatione coaguli phocæ dilutum sit facilem ex re ipsa & ex his quæ dicta a nobis de diluto alias sunt intellectum habebit.

DIOS. De omni adipe. Cap. lxvii.

Tear. Romani adipem dicunt. Mulíebriũ locorũ uiniis accomodatus adeps est: recens: anserinus: gallinaceus ue & sine sale inueteratus. Nocet contra salsus: & qui uetustate acrimoniã contraxit. Ex his recentem quẽ uolueris exemptis mẽbranulis in nouum fictile duplicis curando adipi captus cõiicito. Posito deinde in ardentissimo sole fictili diligenter operto liquatum subinde adipẽ in aliud picatũ uas usq; dum totus fluxerit per colum traiicito. Liquatumq; hoc mõ adipẽ frigido loco reponito & utitor. Quidam pro sole in feruenti aqua: lentis ue & mollib⁹ prunis plenũ adipe fictile illud collocãt. Est p̃terea curandi adipis alius huiuscemodi modus. Exemptis mẽbranulis conciditur adeps: liquaturq; in fictile coniectus exiguo trito adsp̃so sale. Tũ p ueterẽ linteã laciniã traiectus reponit̃ acopis utilissimus. Curant̃ p̃terea suillus & agninus hoc mõ. Sumito recentem ex his aĩalibus: & q̃ pinguissimũ adipem qualis a renibus est. Hunc mẽbranulis purgatũ in multã cœlestem & frigidissimam aquã coniicito: manibusq; diligenter conterito fricans & ueluti destringens. Noua deinde aqua sæpius ablutũ adipem in fictile cuius sit duplex curãdo adipi captus coniicito: supinfusaq; aqua ut adipi supnatet: & cum integat lentibus prunis admoueto rudeq; misceto. Cũq; liquatus fuerit adeps p colũ in aquã traiectũ: pmissumq; glaciari: rursus excolata diligenter omni aqua in fictile aliud aqua prius ablutum coniicito. Superinfusaq; noua aqua facito iterũ sensim liquetur. Amotũ deinde ab igne: breuiq; tpe demissum adipẽ dum fex subsidat in lapideã pilam spongia ex aqua prius abstersam & madentem trãsferto. Vbi cũ glaciauerit ablatis omnibus quæ in fundo erunt sordibus tertio sine aqua liquefacito: liquatũq; & in lapideã pilam iterũ diffusum purgatumq; in fictile coniicito: & opculatum frigidissimo loco reponito. Hircinus ouillus ceruinusq; oẽs hoc modo curandi sunt. Acceptũ ut diximus quẽcunq; ex his uolueris adipẽ lorũq; & mẽbranulis purgatũ: ut in suillo p̃monstratum est in lapideã pilam ut mollescat conii-

cito. Confricatoq; aquã subinde adfundens: donec nullũ in confricando sanguinis uestigiũ excernatur: nec supnatet pinguitudo aliqua: nitescatq; totus. In fictile po-stea côiectũ hunc adipẽ adfusa aqua sic ut supstet lenibus prunis admoueto misce-toq;. Cũ uero totus liquatus iam fuerit in aquã diffusum refrigeratumq; adipẽ ab-luto unde eũ diffuderas fictili iterũ in eo adipẽ liquefacito: & cætera antedictis simi liter facito. Tum tertio sine aqua liquatũ adipem in madentem aqua lapideam pilã excolato: refrigeratumq; ut in suillo præmonstratum est reponito. Bubulus etiam a tenibus membranulis purgandus: & salsa ex mari aqua abluendus est. In mortariũ deinde coniiciendus: tundendusq; diligenter adspersa continue salsa ex mari aqua. Cũ uero tusus lentescet in fictile coniiciendus erit. Supinfundenda tunc ẽt salsa ex mari aqua sic ne minus semipede superstet conquendusq; subinde adeps donec pro priũ oẽm odorem amiserit. Mox singulis adipis illius atticis minis tyrrhenæ ceræ miscendæ sunt drachmæ quatuor: simulq; per colũ traiicienda oĩa. Auferendę item oẽs quæ in fundo hæsebũt sordes. Sicq; in nouo fictili reponendus bubulus adeps est. Oportet præterea quotidie in sole opertũ undiq; adipem hunc hrẽ donec albe-scat: & odoris uirus amittat. Curandus itẽ Taurinus hoc mõ est. Sumito in hoc ge nere ẽt recentẽ & a tenibus adipẽ fluuialiq; aqua abluito. Mox exemptis membra-nulis in nouũ fictile adsperso exiguo sale côiicito & liquefacito. In limpidam dein-de aquã p colum traiectum cũ glaciari icœpit: manibus iterum ualidissime exterẽs lauato defluenti aquæ nouã côtinue supinfundens usq; dum bene elotus sit. Rur-susq; in fictile coniectũ in odorati uini pari mensura coquito: & cũ bis inferbuerit amoto ab igne fictili sinito per noctẽ adipem sic esse. Matutino deinde siquid mali odoris superit sumito eundẽ adipem & in aliud nouum fictile coniecto superinfun dito iterũ odoratum uinum: eadẽq; oĩa ut p̃monstratum est facito: donec oẽ odoris uirus amiserit. Liquatur sine sale ẽt adeps ad affectiones aliquas quibus sal nocet. Verũ non magnope albescit: q sic curatus fuerit adeps. Curant̃ p̃terea eodẽ mõ pã-therinus & leoninus. Aromatis odorandi adipes uitulinus: taurinus: ceruinus iti-dem: ceruiq; medulla hoc mõ. Adipi qui odorandus erit mẽbranulas eximito: & ut p̃monstrauimus abluito. Mox in odorato uino & qđ marina aqua curatum nõ fue-rit facito inferuescat. Tũ ab igne amotũ dimissumq; per noctem sic eẽ matutino ex eodem genere nouo eadẽ mensura infuso uino liquefacito. Diligenterq; per colum traiecto adipe in nouem eius heminis rotundi odorati arabici iunci drachmas indi to sex. Et si odoratiorem facere uolueris eiusdem iunci florum quadraginta drach-mas. Adiicito præterea Palmæ: Casiæ: odoratiq; calami pares singulorum singulas drachmas. Aspalathi itidem & balsami ligni: singulorũq; singulas drachmas. Quĩ etiã misceto his cinamomũ: cardamomũ: & nardũ: singulorũq; unciã. Sintq; oĩa in tegre tusa. Odoratũ deinde uinũ adipi & aromatis infundito. Operculatumq; uas carbonibus admoueto: facitoq; ter simul oĩa inferueant. Mox ab igne amotum uas sinito integram noctẽ sic esse. Matutino deinde uinũ effundito: nouũq; ex eodẽ genere infundito: facitoq; ter simul iterũ inferueant: sinitoq; eodem mõ. Matutino deinde adipem ex uase auferto & uinũ effundito. Ablutoq; uase & purgatis quæ in fundo erunt: sordibus adipem iterum liquefacito: per columq; traiectum reponito & utitor. Odoratur etiam curatus antea adeps eodem mõ. Verũ spissandi antea p̃-dicti adipes sunt: ut odoramentorũ uim facilius admittãt. Agẽdũq; id hoc mõ. Su-mito quemcũq; ex illis uolueris adipem: facitoq; simul cũ uino ferueat additis myr ti ramulis: serpillo: anguloso odorato iũco: itemq; aspalatho & integre tusis oĩbus.

Quidam

Quidam satis habent uno aliquo horum uti. Cumq; hæc igni admota ter inferbue
rint amotũ ab igne sensimq; p linteolum traiectum adipẽ ut p̃mõstratum est odora
mentis odorato. Est etiam spissandi antea adipis alius hic modus. Tundito quẽ uo
lueris ex illis adipem recentem: sanguine oĩ purgatum: & quæ sępius dicta sunt alia
omnia hñtem. In nouũ fictile eũ conĳcito. Supinfusoq; albo uetere & odorato ui-
no quousq; digitis octo adipi superstet lẽto igne inferuefacito donec natiuũ odorẽ
amiserit: uinũq; magis q̃ adipem oleat. Amoto deinde ab igne fictili cum refrixerit
adeps: sumito adipis illius pondo duo: & in fictile aliud conĳcito. Supinfusisq; eius
dem uini heminis quatuor: librisq; totidẽ tusi seminis arboris loti ex qua tibię fiunt
leni igne coquito continue miscens. Cũq; oẽm adipis halitũ amiserit per colum tra
iectũ dimittito donec glacier. Tũ sumptis tusi aspalathi libra: amaracini ueto floris
libris quatuor uetere uino simul hæc macerato: sinitoq; integrã noctẽ combibere.
Matutino deinde in nouum fictile quod tres capiat cõgios & hęc & adipẽ cõĳcito.
Supinfunditoq; uini congii semissem: facitoq; simul oĩa ferueant donec spissamen-
toℛ uires & odorem adeps contraxerit. Amotum postremo ab igne adipem per co-
lum traiectũ liquefacito iterum & reponito. Et si odoratiorem adhuc facere uolue-
ris pinguissimæ myrrhæ drachmas octo: uetustissimo uino maceratas illi misceto.
Odorabit᷑ gallinaceus & anserinus adeps hoc modo ẽt. Sumito quẽcũq; ex his uo-
lueris curatũ adipem pondere heminarum quatuor. Conĳcito in picatũ fictile. Mi
scetoq; illi ery sisceptri: balsami ligni: irẽq; palmæ corticis quẽ elatẽ dicunt: & odo-
rati calami integre tusoℛ oĩum: singulorũq; drachmas duodecim. Supinfusoq; ue-
teris lesbii uini cyato uno prunis admoueto: facitoq; ter simul inferuescãt. Amoto
deinde ab igne uasculo: noctemq; & diem dimisso dum refrigerent᷑ oĩa quæ in eo
sunt postera die liquefacito: & p lineã laciniam purũ in purũ uas exprimito. Cumq;
glaciauerit cõchula exẽptũ in nouũ fictile conĳcito: stricteq; opculatum frigidissi-
mo loco reponito. Per hyemẽ faciẽda & curanda oĩa hæc sunt. Aestate enim non
glaciant adipes. Quidã ut crassescant & glacient exiguam tyrrhenam cætam admi-
scent. Odorandus eodẽ modo suillus adeps est: itemq; ursinus: & similes alii. Odo
rat᷑ adeps amaraco itidem hoc mõ. Sumito bene curati adipis librã fere unã: tauti-
nusq; is præcipue eligat᷑. Mox amaraci quæ ad integram ætatẽ creuerit diligẽter tu-
sæ pondo & semissem illi misceto: offasq; cõformato copiosius uinum inspergens.
Coniectasq; in uas aliquod offas sinito opertas per noctẽ sic esse. Matutino deinde
in fictile aliud translatas superinfusa aqua leniter coquito. Cũq; pprium odorẽ adeps
amiserit per colum traiectum sinito integram noctẽ sic esse diligentissime opercula
tum. Matutino deinde educta omni ex fictili massa: abstersisq; quæ in fundo hære-
bũt sordibus tusæ amaraci: ut p̃monstratũ est iterũ pondo & semissem illi misceto.
Cõformatisq; iteℛ offis cætera ut p̃monstratũ est facito. Post oĩa demũ liquatũ ite
rũ & p colũ traiectũ adipẽ ablatis quæ in fundo hærebũt sordibus frigidissimo lo-
co reponito. Quod si nulla p̃cedente curatione incorruptũ anserinũ: gallinaceum:
uitulinũ ue adipẽ seruare aliquis uelit: agẽdũ illi hoc mõ est. Sumito quemcũq; uo
lueris recentẽ adipem: lauato diligenter: cribroq; impositum in umbra siccato. Cũ
uero omni destillato humore aruerit in purũ linteolũ coniectũ manibus ualidissi-
me exprimito. Mox funiculo traiectũ in umbra suspendito: & post aliquot dies no-
ua inuolutũ cartha frigidissimo loco reponito. Permanẽt incorrupti itidẽ adipes q
in melle seruant᷑. Habent adipes oẽs calefaciẽdi uim: molliũtq; & rarefaciunt. Ad-
stringendi tñ uires aliquas Taurinus habet. Rñdetq; huic pportiõe bubulus: uitu-

linus: leoninusq;. Quin etiam ferunt leoninũ insidiantibus aduersari. Fugat serpentes inunctus ceruinus: elephantinusq;. Caprinus maiore adstringẽdi ui est. Ideoq; in intestinoꝝ torminibus datur cum polenta & uua quam Rhum uocãt: caseoq; decoctus. Quin etiam clystere cum ptisanæ cremore infundit̃. Vtile præterea tabidis in sorbitione esculentum adipum ius. Vtile & his qui cantharidas hauserunt. Prodest podagris hircinus egregia resoluendi potestate cum caprino fimo & croco coactus impositusq;: Ouillus ꝓportione etiam huic respondet. Suillus muliebrium locoꝝ & sedis medicinæ cõgruit. Ambustis idem accomodatus est. Calefacit & mollit salsus & q̃maxime inueteratus suillus adeps. Vino idem lotus & cum cinere calce ue coactus lateralibus doloribus quos pleuritidas dicunt præcipue accomodatus est. Prodest præterea cõtra tumores: inflãmationesq;: & fistulas. Fert̃ asininus reliquo corpori conformes cicatrices reddere. Anseris gallinaceorũq; fœminarum mẽsibus accomodatus. Vtilis & cõtra laboꝝ rimas. Facit ad nitorẽ uultus auriũq; dolores. Nutrit capillũ ursinus: capillorumq; defluuia quas alopecias dicũt explet. Idem pernionibus utilis. Vulpinus auriũ doloribus: Fluuiatiliũ piscium adipe ad oculoꝝ claritatem inungunt̃: in quẽ usum liquat̃ in sole: melq; illi additur. Viperę contra hebetes oculos eorumq; suffusiones efficax est: admixtis illi cedrino liquore: attico melle: ueteręq; oleo & oium pari portione. Idem euulsos alarum pilos recens per se radicum uestigiis instillatus renasci eos iteꝝ non patit̃.

INTERPRES.

Num idemq; est totius animaliũ oium pinguis huic scriptori nomẽ. Neq; ad medicinam adipis: sebi: axungiæ: unguinis: & si quæ aliæ sunt in aĩalibus pinguiũ appellationes discrimina illa Dios. recæpit: quæ Aristoteles & alii ex aĩalium genere: eoꝝ partibus: corpoꝝ tẽperamẽto: & pinguiũ ipsoꝝ habitu in historia simpliciter tradiderunt. Satis illi fuit ad faciẽdam hoi medicinã una στέατος appellatiõe quẽ nos adipẽ diximus singuloꝝ uires docuisse: nõ q̃a ignoraret; quæ tertio de aĩalium historia uolumine Aristoteles & pleriq; alii tractauerant differre inter se adipem & sebum. Quoꝝ alterũ græci στέαρ alterum πιμελὴν nominant: fragileq; sebum esse & postq̃ refrixit glaciari. Adipem cõtra liquidiorẽ minus concerni & durari. Adipem inter carnem & cutem inueniri: sebum in fine carnis semper esse. Quæ utrinq; dentata sunt animalia adipem: q̃ altera tantum parte sebum habere. Quæ itẽ toto naturæ suæ temperamento magis terrestria sunt sebo: quæ contra humidiora adipe abundare. Ideoq; adipem celerrime liquari: nec facile cõcerni. Sebum contra ægre liquefieri: & cum liquatum fuerit celerrime densari: duriusq; adipe sensu etiã deprehendi. Sed ne uariatis in simili re appellationibus diuersas reꝝ substantias indicare crederetur. Nam quod ad animalium genera: & eoꝝ partes pertinebat a rerum plerunq;: & ex hoc illo ue animali sumendum esse præcæpit. Quo magis interpretes alios demiramur: qur contra auctoris sui exemplum non in adipe tantum: sed in plerisq; aliis uariatis subinde eiusdem rei appellationibus parum certam in hoc scriptore legentibus historiam & medicinam adipis reliquerũt: nũc pingue nunc adipem: nunc sebum quod unum στέαρ in Dios. est appellantes. Et quos ille ὑμένας semper & ubiq; uocat multiplici uoce nunc mẽbranas: nunc uenas: nunc inas: nũc omentum: nunc inuolucrũ nunc quod sibi magis placuerit indicantes. Quod scribendi & uertendi genus antiq̃s doctrinarũ auctoribus insolitũ diuersam & aliquibus locis toto hoc capite contrariã alioꝝ editionibus nostrã ostendet. Qui nulla huiuscemodi uarietate usi quod semel in significãda re aliqua elegimus usq; ad extremam totius operis coronidem seruare destinauimus. Poterunt nostrã cũ aliorum editiõibus conferentes: quæ non sunt nobis cũ illis eadẽ facillime cognoscere. Neq; enim in capite hoc q̃d hactenus consueuimus agere cogitauimus: tam multa numero sunt. Legentium iudicium & fides pro ratione in illis erit. Non pigebit tamen ut quæ aliquibus locis dicta a nobis sunt legentibus certiora fiant breuissime quæpiam monere. Et sicubi uitium aut uitii suspitio aliqua se obtulit id ẽ ostendere. Quale credimus illic esse: quo loco Dios. de curando suillo adipe agens agninum ut in cunctis legitur græcis illi coniungit. Verba eius sunt. ὕειον δὲ καὶ ἄρνειον &c. quod autem nos suspicamur est: non ἄρνειον quod est agninum: sed una tñ mutata littera ἄρκειον. idest ursinum ueram & antiquam forte lectionem fuisse. Vtimurq; ad hoc rationibus & cõiecturis his: q̃ agninus adeps ouillo congener est: & cum oue tractandus fuerat: presertim cõiungente non multo post scripturæ hoc: & eodẽ curatiõis genere curari hyrcinũ: ouillũ: ceruinũ: & plerosq; alios simul iubente. Accedit his q̃ in medicina nullibi agnini adipis meminit Dios. Et q̃d pluris faciẽdũ merito ẽ q̃ in medicina

dicina & uirium indicatione ursini meminit. Curandi aūt eius nullam antea ratiōem tradidit: qđ uerisimile & necessarium erat in quotidiano eius usu. Nec eius tm̄ hic meminit: sed Paulus Aegi-neta: omnesq; fere alii: qui non parum ursino adipi in medicina tribuerunt. Nos hæc suspicamur: q; facilis in exscribendo est ab una & simili in aliam: & similem littera ad labem & uitium lapsus: Ideoq; diu anxii an ursinum pro agnino illic restitueremus: ut in cunctis legebatur reliquimus: cō tra omnium græcorum lectionem & fidem mutare aut nouare quippiam nolentes. Et nihilomi-nus monere id legētes uoluimus. Quæ deinde a nobis sæpius dictæ sunt mēbranulæ auctore Cel so neruosæ sunt pelliculæ: quæ intra se clausum adipem continent exemptiles: & quoniam durio-ris substantiæ sunt a reliquo adipis corpore anteq̄ igne liquescat separandæ. His adnumerandæ e-erunt: quæ per adipis corpus transuersæ ut eū substineant fibræ feruntur. Neruosæ & ipsæ: liqua-riq; totum adipem prohibentes. Nota res & quā nō oportebat tot aliis ut diximus indicare nomini-bus. Rudē post hæc nos latina appellatione diximus: quam cæteri græca spatham appellauecunt. Græcis n. spatha latinis uero rudes est longius: & in latitudinem se aperiens instrumētum: quo mi scentur & despumant ad ignem feruentia. Habent illi suæ spathæ auctorem Columellam: nos ru dis nostræ. M. Catonē. Qua uoce Suetonius & Flaccus in ligneis gladiis quibus gladiaturam impe riti sine periculo auspicarentur usi sunt. Non dissimilis. n. forma & cadē materia in ambobus erat. Quemadmodum in mortario & lapidea pila usus tm̄ diuersus est. In illo enim tunduntur: in illa refrigerantur: aut lauant quæ opus sunt. Græci eadem appellatione utrunq; dixerunt. Nos ex usu mortarium & lapideam pilam auctore Plinio appellantes discreuimus. Fuit nobis etiam consiliū cum diceremus salsam ex mari aquam a reliquis salsis aquis discernere: quam hic iubebat. Neq; enim θαλάττη simpliciter qua uoce in salsa simpliciter aqua: & hic & alii aliquando utunt uti Dio-sco. iubet: sed θαλάττη πελαγία: quod est ex mari salsa aqua. Diximus id quoniam in reliquo hoc opere θαλάττη non semper mare: sed salsam tm̄ significat aquam: siue natura siue ars fecerit. Quod uero nos uinum marina aqua non curatum diximus: Barbarus aūt mare non expertum eā habet rationem & causam quam hic inter uina docebit priuatim de hoc apud antiquos uini gñe agēs. Vn de repetendum erit: quod ad huius loci intellectum necessarium est. Sequitur hoc quod non di-uersum sed contrarium Barbaro & nobis sit. Ille in odorando adipe: dixit tundi oportere odora-menta: nō tñ ad scobis modum: quasi cōfracta potius q̄ tusa esse ea oporteret. Nos contra integre tu sa uertimus. Dios. ὁλοσχερῆ τεροὐκ κομμιθῆναι ait. Quid aūt ὁλοσχερῆς sit facile intelligunt græcarū lit-terarum periti. Nos cōem æstimationem eius uocis: & quod utilius in re ipsa erat secuti sumus. Fa cilius enim adipi cōmisceri: & uires suas transferre possunt: quæ tenuissime & in puluerem q̄ quæ crassius tusa sunt. Quod huic scriptori propositum est: & rei necessitas exigit. In sampsucino de-inde adipe offas informes massas diximus & exiguas in frusta sectiones. Et in uiribus oīum adipū quarum plures in editione Barbari desunt: quod passim & in cunctis græcis legitur nullo in adipe intellectu ἀρωματικὴν ἀραιωτικὴν: qđ est rarefacere instaurauimus & uertimus. Quod postea Pau-lus Aegineta διαφορεῖν i. dissicere & discutere dixit. Fatemur & sine pudore quidem post hæc ne-scire nos quibus insidiis: & hic & Plinius resistere Leoninum adipem dixerunt. Plinius nihil ultra q̄ uideri insidiis resistere: hic φασὶ δὲ ἀντιφάρμακον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν εἶναι. Quod est ut nos uer-timus ferri insidiantibus aduersari leoninum adipem: nec ultra quicq̄ docuerunt. Nihil inuētum etiā hactenus de huiuscemodi adipis potestate & usu a nobis est. Ea propter peritioribus integram relinquimus rem: monentes tantum ex his quæ hic & Plinius dixerunt: fabulosum & ex uulgo re-peritum id uideri. Negauit postremo Galenus facto periculo quod ab hoc scriptore ultimum de uipetino adipe traditur non renasci alarū pilos: qui euulsi homini fuerint: si uestigiis eorum re-cens per se imponatur. Nolumus præter hæc legentibus inuidere: quæ de omni adipe inuenta & obseruata a nobis in aliis scriptoribus fuerunt. Esse adipem cōmune omnibus animalibus qddam habereq; eum tantum quæ pinguia sunt: quæ uero strigosa & macie obducta aut exiguum aut nul lum. Sicciorem calidioremq; mariū q̄ fœminarum in eodem feminio animalium esse. Castrato-rum parem semper fœminarum in eodem genere: differre itidem ex animalium temperamento. Vetusto nouum & recentem humidiorem & minus calidum esse. Tempore enim adeps seipso ca-lidior & tenuior continue fit. Mox priuatim pinguissimum & plurimum habere adipem sues: ob multam temperamenti sui naturalem humiditatem. Ideoq; omnium aliorum humidissimū esse & ad olei naturam accedere. Anserinum maiorē aliis tenuitatem habere: suilloq; calidiorem esse. Et inter utrunq; hunc mediam habere naturam gallinaceorum tam marium q̄ fœminarū. Esseq; in uniuersum totius adipis naturam calefacere & humorem in corporibus nostris augere. Possēq; suillum egregie humorem augere: sed non tantopere calefacere. Taurini calidiores q̄ suilli uires esse. Ideoq; ad siccitatem accedere. Bubulum minus taurino calefacere. Castratorumq; omnium si militer. Vitulinum minore caliditate & siccitate q̄ taurinus sit esse. Hædinum caprino. Caprinum hircini uires & naturam sequi. Taurinum quāto calidior suillo & siccior est: tāto ī his a leonino su perari. Sunt præter hæc aliorū propriæ uires etiam quas hic Galenus & Paulus Aegineta longius p secuti sunt. Nos pauciora hæc ex multis & cōmuniora tractare tantum uoluimus. Cætera aliis ob-seruanda: & ex antiquis scriptoribus repetenda relinquentes.

Mēbranulæ in adipe

Spatha Rudes

θαλάττη

DIOS. DE Medullis animalium. Cap. lxviii.

Yelon. Romani medullam dicunt. Medullarum probatissima est ceruina
m mox uitulina; post hanc taurina; tum caprina & ouilla. Crassescit medulla
omnis ulnma æstate appetente iam autumno; reliquis temporibus sangui
neo colore & ueluti fluida cato in ossibus inuenitur. Cognitu difficilis medulla est
nisi aliquis a se ipso exossatam reposuetit. Molliunt medullæ omnes: rarefaciunt:
calefaciunt & ulcera explent. Ceruina hoc amplius habet ut serpentes inuncta fu-
get. Curat̃ medulla recens adipis modo subacta; & adfusa detractis ossibus: dein p
linteũ expressa; similiterq; lota donec pura defluat aqua. Tum in diplomate (id ua-
sis genus est) liquata exceptis pinna supernatantibus sordibus & in lapideam pilã
percolata cum glaciauerit in nouo picato fictili reponitur deraso prius diligentissi-
me sedimento omni. Et si nulla præcedente curatiõe: seruare eam uolueris: omnia
facito quæ in gallinaceorũ & anserum seruandis sine curatione adipibus demõstra-
ta a nobis fuerunt.

INTERPRES.

Dicerũt posteriores medullarum disciplinæ ex animalium partibus discrimina aliqua.
a Tradiderunt q; pinguiores & ad molliendũ maiore ui & potestate medullas esse: quæ ex
animaliũ anteriorũ posteriorũq; crurũ ossibus erutæ fuissent. Squalidiores uero & durio-
res quæ ex spina & dorso; præcipuamq; hẽ uim cõtra corporis duritias: quæ græci sciromata uo-
cant: de qbus alibi certius & ex pfesso dicet̃. Nunc quod nouisse legẽtes inutile penitus nõ erit mo
nebimus quod Barbarus dupondiariũ uas appellauit maluisse nos in re non satis certa græcorũ uo
ce uti Credidit.n. ille ut uĩ: διπλωμα a græcis: ideo dictũ id uas fuisse: q duplicem caperet men
suram aliquam: & ex noĩs rõne rem auguratus est. Cum tñ nullam habeat medullarũ curatio mẽ
suræ in uasculo necessitatẽ. Et Paulus Aegineta libro primo quo capite de ouis & eorũ diuersis co-
cturis agit oihil aliud διπλωμα esse ostendit q̃ fictile aut æneum uas: in quo ad ignem dentarẽtur
oua: quæ ille πνικτα quod est præfocata appellat: facilis intellectu res: ignota tamẽ nostra ætate ua
sis forma & nominis ratio

DIOS. DE Omni felle. Cap. lxix.

Holen. Romani fel dicunt. Seruandi fellis omnis ratio & modus hic est.
c Sumito recens fel: funiculoq; colligato eius ore demittito in feruentem
aquã. Sinitoq; illic tãdiu eẽ dũ triũ stadiorũ spatiũ quis decurrat. Extractũ
deinde ex aqua in umbra: & sine humore locis siccatũ seruato. Quod uero fel ocu-
lorũ medicinæ seruandum erit: funiculo pariter præligatũ in uitreũ poculum melle
plenũ demittito; funiculiq; capite ex poculi ore religato operculatũ reponito. Ha-
bet fel omne acrimoniã & calefacit: differtq; hoc ab illo maiore tñ minore ue effi-
cacia. Credit̃ aũt efficacissimũ esse scorpionis marini & piscis quẽ callionymum uo
cant: marinæq; testudinis & hyenæ: perdicis item & aquilæ gallinæq; albæ & sylue-
stris capræ: Quod incipientibus oculorũ suffusiõibus: caliginibus: albuginibus &
scabris palpebris priuatim confert. Efficacius ouillo hyrcino suillo ursinoq; Tauri
num fel est. Proritat oẽ fel deiiciendæ alui cupiditatẽ: presertimq; in pueris siqs cõ-
cerptas stuppas eo madentes sedi imposuerit. Taurino priuatim contra anginas cũ
melle inunguntur. Sedis uitia idem usq; ad cicatricem perducit. Sanat præterea pu
rulentas aures & in his rupta cũ caprino humano ue lacte instillatũ. Cum porri ue-
ro succo sibilis earũ medet̃. Miscet̃ cum melle etiã uulnerariis emplastris theriacisq;
medicamentis quæ ungendo sunt. Contra phagedænas genitaliumq; & scroti dolo
res cum melle utiliter inungitur. Cum nitro cretaue cimolia lepras furfuresq; effica
cissime extenit. Ouillo cõtra eadẽ ursinoq; uis est uerũ minore efficacia. Vrsinum co
mitialibus delingendũ utiliter datur. Testudinis anginis & puerorũ ulceribus q̃ pa
scẽdo serpũt medet̃. Comitialibus i nares utiliter indit̃. Syluestris capræ priuatim
lusciosos

luſcioſos inunctum ſanat. Idem poteſt & hircinum. Tubercula quæ thymia dicunt tollit: & quæ in elephantiaſi tument & excreſcunt inunctum coercet. Suillum contra aurium ulcera: cæteraq; omnia præſenti utilitate in uſu eſt.

INTERPRES.

PAulominus q̃ cunctis animalibus & in alterutro elemento agentibus fel natura dedit. Omnibus certe quibus iecur & ſanguinem: qm̃ nihil aliud q̃ purgamentum peſſimi ſanguinis: & idcirco in materia eius plerunq; fel eſt. Et quibus id datum a natura eſt non una in parte inuenitur: ſed ſunt quæ circa iecur ubi propriam in pluribus habet ſedem: quæ in cauda: quæ in inteſtinis: quæ in uentriculo: quæ aliis locis collectum fel ferunt. Sunt itidem quæ tam exiguum & obſcurum habent: ut nec deprehendi: nec colligi facile poſſit. Ex quo factum eē credimus ut multoꝝ aīalium deſierit fel in uſu eſſe: non quia inutile: ſed qm̃ difficile inuentu: tam in marino q̃ ſuo ſucrum genere eſſet. Quis enim nunc callionymum piſcem nouit? aut ſi nouerit: quis tam diligẽs pro ſalute hominis ſit: ut in mari & fluctibus piſcium fel ad medicinam uenetur? aut in ceruoꝝ inteſtinis latentem fellis amaritudinẽ colligat? Quis etiã tantiſper occupari in ſeruando felle æquo animo patietur ut ad oculoꝝ medicinam in melle id ſeruet? & ad reliquum medicinæ uſum feruenti aqua incoctum reponat? Quæ omnia diligenter ab antiquioribus curata fœliciorem generi humano: profeſſoribus uero honeſtiorem medicinam fecerunt. Eorumq; præcæpta & obſeruationes ſecutus Dioſ. hic noſter quomodo curandum ſeruandumq; ſit omne fel a principio ſtatim docuit: non per animalium ſpecies & genera: ſed ex uſu in medicina: duplici tantum tradita rõne: ut quo oculi & eoꝝ mala inungenda eſſent in melle ſeruaretur: quod aliis morbis & uitiis inſeruiret ſecuente aqua incoqueretur & duraret. Sic enim integrum & ſine corruptione ſeruari. Docuit idẽ Plinius li. xxviii. capite. ix. Sed quod hic coctura eius ſpatium trium ſtadiorum curſus aſſignauit ille ſemihoram dixit. Nec tñ decreuit cuius in anno tempeſtatis & diei partis ſemihora illa eſſet. Toto enim anno inæquales præterq̃ in æquinoctio horæ quondam erãt: nec nocturnæ diurnis eadem menſura reſpondebant: ſed duodenæ numero ſemper in duodecim inæqualia ſpatia diẽ & noctem diuidebant. Erantq; ſolſtitiales diurnæ nocturnis ſolſtitialibus longe maiores. Brumales uero contra. Incertum ob id ſemihoræ eius ſpatiũ: niſi aliquis æquinoctiales intelligat pares ſibi inuicem & eadem mẽſura horas: quibus æquales noſtræ horæ nunc etiam ſunt uiginti quatuor diuiſionibus & ſpatiis diem noctemq; explentes. Exigebat hic locus aliquam priuatim eoꝝ animaliũ hiſtoriam unde hic fel ad medicinam quæri iubet. Sed in his quæ nota ſunt inutilis ea erat. In his uero quæ aut longinquis deſertis ue locis naſcentia: & mutatis nominibus incerta digito oſtendi facile nequeunt laborioſa & ſuſpecta. Scorpionem enim maris a ſimilitudine: & teſtudinem a quotidiano ſpectaculo oẽs cognoſcimus. At callionymum qui uiderit neſcio: & ſi plures eius meminerit Ariſtoteles: Plinius: hic ipſe & pleriq; alii: Ex nomine coniicienda in eo pulchritudo eſt. Ideoq; Gaza in Ariſtotelis animalibus pulchrum eum nominauit. Credimuſq; nos frequentem in mari inueniri tam multos habet auctores. Hyena portentoſum ne magis an fabuloſũ animal ſit neſcio ſi Ariſtoteli & Plinio credatur. Ex his certe quæ illi tribuuntur alieni orbis animal credendum eſt inuentu captuq; difficile tam doloſo ingenio & maleficis uiribus a Plinio: & ab aliis deſcribitur. Piſcem hoc nomine Plinius etiam ultimo. xxxii. uoluminis capite numerauit. Sed nos de terreſtri hyena remedia hæc docuiſſe non de marina Dioſcoridem credimus: tam concors & idem in tota hac re Plinius illi eſt. xxviii. uoluminis capite octauo. Aquilam deinde: gallinam: ſylueſtrem caprã: ouẽ: hircum: ſuem: & taurum nouerunt omnes: ideoq; in eoꝝ hiſtoria inanis labor omnis & inutilis fuiſſet. De perdice non ſatis compertum nobis eſt quo nomine noſtra ætate indicetur hæc auis: tã multiplex diuerſis locis eaꝝ auium genus & feminiũ eſt. Omiſſis itaq; his de omni felle quæ inuẽta & collecta ex aliis ſcriptoribus nobis fuerunt: breuiter docebimus. Eritq; illud primum oſum in animalibus humoꝝ calidiſſimũ fel eſſe: coloreq; inter ſe differre. Siquidem quod ruffum pallido calidius: & ruffo quod eruginis uiridi colore eſt. Differunt ꝑterea qũo & animalia id habentia differunt. Quatenus ſuillum omnibus aliis infirmius eſt: eamq; ob cãm ſine eroſione aurium ulceribus medetur. Ouillum maiore acrimonia q̃ ſuillum eſt: & ouillo caprinum efficacius. Caprino æqualia urſorum & boum ſunt. Taurinũ omniũ aliorum potentius: ab hyena tamen ſuperatur: & a callionymo piſce & marino ſcorpione hyena. Omniũ uolucrum fel maiorem acrimoniam & in ſiccãdo potentiorem q̃ quadrupedum efficaciam habet. Inter aues aũt Gallorum & perdicum præſtãtius aliis eſt. Accipitrum & aquilarum uiridi & aliquando nigro colore maiorem his aliquam acrimoniam & exedendi uim habet: & hæc de omni animaliũ felle hactenus dicta ſatis ſint. Quibus pro medicina adiiciemus: quæ alii in elephantiaſi extuberationes & uerrucas dixerunt: nos uero q̃ tument & excreſcunt. Ea ſunt quæ ueteres græci in eius mali notis ὄχθους tumores magis q̃ uerrucas aut extuberationes dixerunt. Siquidem ὄχθοι græcis ſunt: quæ ſupra fluminum alueos ſurgũt ripæ: & petrarum aſperiores eminentiæ: quales ante exulcerationem in eo malo fiunt.

horæ antiq́

ὄχθοι

DIOS. DE Sanguinibus. Cap. lxx.

h Aema, Romani sanguiné dicunt. Antidotis utiliter miscetur anseris: hædi & anatis sanguis. Palũbis: turturis: colũbæ: perdicisq; sanguine recẽtia oculoꝝ uulnera: sanguinisq; eo cõcursus & luscio si inunguntᷣ. Colũbę priuatim sanguinis ex cerebri mẽbranis eruptiões cõpescit. Hirci: capræ: leporisq; & cerui intestinoꝝ tormina & alui fluores sistit. In quem usum frixus in sartagine statim sumitur. Potus cũ uino idẽ cõtra uenena quæ toxica dicunt uires habet. Emendat leporinus sanguis lentigines: asperamq; & discolorẽ ceu a sole cutẽ: si calẽte eo inunganᷣ. Contra rabidi canis morsus & epotũ toxicũ caninus utiliter bibitur. Ferũt pdesse comitialibus potũ terrestris testudinis sanguiné. Marinæ uero cũ uino additis coagulo leporis & cymino cõtra uenenatoꝝ morsus & rubetã ranã. Discutit taurinus: mollitq; durities cũ polẽta illitus. Miscetᷣ medicamentis q̃ excedendo sint matricũ equaꝝ: & quæ admissuræ inseruiunt sanguis. Creduntᷣ depilari oculorũ palpebræ chamæleonis sanguine inunctæ: Nec minus uiridiũ ranaꝝ eriã. Creditur itidem fœminaꝝ mẽstruus sanguis: si pgnantes eo illinanᷣ: aut sup eũ ingrediãtur sterilitatẽ facere. Podagrę idem dolores & sacros ignes inunctus leuat.

INTERPRES.

q Vod ad medicinam pertineat de sanguine satis nouisse illud sit nullum frigere sanguinẽ. Omnibus. n. ingenitus & necessarius calor est. Differũt solũ q̃ alter altero minus magis ue calet. Fuitq; hic quõdã in sanguinibus uirium & naturæ census ut suillus hũidior minusq; calidus cæteris sit: temperamẽto suo hoium sanguini maxime similis. Columbarum uero palumbis & turturis æquali inter se temperamento oculoꝝ medicinæ calidus inseruiat: instillatusq; crassiori cerebri tunicu læ in his quorum calua perforata esset inflãmatiões arceat. Noctuæ cum uino aut aqua contra spiritus angustias utiliter bibatᷣ. Vespertilionum: ranarum: chamæleonis: ricinorumq; qui in canibus hærentes inueniuntur mãmarum incrementa in uirginibus compescat: & q̃ eo inunguntur alia depilet. Negauit tñ facto periculo Galenus uera hæc esse. Inuenimus etiam caprinum ob siccitatem suam contra cutem subeuntes aquas cum melle utiliter bibi: & rhenum calculos frangere. Agninum comitialibus prodesse. Hædinum nuper coagulatum cum aceto bibi cõtra cruentas pectoris excreationes. Vrsorum: syluestrium capraꝝ: hircoꝝ: & tauroꝝ abscessus maturare. Et terrestris crocodili oculoꝝ claritatem facere. Quæ oĩa a Galeno: Plinio: Pauloq; Aegineta: & ab aliis longius dicta sunt. Poteruntq; uolentes plura his etiam in antiquis medicinæ auctoribus inuenire cõsulto a nobis relicta satis fore credẽtibus: si cõmuniora aliqua dicta fuerint. Nũc quod ad Dioscoridem pertinet. Et ea quæ tam multis locis in eo nobis & aliis diuersa sunt legẽtes meminisse uolumus. In ambiguis & quoꝝ multiplex poterat significatio & intellectus esse multũ nos ubi naturæ uis & rõ deerat antiquoꝝ auctoritati detulisse. Vtinamq; id tam fœliciter euenerit q̃ diligenter & bona fide factum ubiq; est: presertimq; in sanguinibus his. In quibus cũ dixerit hic scriptor τὸ δὲ τῶν ὀχευτῶν ἵππων σηπτικοῖς μίγνυται non paruam legentibus dubitatiõem reliquit, pbarit ne ad septica. i. medicamenta quæ exedendi uim habent in equino genere matricum: an admissarioꝝ sanguinem: & ex dubitatione diuersam in uertendis eius uocibus rõnem effecit. Quã cõmune in græcis equi genus primũ: mox eadem & indiscreta in utroq; genere præpositiui articuli in plurali genitiuo desinentia auxerunt: neq; enim discerni ex articulo potest marem ne an fœminã in equino genere hic dicat: & an genitiuus ὀχευτῶν a noĩatiuo primæ declinationis ὀχευτὴς: qđ est initor: & ut apertius dicamus fututor sit: an a uerbali passiuo noĩe fœminini generis in secũda declinatione ὀχευτὴ: quod est futibilis. Siquidem utriusq; eadem desinẽtia in genitiuo plurali est: & ἵππος. i. equus cõmunis generis nomẽ in græcis: utrunq; intelligi posse concedit. Barbarus ut erat in Plinii lectione diligentissimus cum in eo lib. xxviii. capite. x. legisset; sanguis equi præcipue admissarii ad mares pertinere hoc credidit; uertitq; ex admissario equo &c Nos eundem Pliniũ secuti eodem libro: sed capite. ix. ad fœminas & matrices equas totam transtulimus rem. Verba hæc Plinii sunt. Quin & sanguis eoꝝ (de equis enim agit) septicam uim habet. Item equarum præterq̃ uirginum erodit: emarginat: ulcerat. Maluimusq; nos & magis hoc probauimus in Plinio q̃ illud: propterea q̃ admissarii equi sanguis in eo contra panos & apostemata remediũ hẽt. In septicis simpliciter equi sanguis laudatur. Matricum uero præcipue ad eadem septica. Neq; aliud exceptio illa præterq̃ uirginum significat q̃ erodere emarginare & ulcerare: quæ tota uis uerbi σήπειν ẽ eq̃rum oium præterq̃ uirginum sanguinem. Si oĩum p̃terq̃ uirginum: ergo eaꝝ quæ admissuræ inseruiunt

ὀχευτὴς
ὀχευτὴ

seruiunt. Virginũ.n.tm̃ ad ſeptica inutilis ſanguis eſt: reliquarũ oium uero utilis: quæ nullæ aliæ q̃ matrices ſunt. Nec uidentur nobis Dioſ.& Plinius de equarũ ſanguine aliud: ſed aliter dixiſſe. Plinius non uirgines hic admiſſuræ inſeruiẽtes dixit: Quas nos ex Palladio & pleriſq; aliis matrices recæpta quondam in ea ſignificatione uoce appellauimus. Quemadmodum & ſanguines numero multitudinis etiam diximus antiquiſſimis latinæ rei auctoribus raram aut forte nullam uocem: poſterioribus tñ in uſu & ſacrarum litterarum auctoritate adeo confirmatam: ut ſine periculo maiæ elocutionis preſertim cogente neceſſitate utentibus concedenda ſit.

DIOS. DE Animalium fimo. Cap. lxxi.

Popaton. Romani fimũ dicũt. Lenit uulnerũ inflãmationes recens bouis in paſcuis & armento agentis fimum. In quem uſum foliis inuoluit̃: & in feruenti cinere calefit: calefactumq; imponitur. Lenit idem coxendicis dolores: ſi eodem modo foueant̃. Ex aceto hoc ipſum illitum durities: ſtrumas: & panos diſſicit. Priuatim maſculi bouis procidentes uuluas ſuffitu teſtituit. Fugat præter hæc ẽt culices incenſum. Caprarum præſertimq; in montibus agentium globuli ſeu baccæ ſuffuſos felle cum uino poti emendant. Cient iidem menſes in odoramẽto aliquo poti: fœtuſq; ex utero pellunt. Cõpeſcunt muliebres fluctiões ſicci tritiq; & in lana addito thure appoſiti. Siſtunt & alias ſanguinis eruptiones ex aceto. Cõtra capillorum defluuia quas alopecias dicunt ex aceto: aceto ue mulſo inungũtur. Cum adipe illiti podagris medent̃. Contra ſerpentium morſus & ulcera quæ a ſerpendo herpetas dicunt: ſacros ignes: & ſecundũ aures abſceſſus quas parotidas uocant: in aceto uinoue decocti imponuntur. Vruntur his etiam coxendicis dolores hoc modo. In concaua pollicis parte qua manus brachiali cõiungit̃ inter duos neruos lanam oleo madẽtẽ imponito. Tum caprarũ globulos incẽdens ſigillatim: ſubindeq; imponito donec ſenſus per brachium ad coxendicẽ perductus dolorẽ ſedet. Vocaturq; uſtio hæc arabica. Ouillũ ex aceto illitum puſtulis quas epinyctidas dicũt: clauis: uerrucis & ulceribus: quæ thymos uocant medetur. Ambuſtis uero cũ cæra roſaceo oleo ſubacta coactum. Sanguinis excreatiões ſiſtit: & lateris diutinos dolores lenit caprinum tritum: & in aqua uinoue potum. Rupta itidem & cõuulſa lenit in aceto potum. Sanat luxata ẽt cæra roſaceo oleo ſubacta coactum. Aſinorũ: equorũq; fimum crudũ per ſe: crematiq; itidem cinis admixto aceto ſanguinis eruptiones ſiſtit. Quod uero ex equis aſiniſq; in armento herbas paſcentibus lectum fuerit ſiccatũ: uinoq; dilutum & potũ ſcorpionũ ictibus ſuccurrit. Columbarum q̃ maiore calefaciendi & urendi ui eſt malagmatis: quæ hordeacea farina & hydrelæo cõficiunt̃: utiliter miſcet̃. Ex aceto ſtrumas diſcutit: carbũculos cũ melle: lini ſemine & oleo ſubactũ erumpit. Ambuſtis præterea medetur. Eadem põr & gallinatũ fimũ: ſed minore efficacia Priuatim tamen contra lætales fungos: & craſſioris inteſtini quod colon dicunt dolores cũ aceto uinoue utiliter bibitur. Creditur ciconiarum fimum comitialibus i aqua potum prodeſſe. Fert̃ & uulturis ſuffitu fœtus pellere. Murium quas muſerdas dicunt tritum: & ex aceto inunctum capilli defluuia: quas alopecias dicunt: emendat. Cum thure idẽ mulſoq; potum calculos pellit. Et infantibus excrementa alui appoſitũ ꝓritat. Siſtit aluũ caninum per canis æſtum lectum: & in aqua uinoue poſtquã aruerit potũ. Humanũ recens illitum uulnerũ inflãmationes arcet: ſimulq; ea glutinat. Idẽ ſiccum cõtra anginas ex melle utiliter traditur inũgi. Terreſtris crocodili ad bonitatem coloris & uultus nitorem fœminis inſeritur. Probatiſſimum quod candidiſſimũ friabile ſine pondere & inſtar amyli ẽt: quod celeriter in liquoribus ſoluitur: & cum teritur ſubacidum: & fermenti odore eſt. Adulterant id aliqui ſturnos oryza paſcentes; fimumq; eorum ſimile huic uen-

dentes. Sunt etiam qui amylum cimoliam ue cretam aqua macerantes: & modica anchusa colorantes per rariorem cribrum in tabulas percolant: siccatumq; uermiculorum specie pro terrestris crocodili fimo uendunt.

INTERPRES.

Vnt de omni animalium fimo ab aliis græcis non pauciora his tradita: & quæ omnibus cōmunia sint: & quæ priuatim aliquibus cōpetant. Qualia sunt calefacere: siccare: simulq; discutere omne fimū. Diuersas eius uires tñ & naturam ex temperamento rationeq; uictus aīalium esse. Ideoq; caninum ex ossium cibo excretum intestinoꝝ torminibus siccarū mederi: bibiq; in eum usum cum lacte quod schiston græci uocant. Sanare idem uetusta ulcera facientibus ad ea remediis additum. Anginarumq; & tonsillarum inflāmationibus cum melle inungi. Prodesse eidem malo ēt infantiū: qui simpliciter nutriti fuerint. Lupoꝝ quod candidū in fruticibus aliquibus plerunq; inuenitur contra coli dolores efficax esse: nec tñ prodesse potum: sed corpori ēt adalligatum: in quo usu ut est fere in studio sanitatis superstitiosa & facilis fidei humana gens traditum est in ceruina pelle claudi & alligari oportere: aut funiculo q ex ouis a lupo enectæ lana fuerit factus. Bubulum præter ea quæ de eo hic dixit extrahendi uim hře: ideoq; uespaꝝ & apiū ictibus mederi. Quinetiā eodem in sole oblita corpora quæ subierint aquæ magnopere iuuari Colūbarum agrestium: quas palūbes latini dicunt longe aliis acrius esse: ideoq; addito Nasturcii semine cutem cum rubore exulcerare. Gallinarū uomitione strangulantes fungos educere maloq; illi sic mederi. Ciconiaꝝ non nisi recta ceruice spirantibus ꝓdesse. Sturnoꝝ qui oryza pasti fuerint abstergendi exterendiq; uim habere: ideoq; cutis asperitates oēs exterere. Quæ causa est ut ꝓ crocodili fimo non tñ illi aspectu simile: sed simili ꝑtāte ueneat. Terrestriū crocodiloꝝ lentigines extere-re. Fluuiatiliū uero oculoꝝ albugines extenuare; quæ ex multis aliis breuissime dicta satis sint. Poterāt enim neq; inutiliter omnino referri huc: quæ de fimoꝝ generibus: diuersoq; stercoris usu ueteres rei rusticæ auctores: & qui de plantis docuerunt in stercorandis agris arboribusq; tradiderūt in quibus cū unum fuerit omnibus consilium languentes calefacere agros: & præteriti anni fœtura exhaustas plantas nouis ad nouos fructus uiribus instaurare de calore: uiribusq; aliis omniū fimorū certius docere coacti sunt. Et in eoꝝ censu primas uires & acrimoniā humano tribuere: suillo secundas; caprino tertias: ouillo quartas: bubulo quintas. Asinino aūt sextas assignare partes: nō spernendo: neq; inutili penitus argumento in censenda eoꝝ ēt ad medicinā utilitate. Sed qm̄ alieni studii & operis ea pars erat tota: a nobis relicta est. Qui Dios. uertentes nihil prius magisq̄ q̄ ut totus legentibus pateat: curaturi sumus: eamq; ob cām ex multis pauciora quædam signantes monemus quod longius & pluribus dictum a nobis est bouē in armento & pascuis agentem una nomados uoce a Dios. dictū fuisse. qui eam intellexit bouem: quæ uaga in pascuis sēp nunq̄ domi habeatur. Eam Paulus Aegineta ἀγελαίαν quasi in grege agentē dixit. Plinius nunc in agro paliā nunc armentinam appellauit: ex qua tñ hic iussit fimū ad leniendas uulneꝝ inflāmationes: & coxendices accipi. Cogit nos ēt necessitas caprinū fimum a forma auctore Palladio caprinas baccas nominare: qm̄ in ea quadrupede græci ꝓpriam illi appellationem seruauerint σπυράθους. f. quis Nicander in Theriacis suis σπυράθους nisi uitium in alterutro sit idem fimum appellauit. Sunt in græcis q non caprinum tñ sed ouillum etiam ea uoce significent. Quēadmodum non expleri alopecias caprino tñ sed ouillo itidem. Instituit utrūq; Paulus Aegineta lib. iii. capite de instauranda alopecia. Non conuenit deinde Barbaro & nobis quod hic ait: podagris illitum mederi caprinum fimum: ille cum posca quasi ὀξύκρατον legerit nos cum adipe: qm̄ in cunctis græcis quos hactenus legerimus τῷ ὀξυγγίῳ est: quæ uox adipem siue axungiam græcis indicat non poscam: utrobi aūt ueritas peritiores censebunt. Sequitur non multo post quod nō satis certum parumq; uerisimile: & nostra ætate: quod audierimus in nullo usu sit. Etsi Plinius in latinis id testetur: in græcis uero ꝓter Dios in aliqbus adhuc ēt legat: Plutarcho ꝓsertim: qui quo cōmentario quæsiuit cur sero scelera ria numine puniant in usu eā fuisse ustionē iis uerbis testatur. καὶ γελοῖος ὁ φάσκων ἀδικεῖν ... τῶν ἰσχίων πονούντων καίειν τὸν ἀντίχειρα. Quod est. Ridiculus ꝓterea est dicēs iniustū esse medicū q in coxendicis dolore pollicē urat. Est aūt id quod ad coxendicē & ischiadicoꝝ ustionē ꝑtinet: quā Plinius lib. xxviii. capite. x. his uerbis docet. Quin & Ischiadicos uri sub pollicibus pedū eo fimo feruente utilissime tradūt. Iubet Plinius sub pollicibus pedū fieri quod hic in cōcaua pollicis manus parte inter duos neruos qua brachiali cōiungitur faciēdū ꝑcipit. Estq; in ustione hac magis uerisimile quod Plinius q̄ quod Diosc cōstituit. Siqdem facilius a pede per rotū crus caloris sensus ad coxendicem q̄ a manu ꝑ brachiū peruenire pōt. A coxendice præterea per femora: genua: tibiasq; ad infimos talos ꝑtinens coxendicis dolor est: quod in superiore hominis parte non ht. Qui deinde aptiorē coxēdicū ustiōem docuerūt Hippocrates: Paulus Aegineta aliiq; græcoꝝ medici aliter uri in eo malo hominē uoluerunt. Eo fit ut credamus magicæ ostentationis remediū quōdam fuisse: presertim tradente Plinio eodem libro & capite contra lumboꝝ dolores afferre magos sua cōmenta: aliisq; in eo dolore remediis addere caprinum fimum. Iubereq; subdito linteolo uncto

Nomades boues

Caprinæ baccæ

caua manu quantum pati possit feruens sustinerit:ita ut si leua pars dolcat:hæc medicina ĩ dextra manu fiat:aut econtrario Quod ischiadicoꝝ ustioni:uel q̃ maxime simile est. De quanõ est quod aliud hactenus inuenerimus:aut tradere ualeamus:nec cur Arabica hæc ustio quõdã diceret: nisi forte a gente id nomẽ inuenerit:& qm̃ Arabes sic coxendices urerent: id Arabica a ueteribus dicta fuerit:Nõ dissimilis ustionibus hisea est:qua in gente nostra circa quadragesimũ a partu diẽ stan tes cãdẽte ferramẽto ab aliis in imo occipitio:ab aliis in interscalpio:ab aliis sub posteriore hume ro passim urunt. Vulgoq; credit sine ea ustione nõ posse fœliciter primæ illius ætatis pericula in fantes euadere Nota postremo omnibus eodẽ uolumine:sed capite octauo Plinii crocodilæa ẽ:& si non fimũ crocodili simpliciter crocodilæam dicere uideat:sed in fimo plena eius animalis inte stina:quoꝝ multiplex quondã in medicina:& formæ affectatione mulieribus usus fuit. Nec quicq̃ ut cõicere licet in fœminaꝝ deliciis & uultus lenocinio crocodilæa tũ c notius erat. Indicat id Flac „ cus in Epodo & carmine cuius principiũ est. Quid tibi uis mulier nigris dignissima barrhis:cõtra „ impudicã anum dicens. Nec tibi iã manet humida creta:colorq;:stercore fucatus crocodili: croco „ dilæam hanc siue terrestris crocodili fimũ quo fucarent fœminæ significans Non uidet aũt Na „ so in libello de arte amandi rẽ penitus cognouisse:cũ p̃cæpit ut quæ nigriore uultu esset ad piscis „ pharii opẽ cõfugeret. Versiculus eius est:Nigrior ad pharii cõfuge piscis opẽ Crocodillũ sane in tellexit:qm̃ phariũ & Niliacũ piscẽ dixit:ueꝝ in eo decæptus uidet: q crocodiloꝝ duplex genus fert Aegyptus:fluuiatilẽ: & aquaticũ alteꝝ q piscis & in pisciũ genere cẽsendus sit:terrestrẽ alteꝝ: & cui tñ in arida uita sit multo infra magnitudinẽ illius. Idq; in aĩalium historia iã certe patet: ut ueteꝝ auctoritate cõfirmandũ modo nõ sit:& ex hoc terrestri nõ fluuiatili & pisce crocodilo cui in „ terra uictus esset:& ut Plinius ait odoratissimis floribus uesceret fimũ mulieribus quærebat. Te „ stis eius rei hic ipse q terrestris crocodili fimũ fœminis ad coloris bonitatẽ & uultus nitorem quæ „ ri ait. Testis Paulus Aegineta lib. vi alteꝝ ab altero diuidens:& terrestris fimũ lentigines extergere „ dicẽs:aquaticũ aũt & piscis oculoꝝ albugines. Testis tãdẽ Galenus decimo de simplicibus medi „ camentis uolumine de crocodili fimo hoc his uerbis agens. τὴν δὲ τῶν χερσαίων κροκοδείλων τούτων „ τῶν μικρῶν τε καὶ χαμαιερπῶν κόπρον ἔντιμον αἱ τρυφῶσαι πεποιήκασι γυναῖκες ὅσαις οὐκ ἀρκεῖ τοῖς ἄλ „ λοις φαρμάκοις τοσούτοις οὖσι λαμπρόν τε καὶ τεταμένον ἐργάζεσθαι τὸ περὶ τὸ πρόσωπον δέρμα· προσ „ δέονται αὐταῖς καὶ τῶν κροκοδείλων κόπρον. Quoꝝ hic sensus est Crocodiloꝝ aũt fimum paruorũ: & qui per terrã serpunt preciosum delicatiores fecerunt mulieres Quibus nõ satis est tot aliis me dicamentis nitentem:& sine rugis uultus sui cutem efficere:sed crocodiloꝝ fimum sibi etiam ipo fuerunt. Ex his ratiocinari facile ẽ parum proprie terrestrem crocodilum piscem appellasse Oui dium similitudineq; nominis decæptum amoribus alioquin deditum hominem:& in fœminarũ lenocinis ideo non decipiendum pharium piscem pro terrestri crocodilo indicasse.

Crocodilæa

Duplex gen° crocodiloꝝ

DIOS. DE Animalium urinis. Cap. lxxii.

Ron. Romani lotiũ & urinã dicũt. Cõtra uiperæ morsus:lætalia uenena & incipiẽtes cutẽ subire aquas remedio est urina hois & sua cuiusq; pota. Fouent eadẽ utiliter marinoꝝ scorpiõum:echinoꝝ:draconumq; morsus. Canina itidem rabidi canis morsus pari utilitate fouentur. Lepras: pruriginesq; ad dito nitro exterit urina. Inueterata maiore efficacia capitis manantia ulcera: furfu res: scabies: papularũq; eruptiones abstergit. Compescit quæ pascendo serpunt ge nitaliũ uitia. Infundit purulentis auribus: infusaq; adstringit: uermesq; earũ pellit in malicorio decocta. Prodest impubis pueri urina non nisi recta ceruice spirãtibus in sorbitione data: Eadem cũ melle in æneo uase decocta oculorum cicatrices: albu gines: & nubeculas exterit. Conficit cyprio ære & urina accomodatum auro glutẽ. Sanant inuncti urinæ sedimento sacri ignes. Hęc ipsa cum ligustrino oleo inferue facta muliebrium locoꝝ dolores apposita mitigat. Strangulatu uuluæ procidentes leuat. Palpebras abstergit & oculoꝝ cicatrices emaculat. Auribus in dolore utili ter instillatur taurina cum myrrha coacta. Habet & aprina easdẽ uires. Priuatim ta men pota uessicæ calculos frangit & pellit. Prodest caprina cum spica nardi quoti die pota resoluentibus se in aquæ naturã solidis toto corpore partibus. Quod ma lum græci hydropen anasarcha dicunt. Sic ut simul aquæ cyathi duo bibantur uri nam per aluum duces. Medetur eadem aurium doloribus instillata: henũ cũ urinę impedimento aliquo doloribus quos nephritin dicunt mederi asini urinam tradi

tum est. Lyncis urina quam lyncurion dicunt creditur eiecta statim lapidescere: sed falso. Eamq; ob cām inanem & inutilem habet historiam. Est enim lyncurion qđ a quibusdam electrum dicitur cognométo pterygophoton: quod est plumas trahēs: id in aqua potum stomacho & fluenti aluo accomo datum est.

INTERPRES.

Habet urina in animalibus: quæ per renes: & quos urinæ meatus dicunt ex sanguine in uesicam non aliter q̃ per colum fluit: quod cōmune omnibus fit calorem .f. & acrimoniam. Priuatim oīum alioꝝ animalium exceptis eunuchis humana infirmior est. In nutriendo non paruas habet urina uires: ideoq; in fame pota urina seruati aliqui sunt. Sanat præter ea quæ a Diosco. dicta sunt pedum attritus: sed nondum inflāmatos ex calceis factos. Capraꝝ & Chameloꝝ urina aluum deiicit: ideoq; contra cutem subeuntes aquas utiliter bibitur. Ex homine oīum efficacissima impubis pueri est. Auguria ualitudinis ex ea a medicis præcipue accipiunt. Suntq; tam multi eius colores: tam diuersi habitus & odores ut nihil æque in medicina difficilius & utilius nouisse sit: nisi forte aliquis Romani Cæsaris exemplo ad rigādas stercorandasq; simul arbores ex ea uectigal in gente sua excogitauerit. Ea pruritus foueri utilissimum Dios. ait: κνησμοὺς græci id malū uocant: in senibus non adeo curabile. In reliquis ætatibus haud difficilis curationis si deprehensa mali causa fuerit: quæ plerunq; est corruptus: & (ut aptius loquamur) putris pituitosus aut biliosus humor. Contra quem urinæ acrimonia & calore inter cætera pugnādum est. Exigebat post oīa hic locus ut de lyncurio siue gēma: siue succinum id sit aliquid diceremus. Sed tanta est ueteꝝ historia eius uarietas ut nihil censere de eo audeamus. Sunt enim qui negent lyncurion esse. Sunt q esse quidem dicant: sed unde aut quid sit; affirmare nō audent. Plinius diuersis locis multa: sed q omnia de gemma intelligantur. Quæ possunt uolentes facillime ab eo audire.

Prurigies senum

DIOS. DE MELLE. Cap. lxxiii.

Meli, Romani mel dicūt. Primā habet mel atticū bonitatis æstimationem: et in hoc qđ ab hymeto eius regiōis monte hymetion appellāt. Probatur deinde ex cycladibus insulis: & ex Sicilia quod hibleū ab insulæ eius ciuitate hibla dicūt. Probatius in oī genere qđ dulcius: odoratius: acre: colore rutilo: non liquidū: sed ponderosum firmūq; est: & quod tractū digitos sequaci lentore sequit. Est melli uis & natura extergere: aperire: & humores in sūmū proritare. Ideo q; sordidis ulceribus & sinibus utiliter infundit. Decoctū idē & impositū solutas a cōtinuitate sua carnes & hiantes glutinat. Sanant impetigines decocto cum liquido alumine melle inunctæ. Sanant eodem & pedum claui: Contra incertos aurium sonores doloresq; cum trito fossili sale tepidum instillatur. Pediculos & lendes inunctu necat. Apellas sed non ex circūcisione in integrum restituit melle emollitis præputiis: p̄sertimq; a balneo triginta diebus. Purgat quæ claritati oculoꝝ officiunt. Medetur & faucium uitiis mel: tonsillis: & anginis: in quē usum gargarissatur: & eo colluuntur os. Idē urinā cit. Tussi & serpentiū morsibus ꝓdest. Prodest & his qui ex papauere opium biberint. Cōtra quod malū cū rosaceo calidum sumit. Quinetiā contra fungoꝝ maleficia & rabidi canis morsus bibendum: aut i eclegmate delingēdū datur. Crudum tñ omne mel inflat. Aluum & tussim ꝓritat: ob quā cām despumato uti oportet. Primā habet mel uernū bonitatis æstimationem: secūdam æstiuum. hyemale quia crassius ideo deterius: ceragini faciendæ aptius. Quod in Sardinia ab apibus mel fit ex absinthii pabulo amaꝝ asperam discoloremq; ceu a sole cutem uultusq; maculas oēs inunctu emendat. Fit & in Heraclea ponti ab apibus mel tpe aliquo quod ꝓpria quorundā floꝝ ptāte comedētes in furorem cum sudoris copioso defluxu agit. Qui ad sanitatem deinde restituuntur rutæ: thynnorumq; salsę carnis cibi & mulsi potu: quotiens ea sumpserint totiens uomitione reiiciētes. Habet hoc mel acrimoniam: sternutamenta olfactu ciens. Emendat cutis aspritudines a sole factas: in quem usum addito costo inungitur: cum sale autem liuores delet.

Vocatur & quoddam saccarum. Quod mellis genus est in India fœliciq; Arabia cō creti. Inuenitur id in harundinibus concretione sua sali simile: & quod dētibus sub iectum salis modo friat. Bonā facit aluum hoc mel. Dilutum aqua idem potumq; stomacho accomodatum est. Exulceratæ uessicæ & renibus prodest. Quin etiā cō/ tra ea quæ claritati oculoꝝ officiunt utiliter inungitur.

INTERPRES.

m Edicinam: Ganeam: secundas mensas: & oēm pistoris in dulciariis operam instruxit quō/ dam mel quod poeta aerium appellauit. Nondū n in nostrū orbem ex India fœliciq; Ara bia quo nūc oēs ubiq; abundant gentes saccarum trāsierat. Vixq; in græciā & Italiam pertu/ lerat fama quod paulominus q̄ tota Europa nostra ætate serit & cōficit. Eāq; ob cām facto ab api bus melli: qm̄ in eo crederet nondum cognito alio melle suauitatis extremam clausisse lineam na tura primū honorē antiquitas detulit; neq; imerito siue in conficiendo operis admirabilem rōnē: siue in usu tam multas uoluptates & necessitates eius aliquis contemplet: quæ a tam multis hacte/ nus tractatæ: dicatisq; priuatim huic studio cōmentariis ad annonam & quæstum trāslatæ repeti a nobis presertim aliud agentibus non debent. Satis itaq; legentes illud monuisse fuerit in tāta sua uitate esse ēt quod amarescat: quod noceat: quod ueneni maleficium habeat: & si cætera desint qd Pindarus ait κόρον ἔχειν καὶ μέλι facietateq; sua uescentibus fastidium facere: maximo & certissi/ mo argumento nullum in fortunæ naturæq; bonis tam fœlicem homini fructum esse cui nō cōiū cta aliqua noxa etiam fuerit. Nec tam præsentē certamq; uoluptatē quæ assiduitate sua fastidium non afferat. Primū attico hymetio melli honorē Dios. detulit Quod & alii oēs fecerūt: facto peri culo præ cæteris hoc unū ꝓbātes: in quo tenuitate soli & aeris bonitate nō aliter ꝙ in ingeniis mul/ ta fœlicitate athenæ usæ sunt. Secūdū ab hoc ordinē ex cycladibus: quæ in Aegeo mari insulæ sūt & ex Sicilia e regione: nec ꝓcul ab Italia in tyrrheno mari iacēte īsula melli tribuit. Quo magis no uisse oēs debuerant: qd passim in Dios. legit̄ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς σικελίας σίμβλιον καλούμενον i. & ex Si cilia qd̄ simbliū uocant nō simbliū quod nullū (ut mox docebimus) intellectū habet: sed Hyble um ab eius insulæ ciuitate Hybla in antiqs poetis: scriptoribusq; aliis notissima legi oportere. Ad quā optimū fieri ab apibus mel infiniti pene testant̄: oīumq; maxime Martialis: qui in Xeniis suis: » cū atticū mel in primis laudasset sub titulo siculi faui hæc cecinit. Cum dederis siculos mediæ de » collibus hyblæ Cecropios dicas tu licet esse fauos. Quasi ex hoc scriptore didicisset antistare qui dem bonitate atticū mel: sed in secūdo ordine siculum hybleū esse. Quibus ut poetæ solent: ille deinde adiecit: tam leui & exiguo discrimine distare inter se hæc mella ut alterum pro altero im/ pune apponi possit. Quodq; Martialis testatus eo loco est testati & alii pene infiniti sunt Quos iō citare desinimus: qm̄ rationem non fidem & auctoritatem aliorum ad hanc rē uolumus præsidio nobis esse. Intelligendum itaq; primum est in probandis ad medicinam rebus non unam alteram ue: sed plures & diuersas rōnes esse. Estq; oībus facile in hoc ipso scriptore: Plinio: Celso: aliisq; fe re oībus obseruasse bonitatis notas ex odore: sapore: colore: pondere: leuitate: tempore: partibus: regionibusq; & aliis huiuscemodi multis deprehendi Nec ullum fere in Dios. caput est; in quo ex tam multis probandi rem rō aliqua non inueniat̄. Et in melle hoc præcipue in quo priusq̄ de ama ro uenenatoq; melle & saccaro ageret post absolutam oēm cōis mellis medicinā ꝓbationem eius ab anni tempestatibus prosecutus est: uerno primū: æstiuo secūdū honorē tribuēs. Hyemalem uero in extremo ordine damnans. Et a principio statim eiusdē bonitate per natiōes tractata: qd̄ Plinius etiam lib. xi. capite. xiii. fecit: primam attico hymetio: secūdam uero ex cycladibus insulis simulq; siculo hybleo laudem assignauit. Plinii uerba sunt. Ibi optimū semp ubi optimoꝝ doliolis florū condit̄. Atticæ regionis hoc & Siciliæ hymeto & hybla &c. Qua descriptione nihil ad rem nostrā certius & instaurandæ corruptæ in hoc scriptore uoci aptius. Duo. n. duobus respondēt. Attica Si ciliæ: & hymetus Hyblæ. Vtq; in attico laudat̄ hymetium: sic in Siculo ꝓfert̄ hybleū. Nec uerisi/ mile est: cū per nationes mellis censum Dios faceret ab aliis rebus notas miscuisse. Dicimus id ne qs forte opinet̄ ab aluearibus quæ græci σίμβλους dicunt simbliū mel noīari potuisse. Nā præter q̄ ꝙ nullā priuatim cām ea uox ostendit: oē enim mel in aluearibus collectum inuenit̄ sequax ser monis ordo ēt posse id intelligi nō patit̄. Ait eoim hic & ex Sicilia quod simblium nominatur nō aliter q̄ in Attico pauloāte dixerat Atticū & in hoc quod hymetiū dicit̄. Præterea si ab aluearibus bonitatis nom accipienda erat: oportebat ex qua aluearīū parte id accipiēdū esset ostēdere. Nimis enim cōe est: si ex aluearibus tm̄ mel dicatur: qn̄ nullum nisi in aluearibus inuenit̄. Accedit oībus his ꝙ uetustissimus latinus Dios. quem in manibus quotidie habemus lōgobardis litteris scriptus egregiæ uetustatis monumentum Hybleum non simbliū apte ostendit legi oportere. Dicta aūt lō gius hæc a nobis fuerunt non tam ut rē nostrā tueremur q̄ ut meminerint oēs: nō sic fidē codicum qui legunt̄ q̄ rōnē expendi aliqn̄ oportere: nec in unius aut alterius librarii incuria & imperitia in grauioris rei intellectu piclitari. Quod paulo post factū ēt est: ubi hic ait sonoribus & doloribus auriū mederi mel. Deest. n. i his q passim legunt̄ καὶ ἥλους ἰᾶται: quod est mederi ēt clauis qui

Fastidium mellis

in pedibus nascunt. Præterea quod in cunctis legit eodem loco σὺν ἁλσὶν ὀρυκτοῖς quod cū fossili sale significat in aliquibus nec ultimæ fidei est φρυκτοῖς .i. cū cremato sale: diuersitatē eā una tantū faciente lrā: nihil tn̄ contra cōem tot alioꝝ lectionē mutatum est; & si nō careat rōne cremato sale uti in eo malo oportere Diximus ab hoc loco statim restitui in integrum & emendari melle apellas: sed non ex circūcisione. Vna uoce quos hic λειποδέρμους appellauit significātes. De quibus in diffinitionibus suis Galenus ait: apellas esse qbus genitalis glandem operiens cutis desit: quo uitio nec reducta deductaq; cute operiri nudariq; glans ea possit. Quod per se aliqñ fit: aliquādo ut in iudeoꝝ gente humana iniuria. Quibus mos fuit & adhuc est infantes suos non multo post natalem diē religionis ritu circūcidere. Eamq; ob cām hic addidit p̄terq̄ ex circūcisione: qm̄ ablato semel præputio nō pōt naturæ aut artis ope restitui: quod semel totū perijt. Cæteros qbus contractione cutis in ea parte malū id fit sanari posse hic melle ait. Et ut in græcis siue per se: siue hoīum iniuria id malū fiat λειποδέρμοι dicunt: q̄ pelle in ea parte careant. Sic nos ēt ab eiusdē pellis priuatione satyrici poetæ exemplo apellas id malū patientes appellauimus. Et qm̄ circuncisionis facta mentio est nō pigebit obiter: & si nota res sit ex Galeno in diffinitiōibus suis docere περιτομὴν εἶναι ἀφαίρεσιν τοῦ σκέποντος τὴν βάλανον δέρματος .i. esse circūcisionē operientis glādem pelliculæ quā latini p̄putiū dicūt ablationē. Quod in cōi oium lectione deinde erat Fauciū uitiis tonsillisq; & anginis mederi mel διαχριόμενον καὶ ἀναγαργαριζόμενον. quod est si iungat & gargarisetur mutatum a nobis est; & ad aliud curationis genus translatū: propterea q̄ in probatioris fidei græcū codicibus non διαχριόμενον sed διακλυζόμενον legebat: quoꝝ ultimum hoc a uerbo colluere participiū est. Et in hoc usu aptiorē cōtra ea mala curationē habet. Prius aūt illud a uerbo ungere factū foris faciendā curationē indicat. Est aūt colluere os retentū ore humorē aliquē identidē circumagere: ut ea rōne medicinā contactu faciat. Scimus quidē contra anginas foris & in collo inūgi multa: sed accedente rōni ueteꝝ codicū fide illud magis probauimus. Non satis post hoc fuit qd Barbarus ait aduersus papaueris potū utiliter sumi mel cū rosaceo Non. n. nocet in cibo papauer: quod noxam in eo habet liquor eius est: quem opon ueteres græci latini opium dixerunt. Indicat id res ipsa; sed multo certius hic ipse scriptor: qui lib. vi. inter uenena de epoto μήκωνος ὀποῦ .i. papaueris liquore agēs inter remedia iubet bibi cū sale acetum mulsum: aut cū calido rosaceo mel. In cuius artificio & opere est quam nos in eius per tempestates anni probatione ceraginem: Barbarus uero erithacem dixit. Ille a rore uerno & arboꝝ succo ex quo fit. Nos a ceræ substantia quæ in ea est græcos imitati nomen illi fecimus. In aluearibus seruatur cærago hæc apiū dum operantur cibus qui sæpe inuenit in fauoꝝ inanitatibus sepositus: amari saporis: sed plenus humoris cibus. Hancq; siue eritharem: siue cæraginem malis appellari hyemale mel facere hic ait. i. non rotā mellis hr̄e rōnem: & ideo medicinæ inutile; sed qm̄ ex arboꝝ non floꝝ succo facta sit media inter mel & cæram natura esse. Docuerunt id qui de mellis confectione & apium artificiosa sollertia lōgius scripserunt. Habet ut paulo ante diximus: & mel tātæ suauitatis succus amaritudinem suam quæ ex apium pabulo quasi cōtagio quodam p̄terquā medicinæ inutile id faciat. In Sardinia labes ea ex absinthii pabulo cōtrahit. Cuius tam manifesta amaritudo est: ut nesciamus qd sibi uolēs Barbarus asperū gustu hoc mel dixerit esse: cum πικρὸν quod amarum est Dios. appellauerit: & sensus solam amaritudinem ostendat: nisi forte credidit: quia cōtactu gustus fit utriusq; sensus tactus .s. saporisq; eadē & eodē mō obiecta esse; posseq; asperū amaꝝ dici: qm̄ cōtactu utraq; qualitas sentiatur. Habet malefici & ueneni noxā mel ēt: id in heraclea ponti nascit: de quo inter uenena certius & ex professo aget. Sed cuncta hæc mala rependit egregia suauitate saccaꝝ antiquis paꝝ laudatum: qm̄ non bene cognitum & in nullo fere usu tunc erat. Posteriora sæcula plebi p̄ciosissimū naturæ munus cōe ēt fecerunt. De eo: tam nota nunc res est: satius tacuisse fuerat: nisi iampridē de sale indico dubitari inter nostræ ætatis medicos passim & quotidie audiret: qui non facile persuadent not issimam modo ubiq; rem tā noua & ut illi opinant absurda appellatione indicari. Sed tā manifestum id & pro cōperto in græcis est: ut non magis gustu: q̄ coꝝ descriptione deprehendat: qm̄ antiquiores salem indicum uocauerunt non aliū ab eo esse quod Barbari sacchar seu saccaron dicebant. Omittimus quæ hic ait concretione sua sali simile saccaron esse; candorē friabilemq; in eo siccitatē illam: & cū diluit humore aliquo liquefactionem: quæ in sale ser fu: patent una hac similitudine ostendens. Archigenes antiqssimus iter medicinæ professores indicū salem saccharon & harundineū mel uocauit. Paulus Aegineta itidem lib. ii. capite de linguæ asperitate inter cætera remedio sachari huius uti iubet. Verba eius hæc sūt καὶ ἅλς ὁ ἰνδικὸς χροιᾷ μὲν καὶ συστάσει ὅμοιος τῷ κοινῷ ἁλὶ γλυκὺς δὲ μελιτώδης. Quoꝝ hic sensus est. Et sal indicus colore quidem cōcretione q; uulgari & cōi sali similis: gustu aūt & sapore melleus. Nec in ueteribus græcis aliter q̄ indicus sal saccarum appellat. Tamq; id græcaꝝ litteraꝝ peritis in coꝝ lectione patere potest: ut nihil æq gratum nobis fuerit q̄ multoꝝ ad hanc rem testimonio posse uti.

λειποδέρμοι
Appellæ

Colluere

Cerago

Amaꝝ mel

Mel uenenatum

Sal Idicus Sachaton

DIOS. De ceræ Cap. lxiiii.

Ceron. Romani cæram dicunt. Probatissima cæra quæ mediocriter ruffa: & leniter pinguis est: odorata: cum mellis halitu aliquo: & pura. Nationibus probatur pon-

rica & cretica. Quæ natura exalbida pinguisq; fuerit cæra secundæ bonitatis ꝓbationem habet. Dealbatur porro cæra hoc modo. Eligitur in eo genere quæ candidior & purior fuerit: detasaq; in ramenta in nouū cōiicit̄ fictile: mox superinfusa maris aqua quæ satis sit modico insperso nitro coqtur. Cumq; bis aut ter inferbuerit amoto ab igne fictili & dum tefrigeret̄ dimisso cæræ pastillum ex fictili eximito: detasisq; siquæ inerunt sordes noua ex mari adfusa aqua iteꝝ coquito. Cumq; iterū ut pmonstratum est cæra inferbuerit fictilē ab igne amoueto: sumptoq; noui alicuius fictilis fundo frigida aqua madētem sensim in cætā demittito paululum demergens: & quatenus sūmam cætam contingat ut tenuissima sequatur cæra: & celerius per se gelet̄. Sublato mox fundo illo primū auferto orbiculū: & iteꝝ aqua madentē fundum in cæram demittito: eademq; oīa facito donec omnem detraxeris cæram. Funiculo deinde traiectos orbiculos illos: ne alter alterū tangat: per interualla suspendito: interdiu quidē in sole aqua eos irrorans: nocte aūt in luna donec cæta albescat. Quod si uelit aliquis candidiorem adhuc cæram facere omnia pariter agat: sed sæpius decoquat. Quidam pro salsa ex mari aqua in acerrima muria eodē quo præmonstratum est modo bis ter ue coquunt. Mox tenui rotundaq; laguncula an sam habente cæram ex fictili auferunt. Orbiculosq; in densa herba disponentes donec albescat insolant. Vere agenda hæc esse præcipiunt: quo tpe sol nō dum asperrime calet: faciteq; roribus ne liquescat cæra. Hēt oīs cæra calefaciēdi uim: mollit mediocriterq; explet: & cōtra intestinoꝝ tormina in sorbitiones addit̄: sumpti etiā milii magnitudine decē cæræ grumi in caseū coagulari nutricū lac ꝓhibent.

INTERPRES.

QVod habet in medicina utilissimū cæra excipiendis: retinendisq; aliis medicamētis materia est: qua oium generū cærata quotidie fiunt. Maturandi abstergēdiq; uires aliquas nihilominus habere illam aliqui ex ueteribus tradiderūt: hic calefacere tm̄: mollire: explereq; eam dixit: & oia mediocriter: q̄m parum efficax uis eius ad oia sit: pterq̄ (modo id cæra possit) ad ꝓhibendam in nutricibus lactis in caseū densationem. Quod uitiū ex Dios. uerbis descriptum a nobis est. Barbarus id colostrari dixit. Quæ uox an illi cōueniat: & an in græcis sit τυρoῦσθαι: qd latinis colostrari: ex his quæ obseruata a nobis in græcis & latinis fuerunt: conabimur legētibus ostēdere: non alio sane cōsilio q̄ ut raræ nec satis notæ uocis tota significatio innotescat. Multa sunt lactis: & a puerperio statim: deincepsq; in nutricibus uitia. Crassius. n. aliqñ fit lac. Acre nōnunq̄ & tenue: abundat sæpe inutiliter: aut econtrario deficit. Et quod nūc quærimus intra mām̄as densat̄ in caseum. Id græci manifesta indicatione a caseo: quē τυρὸν uocant τυρoῦσθαι dicūt. Sic Paulus Aegineta primo & tertio uolumie τυρούμενον γάλα appellat. Et a partu statim sæpenumero fieri id malum in puerperis ostendit. Verba eius tertio uolumine hæc sunt: μετὰ τοὺς τοκετοὺς τυρούμενον πολλάκις τὸ γάλα κατὰ τοὺς μαστοὺς: quod est. Post partū sæpenumero densatum in caseū lac inflāmationes facit &c. Idē ēt primo libro quo capite agit: qua rōne emendanda sint in nutricibus uitia lactis τυρούμενον γάλα. i. in caseū densatum lac dicit: nec magis a partu statim q̄ postea fieri id malum docet: ueꝝ simplr densari in caseum nutricū lac. Cūq; altero loco de nutricibus: altero de puerperis manifeste egerit: quaꝝ diuersa ratio est: siquidē puerperæ aliquot diebus a partu: nutrices q̄diu infantes suos lactant appellant̄: uidetur utriusq; tpis & habitus malum esse: quod græci τυρούμενον γάλα. i. quod in caseū densat̄ lac appellāt. Præterea nō semp sed sæpe in puerperis: & in nutricibus aliquando fieri idem ostendit: quod in colostro cōtra fit. Quod uitiū non in homine tm̄: sed in omni fere quadrupede naturæ & pecuariæ rei auctores: & ā partu statim semperq; fieri tradiderunt. Columella lib. viii. capite tertio colostrum his uerbis descripsit. Sed priusq̄ hoc fiat exiguū emulgendum lac est: quod pastores colostrā uocāt. Ea nisi aliquatenus emittit̄ nocet agno. &c. Palladius eiusdē disciplinæ auctor libro. xiii. in Nouembri mense sic rem docuit. Hoc mense agnoꝝ prima generatio est. Sed agnus statim natus uberibus maternis admouendus est: manu prius tm̄ exiguū lactis in quo spissior est natura emulgendū: quod pastores colostrā uocant: nāq; hæc nisi auferat̄ agnis nocebit. Indicare idem & Varro rusticæ suæ rei ultimo secūdi uoluminis capite de lactis bonitate & usu agens uidet̄. Ait enim optimū esse lac quod non lōge abest a mulso: neq; a partu continuo est sumptum. Et ne longiores simus Plinius post oēs latinæ rei grauis auctor undecimo uolumine capite quadragesimo primo de colostris sic egit. Ex primo semp a partu colo-

stra fiunt ni admisceatur aqua: in pumicis modum coeunte duritia. Multoq; post uolumine. xxyiii. capite nono iterum de eisdem colostris agens ait. Hi sunt n. infantes qui colostrati appellant densato lacte in casei speciem. Est autem colostra prima a partu spongiosa densitas lactis. Idem eodem capite colostrū non pro spongiosa a partu densitate lactis: siue pumicis duritia: sed p lacte quod hic & alii ἐμπιασθέν dicunt in censu umenorum: de quo interea dicetur: accepisse uidetur: uerba eius sunt. priuatim medetur bubulū lac his qui colostrū biberint. Martialis postremo peregrinus quidem Romæ: sed obsoniorum: ganeæ cœnarumq; peritissimus poeta in xeniis suis in ciborum usu fuisse colostram hanc ostendit. Siquidem de ea sic cecinit. Surripuit pastor quæ nondum stātibus hædis. De primo matrum lacte colostra damus. Quasi quod nuper genitis agnis & hædis nociturū lac erat a pastoribus in humanos cibos exprimeretur. Ex his quæ tam multa sunt & paulo minus q̄ in cunctis eadem ratiocinari licet oium quadrupedū & hoīum a puerperio statim & semper lactis uitiū colostrationē esse: quo ut Palladius ait: spissior lactis natura fiat: ut Plinius aūt pumicis mō in spōgiosam densitatē durescat. Nec casei excepto Plinio quisq̄ in describenda colostra hac aliquis eorum meminit. Nec Plinius in caseū sed in casei spēm densari colostram dixit. Quo fit ut non credamus significare Plinio colostram simpliciter quod græcis τυρούμενον γάλα: tam uagus in eius uocis significatione est. Fit a partu oibus puerpis statim: & semp colostra: at quod græci τυρούμενον γάλα dicunt: fit in puerperis: fit in nutricibus: fit statim a partu: fit postea: fit nunq̄: fit aliqn̄: fit ī aliquibus: non fit in oibus. Sola spissati lactis densatio nō caseus colostra esse nobis uidetur. Hæc nocet lactentibus. Illud aūt lac in mām̄is habētibus Hæc mulgetur. Illud aūt aliis remediis curatur. Quod si densati se in caseū intra fœminarum mām̄as lacti eadē colostra esset: satis fuerat præcepisse statim a partu emulgendas aut exsugendas esse puerperarum mām̄as nutricū uero cū opus esset. Colostræ pterea in cibis quondam auctore Martiale usus fuit: densati uero itra fœminarum mām̄as lactis nullus pōt usus eē His nos rōnibus & ueterum auctoritatibus persuasi nihil aliud colostrā siue colostrū dicas (utroq; n genere ueteres id nomen declinant) annqs fuisse credimus q̄ primi a partu lactis spissiorem & uitiosam sua crassitudine natam rā: quæ qm̄ lactentibus inutilis & noxia esset: ideo dānata fuerit: & emulgeri antea iuberetur. Eamq; ob cām certiores in huiuscemodi græcorum decretis uoces amantes densari in caseū hominis lac potius q̄ colostrari diximus: qm̄ in illo notissima legentibus statim omnia essent. In hoc si ēt colostrū lactis id uitiū significet: in descripta a pluribus multifariam re præsens dubitatio & paucioribus raræ uocis & medicis insolitæ intellectus.

DIOS. DE Propoli. Cap. lxxy.

PRopolin. Romani pariter græcis propolim dicūt. Eligenda propolis quę flauo colore: odorata: styraci similis: in aridissimo mollis: nec secus q̄ mastiche in longum cum trahitur ductilis est. Est propoli uis & natura in calefaciendo & extrahendo maxima. Surculos corpori infixos extrahit. Suffitu antiquis tussibus opitulatur: & imposita impetigines emendat. Inuenitur propolis circa aluearium aditus & ora ceræ natura & aspectu suo similis.

INTERPRES.

QVæ in aluearibus apium uideri etiam num possunt fundamenta operis ut diuersos habēt in apibus usus: nec eandem ex qua cōfecta sunt materiā: sic diuersis appellatiōibus a græcis pariter & latinis discreta sunt. Inter ea post metyn & pissoceron tertia ppolis est inter eorū & ceras media crassioris materiæ: ueluti gūmi additis aliqn̄ etiam floribus: nondum tamen cæra sed fauorum stabilimentum: qua oēs frigoris aut iniuriæ aditus apes obstruunt: magni ad medicamenta usus. Quorum genera hic breuiter complexus nihil quod de propoli ab aliis dictum fuit nō duobus uerbis & malorum totidem generibus prosecutus est. Eam Plinius ab apibus præcipue fieri dixit ex gutta quam populi arbores in foliis ferunt.

DIOS. DE Tritico. Cap. lxxyi.

PYrus. Romani triticum dicunt. Probatissimum in secunda ualitudine sanis corporibus in usu triticum est recens: quodq; integro incremento creuerit: & luteo colore ē. Laudatur post hoc trimestre: Sitaniū ab aliquibus appellatū. Gignit rotundos alui lumbricos crudū in cibo triticū. Cōmanducatum protinusq; illitū triticum rabidi canis morsibus opitulatur. Qui fit ex tritici similagine panis nutriendo magis eo ē a quo nihil cribro excussum fuerit: quem græci syncomiston dicunt. Qui ex trimestris tritici farina fiet leuior erit: & facillime digere-

tur. Eiusdem trimestris tritici farina cum apollinaris herbæ succo contra intestinorum inflationes: & in neruos destillationes utiliter illinit: & ex aceto mulso lentigines delet. Elixi in acerrimo aceto tritici furfures: calentesq; illiti lepras pellunt. Incipientes inflãmationes omnes itidem illiti leniunt. In turæ decocto elixi etiã tumentes a partu mãmas sedant. Viperarũ morsibus & torminibus subueniunt. Cõfectũ ex triticea farina fermentũ calefaciendi extrahendiq; ui quã habet plãtarũ uitia callos. s. in pedibus extenuat. Tuberculaq; alia & furunculos cũ sale maturat & aperit. Trimestris uero tritici farina ex aceto uinoue contra iniurias eorũ quæ ictu morsu ue uenenum relinquunt utiliter illinit. Quinetiam hæc ipsa glutinis modo elixa linctu sanguinem exspuentibus prodest. Facit eadem ad tussim fauciumq; asperitates cum menta & butyro elixa. Discutit inflãmatiões omnes in mulsa aqua: aut i aqua cui oleum admixtũ est: quã hydrelæũ dicunt decoctus tritici pollẽ. Panis ipse etiã in aqua mulsa coctus: nec minus ẽt crudus maxima molliendi refrigerãdiq; ui quã habet omnes inflãmationes illitus lenit: presertimq; admixtis succis herbis ue aliquibus ad id facientibus. Fluẽtem sistit aluum uetustus siccusq; per se & admixtis aliis panis. Sanat uetustas impetigines recens panis ex muria impositus. Quod fit glutinandis librorũ carthis aptum ex similagine & polline gluten sanguinem excreantibus prodest coclearis mensura liquidum repensq; in sorbitione datum.

INTERPRES.

SIquis uocatũ ad cœnam hospitem aut amicũ totius diei opere aut itinere fatigatum: nec quicq̃ tunc nisi epulas & uina cogitantẽ domi sic excipiat: ut nõ prius discũbere uelit q̃ manu apprehensum tota domo circũegerit: oẽmq; cœnæ apparatum importuna iactatione illi ostenderit: narraueritq; unde panẽ pistor: coquus obsonia: ancillæ dulciaria: uillicus poma: & serui ad cœnã cætera parauerint. Et cum discubuerint: non prius ex cratere aliquid etiam haurire patiatur q̃ poculorũ oĩm audierit historiã: quibus splendeant gẽmis: quid sculptũ & quo artifice in eis sit. Nihil profecto aliud egerit: q̃ ut comicus de adulatore ait: hoiem subinde insusurrare sibi cogat in crastinũ historias. Et cõtra importunũ conuiuatorem cõcæptis uotis: siquãdo ab his se Apollo seruauerit ad eas tñ cœnas uenturũ esse: ex quibus (ut Lucretius cecinit) detur in corpus aliquid pter simulachra fruẽdum. Id ne nobis eueniat cogitauimus: quæ longiore historia nascẽtis toto orbe tritici noia magis q̃ genera ab aliis numerant relinquere nihil medicinæ & scriptoris huius cõsilio conferentia: qui medicã materiam tñ describens describendã aliis rem rusticam reliquit. Ne quod sapientes phibent de genere in genus inutiliter transiret. Quodq; in tritico factũ fuerit in panificio etiã & panibus facere. Quorũ tam multiplex in gentibus ratio fuit semp & adhuc est: tãq; uariari quotidie possunt: ut si oium noia complecti aliquis conetur, pmptius expediet quæ in Satyra sua turpiter a poeta numerant. Quot n. formis figurant: quot modis coquunt: & quot additis liquoribus: seminibus: & saporibus quæ omnia innumera sũt panes uariant: ut etiã eorũ diuersa nomina audire cogimur. Cũ tñ facile de oĩbus dici possit: quod ueteres de antiquorũ deorũ numero dixerunt: distingui deos nominibus unã tñ potentiam esse. Sic etiã Panificii multiplicẽ ubiq; rõnẽ: unam tñ frugem ex qua fiant & easdẽ uires esse: præterq̃ ubi humana opera & arte subtractũ additũ: mutatũq; de natura frugis eius aliquid fuerit. Cuius duplex tñ hic genus medicinæ necessariũ cognouit. Alterũ quod septimo: aut q̃ tardissime octauo a semente mense absoluta maturitate legitimũ in cibo usum habet: quod hic τελείως ἀκμαστικόν. i. integra maturitate: & absoluto incremẽto perfectũ appellauit: ut a nondũ penitus maturo tritico separaret: cuius erat & in cibo & in medicina usus aliqs. Alterũ quod Martio mense satum tertio plerũq; absolueret mense. Cuius usus agricolis ẽt gratissimus est. Nam ubi ppter aquas aliamue cãm matura satio est omissa præsidium ab hoc petit. Nec ultra duo hæc aliud tritici genus in medicina Dios quæsiuit: qm̃ satis ea essent: nisi siquẽ multiplex uarietas frugũ aut inanis delectaret gloria: quã saluti humanæ cõsulẽtes negligere decet: & ex propinquo paratis remediis illi adesse. Habẽt tritici duo hæc genera diuersas in medicina uires & usus. Quo aũt maxime inter se differũt robur & infirmitas ẽ. Maturæ n. & legitimæ sationis prius triticum illud robustius: secundum & trimestre illud infirmius: naturamq; eorum sequunt q̃ ex illis fiunt: farina: pollen: simila: surfures: & panes. Esse aũt trimestre hoc infirmius septimestri illo indicat: q̃ in aridiore terreni genere fœlicius prouenit: minore indiget nutrimento: & breuiore tempore ad maturitatẽ perducitur. Quæ omnia in septimestri contra eueniũt. Differũt qua diximus rõne inter se duo hæc tritici genera. Differũt & qui ex eis panes etiã fiunt diuersis ob

diuersas eiusdem tritici substãtias & partes: ex quibus facti sunt nominibus appellati. Sciendumq; illud quod in scriptore hoc nouisse satis sit ex cõtusa fracta ue: aut molis trita fruge qq; fere sub stantias discretis nominibus a græcis appellari. Pollinem qui tenuissimus puluis magis q̃ farina sit qualis circa molas plerunq; & loca: in quibus panis pinsitur parietibus hærens inuenitur: ex quo in firmissimus oĩum alioꝝ panis fit. Similaginem quam similam Plinius & alii promiscue appellãt. Quãq; Martialis in xeniis suis hoc carmie laudauit. Nec dotes poteris Similæ numerare nec usus: Pistori totiens cum sit & apta coquo. Laudata hæc in panificio & reliquo pani in uitæ delitiis ab oĩbus anteposita: Omittimus quæ Plinius de ea li. xviii longissime docuit. Quæ Celsus & alii de eadem etiam tradiderunt. Nobis n. satis est quõ ea ab antiquis fieret: qua licet rõne ostendere. Suspẽsa mola frangitur potius q̃ terit triticũ. Cribro deinde tenuissimus ille pollen & crassiores excernuntur furfures. Quæ uero relinquitur media substantia candida non in farinam trita sed crassior & quasi grumosa: cui nihil ex tritico ĩutile admixtũ sit ea a græcis σεμίδαλις a nostris similago uel similia dicta est: ex qua ut diximus candidissimus & regius panis fieret. Eam aliquot locis græcia adhuc cõficit. Suntq; illhic ex antiquiore illa panificii disciplina: qui hoc panis genus fœliciter conficiant. Sed qm̃ rationibus patrisfamilias non conducit: ideo uti eo omnes desiimus: Farinamq; contra q̃ similago inutile & furfuri, aliquid admixtum semper habet. Ea omnibus notissima: & ĩ quotidiano usu est. Post farinam furfures sunt: quoꝝ duplex discrimen & genus. Alterũ qd̃ crassioribus ramentis: & alteꝝ quod tenuiore & quasi pulueris tritura constat. Ex his panes quondam fiebant: quemadmodũ & nunc etiam ubiq; fiunt. Ex farina cribro excussa triticeus: cui in nutriendo primas partes ueteres assignarunt. Hunc Paulus Aegineta in primo σιλιγνίτην. i. siligineum uocat: q; ex siligine: quæ omniũ tritici generum firmissima est: conficeret. Post hunc ex similagine: quem σεμιδαλίτην idem appellat. Et tertiũ qui ab oĩbus συγκόμιστος. a Galeno aũt & Celso αὐτόπυρος uocat. Est aũt is ex quo nihil cribro excussum sit: & ex oĩbus tritici partibus nulla detractione constet. Indicantq; id appellationes illæ: siquidem αὐτόπυρος: in quo triticum ipsum totũq; est significat συγκόμιστος aũt in quem simul oia ex tritico collata sint. Vltra hos alioꝝ panũ nõ meminit Dios. Idẽ tñ Paulus hic addidit: quem sordidũ ipse uocat: & amylum id est ex amyla farina factum. Quoꝝ priorẽ illum ait minus nutrire & celerrime per aluum deiici. Secũdũ minimi nutrimenti esse: non aliter q̃ qui lotus in cibo panis datur. Verba eius hæc sũt. προφερόμενος δὲ τῶν ἄρτων ὁ σιλιγνίτης ἐφεξῆς δὲ ὁ σεμιδαλίτης καὶ τρίτος ὁ συγκόμιστος ὁ δὲ ῥυπαρὸς ἄρτος ἧττον μὲν τρέφει μᾶλλον δὲ κατὰ γαστέρα ὑπέρχεται ὁ δὲ ἄμυλος ὀλιγότροφος ἐστὶ ὥσπερ καὶ ὁ πεπλυμένος ἄρτος. Quæ omnia Celsus iisdem pene uerbis reddidit. Firmius est triticum q̃ milium: idipsum q̃ hordeũ: & ex tritico firmissima Siligo: Deinde simila: deinde cui nihil ademptũ ẽ quod autopyron græci uocãt. Infirmior ẽ ex polline. Infirmissimus cibarius panis: Quem nos credimus eũ esse: quem Paulus Aegineta ῥυπαρὸν. i. sordidum: & græci πιτυρίαν. i. furfuraccum appellant. Omniũ notissima historia in Dios. est. præter q̃ Siliginei: aut qui illi idẽ est triticei. Cuius hic quatenus in cunctis legitur: non meminit. Suspicamurq; nos deesse eã in hoc scriptore partem: aut quod hic ait: laudatissimum esse triticũ recens: integro incremento absolutũ: & colore lutem ad nutriendi potestatẽ referẽdũ esse. Nec miret aliquis tam multas uitioꝝ in scriptore hoc suspitiones hac nostras. Nullibi enim non occurrit aliquid: in quo nõ labes aliqua se ostendat: nec nos nisi maiores signamus. Qualis non multo post in cunctis præter q̃ in oĩum probatissimo mihi codice deprehensa est: q̃ librarioꝝ incuria irrepsit. Qui cũ scripsissent τὸ δὲ πίτυρον σὺν ὄξει δριμεῖ ἑψηθέν relictis in medio mulris. Ab eodem participio exscribentes quod sequebat. μετὰ πηγάνου ἀφεψήματος ἑψηθέν non cõtemnendam capitis huius partem desyderare nos diu coegerunt. Quanta aũt ea sit: poterunt uolentes nostrã cũ alioꝝ editionibus cõferentes facile nouisse. Quas deinde nos a partu tumẽtes mãmas diximus σπαργῶντας græci appellãt: multoq; impetu lactis turgẽtes & luxuriãtes intelligere oportet.

Pollen

Similago
Simila

Farina
Furfures

Siligineus
panis

σεμιδαλίτης
συγκόμιστος
αὐτόπυρος

Sordidus
panis
ἄμυλος

πιτυρίας panis

DIOS. DE Hordeo. Cap. lxxvii.

c

Rithen. Romani hordeum dicunt. Probatissimum hordeum quod cãdidum mundissimumq;. Minus nutriendo est hordeum q̃ triticum. Quę tamen ex farina eius ptisana facta est ob expressum in coctura succũ magis nutriendo q̃ ex eodem hordeo polenta est. Facit hordeacea ptisana ad acrimonias omnes: faucium asperitates: & exulcerationes quibus & triticea accomodata ẽ: maiore in nutriendo: & ad ciendam urinam potestate. Proritat & lac hordeacea ptisana cum fœniculi semine cocta & in sorbitione data. Vrinam eadem euocat: abstergit. Inflat tamen & stomacho nocet. Tumores præter hæc etiam maturat. Discutit hordeacea farina cum fico & mulsa aqua elixa tumores collectionesq; omnes. Cũ pice resina & columbino fimo durities mollit. Cum campana sertula & papauerum

uetum uasculis in lateris dolore indolentiam facit. Illinitur & contra intestinorum inflationes cum lini fœnograeciq; semine & ruta. Eadem cum liquida pice ceraq; & impubis pueri urina addito oleo strumas maturat. Cũ mirti baccis uinoq; aut siluestribus piris: aut rubo: aut malicorio alui fluores compescit. Cum cotoneis malis & aceto podagræ inflãmationes lenit. Cum acerrimo aceto decocta eodem quo ex cruda hordeacea eadem farina & hydrelæo cõfecta malagmata modo: calensq; imposita lepris medetur: Expressus cum aqua hordeaceæ farinę succus mox cũ pice & oleo coctus suppurationes adiuuat. Ex aceto autem pariter expressus decoctusq; cũ pice destillationibus in articulos prodest. Quæ ex hordeacea farina polenta facta est aluum sistit & inflammationes lenit:

INTERPRES.

q Vale hic in medicinæ usu hordeum laudauit: tale & in iumentorum cibo Homerus cãdidum hordeum ubiq; appellans: non q̃a proprius ubiq; & cõis omnibus hordei generibus candor sit: sed q̃m quod eo colore est omnium aliorũ maxime nutrit. Notum omnibus inter fruges hordeum. Nota ẽt quæ de semente: culmo: spica: grano: omniq; eius fortuna & euentu a Theophrasto: Plinio: cunctisq; rei rusticæ scriptoribus longiore historia docent. At non eodem modo nota quænam & quales in antiquissimis græcis latinisq; scriptoribus sint polẽta: ptisana: & quã græcorũ medici ὠμήλυσιν passim nominant nullo in latinis certo: & ad eam rem priuatim cõtracto nomine. Quorũ oium cõis eademq; substantia est. Sed non eadẽ confectio nec usus. Oẽs hordeo & hordeacea farina constant. Differunt aũt q̃ quã græcorũ medici ἄλφιτον: latini uero polentam dicunt: multiplicem quondam habebat confectionem. Græci perfusum aqua nocte una hordeum siccabant. Postera dein die frixum molis frangebant. Erant in eadẽ gente etiã qui uehemẽtius tostum rursus exigua aqua aspergerent: & priusq̃ molerent iterũ siccarent. Alii uirentibus adhuc spicis decussum hordeum recens purgabant: madidumq; in pila tundebant: & purgatum molebant. Mox in corbibus elutum: siccatumq; rursus in sole tundebant. Cuicunq; aũt hordeo huiuscemodi modo aliquo præparato. Vicenis eius mensuris ternas lini seminis & coriandri selibras: salisq; acetabuli pondus; tostaq; oia hæc antea in mola miscebant. Qui diutius polentam hanc seruare cogitauerant cũ polline ac surfuribus suis nouis condebant fictilibus. Italia ut testat̃ Plinius sine perfusione tostũ hordeũ in subtilẽ formã molebat: iisdem additis & præterea milio etiam: Et hæc antiquis græcorũ medicis ἄλφιτον: Latinis uero polenta fuit: hordeaceæ farinæ substantia eo quẽ diximus modo cõdita: & in quotidianos medicinæ usus seruata. Estq; illud in græcis aĩaduertendum non idẽ omnibus scriptoribus ἄλφιτον significare: medicis polentã hanc solum: q̃ ad certam rem nomen contraxerunt: poetis aliisq; fere omnibus farinã simpliciter. Sic Aristophanes in comœdia: sic & alii quos breuitati cõsulentes relinquimus. Ptisana ex eodem hordeo (q̃q̃ & ex tritico aliisq; frugibus ẽt) nec penitus dissimili modo ut conicere licet conficiebatur. Plinius ut in quotidiana & notissima re Ptisanæ conficiendæ uulgatã rationẽ esse tm̃ dixit. Et Paulus Aegineta primo uolumine quo capite de frumentaceis agit: usum potius q̃ confectionẽ eius ostendit. Verũ tamẽ quod ex ui nominis ratiocinari licet: quodq; obseruatum a nobis ĩ ueterũ scriptorũ lectiõe est ad ptisanam tundebatur non molebatur hordeũ. Id enim πτίσσειν est: primoq; tusum in sole siccabatur: mox iterũ tusum iterũ in sole siccabatur. & ut diutius perennaret cũ suo polline condebat̃. Neq; hactenus inuentum a nobis est quo humore aut hordeũ: aut farina eius tusa madens in sole bis siccaret̃. Nec si additis aliis: ut in polenta fiebat seruaret̃. Paulus tm̃ Aegineta quo diximus loco ueluti in notissima re de usu eius hæc tm̃ ait. Coquitur aũt ptisana: unaq; eius pars in aquæ quindecim partibus addito exiguo oleo: & cũ intumuerit aceto ẽt. Cũ uero ad exactam cocturã peruenerit superinnciendus etiam friatus sal. Et in aliquibus porri aliquid & anethi. Coquitur & Ptisanæ sifr hauena & halica. Sunt in græcis ẽt qui nõ in quindecim: sed decẽ aquæ partibus ptisanã coquunt; nec nisi salem adiciũt. Cõsueuisse aũt ex oibus frugibus ptisanã confici testis Flaccus ẽ dicens. Sume hoc ptisanariũ oryzæ &c. Vtcũq; aũt se res habet cõtusi hordei farina seu substãtia ptisana est ad medicinã antea p̃parata: qua cum opus esset cocta utebant̃. Quæ postremo ὠμήλυσις medicorũ p̃pria uox est hordeacea farina ẽt ẽ qua cruda aut ex ĩmaturo semĩe quẽadmodũ & nomen indicat ad Cataplasmata in his q̃ mollienda essent utebant̃. Esseq; in cataplasmatũ gñe ὠμήλυσιν testis Galenus in isagoge sua: quo loco de oibus fere remediorum generibus agit. Eius uerba hæc sunt. τῶν δὲ καταπλασμάτων τὰ μὲν διὰ μόνου μέλιτος καὶ ἐλαίου κατασκευάζεται καὶ καλεῖται μαλακτικά· τὰ δὲ δι' ὑδρελαίου ἅπερ ὀνομάζουσιν ὠμήλυσιν. nõ alia significatiõe q̃ siqs dicat. In cataplasmatum genere alia solo melle & oleo cõficiunt̃: quæ mollientia uocantur. Alia Hydrelæo. i. aqua & oleo conficiunt̃: quæ ὠμήλυσιν appellãt. Ex his manifeste patet aqua & oleo macerari ad cataplasmata aliq̃n farinã. Exigiq; hordeaceã in eũ usum frequẽs testis Plinius est: qui oibus locis

ἀλφιτον

Polenta

Ptisana

ὠμήλυσις

quibus hic ὠμὴν λύσιν dicit semper farinam hordeaceã uertit. Idq; primũ in abrotano deprehẽdi tur: in quo quod Dios. ait διαφορεῖ καὶ φύματα μετὰ ὠμῆς λύσεως λεῖον ἑψηθὲν Plinius ait: cõcoquit panos cum farina hordeacea: panos quæ ille φύματα appellans. Deprenditur & in Telephio in qua quod Dios. ait. θεραπεύει δὲ καταπλασσόμενα τὰ φύλλα ἐπὶ ὥρας ἓξ λεύκας, δεῖ δὲ μετὰ ταῦτα ὠμῇ λύσει χρῆσθαι Plinius ait. Illinitur & uitiligini ternis fere mẽsibus senis horis noctis aut diei postea farina hordeacea illinit. Et ne longiores simus quotiens uertendũ id Plinio ex græcis fuit nũ q̃ non farinã hordeaceam dixit. Paulus certe Aegineta ut in re nota sit nullibi quod hactenus legerim cãt cõfectionem ue eius descripsit: passim tñ ad medicinam ea usus est. In anginis docens præter alia quibus id malum curatur succida lana aut oleo madente tegendum & inuoluendum esse ægroti collũ: & illinẽdũ τοῖς διὰ ὠμῆς λύσεως. i. cataplasmatis his quæ hac farina cõfecta fuerit. Idẽ de phrenetide ait μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην εἰ φλεγμαίνοι τὰ σπλάγχνα τοῖς διὰ λινοσπέρμου καὶ τῆς ὠμῆς λύσεως ἐν ὑδρελαίῳ καταπλάσμασιν αὐτὰ παρηγορήσομεν. Quorũ uerborũ hic sensus est. Si uero in phrenetide post septimã diẽ exta inflãmabunt̃ cataplasmatis ea leniemus: q̃ lini semine & farina hac hordeacea cum hydrelæo confecta fuerint. De eadem Paulus idem ẽt egit quo capite docuit quibus remediis curandi sunt: quibus in faucibus piscium spinæ aut aliud huiuscemodi infixum hæreat quo loco ex Leonidis antiquissimi medici auctoritate iubet cataplasmatis q̃ maturẽt foris uti. Sũtq; eius hæc uerba ὁ δὲ Λεωνίδης κελεύει καταπλάσμασιν ἔξωθεν χρῆσθαι συμπεπτικοῖς ὁποῖα τὰ διὰ ὠμῆς λύσεως ἵνα πυοποιηθέντος ἀκάνθα αὐτομάτως ἐκπέσῃ: quod est maturantibus cataplasmatis his uti foris oportere ut facta suppuratiõe sponte sua spina hærens dilabatur. Poterã & plura alia his addere: sed satis erit ut ostendamus farinã hordeaceam esse ὠμὴν λύσιν. Quod Apsyrtus græcus ueterinariæ medicinæ auctor ait: quo capite rupti in equo pulmonis curationẽ docet. Verba eius sunt. ἁρμόζει δὲ τούτῳ καὶ ὠμὴ λύσις κριθίνων λεπτῶν ἀλεύρων καταῤῥαινομένη τῷ νίτρῳ, καὶ διδόμενη φαγεῖν quorũ uerborũ hic sensus est Accomodata huic ẽt est ὠμὴ λύσις ex hordeacea tenui farina nitro cõspersa & in cibo apposita. Vtit̃ eadem hac ὠμῇ λύσει frequenter idem Apsyrtus: nec aliter q̃ ut ubiq; ostendat hordeaceã esse farinam: quæ cur a cruditate nomen inuenerit ꝑ cõperto nobis nõ est. Incertũ n. an quia cruda uterent̃ ueteres cõtra q̃ in polẽta ptisana: & pulte q̃bus decoctis utebant̃ dicta sic fuerit: an quia ex imaturis & crudis hordei seminibus fieret. Nobis in priorẽ illam partem inclinat animus: qm̃ nõis rõ id exigit. Coctis. n. cruda nõ imatura opponũtur. Et qm̃ Plinius sæpenumero dicit farina ex hordeo & cruda & decocta manifesto argumento fuisse ẽt crudæ hordeaceæ farinæ usum: quæ nulla alia q̃ ὠμὴ λύσις hæc eẽ põt: rã cunctis & ubiq; tunc nota: ut quæ ea cõficerent̃ cataplasmata sola eius indicatione demonstrarent̃. Cũq; a medico ꝑcipi audiret τὰ διὰ ὠμῆς λύσεως siue ὠμὴν λύσιν ea tm̃ intelligerent̃ q̃ ex cruda hordeacea farina cõfecta siue cataplasmata: siue malagmata: siue sorbitiones: siue cibi ex uiribus & natura hordei refrigerandi: siccandi: abstergendi: maturandiq; necessarium in mala hominis ualitudine remedii usum aliquem haberent. Et hæc pro hordeo & hordeaceis satis dicta modo sint. Quibus adiicere illud uolumus quod Dios. ait hordeaceæ farinæ succũ ex aqua expressum: & cũ pice & oleo decoctum πυοποιὸν εἶναι nõ eodẽ modo a Barbaro & a nobis uersum fuisse. Ille ad extrahẽdas suppurationes: nos suppurationes adiuuare diximus actionem in uerbo ποιεῖν eẽ opinati: ille autem contra. Res ipsa & uox nobis fauent. Vnde aũt ille extrahendas suppurationes dixerit: nõ satis certum nobis est.

πυοφοιὸν

DIOS. DE Zytho. Cap. lxxviii.

z

Ythum. Romani pariter græcis zythum dicũt. Ex hordeo fit zythus. Vrinam potus pellit. Renes tñ lædit & neruos: cerebri membranis præcipue noxius. Inflationes idem excitat malosq; in corpore humores. Quin etiã elephantiasim facit: & zytho madens ebur in omne opus tractabile reddit̃. Quod curmi ẽt uocant: ex eodemq; hordeo fit: & pro uini potu sæpe eo utunt̃: capitis dolores: & malos corporis humores facit: neruisq; nocet. Conficiuntur & ex triticea fruge huiuscemodi pocula a gentibus: ut in occidentali hiberia & britannia.

INTERPRES.

a

Ntiquum est ex frugibus fieri pocula: quorum ad ebrietatem non minor q̃ uini etiam uis est. Nec nostra ætas eadem sibi parare his locis desueuit quibus negata uina: ex quo non faris homini aqua est quod eorum uicem expleret: quærere sibi homines coegerũt. Inter ea zythus quondam fuit qui ex hordeacea fruge madida fieret. Meminerunt zythi Plinius in naturali: Diodorus Siculus in gentiũ historia. Meminit & in carmine suo Columella Aegypti inuentum & usum zythi ostendens cum cecinit. Iam siser assirioq; uenit quæ semine radix. Sectaq; ꝑbetur madido satiata lupino: Vt pelusiaci prorite t pocula zithi. Veteres græcorũ medici acrimoniam habere zythum dixerunt: qm̃ ex corruptione factus esset. Frigidum præterea: qm̃ acorem

haberet: ideoq; mali succiesse. Quos aût in medicina usus habet zythus & hic & alii manifeste dixerunt. Quod aût de Elephante (siue animal siue ebur ea uoce itellexerit Dios.) in ultima zythi historia ab eo dictũ non eodem sensu ab antiquioribus exceptũ est. Plinius lib. viii. capite. vii. de animali intellexisse hoc uidet. Ait. n. Elephanti capti celerrime hordei succo mitificant. Plutarchus cõtra breuissimo cõmentariolo cuius titulus est, An ad infelicitatẽ satis uitium sit; aperte de ebore id intellexit. Verba eius sunt. ὡς γὰρ ἡ κερόκη τῷ ὀξέει παρίει τέφρα καὶ ὄξει διάβροχον γενόμενον καὶ τὸν ἐλέφαντα τῷ ζύθει μαλακὸν γενόμενον, καὶ χαλῶντα κάμπτουσι, καὶ διασχηματίζουσιν ἄλλως δ᾽ οὐ δυνάμενοι τοῦ &c. Quoꝝ est sensus Queadmodũ. n. cinere & aceto madens os licio siue acia malis dicere secat: & ebur zytho mollitũ flectit & cõformat: alr aût nõ pôt: sic &c. Nec aliũde diuersitatis huius inter tam graues auctores cã est q̃ ex æquiuoca in græcis τοῦ ἐλέφαντος appellatione qua & animal & animalis dentes qui ebur sunt ubiq; ea gens indicat: Plinius animal; Plutarchus ebur in ea uoce intellexit. Nos illud addimus: qm̃ non animal tm̃ & ebur græcis elephas significat sed grauissimũ oĩum alioꝝ ẽt malum: quod ab eius aialis similitudine eadem uocis æquiuocatione ἐλέφαντα iidem græci appellant: nõ explodendũ neq; reiciendũ penitus siquis non de animali ebore ue: sed de malo elephanta in hoc scriptore: & hoc capite intelligi posse: dubitauerit. Nullis enim mutatis de malo intelligi locus pôt: & nisi quod illic est adiectiuũ εὐεργὴς feliciter factũ: tractatũ: & fabricatũ significans obstaret: facile in eã sñiam nos ẽt cõcederemus. Signasse hoc satis sit: & nihilominus ex Plutarcho ad eboris tractationem totam rẽ transtulisse. Quod. n. a Plinio dicitur ob eius adiectiui significationẽ scriptori huic paꝝ cõuenit. Qui cũ curmi barbara uoce nõ dissimile zytho poculi genus: & paulo post plura alia his similia fieri dixisset: cuncta illa intelligi uoluit: quæ deficiente uino diuersis locis: ex frugibus: pomis: palmarum fructibus: herbis: & herbarum radicibus fiunt. Quæ innumera sunt ex his quorum gentibus copia sit excogitata.

Elephas

DIOS. DE Zea quæ priuarim semẽ a latinis dr. Cap. lxxix.

Z Ean. Romani pariter græcis zeam & semẽ dicũt. Duo zeæ genera: alterũ simplex & unius tm̃ grani: alterum quod dicoccõ. i. gemini & duplicis grani appellant duobus urriculis cõiunctũ semẽ hñs. Nutrit magis q̃ hordeũ zea hæc. Suauis in cibo est. Panis tñ ex ea cõfectus minus q̃ ex tritico nutrit.

INTERPRES

N Ihil difficiliorẽ medicæ materiæ cognitionẽ semp fecit: & adhuc facit q̃ q nõ eadẽ ubiq oia sunt: neq; ubi eadẽ sunt iisdẽ noibus appellãtur: & quo cõmunius aliquid humano generi natura fecit eo facilius neglectũ ignorat. Idq; in frugibus animaduertisse licet: i qbus nulla alicui certa huius aut illius ex antiquis scriptoribus indicatio nunc esse potest. Cũ tñ nihil in illis frequentius inueniat. Fecerunt id mutatæ per tpa eaꝝ appellatiões: sed multo magis qd paulo ante diximus: neglecta cõia & quotidiana naturæ bona: & ut in zea de qua nũc agimus: accidit. Eam Plinius: Theophrastusq; tritico similẽ & hordeo dixerũt ab Homero nullo non fere carmine laudatã. Posteriores notam nunc frugẽ quam speltam rura nña appellant: esse eã existimarũt. Nec huius scriptoris descriptio & historia ab ea seminis forma penitus distat. Plinius in Italia: pfectimq; in campania feliciter prouenire lib. xviii. capite viii. testatus est: priuatimq; semen appellari præclarã ut ille ait rem: quam in medicina ueteres græcoꝝ medici tritico similes hẽre uires dixerunt: medioq; inter calorẽ & frigus temperamẽto eẽ. Ex hac fieri alicam nõ secus q̃ ex hordeo idem Plinius testatus est. De qua nõ multo post dicemus Esse aût tritico similẽ zeam Theophrastus pcipue. viii de plãtaꝝ historia uolumine his uerbis oñdit τῶν δὲ ὁμοιοσπόρων καὶ ὁμοιοκρίθων ὁ σῖτος ζειάς &c Nec multo post ἰσχυρότερον καὶ μάλιστα καρπιζόμενον ἡ ζειά, καὶ γὰρ πολύῤῥιζον καὶ βαθύῤῥιζον καὶ πολυκάλαμον ὁ δὲ καρπὸς κουφότατος καὶ προσφιλὴς πᾶσι τοῖς ζώοις &c Quæ uerbũ de uerbo sic uertat aliquis. Tritico aût & hordeo similiũ ut zea &c. Validior aût auidiorq; & maxĩe terram emungens zea est. Multis. n. profundisq; radicibus nitit: & numeroso fruticat culmo: cunctis animalibus grata. Quæ omnia frugi quã nunc speltam uocari diximus satis cõueniunt. Et qđ hic ait ἁπλοῦν καὶ δίκοκκον εἶναι, καὶ ἐνδύσιν ἐλύτροις ἔχουσαν συνεζευγμένον τὸ σπέρμα eiusdẽ omnia sunt a nobis reddita. Simplex & unius grani mox gemini & duplicis duobus utriculis cõiũctũ semen habens. Diximus aût utriculos auctore Plinio seminũ in frugibus inuolucra & operimẽta: quæ trita & cribro excussa glumæ siue acus dicuntur.

Vtriculi

DIOS. DE Crimno. i. pulte. Cap. lxxx.

Crimnon. Romani pariter græcis crimnũ dicũt. Crassius q̃ farina confectione trituraq; sua crimnũ ẽ. Fit ex tritico crimnũ: fit & ex zea: quã Romãi priuari semẽ dñt: & ex eo deide puls. Quæ mirifice nutrit: sed difficile in stomacho cõficit. Quæ ex zea fcã ẽ puls maiore ui i reprimẽda aluo ẽ: pñertimq; si ex añ tosta zea fcã fuerit.

INTERPRES.

Crimnon

Puls pulticula

a

Rtis nō naturæ opus crimnon quondā fuit: idē Romanæ pulti: qua quondam græcia pariter & Italia pro pane usa est; manifesteq; id Plinius libro.xviii.capite.viii.testatur; pulte non pane longo tpe uixisse Romanos dicens. Tráslata deinde ad medicinā res est; relictaq; uetere appellatione posteriores græcoꝝ medici non crimnon sed πολτὸν aut πολτάριον.i. pultem aut pulticulam appellauerūt. Sic Paulus Aegineta; sic ante eū Galenus aliqñ dixerūt. Fieri autem solitam præcipue ex hordeo nomē testat. ἀπὸ τῆς κριθῆς.n.idest ab hordeo κρίμνον dicta est. Utilior deinde deprehensa fuit quæ ex zea & tritico fieret. Qualis deinde ea esset: satis hic ostēdit dicens. Crassiorē q̄ farina sit cōfectiōe tritutaq; crimnon esse. Post hunc Paulus Aegineta li.vi. de ea dēagens crimnō.i.pultē appellari ait qđ ex tritico & zea crassius esset. Cæteri græcoꝝ medici eā his uerbis diffinierūt. κρίμνον καὶ πολτὸς τὸ παχυμερὲς οὕτως ὀνομάζεται τοῦ, τε πυρίνου καὶ τοῦ τῆς ζειᾶς ἀλεύρου Quod est crimnon siue puls dicit quod in tritici & zeæ farina crassum & crassioꝝ parcium est. Poteritq; quāta & qualis hæc crassitudo farinæ in crimno sit cupiens nouisse: si quas Hippocrates & posteriores græcoꝝ medici κριμνώδεις urinas appellant aliqñ uiderit; in quibus corpulentioris farinæ similes nubeculæ apparent; quasq; Plinius lib xxviii. furfures & nubeculas appellat. Poterit & ex Aristophane græcoꝝ lepidissimo comico idē augurari: qui cū i fabula quæ Nephelæ inscribit antiquā disciplinā Athenēsiū describeret; cōsueuisse eūe pueros ait ad citharistā quotidie ire κεἰ κριμνώδη κατανίφοι· et si crassioribus ramentis nix caderet in terrā & qualia ī crimno.i.crassiore hac ad pultē farina sūt; a quotidiana notissimaq; re sumpta similitudine: qm̄ scilicet pro pane puls huiuscemodi in quotidiano usu esset. Hanc in nutriendo potentiorem q̄ polenta sit græci oēs dixerunt; sed tardius concoqui; confectamq; ex farina hac sorbitionē latini pariter & græci pultem appellauerunt. Quod postremo ptinet ad ea quæ nobis cū cæteris eadem nō sunt monuisse illud legentes oportet cōtra q̄ alii uerterint dictū a nobis fuisse: difficileq; in stomacho cōficit: illi enim εὐκατέργαστον: quod facilem in stomacho cibi domituram significat. Nos cōtra una tm̄ mutata littera ἀκατέργαστον legimus. Fueruntq; nobis in ea mutatione auctores Galenus qui ἀλφίτου δυσπεπτότερον i. difficilioris cocturæ q̄ polenta sit eam dixit. Paulus Aegineta qui Galeno similiter difficilis cocturæ eam fecit: & post eos in græcis probatiores codices in qbus ἀκατέργαστος manifeste legitur.

εὐρεα κριμνώδη

DIOS. DE Olyra. Cap. lxxxi.

Olyram: Romani pariter græcis olyram dicūt. Ex eodem genere zeæ olyra ē: paulominus tamen q̄ illa nutrit. Pinsit & hæc in panē: pulsq; ex ea pariter fit.

INTERPRES

e

Ongener & ut Theophrastus ait ὁμοιόπυρος qđ est tritico similis olyra est. Semen eius antiquiores græci figura inter triticeū & hordeaceū tradiderūt. Longa est olyræ in Plinio historia: nec in Theophrasto breuis. Collectaq; ex his scriptoribus simul oia eā indicare frugem uident: quā nostra tempora secalē uocant: nō tñ id pro cōperto habemus. Quod certum sit inter tritici genera: aut tritico similia ab omnibus numerat: græciæ magis & Aegypto q̄ Italiæ peculiaris: & ob id in gentibus illis fœliciore puentu: magisq; nota Siliginis nomen huic aliqui ēt communicauerunt. Sed si Columellæ grauissimo rei rusticæ scriptori credēdū est Siligo secūdæ conditionis triticū est. Verba eius sunt Tritici genera plura cognouimus. uerꝝ ex his maxime serēdū est; quod robus dicit: qm̄ pondere & nitore præstat. Secūda cōditio est habēda siliginis: cuius species in pane pcipua pondere deficit. Habent nihilominus qui olyrā siliginē dixerunt latinos alios auctores: quibus tueri rem suam possunt Sed nos qui ex professo hæc docuerunt libentius sequimur. Vagæ rerum in gentibus appellationes; nec ubiq; eædem ees diuersitati & incertitudini huic causam dederunt.

Siligo

DIOS. DE Athara quæ pulticula est. Cap. lxxxii.

a

Tharan. Romani pariter græcis atharam dicūt. Ex zea in tenuissimū pollinem trita athara fit. Ea est sorbitio liqdiori pulticulæ similis: infantibus accomodata: eadem cataplasmatis etiam utilis.

INTERPRES.

n

On uidetur athara hæc a pulte nisi liquidiore habitu differre. Nec Paulus Aegineta aliter eam sexto uolumine descripsit: pulticulam sorbilem ex tritico zea ue emolitis confectam esse atharam dicens. Obseruauimus tamen ex olyra: amylo: & milio factam pultē atharā pariter dici. Plinius Aegyptiocum uocem atharam esse dixit. xxii. uoluminis ultimo capite: a græcis tamen receptā non ad pultem tātū sed ad tubercula quæ in homine aliquando extolluntur eā uox est: qbus qm̄ subest ueluti tenuis & dilutior pulticula ab athara hac atheromata inter abscessus ab antiquis græcoꝝ medicis dicta fuerūt: de quibus & etius cū primū dabit occasio dicemus.

DIOS. DE Trago. Cap. lxxxiii.

Tragon. Romani pariter græcis Tragum dicunt. Farri similis figura tragus est: lõge minus tñ q̃ zea nutrit ob multam quã habet glumosam ariditatem: ideoq; non facile in stomacho conficitur. Ad molliendam aluũ natura illi tñ & uis est.

INTERPRES

n On habet in græcis unam significationẽ tñ Tragus: sed animal: herbam: frugẽ: & quĩ sub alis sentitur uirosum odorẽ significat. Ideo in frugis significatione Tragon σιτώδη .i. tragum frumentaceũ ueteres aliqui frumenti genus hoc appellauerunt peregrinũ Italiæ: cuius breuissime Plinius meminerit: nec ultra q̃ ut diceret: ex oĩ eodẽ genere grani prætulit oreũti um & tragum &c. locus est libro xviii capite. vii. Quin etiam capite eiusdẽ li. x. iter peregrina Italiæ tritici genera tragus huic numeratur his uerbis. Adiciunt his genera bromos: siligo excæpti tiā: & tragos externa omnia ab oriente inuecta. Est & illud ex eodem Plinio intelligendũ nõ frugem tñ ipsam & tritici genus tragum dici: sed quæ ex semine eius ptisanæ similis ad medicinam cõficeret farina. Verba eius eodẽ capite sunt. Ptisanæ cõficiendæ uulgata ratio est: simili mõ ex tritici semine tragum fit in cãpania tñ & Aegypto. Hic tragum figura similem chondro ait non satis certo intellectu similem ne frugi dicat: quã græcoꝝ aliqui chõdron. i. far nominãt: an alicæ quæ passim chondros ẽt uocat. Vtrunq; n. chondros in græcis significat: si qua hic usus est uoce χόνδρος & eius tota significatio expendat ad frugem potius q̃ ad alicam referẽda similitudo uidebitur Frugis. n figura aptius q̃ alicæ dicitur. Si ea quæ mox hic de chondro ait ad alicam magis q̃ ad frugem. Chondron siquidem alicam non frugem uocat. Nobis inclinat animus ad frugẽ magis q̃ ad alicam referri oportere. Legentibus tamen & hoc liberum relinquatur.

Tragus quot græcis significat.

DIOS. DE Hauena. Cap. lxxxiiii.

b Romon. Romani hauenam dicunt. Culmum hẽt hauena geniculis interfectum tritico foliis similibus: & in sũmo pẽdẽtes paruulas ueluti locustas duplici crure diuaricatas in quibus semen est. Quo ad cataplasmara nõ secus q̃ hordeo utiliter utũtur. Puls etiam ex eo fit cohibẽdæ aluo accomodata. Datur præterea farinæ eius cremor utiliter in sorbitione tussientibus,

INTERPRES.

q Vis non credat Hauenam cũctis notissimam frugẽ hoc capite a Dios. describi; tã apposite in eo pictura naturæ respondet. Quis etiam in hoc scriptore adeo incautus fuerit; ut quæ inter bromon & Aegilopem alterã in frugũ: alterã in herbaꝝ genere discrimina sunt non facile sola eius lectiõe statim intellexerit? Toto n genere & partiũ notarũq; historia differũt. Hæc inter congeneres fruges a Dios. numerat & describit magno argumẽto bromon hauenã frugem esse: illa inter herbas. Hæc culmum habere dicit; illa βοτάνιον .i. herbula appellat. Hæc in summo dependẽtes paruulas ueluti locustas duplici crure diuaricatas hẽt in qbus semẽ est; illa in cacumine καρπώδη idest quod semen cõtinet duos tresue colore rubentes hẽt: ex qbus aristæ capilli figura ꝓdeunt. Hæc in medicina ad cataplasmata & tussim utilis: illa ad oculoꝝ ægylopas & discutiendas durities uim habet. Et ne longiores simus quis nõ credat aliã ab Aegilope bromon. i. hauenam esse? Si Paulum ægynetam. vi. uolumine legerit seorsum de utraq; agentem: & utriq; q̃ sua sunt assignantem Hanc similes hordeo uires habere: quibus leniter & sine erosione siccet: habere itidem aliquid quod adstringat: eamq; ob cãm alui fluores compescere. illã discutiendi tñ habere uim qua durities inflammationesq; & oculoꝝ Aegylopas sanet. Erit quarto uolumine in Aegylope iterum de his dicendum: quæ nunc causa est ne in re nota ultraq̃ deceat immoremur. Quodq; nunc dictum est eo pertinet; ne quis ex eo quod Barbarus in Dios. ait Bromon hauenæ genus esse: & in Corollario de grano tantum hauenæ dici hoc loco: de herba autem in quarto eãdem bromon & Aegylopem huic scriptori eẽ opinetur: & hic de semine: in quarto de planta sub diuersis nominibus actum a Diosco. fuisse.

DIOS. DE ORIZA. Cap. lxxxv.

o Rizan. Romani pariter græcis orizam dicunt. In genere frumentaceo oriza est. Nascit̃ palustribus & uliginosis locis: medias in nutriẽdo uires habet. Compescit præter hæc etiam aluum.

INTERPRES.

Ota omnibus etiam oriza parati & quotidiani in sanitate usus prefertim quibus locis abũdat. Descripsisse eam inutile & manis iactãtiæ fuerit. Quod ueteres græcorũ medici ei tribuerunt est: ægre cõcoqui orizam: exigui nutrimẽti esse: & qd hic ait: aluũ supprimere.

DIOS. DE ALICA. Cap. lxxxvi.

Hondron. Romani alicam dicũt. Fit alica ex zea: quam dicoccon. i. gemini seu duplicis grani uocant. Efficacior in nutriendo alica q̃ oriza est. Aluum etiam magis adstringit: & stomacho magis accõmodata est. In aceto cocta & ex eo inuncta alica lepras tollit: Scabros pellit ungues: & incipiẽtes oculorum inter nares & maiorem angulum abscessus: quos dicunt Aegilopas sanat. Clystere etiam utiliter infunditur contra intestinorum cum dolore tormina.

INTERPRES.

Omana res inquit Plinius Alica est. Nobis eã cognouisse. Hippocrates ẽt uidet multo ante eum medicinã ꝓfessus. Plures fuerunt latinis & græcis alicæ cõfectiões: quas fere oẽs idẽ scriptor lib. xviii. capite. xi. prosecutus est. Quã tñ ille cõfectioné cui gypsum adiiceretur Africæ assignat græci ut suam uendicant: & hoc modo conficiunt. Tũditur zea: tusaq; in calidam conicitur aquã: statimq; exprimitur; Mox tusum in tenuissimũ pollinẽ albũ illi gypsum exigua quantitate additur: adspersoq; itidem sale sub ardentissimo canis æstu ne acescat insolat: & cum insolata fuerit cribratur & seruatur. Hæc nos ex græcis collegimus: qbus non dissimilia Plinius ante dicto uolumine narrat: quæ reliquimus omnibus parata & in eo scriptore exposita. Palladius multo post tempore cum iam incœpissent antiquiora illa negligi: & nominum mutata ratio esset faciliorem paratioremq; conficiendæ alicæ rationem in Iunio mense his uerbis descripsit. Hordeum seminaturum cui supest adhuc aliquid de uirore per manipulos ligabis & torrebis in furno ut facile mola possit infringi: & modio uni salis aliquantum dum molitur miscere curabis & seruabis. Ex quibus conicere licet farinam frugis alicam fuisse in sanitatis & medicinæ usum diuersis locis diuerse preparatam. Quod autem ad græcorũ chondron pertinet nouisse illud oportet uno hoc nomine certam significari frugem far. i. & quã descripsimus alicam: Indicatq; id præter alios Paulus Aegineta vi. uolumine dicens tritico similem chondron esse: frugem frugi cõparans: tritico tamẽ glutinosiorem & uiscoso magis lentore esse. Idem præterea libro primo: quo capite de frumentaceis agit his uerbis rem descripsit. τοῖς δὲ τῶν ὀνομαζομένων ὁ μὲν χόνδρος τρόφιμός ἐστι καὶ γλίσχρου χυμοῦ γεννητικός, ἀλλ' ὁ μὲν ῥοφητὸς μοχθηρὸς ἐπείπερ ἑτοίμως παχυνόμενος ἀεὶ ... κρείττων δὲ ὁ χυλὸς αὐτοῦ ὅλου καλῶς ἑψηθέντος παραπλησίως πτισάνῃ ὁ δὲ ἄλιξ τὰ μὲν ἄλλα χόνδρῳ προσέοικε, μᾶλλον δὲ γαστρός ἐστιν ἐφεκτικός. Omnia ut uidet de una eadẽq; fruge dicta: sed non eodem modo præparata. Quorũ hic sensus sit Eorum uero quæ frumentacea nominantur nutrit egregie chondrus: & glutinosos generat humores. Verum puls ex eo cõfecta nocet: quoniam q̃primum crassescens incon̄cta permanet. Probatur magis succus ex integro chõdro bene decocto expressus Ptisanæ similis. Alica uero in cæteris chõdro. i. frugi: ex qua omnia hæc fiũt similis est: sed aluum magis adstringit. Chondron ut uidetur Paulus Aegineta frugem: hic autẽ ex fruge factam alicam chondron appellat: non aliter q̃ & latini alicæ appellatione utranq; rem significant. Sic Plinius pro fruge eodem libro ait. Tunicæ frumento plures; hordeum maxime nudum & alica. Sic Columella secũdo uolumine capite. vi. Adorei autem (quod idem farri est) plerunq; uidimus in usu genera quatuor. Far quod appellatur clusinum &c. Mox semẽ trimestre qd dicitur alicastrum: idq; pondere & bonitate est præcipuum. Quod non aliunde ut nos credimus q̃ ab alica quæ ex eo fieret nomen inuenit. Et hæc pro græcorum chondro & latinorum alica satis dicta sint.

DIOS. DE MILIO. Cap. lxxxvii

Enchron. Romani milium dicunt. Minus omnibus aliis frumẽtaceis nutrit panis ex milio factus. Confecta ex eodem puls aluum sistit: sed urinã cit. Succurrit idẽ præsenti remedio torminibus: aliisq; doloribus feruens inditum saccis & impositum.

INTERPRES.

Ilio posteriores naturam & uires assignarunt: Refrigerandi in tertio; siccandi uero in secũdo ordine Habere præterea uires extenuandi aliquas milium crediderunt. Nihilq; ad cõcipiendum & retinendum calorem aptius eo esse.

DIOS. DE Panico. Cap. lxxxviii.

Elymon sunt qui melinen ēt appellent. Romani panicum dicunt. Numeratur īter frumentacea panicum ēt Milio simile ēst: eademq; panificii ex eo ratione iisdem q bus & milium accomodatum est: minus tñ q̃ milium nutrit & adstringit.

INTERPRES

Fœminino genere melinen & masculino melinon Theophrastus panicum notissimā omnibus frugem uocat. Romani a paniculis in quibus semen est panicum appellauerunt.

DIOS. DE Sesamo. Cap. lxxxix.

Esamon. Romani pariter græcis sesamū dicūt. Nocet stomacho sesamū. Animæ idem grauitatem facit quotiens cōmāducatum inter dentes hęserit. Discutit illitū sesamum quę in neruis crassiora concreuerunt. Prodest cōtusis & inflāmatis auribus: nec minus ambustis ēt: stellionū & cerastarum morsibus medetur. Cum rosaceo factos ab æstu solis dolores capitis lenit. Potest eadē in uino decocta herba: presertimq; cōtra oculoꝝ inflāmationes & grauissimos eorum dolores. Fit ex sesami semine oleum quo Aegyptii utuntur.

INTERPRES.

Esiit iāpridē seri i Italia sesamū neq; inter fruges nr̃as numerat̃: pauloq; minus q̃ pegrinū & alienū mō nobis est: quondā tam cōe: tamq; oībus agris satum ut æqua eēt huius & aliarū frugū cura. Indicātq; id quæ tā multa de semente eius a Columella Plinioq; & ab aliis docentur. Nouerant tunc oēs sesamū: nūc cū fruge multis locis nomē ēt ignorat̃. Et nisi ex græcia repetat̃ & ægypto quibus regionibus adhuc seritur & abundat nulla fere erit quæ ab hoc & aliis græcoꝝ medicis sesamini olei ad medicinam utilitas ostendit̃. Frugis omnem figurā Plinius lib. viii. capite vii. aptissime & fœlici pictura descripsit. Ideo nos nihil de ea repetemus: dictis ab eo tm̃ adiicientes candido colore semen eius esse: dulce simul & odoratū: quod minores aues quales fringillæ passeres & carduelessunt auidius appetunt. Græcia oīs eo ad dulciaria utit̃ in panificio tritū reliquo pani cōpinsentes: mox in summa panis cute integrū addito liquore aliquo inspergētes ut retineat̃ & in coctura pani concorporet̃. Aegyptus oleum ex eo exprimit: quo in cibo & omni alio domestico usu utat̃ tāta copia ut amplissima latifundia nulla alia fruge uireant. Nr̃a ætas ut paulo ante diximus uix nomē eius audit: & si aliquā doutat̃. Quod miremur in re tā suaui & q̃ tam multas habet in sanitate & in morbis utilitates. Neglexit ut credimus Italia sesamū ob olei ex oliuetis copiā quā semp habuit: & ex quo incœperunt hoīes in delitiis uitæ mel & saccharū hr̃e: eoq; ad dulciaria uti. Grauis in hoc capite quā nō animaduerterūt alii menda est: quo.n. loco ex cōi græcoꝝ lectione illi uerterunt coli doloribus mederi sesamū: qm̃ καὶ κώλου ἀλγήματι καὶ κεράςου &c. legeret̃ nō coli doloribus sed stellionū morsibus & cerastæ uertendū erat. Probatissimi.n. quos uidimus codices ἀσκαλαβώτου καὶ κεράςου δήγματι habent. Esseq; hanc ueram: & antiquam loci huius fuisse lectionē testis Plinius est ultimo. xxii. uoluminis capite. Qui inter cæteras sesami uires ait stellionū morsibus resistit ἀσκαλαβώτης & ipse hoc loco legens &c. Eiusq; scriptoris auctoritate nos & melioꝝ codicū fide nixi a cōi lectione rē & sensum tuto mutauimus.

DIOS. DE Lolio. Cap. xc.

Eran sunt ēt qui thyaron appellent. Romani loliū dicūt. Lolii qđ in triticea segete nascit̃ farina: quæ pascendo serpunt: exedentiaq; ulcera & Gāgrenas cū sale & raphanis emplastri mō imposita cōpescit. Feras impetigines eadē lcprasq; cū uiuo sulphure admixto aceto sanat. Cū columbino fimo liniq; semine in uino decocta strumas disicit: & quæ ægre maturant̃: erumpit. Imponit̃ emplastri mō eadem contra coxendicis dolores in mulsa aqua decocta. Cum bitumine aūt myrrha ue aut croco aut ture incensa suffitu cōcęptus adiuuat.

INTERPRES.

Nter uitia frugū & noxas loliū est: omnibus notissimū macro solo plerūq; pueniēs. Et cū degenerauerūt uitio aliquo frugū semina inter eas nascens: neq;.n. solū in triticea: sed in oī fere alia segete & p se ēt pueīt: frugū acerba pestis: idq; a poeta i fœlix appellatū. Quas hēt i medicina uires lolii farina hic satis docuit. Veꝝ qđ ī extrēo capite i græcis legit̃ συνταλφιτω

st: quod significat cũ polenta aũt in bitumen quod Asphaltũ græci noĩant mutatũ a nobis est: quasi συνάσφαλτῳ .i. cũ bitumine legendũ sit. Neq; ut credimus male. Siquidẽ hic ait suffitu adiuuare conceptus lolii farinam addito uno aliquo ex prædictis: quæ oportet primũ similia inter se esse: & in aliquo cõuenire: mox tale esse ut incensum fumet: suoq; fumo suffiat. Quoꝝ neutrũ polenta habet: neq;.n. cum myrrha: croco: ture ue cõuenit: nec incendi adeo põt ut fumo eius suffiri aliqd possit. Persuasitq; id q̃ suffiendis aperiendisq; fœminarũ locis pcipue bitumẽ laudat̃: & q̃ Paulus Aegineta Iridi æquales uires habere lolii farinã dixit quæ molliendis & aperiendis fœminaꝝ locis accomodata est. Cõiunctisq; uiribus idẽ potentia duo fœlicius qđ hic docet pstare poterũt.

DIOS. DE Amylo. Cap. xci.

Mylon. Romani pariter amylum dicũt. Quod sine mola conficiat̃ amylum sic dictũ est. Probatissimũ quod ex trimestri tritico conficit̃: natione creticũ aut Aegyptiũ. Cõficit̃ ex trimestri purgato tritico amylũ hoc mõ. Madescit triticũ quinquies in die mutata aqua. & si fieri põt nocte ẽt. Cum aũt tenerescere incœperit sensim oportet deplere aquã: ne simul quod queritur ex tritico utile defluat. Cum deinde emollitum penitus teneritudinem contraxerit depleta aqua pedibus calcandum. Mox supinfusa iteꝝ aqua calcandum iteꝝ est. Postremo qui supnatabunt furfures cribro aliquo excipiendi: & qđ supererit furfuribus purgatum per colũ traiectũ q̃ primũ in tegulis nouis sub ardentissimo sole densandũ. Humidũ.n. q̃primũ acescit. Facit amylũ ad oculoꝝ destillationes: eoꝝ concaua ulcera & pustulas. Sistit potũ sanguinis excreatiões: lenit fauciũ uitia: & præter hæc lacti & obsoniis miscet̃. Conficitur & ex zea amylum uno altero ue die ea madẽte fruge & lota: manibusq; ut in confectione panis fit subacta: moxq; ut præmonstratum est sub ardentissimo sole siccata. Sic tamen confectum amylum in medicinæ usu inutile: in reliqua uita utilissimum.

INTERPRES

Vid amylum sit: & qua ratione quondam cõficeret̃ hic satis docuit. Quotidiana ẽt in usu uitæ res. nullam a nobis longiorẽ desyderat historiam. Ob eam cãm quod non ẽ nobis idẽ in extremo capite cũ Barbaro breuissime dicemus. Ille axungiæ instar manibus expresso amylo &c Nos ut in confectione panis fit subacta diximus: magna in unius litteræ defectu sensus diuersitate. Ille.n. στέατος τρόπον legit. i. adipis modo: nos σταιτός. i. farinæ ad pinsendũ panẽ maceratæ: nec dum ad fermenti acorem translatæ. Quã lectionẽ ideo nos magis amauimus q̃ liquatur igne adeps nõ manibus exprimit̃. Et amylo aptius inseruire uisum est: quod ex simili panificii rõne ad cõparationẽ acceptũ fuisset. Quodq; hic ait lacti & obsoniis misceri amylũ ad cibos in sanitate non ad morbos in medicina pertinet. Et quæ nos oculoꝝ caua ulcera diximus ea sunt q̃ Galenus: cæteriq; græcoꝝ medici κοιλώματα siue κοιλότητας oculoꝝ uocant: quæcũq; cõcaua & rotunda ulcera uisis in eodem oculo latiora circa orbem qui iris dicitur fiunt.

κοιλώματα. κοιλότητες.

DIOS. DE Fœnogręco. Cap. xcii.

Elin sunt qui carpon: qui buceron: qui ægoceron: q ceratidẽ: q loton uocant. Aegyptii itasim. Romani fœnogręcũ dicũt. Molliẽdi discuciẽdiq; uires hẽt fœnogręci farina. Facit ad collectiões quę intus forisq; colligunt̃ cũ decocta mulsa aqua subacta. minuit lienẽ emplastri modo imposita eadẽ cũ nitro & aceto subacta. Muliebriũ locoꝝ purgationibus quæcunq; inflãmatione pręclusione ue cessant fœnogręci decoctũ insidẽtibus medetur. Capillum: furfures & manãtia capitis ulcera exterit ex decocto in aqua fœnogręco expressus succus. Pro pessulo apponit̃ cũ anserino adipe fœminaꝝ naturalia molliens & aperiens. Viride ex aceto fœnogręcũ infirmis & exulceratis fœminaꝝ locis accomodatum est. Facit itidem fœnogręci decoctũ ad crebras & inanes egerendæ alui cupiditates quas tinesmos dicunt: maleq; olentia in intestinoꝝ torminibus excrementa. Eiusdem fœnogręci oleum cum myrtheo palpebras & in oculis cicatrices exterit.

INTERPRES.

f

Oenogreci a principio statim numerantur a Diosc. aliæ appellationes aliquot. Earũ plures a siliquarũ figura quas corniculis similes habet factæ sunt. Neq; hæ quidem nouitiæ posteriorũue tẽporũ: sed uetustissimæ sunt: & a Theophrasti tẽporibus: siquidem auctor ille libro quarto de plãtarũ historia a bubuli cornu figura bucceron appellauit. Eademq; rõne alii nõ a bubulo sed caprino cornu similitudine accœpta ægoceron fœnogrecũ dixerũt: Alii a cornu simpliciter ceratiada κέρας.n. græcis cornu ẽ. Et hæ qdem fœnogreci appellationes satis per se patent a falcata.n. cornu specie qua in fœnogreco siliquæ sunt factæ quondã oẽs eæ fuerunt. Quæ uero prima in ordine est: siue καρπὸς siue κάρφος dicenda sit: nã utroq; mõ in antiqs legit̃ non tã certã habet rõnem. Credimus aũt nos medicorũ pigmentariorũq; hanc fuisse uocem dũ medicinam & morborũ remedia instituentes: modo semen mõ stipulã fœnogreci (utriusq;.n. usus est) accipi iubent: alterutrũq; appellantes nouo noĩ cãm dederũt Carpon siquidẽ græci semen; carphos uero stipulam & quæ in frugibus aruerit herbam appellant. Loton præterea ex similitudine ad eam quæ proprie lotos dicit̃: quã hic ipse libro quarto ait minus trifoliũ dici: esseq; semen eius fœnogreci seminibus simile. Ex qua similitudine uagis mutuisq; nominibus iter se lotos & fœnogrecũ usa sunt. Sciendũ illud ẽt quod Plinius & ante eũ Varro testati sunt. Siliciã & siliculã magisq̃ fœnogrecũ a Romanis hanc frugem appellatã fuisse. Columella tñ eandem siliquã simpliciter dici ait. Quod deinde in extremo capite est: & ĩ quo de uiridi fœnogreco agitur suspicamur nos a posterioribus huic scriptori additũ: neq;.n. in uetustioribus & probatioris fidei græcis id legit̃: neq; Ioannis Serapionis ætate: ut ex eo patet in Diosco. hoc legebat̃. Is ẽt quẽ habemus uetustissimũ & longobardis lr̃is scriptũ latinũ Diosc. nihil huiuscemodi hẽt. Accedit suspitiõi huic nr̃æ post hæc q; tota fere ea pars a medicina unguenti ex fænogreco facti accepta est. In cuius usu hic ipse docuit Tinesmis mederi; multaq; alia quæ illis similia sunt Nihilominus expungere eã partẽ noluimus Emendauimus tñ eam ex meliorũ codicũ lectione: in qbus non οὐλαςὶν αἰδοίων .i. genitaliũ cicatrices quod nullũ habet sensum: sed oculorũ. Nullæ enim in antiqua medicina sunt in morborũ aut uitiorũ censu genitaliũ cicatrices. Et si ex labe aliqua in ea parte coaluerint nullã ut honestent operam diligentiã ue medici exigunt. At non sic in oculis quos ad lucis usum & honestiorem formam nunq̃ satis habent excoluisse homines. Quod ẽt illic Diosc. τρίχας ait non de capitis capillo sed de oculorũ palpebris intelligendum est. Censet enim oculorum palpebras & cicatrices fœnogreco exteri duo eiusdem partis mala.

DIOS. DE LINO. Cap. xciii.

l

Inon sunt qui linocalamum: qui ammon: qui linũ agreste dicunt. Aphrizetaphis, Romani linũ appellãt. Notũ omnibus linum est. Eandẽ fœnogreco uim semen eius habet: oẽs intus fotisq; inflãmationes discutiens & molliens cum melle & oleo in exigua aqua decoctum: aut desputato melle exceptum. Crudũ uaros & aspritudines uultus a sole factas emendat. Discutit idẽ quæ secundũ aures abscesserunt: parotidas id malum græci nominant: duritiesq; cũ nitro & ex ficulneo cinere facta lixiuia emplastri modo impositũ. Purgat in uino decoctũ quæ serpunt: & ulcera quos fauos dicunt. Cũ pari nasturcio & melle scabros pellit ungues. Cũ melle in eclegmate sumptum pectus excreatiõe purgat. Tussim lenit: & uenerem stimulat cũ melle & pipere coctum: copioseq; pro dulciario sumptum. Infunditur præter hæc clystere decoctũ eius contra intestinorũ muliebriũq; locorũ erosiones: excrementorumq; eductiones. Insidentibus etiam fœminis muliebriũ locorũ inflãmationes nõ minusq̃ fœnogreci decocto utiliter fouentur.

INTERPRES.

l

Ini appellationes in græcis auxit uocis anceps & æquiuoca significatio. Significat enim illis linon plantam & quæ ex ea in filũ ducta ad uitæ usum fiũt pene infinita: in eorũ poetis scriptoribusq; aliis ubiq; nota Eamq; ob cãm in medicina & reliquo usu uitæ ut secerneret a reliqua lini significatione planta linocalamum.i. cum culmis suis linũ aliqui dixerunt: quasi lini culmos & stipulam: sic linũ agreste nõ quia duplex eius genus sit: diuidaturq; in agreste & satiuũ: sed ut in agro adhuc uirens nec in filũ ductũ intelligeret̃: ἄγριον enim hoc loco non ferũ & incultum: sed ex agro aut in agro rem significat. Nã quod in filũ iã ductũ est linũ urbanum & domesticũ dici debet. Ammon uero; sic enim ex antiquis & melioribus legẽdũ est elaborati in filum lini uox est quasi ἐπίδεσμος uinculũ scilicet & laqueus; & quo nectat aliquid. ἅμμα .n. græcis uin-

culum nodumq; significat; quibus nectendis uinciẽdisq; rebus ex lino funiculis utimur. Diximus nos despumatum mel: quod alii coctum uerterunt eadem rei significatiõe: qm̃ despumari sine coctura aliquid non potest: & hæc in coctura mellis maxima causa est ut quod feculentius in eo concreuit ui ignis explodatur. Dicendũ mõ est quasnam græci parotidas dicunt: & nos secundum aures aut post aures: aut sub auribus abscessus eadẽ semp significatiõe uertimus. Ex re factum iis nomẽ est: quia .n. παρὰ τοῖς ὠσὶ .i. ppe aures fiũt: iõ sic dictæ a græcis fuerũt. Abscessus ii sunt: & in eo genere a ueteribus græcorũ medicis cẽsent. Eas Galenus in diffinitiõibus suis sic descripsit: iuxta aures abscessus parotides sunt eas aliq dioscoros q̃ geminæ & ex utraq; pte pariter nascunt: uocauerunt: febres plerunq; sequunt & eas finiunt. Celsus Romanus scriptor libro sexto capite sexto decimo de iisdẽ sic egit. Sub ipsis uero auribus oriri parotides solent. Modo in secũda ualitudine ibi inflãmatione orta: modo post lõgas febres illhuc morbi impetu cõuerso. Id abscessus genus ẽ. Græcorũ posteriores medici malũ & affectionẽ esse dixerũt: quæ in adenis sub auribus fiat cõuersa illhuc aliqñ a capite materia aliquando ex reliquo corpe crisim ĩ febribus ad salutẽ faciẽtem.

παρωτίδες

DIOS. DE Cicere. Cap. xciiii.

Rebinthon. Romani cicer dicũt. Bonam facit aluũ satiuũ cicer. Vrinam idem cit: sed inflationes facit. Cutis colorem cõmendat: fœtus & menses trahit: & lactis abũdãtiã facit. Imponit emplastri mõ cũ eruo coctũ cicer contra testiũ inflãmationes & quas in uerrucarũ genere formicas nõiant. Cũ hordeo aũt & melle cõtra scabies: manantia capitis ulcera: impetigines: cancrescentia: & quę malefica seu dolosa ulcera appellant. Est & alterũ cicer arietinum appellatum. Datur ad ciendas urinas utriusq; cum rosmarino decoctũ cõtra fellis suffusiones & cutem subeuntes aquas. Renes tñ & exulceratam uessicam lædunt. Contra formicas: uerrucasq; iubent aliqui singula earũ capita singulis ciceribus noua luna tangere: obligataq; in linteolo semina illa in tergus post se iacere: ita cadere eas arbitrantes. Nascit & siluestre cicer foliis satiuo simile acri odore; semine differens iisdem omnibus utile quibus & satiuum.

e

INTERPRES.

Vlta faciunt ut credamus tam græcis q̃ latinis fuisse Ciceris multiplex genus: nec unã aut alteram: tñ speciem ciceris appellatione in antiquis significari. Illudq; maxime q̃ omnes de legumine hoc agere incipiẽtes a plurali numero rem ordiunt. Theophrastus libro. ix. » οἱ δὲ ἐρέβινθοι καὶ τοῖς μεγέθεσι καὶ τοῖς χυλοῖς καὶ χρώμασι καὶ ταῖς μορφαῖς διαφέρουσι. Quæ Plini» us lib. xviii. sic uertit Differentiæ cicerũ plures magnitudine: figura. colore: & sapore. Paulus Aegi» neta in primo quo capite de leguminibus agit plurali numero usus & ipse ait. οἱ δὲ ἐρέβινθοι φυσώ» δεις καὶ σπέρματος γεννητικοί &c. Quod est: cicera (si sic dixisse liceat) inflant & semen augent &c. » Eodemq; numero Galenus vi. de simplicibus libro usus idem ẽt ostendit. Inter latinos Colume» la secundo rei rusticæ uolumine satiõnẽ leguminis huius docens ait. Cicer aut cicercula quæ piso » est similis &c. Nec multo post. Cicer quod arietinũ uocat: itẽq; alterius generis qđ punicũ &c. ma» nifeste indicauit cicerculã ciceris appellatiõe cẽseri: ex quo ait cicer aut cicercula quasi disiũctio» ne illa generis ampliorẽ captũ ad certã cõtraheret speciẽ: cui simile in vi. Paulus Aegineta itidem » fecit: qui cum ἐρέβινθον .i. cicer quod ,pposuerat ampliorem: ideoq; minus certam hre significatio» nem sentiret addidit statim ὁ μέγ συνήθης: idest notum hoc & quotidianũ. Et ne longiores simus. » Idem eodem loco Plinius ciceris species has numerat: Arietinũ arietino capiti simile: unde & no» men illi factum est: colũbinũ quo p hyemem aues illæ pascerent. Hoc & Venereũ Plinius uoca» ri ait: esseq; candidũ rotũdũ & læuorẽ habere arietino minus Idẽ hoc cicer Columella punicũ a » gente appellare uidet. Esse & cicerculam minuti ciceris speciẽ Hæc oĩa ut uidet ἐρεβίνθου ĩ græ» cis in latinis ciceris appellatione censent. Addiditq; his Paulus Aegineta eodẽ libro sexto quos ab » erui similitudine ὀροβιαίους græci appellauerunt Plinius tñ non uidet hoc genus aperte fecisse: » sed bonitatis notam similitudinem eam esset: nec Theophrasti uox ab eo sensu aliena est. Verba » Plinii sunt. Dulcissimũ aũt id quod eruo simillimũ: firmiusq; qđ nigrũ & russum q̃ albũ. Ex his » deprehendi facile põt una ciceris appellatiõe plures has species in antiquis censeri: sed quales hæ sint cognoscere in regiõe nostra difficillimũ: qm̃ quod Columella punicũ nominat gentili noĩe illo peregrinũ & alienũ italiæ fuisse ostendit. Quod itidẽ columbinum siue ucnereũ idem Plinius uocat candidum & cũ læuore rotundũ nullibi quod hactenus uiderim in Italia inuenit. Cicercula a Columella cicer manifeste appellat: prima in leguminis huius censu ab eo numerata. Qua rõne credimus a Dios. cicerculam primo descriptã hoc capite fuisse: qm̃ nullibi eius leguminis in

m

Cicerũ genera multa

toto hoc opere meminit quéadmodum nec Pisi: & ab ea statim quo ordine Columella ét usus est Arietinum descripsisse: id a Paulo Aegineta in cādidum & nigrum diuidit̃ arietum capitibus si mile: qm̃ in eo producta oscilla arietini rictus formam & imaginem efficiunt: quod cicercula nõ habet: nec forte quæ alia in hoc genere numerata sunt Esse ét in hoc genere quod siluestre sit oẽs testantur. Nec nos quale id sit aut ubi nascatur: hactenus nouimus. Poterāt adiici his pleraq; alia. sed nos breuitati consulimus: & in re nõ satis certa obscuriores longitudine fieri nolumus. Quod ad nostrate cicer pertinet satis sit cicerculam arietinumq; cicer: & id candidum & russum nouisse sciréq; russum cicer in uessicæ & urinæ uitiis efficacius candido esse His.n.iubet Paulus Aegineta uti quo loco agit de renum uessicæq; uitiis & calculis: aitq; καὶ τέρεβινθον οἱ μέλανες κριοὶ: arietinum nigrum cicer uocat: notissimum hoc omnibus.s. Et quæ item ab eruis orobiæa nominantur amaritudinem habere aliquam: & maiore caliditate q̃ cætera esse. Et quod hic ait cõmendare cicer cutis colorem & hilaritatem eius facere ab eodem Paulo Aegineta sic probari ut uirens comedatur. Et hæc pro omni cicere hactenus dicta sint.

DIOS. DE Faba nostrate. Cap. xcv.

Yamon. Romani fabam dicunt. Inflat & uẽtris flatus facit faba: ægre cõ coquitur. Insomniosa est; tussi tñ & carnis incremẽto utilis. Decocta eadẽ in posca & cũ cortice suo in cibo sumpta: intestinoꝝ tormina: & cæliacas fluctiones sistit. Vtilis contra uomitiones ẽt in cibo sumpta. Minus inflat diffusa in coquẽdo priore aqua. Viridis stomacho magis nocet: magisq; īflat. Farina eius per se & cum polẽta uulnerum īflāmatiões mitigat illita. Cicatrices ad reliquæ cutis colorem perducit. Inflāmatis & quibus in grumos coagulat̃ lac māmis prodest idq; in eis extinguit. Strumas: qui secundũ aures fiunt abscessus (parotidas græci uocant) & sugillata cum melle & fœnogræci farina discutit. Cũ rosa ture & oui albo procidentes oculos: eorũq; uuas & tumores compescit. Vino eadem macerata oculoꝝ suffusionibus & ictibus medetur. Quin etiam sistendis eorum fluctionibus sine cortice cómanducata faba fronti imponitur. Sanat eadem in uino cocta testium inflāmationes: & pueroꝝ imo uentri imposita impuberes diu seruat. Eadem præterea uitiligines exterit. Euulsos corpore pilos illiti fabaꝝ cortices infirmos tenuesq; renasci cogunt. Discutiunt iidẽ strumas cum polenta scissiliq; alumine ex uetere oleo illiti. Tingunt̃ fabarum decocto lanę etiam. Factas ab hirudinibus sanguinis eruptiones sine cortice faba bifida diuisione qua se compactili nexu tenet apposita compescit.

INTERPRES

Nihil est quod nostrati fabæ adiiciatur tam notum omnibus legumẽ id est: eoq; magis quo cum de gallinaꝝ ouis nõ multo ante ageremus de Pithagoreoꝝ faba lõgius ẽt actũ est. Excutienda nunc tñ quæ nobis cũ aliis nõ cõueniunt. Quoꝝ id primũ est non uideri nobis Dios. contra intestinoꝝ tormina & cæliacas fluctiones iubere sũmi in cibo decoctas in posca cũ suis fabalibus fabas: modo fabalia sint quæ Plinius: Varro: pluresq; alii sic appellauerunt fabaꝝ frutices & siliquæ. Sed cũ sua cute & corio fabaꝝ grana & semina: σὺν τῷ λέπει hic ait. Est autẽ λέπος græcis coriũ cortex & cutis. Indicatq; ea uoce Dios. quod Plinius solidæ appellatione in eadẽ hac ipsa re significauit. Siquidem in fabaꝝ medicina ait. Namq; solida fricta feruensq; in acri aceto: quod hic poscam dixit coniecta torminibus medet̃. Solidamq; eam appellauit ut a fresa discerneret. Cui idem est quod hic ait σὺν τῷ λέπει. i. integra & cum sua cute. Quo magis Barbarum demiror: qui eandem uocem λέπος hic fabalia: pauloq; post cortices uerterit: cũ tñ eadẽ ubiq; eiusdem uocis significatio in græcis sit In latinis aũt longo interuallo fabalia a corticibus differāt. Idẽ etiam fluctiones alui simpliciter dixit: quas nos cæliacas fluctiones priuatim eas significantes: quæ in cæliacis fiunt: de quibus iampridem dictum a nobis est.

Fabalia λέπος

DIOS. DE Faba ægyptia. Cap. xcvi.

Aegyptia uero faba quam ponticā aliqui ẽt dicunt plurima nascit̃ in Aegypto Asia Ciliciaq; palustribus locis. Grāde foliũ galeri modo habet. Caulem cubitalẽ: crassitudĩe digitali: florem roseo colore dupla ad papaueris florem magnitudine: qui cũ defloruit uespaꝝ fauis similes utriculos ꝓfert: in qui-

bus fabæ sunt paululum bullarũ modo supra operculum emergentes. Vocatur id ciboriũ: ab aliquibus aũt cibotiũ quasi scriniolũ: ꝓpterea ꝙ seritur faba hæc indito in madente gleba semine eius sicq; in aquã proiecto. Radix illi est harundinis radice crassior: quæ cruda pariter & cocta estur colocasiũ appellata. Comeditur uiridis faba hæc etiã. Nigrescit siccata: maiorq; cõi faba est. Habet Aegyptia faba adstringendi uim: stomacho accomodata est: ideoq; cõtra intestinorũ tormina: cœliacasq; fluctiões pro polenta farina eius utiliter illinitur. Dantur & in pulte cortices eius in mulso decocti: efficaciusq; id agunt poto eorum decocto põdere triũ cyathorum. Facit ad aurium dolores quod in medio eius uiridi colore & amaro sapore est tritum & cum rosaceo coctum mox auribus instillatum.

INTERPRES.

Quod ex Aegyptia faba usum in Aegypto nostra ætate habet radix sola ẽ: quam coctã sed in taleolas prius sectam incolæ quotidie comedunt: odore cotonei mali plebi nobilitatiq; cõem cibũ. Nec minus tota Aegypto colocasia nũc seruato antiquo nomine ꝗ̃ nobis rapa nota sunt. Falsum est quod antiquiores omnes de ea tradiderunt non nisi in aquis nasci: quoniã in arida: sed nõ procul a mari: & humido harenosoq; solo ẽt sata & p se ꝓuenit. Licetq; nũc totos colocasiis cõsitos agros ut ferũt supra Tripolim urbẽ ad marenõ iniocũdo spectaculo uidere. Latissimis siquidem & numerosissimis foliis uirent: quibus foliis æstum in calidissima regiõe ẽt arcẽt. Eamq; ob cãm hic ait foliũ fabæ Aegyptiæ grãde eẽ galeri magnitudine: quod Barbarus neglexit ut quæ a Plin. xxi. uolumine capite xv. dicunt Dioscoridi misceret: folia eius latissima ẽt si arboreis cõparent Cũ tamẽ ex Theophrasto uolumine quarto de plãtarũ historia: si nõ placebat Dioscor. idẽ nobis dicere potuisset. Folia. n. Aegyptiæ fabæ sic descripta ab eo sũt· παραφύεσθαι δὲ φύλλα μεγάλα παρ' ἕκαστον τῶν κυάμων ὧν καὶ τὰ μεγέθη πίλῳ θετταλικῷ ἔοικεν folia adnasci illi tradit Theophrastus magnitudĩe thessalico pileo similia. Nec Plinius ab eo sensu discessit eodẽ loco scribẽs ad similitudinem eorũ quæ personaciæ in nostris amnibus uocamus Quam lato aũt folio personacia sit: in ea non multopost dicet. Sed quid ueterũ auctoritate & testimoniis utimur? sensus de ea testatur: narrãt enim qui uiderunt nullum esse in nostro orbe arboris aut herbæ foliũ: etiam si uitis platanive aut cucurbitæ sit quod nõ ab eo superet. Idq; sciens Columella rei rusticæ lib. ix.
» capite xv de anatibus palustribusq; aliis auibus agens ait oportere in piscinis mediã partem terre
» nam relinqui ut Colocasiis cõserant quæ inopacẽt auiũ receptacula. Et eiusdẽ disciplinæ auctor
» Palladius in Februario mense præcipit eo tpe Colocasiæ cõserẽdos eẽ bulbos quos amare ait hu
» midũ locũ pinguẽ: maxime irriguũ: & circa fontes riuosq; lætius ꝓuenire: nec differre quo terre
» ni genere serant si ꝑpetuo foueant humore: esseq; Colocasiis paulominusꝗ̃ perpetuas frondes si
» tanꝗ̃ citrea tegumentis defendant a frigore. Serebant colocasia quõdã in aquis ut uĩ uerũ in con
» tinente ẽt & arida: ut indicat Palladius & in Aegypto regionis eius incolæ quotidie uident. Idq; ẽ
» quod Strabo Geographiæ suæ lib. xvii ait Delectant aũt in Thalamegis nauibus dẽsissima fabe
» ta subeuntes & eorũ foliis inumbrati: quæ adeo magna sunt ut poculorũ & catinorũ usum ꝓbeant.
» Habent. n. cõcauitatẽ quandã ad id idoneã. Vnde Alexãdrinæ officinæ his plenæ sunt: & ut uasis utunt. Agri quoq; magnũ ex his prouentũ habẽt. Ex quo foliorũ in Aegypto ad pocula usu Flaccus ait ciboria exple: & si hic non in foliis ciboria appellet: sed in summo caule emergentẽ & bullantẽ multiplicẽ fabam. A qua forma nostræ ætatis pictores & architecti in operibus suis ornamẽta quædã fastigiatæ longitudinis ciboria adhuc appellãt: ab Aegyptiæ huius fabæ caulibus sumpto exẽplo & noĩe. In quibus: ut Theophrastus ait Quale in papaueribus sũmũ caput est: cõtinuis fauorũ modo foraminibus perforatũ & in singulis his singula emergẽtia semina. Lõgior est in eo scriptore plantæ huius historia: quã poterunt uolentes ab eo certius audire. Caules. n. flores semina & radicẽ tam apposite effigiat: ut nihil desyderandũ legentibus relinquat. In ꝓ̃tio & honore maximo radix Aegyptiæ fabæ quõdã fuit: quæ sola Colocasiũ ꝓprie dicebat: & si tota ab aliquibus planta hoc nomine uocata ẽt sit Comedebat cruda pariter & cocta: nũc cocta tm̃ Aegyptii in cibo utunt obsoniis ei cõcoquentes: quã ideo in frusta secant: qm̃ caulis sui modo per lõgitudinẽ rectos pectines habet: qui nisi secent longiori filo cõuiuas defatigabũt. Quod Martialis in Xeniis
» suis indicauit scribens. Niliacũ ridebis olus: lanasq; sequaces: Improba cũ morsu fila manuq; tra
» hes. Crassitudo illi est quæ crassissimæ calamorũ radicis: foris nigra intus candido colore: eadem qua olusatrum specie. Nasci hanc Theophrastus sponte sua dixit: & si sereret eo quo dictũ ẽ mõ. Nunc neglecta eius satione sponte sua nascentẽ in campis Aegyptii effodiunt: nullusq; est illis frequentior & gratior cibus ob suauitatem odoris quem cotoneis similem presertimq; cocta reddit. Poterãt a nobis de toto hoc olere plura dici: sed tã multa Theophrastus: Plinius: Athenæus: pluresq; alii de ea tradiderunt: tãq; diligẽter a Barbaro collecta & exscripta in corollario suo omnia

Colocasia

illa sunt ut in uulgata re non fuerit nobis ultra laborandum. Et in his quæ hactenus dicta sunt nul lum fuit consilium aliud nobis q̃ ostendere legentibus esse adhuc colocasiā nasci in Aegypto: eam q̃ esse in cibis usum. Et si fuerit diligẽtior aliquis posse ex Aegypto repetitā plātam iterum in nostro orbe coalescere. Quæ licet non tantæ bonitatis futura sit: honestius tamẽ & utilius uesci colocasiis q̃ carduis fuerit: quæ naturæ mõstra uariis quotidie rationibus ad ganeā transformant. Siquidem de colocasiis his quod ad uitam pertineat præter a Dios. dicta inuenimus τρόφιμα esse: idest egregie nutrire: melioraq; quæ minus lanosa fuerint. Quod postremo hic ait in medio eius uiridi colore: & amaro sapore esse: de faba .i. semine ipso intelligẽdum est: quod Theophrastus & Athenæus indicant. Ambo enim amaritudinem quandam illi assignant: & p̃ter amaritudinem uiridia ægre concoqui dixerunt: exigui nutrimẽti esse & inflare: siccata tamen inflandi minorem habere uim. Et hæc ex multis de ægyptia faba & Colocasiis dicta hactenus sint.

DIOS. DE LENTE. Cap. xcyii.

p

Hacon. Romani lentem siue lenticulam dicunt. Hebetat oculoꝝ aciẽ lentis quæ edendo est cõtinuus cibus. Aegre eadẽ concoquit̃. Stomacho nocet. Stomachum & intestina inflat. Aluũ cum suo cortice in cibo sumpta compescit. Probatissima quæ facillime coquit̃: & quę madens nihil ex se nigrum remittit. Adstringendi uis & natura lenti est: ideoq; aluum sistit cortice suo prænudata diligenterq; elixa: & prima in coquendo diffusa aqua. Aluum enim soluit primũ eius decoctum. Grauia etiam & tumultuosa insõmnia lens facit: neruis: pulmonibus & capiti inimica. Fœlicior illi contra alui fluores sua uis est admixtis illi cum in aceto coquit̃ intybo quod serin græci nominant: portulaca ue: aut beta nigra: aut myrti baccis: aut malicorio: aut siccis sorbis: aut mespilis: aut cotoneis malis: aut pyris: aut thebaicis palmulis: aut intybo erratico quod cichorion dicunt: aut plantagine: aut siccis rosis: quæ omnia post cocturam abiicienda erunt: aut cum excoriati fruticis uua quam rhum dicunt: & quæ obsoniis inspergit̃. Veꝝ oportet diligẽtissime rhum cum aceto illo decoquere alioquin aluũ turbat. Contra stomachi subuersionem triginta lentis grana suis corticibus denudata utiliter deuorantur. Podagræ dolores lenit decocta lens: & cum polenta emplastri modo imposita. Sinus cum melle eadem glutinat. Crustas erumpit & ulcera repurgat. Quinetiā in aceto decocta durities & strumas discutit. Cum campana sertula: cotoneo ue malo oculoꝝ sedisq; inflāmationes admixto rosaceo sanat. Idem præstat in maioribus sedis inflāmationibus: magnisq; sinibus cum malicorio siccis ue rosis decocta admixto melle: Contra depascentes gangrenas similiter ea utunt̃: aut admixta maris aqua. Contra pustulas autẽ: ulcera quæ a serpendo græci herpetas dicunt: sacros ignes: pernionesq; ut præmonstratum est. Quin etiam cõtra coagulās se in grumos lac & lactis abũdātiā nõ ferentes mãmas in maris aqua cocta lens & illita remedio est.

INTERPRES.

n

Eglexerunt alii a principio statim capitis huius quod a Dios. lenti necessario additũ fuerat: ut eam de qua nunc agebat̃ a palustri & siqua alia lens est separaret. Id autem ẽ ὁ ἑψόμενος quo participio lentẽ in hoc capite ad eā tm̃ cõtraxit quæ edẽdo est. Sic enim nos q̃ decet interpretem fide & rei necessitate uertimus. Siquidẽ nihil ὁ ἑψόμενος aliud significat q̃ quod comedit̃ & in cibi usu hominibus est quẽ aliæ nõ habent. Occurrit mox in quo non interpres mõ sed uetustissimi græcoꝝ codices discrepẽt: dubitandũq; sit uerior ne & antiqua lectio fuerit quod fere in cũctis legit̃ κοιλίας δὲ σταλτικὸς σὺν τῷ λέπει ἑψόμενος: quod est cohibere aluum cũ corticibus suis sumptā in cibo lentem: an quod in aliquibus legit̃ μαλακτικός .i. emollire. Barbarus posteriorem hanc secutus est: nos priorem illam magis probauimus. Vsq; ad eā sniam sumus Plinii primũ auctoritate: q̃ xxii. uoluminis capite ultimo ait aluũ sistere ĩ cibo lentẽ: mox Pauli Aeginetæ lib. yi. dicentis totā lentis corpus siccare & aluum sistere: totum enim corpus ille ut credimus uocat qd hic σὺν τῷ λέπει i. cum cortice suo dixit. Ille suoꝝ codicum fide nixus sic tradidit: nos nostroꝝ & p̃ter id ueteꝝ medicorum auctoritate aliter ab eo uertimus. Vtrobi aũt certior ueritas sit peritiores censebunt. Potuit & illud Barbaꝝ mouisse: qd nõ multo post ab hoc ipso decernitur

sistere aluum detracto prius cortice &c. Iterumq; aluum soluit eius primũ decoctũ: quod tamen nõ obstat: tota enim auctoribus hoc ipso & aliis adstringẽdi uim hẽt: ut diximus: quodq; hoc loco a Diosc. dicit ad decoctũ eius magis q ad corpus ptinet. Nõ cõuenit postremo nobis cũ Barbaro in ultima capitis coronide: qd ille ait: pannosis mãmis fœminaꝝ utiliter lentem illini: nos aũt lac intra se in grumos coagulãtes: & lactis abũdantiã nõ ferẽtes mãmas uertimus. Certum & ab antiquis sæpe descriptũ mammaꝝ malũ ostendentes: quod in pãnosis eius mãmis nõ facile intelligit. Nescimus quidem nos quod uitium hoc sit: nisi forte pãnosas dixerit mãmas rugosas: pãnuceasq; quales ridicule poeta appellauit araneoꝝ cassibus pares. Libenterq; ego si uiueret hominem iterrogarem quale id sit. Veꝝ id uideo non dubitauit in re presertim incerta alioquin diligens homo: sed codicum fidem simpliciter secutus quale id erat: uertit: sciensq; σπάργανα a græcis dici: quibus inuoluunt infantes: & σπαργανᾶν pannis inuoluere esse. Legensq; in Diosc. σπαργῶσας ab eo uerbo factum uerbale nomẽ pannosas uertit: nõ sollicitus nec quærens quod nam id malũ in fœminarũ mammis eẽt. Ruellius ẽt idem passus: nec eousq; audax ut syllabam litteram ue unam in hoc scriptore mutare auderet: alias huic loco tenebras intulit usq; eo duras mãmas dicens ut quandã cartilaginis speciem referant; quod nec in noua aut antiqua medicina auditũ hactenus a nobis ẽ. Sed erat facile in antiquam sanitatem male habitum a librariis locũ restituere cogitantibus duo mammaꝝ in fœminis uitia Diosc. cõiungere: alteꝝ cum in grumos lac densat quod χονδριῶντας: alterũ quo maiore impetu lactis a natura in eam partem facto tument: inflammanturq; nec possunt copiam eius muliebres mammæ ferre: quod σπαργῶντας appellant: tam nota eius uerbi significatione ut nihil in græcoꝝ lexicis æque notũ sit quo significẽt plenũ: & quod euacuari indigeat. Debuerat id satis eos monere: q de fœminaꝝ mãmis agebat: quas hic infinitis pene locis σπαργῶντας nominat: a quibus in hunc locum reuocanda legitima uox erat. Idem utriusq; in græcis uocis principiũ uitio cãm dedit: sed sarciendum diligentia erat: quod incuria perierat. Id factum a nobis est multis quidem nec sine labore: ueꝝ necessario ne diuersa ab aliis editio hæc nfa defensiõe sua careret. Et hæc pro lente hactenus: a cuius cõmentatione discedentes monebimus tñ Sinus in ea nos appellasse: quos græci κόλπους dicunt: ulceribus adnascens & cõiunctũ malũ quodq; coꝝ medici fieri dicũt: cũ q adiacet ulceribus cutis lõgiore tpe & spatio subiecto corpori nõ coalescit & glutinatur. In quo genere q in supiore pte ulceris eius fiũt purgãte se cõtinua destillatiõe saniе facilius coalescunt: cõtra uero q in inferiore corrodente cõtiguas cõtinue partes quæ in illis seruat saniе. Nõ est unum coꝝ genus. Veꝝ sunt q simpliciter sinus uocant: sunt ẽt q ῥακώδεις κόλποι priuatim abs idem græcis noiant. Quales aũt ii sint facile nouisse erit sciẽtibus ῥάκη a græcis dici longo usu attritaꝝ uestiũ fragmenta: quæq; amissa crassitudinis suæ maiore parte tenuia sunt; a qua similitudine ῥακώδεις κόλπους dixerunt: qbus tenuis & attritis uestiũ fragmẽtis iis cutis sinis supiacet: herique hos sinus pleruq; dixerũt: tarde secto abscessu: aut chirurgi impitia: aut eius q curatur timore.

Mulebrium mãmarum duo uitia χονδριῶντες μεστοὶ σπαργῶντες

DIOS. DE Phaselo. Cap. xcviii.

p

Hasiolum: Romani phaselum dicunt. Inflat: uentrisq; inflationes gignit phaselus: Aegre idem cõcoquitur. Si coctus uiridis in cibo sumat aluum mollit. Vomitionibus præterea accomodatus est.

INTERPRES.

d

Olichum nescio an Theophrastus aliqñ idem legumen hoc appellet: piso n. magis q phaselo cõgruunt q de dolicho ab eo dicũtur. Verba eius lib. viii de plãtaꝝ historia hæc sũt. ὁ δὲ δόλιχος ἐὰν παρακαταπήξῃ τις ξύλα μακρὰ ἀναβαίνει καὶ γίνεται κάρπιμος, εἰ δὲ μὴ νοσώδης καὶ ἐρυσιβώδης. Quod ẽ Dolichus uero si prope longius lignũ defixerit aliquis ascendit fœcũdusq; fit: sin minus deterior & rubigine uitiat. Paulus tamẽ Aegineta primo uolumine quo capite de leguminibus agit de phaselo his uerbis usus est. οἱ δὲ φασίολοι καὶ δόλιχοι καλούμενοι: quod est. Phaseli uero qui & dolichi noiant. Magna utriusq; auctoritas Neq; ego ausim p re quæ ad utrãq; partẽ trahi põt inter eos censere. Dolichon enim lõgũ græcis dicit quod phaseloꝝ siliquis magis competit: & pisum per se stare nequit: ideoq; adiunctis sibi liginis: ut Theophrastus attinitis.

DIOS. DE Eruo. Cap. xcix.

o

Robon. Romani eruum dicunt. Notũ omnibus eruũ. Exiguus frutex: tenuis: angustis foliis: & exiguis seminibus quę in siliquis fert: ex quibus fit quam erui farinã dicunt medicinæ accomodatam. Onerosum capiti uescẽtibus eruũ est: aluum turbat: & sanguinẽ cũ urina ducit. Coctum tamẽ datũq; boues saginat. Conficitur ex eruo farina hoc modo. Eligito crassissima simul & candi-

dissima erui semina aquam eis superinfundito: misceroq;. Sinito dein aquā aliquā diu cōbibere. Postremo frixis usq; dum rumpatur cortex: siccatisq; & mola tritis seminibus angustiore cribro traiectam farinam reponito. Bonam facit aluū sic confecta erui farina: urinam cit & cutis colorem cōmendat. Si copiosius tñ in cibo potu ue erui farina sumpta fuerit: p aluū uessicamq; cū torminibus sanguiem ducit. Purgat cum melle ulcera. Lentigines: asperam & discolorē ceu a sole cutē: labes quas græci spilos dicunt: & toto corpore maculas exterit, Sistit quæ pascendo serpunt: Gangrenas cohibet: & mā̄marum durities mollit. Carbunculos eadem: fauos: & quæ theriode ulcera græci nominant: erumpit. Vino macerata erui farina canum: hominum: uiperarumq; morsibus illita medetur. Aceto aūt urinæ angustias lenit: tormina: & inanes egerendi uoluntates: quas tinesmos uocant. Vtilis & his qui cibum non sentiunt nucis quātitate frixa & cum melle sumpta. Fouent decocto eius etiam perniones utiliter: & toto corpore prurigines.

INTERPRES

Q Vid qualeq; in rustica re; & inter legumina eruū sit: quosq; usus in homine & rustico pecore habeat: rura oia nouerunt. Nullibi enim fere nō serit: egregie in boum sagina utilitatis. Quæ de satione oīq; utilitate eius nouisse aliqs cupiat: Plinius: Columella: reiq; rusticæ scriptores alii longissime docebūt. Nos qđ ad usum eius in medicina ptineat legētes monebimus. In Eruinæ farinæ confectione obseruatū a nobis fuisse: nō in aquam madere erui semina consueuisse: sed simul cū aqua in aceto ēt. Hic tñ aqua contentus nihil addidit aliud. Nosq; omniū græcorum fidem secuti quale legit: tale ēt reddidimus. Conferētes deinde quæ ab aliis uersa de eruo fuerant: nō legi in barbaro deprehēdimus: quæ alioqn necessaria sunt: quo loco hic iubet farina erui utendū contra canum morsus &c. Relicti. n. illic sunt hominū & uiperarū: deesseq; illi & instauranda esse hic ipse ostendit ex decretis contra uiperæ morsus remediis inter quæ & illud est ὀρόβινόν τε ἄλφιτον μετ' οἴνου πεφυρμένον: quod est & erui farina cū uino macerata. Eadem Paulus Aegineta usus ēt est. Quodq; ad hoium morsus ptinet negligendū nō erat. Siquidē Aegineta idē Paulus atq; cū de uenenatis agit nō absurde quæri ēt de morsu hominis. Siquidem asperior fit uulneribus aliis multis: pfertimq; ieiuni. Easq; ob cāsnos omnia illic seruauimus. Dicemus hoc loco ēt ut tota res certius pateat: qui nam sint quos cibū nō sentire diximus ex antiquorum scriptorum descriptione: & ex re ipsa mali genus id significantes; quod græci quia non nutriantur qui in eo sunt ἀτροφίαν & ἀτρόφους passim dicunt: quotiens nō alitur homo: & naturaliter semper aliquibus decedentibus: nullis uero in eorum locū subeūtibus summa macies oritur: quam duobus modis fieri ueteres dixerunt: aut cū aliquis fastidiens minus: aut auiditate nimia plusq debet; assumit. Ita uel quod deest infirmat: uel quod superat corrumpitur. Hocq; mali genus græci ἀτροφίαν & ī eo constitutos ἀτρόφους dixerunt. Latini ueteres non sentire cibum id uocauerunt manifesta noīs & rei significatione. Primū tabis genus esse id malum Celsus libro tertio testatus est. Eadē hac ἀτροφίας uoce in oculorum malis græcoꝝ medici usi sunt; Atrophiam a phtisi. i. tabe oculi differre dicentes q; minuit phtisis: & angustiorem facit oculi pupulam. Atrophia aūt totum oculi bulbū minorem & humiliorem reddit: & quoniam minuitur quemadmodum ea quæ cibum nō sentiunt: ideo translata a toto corpore ad oculum Atrophiæ uox est. Dixitq; in Isagoge sua Galenus eē oculi atrophian quotiens ex longa ualitudine: aut incerta aliqua cā oculus quasi a sede sua motus mox subsidens excitato in radicibus eius dolore minor fit & minus aut nihil uidet.

ἀτροφίαι
ἄτροφοι

Sētire cibū

Phtisis oculi

Atrophia oculi.

DIOS. DE Lupinis. Cap. c.

Hermon hemeron. Romani satiuum lupinum dicunt. Aegyptii brechon appellant. Nouerunt lupinum omnes. Ventris lumbricos enecat & pellit lupinorum farina cum melle lincta: aut cum aceto pota. Idem præstant & lupini aqua madentes: sed amari adhuc. Bibitur eadem utilitate & euentu eorum decoctum pipere & ruta additis. Quam ob causam lienosis etiam prodest. Fouentur eodem decocto etiam utiliter gangrenæ: ulcera quæ theriomata græci uocant: incipientes scabies: uitiligines: papularum eruptiones: manantia capitis ulcera: & cutis uitia quæ spilos dicunt. Fœtus & menses trahit idem lupinorum decoctum

additis myrrha & melle fœminis subditum. Purgat lupinorum farina cutem: liuoresq; omnes. Cum polenta & aqua inflammationes lenit. Ex aceto coxendicis dolores & panos mitigat. Strumas discutiunt in aceto elixi & illiti lupini. Quin etiã carbunculos erumpunt. In cœlesti aqua decocti usq; dum in succum lentescant faciem exterunt. Et cum Camæleonis nigri radicibus decocti quadrupedum scabies sanant: in quem usum tepido decocto illo abluuntur: utinam cit decocta in aqua: potaq; lupinorum radix. Edulcati tritiq; & cum aceto poti lupini stomachi fastidia leniunt: & cibi auiditatem excitant. Nascitur & agrestis lupinus quem syluestrem lupinum dicunt satiuo similis: in cunctis tamen eo minor: sed ad omnia ad quę satiuus utilis.

INTERPRES

h Abet in animalibus naturalem uim lien: & in eum usum a natura illis datũ id extũ a principio fuit: ut queadmodum mixtos & latẽtes in terra simul succos saporesq; omnes priuatim ad se ui sua trahentes plantæ proprium discretũq; faciunt: quod multiplex & cõcretũ antea erat: melioresq; tunc pomorũ sapores: & florũ herbarumq; odores cum consitis eodem loco diuersæ naturæ plantis singulæ quod suũ est ad se trahentes puriores aliis succos suos reliquũt mutuo beneficio sibi inuicem utiles: & bonitatem suã cõtrariæ: aut inutilis qualitatis priuatiõe augentes. Sic in animalibus quod atræ bilis a iecore excretũ ueluti limus sanguinis est lienis naturali ui attractũ in exto illo ueluti in ꝑpria sede ad uitam & sanitatẽ seruat: fœlicissimo nobis naturæ in hoc euentu & opere quãdiu ualens lien ui sua in trahendo utit: aut obstruso meatu per quẽ trahendus humor ille est naturæ id opus nõ impedit. Quod optandũ curandumq; in primis homini est, ne alterutro uitio laborans lien per totũ corpus spargente se impuro sanguine faciat: quam græci nigrã ictericiam dicunt: in qua si fuerit grauitas in liene & dolor obstrusio meatus: si uero nihil huiuscemodi infirmitas significabitur. Quin ẽt si nigræ bilis sine febre difficultate ue alia uomitus accesserit eandẽ lienis infirmitatem significabit. Sin contra non trahendi ad se: sed excernendi infirmitas in liene fuerit: appetitus deiectio & fastidium aderit. Desierit enim ad uentriculi hostium ferri quo excitatur appetitus atræ bilis excrementum a liene excretum. Eoq; in liene obstruso & obsepto inflãmatio primũ quæ seruore: dolore: distentioneq; eius indicabitur: fiet. Nec multo post in duritiem transibit cessante dolore: feruoreq;: & cum duritie permanẽte tumore: Fietq;

Lienosi — quem græci σπλῆνα ἐσκιῤῥωμένον dicunt: graue homini malum: & quod plerunq; simul affecto iecore sequant cutem subeuntes aquæ. Ex tam multis quæ in liene mala sunt σπληνικοὺς græci tantum dixerunt: quibus lien obstruso obseptoq; in eo atræ bilis excremento induruerit: eosq; nos lienosos græcorũ exẽplo diximus hoc capite. Indicatq; id Galenus in diffinitionibus suis dicens splenicos. i. lienosos esse quibus post inflãmationẽ lien in antiquum nõ restituit habitum: sed tumor permanet & durities. Hisq; Paulus Aegineta bibendum esse præcipit amari lupini cum ruta decoctũ quod & Dios. pariter iubet. Est præter hæc illud ẽt animaduertendũ quo loco de lienosis agitur: qua rõne post lumbricorũ uentris remedia: quæ lupinorum amaritudine aduersari illis credenda sunt: a scriptore hoc statim iferatur. Quam obcãm lienosis ẽt prodest: & an laxando purgandoq; lieni satis ea uis sit. Quæ si satis fuerit: nullum oportebit suspicari uitium. Sin cõtra desiderãdum illhic aliquid erit: ex quo certius inferat. Prodesse lienosis lupinos laxare uerbi: cã purgare ue aut huiuscemodi aliud: nobis integer locus esse: & defendi posse ex græcorũ medicorũ decretis uidet: qui amaris lupinis ῥυπτικὴν καὶ διαφορητικὴν δύναμιν. i. purgandi & disiiciẽdi uires tribuerũt: iõq; lumbricos enecare: & ut illi dicunt τὰ σπλάγχνα διακαθαίρειν. i. exta purgare inter quæ & lien est: foueri præterea lupinorũ decocto hic ait inter cætera ulcera quæ theriomata græci uocãt. Qualia aũt ea sint: longius docuit Celsus li. y. & a carcinomate statim ex quo rõe mari licet in asperiorum

Theriomata θηριώματα — ulcerũ genere esse: quod nomẽ ẽt indicat ἀπὸ τῶν θηρίων. i. a ferocioribus bestiis: & a uerbo θηριοῦσθαι quod est ferocire factum. Celsi uerba hæc sunt. Est ẽt ulcus quod therioma græci uocant: id & per se nascitur & interdum ulceri ex alia causa facto superuenit: color est uel liuidus uel niger: odor fœdus: multus & muci similis humor: ipsum ulcus neq; tactum neq; medicamentum sentit prurigine tñ mouetur. At circa dolor est & inflãmatio interdum etiam febris oritur. Nonnunq̃ ex ulcere sanguis erumpit. Ac id quoq; malum serpit: quæ omnia sæpe intenduntur: fitq; ex his ulcus qd ἕρπητα ἐσθιόμενον græci uocant: quia celeriter serpendo penetrandoq; usq; ad ossa corpus uorat. Id ulcus inæquale est concauo simile: inestq; multus humor glutinosus: odor intollerabilis maiorq; quam pro modo ulceris inflãmatio Vtrunq; sicut omnis cancer fit maxime in senibus uel iis

θηριώδη ἕλκη — quorum corpora mali habitus sint: & hæc Celso tota theriomatis descriptio ẽ: credimusq; nos q̃ theriode. i. ferina ulcera in eruo ab hoc & a nobis dicta sunt sui generis quidẽ ulcera esse: sed quoniam asperius sæuiant a feritate sua nomen inuenisse.

DIOS. DE Satiuis rapis. Cap. ci.

g Ongylen satiuam: sunt qui gõgylida qui golgosium. Romani satiua rapa appellãt. Duo raporum genera sunt. Satiuum alterum agreste alterũ. Nutrit satiui elixa radix: inflat: uenerem stimulat: sed inutili & humore fluida carne uescentes auget. Fouentur decocto eius podagræ utiliter & perniones. Concisa etiam eius cato iisdem prodest emplastri modo imposita. Siquis præterea in excauata eius radice ceram rosaceo excæptam in feruenti cinere liquefecerit exulceratis pernionibus medebitur. Sumitur in cibo etiam elixus raporum in prima germinatione asparagus ciendæ urinæ accomodatus. Semen in antidota additur: & his quæ contra uenenata ad leuandos somno dolores conficiuntur. Succurrit & letalibus uenenis potum. Idem etiam uenerem stimulat. Minor nutriendi uis rapis est in muria seruatis & in cibo sumptis: appetentiam tamen cibi excitant. Nascitur in aruis agreste raptum. Frutex altitudine cubitali: ramosus: cuius summę partes & folia leuorem habent longitudine digitali: & aliquando maiora. Semen in calculatis siliquis fert: dehiscentibusq; seminum inuolucris his aliæ intus capitum specie siliquæ inueniuntur. In quibus exigua colore nigro semina sunt: sed quæ fracta intus albicent. Additur semen id his quæ ad exterendam faciem: reliquumq; corpus lupinorum tritici ue aut lolii aut erui farinis conficiuntur.

INTERPRES.

c Ommunem latinis græcam gongylem non rapum: sed uocem fecit in carmine suo Columella cum peractis uulcanalibus cecinit: Nube noua seri cœli impendẽtibus undis Gongylin illustri mittit quam nursia campo. Nec peregrinitatem uocis ueritus latinus homo est: tam grata omnibus erant omnia quæ ab ea gente in doctrinis tunc audirentur. Cumq; in secunda græcorum declinatione: & in quinta nomen id in græcis inueniatur ex quinta elegit secundum scilicet hoc quod Diosco. ait. sunt qui Gongylida nulla significationis diuersitate: nisi quis forte diminutiua forma gongylida a gongyle factum id nomen dixerit. Quacunq; autem forma dixerit aliquis eadem significatione semper indicabit quod rotundum sit: qua figura ubiq; pleruuq; nascitur rapa. Græcis enim γόγγυλον στρόγγυλον: id est rotundum significat: quod deinde hic ait minus nutrire in cibo rapa: quæ in muria seruantur ex antiqua salgamorum consuetudine rationem habet: quorum cum esset quotidianus usus docere Diosc. uoluit mutata aliquantisper natura minorem ex conditura uim in nutriendo rapa habere. Quomodo autem condirentur & condita seruarentur. Columella. xiii uolumine capite quinquagesimotertio satis docuit. Poterunt uolentes ex eo scriptore omnia facile nouisse. Quos obiter monemus quærẽdum medicæ materiæ studiosis eẽ: quas nam hic dicat in syluestris rapi siliquis capitum speciem & figuram. Quale enim id sit non satis constat.

DIOS. DE Napis. Cap. cii.

b Vniada. Romani Napum dicunt. Inflat etiam napi elixa radix: minus tamen q̃ rapum nutrit. Letalibus uenenis aduersatur semen eius: præpostumq; inefficacia ea reddit. Antidotis ideo miscetur. Conditurq; & seruatur raporum modo naporum itidem radix.

INTERPRES.

r Apis congeneres Napi sunt: quibus locis nascũtur omnibus cogniti: & a cunctis rei rusticæ scriptoribus longissime descripti. Eorum plura a Theophrasto Plinio aliisq; genera numerantur. Columella in his etiam græca uoce in eodem carmine usus ait Quæque Amiterninis defertur bunias aruis. Eodemq; loco de cõditura eorũ a rapis statim certam rationem monstrauit.

DIOS. DE Raphano quæ Romanis radicula est. Cap. ciii.

r Aphanon sunt qui polyides eryngium uocent: Aphri torphat. Romani nostratem radicem dicunt: raphano etiam colligēdi flatus uis & natura ē. Calefacit eadem in cibo grata ori: sed stomacho parū accomodata est. Ructus & urinā cit raphanus. Bonam itidem facit aluum: sed oportet a cibo eā sumere: sic magis digestioni conferentem. Præsumpta enim cibū in stomacho supra se suspendit. Præsumpta itidem uomitiōibus accomodata est: sensus exacuit. Estur elixa utiliter cōtra ueterem tussim: & quæ crassa in pectore concrescūt. Cortex raphani ex aceto mulso sumptus maiore efficacia ad uomitiones est. Cutem subeuntibus aquis: lienosisq; utiliter raphanus emplastri modo imponit̃. Delet sugillata ex melle: sistit quæ pascendo serpūt: uiperarum morsibus succurrit. Capilli defluuia quas alopecias dicunt: explet. Lentigines cum lolii farina exterit. Fungorum strangulationibus in cibo potuq; subuenit: & præter omnia hæc menses etiam trahit. Vomitorium etiam semen raphani est: urinam cit & cum aceto potum lienē minuit. Gangrenas idem emplastri modo impositum efficacissime circumscarificat. Calidum in aceto mulso coctum contra anginas utiliter gargarissatur: & contra cerastæ morsus cum uino utiliter bibitur. Agrestis uero raphanus quam Romani armoraciam uocant: folia satiuæ similia habet: multoq; magis lapsanæ. Radicem habet gracilē: mollem: sapore acri. Coquuntur olerum modo folia & radix in cibos: estq; illi calefaciendi: & urinam ciendi uis: uerumtamen ipsa æstuosa est.

INTERPRES.

f Ecit quondam in carmine suo Flaccus amicis Pisonibus liberam risus potestatem si ad spectandam tabulam uocarentur: in qua humano capiti ceruicem pictor equinam sic imposuisset: ut tota turpiter in atrum desineret piscem: nec quicquam ex eodem seminio & genere in ea cōspiceret̃: sed collaris undiq; dissimilaribus partibus ridiculū magis monstrum q̄ naturæ iocunda imago aliqua esset. Neq; imerito rideri a sapientibus concessit: quod sine boni iactura: piculoq; aliquo spectandū ꝓponeret̃ mendacium. Idem etiam non longe in eodē carmine eosdem monebat. Crederent huic tabulæ fore librum persimilem: cuius nec pes nec caput uni redderent̃ formæ: mox ut erat sapiens subiecit pictoribus atq; poetis quid libet audendi semper fuit æqua potestas: pictoribus poetisq; concessum fuisse dicens: miscere simul quæ alioquin natura secreuit. At non doctrinarum auctoribus: & his quos reiectis in aliud tempus figmentis & uoluptatibus utilitati tantum & ueritati consulere oportet. Quod a græcorum medicis & librariis in raphano seruatum non est. Inutiliter enim (quodq; non ridere sed lamentari deceat) satiuo & notissimo oleri montanam herbam miscuerunt non intelligentes quantopere a raphano siue agrestem: siue satiuam intelligant: differat: quæ apios a pyri forma quam radix habet quondam dicta herba ē. Quæ ex quarto huius scriptoris uolumine ad raphanum translata turpiter & inconcinna insitione illi coaluit: coniunctaq; est ab his: qui audientes agrestem raphanum apion illam etiam appellari eandem: aut congenerem saltem huic esse crediderunt: ideoq; cum hac scribendam]. Eorūq; fidem & auctoritatem secuti: qui ante nos in eodem hoc opere laborarunt simul cum raphano: & inter olera primum mox seorsum priuatimq; & inter herbas de eadem bis inutiliter & importune egerunt. Nos uero ni fallimur: quod uero similius est secuti semel tantum & in quarto uolumine inter congeneres illi plantas non cum raphano & inter olera de apio illa egimus. Quodq; mala insitione coaluerat in hoc capite ab eo: quod hic ait. Et contra cerastæ morsus cum uino utiliter bibitur usq; ad agrestis uero Raphanus &c totum ut alienum: & quod raphano disconueniret expunximus. Fueruntq; nobis consilii huius hæ causæ tota primum & inconcinna capitis huius series: maleq; in eo cohærentes partes: nec quo ordine hic semper consueuit disposita: quæ diuersi generis tractanda ab eo erant. Cogitauimus deinde nec nullam inuenimus rationem cur si apios illa raphano congener erat: ideoq; cum eo tractanda iterum inter alias herbas raphano dissimiles describenda esset: presertim nullis mutatis. Omnia siquidem ubiq; eadem sunt: nec res tantum sensus ue: sed uerba ipsa etiam: nihilq; hic legitur quod non illic etiam legatur: poterunt collatis simul duobus capitibus: quod ipsi deprehendimus uolentes manifeste intelligere. Eāq; ob causam qm̄ uerisimile erat satis Dios. fuisse semel de re aliqua egisse: nec iterum de eadem inutiliter agere: nos totam hanc partem ex hoc loco in quartum uolumē reiecimus: ubi inter cōgeneres herbas

propria

propria sedes illi erit. Accedebat his q quotquot ex ueteribus de raphano & apio scripserunt: qm dissimiles & diuersi generis plantæ essent diuersis locis de his egerunt. Plinius cum raphanorum omnium historiam li. xix. cap. quinto. xx. autem & capite quarto medicinam tradidisset. xxyi. uolumie capite octauo de apio hac raphano simili egit. Verba eius sut. Apios ischias siue raphanos agrios &c. Theophrastus itidem post longiorem raphanorum descriptionem libro septimo tractatam de apio hac in octauo inter dissimiles raphano plantas iterum atq; iterum egit. Paulus Aegineta i sexto de simplicibus seorsum apii huius & raphani meminit his uerbis ῥάφανος θερμαίνει μὲν κατὰ τὴν τρίτην ἀπόστασιν, ξηραίνει κατὰ τὴν δευτέραν· ἡ δὲ ἀγρία δραστικωτέρα κατ᾽ ἄμφω: certissimo argumento non esse apion agrestem raphanu: ex quo hic seorsum ab apio: & una cu satiua raphano agrestis meminit. Poterant tot testiu dicta satis ad hanc rem esse: quibus ob antiqtaté & rei peritiam fides merito habenda erat. Sed sunt ex uetustate repetita nō negligéda inditia alia quæ nos diligenter obseruauimus. Vidimus enim & adhuc in manibus habemus antiquissimæ fidei græcos codices: in quibus nulla est hæc pars quæ ad apion herbam pertinet: non dicimus auté apion hortensem herbam: & in usu sanitatis notissimum olus: sed herbam cui in purgando maxima uis sit: quam græci apion sua uoce ideo dixerunt: q turbinatam radicem habet eadem quantitate & forma qua pirum est: quod græci apion uocant. Habemus præterea egregiæ antiquitatis latinu Diosc. longobardis litteris scriptum: in quo nihil de apio herba additu: mixtumq; raphano est. Citamus aut hunc relictis impressis: & qui circuferunt codicibus: qm a Plinio: aliisq; dicta magis q a Dios. in illis legunt. Sed quid tam multis agimus: & sola testium fide & auctoritate nitimur? Res ipsa præ cæteris omnibus satis est. Quid enim excæpta radice & ea quadamtenus raphano simile habet apios a Dios. libro quarto descripta? Raphanon satiuam & agrestem nouerut omnes: ideo nos nulla eius descriptiōe utimur. Apios uero herba non folia ut raphanus: sed ramulos duos tres ue a Dios. ex terra proferre dicit graciles: rubentes: iuncorum specie supra terrā parum se extollentes. Hos Plinius etiam iuncos nominauit: Folia rutæ similia oblongiora tantum & angustiora: radicem piri figura rotundiorem tamen: liquore plenam: cortice foris nigro: intus cādido. Et hæc apii quam imprudenter raphano græcorum librarii miscuerunt historia species & forma est. Quid autem horum raphano conuenit? nobis sane nihil uidet. Nec aliter existimaturos legentes etiam credimus: Vt misceretur autem raphano apios radicis similitudo aliqua fecit. Cumq; ab imperitis ἀγριοράφανος: idest agrestis radix uocari cœpta esset paulatim ab imperitiore aliquo ad raphanum translata est: qui credens congenerem illi esse Dioscoridi in hac parte eā adiecit: adiectaq; in raphani corpus paulatim coaluit. Sed separanda a raphano est: quod nos fecimus: & suo loco tractanda præsertim non conueniente etiam utriusq; medicina: ut quod a principio hic scriptor præcæpit: non coniungantur quæ discōueniunt: nec a suo genere separentur quæ similia sunt. Adiciemus & illud non satis ad constituendum rei genus similitudinem esse: nec qa aliqui deficiente alio nomine ob eandem similitudinem cōmuni & æquiuoca appellatione quidpiam uocauerint eandem existimare rem: quod in apio hac factum esse manifeste deprehendit. de qua iterum certius & ex professo in quarto uolumine agetur. Nunc quod ad utriusq; raphani appellationes pertinet monere: illud satis erit: Quod hic a principio ait uocari a quibusdam raphanū poiyides eryngiū incertam nominis eius causam habere: nisi forte πολυειδὲς illud quod multiforme & multigenum significat uarias raphani species aliquibus significauit: quas a Theophrasto accæptas Plinius numerauit certis gentium: frondium: aliarumq; notarum diuersitatibus distinctas. Quodq; in agresti dictum est armoraciam a latinis dici sic esse Palladius in Octobri indicauit dicens. Item betam siccioribus locis nec non armoraciam seremus uel transferemus ad culta ut melior fiat: nam hæc agrestis est raphanus. In græcis Theophrastus armoraciam hāc a cornu forma & longitudine κέρας dici ait: quod nomen ob eandem causam pastinacis et cōe fuit.

DIOS. DE Siserе. Cap. ciiii.

Sisaron. Romani siser dicut. Notum omnibus siser. Suauis in cibo ori elixa siseris radix est; stomacho utilis; urinam cit: & cibi appetentiam excitat.

INTERPRES.

INter olera quorum radix tantum in usu est siser antiquis fuit: nec quæsitam in eo nisi radicis crassitudinem Plinius & Columella indicauerut: siquidem alter. xii. rei rusticæ suæ libro de satione eius agens iubet pastinaro stercoratoq; loco & q rarissime ponenda eé pastinacam siser & inulam ut maiora capiant incrementa: Alter naturalis historiæ libro. xix. e Germania maxime laudauit: quoniam egregiæ generositatis & amplissimæ magnitudinis in frigidissima regione nasceretur. Seri hoc non semine sed bulbis ueteres dixerunt: qui ut in lilio inula & aro fit a reliqua radice auulsi ad nouam sobolem in hortis disponuntur. Fecerunt in hoc genere

ueteres etiam satiuum & erraticum quemadmodum & in pastinaca cui congener esse creditur: si cuncta a ueteribus de eo tradita diligentius obseruentur. Poterant dici & alia: sed quæ ab aliis tradita sunt sine desiderio a nobis relinquuntur.

DIOS. DE Rumice. Cap. cy.

Lapathon. Romani rumicē dicūt. Plura sunt rumicis genera: inter ea oxylapathon quasi acuta rumex dicitur: palustribus locis nascens: duris & in cacumine acutis foliis. Est præter hanc hortensis rumex priori oīno dissimilis. Est & tertia agrestis: breuis: plātagini similis: mollis: & in terra iacens. Quarta postremo est: quā quidam ab aciditate saporis oxalida appellant: sunt qui eādem etiā anaxyrida aut agrestem rumicē uocent. Cuius folia tertio generi. i. agresti breuiq; & plantagini simili similia sunt. Eius caulis non adeo grandis est: semē acuminatum: colore rubro: sapore acri: quod in caule & adnatis nascitur. Mollit aluum cūctarū rumicū decoctū olus. Crudū idē meliceridas cum rosaceo & croco aliquandiu emplastri mō īpositū discutit. Agrestis semen: itēq; eius quā ab acutis in summo foliis oxylapathū & eius quam ab acido sapore oxalidem uocāt: utiliter in aqua uinoue bibitur contra intestinorū tormina: cœliacas alui fluctiones & stomachi ex repletione fastidia: & scorpionum ictus: & si præpoto semine eius aliquis se munierit nihil a scorpione percussus patiet. Sanant rumicū omnium radices in aceto coctæ crudæq; mox emplastri modo impositæ lepras: impetigines: scabrosq; ungues: uerū oportet locū nitro acetoq; in sole confricatū antea præparasse. Fouent & rumicū decocto prurigines utiliter aut in balneo eodem destringunt. Decoctis in uino ēt rumicibus in dolore dentes & aures utiliter colluuntur. Strumas eædem & secūdū aures abscessus: quos parotidas dicunt in uino elixæ & illitę discutiunt. In aceto autem: lienem minuunt. Vtuntur quidam radicibus rumicum ēt cōtra strumas uinculo aliquo ex collo eas suspendentes. Concisæ & fœminis subditæ radices eædē muliebres fluctiones sistūt. Quin ēt in uino decoctæ fellis suffusionē emendāt: calculos in uesicis frangunt: menses ducūt: & scorpionū ictibus succurrunt. Est & quæ Hippolapathus. i. grandis rumex a græcis uocat. Grande olus grandis hæc rumex est. Nascit in palustribus: habetq; easdē antedictis rumicū generibus uires.

INTERPRES.

ἀπόξυ — Quæ a principio capitis huius frequens uox auditur ὀξὺ ὁ παρόξυ: & quæ ab his cōposita sunt ὀξυλάπαθοι & ὀξαλις: i quibus anceps ad acetum: & quæ acuminata sunt significatio ē: causam antiqs interpretibus & latinis medicis dedit ut oē rumicis genus uno acetosæ noīe indicarent: q̄ ὀξὺ græci acetum dicunt: Cum tn̄ quartū rumicis tātū genus acido sapore sit: ideoq; ὀξαλις dicta fuerit: qua uoce uinum quod acorem contraxit & acescentem fœcem græci etiam appellant. Cætera uero omnia ab acuta foliorum magis minusue cuspide ὀξυλάπαθον & ὑποξυλάπαθον dicta fuerint. Quod forte miretur aliquis si nesciat late in græcis patere significationem τοῦ ὀξέως. i. eius quod illi acutum dicunt: nec tm̄ indicari ea uoce quæ in cuspidem aut mucronem desinunt: sed quæ celeri motu ēt transeunt: & subito efficaciq; sensu sentiuntur: q̄m quemadmodum illa cuspide mucroneq; suo q̄primum penetrant: eodē modo & hæc festinata & efficaci actione potestatem suā exercēt. Sic Homerus gladiū acutum sæpenumero dixit Pindarus uero acutam niuē non eodem quo gladiū modo acutā: sed gelu sensuq; suo in humanum corpus penetralem. Qua uoce Lucretius & Maro fœlicissime in frigore usi fuerunt Eadem ratione Hippocrates etiam καιρὸν ὀξὺν. idest occasionem non acutam: sed citissime transeuntem & præcipitem dixit. Ob hanc ipsam causam acetum etiam ὀξὺ a græcis dictum est: q̄ acore suo altius efficacissimeq; in hominis sensum penetret: nec sine doloris aliquo sensu sentiatur. Fuit itaq; in rumicum nominibus antiqs græcis hæc ratio: ut una eademq; uoce in aliis acidus significaret sapor: in aliis acuminata foliorū cuspis. Ideoq; nos in quibus acidus sapor sit ea descriptiōe usi sumus quæ id indicaret. In q̄bus aūt acuminata essent folia aliqd iidē adiecimus: quo ea significaret species. Quodq; hic in quarto genere ait nō oxalida ab acido sapore tm̄ sed anaxyrida etiam dici a foliorum figura acceptum est. — ἀναξυρίδας

Quoniam

Quoniam calceorum soleis: quos græci ea uoce aliquando significant similia sunt: quẽadmodum & sensu deprehendit. Scimus quidem anaxyridas græcis latinisq; scriptoribus fœmmalia & bracchas plerũq; significare: uulgatamq; in hac significatione eam esse uocẽ. Veꝝ nõ id tñ ea significarursed certum calceoꝝ genus etiam: Quod ex ueteribus græcis testati aliqui sunt: a quoꝝ i foliis forma hoc rumicis genus anaxyris dictum quondam fuit. Erat & de hippolapatho dicẽdum hoc loco: quæ grandis & paulominus q̃ arborescens rumex in palustribus nascit: & qua rõne magnitudinis & excelsæ staturæ nota in nomine illo sit. Veꝝ quod ad oleris genus pertinet satis sit quod dictum a Diosc. hoc capite est. Quod aũt ad nominis rationem compositionemq; eius: & quid plãtis coniuncta ἵππου uox significet: in hippomaratro aut hipposelino certius dicet. Notum cũctis & ubiq; rumicis olus est: nihil ideo nos ultra monemus. Omnibus præterea exposita sunt quæ Plinius Theophrastus: totq; alii de eo tradiderunt. Quibus relictis ex re rustica: plantarumq; disciplina monemus adnata & adnascentia nobis in hoc opere esse: quæ græcis Theophrastoq; in primis παραφυάδες sunt q adnascantur & superaccedant sic appellatæ. Sciẽdũ q; illud quẽadmodum in maiores minoresq; arbor diuiditur ramos. Sic etiam in oleribus herbisq; aliis surgentes caules ueluti ramulos aliquando ex se mittunt contra primũ naturæ consilium: quæ foliis tantum ornare eos cogitauerit: ut passim in multis uidere licet: suntq; in plantaꝝ genere quibus datum & quibus negatum id a natura fuerit. In qbus aũt noua hæc quasi proles oritur παραφυάδας græci: Plinius adnata semper: aut adnascẽtia uocat: estq; id olerum & herbarum proprium quemadmodum in arboribus priuatim rami appellantur. Non est nobis cum Barbaro in hoc capite idẽ quod ille ait Acutiora parte sui postrema & duriora habet folia: nos autẽ in cacumine acutis foliis. Nec scimus quam postremam partem ille dicat. Diosc. κατὰ ἄκρα dixit quod in extremitatibus significat. At nõ potest in foliis acutũ esse extremum: nisi quod summum cacumen eoꝝ est. Quod etiam ille simpliciter ait stomachi fastidia: nos ex repletione adiecimus: id enim significari priuatim ea uoce credimus: ut alibi docuimus: sunt enim plura fastidii ciborum ex causis genera: & hic priuatim ἄσην dixit Plinius incertius adhuc rem indicauit uitia stomachi inextricabilia uocans.

παραφυάδες

DIOS. DE Lapsana. Cap. cyi.

l Apsanan sunt qui napium uocant: Aegyptii erithmæ. Romani lapsanam dicunt. Agreste olus lapsana est: nutrit magis q̃ rumex & stomacho magis accomodata est. Eius folia caulesq; elixi in cibo sumuntur.

INTERPRES.

h Aec est lapsana illa qua Plinius. xix. ait ad Dyrrhachium uixisse Cæsarianos milites: eamq; in triumpho Imperatori suo iocularibus carminibus exprobrasse: Vulgare olus & in brassicarum genere. Eam præcæpit Columella prope aluearia serendam esse: quoniam copiosam ex ea cæram apes colligant Vulgaremq; dixit: quoniam ubiq; fere nascitur foliis non dissimilibus brassicæ: & ut nos uidimus utrinq; trinis.

DIOS. DE Blito. Cap. cyii.

b Liton ægyptii Aeclotoripam: alii Eriplem. Romani pariter græcis Blitum appellant. Estur hoc etiam oleris modo: bonam tantum facit aluũ: sed nullas habet alias medicas uires.

INTERPRES.

m Aledicebatur quondam hominũ ignauiæ ex hoc olere: & in accusanda ridenda ue alicuius socordia & inutilitate despectiorem Blito uulgus appellabat: tam nullum in morbis aut sanitate usum habet. Edendo herbam esse blitum Paulus Aegineta in sexto ait: humereq; in secũdo ordine & frigere. Palladius i Martio mẽse his uerbis de natura satiõeq; eius tradidit. Hoc mẽse blitus serit solo qualicũq; sed culto. Olus hoc neq; rũcandũ neq; sarculãdũ ẽ: cũ semel natũ fuerit ipsum se p multa secula seminis sui deiectiõe reparabit: ut ẽt si uelis uix possit aboleri. Paulus itidem Aegyneta præter paulo ante dicta in primo inter olera blitũ numerauit: cõiunxitq; atriplici: nec quicq̃ de utraq; aliud dixit q̃ humidũ eẽ: uẽtrẽ deiicere: & parce nutrire.

DIOS. DE Malua. Cap. cyiii.

m Alachen sunt qui muris caudam appellent. Pythagoras cinthema: Zoroaster diadesma: Aegyptii chocorten: Magi capræ lienem. Romani maluam dicunt. Duplex maluæ genus est: hortensis altera: siluestris & incultis

locis nascens altera. Estq; hortensis magis q̄ sylueſtris edendo: stomacho tamē inutilis: bonam facit aluum: multoq; magis eius caules. Ipsa intestinis & uesicæ utilis est. Restituunt in integrū oculorum fistulas quas Aegylopas dicunt cruda maluæ folia cōmanducata: & cum exiguo sale addito melle emplastri modo imposita: Verum in inducenda cicatrice sine sale utendum ea est. Prodest eadem eodē modo imposita contra apium uesparumq; ictus: & si cruda cōcisaq; ex oleo antea se unxerit aliquis nullas eo℞ insectorū iniurias sentiet. Emendat furfures & manātia capitis ulcera ex urina hominis emplastri modo imposita. Ambustis sacrisq; ignibus medentur elixa concisaq; maluæ folia & ex oleo imposita. Est maluæ decocto uis insidentium fœmina℞ locos fouendo mollire. Idem contra intestino℞: uuluæ: sedisq; erosiones utiliter infunditur. Decoctæ cum radicibus suis maluę ius letalibus uenenis oībus accomodatum est: sed oportet bibentes continuis uomitiōibus qđ biberint reddere. Phalangio℞ morsibus itidē prodest: & lac fœminis ꝓritat. Semē pterea eius admixto sylueſtris lothi semine in uino potū uesicæ dolores lenit.

INTERPRES.

c Ircumaguntur tota die ad Solē si Theophrasto credimus maluæ folia: neq; in sanitate tm̄ & ualitudine oleris eius usum natura esse homini uoluit: sed ad mensuram tp̄is horariū hoc nubilo cœlo ēt nobis cōcessit: quod subinde contemplantes ex folio℞ eius statu cōuersione ue meridianas & utrinq; alias colligeremus horas: Quod minus mireť aliqs: si nō dissimili rōne contempletur in flo℞ coloribus factas subinde mutationes aliquas. Claudiq; & aperiri alios: nec tm̄ folia: sed eosdem ēt circūagi flores & beneficū solis sidus qua possunt hac rōne sequi & uenerari: qui in extincta caloris lucisq; suæ ui in īferiore hoc mundo benigne omnia souēt quotidiano ad nos accessu: recessuq; clausa aliqua aperit & aperta claudit: & quæ periisse credebanť ad uitam restituit. Frigore.n. & calore cuncta hæc uariantur: clauditurq; uelut glacie adstricto humore quod friget: aperitur cōtra diffunditurq; quod calet Vnusq; utriusq; euentus diuersa tm̄ ratiōe auctor & cā sol est. Qui quæ claudi & aperiri nequeunt: conuertit: & circūagendo sequi se cogit. Idq; in maluæ foliis fieri quod pauloante diximus testatus Theophrastus est: & ut decebat: sapientem & naturæ peritum cur ad solem circumagerenť cām etiam reddidit: quam ex multo humore eius oleris esse dixit: qui dum ui & calore Solis subinde exsugitur: qua parte Sol agit in eam procliue folium inclinat: non aliter q̄ quæ in uulnus cadunt. Verba eius hæc sunt. ἐνίων δὲ καὶ τὰ φύλλα συμπάσχει ταῦτα καθάπερ τῆς μαλάχης αἴτιον δὲ τοῦ ὑγροῦ ἡ ἀφαίρεσις, ᾗ παρ' ἂν ἐξάγει θερμαίνων ὁ ἥλιος ἐν τούτῳ ἡ ἔγκλισις. Quæ omnia de notissimo olere longius dicta a nobis fuerunt: ut quod de eo ab antiquioribus medicis constitutum est humore multo abūdare maluam: hoc ēt argumēto & auctore confirmareť. Circūagi ad Solē folia maluæ testať pter Theophrastū in carmine suo Columella ēt dicens Et Moloche prono sequiť quæ uertice Solem. Molochen Romanus scriptor græcæ antiquitatis studiosus quā posteriores in ea gente malachen dixerunt: uocauit. Sciebat.n. antiquissimos græcos sic maluam appellasse: habebatq; eius uocis eosdē Athenæo testes: testatus eni in secundo dipnosophistæ sui cōmentario is est Malachen maluā solos Athenienses uocasse. Cæteros uero Molochen: quiq; in cœna eius loquebať Vlpianus uidisse se testabatur in antiquis antiphanis exemplaribus molochen scribi legisseq; se. τρώγοντες μολόχης ῥίζας .i. maluæ radices comedentes: & in Epicharmo πραότερος ἔγωγε μολόχης. quod est mitior ego malua: ex qbus rōcinari illud necesse est siue malachen: siue molochen in græcis aliqs dicat maluam semper significari: nec nos ob aliā cām de tota hac re lōgius egimus q̄ ne in Columellæ carmine dubitaret aliqs molochen aliā a malua esse. Duplex maluæ genus fecit hic scriptor: non genere sed humana diligentia & opere diuersum. Satiua.n. & hortensis a sylueſtri & incultis locis nascente solis natalibus differt Neq; arborescit hæc malua ut quæ a Romanis ibiscus: a græcis Althea nominatur: de qua ī tertio certius & ex pfesso agetur. Ea est sylueſtris maluæ genus a sylueſtri hac cui in hoc capite satiua & hortensis opponitur diuersum. Hortensem enim hic uocat: quæ in hortis ad cibos quondam sereretur ut ea rōne melioresceret: & cultura iocundiorem saporem referret. Indicantque Flaccus in latinis: in græcis Hesiodus quotidianum pro olere maluæ usum fuisse. Sylueſtrem uero non quæ in syluis aut asperis locis nascatur: sed incultis tantum: χερσαίαν enim hic ait: qua uoce græci τὴν ἀνέργαστον γῆν. idest incultam: nec elaboratam terram significant: qualis in semitis: pratis: aliisq; huiuscemodi ruris & agri partibus est: quæ quoniam cultura uacant sylueſtribus similes sunt. Nos utrunq; diximus: ne quod Barbarus ait: terrestrem diceremus: quod ad huius scriptoris intellectum nihil pertinet. Credidit enim ille græcis χέρσον terram simpliciter

χερσαῖον
χέρσος

significare: sed ut diximus incultam proprietas uox indicat. Non habēt; quod sciamus: tot maluæ appellationes a Dios. statim a principio numeratæ certam nois originem aliquam & causam; ideo a nobis indictæ relinquunf. Sola Pythagoræ appellatio illa a flore significationem habere potuit: qui nō in hac: sed in Althea rosæ figura & specie magis est. Cæteræ aut Barbaræ sunt: aut magorū superstitionem habent: & ob id in medicæ materiæ disciplina nihili faciendæ.

DIOS. DE Atriplici. Cap. cviii.

Traphaxin sunt qui chrysolachanon quasi aureū olus appellēt. Aegyptii a ochi. Romani Atriplicem dicūt. Notum omnibus olus atriplex est. Duo eius genera sunt agreste & hortense. Estur olerum modo elixū: aluū mollit: discutit panos illitum crudū & elixum; sanatq; suffusos felle potum cum mulsa aqua atriplicis semen.

INTERPRES.

Ocatus ex hoc olere quondam in fabula quæ equites inscribitur græcorū oīum comicorū i lepidissimus Aristophanes est falsi atriplicis olere ab oratoribus Atheniēses impleri in cōtione dicens. Compositoq; ex olere & mendacio nomine quæsitam in populo uulgari ratione gratiam & credulæ plebis irritam bonorum spem simul deridens: nō aliā ob cām q̄ quia uulgare hoc olus est; nullamq; habet maiorem utilitatem: qualia hominū mendacia sunt ubiq; oibus in promptu; parataq;: & inutiliter plerunq; euadentia: quod olus hoc ēt habet in tertio refrigerandi ordine per aluum celerrime descendens. Quæ tota spei fortuna est: siquidē in ancipiti posita quātum uis leui pulsu & strepitu tota perit & euolat. Sationem Atraphaxis docuit Columella lib. xii. his uerbis. Cherephilū itēq; olus atriplicis qđ græci uocāt ἀτράφαξιν circa calēdas octobres obrui oportet: nō frigidissimo loco. Nā si regio sæuas hēt hyemes post Idus Februarias semine differenda sunt: suaq; sede partienda: Papauer & anhetū eandem habent conditionē sationis: quā Cherephilum & atraphaxis. Cur aūt Chrysolachanon etiam i. aureum olus quondam diceretur: facilē habet coniecturam: quoniam lutheo flore sit: ideoq; ab auro nomen inuenerit.

DIOS. DE Omni brassica. Cap. cxi.

Ramben hemeron. Romani Brassicā satiuam dicūt. Bonam facit aluum c subcrudæ satiuæ brassicæ cibus. Sistit contra percocta: multoq; magis bis aut in lixiuio cinere cocta. Maior est per æstatem brassicæ acrimonia: stomachoq; nocet. Non estur ob amaritudinem quæ in Aegypto nascit̃ brassica. Tremulis & q̄bus oculi hebetiores sunt: in cibo subuenit. Crapulæ ebrietatisq; noxas disiicit a cibo sumpta. Stomacho utiliora brassicæ cymata: uerū maiorē acrimoniā habent: & ad ciendā urinam efficaciore ui sunt. Seruata eadē saleq; condita cymata stomacho inutilia sunt & aluū turbant. Mollit aluū crudæ brassicæ succus cū nitro potus & iride. Idem cum uino potus uiperæ morsibus subuenit. Cū fœnogręci farina & aceto podagris: articulorū doloribus: sordidisq; ulceribus & uetustis utiliter emplastri mō imponitur. Purgat per se ēt caput naribus infusus: & cum lolii farina appositus menses trahit. Folia per se aut cū polenta concisa ad inflāmatiões oēs tumoresq; faciūt: sacris ignibus epinyctidibusq; & lepris medent̃. Cum sale eadem carbūculos erumpūt: fluentemq; capillum retinent. Elixa itidem addito melle gangrenarū pascentibus malis opitulant̃. Quin etiā cruda ex aceto lienosis utiliter mādunt̃: & cōmanducata sicut sensim per fauces delabat̃ succus: amissam restituunt uocē. Aluū & menses cit potum brassicæ decoctū. Faciunt sterilitatem brassicæ flores a puerperio in pessulis appositi: semen brassicæ eiusq; presertim quæ in Aegypto nascit̃ potum uentris lumbricos pellit. Miscetur idem Theriacis antidotis: Faciem & lētigines extergit. Virides brassicarū caules una cum radicibus suis cremati: moxq; suillo uetere adipe excepti lateris diutinos dolores impositi: sanant. Est & agrestis brassica quā Romani rusticam uocant. Nascit̃ ea maritimis plerunq; & p̄ruptis locis satiuæ similis; cādidior tn̄; hirsutiorq; & amara. Estur non ingrato sa-

pore coliculus eius in lixiuio cinere elixus. Glutinãt uulnera emplastri modo imposita brassicæ huius folia; tumoresq; & inflãmationes omnes discutiunt. Quæ uero marina appellat̃ brassica diuersa penitus a satiua est. Folia habet longissima; tenuissima rotundæ aristolochiæ similia: Quæ singula a ramulis leniter rubentibus ex uno pediculo hæderaceorum modo prodeunt. Habet brassica hæc candidum incisa liquorem; non tamẽ copiosum; gustu quadamtenus salso cum amaritudine aliqua concretiõe pinguem. Tota herba ob acrimoniam suam stomacho inutilis est. Eius elixæ cibus aliorum omnium maxime aluum soluit. Coquunt ob acrimõiam cum ea pingues aliqui carnes.

INTERPRES.

a Victor omnibus ut credimus post se Theophrastus fuit ut brassicæ quæ edendo est præcipuã diuisionẽ triplicẽ facerent; nec aliter si conferant̃ ueterũ latinoꝝ cum eo in hac parte commentaria rem diligenter intuentibus uidebit̃. Nihil. n. octauo de plantis libro de olere hoc ab eo dictum non iisdem uerbis Romana breuitate a Marco Catone rusticaꝝ reꝝ capite cẽtesimo & qnquagesimoseptimo redditũ est. & post Catonẽ a Pli. naturalis historiæ. xix. capite. vii. Quæ ideo non repetunt̃ a nobis; qñ quæ tria a Diosc. numerant̃ hoc loco brassicæ genera satiuæ agrestis & marinæ aliã diuisiõis rõnẽ hñt. Siquidẽ illæ ex ruris hortorũq; disciplina & ad usum sanitatis in pascenda familia ab auctoribus illis traditæ fuerunt. Hæ diuersis locis nascentes ad medicinam docent̃. Oportet itaq; in priore illa brassica & quã satiuam hic dixit tria illa Theophrasti Catonis & Plinii genera collegisse; omnium. n. pares uires sunt: tũ agrestem & marinã illis adiicere sponte sua: aliisq; locis: & ad medicinam tñ nascentes: & quæ nõ aliũde q̃ ex similitudine aliqua in familiam & nomẽ brassicaꝝ uenerunt: quales plantæ aliæ multæ deficientibus ꝑpriis appellationibus quibus indicarent̃ gẽtium adoptione nomen & dignitatẽ inuenerunt. Vidimus nos marinã brassicã nihil præter florẽ simile satiuæ habentẽ: eadem figura qua a Dios. describitur: tenuissimis & in longitudinẽ porrectis foliis; qualia in salice sunt: pediculis pendentibus; & in longis ramulis per interualla binis deinceps dispositis. Hãc in antiqssimis græcoꝝ codicibus a Romanis legimus marinã codiculũ uocari: Agrestem Plinius erraticam ẽt nominat cõi syluestribus cũ ctis appellatiõe. Quæ. n. græci ἄγρια dicunt erratica plerunq; latini appellauerunt. Non relinquẽdum illud etiam: quod ad græcoꝝ in hoc olere appellatiões ꝑtinet: quã posteriores in ea gente Crambẽ dixerunt antiquiores raphanũ dixisse. Testat̃ id Theophrastus libro de plantis octauo: q nõ alio q̃ raphani noĩe ꝑ crãbe utit̃. Verba eius sunt. τῆς δὲ ῥαφάνου τριχῇ διαιρουμένης &c. Nec multo post ἰδέως δὲ ἡ ῥάφανος ἔχει. Itemq; lib. ii. de causis plantaꝝ. καθάπερ ἡ ἄμπελος τῆ τῆς δάφνης καὶ τῆ τῆς ῥαφάνου. Quæ omnia non de raphano quæ radicula nũc est: sed de crambe quã brassicã nostri nominant: ab eo dicta fuerunt. Idem & longe certius Aristoteles lib. v. de animalium historia: quo loco de erucis ĩ brassicis nascẽtib' his agit uerbis. αἱ δὲ γίνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου ἣν καλοῦσί τινες κράμβην: Quod est. Nascunt̃ & aliæ ex uiridibus foliis: presertimq; in raphano quam crambẽ aliqui. i. brassicam nominãt. Actum de tota hac re longius a nobis est ut intelligerent legentes quãto periculo huiuscemodi docent̃ nisi res prius q̃ uoces cognouerit aliqs: & scirent qui medicinã profitentur posse aliqñ fieri ut raphanũ ꝑ brassica in antiquissimis græcorũ scriptoribus inueniant: Qualis Hippocrates est: oportereq; in ea uoce non radiculã quæ nunc græcis & latinis raphanus dicit̃: sed brassicæ olus intelligi. Factũ in dialectis gentium semper ẽ ut mutatis ꝑ tpa significationũ æstimationibus permanentibus rebus uoces mutẽtur: significetq; nũc græcis cor uox quæ stomachũ quondam significabat: & quæ hostium uentriculi supioris nunc totum uentriculum: eademq; rõne in latinis multa ab antiqua significatione ad indicandas nouas res translata sunt. Quæ interpretes & doctrinaꝝ professores diligẽtissime obseruasse oportet. Quod alibi etiam longius a nobis dicetur. Nunc quod in brassica nouisse oportet; qd brassicæ cymæ seu cymata sunt breuiter dicemus. Ea nos auctore Columella & scriptore hoc neutro genere potiusq̃ fœminino uocauimus; & si Plinius & alii fœminino frequentius q̃ neutro usi in eadem re fuerunt. Factum a græcis nomen a fœtura est; κύειν. n. prægnantem fœtamq; esse hoiem: & uterum gerere dixerunt; factoq; ab eo uerbo uerbali nomine κύημα fœtũ dixerunt: licetq; fœtus ꝑprie in animalibus dicatur; nihilominus fœlici translatione in his quæ florent: presertimq; in brassica cymata etiam quasi κυήματα dixerunt tenerrimos coliculos; quos appetente uere in prima florum germinatione & in summa stirpe hoc olus profert discretis quidem clausis adhuc florum calicibus: quales quot annis uidere licet: In quibus floris primum mox seminis fœtus clauditur. Ea manifeste Columella in carmine suo descripsit. Tunc quoq; conseritur toto quæ plurima terræ: Orbe uirẽs pariter plebi regiq; superbo: Frigoribus caules & ueris cymata mittit: Diciq; a græcis κύημα ĩ quo flos ad semen clauditur libro septimo Theophrastus in plantis suis ostendit: siquidem ait. ὅτι τὲ

Erraticum

Raphanus idẽ quod brassica

Cymata Cymæ

κύημα

κύημα καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος ἢ καὶ ὁ καρπός; quod est Cyema: & in quo flos aut semen. Sunt in hoc capite etiam quæ nobiscum aliis non conueniunt: presertimq; illic ubi Dios. de semine Aegyptiæ brassicæ agens antidotis misceri ait non cœliacis ut passim legitur: sed theriacis: neq; enim remedia quibus cœliaci curant̃ in censu antidotorũ sunt. Solis uenenis & uenenatis antidota respõdẽt. Diximus non multo ante quænam ea sint: & unde facto nomine priuatim uenenis & uenenatis inseruiant: quæ omnia theriaca græci appellauerunt. Eamq; ob causam pro cœliacis theriaca a nobis dicta sunt: præsertim iubente hoc ipso scriptore contra uiperarum morsus brassica uti. Discrepat & illud in quo Barbarus ait brassicæ flores a conceptu uirginali subditos in lana abortiuos eẽ. Nihil enim de uirginibus hic agitur neq; atocion qua uoce hic usus est abortiuum significat: sed quod spe partus priuet: id autem nihil aliud est quã quod sterilitatem facit. Signatum alias hoc ipsum a nobis fuit: eãq; ob cãm breuius nunc de eo agimus. Omnes ex græcorum decretis brassicæ aluum soluunt: sed efficacior ad omnia syluestris quã satiua: ideoq; non sine noxa in corpus admittitur. Marina etiam salsuginis alicuius & amaritudinis particeps aluum uiolentissime expurgat.

DIOS. DE BETA. Cap. cx.

t Eutlon. Romani Betam dicunt. Duplex Betæ genus est: nigra altera quæ cum lente cocta aluum efficacissime compescit: multoq; magis radix: Candida altera est quæ bonam facit aluum. Ambæ ob nitrosam quam habent uim mali succi sunt. Ideoq; caput purgat naribus earum succus cum melle instillatus. Prodest idẽ & doloribus auriũ: Quin & radicũ foliorũq; decocto furfures & lendes capitis abstergunt̃. Fouentur eodem perniones etiam. Crudis foliis uitiligines: capilli defluuia quas alopecias dicunt: & quæ pascendo serpunt: ulcera utiliter emplastri mõ illinunt̃. In uitiliginibus tñ nitro locum antea confricasse oportet. In alopeciis autem unguibus scarificasse. Sanat elixa beta papularum eruptiones: ambusta & sacros ignes.

INTERPRES.

q Votquot hactenus de beta notissimo omnibus olere aut in historia aut medicina aliquid tradiderunt omnes duo genera eius fecerunt colore alterum ab altero distinguẽtes. Theophrastus lib. viii. εὐχυλότερον δὲ καὶ τῶν τεύτλων τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος: καὶ ὀλιγοσπερμότερον δ' καλοῦσι τινες σικελικόν Quod est meliore autem succi copia in betis cãdida quã nigra est: pauciore etiam semine quam sicelicam aliqui uocant. Plinius. xix. uolumine a Theophrasto accepta eadẽ his reddidit uerbis. Eius quoq; a colore duo genera græci fecere nigram & candidam quam præferunt: parcissimi seminis: appellantq; siculam. Paulus Aegineta etiam in sexto candidã nigræ anteposuit. Athenæus præterea in tertio Dipnosophistæ candidã nigræ prætulit: quæ simul aluum mollit: & stomacho accomodata est: qd non facit nigra: quæ adstringendi uim habet: & ne longiores simus nullus non de beta agens discrimen eius oleris hoc tradidit: & nihilominus præter Theophrastum nullas discriminis eius alias notas aliquis ostendit: quibus cognita in frequentiore usu esset: & is non quod ad colorẽ ptineret: sed quod ad uires bonitatemq; succi & exiguam seminis copiam. Solus Columella quod hactenus legerim in carmine suo facilẽ coloris huius in beta cognitionem indicauit dicens. Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu Deprimit̃ folio uiridis pede cãdida beta: pedem candidum radicem appellans: quæ facilis cognitu nota omnibus cũ feret̃ & uellet̃ erit. Quæ enim nigra radice erit agrestis beta habebit̃: ideoq; in uetustioribus & melioribus aliquot græcis a principio huius capitis legit̃ non ut Barbarus uertit τεῦτλον μέγα quod grande significat: sed una tñ mutata littera μέλαν καὶ ἄγριον: quod nigrũ indicat & syluestre. Hæc. n. candidæ cõparata agrestis a græcis habebit̃: nõ quã Plinius. xx libro capite. viii. limonion aut neuroides a quibusdam uocari ait. De qua hic ipse scriptor lib. iiii folia betæ similia habere tantum dicet.

DIOS. DE Portulaca. Cap. cxi.

a Ndrachnen. Romani portulacã dicũt. Adstringit portulaca. Capitis doloribus ideo: oculorum: aliarumq; partium inflammationibus: stomachi ardoribus item: sacris ignibus: uesticeq; doloribus cum polenta subuenit: In cibo eadem dentium ex acriore acerbo ue aliquo cibo torpores corrigit: stomachi itidem: intestinorũq; ardores: & in eas partes destillationes lenit. Renũ uesicæq; erosionibus utilis uitia earum partium emẽdat. Veneris impetus inhibet. Fa

cit ad eadem in potu succus eius: facit ad febres etiam. Prodest cõtra rotundos uentris lumbricos: cruenta sputa: intestinorum tormina: hęmorroidas: sanguinis eruptiones ad summum cocta portulaca. Prodest & contra chalcidicæ lacertæ morsus. Oculorum medicamentis utiliter miscet̃. Clystere eadem cõtra destillationes in intestina muliebrium locorum erosiones infundit̃. Inspergitur capiti in dolore ex æstu facto cum rosaceo aut oleo. Inspergitur & contra pustularum in capite eruptiões cũ uino ut exterantur: & cum polenta contra uulnerum syderatiões utiliter emplastri modo imponitur.

INTERPRES.

i

INgrate simul & iniuste fecerit aliquis: si quæ natura coniunxit & congenera esse uoluit historia aut appellationibus adeo separauerit: ut diuersa credantur. Seorsumq; tractata quã alioquin haberent gratiam & lucem amiserint. Vtinam quod aut secreta ui hominem natura docet: aut quod humanis legibus institutũ est ut ad nos nostra cõtinue reuocemus. Sic nostra ætate deus aut medicæ materiæ peritissimus exsurgeret homo aliquis: qui mixtas simul hoc tẽpore in hoc scriptore diuersi generis plantas & æquiuocis appellationibus incertas non negligendi iudicii arbiter secerneret: statimq; diceret hinc uos: uos hinc mutatis discedite partibus. Discedẽtibusq; ad suum genus omnibus exciperet coniũgeretq; sibi sedum quæ sua sunt: & quas habet portulacæ uires seorsum ostenderet. Si.n. id fieret: nullus nobis relinqueret̃ in hoc scriptore labor. Nec rationem modo reddere cogeremur: cur relicta agrestis portulacæ hoc loco historia & medicina in quartum uolumen cũ sedo tractandã utranq; distulerimus. Sed qm̃ sperare id paulo minus q̃ impossibile est: Desimus.n. quod innocentibus quondã quotidie concedebatur deũ audire: & præteritorum tẽporum iniuriis: herbariorumq; & medicorum neglĩgẽtia disciplina hæc tantopere iactata est: ut quæ similitudine aliqua inter se conueniunt: in græcorum codicibus adeo mixta simul cõfusaq; sint: ut nec suis nominibus appellata: nec suis locis disposita inueniantur. Quod sedo & portulacæ accidit. Dico aũt sedum quod accæpta a græcis uocis eius significatione uulgus semperuiuũ appellat. In quibus carnosa folia: foliorumq; leuor & in longitudinem aliquam eorum protensio: & quod præcipuũ in ambobus est diutius humorẽ uiredinemq; suã seruare fecerunt: ut inuicem mutatis appellationibus sedi aliquod genus portulaca & portulacæ inuicem sedum diceretur. Factũ etiã ex eo est: ut portulacã notissimũ olus añcederet nũc sub agrestis portulacæ titulo ultimũ sedi genus. Quod nos animaduertentes agrestis portulacæ cõmentationem in quartum uolumẽ distulimus. Quo loco quæ hic de ea dicuntur: iterũ repetita iisdem fere uerbis inueniuntur. Fuerintq; nobis huius rei auctores Plinius primũ xx. uolumine capite. xx. qui oẽm portulacæ medicinam percurrens nihil agrestis huius meminit: neq; ab reqñ naturæ peritissimus cõgenerem sedo magis q̃ portulacæ esse cognouerat. Ideoq; inter sedi genera lib. xxv. longius & iisdem Dioscoridi uerbis de ea agit. Qui deinde nobis sunt uetustissimi & oĩum ꝓbatissimæ fidei latinus & græcus Dioscoridis codices nullam hoc loco agrestem portulacam ostendunt: certissimo ut credendum est argumento non in secundo uolumine: sed in quarto propriam esse agrestis portulacæ sedem. Fuisseq; hanc antiquã & uerã Diosc. cõmentationem ex eo uerisimile est. Paulus Ægineta etiã in vi de portulaca simpliciter agens agrestis huius non meminit: quasi in sedi genere hãc & ipse relinqueret. His nos conjecturis & testibus usi expunctam ex hoc loco agrestem portulacam in quartum reiecimus uolumen: ne bis de ea quod alii fecerunt: & diuersis locis ageret̃. Nec si etiam portulaca hæc sit: & cũ ea ob id tractanda: ægre ferendum hoc erit: quando ut quotidie iactatur: non perit nec auferẽ qđ dãdum in aliud tempus differtur. Mederi portulacam Plinius eodem loco attoris ulceribus: gingiuarum tumoribus & dentium doloribus. Hic αἱμωδίαν παύειν tantum dixit malum: quod nulla grauiore intrinseca causa fit. Sed ut non multo ante diximus ex acidis: acerbisq; ciborũ succis: quibus aliquando dentes adeo torpent: ut sine dolore cõmanducare aliquid & atterere nequeant. Ex eo uitio αἱμωδιᾷν uerbum græci fecerunt: quo non solum in torpentibus a cremento ciborum dẽtibus utuntur: sed cum uidentibus audientibus ue ingratum sensibus his aliquid: qualis serræ stridor est: nõ dissimili torpore dentes in ore afficiuntur. Quodq; hic febribus utilẽ portulacã nihil aliud adiiciens ait: certius docuit Plinius ardentibus febribus imponi cũ polenta dicens.

Sedum

Hæmodia

DIOS. De Asparago. Cap. cxi.

a

Sparagon petræum aut myacantham. Sunt q orminion appellẽt. Romani pariter gręcis asparagũ dicũt. Vulgo notus asparagus est. Molliũt aluũ & urinã cient breui coctura elixi & in cibo sumpti asparagorum coliculi. Succurrit potum asparagi radicum decoctum urinæ angustiis: suffusis felle coxen-

dicis: & cum urinæ malo aliquo rhenũ doloribus. Opitulatur idẽ sed in uino deco-
ctum phalãgiorꝝ morsibus. In dolore dentiũ ab ea parte qua dolent utiliter idẽ con
tinet̃ decoctũ. Facit ad eadẽ omnia semen etiam potum. Ferunt emori canes epo-
to asparagi decocto. Tradiderũt quidam ẽt tusis defossisq; sub terra arietum corni
bus nasci asparagum: non tñ credibile id nobis uidetur. Est aũt asparagus exiguus
sed ramosus frutex: foliis numerosis longis fœniculo similibus. Radix ei est longa:
rotunda: grandis: tuberculũ habens. Finit cõcisus asparagi coliculus: & in uino al-
bo potus ægrotantiũ deliria quas phrenitidas appellant. Medetur idem tostus eli
xus ue & in cibo sumptus urinæ angustiis: stillicidioq; & intestinorũ torminibus.
Medetur & luxatis elixa in aceto ui no ue asparagi radix. Elixa eadẽ cum ficis ciceri
busq; mox in cibo sumpta suffusos felle emendat. Coxendicis dolores urinæq; an-
gustias & stillicidia sedat. Alligata eadem potumq; decoctum eius in fœminis steri
litatem: in maribus prolifici seminis priuationem facit.

INTERPRES.

Ix credat aliquis q̃ multa ĩ notissimo olere toto hoc capite mutata corrupta & addita fue
rint: quæ nouisse legentes inutile penitus nõ fuerit. Estq; illud ante oia sciẽdum de agresti
asparago omnia hæc a Dios. dici. ideoq; a principio statim petræus i. in petrosis nascens di
ctus est: ut ea additione ab aliis quẽ in hortis consitũ solæ nouerũt diuitũ mensæ discerneretur.
Nec tñ petræus illic legitur: sed in aliquot græcis ἄγριος. i. agrestis ẽt inuenit̃. Indicãtq; id manife
ste quæ sequuntur appellationes myacantha & orminion: quæ omnes in agresti asparago a Plinio
numerant̃. Habetq; myacantha causam & originem nominis ex rusci appellationibus: ut in eo in-
dicabimus. Orminion aũt a nobis dictũ est quod myon in imp̃ssis codicibus legebat̃ nulla signifi
catione. Instauratusq; locus Plinii: & alioꝝ auctoritate merito a nobis est. Legitur deinde in antiqs
simo & oium p̃batissimo mihi codice non simpliciter elixũ mollire aluũ asparagi coliculũ: sed
ἐπ᾽ ὀλίγον ἑψηθὲν: quod breui coctura elixũ uersum a nobis est. Fecimus id ueterum codicũ fide &
ope adiuti Sed repetentes animo etiam credentesq; qd Augustus in quotidiano sermone consue-
uerat dicere: celerius q̃ asparagi coquantur huc pertinere: nec celerioris & breuioris cocturæ cãm
in natura oleris: sed in usu hoium esse: qui sub crudo ad molliendam aluũ simul & cibum quoti-
die uterent̃: qualia multa alia sunt. Suspicati postremo sumus: nõ adeo tñ ut quicq̃ mutauerimus
abundare in hoc capite quæcunq; post tusa & humi obruta arietũ cornua: ex quibus nasci aspara-
gum pleriq; rettulerunt: nouo quasi eiusdẽ rei principio de toto asparago Diosc. iterum decernit:
Atq; fruticẽ esse ramosum: multis & longis foliis &c. Non. n. Dios. mos est in plantis quæ notæ uul
go sunt de partibus & notis eaꝝ agere: multoq; magis quæ semel in medicina decreta fuerint inuti
liter repetere. Accedit his q; nec in uetustissimo quẽ habemus latino Dios. nec in Ioanne Serapiõe
uestigium eius partis aliquod seruatur. Qui totã asparagi rem illic claudunt: ubi de tusis defos-
sisq; sub terra ad asparagi generationẽ arietũ cornibus agitur. Satis sit legentibus suspitione hac no
stra in legendis: expendendisq; bonis auctoribus necessariã mõstrasse diligentiã. De asparagis hoc
amplius in posterioribus græcoꝝ medicis obseruandũ est: non significare tñ asparagũ spinosi fru
ticis summum cacumẽ quod edendo est: quodq; priuatim cum tota planta asparagus ubiq; nomi-

Asparagus

natur: sed quæcũq; in oleribus prima ex terra prodeunt & uident̃. Significatioeq; hac Paulꝰ Aegi-
neta in primo de Asparagis caput inscripsit non his de quibus in hoc capite agit̃: uerum ut ille nu-
merat bliti: lactucæ: atriplicis: maluæ: betæq;: quoꝝ plantã humidã: asparagũ uero siccum eẽ ait.
Contra aũt rapoꝝ: sinapis: radiculæ: nasturcii: pyretri: brassicæ omniumq; alioꝝ quæ calida sũt
siccam quidem plantam Asparagũ uero humidũ habere: Asparagi appellatione nihil aliud indi
cans q̃ quod pauloante diximus primũ nec dum in folia explicitũ eaꝝ plantarum germẽ Quod
ideo dictũ a nobis est: ut si forte in græcoꝝ medicis ea uox in aliis inueniatur oleribus qd ea intel-
lexisse oporteat nouerint. Est illud etiã intelligendũ siue asparagũ siue aspharagũ dixerit aliquis

Aspharagus

eandẽ esse diuersæ uocis significationẽ: consueuisseq; Atheniẽses aspharagũ potius q̃ asparagũ di
cere. Quã dialecton secutus Plutarchus in nuptialibus præceptis ait cõsueuisse Bœotios spõsam
ad maritum ducere ἀσφαραγωνιᾷ i asparagi spinoso frutice coronatam. Vt quẽadmodũ ex aspe
riore spina nõ ingratus cibus homini asparagus est. Sic nõ fugienti neq; auersanti cõiugi primas cõ
iugii difficultates: & siquid in uxore minus tunc placet: dulce & amabile futurũ tãdem uxoris cõ-
tubernium Scimus quidem & nos aspharagi uoce in græcis guttur ẽt significari: sed tã rara ẽ & ex
tam multo tpe exoleuit ea uox ut negligi a medicis impune possit. Non omittemus & illud sylue-
strem asparagũ a Paulo Aegineta lib i pluribusq; aliis toto opere locis ἕλειον appellari origine &
natalibus ab hortensi & altili discretum. Vocariq; ἕλειον qm̃ ἐν τοῖς ἕλεσι nascatur. Sunt autẽ græ-

cis ἕλη stirpibus conferta loca quales sepes sunt: fluuiorũ ripæ: & palustres uliginosiq; loci in quibus sponte sua asparagi plerunq; nascuntur: manifesteq; id ostendit dicẽs οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἀκανθωδῶν φυτῶν ἀσπάραγοι ὅτε ἕλειοι καὶ ὁ κηπευτός. Quod est: & a spinosis stirpibus hortẽsis & qui in frutetis seu uliginosis locis nascunt Asparagi. Quod genus Cato indicauit iubens in harũ dinetis seri quæ palustribus & humore gaudent. Cætera quæ ad asparagos pertinent a tam multis dicta hactenus & longiore historia tradita sunt ut ad plantaginẽ relictis his transisse laboris & opæ huius nostræ non negligendum compendium fuerit.

DIOS. De Plantagine. Cap. cxiii.

Rnoglosson sunt qui arnion: qui ꝓbation: qui cynoglosson: qui heptapleuron: q polyneuton appellant. Magi eutenechmonos. Aegyptii Asonth. Hispani Thesarican. Aphri arniticon. Romani plantaginem dicunt. Duplex plãtago maior & minor est. Habet minor plantago angustiora: minora: molliora: tenuiora: & maioris leuioris folia: coliculos angulosos in terram inclinatos: flores pallescentes: & in sũmis caulibus semen. Maior contra crassior speciosiorq; est: latiore folio & oleris figura. Angulosus ẽt plantaginis huius caulis est: modice rubens: altitudine cubitali: ex medio usq; ad sũmum cacumen paruo semine uestitus. Radices illi sunt teneræ: pilosæ: colore candido crassitudine digitali. Nascit plantago humentibus locis prope lacus: sepes: & uliginosa loca. Efficaciorem melioremq; usum maior habet. Siccandi adstringendiq; uim folia plantaginis habẽt: ideoq; utiliter maleficis dolosisq; ulceribus cunctis: & his quæ ad elephantiam accedunt itemq; destillantibus: & sordidis illinuntur. Sistunt sanguinis eadem eruptiones: cohibent quæ pascendo serpunt. Carbunculos: epinyctidas: & in genere ulcerum quos a serpendo herpetas appellant. Vetusta itidẽ inæqualiaq; ulcera ad cicatricem perducit plãtago. Sanat & quæ Chironia noĩant. Sinus eadẽ glutinat: & canum morsibus subuenit. Prodest inflãmationibus: abscessibus secundum aures quos parotidas uocãt: panis: strumis: ẽt oculorum fistulis quas Aegylopas dicunt cũ sale emplastri mõ imposita. Facit in aceto cũ sale elixũ ad intestinorũ tormina & cœliacas fluctiones in cibo sumptũ plantaginis olus: Datur & pro beta cum lenticula decoctũ olus idem contra resoluentes se in aquæ naturam solidas corporis partes quod malũ græci hydropen anasarca uocant. Sic ut prius sicca sine potu comedant: & mediũ cibis olus id interueniat. Datur & comitialibus: suspitiosisq; utiliter. Foliorũ succo cõtinua collutione purgant oris ulcera. Cum cimolia creta cetusta ue sacris ignibus medetur. Prodest & fistulis infusus. Contra aurium dolores & oculorũ lippitudines eadem utilitate idem instillat succus: & in collyria additur. Bibitur & contra putrescentes sanguine gingiuas: sanguinisq; reiectiones. Clystere contra intestinorum tormina infunditur. Bibitur & contra tabem quam phtisim dicunt. In lana strangulatu uuluæ procidentibus apponitur. Apponitur & cõtra muliebrium locorũ fluctiones. Potum præter hæc in uino plantaginis semen alui fluores & cruentas excreationes sistit. Decocta eiusdem radice colluũtur utiliter in dolore dentes. Cõmanducatur in eodem malo eadem utilitate eadem radix. Dantur contra uessicæ renumq; exulcerationes in passo radix & folia. Creduntur postremo plantaginis integræ radices tres in uini cyathis tribus & pari aqua potæ tertianas: quatuor uero quartanas febres soluere. Vtunt & plantaginis radice aliqui cõtra strumas e collo eam suspendentes: sicq; strumas arcentes & discutientes.

INTERPRES.

Væ a Dioscoride numerantur tam multæ plantaginis appellationes: una tñ uoce a Plinio colliguntur. Siquidem. xxv. uolumine capite. viii. linguæ pecorum similia plantaginis folia

esse dicens Romana breuitate complexus omnia est: quæ in legentiū gratiā explicanda modo a nobis sunt. Arnoglossus itaq; a græcis plātago dicta est: q agninæ linguæ folia eius spēm hñt: ἄρνα n. agnum; γλῶσσαν uero linguā ea gens appellat. Eādē habee rōnem & causam ἄρνιον quasi adiectiua forma agninā herbam dicas προβάτιον itidem a boue quasi ouillam. πρόβατον. n. græcis ouis est. κυνόγλωσσον. i. canina lingua: nō quia quæ uere cynoglossa dicitur plantago sit: sed nō dissimili foliorum figura. Videturq; appellatione hac minor potius q̄ maior plantago significari quæ caninæ linguæ similior q̄ maior est. Dico aūt caninā linguā herbam sic appellatam: de qua in quarto agēdum erit. Eptapleuros eadē & Polyneuros ex eadem causa iisdēq; notis dicta est. πλευρὰς. n. græci costas dicunt. Et qm̄ septem crassioribus fibris quasi costis in dorso per lōgitudinem folia eius distincta sint: ideo nomen id inuenit. Nec minus a multitudine earūdem fibrarū quas neruos ēt uocant polyneuron. Factumq; postremum hoc nomē ex eo est: qm̄ nō semper septem: sed aliqñ qnq; tm̄ his fibris distincta est. Eamq; ob cām qm̄ nō semper respōderet numerus: aliqui incertam relinquentes rem polyneuron quasi multineruē dixerūt. Tam. n. quinq; q̄ septem multa sunt. Variant aūt plantaginis fibræ p latitudine folii: quod. n. latissimū fuerit septem: quod angustius qnq; plerunq; habet. Cæterū ne suspitiones nostras hoc loco ēt relinquamus legentes monemus: non uideri nobis integrū locū in quo hic ait. Datur & pro beta cū lenticula decoctū olus idē contra resoluentes se in aquæ naturā solidas corporis partes: quod malū græci hydropen anasarca dicūe. Sic ut prius sicca sine potu comederint: & mediū cibis olus id interueniat &c. Habet. n. remedii & curationis huius modus parū certam rōnem. Et si quis qualis ea sit nos interroget nihil quod pro cōperto habeamus: respōdere audebimus. Scimus quidē qm̄ in eo intercutis aquæ genere tota corporis caro cum tumore aquescit siccantibus undiq; remediis cōtra id malū pugnandū esse. Imponenda foris uentri quæ ualidius siccent remedia. Siccantibus undiq; emplastris utendū: quibus in alto cōclusus humor siccetur. Bibenda quæ idē præstent. Comedenda ēt ut græcorū medici iubent ξηροφαγεῖν. i. quæ siccandi maiorem uim habent salsamenta Syluestres & siccæ carnis aues. Ex oleribus itidē sinape: Asparagū: aliaq; his similia: qd ξηροφαγεῖν hic uocat. Vsiq; hoc uerbo sæpius græci medici sunt: & inter eos Paulus Aegineta: p̄sertimq; quo capite egit de resolutis q̄ sine offensione melioris & principalis in hoīe partis fiūt. Cōtra quod malū p̄cæpit sicciore uitæ genere & diæta utēdū esse subiciens ξηροφαγήτωσαν γοῦν ἄνευ χρόνου μέσου τῆς δίψης ἐφ' ὅσον ἐγχωρεῖ: quod est sicca: igitur uel si malis dicere siccantia comedant sitim quatenus possunt tolerantes. Pro cōperto ex his est siccantibus remediis contra intercutis aquæ id genus quemadmodū: & cōtra alia utendum ēē: & uerbū ξηροφαγεῖν nihil aliud q̄ siccantia comedere significare: non tm̄ facile nobis ratiocinari ēt quem usum in curationis huius genere plantago habet. Non quatenus siccandi uires ea habet. Id cōuenit: sed cur post siccantes cibos mediam oportet his cibis interuenire. Non rei sed uerborū suspecta nobis series & ordo est. Dubitamusq; quod μέσην illhic legiť mediāq; significat reliquias & fragmentum uocis alicuius esse: quæ ad uomitū pertineret: quasi præciperet hic scriptor comedenda esse siccantia: & cū his plantaginē: nā & ea siccat: tum ad uomitū sollicitandū stomachum uomitioneq; aquosum educere humorē. Suspitio hæc & ex suspitiōe cōiectura non decretum est: quæ qm̄ sæpenumero hominē fallit: nō fuit apud nos tāti ut quicq̄ ex his quæ passim legunť mutaremus. Nec ideo tm̄ inutile legentibus monstrasse id fuerit. Quos ēt monemus ξηροφαγεῖν uerbum non ad panē magis q̄ ad cuncta alia referendum hoc loco esse: nec quæ ipsa tm̄ sicca sint; sed quæ siccandi uires ēt hñt. Quod ex antedictis manifeste patet. Expunximus postremo (quod non fecisse alios demiramur) quod in extremo capite in impressis aliquotq; aliis græcis legitur. οἱ δὲ σὺ ... τοῦργ ζωμὸν κεῖν &c. Scripturi huic temere superstitioseq; additum. Indicant id meliores & antiquiores græci in quibus nulla est ea pars. Indicant & latini qui nihil huiuscemodi hñt: & quæ merito p his oībus nō est. Quid. n. græcus homo & ante salutarē exortū religionis nostræ hæc scribens de Iudæorū parasceue: aut Christianorū secūda & quarta feriis meminisset Christianæ superstitionis tota earō est. Adiiciemus hoc ēt quod in maiore plantagine foliū hic scriptor λαχανῶδες. i. oleraceū dicit non simpliciter ad omnia olera referēdū esse. Falsum. n. id esset: sed ad ea tm̄ quæ latiore folio sunt: qualis brassica & beta est. Cuius paulominus q̄ totā formā & effigiē plantago refert. Quodq; ἀλιγύστερον græci dicūt: Crassius a Plinio & speciosius aliqñ dictum discrimen est quo maioris plantaginis folia a minoris differunt. In minore siquidē angustiora: sicciora: & nigra sunt. In maiore aūt uirentia: ampliora: & quod Comicus ait succi plena. Est. n. in plantis ἀλιγύς quod in pecore εὔτροφον pingue: & ut poetarum uocibus utamur lætum.

ξηροφαγεῖν

λαχανῶδες

ἀλιγύς.

εὔτροφον

DIOS. DE SIO. Cap. xciiii.

Sion, sunt qui aquaticam anagallidem: qui aromaticum. i. odoratū iuncū: qui daren: & qui lauer appellēt. Nascitur & inuenitur in aquis breuis: pinguis: & pusillus frutex: latis foliis olusatro similibus: minoribus tm̄ & odoratis. Quibus crudis pariter & coctis in cibo sumptis frangūtur & excernūtur uesi-

ficæ calculi: urina ducitur: fœtus & menses trahuntur. Quin etiam contra intestinorum tormina utiliter comeduntur. De sio herbarii Crateuæ uerba ea sunt. Fruticosa sium herba est: paucis foliis: circinatis: nigris: maioribus q̃ mentæ: ad erucæ figuram propius accedentibus.

INTERPRES.

Vt antiquis regibus cum populoꝝ pastores uolentibus fuste imperarent nõ cura & studium tm̃ quod poeta cecinit regere impio gentes, Parcere subiectis & debellare supbos: sed quod Plato ad fœlicitatẽ gentiũ optauit studio sapientiæ gloriã suã augere: & quibus ipe rarent ad tranquillitatẽ & opes prodesse: tantũq; in eo studio & ope aliqui ꝑfecerunt: ut nec naturam discere nec rem rusticã pecuariamq; & medicinam tractare docereq; alios pu duerit. Omittimus quantũ medicinæ peculiariter curiosus Mithridates Põti rex hoĩum generi profuerit: cum singulas naturæ partes exquirẽs p subiectos sibi homines exemplaria: effectusq; herbaꝝ omnium in arcanis suis reliquit: quibus Pompeii magni gloria: Romanæq; gentis imperiũ magis q̃ tanti regni uictoria ornaret̃: & ad sanitatẽ instrueret̃. Satis ad eã quam nũc tractamus rem Aegyptius rex cognomento Euergetes sit: qui dũ in Homeri lectione quottidie uersat̃: & plantarum naturam intelligit emendato eius poetæ carmine cõtra q̃ grãmatici censerent palustrem plantã sion & eũ palustri apio nasci indicauit Cecinit quondã Homerus ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ σίου ἠδὲ σελίνου, quod ignorantes aliqui eo tpe non σίου sed ἴου quod est uiolæ legi oportere cõtẽdebant: cõtra qđ rei peritus rex sia non uiolas cũ apiis in irriguis pratis nasci in eo poeta uoluit nõ leui argumento nec indigno teste palustre sion esse uerũq; quod hic ait in aquis nasci & inueniri. Non est ut uidet̃ dubitandũ quo loco nascatur sium. quale aũt sit Anagallis indicabit: ob cuius similitudinẽ aquatica anagallis a quibusdã dictũ est: indicabit ob eandem eãm & odoratus iuncus. De quorũ altero actum in primo uolumine est: de altera nõ multo post in hoc ipso agetur. Idem hoc sion a Romanis lauer dici hic ipse scriptor testatur. Meminit aũt laueris Plinius ut credimus li. xxvi. nõ tñ idẽ lauer in eo sion est: qm̃ de sio. xxii. uolumine eiusdẽ numeri capite lõgius egerat: dixeratq; latius apio esse: in aquis nasci: pluraq; alia quæ poterunt in eo uolentes certius expendere. Nos illud tãtũ monemus lauer dici sion ob nataliũ similitudinẽ: qm̃ ambobus uita in aquis sit. Quid autẽ lauer Plinio dicat̃ non difficile erit rem diligenter in eo contemplantibus intellexisse. Describit enim in aquis nascentẽ uulgarem herbam: qua rura fere omnia cũ aceto in cibis utantur. Sunt qui credant hãc esse quã uulgus cresiones appellat. Quod nos ut nõ negamus: sic ẽt nõ cõfirmamus. Quod autem testamur est non esse sion quod lauer. Id. n. auctore Dios. odoratum est: lauer nullo odore cõmendatur. Qualecunq; aũt sion sit nõ adeo dissimile apio describit̃. Nec est q̃ miretur aliqs nostra ætate tantã reꝝ incertitudinẽ: cũ nec quondã florente græcoꝝ fortuna sium ut pauloante mõstrauimus a professoribus cognosceret̃: ostendũt nostræ ætatis hebrarii dissimilem huic penitus quã illi sion uocant feniculi foliis altiore crassioreq; caule: grãdi in summo umbella nisi cõfertior sit feniculo non dissimili: colore in cunctis albicante.

DIOS. DE Vtroq; Sisymbrio. Cap. cxv.

Isymbrion sunt q serpillum: qui coronam ueneris: qui herbã ueneream appellent. Romani austeralidem dicũt. Nascit̃ locis incultis hortẽsi mentæ simile: latiore tm̃ & odoratiore folio. Coronaria herba est: uires calefaciẽdi habet. Facit sisymbrii semen ad uessicæ stillicidia: & calculos in uino potũ. Singultus idẽ sedat & tormina. Folia tẽporibus & fronti contra dolores capitis emplastri modo imponuntur: imponunt̃ & cõtra apiũ: uesparũq; ictus. Vomitiones postremo potũ sisymbriũ sistit. Est & alteꝝ sisymbriũ: quod quidã a nasturcio cardaminem: quidã sion appellãt aquaticã herbã eodem quo sion loco & mõ nascẽtem. Cardaminẽ uero quasi nasturciã uocant q̃ nasturcio similis sapore sit. Circinatum habet a primo ortu foliũ: cum creuit deinde in incisuras quales in erucæ foliis sunt diuidit̃. Natura illi est calefacere & urinã ciere. Estur uel crudum etiã sisymbrium. Extergit utrunq; genus lentigines: asperamq; & adustam sole cutem emendat: totis noctibus emplastri mõ impositũ: cũ uero illuxit humore aliquo ablutum.

INTERPRES.

On cessat natura quottidianis & in omni sui parte in peius mutationibus q̃ grauis & facilis negligentiæ iactura sit hoĩes monere: & quod poeta cecinit degenerare omnia & in uitium

ruere nisi humana quot annis institerit: honoremq; & bonitatē suā rerū semina & genera seruare coegerit: ut contraria rōne disceremus nihil tā asperum: rudē: difficileq; & incultū esse quod non labore & opere humano melioresc at: & assidua cultura ad honestiorem suauioremq; usum mitescat: in quo non minus facilem sequaceq; homini q̄ ad uitium natura se præbuit. Multa sunt ad utranq; partem naturæ mutationis exempla: sed longe plura in peius degenerantis Facile. n. & lubricū ad uitiū iter est: degeneratq; triticū in loliū: populus alba in nigrā Ocymū in serpillū: dulcia in amara & satiua in syluestria. Habentq; oīa quæ id patiuntur mutatiōis suæ diuersas causas: sisymbriū tñ ut odore in mētā figura in nepetā degeneret pcipuam a culturæ negligentia: nisi enī assidua cultura cohérceatur: & translatione nouos ueluti natales quot annis accipiat in eas quas diximus plantas q̄ primū diuersa sui parte degenerat Testant id rei rusticæ: & plantarū historiam tradentes scriptores oēs: Theophrastusq; præsertim qui nullibi de naturæ mutationibus his egit: ut non Sisymbrii in mentā degenerantis exēplo usus sit: cāmq; mutationis eius in quinto de plātarū causis longius psecutus est: docens fieri ut cū Sisymbriū non excoluerit olitor: nec ppriā illi & necessariā culturā reddiderit altius radices agat: actisq; in altū omne illhuc nutrimētum conuertat eoq; destitutas superiores partes infirmiores fieri: & odoris acrimoniam amittere: eaq; amissa reliqui corporis odorem infirmū languidūq; & mentæ similē fieri. Eamq; ob cām ne id patiat transferri sæpius sisymbriū in disciplina ruris & hortorū præcipitur. Serpilli figurā & speciē aliquā sisymbriū habet: ideo a quibusdā ut hic ait Serpillū ēt uocatū est. Quēadmodū in similibus fieri solet. Plinius Serpillū ait syluestre sisymbriū a quibusdam dici. Facit id negligentia & rerū ignorantia: cogitq; cōmutatis ob similitudiné inuicē nominibus diuersa rerū genera graui periculo misceere. Veneris coronā: & herbā ueneream ob odoris suauitatē uerisimile est dictū quondā fuisse sisymbriū. Amorū enim dea amoribus aptas tñ sibi exigit herbas: qbus coronata in cōmessatiōibus suis iuuentus suauiore odoris oblectamento uoluptates suas cōmendet & augeat. Et hæc de primi aridisq; & i occultis locis nascentis sisymbrii appellatiōibus dicta satis sint. Quæ deinde in altero & Sii modo in aquosis nascente a Diosc. numeratæ fuerunt: ab eodem etiam declarantur. Ideo enī cardamine facto a Nasturcio nomine dictum quōdā sisymbriū hoc fuit: quod simile nasturcio in gustu & sapore sit. Tantaq; est sisymbrii huius quod cardaminē dicūt ad Sium similitudo: ut Paulus Aegineta in sexto retulerit dicere quosdā cardaminē hanc siū eē. Nasci hoc iisdem locis qbus & siū a Diosc. tñ dicitur in aquosis. Eiusq; genus Plinius ēt descripsisse his uerbis uidet. Lætissimū nascitur in puteorū parietibus & circa piscinas & stagna Cū tñ hic aliter tradiderit non circa: sed in aquis eodem quo sium modo nasci. Non possunt abundantibus rebus: deficientibusq; nominibus priuatim seorsumq; oīa citari Generatim necesse est uocari: describiq; multa: unāq; hāc ob causā medica ubiq; materia tam parum certa est: tamq; in antiqs ēt scriptoribus multiplex & uaria. Nos quod possumus præstamus immensi operis huius aliquā post nos aliis partē relinquētes. Laudat ab oībus contra singultus præcipue sisymbrii semen Laudatur & cōtra tormina & uessicæ calculos ob discutiendi calefaciendiq; & siccandi quas habet uires. Non relinquemus etiam quod in altero & aquatico sisymbrio fieri Diosc. ait. A primo ortu circinatū habere foliū cum creuerit: deinde in incisuras quales in erucæ foliis sunt: diuidi. In multis aliis etiā fieri: i quibus folia speciem figuramq; primā mutent. Facit id medica herba in qua folia statim prodeūtia trifolii sunt: cū deinde creuerunt: contrahuntur: & angustiora fiunt. Facit & Ricinus quæ foliū primo circinatū proferens: angulosū postremo ostendit. Ex hoc genere sisymbriū ēt ē Fitq; hoc in plātis quēadmodū in aīalibus qbusdā: q primū informia paulatī accedēte ætate i pprios certosq; actus effigiant.

DIOS. DE BATI. Cap. xcyi.

Rithmon sunt qui crithamon uocēt. Romani batim appellant. Frutici similis & in duos statim foliosos diuisa ramulos herbula batis ē cubitali altitudine. Nascit petrosis & maritimis locis: foliis undiq; plena pinguibus albescentibusq; portulacæ foliorū figura: latioribus tantū: longioribusq; & in gustu salsis. Flores fert candidos. Fructū libanotidi similē: mollē: odoratum: rotundūq;. Is siccatus rumpitur. Haberq; intus tritici figura semen. Radices sunt illi crassitudine digitali tres quatuor ue: suaues gustu & odoratæ. Seminis: radicis & foliorū decocto angustiis urinæ: & felle suffusis medent. Eodē mēses ēt trahuntur. Estur cocta crudaq; aliorū oleū modo batis. Seruat & in eūdem usum sale condita.

c

INTERPRES.

Vam græci Crithmon a figura seminis: ut credimus: dixerunt Plinius & alii ubiq; batim: Columella nunc batim: nunc olus chordū q; sero & appropinquante uindemia condiat appellat: ad mare primum & in littorū petris: qm̄ priora sationis sunt syluestria & per se na-

q Chordum

scentia inuentum:mox in hortis ubiq; ad quotidianos usus consitam herbã:quã ditiorũ & plebis mensæ pariter nouerunt. Eam hic paulominus q̃ cubitali altitudine in caulem crescere ait:cæteri palmum erigi a terra tãtũ dixerunt. Quod in Italia:præsertimq; in hortensi uerius uidetur. Non sõ tũ arguendus Dios. Nulla.n. in his certa naturæ lex & mensura est. Refertq; magnope in huiusce/ modi rerum historia: qbus locis aliquid cõmentetur aliquis. Credimusq; nos quod hic ait cubitali fe/ re altitudine esse batim sic accipiendum esse:ut maxima omnibus locis hæc eius mẽsura sit:nec al tiorem cubito batim alicubi inueniri. Estq; legitimus hic & ob naturæ uarietatẽ necessarius meti/ endi oïa modus:ut p̃finito altero extremo nec ultra nec citra id aliqđ fieri intelligatur. Verbi cã nõ nascuntur eodem tpe cunctis infantibus dentes:sed aliis a septimo mense:aliis ab octauo:deincepsq; Nec mutantur iidem oïbus septimo anno. Verum sunt quibus ab octauo:qbus a decimo:& qbus ultra id tẽpus ẽt:totq; dentitionis tẽpora in pueris sunt:quot & ipsi uiuunt:& corum naturæ temperamẽta sunt:& nihilo minus una est naturæ lex:unũq; dentitiõis decretoriũ tẽpus q̃d eius periti obseruãtes nec citra septimum mensem nasci eos inuenientes a natali die septimo mense primos nasci pueris dentes decreuerunt:eademq; rõne a septimo mutari. Simile his est quod de partu & de pubertate a iureconsultis & naturalis disciplinæ professoribus cõstitutũ est. Quartodecimo in maribus duo/ decimo in fœminis anno pubertatẽ:a septimo uero ad tertiũ decimũ mensem partũ a natura & le gibus decerni. Neq; ab re nisi enim sic fiat quot uiuent hoïes tot oportebit leges & rerum mẽsuras de cerni:quod in tanta rerum uarietate inutile simul & impossibile erit. Idem & in cæteris naturæ rõni bus & mensuris obseruandũ:cõstituendũq; animo quod extremũ in re aliqua fuerit:id pro mẽsu ra & lege a Dios acceptũ fuisse:nec si in nostro orbe natũ aliquid minus historia & decreto eius fue rit uanũ in scribendo existimare. Nulsibi.n. natura in q̃titate qualitateq; sibi ipsi r̃ndet:& hic om/ nibus ubiq; gẽtibus nõ Aegypto tñ aut Italiæ scribebat:eamq; ob cãm quod sibi non his aut illis ex tremũ natura fecisset pro lege mensuraq; eius accipiẽdũ fuit. Egimus de his forte longius q̃ opor tebat:sed non inutiliter ut credimus:ob multa quæ toto hoc ope dicta hactenus & post hac dicen/ da erunt. Quod meminisse legentes cupimus:& aliõ ubiq; repetere:innumeras esse uarietatis natu ræ in huiuscemodi causas quæ seruatis rerum formis:nũc laxant:nũc contrahunt modo his mo/ do illis qualitatibus materiam uariant. Hanc ipsam batim siue chordũ olus auctore Columella malis dicere ἀμφιλαφῆ Dios. esse ait. Vertitq; Barbarus eã uocẽ p ambitũ opacãs. Nos aũt ut supra legitur. Secutus in ea ille est cõmuniorẽ nõ antiquiorẽ uerioremq; græcæ illius uocis significationẽ: neq; enim ἀμφιλαφὲς opacũ per se & tenebricosum significat:sed ut græci dicũt πολὺ δαψιλὲς καὶ πανταχόθεν πλῆρες:quod est multũ copiosum:& undiq; plenũ:& ob id in plantis & foliorum copia κατάσκιον quod est umbrosum & opacãs. Significat & διπλοῦν quod duplex est quasi ἀμφιλαβὲς quod utrinq; & duplici ansa capi & teneri possit. Haber & alias significationes uerum ex his fontibus deriuatas oẽs. Varietatẽq; hanc facit multiplex p̃positionis illius ἀμφὶ significatio:quæ coniuncta aliis in compositione uocibus quot hẽt ipsa significandi uires:tot ẽt in cõiuncta sibi trãsfert. Dicta ex priore illa significatione Platanus est in Epigrãmate ἀμφιλαφὴς .i. foliorum copia & magnitudine inumbrãs. Dictũ est amphitheatrũ quod undiq; & in orbẽ totũ clausum sit:dicta & multa alia ex secũda & altera ἀμφίβια in animalibus:quæ in utroq; elemento agunt. Dicta in decimo & duode cimo lumine luna ἀμφίκυρτος .i. utrinq; gibbosa:dictæ uestes ἀμφίμαλλα:dicta pocula ἀμφικύπελλα:illa utrinq; uillosa:hæc utrinq; ansata:dicta ἀμφίτρητα a tergo & a fronte perforata: & ne lon/ giores simus dicta infinita pene alia:quæ siue a præpositiõe illa ἀμφὶ siue a nomine ἄμφω formata fuerint alterutram significationẽ semper indicãt:quæ nõ aliunde certius q̃ ex re ipsa cognosci pos sit. Quodq; in bati hac quærendũ mõ sit. ἀμφιλαφὲς ne dixerit foliosam undiq; & iõ umbrosam: an q reddiderunt aliqui duplici caule e terra surgẽtẽ:an q magis decet ex foliorum crassitudine & ordine quæ pinguia & bina utrinq; in ramulis disposita ἀμφιλαφῆ merito dicta fuerint? Nobis in hanc partẽ inclinat animus:qm nõ põt dici umbrosa batis:quæ breuis herba est:rarisq; & quasi p interualla foliis frondet:nec duplici caule e terra surgere:quæ fruticosa & ramosa est. Eamq; ob cãm nos:ut legitur:uertimus:qm obseruauimus late patere quod græci ἀμφιλαφὲς dicunt:& in ho/ mine ad ingenii abundantiã ẽt & uim referri:ut est illud ἄρουραν ἅμα καὶ ἀμφιλαφῆ τὴν διάνοιαν: quod est fertilẽ mẽtẽ & uberem. Scio fore ut uideantur multis nostra hæc humiliora:& ut græci di cunt πάρεργα. Verum qualiacunq; ea sint:neq; ab re:neq; inutilia in cognoscẽda medica materia legẽti bus fore credimus. Aliud postremo est & in extremo capitis calce:in quo nõ est nobis idẽ cũ Bar- baro sensus. Ille ait seruari batim in muria:nos sale cõdiri:licetq; cõiter & i salsura nõ differãt sub/ stantia & euentu sal & muria (Dilutus.n. aqua sal muria est.) In hoc tñ olere nõ cõtemnẽdũ discri men est. Ille cõem ἁλμεύεσθαι uerbi significationẽ & quotidianã salsuræ olerũ rõnem secutus est. nos priuatim in hoc olere quã lib. xii capite xiii. Columella docuit magis amauimus. Verba eius in hac re ea sunt. Sunt ẽt q̃dã herbæ quas appropinquante uindemia cõdire possis ut portulaca & olus chordũ quod quidã batim uocãt. Hæ herbæ diligenter purgantur & sub umbra expanduntur. Deinde quarto die sal in fundis fideliarum substernitur:& separatim unaquæq; earum componitur: acetoq; infuso iterum sal supponitur. Nã his herbis muria nõ cõuenit. Non conuenire muriam portu/ lacæ & bati Columella ait. Tantiq; uiri auctoritatem nos secuti sale potius q̃ muria condiri & ser/ uari batim

ἀμφιλαφὲς

nari batim diximus. At dicet aliqs forte ab halme quæ muria est ἁλμεύεσθαι græcis uerbum factū eē Scimus id q̄dē & nos: sed in similibus duabus rebus & euentus eiusdē ea malumus uti q̄ uete℞ p̄ceptis magis conueniret: ut siqs forte quod passim & ubiq; nunc ēt fit seruare batim uoluerit certiorem cōditura eius rōnē ex ueterū disciplina habeat. Quid aūt cordum latinis sit: & cur B. tim Cordū olus Columella dixerit in p̄ptu rō est: & Plinius aperte indicat: Qui fœnum cordum a rusticis ait appellari autumnale & serotinū. Sic forte ēt Varro agnos cordos appellauit. Et q̄m Maio mense & appetente Iunio ante seminis maturitatē olerū herbarumq; aliarū salsura fit. Batis aūt nō nisi sero & Octobri mense. Ideo cordū quasi serotinū & autūnale olus dictū est. Et hæc p̄ Bati dicta hactenus sint. Quæ de marina & inter petras ad mare nascente dicta a Dios. fuerunt. Satiuæ enim nullam rōnem habuit Credo quia marinæ similis satiua sit tanto marina minus efficax quanto siluestria omnia & sponte nascentia satiuis plerunq; efficaciora sunt.

Cordū olus
Agnicordi

DIOS. DE Coronopode.i. herba cornicis pede. Cap. cxvii.

c Oronopoda sunt qui ammonon: qui astrion: qui stilaginem uocent. Aphri atirsipten. Romani casiatricem siue sanguinariam appellant. Oblonga herbula est per terram sternitur: Et folia icisuris diuisa habet: Estur & hæc olerum modo cocta. Radicem habet gracilem in cibo adstringentem: ideoq; cœliacis utilem. Nascitur locis incultis aggeribus & semitis.

INTERPRES.

s Cripsit de Coronopode hac iampridē multa Leonicenus uir nostra ætate dignus, cui multū deferant bonar℞ litterar℞ cupidi in cōmentariolo eo quod de Plinii erratis aliquot edidit. Conatusq; inter cætera est quā hic romanā appellationem Coronopodis Casiatricem esse dicit ōndere ab Apuleio Galli crus dictā fuisse: Et ex Galli crure ab impitis græco℞ librariis cicatricem in hoc scriptore factā esse. Quod si cōfirmare ego ausim uaticinari magis q̄ censere me, credam. Nulla.n. eius uocis uestigia in hac sup sunt. Nec cōiectura aliqua in ea se offert, qua qd' ignoratur & latet in lucē trahi possit. Illud potius admittendū q̄m græci a cornicis pede eā uocauerūt uerisimile esse latinos a Galli crure cōgruentibus aliis notis ob similitudinē nomē illi fecisse quēadmodū ab aliqbus ēt non cornicis sed coruinus pes hæc ipsa noiat. Idē p̄terea eandē a Plinio ait lib xxiiii. gramen aculeatū appellari. De quo dubitandū nulli esset si hic aut aculeatā dixisset coronopodem: aut qd aculeos indicaret aliqd illi adiecisset. Quam ob cām nō sine rōne subsistet in Plinio aliqs audiēs inter aculeatas lib xxi. & secūdo coronopoda ab eo numerari Nec nos Pliniū arguim⁹: sed uarietatē historiæ demiramur. Dubitamusq; posse eā notā Dioscoridi deesse Theophrastus lib. yiii. de ea tradidit humi caulescere qd hic ait per terram sterni: numeratq; inter aculeatas & sp̄ote nascētes Vulgaris & ubiq; fere nascēs herba hæc est: Vidimusq; nos trifida partitione in summo cacumine diuisam eadē forma & lōgitudine qua in auibus illis digiti & ungues sunt. A qua nota nomē illi merito factū est Nullos sentimus in ea aculeos: nec in summis desinētis illis cuspidē aliquā nisi forte in uirēte adhuc nullæ poterant deprehendi spinæ. Ecqs ēt nouit quā Columella lib. xii. in cōditura alia℞ herbarū miluinū pedē appellat Coronopus hæc sit? Ex quo hic ait coqui ut reliqua olera. Quod.n. uirens coqui pōt sale cōditū poterit ēt habere usum. Nihil.n. refert a q̄ aue mō rñdeat similitudo nomē illi aliqs fecerit. Nasci hanc in terrenis Barbarus dixit: cū incultis locis dicēdū esset eādem ob cām ob quā alias in malua & alibi diximus. Nec solum ipse sed cæteri oēs domi aut in domibus nasci Coronopodē dixerunt nō aīaduertentes si locis icultis nascit̄: nō posse domi siue hortū: siue impluuiū: siue aliū ītelligas locū nasci. Et p̄ter id parū apte dici nasci aliqd huiuscemodi in domib⁹ Cur aūt oēs eodē mō locū uerterint cōis græco℞ oium lectio fecit i qbus ἐν [illegible] ω [illegible] legit̄ Nos mone te re & uete℞ codicū fide admoniti in qbus non ἐν δώμασιν qd' ē in domibus: sed una im mutata lra ἐν χώμασιν. i. in aggerib⁹ uertimus: qui in icultæ terræ censu sunt: quemadmodū & semitæ & itinera quæ statim aggeribus coniungūtur.

DIOS. DE Soncho. Cap. cxviii.

ſ Onchon trachyn.i. Sonchū asperā sunt q cicoriū appellēt. Aphri gathuonē. Romani cicirbitā asperā uocār. Duplex sonchi genus est. Agresti⁹ & aculeatius alterū: Tenerius alterū & q̄d edēdo est: Angulosus soncho caulis ē: cōcauus & aliq̄n rubescēs. Folia hēt p̄ interualla circūcurrētibus in ambitu icisuris. Vis & natura eis refrigerare adstringereq; mediocriter. Ea p̄pter emplastri mō īpositæ stomachi ardorib⁹: & inflāmatiōib⁹ p̄sunt. Succ⁹ p̄terea in sorbitiōe dat⁹ stomachi erosiōes lenit: & lactis abūdātiā facit. Quin ēt sedis muliebriūq; locorū inflammatiōib⁹ in lana apposit⁹ succurrit. Cōtra scorpionū ictus radix sonchi & folia opē

ferũt. Est pter hæc tertiũ sonchi genus tenerũ arborescens latiore folio: in quo ramosum caulẽ folia intersecant. Põr tertia hæc sonchus quæcunq; & illæ possunt.

INTERPRES.

E Sturtoto fere anno sonchos: sed nihil autumno quo tpe post primas pluuias nouo ortu tenerior frondet in acetariis nr̃is frequentius est. Eam ut hic ẽt testatur rura nr̃a & omnis ethruria cicerbitã uocat Non iõ tñ credimus fuisse hoc eius antiquũ nomen. Potuit enim ex nõ multo tpe Dios. accreuisse eo quo a principio diximus modo Est ubi crispinus: & ubi lactucella sonch⁹ uocet. Quotq; toto orbe gẽtes sũt tot fere huiuscemodi herbaꝝ appellatiões audiũt. Nihilq; in medicæ materiæ disciplina piculosius est q̃ neglectis rebus nominũ tñ sollicitum eẽ. Nota oĩbus sonchus ẽ. Certas. n. habet notas; & si in scriptoris huius historia omissum uideatur qd̃ pcipuũ in ea est. cuiusq; meminit Plinius & unde lactucella a qbusdam dicta fuit. Id aũt est lactis liquor quo fractus caulis eius manat. Potuit a Dios. pptera q̃ nota uulgo sonchus sit ea nota relinqui. Potuit perisse ut perierat ẽt in caulis descriptiõe ὑπόκενος quod est inanis & uacuus: quæ uox in cõi græcoꝝ lectione nulla est: & ex aliis in qbus erat restituta a nobis fuit; presertim monente id Pli. q ait caule cubitali angulosò intus cauo: & qui fractus copioso lacte manet: quæ oia manifeste sonchus hẽt. Inter aculeatas herbas sed nõ simpliciter a Theophrasto lib. vi. sonchus numeraf. Aculeatur enim postq̃ induroit & arescere cœperit. Fecerunt cæteri oẽs sonchi duo genera: appellaruntq; alii candidam & nigrã: alii asperiorẽ & mitiorem: alii edendo: alii non edendo esse dixerunt; eadẽ rei diuisiõe & significatõe. Vbiq; n. duo illa nascunt gñ̃a. Solus Dios. tertiũ genus sonchi arborescẽtis fecit quo caret Italia. Nec nos hactenus qualis ea sit & ubi nascaf a quoq̃ audiuimus.

DIOS. DE Intybis. Cap. cxyiii.

E Rin Aegyptii agon. Romani intybũ dicũt. Duplex intybi genus est: agreste & erraticũ alterũ: ab amaritudine picris & cichoriũ appellatũ: latiorib⁹ foliis alteꝝ satiuũ & in cibis gratius. Satiui rursus duplex itidem genus. Lactucę similius alterũ & latifoliũ: angustifoliũ alterũ & quadãtenus amatũ. Adstringunt ambo: refrigerant; & stomacho accomodata sunt. Aluũ elixa sistunt. Eadem ex aceto sumpta: pserrtimq; erratica stomacho utiliora. Ardores. n. & infirmitates eius in cibo leniunt. Cardiacis eadem p se & cũ polenta utiliter emplastri modo imponuntur. Podagris & oculoꝝ inflãmationibus subueniunt. Contra scorpionum ictus intyboꝝ radix & folia utiliter emplastri mõ imponunf. Medenf sacris ignib⁹ cũ polenta. Cũ cerussa uero & aceto itꝛboꝝ succo inũgunf q̃ refrigerari oportet.

INTERPRES.

Erratica

P Rima oleris huius & amplissima diuisio est: i satiuũ & erraticũ: Dico aũt erraticũ quod sponte sua natũ omni humano cultu caruit: qualia i plantis & disciplina ruris multa fecit natura: fœniculũ: serpillũ; pluraq; alia a ueteribus latinis sic appellata q̃ sub nulla olitoris aut agricolæ lege libera uagant & errant. Ideoq; incastigata satiuis minus speciosa sunt. Quod manifeste in intybo deprehendif: cuius a principio unũ idemq; genus hac una rõne i duas statim distrahif spẽs. quaꝝ diuersæ penitus notæ sunt Amarescit enim erraticũ & angustiore folio est Satiuum ori & in cibo gratius latioribusq; foliis. Quod aũt unũ idemq; in ambobus seruaf flos est: & qui flores ferunt ramuli: quos natura nobis indulsit: ut esset unde satiuum intybũ facere uolentes erraticũ cognosceremus. Post primã deinde & amplissimã diuisionẽ illam alia rursus accedẽte maiore diligentioreq; cultura & hominis labore diuisio facta est: Discretũq; satiuum intybũ in lactucæ dulcedine foliorũq; quãtitate & figura simile: & quod minus eo sit & amarulenti saporis. Et hic census intyboꝝ nr̃a ætate ẽt est. Vocatq; florentinus ager erraticũ & amarum primũ intybum illud quod græci ab amaritudine picrida noiant; gentes aũt aliquæ priuatim cichoriũ a multisq; habet in radice capillamẽta radiculã. Idemq; huic noie genus est quod translatum terraq; sæpius obrutũ candorẽ teneritudinemq; acqrit & maiorẽ amaritudinis partẽ amittit: Duoq; hæc gñ̃a sũt a Dios. primũ numerata Satiuũ deinde illud uno intybi noie nũc censef: & si corrupta ab intybo uoce ethruria endiuiã passim appellat. In hoc & maius & minus est dulcedinisq; & amaritudinis discrimen aliquod; qđ ut uidef ex una diligẽtia & culturæ rõne euenit. Prius illud notissimo uersu in Georgicis suis indicauit maro cũ dixit. Et amaris intyba fibris Intelligens enim intybum generis nomen ut græcis Seris est latinis esse amaritudinem ut ad certam contraheret speciem addidit Secundum illud Galenus dicens κιχώριον τὸ ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ἰντυβολάχανον: quod est. Cichorium quod Romani olus intybi appellant. Indicauit & Flaccus cum cecinit me Cichorea leuesque maluæ & cætera. Est enim Cichorion peregrina græcis etiam uox quæ omnia hæc intyborum genera simul indicet. Et si ab aliquibus ad primum illud & amarum intybum contracta fuerit. Nihil ut uidetur in antiquis scriptoribus circa congeneris plantæ huius appella-

tiones

tiones rertũ eſt. Theophraſtus libro viii. de plantarum hiſtoria cichorion appellat ſilueſtre illud genus quod eodem auctore ab amaritudine nomẽ inuenit Agit.n. de herbarum caulibus: atq; ὁ δὲ τοῦ κιχωρίου μέγας καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλάς. ἔτι δὲ γλίσχρος καὶ δυσδιάῤῥηκτος, διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται. Quod eſt cichorei aũt caulis magnus eſt: multas hẽt ueluti brachia agnationes: lentus itidem eſt & in frangendo contumax. Quam ob cãm pro uinculis eo utunt̃. Qua deſcriptione uidet̃ amarũ, & agreſte illud ſignificare. Idẽ paulo poſt picridẽ hoc ipm appellat Sæpe ẽt in deſcribenda in aliquibus latiore foliorum figura κιχωριώδη ea appellat. i. cichorio ſimilia ſatiuũ indicans: hoc enim latiore & lactucino folio eſt. Paulus Aegineta Romana appellatione uſus in primo ἴντυβα totũ hoc genus uocauit. In ſexto deinde ſatiuum agreſteq; & amarũ uno eodẽq; noĩe ſerim: in ſecũdo poſtremo ſerim ſatiuum: intybũ agreſte. Plinius libro primũ xix. capite vii. a lactuca digreſſus ſatiuum eſſe intybum his uerbis declarat. Neq; ex eodem gñe poſſunt dici neq; ex alio intybi: pauloq; poſt. Eſt & erraticũ intybum qd in Aegypto cichoriũ uocant Mox iterum lib. xx. capite. viii. de erratico & ſatiuo hæc ait. Intybi quoq; nõ extra remedia ſunt. Erraticũ apud nos quidam ambubeiã appellauere: i Aegypto cichoriũ uocãt qd ſilueſtre ſit: ſatiuũ autẽ ſerim Columella lib. ii. capite. xviii cũ docet quomodo prata colant̃. Primũ ne ſtirpes aut ſpinas &c. atq; alias ante hyemem alias per autũnum extirpemus ut rubos: uirgulta: iũcos: alias uellamus ut intyba ac ſolſtitiales ſpinas. Qua deſcriptione intyba indicauit quæ ſilueſtria ſunt Satiua. n. in pratis nõ inueniunt̃. Idem poſtea lib. ix. capite. xiii. cũ de educandis anſeribus agit ſerim ſatiuã appellat his uerbis. Paluſtris quoq; ſed herbidus deſtinet̃ ager: atq; alia pabula conſerantur ut uicia: trifolium: fœnumgræcum: ſed præcipue genus intybi quod græci appellant ſerim. Poſtremo Palladius in octobri menſe ſatiuum intybum uocat: uerba eius ſunt. Menſe octobri ſerenda ſunt intyba quæ hyemi ſeruiant &c. Ex his quæ tam multa & longiſſime repetita a nobis ſunt colligere facile eſt nullã in his nec græcis nec latinis certã perpetuamq; appellationẽ eſſe: ſed in græcis cichoriũ nũc agreſte: nũc ſatiuũ intybum idicare: picridẽ ſemp agreſte: quẽadmodũ ſerim plerũq; ſatiuũ. In latinis intybũ mõ ſatiuũ mõ agreſte: Ambubeiã aũt agreſte ſemp Nec fore antiquos auctores legentibus aliquid utilius q̃ pcedente rei coniectura cõtra q̃ in cæteris fit nõ ex uocibus res ſed ex rebus uoces intellexiſſe. Solus Celſus libro ii. capite. xxix de utroq; gñe agens ad certas uoces in medicina rẽ cõtraxiſſe ut: ſatiuũq; intybum: ſilueſtre ambubeiam appellaſſe. Verba eius ſunt. Lẽticula cui uel beta uel intubus uel ambubeia &c. alterutrũ ſumi iubens aut ſatiuũ quod intybũ aut agreſte qd ambubeiã uocat. Cenſeréq; ego qm̃ graui periculo in medicina hæc uariant̃ ſatiuũ in græcis ſerim in latinis intybum. Agreſte in græcis picrida aut cichoriũ: in latinis ambubeiã ſemp appellari: ut certa nominũ rõ certam legentibus rem indicaret niſi in medicæ materiæ nomenclatura audacior uideri aliquibus timerem.

DIOS. DE Condrilla. Cap. cxix.

Ondrillan ſunt qui & hanc cichorion aut ſerim. i. ambubeiã aut intybũ appellent. Romani pariter græcis condrillã dicunt. Folia caulẽ & flores ambubeiæ. i. agreſti intybo ſimilia hẽt. Ideoq; agreſtis intybi ſpẽm aliqui eẽ eam dixerunt. Tota tñ tenuior eſt. Inuenitur q; in imis ramulis eius fabæ magnitudine gũmi maſtichæ ſimile. Quod tritũ & cũ myrrha in linteolo oliuæ quantitate fœminis ſubditũ mẽſes earũ ducit. Olus uero ipm una cũ radice tuſum mox in paſtillos cũ melle cõformarum: additoq; nitro dilutis aqua paſtillis his uitiligines exterunt. Reglutinat ẽt gũmi illud palpebrarũ pilos. Facit ad eadem & recens eius radix demerſa in eã acu & palpebris cũ humore illo admota. Bibit̃ cõtra uipas condrilla in uino. Aluũ ſiſtit ſuccus eius cũ uino coctus & potus. Põt & per ſe idem. Eſt & alterũ Cõdrillæ genus: foliũ hẽt ueluti circũroſum: oblõgũ: p terrã ſtratũ: caulẽ liquore lactis madentẽ: radicẽ tenuẽ in mucronẽ deſinentẽ: inanẽ: rotundã: flaueſcentem: eodẽ liquore plenã. Adiuuãt cõcoctionẽ caulis & folia. Succus reglutinandis palpebrarũ pilis utilis ẽ. Naſcit̃ cõdrilla hæc lutuoſis pinguibuſq; & cultis locis.

INTERPRES.

Ntybis cõgenerẽ eſſe condrillã argumento eſt ueterũ oĩum de ea hiſtoria: q ab intybis ſtatim de Condrilla agentes eã illis cõiunxerunt deinceps q; deſcripſerũt quã natura cõiunxerat: & ſimul docendã eẽ ob ſimilitudinẽ monuerat. Plura cæteri oẽs q̃ hic de ea docuerũt: caule pedali & amariſſimo totã ſapore eſſe: radicem habere numeroſam: gũmi illud pximũ terræ in ea inueniri & candidum cõſpici florẽ: multaq; alia: quæ qm̃ in Corollario ſuo a Barbaro collecta fuerunt a nobis relinquunt̃ Adiiciemus hoc ſolum tantam eſſe illi cũ ambubeia quã diximus agreſte intybum ſimilitudinẽ ut ſæpe legentes in campis fallat. Naſcitur ut hic ẽt ait pingui

& lutoso solo: quem habitũ una uoce γεώδεσιν χωρίοις fœlicissime Dios. indicauit γεώδη enim χωρία in re rustica ueteres dixerunt eas agrorũ partes quæ nullos hñt terræ mixtos lapides sed solam terræ profunditaté: ob quam cãm nõ dilabentibus per lapidum interuenia aquis lutosus ager & pinguis fit. Idq; una ꝙ γεώδους uoce Dios. monstrauit. Sit aũt hoc an secus quod Barbarus uertit nasci in terrosis aliorũ iudicium sit: Nos rem primũ mox uocis ratiõem secuti & pinguibus lutosisq; locis nasci eam diximus.

DIOS. DE Cucurbita. Cap. cxx.

Olocynthan. Romani cucurbitam dicunt. Tumores & abscessus lenit cruda: concisaq; mox emplastri modo imposita cucurbita quæ edẽdo est. Ramenta eiusdẽ cõtra capitis in infantibus ardores quos syriasim uocant utiliter emplastri mõ sincipiti ĩponunť. Imponunť tamẽ ta eadẽ oculorũ inflãmatiõibus & podagris eadẽ utilitate. Medeť ex cucurbitæ ramentis expssus succus doloribus auriũ. In quẽ usum per se & addito rosaceo auribus instillatur. Inungitur eo etiã utiliter in ardore febris sũma corporis superficies. Elixæ totius cucurbitæ mox expressæ succus additis exiguo melle & nitro aluum leniter soluit. Siquis etiam in excauata cruda cucurbita uinum infuderit & per noctem sub dio habuerit temperatumq; ieiunus biberit aluum leniter molliet.

INTERPRES.

Syriasis
Ardores capitis

Votidianus sed uulgaris usq; dum lignescat cibus cucurbita est qbus nasciť locis omnibus pariter nota. Nihil iõ longius de ea repetẽdũ. Quod in medicina nouisse inutile nõ sit ex græcorũ placitis qd infantiũ syriasis sit breuiter dicemus Cuius mali appellatione Romani caruerũt. Et si Plinius ardores capitis id lib. xx. capite tertio appellauerit. De syriasi aũt hac græcorũ medici: pſertimq; Paulus Aegineta his uerbis docuerũt. Inflãmatio partiũ circa cerebrũ: mẽbranasq; ei' i isantib' syriasis ẽ. Cõcauũ fit ĩ ea sinciput. Cõcaui iidẽ cũ pallore oculi. Accedit ẽt totius corporis siccitas. Succurrit huic malo impositus sincipiti cũ rosaceo uitellus oui: sic tñ ut continua mutatione renoueť. Oportet eodẽ loco ẽt imponere herbæ quã heliotropiũ græci latini solarem dicũt folia: cucurbitæ ramenta: cucumeris quẽ peponẽ uocant adiacentem carni cutẽ: aut hortensis solani cũ rosaceo succũ. Græci dulcẽ & quæ edendo est cucurbitã fœminino gñe in secunda declinatione κολοκύνθην dixerunt: medicã uero & amarã de qua suo loco lõgius agetur in gnta: & ab hac diminuta appellatiõe κολοκυνθίδα. Est & illud animaduertendũ in dulci cucurbita ex duplici gñe duplex ẽt nomen esse: rotundæ & in globum tumenti ꝙ cucumeri similis sit σικύας: tereti & in longitudinem extensæ κολοκύνθας: latini utrãq; eodem cucurbitæ noĩe appellauerunt. Docuitq; Columella in carmine suo qua rõne ex eodem seminio utrunq; hoc genus fieri possit. Versiculi eius sunt. Prægnansq; cucurbita serpit Vna neq; est illis facies: nam si tibi cordi Lõgior est gracili capitis quæ uertice pẽdet E tenui collo semen lege: mox si globosi: Corporis atq; uteronimium quæ uasta tumescit: Ventre leges medio sobolem dabit illa capacẽ &c Quodq; in carmine de hac ipsa re omiserat in psa nõ multo post addidit ex positura & satione seminis idem discrimen fieri. Verba eius hæc sunt. Aquosis aũt locis primo quoq; tpe nõ tñ ante calendas Martii semen ponendũ est ut deferri possit æquinoctio confecto. Idq; de media parte cucurbitæ semen inuerso cacumine ponito ut fiat incrementi uastioris: nã sunt ad usum uasorũ satis idoneæ At si esculentas merci pparabis recto cacumine de collo cucurbitæ sumptũ serendũ erit quo plixior & tenuior fructus eius nascatur Sed eo iã unde digressa est reuertať cõmentatio hæc nr̃a. Satis. n. de conserenda cucurbita ueteres rei rusticæ scriptores docuerunt. Nobis illud tñ sciendũ globosam a cucumerũ figura cucurbitam σικύαν a græcis dictã fuisse: & si Athenæus in secũdo sui dipnosophistæ huiuscemodi nominũ rõnem misceat: testeturq; hellespontios: Longas cucurbitas σικύας uocare κολοκύνθας aũt globosas & rotũdas. Nobis tñ cõem seq æstimationẽ magis placuit: nec satiuã ꝑterea cucurbitam tãtum sic græcos appellasse sed medicã & uẽtrosam illã quæ in quotidiano medicinæ usu ẽ: & cucurbita siue cucurbitula passim diciť; ppterea ꝙ q̃ nũc ex uitro medicæ fiunt cucurbitæ ex globosa cum penitus aruisset cucurbita hac a principio in usu fuerũt. Sũt enim in hoc genere exiguo globo nec pomi magnitudinem excedentes.

Vtroq; cucurbita

DIOS. DE Satiuo Cucumere. Cap. cxxi.

Sicyn hemerõ: Romani satiuũ cucumerem dicũt. Bonã facit aluũ satiuus cucumis. Stomacho accomodatus est. Refrigerat non corrumpitur in stomacho licet ægre concoquatur. Vessicæ utilis. Olfactu defectus animæ restituit. Habet semen ciendæ urinæ medioctem uim. Contra uessicæ exulcerationes cum lacte: passo ue idem

utiliter

utiliter bibitur. Medentũ canũ morsibus ex uino emplastri modo imposita eius folia. Ex melle uero ulcera quæ epinyctidas uocant. Caro autẽ eius quem peponem uocant ciendæ urinæ utilis in cibo sumpta. Eadem emplastri modo imposita oculorum inflãmationes lenit. Superior peponis cortex qui quasi sincipur & umbilicus eius est in capitis inflãmatione quam siriasim dicunt infantium sincipiti utiliter imponitũ. Imponitũ & fronti ut in oculos destillationes compescat. Mixtus farinæ et in sole siccatus una cum seminejpeponis succus exterendæ cuti & leuigando uultui utilis est. Facit uomitiones siccara peponis radix drachmæ põdere in dulci aqua pota. Siquis etiã a cœna leui uomitione purgare se uoluerit satis oboli duo erunt. Sanat hæc ipsa etiam radix ulcera quos fauos dicunt ex melle emplastri modo imposita.

INTERPRES.

D Isputatum me puero longius: nec aliter q̃ pro foris & aris pugnatum aliquando in cœna patris inter amicos aliquot: quos ille ad uoluptatem magis compotores q̃ ad honorem cõuiuas ea die uocauerat de peponibus est: non quales quondam fuissent: nec quæ in antiqs græcorũ latinorũq; scriptoribus eorum historia inueniri nunc possit: sed q̃ erat illic (ut fere sunt) quot uultus tot etiam ingeniorũ discrimina qui naturam & qui ganeam amaret laudaret & ad eam omnia referret: quod in pomorũ totiusq; operæ pericarpiis (dico aũt pericarpia oẽm quæ foris pomorũ huiuscemodi caro interiora claudit & cõtinet semina) naturæ consilium fuisset. Disputatiõi cũm fecerant post cœnã relata in mensam purgata peponum semina. Quæ absumi contemplatus naturæ ꝓfessor ille iratus & uelut is qui parentes coram se distrahi & perire uideret ingrate iniuste & impie facere eos exclamauit: quibus nõ satis esset quã seminibus natura tutelam & quasi legitimum ad maturitatẽ cõseruationemq; dederat peponũ carnem absumpsisse; nisi semina ipsa et penitus perderent Nec aliud si fecerint id oẽs fore quod illi tunc agerent q̃ castratis animalibꝰ cunctis quod cõtra mortem datum omnibus generis subsidium est torã nouæ ꝓlis spem deo naturæ & nobis auferre. Vtq; erat cõtinuus huiuscemodi rei contemplator ex Hippocrate Theophrastoq; certius & ex professo docere cœpit: quantũ ad conseruandas rerum & plantarũ formas in seminibus naturæ studium fuisset: quo artificio: q̃ multis munimentis & tectoriis dum absoluũtur ad nouæ generationis tempestiuum tempus seruanẽ ab omnibus iniuriis tutata semina illa sapiens artifex fuerit; quodq; seminibus his siue cortum: siue cutis: siue callum: spina: pappus: testa: lignum: caro ue sit adiectum a natura fuerit non aliud habere usum. Et si utantur his homines nõ ideo naturæ id cõsilium fuisse: sed postq̃ a natura facta ea fuerunt in usum tñm translata utiliter & ingeniose a nobis fuisse: Naturæq; illud primũ & unum consiliũ esse: nobis posterius & multiplex hoc nostrum Adiciebatq; non esse datos nobis ut scribamus aut pro plectro in cythara utamur digitos: nec ungues ut sectis abrasisque cultello honestiorem ostendamus manum: sed illos ut facilius quod ad uitam opus sit capiamus & certius teneamus: hos ut discurrentes toto corpore neruos extrema clausura firmẽt. Et quoniam duriores sint & aciem habeant pro telis contra nocẽtum nobis iniurias utamur Longeq; prius facta hæc fuisse q̃ hic eorum usus inceperit. Ridebat e regione sedens quẽ pauloante ad ganeã referre omnia solitum diximus. Nec persuaderi poterat non præcipuam & solam esse naturæ finem si sapienter ut sapientes docent ea agat quod optimũ in quacunq; re sit: tutiusq; hac ratione seruari ad nouã sobolem peponũ semina q̃ si in agro relicta imbribus corrupta putruerint. Adiciebatq; his quæ de integra ætate qualis tunc peponũ esset ab antiquis naturæ professoribus diruntur. Et ne longiores simus nullam fore in peponibus maiestate naturæ dignam finem, si ideo tñ eos totq; alia genuerit ut nata renascantur: nec homini quod religio docet aliquando inseruiant. Narrabatq; deinceps q̃ suauis peponũ sapor eẽt: q̃ humidi succi caro: & quantopere uina quod poma plerunq; non solent cõmendaret: quæ nec paruã nec unã naturæ finem sed plures & egregias sibi esse restabatũ. In eo qui lõgior sermo fuit parũ certa peponũ: ut memini nomenclatura fuit. Nullus enim censere audebat quales in antiquis scriptoribus pepones fuissẽnt: & quæ eorũ genera in Plinio deprehenderenũ. Dubitatum ẽt est quibus appellationibus a congenere cucumerũ seminio discernerenũ. Quemadmodum a medicis nunc etiam dubitari audimus: qui medicas peponũ uires scientes noia & ex nominibus eorũ diuersitates non penitus nouerunt. Pro qbus non pigebit qua æquũ erit breuitate quæ cõperta nobis de his postea sunt una cũ cucumeribꝰ oñdere. Sciẽdũq; illud primũ est cõem multis gñibus σικύων in græcis appellationẽ oẽm hãc in latinis incertitudinẽ fecisse: qui cucumerẽ in græcis & latinis audiẽtes ex eo qđ nunc est unũ tñ genus qđ priuatim ex multo tpe cucumis nominaũ significari crediderunt: cum græci σικύων. i. cucumerũ noie genera multa numerent quæ aut cartilagine aut cute foris obducta in oleraceis extra terrã crescũt. Estq; illis q priuatim nũc cucumis diciũ primũ & supremum genus cui

deinde subiiciunt statim pepones: & melopepones figura tm̃ & q̃titate inter se differẽtes. Siquidẽ cũ magnitudine excessere aut in longitudinẽ ꝓcesserunt quales multis locis nascunt: pepones quõdam uocati fuerunt. Cũ uero rotundi formã & effigiẽ mali referunt: tunc facto ex pepone & malo nomine melopepones dicti sunt: neq; inter pepones & melopepones aliud q̃ ex figura discrimẽ quõdam fuit. Totũ hoc genus in martio & Aprili Palladius melones q̃si μήλωνας a malorũ figura appellat quo noĩe maior Italiæ pars nunc etiã utitur. Subscribit diuisioni huic Paulus Aegineta ẽt cum libro primo agit περὶ τῶν ὡραίων. i. de his quæ inter æstatẽ & autumnum maturescũt: in quo gñe cucurbitæ omneq; cucumeꝝ gen⁹ hoc ẽ & quæcũq; alia tunc κατὰ τὴν ὥραν. i. æstate ꝓueniũt. Quẽadmodũ & mel tũc factum ὡραῖον ẽt dicit: eadẽ significatione qua græci ὀπώραν itidem uocãt. Decretum eius de Peponibus & diuisio hæc est. Pepon in uniuersum mali succi frigidus: humidus: & uomitorius est. Idẽ non cõcoctus multiplex illud & uniuersale excretiõis genus quod Cholerã dicunt efficit. Semen eius tñ ciendæ urinæ & frangendis renũ calculis accõmodatissimum. Melopepon minore efficacia omnia hæc põt. Nõ pigebit hoc loco monere medicos ex quo hic ait minore efficacia in cunctis melopeponem pepone esse: suspicari nos aliud inter duo hæc genera q̃ ex figura & magnitudine discrimen esse. Nõ. n. uerisimile est solã magnitudinẽ & formã tantam uirtũ diuersitatem efficere posse. Et cum nihil de colore interioris peponum carnis alicubi inuentũ adhuc fuerit nõ ab re forsan peritus erit in melopeponib⁹ præter figurã & q̃titatẽ colorẽ etiam significari: & si id sit rubentẽ intus melopeponẽ esse. Arbitrariũ tñ hoc legentibus relinquimus. De Cucumere idẽ postremo Paulus ait minore frigiditate & humiditate q̃ peponẽ esse: sed maiore ad ciẽdam urinam ptãte: Aegerrime cõcoqui: & si cõcoquatur mali itidẽ succi esse. Idq; est quod Dios ait οὐ φθειρόμενος quod nos uertim⁹ Nõ corrũpitur ĩ stomacho licet ægre cõcoquatur. Siquidem & Plinius ait. Viuũt hausti in stomacho in posteꝝ diẽ: nec perfici queunt. Primũ itaq; omniũ hoꝝ & supremum genus cucumis est: cõe etiã oĩbus nomen: & ob id nisi adiciatur differentia aliqua ambiguæ significationis. Quod sentientes posteriores græci σικύν. i. cucumerẽ simpliciter dixerunt quẽ nos priuatim modo cucumerẽ uocamus: adiecta aũt peponis uoce hunc quẽ nostra ætas & gens priuatim peponẽ noĩat σικὺν πέπονα. i. cucumerẽ peponẽ appellãtes. Adiectaq; a natura & euentu rei cucumeri differẽtia illa ab eis est. Vidẽtes. n. q̃to magis maturescit cucumis ille prior tanto solidiore cartilagine & quasi lignosa crusta durari. Posteriorẽ uero illũ continue magis mitescere & tenerescere illũ in antiquæ uocis æstimatione reliq̃runt: hunc aũt cucumerem peponẽ dixerunt: quod est mitem: flaccidum: & maturitate sua tenerũ. Est. n. græcis uerbũ πεπαίνεσθαι quod inter cætera maturescere significat: & πέπονες uox ab eo facta non tm̃ in his usum habet q̃ maturitate sua mitia sunt: sed in aliis multis quæ amissa soliditate sua flaccescunt & tenerescunt. Sic in Comoedia iactator seruus dicebat. Me cõtra militem in acie cõstituite: nisi ego illũ uerberibus fecero πέπονα. i. cõtusum & ex cõtusione flaccidũ: & quod nostra gens adhuc parũ deflexa uoce mitius dicit & Comicus noster itidẽ quin uideã sandalio illi cõmitigari caput: nec aliter q̃ Maro mitia poma ẽt appellauit. Quinetiã Aristophanes in Fabula cui titulus eqtes ẽ ridicule Cleoni obiicit q̃ nimio mulctandi ciues studio: & quæsito ex iudiciis questu matutino in forum ꝓgressus circuiret uelut uillicus agrum nõ in pomis sed in ciuibus quærens quisnam ut damnari posset πέπων εἴη καὶ μὴ πέπων: quod est mitis maturus & legẽdo aptus. Nec tantũ in cucumerũ genere uox illa græcis in usu fuit. sed ut illi dicunt ἐν πάσῃ ὀπώρᾳ: quæ in maturitate sua tenerescit & succosior fit. Et hæc antiqua est peponũ nomenclatura & nominis ratio. Quod ideo adiiciebatur ut ea teneritudinis audita nota intelligerent cucumerem peponem eũ esse quem nũc simpliciter peponem nominamus. Eritq; facile nouisse id in hoc scriptore: qui proposito cucumere cũ omnem medicinã eius percurrisset transiturus ad aliud illud genus ait ἡ δὲ τοῦ πέπονος σὰρξ quod est. Eius aũt qui uocatur pepo caro &c. Manifesta significatione primũ generis mox speciei quæ adiectiuo illo priuatim indicaret. Quæ deinde peponum diuisio esset diximus. Erant. n. præter pepones melopepones: de q̃bus paulo ante dictũ est a rotunditate sua sic appellati. Erant præter hos in cucumerũ censu & nomine anguinus cucumis: quem ueteres latini erraticum dixerunt medicinæ tñ utilis: de quo certius & expresso agetur in quarto uolumine. Citrinus itidem a flauo citri colore sic appellatus: quem in extrema maturitate ostendit. Hunc Hetruria nũc etiam citreolum diminutiua forma appellat. Globosæ tandem rotundæq; cucurbitæ illæ de q̃bus superiore capite egimus σικύαι a græcis dictæ in cucumerum genere ob similitudinem censebantur. Habet Hetruria etiã aliud genus: appellatq; contra q̃ in maiore parte Italiæ melones: Teretes ii sunt: recti incuruiq; aliquando: longitudine nonnunq̃ cubitali: raro maiore crassitudine q̃ ulna hominis sit. Coactum cucumeris credimus hũc esse partũ: & ex monstro paulatim factũ genus. Siquidem docẽt rei rusticæ scriptores: in omnes formas cogi cucumerẽ: Priuatimq; Hippocrates retulit. Si in fistulam demittatur cucumeris flos mira lõgitudine quasi anguina specie ꝓuenire. Athenæus etiã in tertio sui dipnosophistæ δρακοντίας in hoc genere uocat: quos tamẽ aliter nõ indicat: neq; ab re suspicetur forte aliquis a dracũculi forma ab eo dictos quos hoc loco dicimus esse. Et hæc pro toto cucumerum peponum aliorumq; huiuscemodi censu dicta a nobis sunt. Quorum omnium poterant a nobis ex antiquis scriptoribus: Theophrastoq; presertim alia ẽt testimonia afferri: sed breuitati quatenus licebat cõsulendũ fuit.

DIOS. DE Vtraq; lactuca. Cap. cxxii.

Hridaca hemerō Aegyptii embrosi. Romani satiuam lactucam nominãt. Stomacho accomodata satiua lactuca est. Refrigerat: somnum conciliat: aluum mollit: & lactis abundantiam facit. Elixa maiore ad nutriendum efficacia est. Illotæ & ut ex terra eruta est lactucæ cibus in stomacho cibū non continē tibus utilis est. Insomniosis potū semen eius opitulat̃: libidinisq; imaginationes in somno compescit ✠ Ipse tñ in cibo frequentiores claritati oculoꝝ officiunt. Condiunt̃ muria seruant̃q; alioꝝ salgamoꝝ mō. Cū caules suos ꝓduxerūt simile aliquid succo & lacti agrestis lactucæ & ipsæ habēt. Quæ uero agria thridax a græcis dicta est: & quā titani sanguinē magi: Zoroaster aūt Pherumbrum appellant: & Romani siluestrem Satiuæ lactucæ similis est ampliore tñ caule: candidioribus foliis: gracilioribus: asperiorib⁹: & in gustu amaris. Papaueri similes aliquatenus uires habet. Ideoq; lactis liquorē qui in ea est papauerū opio quidam cōmiscent. Purgat potus lactis liquor hic oboloꝝ duoꝝ pōdere cū aceto mulso per aluū corporis aquas. Exterit oculoꝝ nubeculas & albugines. Inūguntur eodem utiliter cū humano lacte ambusta. In uniuersum soporifera agrestis lactuca est: & somno dolorē leuat. Quin ēt menses trahit. Bibit̃ & cōtra scorpionū ictus: phalangiorūq; morsus utiliter. libidinum imaginationes in somno: uenerēq; auertit agrestis quemadmodū & satiuæ semen. Potest & succus oīa eadem sed minore efficacia. Seruat̃ agrestis lactucę lactis liquor ille in fictili alioꝝ succoꝝ modo antea insolatus.

INTERPRES.

Valis satiuæ & agrestis lactucæ in antiqſſimis græcoꝝ latinoꝝq; codicibus historia & medicina inuenta nobis est: talis uno capite ēt tractata nihilo minus certū habebit intellectū q̃ quod fecerunt alii diuisa habitura erat. Cuncta. n. eadem sunt: & ut cōiicere ex sermōis ductu facile est uno eodemq; nō diuerso capite de utroq; hoc olere Diosc egit. De agresti n. docere incipiens cōtinuato sermone ait Quæ uero agria Thridax &c non multi faciendum tñ hoc est: illud magis cogitandū q̃ integra in hoc scriptore satiuæ lactucæ historia & medicina sit. Nobis in tā noto tamq; utili olere suspecta capitis huius tāta breuitas est. Inclinatq; aīus desiderari posse in eo multa ex his quæ Plinius Galenus: Paulus Aegineta pluresq; alii docuerunt: ꝑsertimq; Serapion: q in collectis a scriptore hoc abscessibus & sacris ignibus mederi hoc olus ait: quæ hominis mala in hoc scriptore modo nulla sunt. Accedūt suspitioni huic nr̃æ ēt argumenta alia: Primū q in seminis medicina nihil hoc loco legit̃ prodesse scorpionū ictibus & cenchri morsibus. Quoꝝ alterum Plinius: alteꝝ hic ipse in extremo opeꝝ capite de Cenchri morsu indicauerūt. Verisimileq; ē ut in cæteris ab eo factū fuit ad eius periculi remediū ex hoc olere semen etiā accipiendum fuisse. Mox quod plurali numero nō procul a fine legitur cōtinuū lactucarū cibum claritati oculoꝝ officere: deesse aliquid ostendit qm̃ singulari numero semp antea de satiua lactuca egerat: quod incōcinnum simul & hoc scriptore indignum est: credimusq; nos nihil dicendum huiuscemodi ab eo fuisse: nisi prius alioꝝ scriptoꝝ exemplo de tam multis satiuæ lactucæ generibus egisset. Quo fit ut suspicemur deesse huic capiti aliquid ꝑsertimq; lactucarū censum & nomenclaturam aliquā: quam negligentes in excribendo antiqui librarii mutilum nobis hoc caput reliquerunt. Eamque ob cām nos locum uiri nota signauimus Poterit tñ qui plura lactucæ genera nomina & bonitates noscere uoluerit ex Columella: Plinio: aliisq; multis ea audire: & conditura eatū antiquam rōnē intelligere. In agresti lactuca deinde meminisse illud oportet priuatim dici & proprie agrestem lactucā quæ satiuæ opponit̃ sponte sua in aruis nascentem: folio minore: & cum arescere incœperit aculeato: cunctaq; illa alia habentem quæ hic numerauit: oīa prius etiam a Theophrasto octauo uolumine longius dicta Præter hanc ēt ob similitudinem non lactucis congeneres: sed similes tantum herbas aliquot alias lactucas dici: qualis Caprina pluresq; aliæ sunt suis locis dicendæ De satiua Paulus Aegineta libro primo capite de oleribus ait: refrigerare lactucam: humiditatem augere: eamq; ob cām somnum cōciliare: & quatenus olus est satis nutrire: & præter oīa hæc boni succi sanguinem facere. De agresti Theophrastus eodem octauo uolumine cōtra cutem subeūtes aquas utilem his uerbis testatus est ὁπίζουσι δὲ αὐτὴν περὶ πυραμητὸν καὶ φασὶ καθαίρειν ὕδερωπα: Quod est Sectis autem caulibus per messem liquorem excipiunt: feruntq; hydropem purgare Dictum a nobis hoc est quoniam hic non hydropem simpliciter: sed maiore ambitu ὑδατώδη: quod est

aquosa purgare liquorem hunc monuit: nec subeuntes tñ cutem aquas quæ hydropis appellatione a græcis indicantur: sed oẽs alias quæ in parte aliqua corporis collectæ sanitati noceant. Prodesse utráq; lactucá ὀνειρώττουσιν hic aũt nos isomniosis uertimus ad certa insomnia græcorũ exemplo rem cõtrahẽtes: qbus licet ὀνειρώττειν somniare simpliciter significet nihilominus ad ea insomnia uox a medicis cõtracta est: quæ cõiunctas sibi ueneris & libidinũ imagines habent. Sic Paulus Aegineta uolumine primo capite de seminis abundantia: & Libro tertio capite de incontinentia seminis uoce hac usus est. Vocauitq; ubiq; ὀνειρωγμοὺς Veneris isomnia & libidinis in sõno imaginationes: qbus corpori nõ leuiter aliqñ nocetur. Descripsit oẽm hunc naturæ motũ Lucretius elegantissime in quarto operis sui non ut uitiũ & labẽ homini noxiã: sed qualẽ solet natura & amor motũ & impetum ad generationẽ in nobis deficiente agro quem cõseramus inuitis & inutiliter excitare. Nec tñ ueneris insomnia hæc sed ipsam ueneré ẽt compescit lactuca. Idq; est quod hic ait ὀνειρωγμοὺς καὶ συνουσίαν ἀποστρέφει: quod est insomnia libidinosa illa & uenerem ipsam auertit.

ὀνειρώττω: Insomnia ὀνειρωγμοί

DIOS. DE Gingidio. Cap. cxxiii.

g Ingidion sunt qui Lepidion appellant. Aegyptii dorisastru: Syri adorin: Aphri Tiricta. Romani Visacutum uocant. Nascitur plurimũ in Cilicia & Syria Gingidiũ. Herba est agresti pastinacæ similis: tenuior ea tñ deʃiorq;. Radicem habet exiguam albescentem & amaram. Estur oleris modo coctum crudumq;: & sale seruatum. Stomacho utile gingidium & urinam cit. Decoquit idem: bibiturq; cum uino præsenti uessicæ utilitate decoctum illud.

INTERPRES.

p Eregrinũ Græciæ & Italiæ si Plinio & Dioscoridi credimus Gingidiũ quõdã fuit. Ille in Syria: hic in Cilicia & Syria nasci & seri dixerũt. Quo minus miretur aliquis ignorari nostra ætate quodnã olus gingidiũ sit. Cognouit tñ id utraq; gens: descripsitq; Plinius. xx uolumine capite qnto oẽm eius figuram & usum. Paulus Aegineta libro i. capite de oleribus post ocymũ: sinapin: nasturciũ: urticã: multaq; alia quæ acrimoniã hñt de eo his uerbis docuit. τὸ δὲ γιγγίδιον ὅμοιόν ἐστι τῇ σκάνδυκι στυφούσης καὶ πικρᾶς οὐκ ὀλίγης μετέχον ποιότητος. ἔστι δὲ εὐστόμαχον ὡς καὶ τοῖς ἀποσίτοις αὐτὸ τυγχάνειν ἐπιτήδειον μετ' ὄξους ἐσθιόμενον. ὀλίγην δὲ τροφὴν παρέχει τῷ σώματι. Quod est: Gingidiũ aũt Scandyci simile est. Adstringentẽ amaramq; non paruã habet qualitatem. Stomacho accõmodatũ est. Esturq; in fame & a ieiunis utiliter ex aceto. Non tñ magnopere nutrit. Dicta sũ hacten⁹ a nobis hæc fuerũt si forte aliqs sagaci ex Pauli historia cõiectura qle id sit inuenire nũc possit: & si difficile uideatur. Plinius. n. & hic agresti pastinacæ: Paulus Scandici similem dixerunt. Quæ duo nihil simile aut cõe habẽt. Quod pro cõperto sit in quotidiano uitæ usu & inter acria & quæ græci agrestia olera dicebant gingidium ab antiquioribus censebatur. Hic Lepidium ait a quibusdam ob similitudinem dici. Quale uero Lepidium sit non multo post dicet. Cæteræ appellationes illæ omnes incertæ nobis q; barbaræ & ex nullo auctore alio auditæ sunt.

DIOS. DE Scandice. Cap. cxxiiii.

ſ Candica sunt qui aciculam, Romani herbam scanariam uocant. Agreste olus etiam scandix est. Amaritudinem & acrimoniam aliquam habet. Edendo herba est: Esturq; cruda & cocta. Bonam facit scandix aluum: stomacho utilis: urinam cit. Bibiturq; utiliter renibus: uessicæ: & iecori decoctum eius.

INTERPRES.

h Acc est scandyx illa quæ totiens Athenis in theatro plausum & risum excitauit: cũ in Comœdia Lepidissimi poetæ Dicæopolis ex agro in urbem profectus rudis homo ab Euripide eam humiliter poetæ supplicãs peteret σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δεδεγμένος. Nouerant. n. oẽs uulgare & uile olus: meminerantq; poetæ illius matrẽ quotidie in urbem uenientem uendito eo olere filiũ in sũma paupertate theatro & spectaculis educasse. Nec antiquæ hoĩs paupertati illudẽtes: sed ad uirtutẽ in angusta re studiũ & occasionẽ admirãtes totis subsellijs audito uersiculo illo exultabant. Nota tunc omnibus Scandyx erat: uulgare & sponte sua nascens locis plerunq; incultis olus: plebis cibus & quotidianũ pulmentũ & acetariũ quo ad sanitatem magis q̃ quæsitis toto mari & orbe obsonijs proficerent. Vires. n. illi sunt siccandi in extremo ordine: calefaciendi uero in secundo aut incipiente tertio. Sed quod utilissimũ in ea est urinã ciere & renes egregie laxare testati ueteres græci sunt: utiturq; ad eas difficultates sæpissime Paulus Aegineta: iubetque in primo si non iuste quotidie purgetur aliquis scãdyce: apio: asparago similibusq; alijs sollicitãdam esse urinã. Plinius ẽt. xxii capite eiusdem numeri multis scandycem prosequit̃ laudibus: peculiaremq; illi

remq; illi laudem tribuit: q̃ uenere fatigato corpori succurrit: marcescentesq; senio iam coitus excitat. Quo magis mi͞r in tanta mo͞r tuina & labe in nullo honore esse herbā: neq; ab herbariis nr̄is penitus cognosci Græci nunc ēt scandicē appellant: nihilq; in eo͞r gente notius: sed nō cōgruentem antiquo͞r notis ostēdūt. Quā enim illi scandicē modo appellant latiore & quasi betæ folio est. Antiqores aūt ut in re nota sit nullas eius certas notas tradiderūt. Verū ĩn ut ex multis cōicere licet tenui & quasi capillato folio est Plinius libro. xxi. capite. xv. inter sponte nascētes numerauit: coniunxitq; illi ut uerisimile est congeneres plures alias: quæ oēs tenui folio & capillaceo sūt: presertimq; caucalim & Tragopogona: quæ a capillamentis quæ pro foliis habet coma: dicta a græcis est. Ob quam cām non ab re penitus fuerit similem in foliorum figura illis credere.

DIOS DE Caucalide. Cap. cxxv.

Aucalida sunt qui Daucum agrestem: qui myirida appellent. Democritus Brion quasi muscum: Aegyptii seselim: Romani pedem gallinaceum siue pulli pedem dixerūt. Dodrātalis coliculus caucalis est aliqñ ēt maior: & leniter hirsutus. Folia apio similia hēt in sū mo fœniculi modo pluribus incisuris diuisa: hirsuta & ipsa. Habet in cacumine p̄terea umbellā candidā & odoratā. In usu olerum mō est. Esturq; cruda pariter & cocta ciendæ urinæ accomodata.

INTERPRES.

Enus herba͞r lib. viii. de plantā͞r historia facit Theophrastus quod ἀρουραῖον uocat. i. in aruis sponte sua nascens: statimq; in eo caucalidem hanc numerat: nullis aliis adiectis notis. Nec pa͞r siquis rem iuste æstimet fuerit tam certe a tam graui auctore caucalidis natale solū & ubi quærenda sit audisse. Id. n. additum his quæ hic scriptor: Galenus & alii tradiderunt facillimam eius inuentionē nobis efficiet. Nota. n. oībus apii folia: qbus similia caucalis sua hēt. Altitudinē deinde: hirsutam lanuginem: in summo incisa folia: & candidi floris umbellam oculus deprehendet: inuenietq; Dauco tam similem herbam: ut aut siluestris Daucus sit: aut rudimentū naturæ Daucum facere condiscentis. Qualis aūt Daucus uterq; sit in eo certius cognoscetur. Nullibi nō caucalis nascit̄: presertimq; in nouaIibus anteq̄ noua aratione renouent̄. Galenus Dauco caucalidē sapore & uiribus similem ait. Hic tñ ex similitudine figuræ ab aliqbus agrestem Daucum potius appellari ait. Habet. n. & hæc & Daucus folia incisuris diuisa. Habent ambo ēt candidi floris umbellam. Dico aūt umbellā græco͞r exēplo qui σκιάδιον ab umbra appellant in aliqbus plātis floris ueluti pedamentum in plures diuisum longiores pediculos: qui singuli florem sustinent: & in orbem circumactum. Qua floris figura fœniculum: anisum: sambucus: pluraq; alia sūt. Quod qm̄ umbellæ qua solē a uultu mulieres arcent forma est ob latitudinē circinationēq; suā: iō græci primi eā floris formā σκιάδιον mox græcos imitati latini umbellam dixerūt. Quæ uox huic scriptori multa est. Caucalidis huius Nicander etiā in Theriacis suis meminit. Retulitq; Chrisippus antiquissimus scriptor in secundo de oleribus habere caucalidem in gustu salsuginem aliquā qd̄ nec sensus nec ex ueteribus alii indicant. Longe plura q̄ hic in medicina Plinius caucalidi tribuit: quæ poterunt uolentes in eo legere. xxii. uolumine eiusdem numeri capite.

σκιάδιον Vmbella

DIOS. DE Eruca. Cap. cxxvi.

Vzomon Aegyptii ethreticen: Aphri asutich: Romani erucā dicunt. Stimulat Venerē multus crudæ erucæ cibus. Pōt idē & semē: qd̄ ciēdæ urinę accomodatum est. Adiuuat cōcoctionē eruca: & bonā facit aluū. Vtuntur & semine in cōdiendis obsoniis: seruātq; id ut diutius perennet aceto lacteue maceratum in pastillos cōformantes. Nascit̄ & agrestis eruca: præcipueq; in occidentali hiberia cuius semine pro sinapi incolæ utunt̄. Estq; huius erucæ semen satiuæ illius semine acrius & ad ciendam urinam multo efficaciore potestate.

INTERPRES.

Oniunxit ad sanitatem: sociauitq; in reliquo uitæ usu multa necessitas & ars q̄ nō poterant in eodē subiecto cōtraria simul esse. Nec aliter in acetariis & reliquo cibo͞r usu geminari inuicē lactucā & erucā ueteres medici iusserūt q̄ grauibus acutas misceri ad suauitatē cātus musici artificiose uoces quotidie iubent. Sicq; qd noxiū aut ingratū nobis futu͞r erat æquo contrario͞r tēperamēto salubrē & suauē incœpit hr̄e usum. Vtit̄ nr̄a ætas & gēs: exercetq; qd̄ Galenus iāpridē p̄cæpit nō eē hoi comedendā sine eruca lactucā portulacā ue: nec cōtra sine lactuca portulaca ue erucā ut q̄tū altera refrigerat & ueneri nocet tm̄ calore inflationeq; sua altera in utraq; re homini p̄sit: qd̄ sapienter & ex re inter nos fit. Raro enim sine eruca lactuca in acetario estur: suauisq;

simul cibus hoc modo fit:& certam salutis spem homini affert Quod præcipuum habet eruca & quod maxime potest uno uersu Martialis indicauit dicens:Et uenerem reuocans eruca morātem. Quod torum inflandi ui facit.Notum id olus ubiq; est Quodq; hic de agrestis erucæ semine testatur in Hispania usum adhuc multis locis habet.

DIOS DE Ocimo. Cap: cxxyii.

O Cimon.Romani pariter græcis ocimum dicunt.Nota omnibus & uulgaris herba ocimum ē.Claritati oculorū officit copiosior ocimi cibus. Aluū idem mollit:inflationes facit:urinam cit:lac ꝓuocat:& ægre in stomacho mutatur.Cum farinę polenta rosaceoq; & aceto emplastri modo impositum pulmonum inflammationibus:mariniq; draconis & scorpii ictibus:perse aūt ex uino chio oculorum doloribus medeť.Oculorū caligines abstergit ocimi succus:eorumq; destillationes exiccat. Porum ocimi semen: quibus atra bilis nocet: angustiis urinæ & inflationibus accomodatū est.Olfactu per nares attractum copiosa excitat sternutamenta. Potest idem & ocimi herba:uerum oportet pruriente sternutamento oculos comprimere.Abstinent ocimo quidam propterea ꝙ commanducatum & in sole positum uermiculos creat.Lybes hoc addiderunt afferentes:si a scorpione uulnerentur incolumes euadere qui ocimum comederunt.

INTERPRES.

Est Ocimo quēadmodū & plerisq; aliis in turis & hortorū disciplina eadē quæ uirtutis humanæ fortuna & ratio Maleficio enim & iniuriis melior efcit Vtq; illa īfortunio aliquo obruta:aut a principibus neglecta male ue habita nihil ex suo cēsu amittit:sed quod in ferro metallisq; aliis fit longo attritu subinde magis nitet:& speciosior plerunq; emergit.Sic ēt non dissimili rōne aspatagus lætior incensus ꝓuenit.Gaudet calcari & atteri pede crocus:pereundoq; lætior ꝓuenit.Crispū nunq̄ in hortis fiet Apiū nisi cū est natum incrementū eius supuoluto cylindro coerceat olitor.Rutam dū conseritur maledictis ꝓsequunť qui adsunt:nec aliter maiore bonitate nasci id olus antiquitas credidit.Ex hoc genere ocimū est:gauderq; & ipsum cū obrutum terra semen est paulicula uel cylindro diligenter inculcati.Nam si terram suspensam reliquerit olitor facillime totum corrumpitur & perit.Quodq; uix credat aliquis feruenti aqua conspersum celerius etiam ꝓuenit Et mirabiť aliqs Pindarū in carmine suo dicentem Nec calens aqua tātopere affecta fouet corpora &c.Est ocimo ēt alius ex iniuria ad bonitatē ꝓfectus:qui mutatione fiat:si Theophrasto credimus in quinto de plantarū causis sic de ocimo scribenti. τὸ δὲ ὤκιμον τὸ ἐν ἡλίῳ κείμενον ἀφερπυλλοῦσθαι διὰ τὸ καταξηραίνεσθαι μᾶλλον. καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἔλαττον γίνεσθαι καὶ ἡ ὀσμὴ δριμυτέρα τῶν ξηρῶν ἐλαττόνων περὶ τροφήν:quod ē ocimum etiam soli expositum in serpillū transit:quod super accedente maiore siccitate fit Decrescit enim folium:& eorū quæ sicciora sunt maiorē acrimoniam habet odor:qm̄ & nutrimentū minus est.Non uile ut uideť nec negligendas in natura obseruationes habet ocimum.Hetruria basilicam herbam quasi regiam appellat:uulgare olus & quotidiani usus.Et quod hic ait δυσμετάβλητον .i.ægræ mutationis in stomacho esse ad difficilē concoctionem pertinet.Viuit enim in eo diutius:& si in secundo ordine caleat ob excrementiciā humiditatē quā multā habet.Ideoq; sapientiores græcorū medici nullā intra corpus homini hr̄e ocimum utilitatem foris uero illitū discutere & maturare dixerūt.Hic tn̄ quæ prosint:& quæ noceāt plura alia hr̄e testatus est Quodq; ultimum de ꝑcautione cōtra scorpionū ictus ocimo a Dios. tribuiť aliter a Plinio tradiť.Hic enim ait dicere lybes qua die comederit aliquis ocimum:si a scorpione uulneretť ἄπονον διαμένειν:quod ē sine labore:malo:dolore ue ex eo uulnere permanere. Quasi antidotū cōtra scorpione, ocimum habeat:quod paulo ante testatus hic ipse est. Plinius contra. xx. libro capite xii.retulit Si eo die feriať quispiam a scorpiōe quo ederit ocimū sanari nō posse:tā contrario sensu ut oporteat in alterutro aut uitiū aut rei ignorātiā suspicari.Quēadmodū & in eo quod hic a principio statim decreuit γάλακτος προκλητικόν idest lac euocare & lactis abundantiā facere ocimū.Cui cōtrariam uim eodem loco Plinius tribuit dicēs Illiniť māmis:extinguit quoq; lactis ꝓuentum.Non tacebimus illud ēt cuius nulla est nobis nisi ex uerisimili:& eo quod alioquin manifestam & necessariam cām non habet rō.Suspicari nos quod hic nō ꝓcul a fine ait:Olfactu p nares attractū copiosa excitat sternutamenta.Potest idē & ocimi herba:uerū pruriente sternutamento oculos comprimere oportet:non sic quondā legi potuisse:sed antiquā & uerā fuisse loci huius lectionē quā præciperet:oportere:dum naribus & olfactu ad sternutamenta ocimini seminis aut herbæ puluis attrahiť cōniuere:clausisq; oculis id agere:ne dū medicina p nares tractať noxa: & maleficio oculis noceať .in ꝓpinquo.n positi oculi facile ex eo puluere labē aliquā contrahere pa-

tentes poterant. Ideoq; hunc iubere clausis oculis agendum id homini esse. idq; magis uerisimile: & ex rei necessitate uidebatur. Verũtamen in græcis omnibus una eademq; lectio & sensus est. Nec fidi interpretis erat aliter latinis rem reddere: quemadmodum nec ꝓbi hominis etiam fuisset nõ signasse legentibus suspitionem hanc nostram.

DIOS. DE Orobanche. i. Erui angina. Cap. cxxviii.

o Robanchen sunt qui Cynomorion: qui Leonem appellent. Cyprii thyrsinen. Romani pariter græcis orobanchen uocant. Coliculus semipedalis: & aliqñ maior orobanche est: rubens: pinguis: hirsutus: tener: & sine foliis: albescente & in luteum colorem inclinato flore. Radix illi est digitali crassitudine: quæ arescente caule tota seipsam laxat & disiicit. Creditur inter legumina nata orobanche ea strangulare: unde & nomen inuenit. Estur oleris modo cruda per se & in patinis asparagi modo decocta. Creditur eadem leguminibus in coquẽdo mixta eorum maturare cocturam.

INTERPRES.

e X maleficio nomen orobãchæ fecit antiquitas. Et qm̃ fruges: legumina: eruumq; præsertim circũligando se enecet erui angina dicta est. Id. n. orobanche græcis significat. Qui quoniã ea in uitæ humanæ usum aliquando ueniret: leguminumq; cocturam sæpenumero adiuuaret in damnãda eius fama hanc saltem illi grãm habuerunt: ut in cõi frugum leguminumq; omniũ iactura solum eruũ strangulare crederet. Quod ut Theophrastus ait cirris quibusdã circũligando se facit. Numerat ille primum lib viii. de historia: mox quinto de causis plantarum multas huiuscemodi nocentes aliis plantas: quæ ut adnascentes: aut scandentes: aut circumligantes se aliis pestem afferunt: cõemq; oibus plãtis alias: alias priuatim aliquibus noxam afferentes. Qualis angina erui hæc é: quæ cæteris quidem omnibus nocet: priuatim tñ & maxime eruo notissimæ frugi. Nocendi aũt cã infirmitas erui est. Nocent & aliæ aliis: quas idem Theophrastus eodem loco nũerauit: & nos suis locis dicemus: Hanc ipsam erui anginam Plinius etiam lib xxii capite ultimo a/ra similitudine canini genitalis cynomorion ab aliqbus noiari: non mala neq; inconcinna similitudie si plantam contempleť aliquis: quæ a radice surgens nudo: glabro: singulariq; caule in sũmo folia aliquot conferta & inter ea emergentes habet flores simul: & quasi in glomerem collecta omnia: qua forma caninum genitale in summo est crassius & quasi galeritum. Vidimus nos erui anginam nec quicq̃ inter segetes & legumina per æstatem frequentius inuenitur.

DIOS. DE HIRCI BARBA Q.VAM Græci Tragopogona dicunt. Cap. cxxix.

t Ragopogona sunt qui comam hanc etiam appellent. Romani utraq; uoce eam nominãt. Breuis coliculus tragopogon siue coma est. Folia habet croci: Radicem longam & dulcem. In coliculo sũmo calix magnus est: & in summo semen nigrũ a quo & nomen inuenit. Herba edendo est.

INTERPRES.

u Na eademq; cã est cur hirci barbam: & comã Romani græciq; tragopogona quondã appellauerint. Cuius si fuerit aliqs oculatus testis nihil a ueteribus dicet aptiore imagine descriptum fuisse. Non tñ præterq̃ in integra ætate has notas in ea deprehendet. Quo tpe enim floret: pauloq; ante descriptum calicẽ & ex calice ꝓdeũtem comosam lanuginem & capillamenta ex se fundit: a qbus coma & hirci barba dicta est. Eam lib viii. de historia plantaꝝ Theophrastus aptiore pictura & his uerbis effigiauit. Quidã uel alia innumerabilia noĩant. Inter quæ & illa est: quã hirci barbã uocant. Cuius radix longa & dulcis: folia croco similia longiora tñ: caulis breuis: in sũmo cuius ingens calix est & barba: de sũmo uertice cana pendẽs: prolixa. Nascit̃ spõte sua i aruis. Sed crescit ẽt altilis in hortis: aut pastinato altiusq; subacto solo. Suspensa enim terra crassiores & altius radices agit. Nõ fuit hæc quondam in honore hortoꝝ. Nos ẽt meminimus in maiore ꝓtio q̃ nunc sit aliqñ fuisse: tam nec in gustu & ganea nobis ipsis constamus. Hetruria gensq; oĩs nr̃a q̧ i asperis & petrosis nascit̃ saxifragã alieno illi assignato noĩe ubiq; uocat: nihilq; hyeme notiꝰ: & ad acetaria paratius ꝓsertim radice quæ una in hac planta ob dulcedinem suam non ingratum habet usum. Quod animaduertat aliquis in ea est dicere Plinium in asperis nasci sine usu. Sed cõgruentibus aliis notis non multi faciẽda est sapoꝝ per tẽpora gratiæ uarietas & inconstantia.

DIOS DE Ornithogalo herba. Cap. cxxx.

Rnithogalon. Romani pariter græcis ornithogalon dicũt. Coliculus ẽ tener: tenuis: cãdidus semipedalis fere ornithogalõ: tribus quatuor ue agnatis & ipsis etiam teneris. Ex quibus flores prodeunt foris quidem herbaceo: intus uero & aperti lacteo colore: & in medio eorũ capitulum pilulæ quam in arboribus aliquot cachryn uocant modo ancisum. Coquitur cum pane quomodo & nigellæ semen. Radix illi bulbosa est: esturq; cruda pariter & cocta.

INTERPRES.

Ptabilem homini Ornithogalon sola appellatio facit. Quod enim in amplissima fortuna (& si nullũ id sit) impiti nõ defore sibi sperant gallinæ lac pollicet anceps iocosaq; uox: & qua facile ignaro homini possit imponere aliqs: & pro gallinæ lacte herbam in theatro iocosus poeta ostendens totis subselliis risum excitare: nec minus si stipulatus alteri quispiam gallinæ lac fuerit mala fide herbam illi reddere. Non leuem ꝑfecto in huiuscemodi ob uocis æstimationẽ & etymon materiam risus: si in aruis nascens nunc cognoscatur ornithogalon dabit. Non parũ aspectu etiam delectabit ea caulis figura & floris specie a Dios. describitur. Inutilis præterq̃ in usu sanitatis herba est: eamq; ob cãm parum laudata: & in antiqua plantaꝝ historia quasi numerus esset uelut in decursu tractata. Plinius lib. xxi capite xvii breuissime & his uerbis tm̃ de ea egit. Item ornithogalæ caule tenero: candido: semipedali: radice bulbosa: molli: tribus aut quatuor agnatis. Tãtũ non iisdem uerbis eadem huic scriptori de ea docens Paulus Aegineta quod negligendum non est nullibi eius meminit. Quod ideo factum ab eo forte fuit: qm̃ nullas habet medicas uires: & in opere pistorio seminis eius ad dulciaria magis q̃ ad panem usus eẽt. In noĩe lactis & auis significatio ẽ: habetq; manifestam cãm a candore floris lactis in eo uox. Cur autẽ auis siue gallina siue quæcunq; alia auis ea sit in eodem noĩe audiat nihil ꝑ comperto nobis est. Quod aũt hic ait in medio floris capitulum hr̃e Ornithogalon ὡς κάχρυ ἐπιτετμημένον & a nobis uersum ẽ. In medio capitulum pilulæ quam in arboribus aliquot cachryn uocant modo ancisum huiuscemodi est: eamq; habet rei significationem quam Theophrastus lib. iii. de plantaꝝ historia iteꝝ atq; iteꝝ ostẽdit. Qui ut erat totius arborum naturæ diligentissimus cõtemplator præter ꝓprium fructum ferre arbores quasdam pleraq; alia: & alias plura: alias uero pauciora dixit. Verbi causa: ut in notissima arbore exemplo utamur: fert ꝑter glandem quærcus uiscum: utranq; gallam: coccum: muscum: agaricum: fungos & pleraq; alia. Ferunt & plures aliæ arbores quam idem græci κάχρυν sua uoce appellant. Plinius a forma pilulam uocat. Nihilq; in Theophrasto tertio illo & aliis uoluminibus frequẽtius & notius ea uoce est: appellatq; καχρυόφορα δένδρα oẽs arbores illas quæ cachryn ferunt: nũerauitq; in hoc genere idem scriptor & Plinius abietem: laricem: piceã: tiliam: platanũ: iuglandem nucem: multaq; alia. Suntq; Theophrasti hæc de cachry hac uerba libro tertio de plantarum historia.

καχρυόφορα δένδρα.

τούτων ἕκαστον ἐκ μικρῶν σύγκειται μορίων φολιδωτῶν τῇ τάξει καθάπερ οἱ στρόβιλοι τῆς πεύκης. ὥστε μὴ ἀνόμοιον εἶναι τὴν ὄψιν στροβίλῳ νέῳ, καὶ χλωρῷ πλὴν προμηκέστερον, καὶ σχεδὸν ἰσοπαχὲς ὅλον. τοῦτο δὲ αὔξεται κατὰ τὸν χειμῶνα, καὶ ἅμα τῷ ἦρι χάσκει, τὰ δὲ φολιδωτὰ καὶ ξανθὰ γίνεται καὶ τὸ μῆκος λαμβάνει τριδάκτυλον. ὅταν ἦρος τὸ φύλλον βλαστάνει ταῦτα ἀποπίπτει. quoꝝ sensus hic fit. Haꝝ unaquæq; ex paruis particulis squamaꝝ modo deinceps constat eadem qua pineæ nuces forma: eousq; ut non dissimilis nouæ & uiridi pineæ nuci figura sit: oblongior tñ forma & æqualiter per totum crassa. Augeť hoc hyeme: uere aperitur: flauescuntq; tunc squamæ illæ: & in trium digitoꝝ longitudinem extenduntur: & cum uere folium prodierit decidũt &c. Et hæc cachyros forma & figura est: quam poterit aliquis: si alias non possit cotemplari arbores in Pino & Iuglande nuce quotãnis per hyemem uidere: Nihil enim tam multis plãtis cõmuni re certius est. Et huic cachryi simile Ornithogali capitulum Dios. ait: non ut in cæteris floribus soliis exæquatum: sed oblongũ & iisdem squamarum ordinibus dispositum: quibus in arboribus illis cachrys est. Plinius pilulã uocat: q̃ uere aũt ex Theophrasto intellexisse facile erit. Caret latino nomine cachrys hæc: quem admodum & Libanotidis semen quod una interposita lfa tm̃ κάγχρυν. i. canchryn græci uocãt. Vocant & canchryn & canchrydia iidem græci molita primum mox frixa hordea: magna nominum similitudine: & ob id præsenti semper dubitatione quid in ea uoce intelligendum sit: legẽtes ideo monemus: qm̃ facilis ad uitium in una littera lapsus: & in antiquis græcorum codicibus ꝓmiscua est earum uocum lectio rem ipsam prius q̃ uocem intueri: & quid rei de qua agitur magis conueniat: ꝑsertimq; in medicina: in qua ex ratione & genere morbi facile erit conicere sit ne hordeo opus an Libanotidis semine an arborum cachry hac: de qua ad explendam rei historiam non piguit lõgius agere. Et si in libanotide id est rosmarino iterum agẽdum nobis de eadem hac erit: Sed quod nunc præstitum fuerit laborem eius loci decurtabit.

DIOS. DE Tuberibus. Cap. cxxxi.

Hydna Romani tubera appellant. Radix rotũda tuber est: sine foliis: sine caule: colore subflauo. Fodit̃ uere. Edendo est: estur q̃ cruda pariter & cocta.

INTERPRES.

n Ihil quod medicinã augeat: aut instruat tuberibus Dios. tribuit. Terrestri tñ substantia concerni & cõstare ueteres aliqui dixerunt: & extenuandi aliquam habere potestatem. Credidit antiquitas cognationem illis aliquam cũ cœlo esse: nec nisi tonãte Ione nasci. Quod in Satira Aquinas Poeta monuit dicens. Et facient optata tonitrua cœnas Maiores &c. Licet q̃ non fieri sed ostendi & quasi signari tonitru Tubera aliqui dicerent pulsu aeris ex eo quemadmodum sole etiam fit dehiscente terra qua parte ea latent: falli q̃ q aliter credant: non secus q̃ si opinentur imbrem cochleas facere non illectas humore ex sepibus & maceriis producere. Fuerunt tñ qui secretiores naturæ cãs altius repetentes contra ostenderent: dicerent q̃ ingruẽtibus in terrã e supiore cœli parte tonitru: fulgetris: fulminibus: uentis: & imbribus: quæ oia plerunq̃ simul fiunt diuersos rerum succos: & contraria temperamenta fieri in his quæ ad generationem mouentur. Non secus q̃ rorem dulciorem pecori facere herbam. Cœlestem autem arcum subiectã omnem sibi terræ materiam diuino halitu implere dicunt. Cui comparari suauitas nulla possit: eadem q̃ rõne ꝓ cõperto habendum terram cum impetu subeuntibus fulgetris: fulminibus: aquis: uẽtis: caloribus frigoribus q̃ q̃ in a terrã sunt moueri: motaq̃ dẽsari aliqñ & maniarel inqui: quemadmodum & in humano corpore caliditates frigiditates q̃ sanguinis strumosas ptes aliquas: & ut græci dicunt [illegible] aliquas faciunt Et ex hoc strumaꝝ & adenũ in corporibus nostris gñe tubera i terrã esse testati ex antiquis sapientioribus aliqui sunt: nec falli eos qui dicant tonitru tuber nasci: sed naturæ nõ contemnendam causam & rationem in eorum generatione afferre.

DIOS. DE Hortensi Smilace. Cap. cxxxii.

s Milaca cepæam. Romani hortensem Smilacem appellãt. Hortẽsis smilax est: cuius semẽ lobia. i. diminutura a siliquis uoce siliculas græci appellãt: ab aliq̃bus hæc ipsa ẽt asparagus uocat̃: Hederę folia haber: molliora tñ: graciles caules: & in caulibus capreolos ꝓpinqs fruticibus se implicantes tanto undiq̃ incremento ut scenas ẽt & tentoria inumbrent. Siliquas fert fœnogręco similes: longiores tñ crassiores q̃ in q̃bus semina renibus animaliũ similia: nec colore uno: uerũ ex altera parte leniter ruffa. Coq̃tur olerũ modo ad cibũ siliqua cum semine asparagi mõ elixa. Est q̃ illi natura & uis urinã ciere. Sed grauia facit insomnia.

INTERPRES.

l Ate in græcoꝝ latinorũq̃ herbariis: & utriusq̃ gentis scriptoribus cunctis qui plantarũ historiam longius a se descriptã posteris reliquerunt patet milacis seu smilacis nomẽ: uagũq̃ per multa fruticũ & plantaꝝ genera ab aliquibus milax: ab aliquibus uero smilax nullo discrimine legendum ꝓponit̃. Diximus q̃ nos obiter in croco: quæ tunc satis essent: & ex antiq̃ssimis aliquot scriptoribus eam usi sumus milacem describere: quæ flore magis q̃ umbra ratione ue alia quapiam cõmendaretur. Nunc ex ꝓfesso de hortensi smilace agitur: quæ in leguminum genere & censu constitui numerari q̃ potius q̃ inter frutices uideatur In quarto mox eiusdem scriptoris huius uolumine de aculeata aspera q̃ & sine aculeis smilace agẽdũ erit: quæ in hederaꝝ cẽsu & cognatione merito numerant̃: oẽs ut conicere facillimũ est genere diuersæ: figura uero folioꝝ: umbra: clauiculis: & adiacẽtibus alligandi se natura congeneres adeo q̃ similes: ut uelut inter Gẽtiles sit eodem nomine oẽs quondã dictæ fuerint. Quod q̃ primũ ꝓprium q̃ in hedera fuerat ab ea in tot diuersas specie plantas translatum deriuatumque paulatim est. Fecit id abundantibus rebus & deficientibus noibus similitudo: presertim q̃ implicandi se adiacentibus eadem in cunctis natura: qua grato spectaculo alienos trũcos parietes & scenas uestire possunt Quod & uolubilis multiplex genus ẽt habet & facit: genere q̃dem diuersum: nõ tñ nominibus discretum. De smilace utraq̃ hedera quarto uolumine suo loco certius aget̃. De hortensi hac dicendum modo describi a Dios. quod leguminis formã rõnem q̃ magis: q̃ fruticis habeat. Siliquas enim ferre hanc smilacem ait: quibus hedera omnis caret: hẽre itidem in siliquis quemadmodum & in reliquo leguminum genere semina. Qua nota differre ab omnibus hederis necesse est: quæ non siliquas sed corymbos ferunt. Nec aliud esse quo in nomen hederæ uenerit q̃ folioꝝ similitudinẽ & implicãdi se adiacẽtibus naturã. Qualis aũt hæc sit & q̃bus regionibus inueniat̃ non ausim ego dicere. Nihil n neq̃ ex aliorum historia compertum mihi de ea est, Credidit Barbarus nominis similitudine persuasus: q̃ñ phaseli

alterum genus lobon græci uocent: & hic lobia Smilacem hanc a quibusdam uocari ait legumen illud hoc loco indicari: quoniam & id capreolos seu clauiculas aliquas quibus nitatur & implicet se habet: & in utroque phaselo renibus similia semina sunt: & in rubēte hoc amplius idē color. Nobis tamen parū uerisimile uidet̃ ad eam altitudinē & frondiū copiam posse legumē aliquod augeri: ut scenas: & tabernacula uestiens inumbret. Id. n. σκηνοποιεῖσθαι græcis & huic scriptori significat. Sunt aũt græcis σκηναί. i. scenæ quæcunque in castris aliis ue locis ex frondibus culmis pellibus tabulisque tēporaria domicilia fiunt: quales ad umbrā in hortis aliquando etiam eriguntur. Antiquiores latini Attegias uno nomine cuncta hæc dixerunt. Sic Iuuenalis. Dirue maurorum attegias &c. Quin etiam antiqui hebræorum litterarum interpretes eius gentis tabernacula attegias interpretati sunt. Barbarus opus topiariū hoc dixit non falsi ut nobis uidetur ad exprimendum uocis illius & uerbi captum.

σκηναί
Attegiæ

DIOS. DE Medica herba. Cap. cxxxiii.

Medicam. Romani pariter græcis medicam dicunt. Pratensi trifolio similis medica recens nata est. Crescenti deinde cōtrahitur: & angustius fit foliū. Profertque similes trifolio caules: in quibus semē lēticulæ simile: inflexumque corniculorum modo. Quod siccatum suauitatis gratia condimentario sali miscet̃. Id uiride emplastri modo impositum prodest his quæ refrigeranda sunt. Tota aurē herba pro gramine utuntur: qui quadrupedes & iumenta pascunt.

INTERPRES.

Peregrinā græciæ Italiæque: & ex alieno orbe petitam fuisse Medicā herbā: nisi id Plinius manifeste testaret̃ satis unum indicaret nomē: quod non eius tamen sed assyriæ malo cōe eosdem utrique & ex eadē gente natales ostendit. Fuit hæc quondā in maximo ruris & pecuariæ rei honore: nec quicquam diligentius maioreque laboris cōpendio & utilitate ad uniuersi rustici pecoris pabulum serebat: quo magis miret̃ aliquis periisse eam tantopere & a nobis euanuisse ut nulla nunc eius in Italia ex antiquo noie & usu uestigia deprehendant̃: auditaque medica herba nihil auribus nostris certius obuersetur quam si inaccessos Scythiæ lucos: aut Indiæ odorata prata audiamus. Quæsiuimus nos iampridem tota Italia: antiquum. n. renouandæ uetustatis studiū in nobis est: diligentique multarum diuersis locis gentiū & incolarum percontatione sicubi incognita medica lateret in lucem proferre: & ruris disciplinæ restituere conati sumus: nec aliunde quam ex Hispania quod ad hanc rem faceret nunciatū nobis aliquid est. Et quoniam segnius irritant animos: ut Flaccus ait: demissa per aurem quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus ex eadem regione integros herbæ quā illi medicā censent cū suo semine caules afferri nobis curauimus. Nec parū si huic illa respondet in deprehendendo capitis huius multiplici uitio profuisse Dioscoridi uidebimur: qui medicæ a se tractatæ semē penitus aliud ab illius semine ut nunc in eo legitur describit. Vidimus nos ut dictū paulo ante est medicæ cuius in Hispania quotidianus in iumentorum pabulo usus est cubitales: geniculatosque caules trifolio undique similes. Audiuimusque ab iis qui in Hispania rem obseruarunt: quod de ea ab antiquis fert̃ quicquid in caule assurgit in foliis contrahi: nullo cibo prius magisque lætari & pinguescere iumenta pecusque omne: parcius dari: quoniam inflet & multum creet sanguinē quē ducere postea necesse sit: & ne longiores simus nihil non ab antiquis traditum de ea nunc etiā inueniri. Quod nō cōuenit scriptori huic semen est: quod hic lentis magnitudine indicat: & intortum: in illa uero exiguū: panici minus papaueris uero semine nō adeo maiusculū rotūditate oblongū: colore flauescente uidetur. Quorum nihil in Dioscoridis medicæ semine est. Siliquam nō licuit uidere: sed ut conicere ex seminis quantitate facile est gracilē & uiciæ siliqua graciliorē credere oportet. Eo fit ut credamus oia in capite hoc post descriptos caules usque dum hic iubet misceri suauitatis gratia &c. Parum integra ubique esse. Persuadetque id præcipue quod hic ait semen intortum ὡς κεράτιον. i. corniculi modo: quam forma siliquæ in multis non semina sunt. Inclinatque animus pertinere id ad siliquæ figuram non seminis formā. Quin etiā quæ pauloante leguntur illic uoces ἐφ᾽ ἧς τὸ σπέρμα προσπέφυκε φακοῦ τὸ μέγεθος nō eodem modo in cunctis legunt̃: arguitque uarietas uitiū. Et ne ultra quam decet in his immoremur quod dicimus est nō respondere penitus hispanam & nostræ ætatis medicam antiquorum historiæ: & ex uarietate antiquorum codicū uitium suspicari ab re non esse.

DIOS. DE Aphace. Cap. cxxxiiii.

Aphacen. Romani pariter græcis aphacē dicūt. Exiguus frutex aphace est. Nascitur in aruis lente excelsior: tenui folio. Quæ nascūtur in ea lente maiores siliquæ terna quaterna ue semina inter se cōtinent: nigro colore: lentibus minora. Adstringēdi uim semina illa habent: ideoque alui fluctiones & stomachi tosta: confracta: & lentis modo elixa sistunt.

INTERPRES.

d E aphace Plinius lib.xxvii.capite.v nihil non ab hoc scriptore dictum iisdem totidemq; reddidit uerbis. Aphace tenuia admodũ folia habet: pusillo altior lenticula est. Siliquas maiores fert; in quibus terna aut quaterna semina sunt: nigriora & minora lenticula. Nascitur in aruis. Natura ei ad spissandum efficacior q̃ lenti. Reliquo usu eosdem effectus habet. Stomachi aluiq; fluctiones sistit semẽ decoctum. Et hæc Plinius. Barbarus post eũ in corollario suo quæcũq; in Theophrasto lib octauo de plantarũ historia de Aphace legunt̃ totidem uerbis pariter reddidit. Sic nihil fere quod adiiciamus relictũ nobis est; nisi quæ diuersis locis ab eodẽ Theophrasto dicta sunt; breuiter collegerimus; haud sane q̃ a collectis his digito legentibus Aphacẽ ostendere cogitemus; sed q̃ coaceruatis in unũ tot notis facilior poterit alicui rei nobis incognitæ coniectura esse; & quod se nobis nõ obtulit alii se offerre. Diximus nõ multo ante cũ de agresti lactuca ageremus quale herbarũ genus esset quod Theophrastus ἀρουραῖον nominauit. Ex eodẽ genere eodem auctore Aphace est; idq; hic ẽt ipse testat̃ in aruis nasci dicens. Nullam itaq; in ruris hortorum ue cura culturã aphace habet: quærendaq; in aruis est quo tpe inculta cessant. Retulit idem nõ admitti in cibos aphacẽ ob amaritudinem suã; similia agresti Cichorio folia hr̃e: Primã appetente uere florere; citissimeq; senescere; florem in lanuginosos pappos resolui; pluraq; alia in ea fieri: quæ oĩa a Barbaro collecta relinquenda a nobis sunt; ex quibus non facile xõcinetur aliquis uiciam notissimã oĩbus frugem esse; & si congener aut similis illi sit siluestrem oĩno existimãdã esse.

ἀρουραῖον

DIOS. DE Porro capitato. Cap. cxxxv.

p Rason cephaloton. Romani porrum capitatũ dicũt. Inflat porrum: mali succi est; grauia & tumultuosa facit insomnia: urinam cit: bonam facit aluũ extenuat: oculorũ claritati officit: menses trahit: exulceratæ uessicæ & renibus nocet. Idem cum ptisana coctũ & in cibo sumptũ pectoris excreatiões adiuuat. Coquitur in acero & marina aqua porri coma: decoctoq; illo insidẽtium fœminarũ p̃cluui duratiq; loci utiliter fouent̃. Dulcescit & minore inflandi ui porrum fit una & altera elixum aqua tum frigida demersum. Habet porri semen acrimoniam. Habet & adstringendi aliquam ũm. Eamq; ob cãm sistit sanguinis præsertimq; ex naribus succus eius cũ aceto profluuia ture aut polline turis addito. Venerem stimulat porrum: facit idem ad oĩa pectoris uitia cum melle i eclegmate: facit & ad tabẽ quã græci phthisin dicunt. Purgat fauces & animę canalem in cibo sumptum. Cõtinuus tñ eius cibus oculorũ claritati officit: & stomacho nocet. Succurrit & uenenatorum morsibus potus cum melle porri succus: succurrunt & folia ipsa emplastri mõ ĩposita. Aurium doloribus: tinnitibusq; confert porri succus cum aceto: ture: lacteq; aut rosaceo instillatus. Delent uaros porri folia cum obsoniorũ thu emplastri modo imposita: sanant & epinyctidas. Carbunculos erumpit cum sale eodem modo impositum porrum. Quin etiam potæ seminis drachmæ duæ cum paribus myrthi baccis uetustas sanguinis ex pectore reiectiones sanant.

INTERPRES.

l Liberalis cibus porrum est; non tñ a natura tantopere damnatũ: ut non medicinam multiplici remedio etiam instruat: p̃sertimq; quod ueteres qñ in caput creuisset capitatum dixerunt. Cui maiores q̃ sectiuo ad oĩa effectus antiquitas tribuit. Quapropter & hic de porro acturus id genus elegit quod ad medicinã primũ hr̃et bonitatis honore: eaq; est cã cur capitati tantum meminerit Dio. nequis forte adiectũ porro capitati discrimen miret̃. Vtrunq; enim porri genus sectiuum s. & capitatũ eadem omnia põt: sed capitati efficacior uis. Et qñ ubiq; inuenĩt utrũq: ideo alterius tñ & efficacioris usum Dioico probauit. Nihil in disciplina ruris sectiuo & capitato porro frequentius in antiquis est. Laudauit Martialis in Xeniis suis utrunq; in altero fila: in altero niueum stipitem describens: Neq; abre qñ discrepẽt inter se: satio; cultura: & forma. Quod ut certius pateat non pigebit; q̃ in antiquis rei rusticæ scriptoribus obseruata a nobis de duplici hoc porri genere fuerunt breuissime cõmentationibus his nostris adiicere: presertim nulla eius diuersitatis nostra ætate disciplina & obseruatione. Omnes qui de satione & cultura porri docuerunt mense Februario seri: mox locis apricis si ingranduit transferri præcæperunt. Tum si sectiuum iacere aliqs uoluerit densius satũ relinq oportere: & ita cũ increuerit post duos menses q̃ satũ est secari.

Porri duplex genus Sectiuum

Dico aũt secari unde sectiuum dictum est: frondem illi supra terram eminentem auferri. Fuerũt tñ qui hoc genus ẽt eodem quo capitatũ modo transferrent: modicisq; spatiis i. inter quaternos digitos depangerent: & cũ cõualuisset: eodẽ modo desecarent. Et hoc culturæ genere sectiuũ porrũ quondã fiebat gracile tenuiusq; q̃ densius satũ & trãslatũ modicis spatiis depactũ fuerat. Credimusq; nos esse genus hoc quod antiqores aliquot græci Gethyllides quasi getio simile uocauerũt cui gracilitate candoreq; suo hoc porrum æquale uidet̃. Quid aũt getium sit facillimũ in Plinio cognoscere erit. In eo aũt quod magni capitis & capitatũ efficere aliquis cupiebat alius sationis & culturæ ordo erat. Præceperuntq; ueteres rarius q̃ sectiuum seri: & anteq̃ translatum iterũ depangatur sub terram amputandas illi radiculas: & tondendas fibrarum summas partes: tum testulas uel conchas quasi sedes singulis subiiciendas: ne in altum sed in latus eoꝝ incrementum fit. Assidue deinde sarriri & stercorari: & cũ radices egerit modice comprehendi & alleuari sarculo: ut suspẽsum a terra quod spatii uacuum subter inuenerit capitis amplitudine cogat̃ implere. Et hæc sectiui capitatiq; porri satio: cultura: & differentia quondam fuit. Ex quo duplici genere hic capitatum elegit medicinæ aptius & ad remedia omnia efficacius: inter quæ præclusis: duratisq; fœminarũ locis mederi decoctum porri hic ait duratos intelligens locos: quos græcoꝝ medici σκληρυνομένους uel σκληρώματα .i. durities uocant: frequens in fœminis malũ: quodq; in diffinitionibus suis Galenus ait: duriusculũ tumorem in aliqua eoꝝ locoꝝ parte esse a permanentibus & diutinis inflãmationibus factum. In genere eoꝝ quæ græcoꝝ medici σκίῤῥους in eadẽ parte uocant numeratũ. Diffiniũtq; scirrhũ quæ uox græcis duritiẽ significat: affectionẽ in aliqua muliebriũ locoꝝ parte factã esse quæ tactui non cedat: inæqualiter tumeat: & sine dolore plerunq; fit. In hoc genere durities & durati ii fœminaꝝ loci sunt: Differunt aũt a scirrhis nõ loco: oẽs eni in fœminaꝝ locis fiunt. Sed q durities eæ quas græci σκληρώματα non scirrhos uocãt æquali tumore concrescunt: minus tactui repugnant: & cũ mediocri dolore sentiunt̃: quæ cõtra in scirrhis oia sunt & ut certius dicamus genus scirrhus est σκλήρωμα aũt spẽs. Præclusi iidem loci non dissimilem hñt cãm: clauduntur enim ex inflãmatione illhic facta: nec aliud p̃clusio hæc est q̃ ut græci docent Hostii muliebriũ locorũ μύσις idest clausura fœlici translatione ab oculis facto noĩe μύειν enim conniuere græcis est: & cũ obdormiscimus cõcidentes oculos claudere: & qm̃ coeunt conniuentq; inuicẽ margines hostii eius iõ μύσιν græci latini p̃clusionẽ id malũ uocauerũt. Habet id malũ plures alias ẽt cãs medicis notas: isq; nõ repetendas a nobis. Quomodo aũt p̃clusio hæc a p̃clusione in eadẽ parte facta quã græci phimon uocant differat: si qñ dabitur occasio certius dicetur. Nunc satis sit hanc docuisse.

Præclusi & durati fœminarum loci

σκλήρωμα

μύσις

σκίῤῥος

Scirrhus

DIOS. DE Agresti porro qd in uinetis nascit̃. Cap. cxxxvi.

a Mpeloprason, Romani pariter græcis Ampeloprasum dicunt. Stomacho magis q̃ porrum nocet ampeloprasum. Efficaciores tamen ad calefaciendum & ciendam urinam uires habet. Menses trahit hoc etiam: uenenatorumq; morsibus in cibo succurrit.

INTERPRES.

n On fuit Plinio nec post eum tot aliis cura latinũ nomẽ ampelopraso dare: græcorũq; appellatione usi oẽs cogitandũ legentibus reliquerunt inter uites nasci hoc porrum. Id enim græcoꝝ uox illa indicat. Nos præter id siluestre porrum ẽt ampeloprason diximus: nec sine auctore. Siquidem Paulus Aegineta li. vi. sic illud nominauit ἀμπελόπρασον οἷον πράσον ἄγριον. Rursusq; libro primo capite de his quæ esculentas habent radices τὰ δὲ ἀμπελόπρασα τῶν πράσων ὡς ἄγρια ξηρότερα: quod est. Sunt aũt porris ficciora ampeloprasa ueluti siluestria. Credimus præterea nec negligendis coniecturis perisse in hoc capite aliqua. Siquidem qui oĩum mihi est uetustissimus & probatissimus Dios. codex plura alia habet ad historiam diuersasq; appellationes ampeloprasi pertinentia. Quæ licet ex Galeno accæpta uideant̃: consilium tñ institutũq; Dios. in descriptionibus his habent. Numeratq; esse illi caput Allio simile: folium titimallo: florem purpureum: caulem lychni di herbæ æqualem: & semen Nasturcio simile. Plinius ẽt p̃ter ea quæ nunc in Dios. leguntur ructu grauem ait esse: eruptionem sanguinis per genitale compescere: & ob eandem cãm a partu mulieribus dari: dari & contra canũ morsus: nõnullaq; alia. Quæ ignorasse presertim tam multa aut oblitum fuisse diligentem in scribendo hominem parum uerisimile est. Quin etiam Paulus Aegineta exulcerare & incidere addidit.

DIOS. DE Cepis. Cap. cxxxvii.

c Rommyon sunt qui Polydos appellent. Magi Celebotin. Romani Cepã dicunt. In censu ceparum & genere maiore acrimonia sunt longæ q̃ rotundæ: ruffæ q̃ candidæ: siccæ q̃ uirides: crudæ q̃ coctæ: aut in sale seruatæ. In-

flandi erodendiq; uires cunctę habent. Cibi appetentiã excitant: siticulosæ sunt: extenuant stomachi uelut ex repletione fastidia: & bonam faciũt aluũ. Repurgant laxant qua excernendũ aliquid sit: pręcipueq; hęmorroidas appositis ꝓ balanis earum tunicis ex oleo. Inungit̃ ad claritatem oculoꝝ cum melle cepatũ succus. Prodest albuginibus: oculoꝝ nubeculis: & incipientibus eoꝝ suffusionibus: Prodest & anginis quæ utiliter eo inungũt̃. Mouet idem & trahit menses. Purgat pręterea caput naribus instillat⁹. Contra rabidoꝝ canum morsus additis ruta sale & melle illinitur. Sanãtur eo inunctæ in sole addito aceto uitiligines. Finit idem oculorum scabies cũ pari cinerula quã spodion dicunt inũctas. Varos cum sale compescit. Inunguntur utiliter eodẽ cũ gallinaceoꝝ adipe a calceis facti attritus pedũ. Quin ẽt alui fluoribus subuenit. Facit ad grauitatem auriũ: incertos earũ sonos: purulentas ex eis destillationes: & exhauriendas quæ in eis coierunt aquæ. Fricant̃ eo utiliter capilloꝝ defluuia quas alopecias dicũt. Citiusq; halcyonio capillũ prouocat. Capitis dolores facit copiosus ceparum cibus. Efficaciores ad ciendam urinam coctura cepæ fiunt. Faciunt in ualitudine maiore copia in cibo sumptæ somni inexpugnabilem necessitatẽ quam letargum dicunt. Maturant panos & celerrime erumpunt coctæ: mox cum passa uua aut fico emplastri modo impositæ.

INTERPRES.

f Vit quondam Aegyptiis porrum & cepe nefas trucidare & frangere morsu. Damnatæq; ab ea gente: alioquin in sanitatis usu & medicina utiles cepæ fuerunt: ꝙ contra q̃ in reliqs naturæ partibus fit quæ utrãq; lunæ fortunam plerunq; sequuntur: & dũ toto orbe ea fulger subinde augentur, pereunte autem illi luce & ipsæ paulatim minuuntur una hæc in eius sideris morte & tenebris speciosiore habitu lætiorq; fiat & germinet. Accessit ad eã superstitionẽ ẽt ꝙ inutiles feriatis in lætitiaq; agentibus pariter & ieiunio castitatẽ custodientibus essent: his ꝙ sitim & cibi appetentiã excitarent: illis ꝙ lachrymoso odore quem habent optatam per ferias lætitiam turbarent: & quas in diuina re Dei munere lachrymas tristitiãq; animi mortales fugerent inuiti lachrymoso olere admittere cogerent̃. Erant & aliæ superstitionis Aegyptiæ in hac ipsa re causæ nõ minus ridiculæ quas Plutarchus cõmentariolo illo quod de Iside & Osiride scripsit longius & diligentius indicauit a nobis aliud modo agentibus relinquendæ. Quæ ceparũ ex nationibus discrimina antiquis fuerint Theophrastus lib. viii. de plantarum historia: & ab eo accepta oia. xx. uolumine Plinius longius docuerunt. Hic neglecto oi hoc censu: qd̃ & Plinius eodem loco fecit ex forma: colore: tpe & humano apparatu non pauciora illis discrimina in cepis cõtemplari & obseruare nos iussit: & in uiriũ censu inter cætera simpliciter dixit esse κρόμμυα ὀρέξεως ἐκκλητικά: qd̃ est appetitũ ꝓuocare. Barbarus ad libidinẽ cõem illam appetitus uocem contraxit aitq; cupiditatem afferre libidinis Potest q̃dem id fieri: inflant n. cepæ: eoq; uenerem stimulare possunt: sed hic ὄρεξιν. i. appetitum siue ut certius loquamur cibi appetentiã simpliciter dixit. Estq; ea uox græcis tã certa in ea significatione ut non ueritus sit in Satyra poeta latinus dicere rabidam facturus orexim. Dixit idem fastidium stomacho cepas facere nec male. Sed oportebat fastidii eius genus & comitem causam adiecta nota aliqua indicare. Est enim in ea quam græci ἄσαι & a qua ἀσώδη στόμαχον dicunt nõ simpliciter fastidiũ: sed quod cibi copia repleto stomacho homini accidit. Habent siquidem cibi fastidia plures diuersasq; causas: inter quas & hæc est a græcis sic appellata propterea ꝙ ἄσαι uerbum illis κορέσαι καὶ πληρῶσαι inter cætera significat. i. satiare & implere. Sic Paulus Aegineta libro primo capite de seminis abundantia: cum numeraret quæ id malum sequunt̃ ait: κεφαλήν τε βαρύνονται καὶ ἀσώδεις γίνονται: quod est: grauantur caput: & stomacho ἀσώδεις. i. uelut ex repletione cibũ fastidientes fiunt Idem de inflãmatione cerebri ait tantopere inflãmatũ tumere aliquãdo cerebrum ut capitis suturæ laxentur: quo tempore grauis: qq; toto capite sentiatur dolor adest & multa ἄση idest fastidii genus hoc. Nec multo post cõiungẽs simul ἀσώδεις τε καὶ ἀνορέκτους ultimum hoc pro simplici ciborum fastidio illud pro contracto ad hanc tãtum causam aperte indicauit. Dixitq; Dios. non ἄσην facere cepas sed ἀσώδη esse; quod est acremento suo acorem stomacho afferentia idem aut non dissimile facere fastidium quod ex repletione fiat. Et hæc ut credimus tota ẽ τῆς ἄσης καὶ τῶν ἀσωδῶν significatio. Quod ad medicinã ẽt ꝑtineat hoc loco dicemus quid græcis & latinis aliquot significet quod in hoc capite diximus laxare cepas hæmorroidas appositis pro balanis earum tunicis ex oleo &c. Græca uox Balanus est: habetq; amplissimi ambitus significationem: præcipuam uero & unde trãslatæ aliæ sunt: qua in siluestribus & in toto

ὄρεξις

ἄσαι

ἄσαι uerbũ

ἀσώδη

Balanus

σκύβαλα
Scybala

genere quemo glans indicetur tereti & oblonga figura cuius cã in usum & honorem medicinæ etiã uenit. Dixeruntq; balanos in medicina græci nõ ex arboribus glandes: sed glandiũ figura cõformata medicamenta quibus aliqñ uti cogimur in his quoꝝ aluus non purgatur: ideoq; oportet excerni ea quæ gens illa σκύβαλα .i. aridius & quasi in nucleos diursum stercus trãsfara ab his quæ inutilia in pomis abiiciuntur uore appellat: aut cum nõ reiectum sit qđ clystere infusum fuerit Multiplici aũt materia constabant quondam balani huiuscemodi. Fiebant .n. ex cremato sale: melle: nitroq;. Fiebant ex terebinthinæ resina & nitro. Fiebant & ex aliis quæ longius repetẽda non sunt. Omnium una eadẽq; finis est ut qua diximus figura cõformata sedi inserantur: & quo altius licet impellãtur ut molliendi: extrahendi: erodẽdi: pruriendiq; ui cessantia sollicitent excremẽta. Solo ẽt sale aliq utebant: pfertimq; in infantibus: sunt & quibus subacta simul ficus & nitrum satis fuerit.

DIOS. DE Alliis. · Cap. cxxxviii.

Corodon sunt qui Gehoscum: qui elaphoscorodon uocẽt. Romani allium dicũt. Duplex allii genus: satiuum siue hortense quod in Aegypto concreto capite porti modo nascit: dulce: colore ad purpuram inclinato: exiguũq;. Reliquis locis grande allium multiceps & cãdidum est. Vocantq; in eo diuisiones spicas seu nucleos. Est & aliud siluestre allium: quod Ophioscorodon quasi anguinũ noiant. Habet oẽ alliũ Acrimoniam: calefacit in cibo: erodit: excernit: peditus pellit: aluũq; turbat: stomachũ siccat: siticulosum est: inflationes gignit: sũmam corporis cutem uariat: & claritati oculoꝝ officit. Põt cuncta eadem siluestre qđ ophioscorodon .i. anguinũ nominant. Pellit lumbricos latos sumptũ in cibo allium: urinam cit: & ut quoduis aliud contra uiperæ & hemorroi serpentis morsus poto continue uino utile est: aut cũ uino tritũ simulq; epotũ. Imponit emplastri mõ ẽt contra hæc ipsa pari utilitate. Imponit & cõtra rabidi canis morsus: cõtra quos in cibo sumptũ pariter pdest. Vtile & cõtra aquarũ mutatiões alliũ est. Fauces ad uocẽ clariores reddit. Veterẽ tussim lenit crudũ pariter & coctũ. Bibit magna utilitate cũ origani decocto cõtra pediculos & lendes. Medet sugillatis & capilloꝝ defluuiis quas alopecias dicũt allioꝝ cinis cũ melle subactus & inũctus. Sanat & in alopeciis papulaꝝ eruptiões cũ nardino unguẽto additis sale & oleo: cũ melle uero impetigines: uitiligines: lẽtigines: manãtia capitis ulcera: furfures & lepras. Coquit cũ theda & tæte alliũ: leuatq; dentiũ dolores si ore cõtineatur decoctũ illud. Cõtra muris aranei morsus cũ ficulneis foliis ciminoq; emplastri mõ imponitur. Comæ alliorũ decocto insidẽtibus fœminis mẽses & secũdæ trahuntur. Quin ẽt suffitu eadẽ alliũ pstat. Quodq; ex alliis & nigris oliuis intritum fit a græcis myttoton appellatum in cibo urinam cit & aperit & subeuntibus cutem aquis utile est.

INTERPRES.

Vit quondã & adhuc est alliũ sicubi longius ab urbibus innocentius uiuitur honestum simul & gratũ rusticæ plebi obsoniũ. Nisi .n. id sit nõ contudisset messoribus suis allia serpillũq; Maroniana illa Testilis quos uerisimile iustumq; erat lautiore epulo p messem sole & ope defatigatos a muliere excipi: nec q in comœdia iexpectatã fortunæ seruꝰ mutationẽ Theatro significabat ridicule dixisset tã beate tũc agere oẽs: ut q antea calculis ab egesto statim fimo sedem exterere cõsueuissent tũc relatis ad eã partẽ integris alliis idẽ facerent: quasi nihil ex antiqua paupertate numerare sibi liceret quo neglecto melioris fortunæ mẽsurã augere posset. Eãq; ob cãm in ruris honore & hortoꝝ disciplina non contẽnendũ locũ inuenit alliũ: Docuerũt ueteres lõgius quot allioꝝ genera: & quo cultu in hortis colenda essent non negligenda ab his quos aut nunquam satis cognita naturæ maiestas delectat: aut ad iustas piasq; & certas opes a fœnore & mercatura innocens augendæ rei studium conuertit. Poterunt nouisse ea omnia cupientes Plinium: Columellã: Palladium: mille alios de tota hac re longius agẽtes cum uoluerint audire. Nobis in eo qđ agimus tractanda alia: ideoq; primum legentes monemus: quod in Aegypto hic nasci alliũ concreto capite ait a Theophrasto nõ magis in ea regione q̃ alibi prouenire dicitur. Simpliciter enim ait differre aliqua κὰι τῷ μὴ ἔχειν τὰς γέλγεις quod est discrimen in aliquibus eẽ q; spicas non hñt. γέλγεις enim diuersis locis ille appellat quas hic ἄγλιθας: alii ἀγλίθια nominant spicarum in allio plures diuisiones

γέλγεις
ἄγλιθες
ἀγλίθια

diuisiones illas: quæ singulæ nouam instaurant consitæ sobolem. Volumus ẽt notisse illud legentes nescire nos quid γήβοσκον quam hic allii appellatiõem alicubi dixit esse: significet: nec qua similitudine aut euentu Elaphobosci uox ad Allium transierit cum herba Elaphoboscus sit Libanotidi æqualis: caule fœniculi: folio duorum digitorum latitudine: radice unius crassitudine: longitudine uero trium digitorum. Quæ omnia nihil cõe aut aliqua saltem parte simile Allio habent. Ob eã cãm relicta a nobis ea uox penitus est. Cogitauimus etiam an quod hic ait esse aliud agreste allium qđ Ophioscorodon dicit̃ non Ophioscorodon composito ex angue & allio nomine: sed aphroscorodon a spuma aut a gente legendum sit. Siquidem Colomella libro. xii. capite. iii. alterum allii genus quod Vlpicum uocat a gente uocari manifeste ostendit. Verba eius sunt. Vlpicũ quod q̃dam allium punicum uocant: græci aũt ἀφροσκόροδον appellant lõge maioris est incrementi q̃ alliũ. Plinius contra lib. xix. capite. v. a spuma magis q̃ a gente dictum indicare uidetur: sic enim de Vlpico egit. Vlpicum quoq; in hoc genere græci appellauere allium cyprium: alii antiscorodon præcipue Africæ celebratum inter pulmentaria ruris grandius allio: trito in oleo & aceto mirum quantum increscat spuma. Facitq; ut credam a spuma ἀφροσκόροδον hoc dici potuisse Theophrastus: a quo Plinius cuncta illa accæpit. Suntq; libro octauo de plantarum historia dicta ab eo hæc. μάλιστα δὲ τὸ κύπριον καλούμενον τοιοῦτον: ὅπερ οὐχ ἕψουσιν ἀλλὰ πρὸς τοὺς μυττωτοὺς χρῶνται, καὶ ἐν τῇ τρίψει ποιεῖ τὸν ὄγκον ἐκ πνεύματος αὐξόμενον. Quorum hic sensus est. Maximeq; quod cyprium alliũ uocant tale est. Quod non decoquunt sed ad pulmentaria utuntur. Facitq; dum teritur admirabilem tumorem: Quem Plinius spumã uocat. Crederem itaq; non ab angue: sed a gẽte uel spuma cõposito nomine Aphroscorodon non ophioscocodon allii alterum in Dios. genus hoc esse: nisi hic & Galenus a principio diuisione satiui & agrestis allii facta contra ostenderent. Oporteretq; post satiuum de agresti etiã dici. Quod autem in eam sententiam me trahebat illud p̃cipue erat qđ hic ait habere omne allium acrimoniam & oĩum easdem uires eẽ: cum tñ agrestia omnia a satiuis plerunq; differant: & maiore efficacia auctore ipso etiam Galeno sint. Accedebat & illud q̃ ophioscorodi & agrestis allii genus in aliis scriptoribus non facile inuenitur. In cõi tñ græcorum oĩum lectione nihil mutauimus: & nihilominus quod suspicabamur etiam indicauimus. Sequit̃ non multo post locus in græcis codicibus corruptissimus. Quæ enim duo erant ὄμματα. s. & σώματα. i. oculi & corpora ex simili desinentia in unũ coaluerunt: sed facilis ex Plinio in integrũ restitutio fuit; q. xx. uolumine capite. vi. dixit facere allium somnos atq; in totũ rubicũ diora corpora: qđ hic nõ magis rubicũdo q̃ altero colore ait ἀλλοιωτικοὺς ἐπιφανείας: qđ ẽ cutẽ & sup̃ficiẽ ut aptiore uerbo utamur alterate. Idem ẽt eodẽ loco dixit hebetare oculos: quod hic ὀμμάτων ἀμβλυωτικοὺς idest oculorũ hebetudinem facere. Erat itaq; in græcis ut uidet̃ antiqua lectio ἀλλοιωτικοὺς ἐπιφανείας σωμάτων ὀμμάτων ἀμβλυωτικούς desinentesq; similiter duæ illæ uoces σωμάτων & ὀμμάτων lubricum librariis ad uitium iter fecerunt. Non multo post ab hoc loco etiã legit̃ quod uitiosum pariter sit: aut si desit uitiũ tã anceps & ambiguũ: ut nisi diligẽtius excutiat̃ uitii suspitionẽ merito legẽtib9 afferat. Est qđ quod Dios. ait ἐχιοδήκτοις καὶ αἱμοῤῥοοῦσιν ἁρμόζει ὡς οὐδὲν ἕτερον: & a nobis uersum est. Et ut quod uis aliud contra uiperæ & hæmorroi serpentis morsus poto continue uino utile est. A Barbaro aut qui Pliniũ hoc loco queadmodũ multis aliis non Dioscoridem reddidit. Bestiarum oium ictibus medet̃ potu uel cibo uel illitu. Priuatim cõtra hæmorroidas p̃dest. Ruellius eadem uocis ambiguitate usus: Priuatim hæmorroidum dixit: Neq; nos in Plinio & aliis rem castigamus: potuerunt n. serpentis genus sic appellare: sed ad uitãdam ambiguitatẽ monemus nõ esse intelligendas hoc loco hæmorroidas: quæ multo sanguine in hois sede destillant: a qua labe nomẽ inuenerunt sed serpentis genus Lucano & plerisq; aliis notum: cuius morsu & maleficio toto corpore sanguis fluat: quo euentu factũ illi id nomẽ est. Intelligendũq; hoc loco de serpente nõ de sedis malo illo esse ea indicant. Hic primũ scriptor: qui nõ hæmorroidas sed αἱμοῤῥοοῦσιν ait: qđ est sanguine diffluentibus. Verisimileq; est uipis statim cõiũxisse Dios. serpẽtes alias q̃bus p̃desset. Quã scribendi rõnẽ secutus Plinius ẽt ait mederi alliũ bestiarum oium ictibus & priuatim cõtra hæmorroidas prodesse: uenenatũ aial & exitiale nõ sedis humanæ malũ illud significans. Testat̃ idẽ & Paulus Aegineta lib v. capite de Dipsadis & hæmorroi morsu iubet uulneri imponi alliũ: & q̃ acrimoniam maiorẽ alia hñt. Testis eiusdẽ remedii hic ipse ẽt ultimo uolumine nõ semel sed iterum atq; iterũ iubens alliis: cepis: porris: acerrimisq; aliis cibis cõtra uenena pugnari. Et ne lõgiores simus nihil non ueri atũ cõsonat quã oportuit certiorẽ legẽtibus offerre: p̃sertim docẽtibus id græcis q̃ serpẽtẽ hãc non hæmorroida genere fœminino ne cũ sedis malo misceret̃: sed masculino genere αἱμοῤῥόον dixerunt. Nec obstat q̃ Lucan9 hæmorroida appellauerit: Licuit n. poetæ mutare nois genus: sed cæteros oportuit aliorum exẽplo certius rẽ indicare: Quã nos rõnẽ secuti genere masculino hæmorroi diximus: & p̃ter id serpẽtis ẽt adiecim9. Cur aũt a fluxu sanguinis dicta hæc serpẽs sit lõgiore historia declarauerũt ex ueterib9 aliq tradẽtes copiosũ a morsu ei9 toto corpe excerni sanguinẽ: & si ci catrice coactũ fuerit totũ uuln9 coalescere: disrũpi pse tñ corp9 multis locis statimq; fluere sanguinẽ. Cruẽta eẽ alui excremẽta: cruẽtas urinas: cruẽta sputa: cruẽtas ex alto pectoris excreationes: postremoq; multo sanguinis uomitu sine remedio ex hæmorroi morsu hoiem mori. Nolum9 reliquere & illud uideri nobis iuste in scriptore hoc desiderari eodẽ hoc loco posse qđ rei necessitas exigit:

Spicæ Nuclei Alliorum

hæmorrois Serpens

& Plinios indicat uomitione fumptũ cum uino alliũ cõtinue reiiciendũ esse. Id.n. exigit quod est illic aduerbiũ συνεχῶς.i.cõtinue. Cur.n.& quousq; uinũ cõtinue bibẽdũ erit:nisi uomitione reddatur & redditũ ueneni partem aliquã cõtinue deferat. Pertinet id ad totam & integram remedii rõnem:ideoq; Plinius statim subiecit cũ uino redditũ uomitu. Hic ipse ẽt in uenenoꝝ uenenatorũ q; remediis plerũq; συνεχῶς ἐξεμούμενος ait: quod est ut cõtinue uomitu reiciatur. Paulus Aegineta ẽt priuatim in hoc ipso hæmorroo nõ aliter remedia docet & instruit. Non põt nec debet differri a nobis quid μυττωτὸν sit legentibus indicare: frequentẽ in comœdiis græcoꝝ uocẽ:& sine q̃

μυττωτόν

non uidet Aristophanes risum spectantibus & audientibus in Theatro excitare potuisse Nos intritum magis q̃ pulmentariũ diximus græcoꝝ descriptiones secuti: qui μυττωτὸν ὑπότριμμα a terendo dixerunt:qd caseo:allio:& ouo plerunq; constaret. Hic nigras oliuas addidit. Præterea qđ hic ait utile alliũ in cibo esse contra aquaꝝ mutationes cãm & rõnem eam habet quam Vitruuius lib. primo suæ architecturæ longius psecutus est:& quæ tota ex locoꝝ regionũq; mutatione orit in quanouitate ciboꝝ poculorũq; multi periclitant:psertimq; aquatũ quibus affatim & in cunctis fere oẽs tota uita utimur. Contra cuius nouitatem & ex nouitate noxam hic allioꝝ cibo quasi cõmuni remedio & antidoto utitur. Licet enim ubiq; idem elementum sit:non tamẽ eandem oib⁹ locis bonitatem habet. Et cũ maxime laudet aqua ἄποιος quod est sine qualitate nullo sapore:nullo odore:nulloq; colore infecta: in nulla tñ naturæ parte maloꝝ frequentiora quasi miracula dephendunt. Omittimus quæ fabulosa ab antiquis scriptoribus de aquis dicta fuerunt. Satis ut intelligamus nihil æque noxiũ homini eẽ unus Vitruuius est suæ architecturæ lib viii. Qui a Nicæo lsigono acceptas diuersis locis nascentiũ aquaꝝ diuersitates & noxas ciuibus suis obiter indicauit. Quæ qm̃ in promptu patẽtq; uolentibus sunt a nobis sine desiderio legentiũ relinquunt. Multiplex n. in aquis nocendi uis est; licetq; passim uidere uitio earũ gutturosos; pallidos; crudos; calculosos; labeq; aliqua interiore affectos homines. Contra quæ mala diuturniore aquarũ usu plerũq; in nobis orientia hic ait prodesse allium: mutatiõesq; ille ξενισμοὺς ὑδάτων uocat quasi aquarum peregrinitatem. Et hæc pro alliis dicta hactenus fuerint.

DIOS. DE Scorodopraso.i.simul allio & porro. Cap: cxxxix.

Corodopraſon. Romani pariter græcis scorodoprasum noiant. Nascit scorodoprasum quasi grãde porrum: porri & allii qualitatum particeps. Ideoq; mixtas & cõmunes habet uires omnia potens quæ porrum & allium: uerũ minore efficacia. Estur olerum modo decoctum & edulcatum.

INTERPRES.

Vale hoc simul allium & porrũ ueteribus fuerit incertum nobis est. Plinius quod hactenus legerim nullibi ei⁹ meminit: nec rei rusticæ scriptores alii: solus Paulus Aegineta breuissimeq; in sexto inter allia id numerauit. Verba eius sunt. Porri & allii mixtas hẽt qualitates & uires Scorodroprasum: Monstrum aliquod naturæ credimus id fuisse: coactis humano opere coalescere simul non dissimilibus penitus oleribus duobus: qualia in re rustica aliquãdo excogitata in maiore ocio ab aliquibus fuerunt.

DIOS. DE Hortensi sinape. Cap. cxl.

Inapi hortense sunt qui napy appellant. Romani sinape dicũt. Eligito sinape qđ nõ siccissimũ sit: nec rubeat: qđ amplo incremẽto absolutũ sit: qđ contusum intus uirescat: & ueluti succosum colore glauco sit. Recens.n. & integræ bonitatis huiuscemodi sinape erit. Est sinapi uis & natura calefacere: extenuare: & extrahere. Cõmã ducatũ pituitas capitis p os ducit & purgat. Succus eius dulci aquæ mixtus cõtra tonsillas; & ueteres duratasq; in callũ fauciũ asperitates utiliter gargarissat. Cit sternutamenta tritũ sinape narib⁹ admotum: eaq; rõne comitialibus succurrit: strãgulatu uuluæ ꝓcidentes excitat. Et cõtra inexpugnabiles sõnos quos græci lethargos dicũt deraso prius capite capiti illinit. Fico mixtũ subactũq; sinape mox ĩpositũ usq; dũ cutis cũ cruento rubore exulceret coxẽdicum dolores lenit. Prodest & lienibus in uniuersumq; diutinis dolorib⁹ cũctis: in qb⁹ ex alto in sũmã cutẽ ut fit p alterius partis uexationem trahere aliquid uoluerimus. Sanat idem capilli defluuia quas alopecias dicunt illitũ. Purgat & faciem. Delet sugillata cum melle: adipe ue aut cera. Ex aceto contra lepras: & impetigines feras inungitur. Bi-

bitur idem cõtra circulares febres farinæ modo sorbitioni inspersum. Quin ẽt i emplastra utiliter additur quæ ad extrahendum cõficiunt͛: & cõtra scabiẽ: cutisq; asperitates oẽs. Aurĩũ grauitatibus: icertisq; eaꝝ sonis tritum & cũ fico auribus inditũ medet͛. Prodest sinapis succus hebetibus oculis: & cõtra palpebraꝝ asperitates ex melle inungitur. Exprimitur ex uiridi adhuc succus & expressus in sole siccatur.

INTERPRES.

Vit Samio sapienti quondã sinapis in maximo hortensiũ oĩum quibus tñ cum toto discipuloꝝ grege magister uescebat͛ honore & p̃tio: Neq; ex tam multis quas habet in sanitate & ualitudine uires & usus sinapis aliqd magis priusq; admirabat͛ & amabat Pythagoras q̃ in altũ sublimeq; ferri uim eius: & quasi in cœlũ niteret͛ eũ per nares i cerebrũ penetrasset purgatiora & ad usum mentis uegetiora illic oĩa ab ea fieri Laudata ab his magnope ẽt qui medicinam hoi in tam multis quotidie morbis facientes nihil ad calefaciendũ siccandũq; aptius & p̃sentius datũ sibi a natura inuenerunt. Recæpta eadẽ in uitæ & sanitatis usu iampridẽ est: nec hieme ad intinctus quicq̃ frequentius ubiq; cibis intermiscet͛ gratissimo obsonioꝝ condimento nisi acrimonia feruoreq; suo nõ sternutamenta tñ sed lachrymas ẽt cieret. Quod solũ in carmine suo Columella illi obiecit dicens. Seq; lacessenti fletũ factura sinapis: quasi oĩum animãtiũ sensu modoq; & ipsa nocentibus sibi renoceret. Feruidũ & acerrimũ sinapis semen est. Fœliciterq; magis q̃ ridicule lepidissimus Græcoꝝ comicus in equitibus suis Cleonis cõmotum animũ cõtracta fronte & rubente uultu: accensisq; ueluti igne quodã oculis manifestã hoĩs irã describens sinapi conspexisse eũ ait: indignabundũ: iratũ: & q̃ indigne haberet͛ excandescentẽ hoĩem una hac uoce ostendens. Quo loco non σίνηπι ut cæteri sinapim dixit sed ut Athenienses priuatim eam appellabant νάπυ. Versiculus eius est κἄβλεψε νάπυ καὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν. Ex qua gente hic napy a quibusdam. i. ab athenĩesibus sinapim appellari ait. Quod & Plinius. xix. uolumine. capite. vii. ẽt testatus est Monemusq; in hoc illud ẽt legentes nihil cũ napis i tapoꝝ gñe napy hoc cõmunicare. Hæc græca uox: illa latina est. Illa per. i. hæc per. y ultimã syllabam finit. Laudauit Dios. inter cætera sinape quod ἁδρὸν. i. ut Barbarus uertit adultũ: ut nos aũt amplo incremento absolutũ sit. Fecimusq; id græcæ illius uocis æstimationem secuti quam oĩa græcoꝝ lexica & in antiquis eoꝝ scriptoribus rei necessitas indicant: in quibus passim inuenitur esse ἁδρὸν magnũ: multum: crassumq; & uerbũ ἁδρεῖν augeri. Accessit huic consilio ẽt ex re rustica & sinapis cultura alia ratio ob quã credimus crassum & amplo incremento absolutũ sinape laudasse Dioscoridem: præcæpisseq; ex satiua sinapi semen q̃rendum quod Crassius: robustius & amplius esset in Octobri etiã Palladius de cultura sinapis præcæpit serendã en mense: obseruandaq; alia quæ tractanda nobis nõ sunt Post quæ subiecit statim. De quo semen legere disponis suo loco esse patieris. Quod ad escam parabis robustius facies transferendo Robustius ut credimus hic uocat qd Dios. ἁδρὸν. Columella itidem & si non tã manifeste quod ad hoc tñ faciat lib. xiii. pariter docet. Iubet. n. & ipse sinapim eodem modo coli. Possunt aũt nõ solum autumno sed & uere conseri. Plantæ quoq; sinapis prima hyeme trãslatæ plus cymæ uere afferunt: quod est plus fœturæ & seminis Quem deinde colorem Barbarus cesium in sinapi dixit nos glaucũ Maronis exemplo & auctoritate diximus: qui glauca canentia frõde salicta prouiridi appellauit. Nec græcã uocem tãtopere aspernatus est ut cesiũ cum glauco cõfunderet. Laudauit in sinape eundẽ colorem eodẽ loco Palladius dicens. In sinapi uetus semen inutile est uel sationi uel usui. Quod dentibus franget͛ si intus uiride uidebit͛ nouum est: si album fuerit uetustatem fatetur. Haberq; ut uidetur in sinapi uiridis non cesius color recentis & noui seminis argumẽtum: quod res ipsa & quotidiana ẽt experientia probat. Diximus deinde inter remedia Pituitas capitis per os ducere & purgare sinapim: pluribus quod uno oerbo fœlicissime a græcis dicit͛ indicare coacti. Id aũt ἀποφλεγματίζειν est: quo hic & reliqui græcoꝝ medici passim utunt͛ significãtes semp quod retento in ore cõmanducato ue aliquo remediũ ad purgandos qui in capite concreuerint noxios humores ab homine fit: Quoꝝ ex noxii humoris eius natura quæ multiplex ẽ multiplex rõ ẽt ostenditur Priuatimq; ueteres docuerũt sinapi hoc cõtra crassam pituitã utendũ: nec tñ cõmanducandũ semen sed cũ aceto mulso trito eodẽ semine colluendũ idẽtidẽ hoi os eẽ. Vertit nõ multo post Barbarus locũ lõge aliter ut nos credimus q̃ hic scriptor & res ipsa sibi exigerent ubi de ui sinapis ad sternutamẽta agit͛. Ait ille tritũ naribus illitũ sinape sternutamẽta capitis purgare Suffitũ morbo comitiali & uuluaꝝ cõuersioni remedio eẽ: excitare & lethargicos capiti raso illitũ &c. Nos aũt ciere sternutamẽta tritũ sinape naribus admotũ: eaq; rõne comitialibus succurre: strangulatu uuluæ p̃cidentes excitare: & cõtra inexpugnabiles somnos quos græci lethargos dicunt deraso prius capite illini lõge alio ut uidet͛ sermonis ductu & sensu: sed ni fallimur huic scriptori & rerum naturæ magis concordi & apto Siquidem nihil aliud hic ait q̃ πταρμοὺς κινεῖν ... προσαχθὲν ταῖς ῥισὶ λεῖον: qd est naribus tritũ ad motũ sternutamẽta ciere. Ex q̃bus licet capitis purgatio plerũq; sequat͛: nullum tñ illic purgandi uerbi aptũ uestigiũ ẽ. Præterea quod statim

ἁδρεῖν

Color glaucus

ἀποφλεγματίζειν

gtur ἐπιληπτικοῖς τι βοηθεῖ καὶ ὑστερικῶν πνιγομένας διεγείρει id tm̃ significat Comitialibus succur
re & strangulatu uuluæ pcidentes & obmutescentes foeminas excitare. Neq; uox aliqua illic est
quæ suffitu magis q̃ alia rõne id fieri ostendat. Nescimus ẽt q̃ recte uuluarũ strãgulationes conuer
iones dici possint. Quod n. eius mali principium & cã est ἀναδρομὴ τῆς ὑστέρας a græcorũ medicis
dicitur: Quæ uox in superiorem partem motum & ascensum significat: uerbumq; excitate & si le
thargicis & huic malo commune sit in seriem tñ sermonis & ductu ad strangulationes uuluæ illas in
mulieribus pertinet. Diuersitatis huius cã illa est q Barbarus ducem sibi & magistrũ Plinium fe
cit: nec nisi eo præeunte aliquid uertit. Nos autẽ scriptorẽ hunc & res ipsas plerunq; secuti sumus:
graui periculo nec bona fide fieri credentes si quis huiuscemodi rõne aliena interpretetur dicta Pli
nii in hac ipsa re uerba sunt. Cũ cimino & fico tusum ternis partibus comitiali morbo & uuluarũ
cõuersionem suffitũ excitat odore aceto mixto. Itẽ lethargicos &c. Quæ remediorũ ratio nihil cũ
scriptore hoc ut uidet cõe habet. Nec nos credimus intelligi in Dios. oportere aut posse suffitu ma
lis his mederi sinapim: cũ hic simpliciter dicat admotũ naribus oĩbus illis mederi sinape. Reme
dii uis in eo est nõ ut incẽsum fumo: sed admotũ olfactu penetrali ui in sensus & cerebrũ ascẽdẽs
sinape a somni imagine illa comitiales & strangulatu uuluæ obmutescentes excitet: sunt pter hæc
& alia nõ satis certa quæ uolentes excutienda legẽtibus relinquimus. Si n. cuncta psequi uelimus
longior q̃ a principio cogitauimus fiet nobis hic labor. Monemus illud tñ quod ibidẽ legit cum
fico uero impositũ super coxas locũ pforet exulceret &c. uideri nobis negligẽter a librariis impres
sum. Neq; n. uerisimile est doctissimũ alioquin uirũ tam incerte de Sinapismo dicturum fuisse.

τῆς ὑστέρας

Dico aũt a sinapi sinapismũ exulceratione impositio aliqua corporis parte sinapi factã. Cuius reme
dii frequens apparatus & usus est. Hicq; ait fico mixtũ subactũq; sinape mox impositũ usq; dũ cu
tis cũ cruento rubore exulceret coxendicũ dolores lenire. Neq; in græcis uocib⁹ quicq̃ est quod
perforare significet: ἄχρι φοινίξεως Dios. ait: quod est: quousq; cutis φοινιχθῇ .i. puniceo colore fa
cta rubescat. Siquis aũt apposite uelit nouisse quæ ppria eius uerbi uis sit Sophoclem in Aiace au
diat: qui insanũ Aiacem sic cõtra arietem: quem m̃ ille aduersariũ suũ in furore existimabat sæui
entem & Palladi dicentem finxit, nolle se rum mori: πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον᾽ ἑρκίου στέγης μάστιγι
πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ: quod ẽ: priusq̃ uinctus ad colũnam tentorii sui scutica humeros flu
ente sanguine cruento colore rubentes habeat. Indicauitq; eo uerbo cruentos & grauiores rubores
illos qui uerberibus in summa cute excitant quibus similes a sinapi caliditate siccitate urigineque
sua fiũt. Quo remedio in plerisq; malis medicina utitur & in coxendicis dolore pfertim: Pro quo
Paulus Aegineta hoc ipso remedio usus est per se & cum fico imponi sinape in hunc usum præci
piens. Hicq; erat ueterũ sinapismus: nõ ad ruborẽ cutis tm̃ institutus sed ad eã exulceratione q̃ con
tra q̃ in quibusdam aliis fit cruentum habeat ruborẽ. Adiciebatur aũt illi ficus ne per se impositũ
urigine illa sua altius noceret. Nihil ẽt in eodem loco est quod ad ferramentũ aut ad rubricã per
tineat. Neq; erraticas impetigines recte aliqs dixerit quas hic ἀγρίους uocat. Alia enim rõ ẽ ἀγρίου
in plantis q̃ in morbis aut uitiis est. In illis recte quod siluestre agreste ue est aliquis erraticum dixe
rit: in his seruitas perũ: aut quod huiuscemodi uim habeat aliud aptius & ex re magis dicetur.

Sinapismus

Non pigebit ex quo dicẽdi iterũ de græcorũ lichenibus latinorũ uero impetiginibus oblata nobis oc
casio est quæ p eis desiderari posse uidentᷣ: præter ea quæ secũdo uolumine in equorũ lichenibus
tradita sunt cõmentatiõibus iis nr̃is in sinape addere: pfertim duo eorũ gñra facientibus græcis miti⁹
alterũ & ut græci dicũt ἄγριον alterũ quod enim tunc dictũ fuit euentũ magis q̃ cãm idicauit. Post
leprã & scabiẽ de impetiginibus iis a græcis oĩbus agitur fieriq; in nobis dicuntᷣ μιχθέντων ἰχώρων
.i. mixtis aquosis sanguinis ptibus quæ tenues & acres sint. crassioribus aliis in eodẽ sanguine aquo
sis partibus. Citoq; in scabiẽ & leprã transire nisi siccantibus remediis obuiã eatur. Purgato etiam
si opus sit toto prius corpore. Quales aũt in sũma cute uideantᷣ impetigines ex quo loco diximus
patet. In hoc gñe mitiores sunt: sunt & quas ἀγρίους græcorũ medici uocãt. Asperiores .s. & feras q̃s
illi esse dixerunt q̃ mediocriter siccãtibus remediis nõ cedũt acrioribus aũt irritantᷣ, quæ ferociæ
ppria in animalibus nota est diuisioneq; hac in isagoge sua Galenus ẽt usus est: licet in diffinitioni
bus lichenas simpł'r diffinierit asperitatẽ cutis cũ multo pruritu eẽ. Sed q̃rat forte aliqs: cur deter
mĩte Galeno in isagoge sua fieri lichenes ex salsa pituita & flaua bile. Nos mixtis aquosis sanguinis
Crassis & tenuibus partibus simul fieri eas diximus: obscurius forte q̃ decuit rem idicãtes. Ve
rũ sciat is nullã aut exiguã rei solã aũt noĩs cõtrouersiã esse: quas enĩ nos aquosas sanguinis partes
diximus græcorũ ἰχῶρες sunt humani corporis humores inter quos pituita & flaua bilis ẽt est. Fu
itq; quondã in humano corpore amplioris ambitus ea uox qua græci corruptos & incorruptos cor
poris nr̃i humores oẽs indicatẽt. In medicina aũt sanguinẽ & sanguini mixtos humores oẽs priua
tĩm significauit: neq; Homerus ex uulnere ueneris fluere ἄμβροτον αἷμα ἰχῶρα dicens aliud q̃ san
guinẽ itelligi uoluit: nihil. n. ex recẽti uulnere fluere aliud poterat. Diocles cõtra antiqssimus græ
corũ medicus antigono regi multa ad sanitatẽ pcipiẽs iter cætera. Dicebat uerna tẽpestate pfertim
q; Maio mense augeri in hoĩbus pituitã: & dulces ἰχῶρας: æstate contra flauã bilem & amaros ἰχῶ
ρας eosdẽ cõmixtos sanguini & carni hũores hos itelligens: Quos Pli. saniẽ appellauit pfertimq; li
bro xxviii. capite. x. cũ ait. Quidã inassati iocinoris sanie inungunt: sic enim cõtra oculorũ ĩbecilli
tatem

ἄγριοι λει-
χῆνες

ἰχῶρες

ratẽ remediũ docuit. Quod in secundo hoc uolumine hic dixerat. τοῦ δ' ἥπατος τῆς αἰγὸς ὀπτωμένου ὁ καταστάζων ἰχὼρ ἐγχριόμενος. Celsus nihil mutata rei æstimatione sanguinem ἰχῶρα hunc græcorum dixit lib. yi. capite de imbecillitate oculorũ uerba eius sunt: sed sic laborantes inungi oportet sanguine iocinoris maxime hircini: sin minus caprini ubi id coquitur excæpto: nos tunc Pliniũ secuti saniem uertimus: hoc aũt loco certius rem docentes nec celsi sanguinẽ nec Plinii saniẽ uocauimus sed ut certior res fieret aquosos sanguinis humores ἰχῶρας hos uocauimus: q quales sint poterũt uolentes intelligere secta uena educto sanguini post aliquod tp̃s superstare eos uidentes: cõmixtisq; diuersæ naturæ humoribus iis fieri impetigines antiquissimi græcorũ medici dixerunt: quos recte ne an cõtra saniẽ aliqs dixerit aliorũ in diciũ sit. Nos. n. credimus potuisse quõdã sanies id significare uerũ nostra ætate ab ea significatiõe lõgissime abest: ideoq; qui saniem pro illis reddiderunt dubitandũ nostra ætate reliquerũt: qd sanies antiqs latinis significauerit & quæ seruato in nobis adhuc sanguini mixta sanies intelligi possit.

Sanies.

DIOS. DE Nasturcio. Cap. cxli.

c

Ardamon sunt qui Cynocardamon: qui Iberida: qui Cardamanticem appellent. Aegyptii moth. Romani Nasturciũ dicunt. Probatissimũ creditur nasci in Babilone Nasturciũ. Habet calefaciẽdi uim quodcũq; & ubicunq; nascatur nasturcii semen. Acre idẽ est: stomacho nocet: aluum turbat: uentris lumbricos pellit: lienes minuit: fœtus in utero enecat: menses cit: & uenerẽ stimulat. Sinapis & erucæ semini æquale nasturcii semẽ est. Lepras & impetigines exterit: ex melle illitũ lienem minuit: & ulcera quos fauos noĩant purgat: adiuuat pectoris excreationes coctum: & in sorbitione datum. Potum serpentibus aduersatur. Suffitu easdem fugat: fluentem capillum cõpescit: & carbunculos erumpit ad suppurationem perducens. Sanat coxendicis dolores cum polenta & aceto illitum. Tumores inflãmationesq; discutit. Strumas præterea absumit ex muria illitum. Cuncta eadem sed minore efficacia olus ipsum & herba potest.

INTERPRES.

q

Vantũ Nasturcio sola uocis interp̃tatiõe laudis & gratiæ Plinius ademerat a nariũ tormẽto dictũ ostẽdens tm̃ sibi desiderii & honoris ex antiquissimis poetis accreuit. Quorũ alii canentes serẽda in hortis hoĩ esse cecis nasturcia dira colubris: optabile cõtra eas pestes nobis id olus fecerunt. Alii & si ridicule & in Theatro. Grauiter tñ nasturcii exẽplo monuerũt cauendum nobis ne ut illud siccitate sua ꝓpinqs plantis ad uitam suffecturos humores oẽs ad se trahit: arescentesq; emori cogit. Sic terra & inferiora hæc blãditiis suis nos retinentia q̃ homini data sunt diuinã mentẽ: sublime os: & cœlũ uidere: ꝑna & uentri obediẽtia faciat. Fit. n. i multis qd̃ Lepidissimus græcorũ comic⁹ cecinit: ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς αὐτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος. πάσχει δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα: qd̃ est. Sed ui trahit ad se terra cogitationis nr̃æ humorem: quod & nasturcia patiunt̃: quibus ut diximus natura est ꝓpinquis plantis necessariũ ad uitam humorem auidius ad se tractũ præripere: & eo destitutis siccitatẽ primo mox mortẽ afferre. Fecerunt & Persæ reliqs gentibus optabile idẽ hoc olus frugi tunc hoĩes quotidie eo cum sale uescẽtes. Amissam postremo illi oẽm eo uitio gratiã restituit q͛ animi torporẽ excitaret. Quã uim in eo græci sentientes Cardamon ideo forte dixerunt q͛ cordi quod ex tum græci cardian dicunt & animi sedem habet: utile & accõmodatum natura fecerat. Eius plures quondam ut uĩ appellationes fuerũt: sed oẽs ex eodẽ principio & ab eadẽ Cardami appellatiõe excæpta hiberide: quæ agreste nasturciũ est ut in primo uolumine diximus in Dioscoridis cõmentationes has irrepserunt. Cynocardamon. n. & cardamantice solo noĩe statim cardamon indicãt. Hiberis uero ut hic paulo ante dixit & ut nos auctore Paulo Aegineta tũc cõfirmauimus agreste nasturciũ est. Has ipsas uoces oẽs Apuleius ẽt in Cardamo numerauit: inuicẽ sibi iõ r̃ñdentes qm̃ inter satiuũ & agreste nasturciũ maxima sĩlitudo partiũ & uiriũ oĩum sit. Ob eãq; cãm uagis appellationibus inter se utuntur. Notum nũc olus ubique nasturciũ est. Cõtra uenenata p̃cipue usus eo Nicãder: usus & hic ipse cõtra Cenchridis uenenum quemadmodũ tunc copiosius docebimus: usus & Paulus Aegineta græcorumq; medici oẽs totiẽs & in tam multis ut non contemnendam medicinæ partem solum nasturcium expleat.

DIOS. DE Thlaspi. Cap. cxlii.

t

Hlaspi sunt qui Thlaspidion: qui persicum: qui erraticum sinape: qui myrtem: qui myopteron: qui desmophonta: qui bitrum appellent. Aegyptii siritempsu, Romani scandulaceum uel capsellam uel pedem Gallinaceum

uocant. Breuis & exigua herba Thlaspi est: foliis angustis digitali longitudine: in terram uersis in summo icisuris diuisis: & modice pinguibus: caule tenui: duorum dodrantum altitudine: paucis in eo adnatis. Et circa caulem fructu in summo modice lato: in quo exiguum semẽ est nasturcio simile disci figura & ueluti infractum. Vnde nomen inuenit. Flos illi albus est. Nascitur Thlaspis in semitis: fossis: sepibus: & circa domos. Semen illi acerrimũ est. Calefacit: bilem acetabuli mensura potum p superna & inferna purgat. Clystere ẽt cõtra coxendicis dolores infunditur. Quin enã potum sanguinem trahit: & interiores abscessus erũpit. Cit menses idẽ & fœtus in utero enecat. Retulit pterea herbarius crateias esse & alterũ Thlaspi: quod quidã sinape persicum appellant: latioribus foliis: & maiore radice. Miscetur & hoc his quæ contra coxendicis dolores clystere infunduntur.

INTERPRES.

a Lacertis quæ iisdem incultis locis quibus thlaspi nascit frequentes inueniunt Saurion pter alias ab hoc scriptore numeratas appellationes thlaspi hoc ẽt posteriores græci nominauerunt: quasi nõ satis a seminis figura quod infractũ & ueluti cõtusum uidetur indicasse id fuerit: nisi a notissimo insecto quod frequens in hac herba inuenit adhuc indicaret. Nomen illi ut testant oẽs a forma seminis factũ est θλάσθαι. n græcis contundi est & infringi: infringendoq; quod globosum tumidũ ue erat malleo: lapide: pede ue cum dilatatione exæquare. Quæ seminis in thlaspi a Dios. describitur fortuna: ideoq; Plinius lib xxvii. capite. xiii. lenticulæ effigie dixit esse: nisi q infringitur. Id ipsum hic non lenticulæ sed disco cõparauit cuius corporis eadem figura est. Addidit Plinius ẽr peltarũ specie quod eodem ptinet. Siquidem hederæ folio antiquæ peltæ forma similis fuit Nos a scriptore hoc nõ discedentes quod δισκοειδὲς ipse dixerat disci figura uertimus. Quæ aũt disci forma quondã fuerit athletæ & mathematici apposite nouerunt: Hi docentes solis corpus discum esse: illi in quotidianis ludis & spectaculis In eum usum ex lapide metallo ue aliquo confectum ueluti panẽ tractantes & quẽ iacentes uiriũ gloriam quærerent Thlaspi hoc ẽt ex ueteribus aliqui neutro: aliqui fœminino genere: aliqui simpliciter: aliqui diminutiua forma thlaspidion dixerunt Gelenus gñe fœminino θλάσπιν nominauit: & quod hic ait potũ sanguinẽ trahere ille contra coxendicis dolorẽ clystere infusum αἱματώδη κενοῦν: quod est cruenta euacuare dixit. Adiecit præterea Dios. persicũ & erraticum sinape a quibusdam Thlaspi hoc dici ex similitudine ut credimus uirium. Plinius non hoc sed alteᵱ illud genus quod auctore herbario Crateia hic ipse in extremo capite testatus est persicũ sinape uocari nec aliunde ut uidet in primum illud genus q̃ ex secundo hoc appellatio illa irrepsit. Cæteræ thlaspis appellatiões illæ cãm & originẽ suam nobis nõ ostendunt: eamq; ob cãm sine honore commentationis huius nr̃æ a nobis relinquunt Sciendum & illud quem hic καρπὸν. i. fructum uocat: in quo semen nasturcio simile est &c. Siliquam folliculumq; significare in quo cũ defloruit semen id inuenitur. Et quod nos diximus nasci circa domos: Barbarus uero uertit in monumentis ab hoc scriptore ἐπὶ θριγγῶν dici. Qui aũt θριγγοὶ græcis sint nouisse facillimũ est Ea. n. uoce quæ alioquin in ampliore significandi ambitu est inter cætera indicant περὶ φραγμα: περὶ βόλον, καὶ περὶ χαράκωμα, quod est septum: uallum: & loci alicuius munimentũ. Quam ob cãm quod in Barbaro legitur monumentis munimentis legendum esse credimus: facili in una littera librarii lapsu Nos rem & loca in quibus Thlaspi nascitur secuti circa domos loca illa oĩa complexi nasci diximus Plinius potum thlaspis semẽ bilẽ & pituitã utrinq; extrahere ait Galenus: Paulus Aegineta & hic χολαγωγὸν καὶ χολήν. i. bilem tantum.

DIOS. DE Arabide. Cap. cxliii.

a Rabida. Romani pariter græcis arabida dicunt. Cubitali altitudine arabis herba est. Virgas habet tenues: folia a lateribus earum utrinq; lepidii figura: molliora tãtum & cãdidiora. In cacumine umbellam sambuci figura. In qua candidi sunt flores. Coquitur cum ptisana arabis presertimq; in cappadocia. Quinetiam semen siccatum uice piperis edulis additur.

INTERPRES.

n Vlla est oĩbus antiquis scriptoribus qui de medica materia aliqd tradiderũt sub hac uoce arabis herba. Sic fit ur solum nomen modo nobis & legẽtibus ea sit. Peregrinam græciæ & Italiæ fuisse: & præter id in nullo medicinæ honore nõ leui argumento est q cæteri de ea penitus silentes ignotam sibi testant: q q; in ea quæ nũc historia ei⁹ habet nihil medicinæ utile inuenitur.

inuenitur. Nobis & illud aio obuersatur non esse legitimum scriptoris huius hoc caput: ex quo nō semel sed iterum in extremo hoc uolumine de eadem iisdem penitus uerbis agitur: non aliter q̃ q nullo sponsalium & nuptiarum ritu geniti: nataliumq; suoꝝ fide & honore non contenti : quod a principio defuisse sibi sentiunt beneficio principis impudenter sibi adesse uolunt. Neq; enim aliud est bis de eadem re pariter agi q̃ quoniam non satis ad ueritatem sit semel aliquid dictum fuisse re petito sermone quod alioquin non est: constituere omnino uoluisse.

DIOS. DE Irione. Cap. cxliiii.

Rysimon sunt qui chamæplion dicunt. Magi herculis farinam. Aegyptii Erethmu. Romani Irionem dicũt. Nascitur circa urbes: domorum areas: ruderaq; & hortos. Folia habet siluestri erucæ similia: Coliculos uitilium corrigiarumq; modo lentos: & luteos flores. In summo siliquæ corniculorum figura sunt: graciles: fœnogræci siliquarum specie in quibus tantilla sunt semina nastur cio similia: feruido sapore: in pectus destillationibus utilia: purulentis excreationibus: tussientibus: suffusis felle: coxendicis doloribus cum melle lincta. Bibunt ea/dem irionis semina contra lætalia uenena. Et ex aqua melle ue utiliter contra laten tia carcinomata: secundum aures abscessus quas parotidas dicunt: durities: testiũq; & mãmarum inflãmationes emplastri modo imponuntur. Extenuant in uniuersumq; calefaciunt Irionis semina. Mitiora fiunt cum clystere infundenda fuerint aqua prius madentia: mox per se cremata: aut in linteolo colligata: tum crusta ex pistorio opere inuoluta & tosta.

INTERPRES.

Si esset frugibus: leguminibus & oleribus idem qui homini sensus: liceretq; illis ut in republica sæpe aliqui fecerunt mutata fortuna transfugæ modo harum modo illaꝝ partiũ eẽ: dicerem ego græcis erysimon: latinis uero Irionem. Bacchi illius modo qui ab Aristophane in ranis suis nunc deus nunc homo: iterũq; dominus mox seruus uariante fortuna describit in aliis scriptoribus inter fruges: in aliis inter olera numerari uoluisse: tam incerta i antiquis scriptoribus historia eius est: tamq; aperte a Theophrasto & Plinio frugum: ab hoc ipso & Paulo Aegineta oleꝝ generi adscribit. Nec persuadebit unq̃ non esse frugem Erysimõ seu Irionem aliqs Theophrastũ de eo sic docentẽ audiens quo loco lib. ix. de plantaꝝ historia de frugum culmis in uniuersum sic agit τῶν δὲ θερινῶν κέγχρου μὲν καὶ μελίνου καλαμώδης, σησάμου δὲ καὶ ἐρυσίμου ναρθηκώδης quod est. Aestiuarũ aũt milii. i. & panici harundinaceus caulis siue culmus est. Sesami uero & erysimi ferulaceus. Rursusq; eodẽ lib. σήσαμος δὲ οὐδεὶς ἐσθίει χλωρὸν, εἰδὲ μὴ ἐρύσιμον &c. Ex quibus rõ cinari licet in censu frugum numeratum erysimon frugem esse: & ex culmo inter olera censeri nõ posse. Plinius itidem Theophrastum secutus frugibus Irionem ubiq; adnumerat lib. xviii. primũ capite. vii. Aestiua quæ æstate ante uergiliaꝝ exortum serunt ut miliũ: panicũ: sesama: irio. Mox iteꝝ eodem capite. Sesamo & Irioni sanguinea folia Nec multo post eodem libro sed capite x. Sesama ab Indis uenit: ex ea & oleũ faciunt. Color eius candidus: huic simile est in Asia græciaq; Erysimum: idemq; erat nisi pinguius esset: quod apud nos Irionem uocant medicaminibus adnumerã/dum potiusq; frugibus: Idem & lib. xxii. capite ultimo ait Irionem inter fruges sesamæ similem eẽ diximus: & a græcis erysimon uocari. Contra hæc olus aperte Dios non frugem describit a nasturcio statim & thlaspi: folio erucæ: coliculo non culmo: cornutis in summo siliquis non spicis aut paniculis: & si foenogræco similibus: quodq; frugi nunq̃ cõueniat inter rudera & circa hortos nasci. Et præter Dios. Paulus Aegineta libro primo capite de ueneris utilitate & usu: quo loco docens quibus cibis ad uenerem uti oporteat inter cætera monet comedenda ἐκ τῶν λαχάνων τὸ ὄρμινον τὸ ἐρύσιμον καὶ τὸ εὔζωμον &c. manifeste inter olera erysimum numerãs ut uidetur. Esseq; latinis Irionem: quod græcis & huic scriptori Erysimon est Satis tam multis locis testatur Plinius: præcipueq; libro. xxii. capite quo paulo ante diximus: quo loco integrum & iisdem uerbis totum hoc caput latinis reddidit: quod cognouisse omnibus paratum & in promptu ẽ. In tot itaq; tamq; diuersis antiquorum scriptorum auctoritatibus temere & ĩpudenter fecerit: qui in hoc aut illo genere Irionem numerabit: presertim docentibus Theophrasto & Plinio seri in agris & inter fruges Irionem: Dioscoride autem & Paulo Aegineta per se nasci locis incultis: & si seratur in hortis inter olera q̃d olus sit ferendum esse. Nobis ut credamus frugem a multis existimatum erysmon fuisse in cã siliquæ sunt: quas foenogræco similes erysimon habere hic ait: Quodq; inter fruges pabulo destinatas numerat. A multis uero olus folia agresti erucæ & semẽ nasturcio simile. Antiquores oẽs non se-

Latētia carcinomata

Carcinoma

tus q̄ de quotidiana & uulgari re de eo agunt. Alicubi nunc genus ēt pa℞ cognitum ē: ignotæ & appellationes illæ aliæ ideoq; a nobis relictæ. Mederi aūt Irionis semina Dios. ait latentibus carcinomatis: nō in occulto cōstitutis ut uox ipsa indicare uidet: sed nondum exulceratis. Sic n. si græco℞ medicis credendum est Hippocrates nōdum exulceratū hoc malum uocauit. Est aūt Carcinoma (quod sic uocare nunc magis q̄ cancrū decet) inæqualis: glomerosus: liuescens: aspectu teter & cū dolore tumor: qui in omnibus humani corporis partibus fieri possit. Siquidē in oculis: fœmina℞ locis: sed præcipue & sæpius in mãmis fit: qm̄ raritate sua fungosæ & inanes crassissimā nigræ bilis ex qua id malū constat materiā excipere possunt. Ex eo. n. humore cū referbuit oritur carcinoma. Eamq; ob cām nigro colore liuescit. Factum huic malo nomen a cancro aquatico animali est: qm̄ circa id implent & intendunt uenæ cancro℞ pedibus a glomere illo corporis descendentibus similes. Et si aliqui aliter dixerint: qm̄ difficillime euellat ab his partibus: in quibus ortum est: quēadmodū & cancer animal tenacius retinet: quæ semel apprehēderit; Sed prior rōilla magis ex re est. Graue hoc malū quod nec discoti nec auelli possit: nec purgatiōe corporis minui: sed tam malefici ingenii ut miuota remedia negligens asperioribus irritetur. Estq; cū exulceratū & cū nondum exulceratū sit: & hoc tm̄ κρυπτὸν. i. latens Hippocrates & alii græco℞ medici appellauerūt: cui Irionis semen mederi hic ait ex aqua & melle illitū: & si ex melle tm̄ antiqssimus græco℞ medicus Archigenes tritū illini iuberet: qm̄ post exulcerationem cōtra oīa huiuscemodi remedia recrudescit: neq; ante exulceratiōē spes alia est q̄ ut differat exulceratio & incrementum. Docet postremo hic scriptor qm̄ feruidæ naturæ semen Irionis est: clystereq; infusum urigine sua nocet: qua rōne diminuenda eius uis illa sit: ut mitius factum sine periculo prosit. Duplexq; modus ab eo ostēdit: alter ut cū antea in aqua maduerit cremet: alter ut in linteolo colligatū mox crusta ex opere pistorio inuolutum in carbonibus aut clibano cremet. Quem locū cæteri interpretes parū ex necessitate rei Pro crusta illa pistorio opere: & ex farina aqua macerata diu lubigendo facta adipe dixerūt: similitudine noium στέατος καὶ σταιτὸς decæpti: quo℞ alte℞ adipem significat: alte℞ farinam aqua cōspersam tum diutius ad panificiū subactam anteq̄ fermentescat in longum & in quācūq; formā uoluerit aliquis ductilem & sequacem: De qua coquēdi multa ad medicinā rōne & necessitate nihil mō ultra hoc a nobis dicet: qm̄ in Scylla ite℞ & certius de tota hac re agēdum erit. Dictaq; tūc a nobis oīa ad hanc Irionis seminis coctură referenda erunt. Nunc satis breuiter signasse rē sit: nec adipem sed crustā & inuolutū ex opere pistorio intelligi hoc loco Erysimū oportere legētes monuisse.

DIOS. DE Pipere. Cap. cxlv.

PEperi. Romani piper dicūt. Breuis in India fertur nasci piperis arbor. Fructum fert a principio siliquæ modo oblongū: quod longū piper est. Clauditq; intra se quod exiguis milii seminibus simile sit integrū & absolutum mox futurū piper. Id per maturitatē legitimo tpe dehiscens racemos ex se mittit granis quæ nouimus onustos ✠ aliis uero acerbis: quæ candidum piper sunt: oculo℞ medicinæ antidotis: & his quæ cōtra uenenata conficiuntur præcipue accomodatis. Efficacissimam habet erodendi uim longū piper: habetq; & saporis amaritudinē aliquā: qm̄ importune & anteq̄ maturuerit lectum est: ideoq; antidotis & his quæ contra uenenata cōficiunt cæteris aptius. Nigrū maiore acrimōia est q̄ candidū: gratius in cibis: & ꝙ tempestiue maturuerit odoratius: condiendisq; obsoniis utilius. Cādidū ꝙ acerbum est ob imaturitatem suam antedictis duobus ignauius. Eligito piper quod ponderosissimum sit: plenum: nigrū: nec adeo rugosum: recens ꝑterea nec furfurosum. Inuenit in nigro pipere quod tabidum: inane: leueq; sit: uocaturq; id gentis eius uocabulo bralma quasi abortus. Est uniuerso piperi cōis natura & uis calefacere: urinā ciere: cōcoctiones adiuuare: extrahere: discutere: & quæ claritati oculo℞ officiunt extergere. Contra circulatiū febriū cum tremore algores bibitur piper & inungitur utiliter. Succurrit idem uenenato℞ morsibus: Fœtus ex utero trahit. Creditur & sterilitatem facere post coitum muliebri uuluæ subditum & appositum. Tussientibus; cūctisq; aliis pectoris uitiis linctu potuq; succurrit. Contra anginas utiliter ex melle inungitur. Tormina cum lauri teneris foliis potum piper finit. Capitis pituitas per os purgat cū Taminia uua cōmanducatum. Somno idem dolores leuat, Somnum & appetentiam cibi conciliat, Cōcoctiōem

adiuuat. Vunturq; ob id eo ad intinctus. Discutit strumas pice exceptũ piper. Vi-
tiligines cũ nitro exterit. Crematur piper in noua testa carbonibus imposita: & eo-
dẽ quo in cremanda lente modo fit cõtinue miscet. Non est quod aliq̃ crediderunt
queadmodũ mox ostẽdemus zingiber piperis radix. Costo.n.non zingiberi similis
ea est sapore feruido: oris pituitosos humores & saliuam prouocans. Eadẽ ex aceto
illita nec minus ẽt pota lienem minuit. Purgat & hæc capitis pituitas per os cum ta-
minia uua quam pedicularem herbam aliqui uocant cõmanducata.

INTERPRES.

Redebanť quondam poetæ cum in Theatris canerent fore aliq̃n sæcula quibus Oceanus uincula rerũ laxet: & ingens pateat tellus: typhisq; nouos iam detegat orbes: nec sit terris ultima thyle ea dicere: quæ ad implendos suspendendosq; nouæ rei expectatiõe & metu plebis animos ingeniose ab eis excogitata magis q̃ optanda & speranda sapientibus essent: cum tñ doctibus musis deoq; plenie a uaticinarentur: quæ nostra ætas a Lusitanis regibus facta iampridem sensit: & quotidie fieri adhuc uidet. Quorũ nunq̃ satis laudauerit quispiã p humana re laborẽ: studiũ: consiliũ: & regiam operam. Longa siquidem & difficili in Indiã nauigatione incognitũ Europam: Asiam: Lybiamq; incolentibus ad hanc diem orbem nobis aperuerũt. Et quas habet diuẽs illa & beata regio naturæ opes cões oĩbus lecerunt. Licuitq; eorũ auxilio diligenter naturã nouisse ingrentibus: quæ antiq̃s scriptoribus incognita: aut aliter q̃ nunc inueniantur tractata fuerunt integre cognoscere. Inter quæ & piper est: cuius natales & oẽm naturã aliter q̃ Theophrastus Plinius & hic ipse quondã tradiderunt reuersi ad nos plures inuenisse se narrant. Fruticem.n.non arborẽ piper ferre affirmant albæ uiti: quæ in sepibus plerunq; inuenitur similem: ppinquas scandentẽ arbores: quæ racemosum fructũ ferat: magnitudĩe ea qua uideť sed uiridem: nec aliter q̃ i ligustro coaceruatum anteq̃ maturitate nigrescat: lectũq; æstate ante integram maturitatem sub sole in palmeis tegetibus expandi: caloreq; solis & æstu corrugari & nigrũ fieri Nec longũ aut album piper aliquod uidisse illic se dicunt: esse quidem arbores alias quæ sapore piperis aliquid ferant: & inter eas cui conferre in nostro orbe aliquã posse se negant: quæ oblongum ueluti uillum inter folia ferat ponticæ nucis floribus similem: quod illic longum piper incolæ appellent. Folium piperis ipsi uidimus ab eis allatum colore pallido magis q̃ herbaceo longitudine quãtum diuaricati pollex & index humani digiti aperiuntur: latitudine qua parte maxime patet quatuor digitorũ: plantaginis figura præterq̃ in summo cui habet numero pares & figura similes a tergo fibras septẽ p longitudinem extensas: mediam claudentibus utrinq; trinis: non tñ ut in plãtagine utrinq; binæ a mediana scunť: sed inæqualibus interuallis utrinq; pdeunt In summo fastigiatũ & acuminatius q̃ plantaginis extremum foliũ est. Definitq; in mucronem eodem quo in malo medica modo uidetur: non omnis: sed in qua foliũ acuminatũ est: idq; in piperis frutice breui pediculo pendet: & qua parte a pediculo incipit foliũ paulo minus q̃ rotundum est. Quæ oia dicta longius a nobis sunt nõ ut antiquorũ historias damnemus. Sed ut meminerint toto hoc opere legentes q̃ difficilis omnibus medicæ materiæ fuerit & futura semper cõmentatio sit: presertimq; ubi parũ integra ueterũ cõmentaria totam rem miscent. Quale hoc caput est in quo deprehensum uitium uiti nota illa nostra signatũ fuit: ut ea nota scirent legentes deesse illic aliqd quod ad nigrum piper pertineat. Vbi enim hic ait dehiscentem piperis siliquã racemos ex se mittere granis: quæ oẽs nouimus onustos necesse est desiderari aliquid: q̃tum aũt id sit nõ facile coniiciat aliqs. Quid uero rẽ ipsam intuentibus in promptu erit. Ex quo.n. statĩ subiicit. Acerbis aliis quæ cãdidum piper sũt: necesse est tradidisse eũ antea de nigris & maturis piperis granis Estq; uitii & mendæ huius non coniectura tñ: sed necessitas. Nunq̃.n. græci particulã δὲ subiiciũt: quin antea μὲν. & cum ea aliqd aliud pmiserint: Sequuntur enim particulæ illæ se inuicem: habentq; secernendi distribuendi & distinguendi rõnem. Eãq; ob cãm uerisimile est dixisse Dioscoridem dehiscentibus siliqs illis alia pendere matura grana q̃ nigrum piper sunt: alia uero acerba quæ candidũ. Confirmat id quod paulo post subiicitur cũ de uniuersi piperis uiribus agitur. Sumpto enim principio a longo ad nigrũ deinceps & albũ Dios. descẽdit: cũ tñ nigri nunq̃ ante a meminerit Eam ob cãm monemus restituendas aut cogitandas saltẽ legentibus illic uoces aliquas: quæ ut de candido: sic ẽt de nigro pipere aliqd cõstituant. Obseruauimus præterea in antiquioribus & melioribus græcis non multo pcul a fine deesse σαφίδ' ἀγρίαν ne passam uuam simpliciter: sed Taminiam uuam quã staphidagriam nominãt locus & remediũ habeat: Persuasitq; addendum illud esse nõ antiquorũ codicũ fides tñ: sed hic ipse ẽt lib. iiii. quo capite de taminia uua agit: quã per os capitis pituitas purgare cõmanducatã pariter dixit. Accessit & illud q̃ in extremo capitis calce hic ait radicem piperis non cum passa uua sed cũ staphidagria .i. cũ taminia uua cõmanducatam easdem habere uires eodem utrobiq; aut nõ dissimili saltem remedio Mutatum & illud ex antiquorũ codicũ lectiõe est quod alii salubre in cibo piper esse dixerunt ex cõi lectiõe ὑγιεινὸν uertentes. Nos aũt somnum facere: ὕπνον.n.non ὑγιεινὸν in aliis legiť.

Probauimusq; hoc magis q̄ illud: q; res ipsa & sequax sermonis cursus exigere id potius uidebat. Monemus & illud quod a principio dicendum fuerat piper: zingiber: & aquaticum piper: tria deinceps descripta hoc loco capita: saporis & uirium similitudine inter olera inueniri: alioquin non erat his nunc locus. Siquidem inter peregrinas plantas & quas posteriores species dixerunt numerandæ fuerant: sed feruens earum natura & igneus sapor nasturcio: thlaspi & irioni feruidæ naturæ plantis quasi congeneres coniunxit.

DIOS. DE Zingibere. Cap. cxlvi.

z Ingiber. Romani pariter græcis zingiber dicunt. Zingiberis diuersa a pipere & sui generis planta est. Plurimum in Troglodytica & Arabia nascitur. Fronde eius ad multa & in quibus nos ruta utuntur pulmentis potióibusq; eam miscentes. Habet zingiber paruas radices quadrati odorati iunci forma: albescentes: odoratas: sapore piperis. Eligito aūt zingiberis radices quæ teredinem nō senserint. A plerisq; q; facillime putrescunt sale inueterantur: fictilibusq; in Italiam deuehuntur in cibo cum salsamentis utiles. Calefaciendi uis & natura zingiberi ē. Concoctiōem adiuuat: aluum leniter mollit: stomachoq; accomodatum est. Facit ad ea quæ claritati oculorum officiunt: & antidotis miscetur. In uniuersumq; piperis uires paulominus q̄ totas æquat:

INTERPRES.

q Vi de pipere ex India ad nos reuersi quæ supiore capite dicta a nobis sunt retulerūt: iidē zingiber gramini simile in India nasci dixerūt: geniculatū nouasq; subinde radices agens longius sub terra augeri: inueniriq; ubiq; non aliter q̄ & nostrū gramen: bisq; aut ter folia per annum proferre quæ harundinacea sint: sed non tantæ longitudinis latitudinisq;: nihil eo frequentius tota illa regione & copiosius nasci: ingensq; saporis discrimen extempore quo lectum fuerit sentiri. Quodq; Galenus & post eum Paulus Aegineta dixerunt ideo teredinibus tentari: sentireq; cariem & perforari q; crassioris cuiusdam & ineuictæ humiditatis particeps sit: fieri id illi dicunt cum importune per uer ante maturitatem lectū fuerit: esseq; opportunum legendi tempus cum folia illa aruerint. Idq; in effodiendo zingibere ab indis obseruari.

DIOS. DE Hydropipere. i. aquatico pipere. Cap. cxlvii.

h Ydropiperi. Romani hydropiper siue aquaticum piper dicunt. Nascitur aquaticū piper prope stantes aquas aut leniter fluentes. Geniculatum caulem ex se mittit: solidum: circa quem alarum cōcauitates & folia mentæ similia sunt: maiora tm̄: teneriora: cādidioraq;: sapore ceu piperis acri: non tn̄ odorato. Semen in ramulis fert secundum folia nascens: acinosum: acre & ipsum. Discutiunt folia cum semine illita tumores duritiesq; omnes: sugillata delent. Siccata eadem tusaq; pro pipere sali & obsoniis miscentur. Radicem babet exiguam sed inutilem.

INTERPRES.

n Ulla Plinio latinisq; aliis scriptoribus sub hydropiperis titulo & uoce planta hæc est. Nec qualem hic describit prope aquas nascētem inuenire adhuc licuit. Vidimus tn̄ in antiquissimo latino Dios. & qui longobardis litteris scriptus sexcētorum annoꝝ uetustatem refert hydropiperis appositā imaginem diligenti ut erant ea tpa pictura effigiatam. In qua descriptioni huius scriptoris omnia cōueniunt: caulis: geniculi: alaꝝ cōcauitates: folia: foliorūq; color. Vnū in fructu discrimen tm̄ est. Quod. n. hic ait in ramulis secundū folia nasci: & acinosum esse in ea pictura in summis ramulis est uasculi potius q̄ folliculi aut siliquæ figura: indicatq; in eo claudi semen quod hic cū s uctu miscet fructum uasculum: & in eo semen simul appellans. Quod deficientibus cōiecturis aliis non penitus ab re audisse fuerit. Quēadmodum nec inutile ē̄ ex aliquarū plantarū natura cognoscere quæ aliquando nobis in hoc opere alarum cōcauitates in plantis sunt. Græci translata ab humano corpore appellatione μασχάλας dicūt caua quæ aliqñ bina: aliquādo singularia & ex interuallo semp in plantis uident humanis alis similia: in quibus ueluti lacuna est. Sunt aūt hominis alæ qua parte brachium humero cōiungit ex interiore parte: in quibus nō aliter q̄ i pectore pubes aliqua nascitur uirosi plerūq; odoris. Earū similitudine cōcauos geniculos quales in harundinibus & plerisq; aliis sunt μασχάλας græci Romani alas dixerunt: ab adnatis eo dis-

Alaꝝ cōcauitas

μασχάλαι

ferentes q̃ ex alis noua semper germinatio pdit: adnata uero nullam hñt certam partẽ unde emergant. Diximus hoc capite ẽt quod in Barbari editione nõ legitur a librariis forsan imprudẽter relictum sugillata delere hydropiperis semina: ea significantes: quæ græci ὑπώπια dicũt facto ab eis noĩe q̃ frequenter & citissime sub oculis fiunt: cũ ex cõtusione ultimam cutem sic subierit sanguis ut appareat: latini a suctu sugillata quo solent in amoribus suis uti aliqñ homines amoris & uoluptatis suæ uestigia in alieno corpore eodem modo relinquentes: quo tpe ut Lucretius cecinit quod petiere p̃munt arcte: faciuntq; dolorem corporis: & dentes illidunt sæpe labellis: osculaq; aff gunt. Vtraq; ãt gens non tm̃ q̃ sub oculis ex contusione aut suctu fiunt suis uocibus appellauerunt: sed q̃ in reliquo corpore etiam & ex quacunq; iniuria nigrescunt: eousq; ut qui candido colore antea unguis erat ex contusione uulnere ue nigricans eadem hac uoce indicetur. Neq; aliud sugillata latinis sunt q̃ liuores: & quæ ex flagellis uibices in humano corpore remanent.

ὑπώπια
Sugillata

Sugillata

DIOS. DE Ptarmice.i.sternutamentaria herba. Cap. cxlviii.

P Tarmicen. Romani sternutamentariam dicunt. Breuis frutex sternutamẽtaria herba est: paruis: multis: teretibus: & abrotano similibus ramulis: circa quos folia multa sunt: oblonga: oleaginis similia. In summo habet chamæmali.i.anthemidis figura capitulũ rotundũ: acre: quodq; olfactu sternutamenta proritet: unde & nomen inuenit. Possunt folia cũ floribus emplastri modo imposita delere sugillata. Flores sternutamenta efficacissime mouent. Nascitur montanis & petrosis locis.

INTERPRES.

E X re nomen habet Ptarmice: Ptarmon enim græci sternutamentum uocant in quo egregiã necesse est habere uim: ex quo tam præsenti salutis augurio & honore dignata eam græcia est. In nullo quod hactenus sciam herbarum censu sub hoc nomine latinis Ptarmice est: & si Barbarus in corollario suo testet a qbusdam hanc ipsam diptarmicem dici Meminerũt eius tamen inter græcos Galenus & Paulus Aegineta eadem omnia quæ Diosco. posse eam testati: adiiciẽtes tantum uiridem sugillata liuoresq; alios discicere.

DIOS. DE Radicula siue lanaria herba. Cap. cxlix.

S Truthion sunt qui Cedren: qui a purgando Catharsin: qui Struthocamelon: qui Chamætryton.i.humi sparsam appellẽt. Magi Challyrriton: Aegypti Aeno: Aphri Sirin: Romani radiculam siue herbã lanariã uocant: nota omnibus lanaria herba est: qua fullones in purgãdis lanis utunt. Habet radix eius acrimoniam: urinam ciet: iocinorosis subuenit: succurrit & tussientibus: nec nisi recta ceruice spiritibus cochlearis põdere cũ melle sumpta. Aluum præterea deiicit cũ panace & capparis radice sumpta lanaria herba. Calculos uesicæ frangit & cũ urina pellit. Duratos lienes eadem minuit. Apposita menses ducit & in utero fœtus manifeste enecat. Lepras emendat cum polenta ex aceto emplastri modo imposita. Cum farina hordeacea in uino elixa panos discutit. Miscetur præterea collyriisque ad claritatem oculorum conficiuntur. Miscetur & malagmatis. Sternutamenta hęc etiam cit. Concisaq; naribus cum melle instillata per os purgat.

INTERPRES.

C Vm lanas ad æsypum qui illotus & in sordes concretus ouiũ sudor ẽ ἀσρουθίστους & ut nos credimus μὴ ἐστρουθισμένας hoc ipso uolumine idem hic scriptor laudaret & exigeret: satis monuit: quem in antiquo lanificio usum hẽt struthion lanaria herba ob id quõdã a Romanis dicta. Purgabat enim & quod nunc aptius alumine in plerisq; fit ad imbibendos alienos colores: quibus alioquin impedimento erat æsypus ille præparabat: Eum.n.nos credimus eius fuisse usum. Plinius.xix uolumine capite tertio ad candorem & mollitiem lanarũ struthii succo usos fuisse antiquos ait. Idem mox eñ.xxiiii.capite.xi. quod nos pauloante diximus his uerbis testatur. Tingẽtibus & radicula ramos præparat quam struthion uocari diximus a græcis &c. Diuiditq; in eodem usu quod in græcis alioquin unum est: & ramulis struthii tribuit quod radicibus illi tribuerunt: q̃ succo saporeq; asperæ ad ibibẽdos colores unguine sordidas p̃parant lanas. Possunt qdẽ quod Plinius ait purgatas æsypo lanas candidiores reddere: sed illud obiter est. Quod aũt ab in-

fectoribus primũ:& ut græci dicunt ϛρουθίον a ſtruthio quærebatur purgatio fordiũ & æſypi unguinis erat. Neſcimuſq; nosquosnam Plinius ramulos in ſtruthio appellauerit Radicibus n. in tingendo ut diximus utebantur: oſtenditq; latinum nomen radicum iis fuiſſe uſum Neq; enim aliá ob cauſam radicula q̃ ex potiore uſu dicta a Romanis eſt. Quin etiá nihil fere excæpta radice ſtruthion eſt quá per longitudiné & in latera ſubterra nõ in altum extendit, pferentibus ſe ex interuallo graminis modo:& quaſi ex geniculis quinq; in unũ collectis plerunq. foliis ex quibus coliculi cũ floribus pdeunt. Vulgaris & ubiq; locis incultis naſcens herba folio ut diximus in ceſpitem conſerto:& per interualla ex eadé radice erũpente Lauri figura uerum maiore. Latini ab uſu Lanariam radicem & herbá & ab eius præcipua & utiliore parte radiculá dixerũt: Vnde aũt græci ſtruthion noíauerint nõ ſatis nũc patet; niſi forte a folioꝝ poſitura: quæ auium alas quadátenus imitant̃ nomen illi fecerunt. ϛρουθὸν. n. & ϛρουθίον ea gens paſſerem: & minores alias appellat aues Quod ſi in cibos radix hæc tranſiret crederemus ob caliditaté quá in quarto ordine habet Venerem ſtimulare: & ob id ſtruthion dictam. Græci enim ϛρουθὸν paſſeré dicũt: & ab eius auis ſalacitate ϛρουθοὺς q̃ſi paſſeres ad Veneré ꝓcliuiores hoíes: & ex ea rõne id facientem herbá ſtruthion etiam dicere potuiſſent. Sed nihil hoꝝ p cõperto eſt. Hanc Dioſ. ait in nares coniectam ſternutamenta excitare: in quem uſum Celſus ét libro quinto capite. xxii eam recæpit Recæperunt & ueteres græcoꝝ medici in iecoris medicina cuius qm̃ ſunt plures cunctæq; graues affectiones non fuerit ab re quoſná Dioſ. aliiq; græcoꝝ medici priuatim ἡπατικοὺς; latini uero iocinoroſos dixerunt hoc loco certius docere: ne audita in ſcriptore hoc ea uoce pendeant animo legentes quodnam iecoris malũ in ea intellexiſſe oporteat inflãmationé ne an duritiem: an abſceſſum: an exulcerationé: an obſtructioné: an infirmitatem quá græci ἀτονίαν dicunt. Oíbus enim iis affectionibus uitiatur iecur: nec uerifimile é ex oíbus iis hepaticos a græcis: a latinis iocinoroſos dici homines: Galenus in diffinitionibus ſuis hepaticos eſſe dixit; quos diutinus iecoris dolor comitat̃ cũ tumore ſoliditateq; & corpis malo coloré addiditq; æſtuoſam accédi in iis febré cũ ariditate linguæ. Cæteri tñ græcoꝝ medici priuatim hepaticos uocari dixerunt: quibus ἄτονον debile infirmũq; iecur eſt: quodq; amiſſa aut languente ui ſua irritas functiones ſuas habet Duratos lienes ut hoc ét lanariæ herbæ demus; idem Galenus ait lienis tumorem eſſe: cum maior duriorq; lien & in tumorem ſurgens ſentitur.

ἡπατικοὶ

Iocinoroſi,

Durati lienes

DIOS. DE Cyclamino quam tapum ſiue umbilicum terræ: & aliqui orbicularem nominauerunt. Cap. cl.

C

Yclaminon ſunt qui ab hederę flore Ciſſanthemõ: q ab eiuſdé folio Ciſſophyllon: qui a teſtudinis figura quá radix habet Chelonion: qui q; piſces ea necant̃ Ichthyoteron: qui clinen: q arcara appellãt. Oſthanes Aſpho: Magi Miaſpho: Aegyptii Theſce. Romani tapum ſiue umbilicum terræ appellãt. Hederæ folia habet terræ tapum: purpurea: uaria: ſupra infraq; albicantibus maculis. Caulé longitudine quatuor digitoꝝ profert: glabrum: carentéq; foliis. In quo flores roſatum figura ſunt colore ad purpuram inclinato. Radix illi é nigra rapo ſimilis in latitudiné ſe pandés. Quæ in dulci aqua pota pituitam & aquas per inferna trahit. Menſes eadé pota cit & appoſita: Fertutq; ſi prægnans mulier cyclamini radicem tranſilierit abortum fieri. Adligata prægnantibus partus adiuuat. Bibitur & in uino cõtra uenenata oía: præcipueq; marinũ leporé. Aduerſatur eadé ſerpentiũ iniutiis emplaſtri modo impoſita. Vino addita ebrietaté facit. Bibitur contra ſuffuſiones fellis utiliter pondere drachmarũ triũ in paſſo aut diluta aqua mulſa: oporte q; bibentes calenti cubiculo reclinate: pluribuſq; ſtragulis ad ſudorem inuoluere qui colore fellis exſudabitur. Inſtillatur cyclamini radicis ſuccus cum melle naribus ad capitis purgationé. Sedi ét ad ducenda excrementa in lana apponitur. Vmbilico: pectini: & coxendici ſuccus idé ille illitus aluũ mollit ueꝝ abortus facit. Inũguntur eodem utiliter ex melle hebetes & ſuffuſi oculi. Abortiuis medicamẽtis miſcetur. Compeſcit ꝓcidenté ſedem cum aceto inunctus cyclamini ſuccus: qui ex radice exprimitur tuſa: & cũ expreſſus fuerit ad craſſitudinem mellis decoquit̃. Exterit & cutem radix. Eruptiones papularũ reprimit. Vulneribuſq; per ſe ex aceto aut ex melle medetur. Lienes eadé minuit emplaſtri modo impoſita. Emẽdat præterea

adusta sole: capilliq; defluuia quas alopecias dicunt. Fouetur decocto eius etiã utiliter luxata, podagræ, perniones & quæ fiunt in capite ulcera. Ipsa etiã radix in uetere oleo inferuefacta ad cicatricẽ perducit quæ oleo illo inuncta fuerint. Excauatur in eundem usum eadem radix: cauumq; illud oleo impletur: tum in feruenti cinere collocatur adiecta aliqñ tyrrhena cæra ut lentescat glutinosumq; fiat pernionibus utilissimum unguẽ. Seruatur & radix in taleolas secta scyllæ modo. Ferũtq; ad amoris ueneficia tusam confõrmãtamq; in pastillos eandem hanc radicem sumi. Nascitur Cyclaminus quæ latinis rapum aut terræ umbilicus est umbrosis locis presertimq; sub arboribus.

INTERPRES.

St præter nũeratas a Dios. Cyclamini appellationes ubĩ nostra ætate porcoꝝ: ubi terræ panis cyclaminus appelletur. Nullusq; non audito alterutro noĩe ubiq; fere inter sepes & uepres nascentem plantã intelligit quã subulci pecori suo gratã cognouerũt: & ab eo nomen illi fecerũt porcinũ panem appellãtes. Cæteri antiquũ cyclamini nomen ignorantes a panis figura sub terra latẽtem eius radicem terræ panem uocauerunt Nihil in agro agentibus nũc etiã notius: nigro colore radix in orbem circũacta: non tñ in globũ surgens sed ueluti pressa pondere in latitudinẽ se explicãs eadem forma qua nũc in quotidiano usu panes uidentur. Qui primi nomẽ illi fecerunt circumactã in orbem eius circinationem cõtemplati ἀπὸ τοῦ κύκλου quasi ab orbe cyclaminon .i. orbicularẽ dixerunt. Fuitq; hæc prior & antiquior plantæ huius appellatio. Secuta ætas non radicem sed folia eius cõtẽplata q hederacea essent cissanthemon & cissophyllon eandem nominauerunt κισσὸν .n. græci hederam dicunt: & si in prima hac cyclamino lõge maiora q̃ hederæ folia sint: solamq; hederæ figuram in folio referat. Nõ defuerũt quondam ẽt qui a testudinis forma Cheloniam eandẽ dicerent: quemadmodũ non desunt itidem qui ideo testudinis nomen retulisse dicãt qm̃ ea id animal uescatur: quẽadmodũ contra pisces oderũt qui nõ secus q̃ ueneno aliquo in aquam coniecta cyclamino enecãtur: ideoq; piscĩũ uenatio dicta fuerit Plinius tertiã cyclaminum id facere dixit cuius hic nõ meminit. Romani scriptoris huius historiã secuti rapũ terræ uel umbilicũ uel tuber dixerũt: qm̃ hic dixerat radicem esse nigrã rapo similẽ. Vmbilicum autẽ qm̃ ut in aliqbus circinata forma umbilicus est sic & cyclaminus sub terra uideatur. Dico aũt umbilicum nõ qualis in hoĩe cæterisq; animalibus media pars est. Sed quales in Epigrãmate suo Martialis dixit Iam peruenimus usq; ad umbilicos extremã uoluminis clausurã quæ aut nodus aut fibula opus claudebat. Vidimus nos aliqñ cyclamini radicẽ globo & lantitudine amplissimi panis: ex qua folia erumpebant: & inter folia flos breui pediculo potius q̃ coliculo fulgens in quo color erat qualẽ hic describit. Plinius colossinum uocat. Nec ambigendũ de eo colore erit qui cyclaminum florentem uiderit. Eũdem li. xxv. idem purpureũ dicit Nec uidetur tantus scriptor in his sibi constare. Habet ut uidetur cyclaminus numerosas & egregias in medendo uires quas paulo minus q̃ oẽs nouit & indicauit ante Dioscoridem Theophrastus lib. ix. de plantaꝝ historia ostendẽs & ipse adalligatã cyclaminu partus adiuuare: prodesse ad amores: subdi mulieribus: purgare caput: ulceribus ex melle mederi: & ne longiores simus nihil non idem in utroq; est. Addidit Theophrastus tantum cremari radicem cyclamini tum uino restingui: cinereq; eodẽ quo sex modo in pastillos conformatum seruari.

DIOS DE Altera Cyclamino. Cap̃ cli.

St & alterum terræ rapum siue umbilicus. Cissanthemon aut Cissophyllõ a foliis floribus ue hederæ aliqui appellant. Folia & hæc hederæ habet minora tantum: Caules crassos geniculatos ꝓpinqs arboribus palmitũ inuitibus mõ se inuoluẽtes. Flores fert cãdidos: odoratosq;: fructũ acinoꝝ uuæ figura corymbis hederæ similẽ: mollem: sapore acrẽ & glutinosum. Inutilis radix illi est. Nascitur asperis locis. Potũ semen eius drachmæ põdere in uini albi cyathis duobus quadraginta diebus per aluum urinamq; lienes minuit. Bibitur idẽ contra non nisi recta ceruice spirandi difficultates. Potumq; effœtas a puerperio purgat.

INTERPRES.

a Alteram cyclaminum hãc a superiore illa diuersam faciunt minus in latitudinem exæquata & globosior radix: longiores coliculi quibus in alias arbores uitium modo ascendit: folia

longe q̃ illius minora quantitate: incisuris: totoq; habitu hederacea: Ob quam causam Plinius ait hanc tantum cissanthemon dictã fuisse: Flores candidi odoratiq; qui in illa purpurei sunt & sine odore: Acinosus fructus & qualis in hedera corymbace us: & quod ad medicinã pertineat radix inutilis quæ sola in altera illa expetitur & usum habet Hæc asperis locis nascens: illa inter uepres & in sepibus. Hanc ipsi non uidimus nec possumus oculati testes eius legentibus esse.

DIOS DE Maiore dracunculo. Cap. clii.

Racontian maiorẽ. Sunt qui Aron: qui Isaron: qui Iaron: qui hieracium: d qui Viaron: qui Arinagrion: qui cyperida: qui Sauriariã: qui Sigingiariã uocent. Romani colubrã siue serpentariã dicunt. Nascit̃ dracunculus maior umbrosis locis circa sepes. Caulẽ habet rectũ: bicubitalẽ baculi crassitudine: uersicolorẽq; innato liquore ut angui similis uideat̃. Abundant & eminent in eo purpureæ maculæ. Folia fert rumicis sibi inuicẽ implicita: semen in summo caule racemosum: cinereo a principio colore: cũ maturuit deinde capillamentorũ: croci colore: puniceumq;. Radix maiori dracũculo est grandis: rotũda: candida: tenui libro uestita. Carpit̃ herba maturescẽte iã semine: succusq; ex ea exprimit̃: siccaturq; in umbra effodit̃ per messem radix: lotaq; in taleolas secatur quæ funiculo traiectæ in umbra siccant̃. Calefaciendi uis & natura maioris dracunculi radici cũ diluta uini potione est. Prodestq; tosta & elixa cũ melle in eclegmate nõ nisi recta ceruice spirantibus: ruptis: cõuulsis: tussi: & a capite in subiectas partes destillatiõib9. Pota eadẽ in uino uenerẽ stimulat. Concisa & ex melle illita phagedenica & malefica ulcera præsertimq; addita uite alba purgat. Conformant̃ ex ea ẽt addito melle collyria ad fistulas & fœtus ex utero educendos. Ex melle inũctæ ea ẽt uitiligines delentur. Polypos nariũ & carcinomata absumit. Vtilis & succus ei9 oculorũ medicinæ cõtra nubeculas: albugines: caligines q;. Abortiuus radicis hei bæq; recẽtis odor est Quin ẽt pota seminis in posca triginta grana idem præstant. Quidam & succo utti-usq; cõtra dolores auriũ usi sunt cũ oleo instillantes. Folia ẽt ueluti adstringentia recẽtib9 uulnerib9 & puiõib9 i uino decocta i posuerunt. Ferũt pterea nõ uulnerari a uipis eos q man9 dracũculi foliis cõfricauerit: aut radicẽ ei9 effossã maib9 gestet.

INTERPRES.

e Rit legentibus & nobis nõ leue laboris cõpendiũ: si anteq̃ de maiore dracunculo agat̃ tota minoris medicina & historia pariter reddita fuerit. Sunt.n. utriq; paulominus q̃ cũcta cõmunia: tamq; in minore incerta mixtaq; cũ maiore multa ut cõtinuato sermone de utroq; utilius dixisse fuerit. Aequo animo ob eam causam tantisper dum hoc agimus differri sibi nostra dracunculi commentationem legentes patientur.

DIOS. DE Minore dracunculo. Cap. cliii.

Abet Dracunculus alter hederæ folia: grandia: & in foliis albescentes ma/ h culas. Caulem rectũ: bicubitalem: uario colore: anguiũ modo maculosum intercurrentibus purpureis lituris: baculi crassitudine. Semen in summo racemosum: herbaceo: primũ cũ maturuit aũt capillamentorũ: croci rutilo colore: gustumq; erodens. Radix illi est rotunda: bulbosa: raphano similis: tenui libro uestita. Nascit̃ in umbrosis circa sepes & septa. Est semini succoq; par uis quæ auriũ dolores siniat: in quẽ usum auribus cum oleo instillat̃. Idem naribus in lana appositus polypũ absumit. Inunguntur eo ẽt utiliter carcinomata. Pota in posca seminis triginta grana abortus faciunt. Ferũt pterea odorem cum defloruerint flores nuper cõcepti fœtus abortiuum esse. Radix calefaciendi ui quã habet non nisi recta ceruice spirantibus succurrit. Succurrit & ruptis: cõuulsis: tussi: & a capite in subiectas

partes

partes destillationibus, Adiuuat præterea pectoris excreationes elixa tostaq; : mox cum melle & per se in cibo sumpta, Siccata eadem tritaq; eclegma in eundem usum cum melle fit. Est illi ēt ad ciendam urinam uis & potestas: uenerem stimulat cū uino pota: ulcera phagedænica cum brionia alba addito melle concisa purgat & ad cicatricem pducit. Fiunt & collyria ex ea ad fistulas & fœtus ex utero educendos. Ferunt præterea siquis radice dracūculi huius manus confricauerit tutos a uipæ morsu fieri. Ex aceto inunctas uitiligines emendat. Folia in neruoꝝ uulneribus ꝑ linamentis inserta prosunt Prosunt & pernionibus in uino decocta & imposita. Quin etiam foliis eius inuolutus caseus a putrefactione tutus seruatur. Succus radicis cō tra nubeculas: albugines: & caligines oculoꝝ utilis est. Estur radix dracunculi ēt in sanitate cruda decoctaq;. In Gymnesiis insulis quas Baleares uocant multo melle miscentes decoctam radicem pro placenta conuiuiis apponunt. Radicem seruari oportet per messem effossam: lotam: sectamq; in taleolas : tum funiculo traiectam & in umbra siccatam.

INTERPRES.

m

Iscuerunt adeo ueteres cum Aro dracunculum: totq; nunc iisdem: nūc diuersis notis descripta dracunculi genera ab illis fuerunt: ut nihil in re alioquin satis nota difficilius aut ipsi fecerint: aut per se legentibus ostendatur. Quodq; anxios diu nos habuit: & adhuc habet: nec aliter in partes trahit uarias perq; omnia uersat q̄ qui in amoribus Medeæ ab Apollonio primum descriptus est solis ex aqua fulgor summi feriens laquearia tecti nunq̄ stabilis: sed continua uersatione in omnes discurrens partes Dioscorides est: & quæ in cunctis græcis duo maioris minorisq; dracunculi capita in eo leguntur: nullibi quod egregiam diuersitatem faciat uariata eocum historia aut medicina: & si alterum rumicis: altecum hederæ folia habere hic dixerit. Multiplex enim huic scriptori similitudo est coloris: figuræ: quantitatis: uirium aliorumq; huiuscemodi. Fitq; ob eam cām sæpenumero ut quod totum diuersum est in partibus simile dictum totam similitudinē referre male credatur. Et quod undiq; simile est in partibus differre dictum totum dissimile falso habeatur. Quod in utroq; scriptoris huius dracūculo fieri facile potuit. In quoꝝ altero folia rumici in quantitate & figura: in altero hederæ in colore comparari potuerunt. Nihil. n. nobis excusso diligenter utroq; capite inuentū est adeo dissimile diuersum ue ut alteram oportuerit ꝑsertim tam longam rei & medicinæ iisdem uerbis historiā cōficere. Auxitq; suspitionem nostram : q; nec Galenus: nec post Galenum Paulus Aegineta diligentissimus in græcis medicinæ auctor: & q̄ scriptoris huius dicta ubiq; bona fide retulit alteꝝ hūc & minorem dracūculū nouerūt: nec post græcos latini scriptores Apuleius: Ioānes Serapion: & quod multi apud nos est uetustissimi latini codices in quibus unius tm̄ dracunculi caput alterius uestigiū nullū ostēditur. Ex eo factum est ut crediderim: & adhuc credam unum tm̄ a Diosc. dracunculum hoc loco describi. Neq; enim uerisimile si alter ille in natura dracunculus esset: & ab hoc scriptore descriptus fuisset relinquendum ab illis penitus fuisse. Et nihilominus in cunctis & antiquissimis græcorum codicibus utrunq; hoc caput adhuc legitur. At non est eadem utriusq; historia & medicina. Concedimus id quidem: monenus tm̄ uocum magis q̄ reꝝ diuersitatem esse: nec ad constituendum rei genus satis id esse. At minori dracunculo aliquid tribuit quod in maiori non legitur: quale est incorruptum seruari foliis eius inuolutū caseum Neq; id etiam diuersitatis necessitatem facit. Potuit enim in noua alteri⁹ eius capitis descriptione illud addi. Siquidem non dracunculo Plinius: sed Aro eam uim tribuit : posfuntq; eandem habere rationem quæcunq; alia minori addita magis q̄ alia inueniūtur. Quod nos obseruauimus: nec leui diligentia collatum cū antiquis scriptoribus in hoc ipso est ꝑcipue utriusq; uires & natura sunt: deprehensæq; eædem facile psuaserunt duobus capitibus unū dracunculū describi: nec duplex genus: sed duplicem eius historiā esse. Vterq; enim describitur radice rotunda: tenui cortice: caule recto: bicubitali crassitudine baculi: maculoso: angui simili : intercurrentibus purpureis lituris: semine in summo acinoso: colore primum uiridi in pallido: quam ob causam i altero cinereo in altero herbaceo legit: mox cum maturcuit rutilo croci colore. Vterq; circa sepes demum & in umbrosis nascitur. Quod contra in utriusq; historia discrepet folia tm̄ sunt: quæ in altero rumicis in altero hederæ dicunt magna diuersitate: nisi qua rōne diximus id euenerit. Poterunt uolētes quod in historia factū a nobis est in medicina ēt facere: collatisq; simul tā multis utriusq; remediis ex his ēt nō duos sed unū tm̄ Dioscoridi fuisse dracūculum quōdam existimare. In quam partem inclinat animus nobis: & si utrunq; caput a nobis uersum fuerit In tanta enim ueteꝝ scriptorum & codicum uarietate quæsita diligentius re ipsa unum tantum dracunculum in orbe hoc nostro nasci deprehendimus: duobusq; locis inuentam eius plantam toto animo cōtēplari li-

t

cuit maiori in hoc scriptore penitus & ubiq; similem. Quodq; relinquendum non fuerat ante conceptum feminis sagaci naturæ artificio dignum in summo cacumine inter folia inuolucrum & ueluti cucullum ex se pferentem: cuius maxima longitudo cubitalis erat. Surgebat a principio paulatim cucullus ille: augebatq; in dies foris herbaceo colore. Dehiscens deinde se ipsum pandebat: colore intus purpureo languensq; in terrã uergebat relicto purpureo cucullo alio caprini cornu figura: longitudine: & mucrone: qui nunq̃ dehisceret sed augente se semine quod ab eo in inferiore parte claudebat particulatim ad incrementũ seminis arescens peribat nec poterat immaturũ nisi disrupto hoc cucullo semen uideri: tam diligens in cõcipiendis & seruandis rerũ seminibus natura est. Cætera huius scriptoris picturæ egregie rñdebant: presertimq; folia quæ rotã acutæ rumicis figuram referebant: & qd hic ait sibi inuicem implicabant sex septẽ ue uno pediculo pẽdentia: Nec aliter q̃ in hoĩs manu a brachiali quina diuisione digiti diuidunt cũ tñ una manus sit. Sic in dracunculo idem folium in tot quot diximus diuisiones quasi partes diuidebat sic inter se disposi tas ut altera alterã scandere & supstare uideret. Pendebantq; folia illa oĩa ex uno eoq; crassissimo ut in foliis & longissimo pediculo. Minimi.n. humani digiti crassitudo: longitudo aũt paulominꝰ q̃ pedalis erat. Comosaq; hæc tot folioꝝ ĩ sũmo nudi glabriq; caulis positura imaginẽ frondis eius ostendebat qualem pueri Cal. Maiis in gente nr̃a ad indicandam noui anni lætitiam circũ ferre soliti sunt. Huius dracũculi oculati testes nos sumus. Minoris uero mõ alius a maiore sit nec nos aliis sumus nec nobis alii testes fuerunt. Relinquimusq; minoris huius quærendam & inueniendam diligentioribus plantam. In quo nõ pigebit iteꝝ monere oẽs nõ adeo ueteꝝ historiis deferre ut res ipsas uidisse & obseruasse utilius fore sibi nõ existiment. Quis enim alium diuersumq; ab Aro dracunculum existimabit octauo de plantis uolumine de radicibus quæ edendo sint Theophrastum his uerbis agentem audiens: ἡ δὲ τοῦ δρακοντίου· καλοῦσι γάρ τι δρακόντιον ἄρον· ἰδίαν τὸ τὸν καυλὸν ἔχειν τινὰ ποικιλίαν, ἄβρωτος καὶ φαρμακώδης: quod est. Dracũculi aũt radix: uocãt.n. & aron dracũculũ quendam qm̃ uario caule sit medicaminibus apta in cibos non uenit. Videturq; his uerbis Theophrastus omnium ut sic loquamur dracunculoꝝ genus facere Aron. Quis etiã ex Plinio certam dracunculoꝝ historiam collegerit; quam ipse nõ satis notam sibi esse palam testatur & arõ dicit magnæ litis cũ dracuntio esse. Nos ut pauloante diximus unum tm̃ dracunculum nouimus: & qualem exceptis foliis Diosc in utroq; capite describit. Nouimus & Aron quemadodũ mox dicemus facilem cognitu omnibus tam frequens umbrosis locis ea planta & olus nascit. Plures a Diosc. dracunculi numerant appellationes ab Aro ob similitudinem & cognationem deflexæ. Aliquot a draconũ serpentũq; genere factæ etiam sunt. Nam quã hic Romanoꝝ esse ait luremen in aliquibꝰ græcis sic legitur ut colubram suisse ueram lectionem conicere facile sit. Cyperis uero a similitudine radicis odorati quadrati iunci quæ cyperis appellat dictus dracunculus fuit cui bulbosa radice similis est. Plures in medicina etiã nec dracunculi nomine indignas natura uires illi tribuit: quibus inter cætera phagedænicis ulceribus medeatur. Ea solo noĩs sui maleficio exigunt ut a nobis certius doceant: Quis enim absumi & comedi iis aliquid intelligens nõ libenter audiat quale hoc malum sit duplex quidem & inter grauiores affectiones: & inter cutis ulcera ab antiquis græcoꝝ medicis numeratum: describente in diffinitiõibus suis Galeno primũ phagedænam hoĩs malum in quo copiosum appetens cibũ nimiumq; sumens continere eum nequit sed eo euomito rursus appetit; & qm̃ copiosius inutiliter comedat Phagedæna id malum græci uocauerunt. φαγεῖν enim illis comedere est; nõ dissimile illi quod βούλιμον eadem gens.i. grandem famem uocat: & si aliter ab eodem Galeno grandis hæc fames describatur: dispositio s. in qua minimas etiam ciboꝝ reliquias repetunt qui in ea sunt resoluunturq;: concidunt & malo colore pallescunt: frigentq; eis membroꝝ extremæ partes: stomacho torquentur: & tenues illis uenarum pulsus sunt. Quod autẽ ad alterũ phagedænarũ genus pertinet inter ulcera ab eodem Galeno eodem cõmentario descriptum: nouisse illud oportet ex similitudine factum illi ex prioris illius euentu nomẽ fuisse: esseq; in genere ulcerum phagedænã ulcus propinquas & adiacentes sanas partes cõtinue absumens & comedens. Quod genus hic aliquando phagedænas simpliciter aliquãdo phagedænica ulcera appellat; in quo oportebit legentes ex ui & potestate remedioꝝ mali diuersum genus cognoscere: Monet eodem hoc capite Diosc. pro linamentis inseri uulneribus dracunculi folia: diximusq; nos linamenta quæ ille μοτά: Sũt autem græcis μοτά auctore Galeno in Isagoge sua quæ multiplici forma uulneribus imponuntur aut inseruntur linamenta. Quoꝝ quinq; genera seu formas idem Galenus eodem loco numerauit στρεπτόν, ξυστόν, τιλτόν, ἐλλυχνιωτόν, πριαπισκωτόν. primum a torquendo tortile: secundũ a radendo rasile: tertium a discerptione filatim facta filatim discerptum: Quartum a funiculorum in lucernis similitudine funiculare: quintum a genitalis humani forma priapiscũ aliquis dicet: & hæc pro dracunculo hactenus dicta satis sint.

φαγέδαινα

phagedæna
phagedænica ulcera

βούλιμος
Grandis fames

μοτά
Linamẽta

DIOS. DE Aro. Cap. cliiii.

a Ron; Aron qd syri Lupha appellant: a plerisq; alimõ: ab aliquibus thymõ dicitur. Sunt ẽt qui dracunculum appellent. Cyprii colocasion uocant. Folia dracunculi

lia dracunculi habet minora tantum: nec adeo maculosa: caulem dodrantalem purpurascentem pistilli figura in quo rutilo colore croci semen est. Candida illi radix ad dracunculi radicem accedens: quæ q̧ minore acrimonia est elixa comeditur. Condiuntur itidem & sale folia ad cibũ. Per se ẽt siccata elixa comeduntur. Habent radix: semen: & folia easdem dracũculo uires. Priuatim radix cum fimo bubulo: emplastri modo imposita podagris prodest. Seruatur eodem quo radix dracunculi mõ. Estq; omnino ob minorem acrimoniam in cibis & edendo utilis.

INTERPRES.

c Onfundit Plinius cum Dracũculo Aron libro. xix. capite. iiii. Numeratq; aron inter Aegypti hortensia his uerbis Est inter genera bulbo℞ quod in Aegypto Aron uocant scyllæ ꝓximũ amplitudine: foliis lapathi quæ rumex est: caule recto duum cubito℞ baculi crassitudine: radice mollioris naturæ quæ edatur & cruda &c. Folia .n. lapathi: caulis rectus: duum cubito℞ altitudo: & baculi crassitudo ex maioris dracunculi historia cuncta sunt: nec Aro cõgruunt: cuius caulis semipedalis pistilli figura est. Quã formam in nostri orbis aro quotidie licet uidere: Confundendiq; simul diuersa genera nulla maior ut credimus cã fuit q̃ siĩtudo ptimum: mox antiquo℞ historia in qua totum hoc genus aron aliqñ: nõnunq̃ priuatim illud dracunculus hoc arõ dictũ ẽ. Discreuit tñ alte℞ ab altero natura: & illud ꝓcerius hoc breuius fecit. In illo figura ẽ qualem supiore capite tradidimus: in hoc ubiq; cognosci põt. Reliquit in hoc ẽt Dios. inuolucrum illud & cucullũ quo inuolutũ semen claudit᷑ pallido magis q̃ herbaceo colore: nõ ut in dracũculo purpureũ. Numerabat᷑ quondã serebat᷑q; inter oleta aron qd̃ uix credibile sit tantam habet radix quæ in cibo℞ usu erat acrimoniam. Cogitandumq; alterũ est aut aliun de inuectum mitius fuisse: aut culturæ genere aliquo & humano artificio melioresceren unc etiam posse.

DIOS. DE Arisaro. Cap. clv.

Arisaron. Romani arisaron pariter dicunt. Exigua herbula arisaron est. Radicẽ oliuæ figura habet maiore acrimonia q̃ aron: ideoq; sistit emplastri modo imposita q̃ pascendo serpunt. Fiunt ex ea ẽt collyria contra fistulas efficacissima. Radix preterea quadrupedum omnium naturalibus illita in pernitiem ea agit.

INTERPRES.

c Ongeneres utu᷑ plantæ tres hæ sunt dracũculus: aron & arisaron Bulbosas .n. radices oẽs hñt: & in reliqs nõ adeo dissimiles in medicina cõueniũt. Plinius li. xxiiii. capite. xvi Erin sed ut credimus corrupta ex arisaro uoce appellat: Additq; in historia eius nasci in Aegypto. Et qd̃ hic ait emplastri mõ impositã radicẽ oĩum quadrupedũ genitalibus in pnitiẽ ea agere: ab eo aliter & his uerbis dr̃. Sed unũ miraculum ingens cõtactogenitali cuiuscunq; fœminini gñis aĩal i pnitiẽ agi. Hic aũt nõ magis fœminini q̃ masculini sexus id malũ fore oñdit Signauim⁹ hoc ut suspicari & q̃rere legẽtes possint huic ne capiti aliqd desit: an aliter Plinius rẽ intellexerit. Dubitauit in Plinianis castigationibus Barbarus diminutiua ne forma nõ arisãtos sed aris quasi paruũ aron uocãda plãta hæc sit: qm̃ Arin Hippocrates herbam sibi tñ ignotam appellauerit: & q̧ arisaron oĩa minora q̃ aron hĩet. Sed uocandam Arisaron esse Paulus Aegineta libro sexto testatur dicens multo breuius aro arisaron esse: uocatq; arisaron manifeste non arin.

DIOS. DE Asphodelo quæ latinis hastula regia est. Cap. clvi.

a Sphodelõ. sunt q Anthericon appellẽt. Romani hastulã regiã & Albucũ dñt. Plãta ẽ oĩb⁹ fere nota Asphodelus. Folia hẽt grãdi porro similia. Leuor toto caule est q in sũmo florẽ anthericũ dictũ sustinet. Radices illi sunt plures: oblõge: teretes: glãdib⁹ similes: sapore acri: ui & natura calefaciẽdi. Bibũt᷑ radices hæ ciẽdis mẽsib⁹ & urinis utiliter. Lateris dolorib⁹. tussib⁹: cõuulsisq; & ruptis drachmæ põdere medent᷑ i uino pot̨. Vomitiões adiuuãt tessere q̃titate in cibo sũptæ. Dant᷑ & cõtra serpẽtiũ morsus utiliter põdere triũ drachma℞: Quin etiã foliis oportet: radiceq; & florib⁹ ex uino morsus illini᷑. Illinũt᷑ iisdẽ sordida ulcera: q̃ pascẽdo serpũt: mãma℞ quoq; & testiũ iflãmatiões: tubercula & i carnosis partibus ex

crassa materia tumidi abscessus uini fece cũ his simul elixa: cõtra recẽtes ãt ĩflãmationes cũ polẽta. Radicis succ⁹ addito uetere dulci uino: myrrhaq; & croco simul decoctis oĩb⁹ efficacissimũ ungẽdis oculis medicamẽtũ fit. Per se idẽ succus & addinsture: melle: uino: & myrrha purulentis auribus utiliter tepidus instillatur. Infunditur ẽt per se a cõtraria aure in dolore dentiũ. Explet capillorũ defluuia quas alopecias dicunt crematæ radicis cinis emplastri mõ ĩpositus. Prodest inunctum exulceratis pnionibus & ambustis in excauata asphodeli radice decoctũ oleũ: surditati idẽ utile ĩ aurẽ instillatũ. Exterit uitiligines albas inũctu asphodeli radix linteolo prius sub sole diu cõfricata cute. Scolopẽdtæ scorpionũq; iniuriis egregie aduersantur in uino poti flores & semen: Aluũ tñ turbant. Floret p messem asphodelus. Vere per æquinoctiũ legitur cãdidus asphodelus antẽq̃ semen creuerit. Feruntq; potã asphodeli radicẽ ueneris fastidia facere. Testatur id ẽt herbarius crateias & præter hæc finire podagræ dolores drachmæ pondere cum uino potam asphodeli radicem.

INTERPRES.

Ix crẽdat nr̃a ætate aliquis in cibos & sanitatis usum uenisse quõdã asphodelũ tam alien⁹ homini nunc cibus est: tamq; inter medicamẽta magis q̃ olera merito cẽseret nisi Hesiodũ audierit canentẽ nescire hoĩes iniuste rẽ suã augẽtes ὅσον ἐν μαλάχῃ καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ graué poetam sapientẽq;: & cuius carmina in priuata uita p oraculo a professoribus sapiẽtiæ recæpta semp fuerint. Et post Hesiodũ Pliniũ mandi asphodelũ semine tosto & bulbo dicentẽ: & ad tẽperandã eius acrimoniã ficis misceri iubentẽ: Tanta rudi nouoq; adhuc seculo aut indiscreta ciborũ frugalitas erat quo tpe ẽt Lucreti⁹ cecinit. Quod sol atq; ĩbres dederant: qđ terra crearat Sponte sua satis id placabat pectora donũ: aut ea firmitate uirĩũ tũc nascebant̃ & uiuebãt hoĩes ut nec facile ex æstu nec frigore caperent̃: nec nouitate cibi nec labi corporis ulla Fuit. n. genus hoĩum illud in aruis multo durius ut decuit tellus qđ dura creasset: & maioribus & solidis magis ossibus intus Fundatũ & ualidis aptum p uiscera neruis. Quæ licet a poeta de nouitate mundi poetice dicta fuerint non penitus tñ rõne carent si antiqua in cunctis scriptoribus medicina & in sanitate uita obseruet̃: meminerimusq; oẽs non nocere aliqñ alteri qđ alteri ĩpsenrẽ & grauẽ attulit labem. Nec tã ex rei maleficio q̃ ex infirmitate corporũ nostrorũ fieri aliqd noxiũ: oẽsq; quæ fiunt in corporibus nr̃is labes ex magnitudine ingruentiũ causarũ & corporũ nostrorũ dispositionibus & tẽperamento curabiles aut incurabiles fieri. Ideoq; nõ reiiciendũ statim qđ anr̃æ ætatis usu & morib⁹ alienũ audiat̃. Potuit. n. aliqñ id fieri: quẽadmodũ & nunc ẽt posset si ad antiquũ habitũ illum oĩa restituerent̃. Testatus lib. viii de plantarũ historia Theophrastus ẽt mandi asphodelũ quo loco bulbosas radices oẽs: earũq; discrimina pcurrens inter eas q̃ edendo sunt asphodelũ numerauit. Verba ei⁹ sunt. ἐδώδιμοι μὲν παρ᾽ ὅμοιον βολβοί καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀσφοδέλου ῥίζα. Quod est. Mandunt̃ aũt nõ solũ bulbi & bulbis similia: uerũ & aspodeli radices ẽt: Quæ ab eodẽ Theophrasto βαλανώδεις. i. glandis figura eẽ dicunt̃ qñ oblongæ sunt. Plinius modicis napis ob eãdem cãm comparauit. Numerosæ ẽe sunt coaceruatis ut idem Plinius ait octoginta simul aliqñ bulbis nos triginta & amplius uidimus humani pollicis crassitudine. Asphodelo foliũ idẽ Theophrast⁹ dedit lõgũ: angustũ: & ὑπόγλισχρον. i. lentore aliquo utile & uimineũ. Plinius agresti porro comparauit: hic μεγάλῳ πράσῳ qđ est grandi porro in qua magnitudine nisi capitatũ intellexerit aliquis nescimus nos quale id discrimen sit Siqdẽ in porri censu nulla huiuscemodi diuersitas inuenta a nobis adhuc est: eãq; ob cãm suspitionẽ tñ legentibus inicimus ad eruscãdã rei ueritatẽ. Bis florere asphodelũ p annũ Nicãder in Theriacis suis ait. Versiculus eius est ἄγρει δ᾽ ἀσφοδέλου διαυθέος ἄλλο τε ῥίζαν & c. διαυθέα uocat ille δὶς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀνθοῦντα: qđ est bis p annũ florẽtẽ Caulẽ oĩum q̃ bulbosas hñt radices maximũ hr̃e asphodelũ testatus eodẽ loco Theophrastus est appellatque antheticõ. Quæ uox ab hoc scriptore iter asphodeli appellatiões numerata ẽ: & si nõ totus asphodelus sed caulis ei⁹ tñ anthericos quõdã auctore Pythagora Theophrastoq;: Dioscoride uero flos tñ diceret̃. Idem copiosum ferre semẽ asphodelũ dixit lignosum: figura triquetrũ: colore nigrũ Romani ut Plinius testat̃ asphodelon hastulam regiã: caulẽ ueto eius albucũ dixerunt. Sed tã uulgatũ asphodeli nomen in medicina est ut Romanæ appellatiõis nõ multa habenda sit rõ Habet in medicina asphodelus multiplicẽ & quotidianũ usum: hicq; ĩter cætera mederi δοθιῆσιν ait. Quod malũ græcis notũ ut certius latinis fiat nõ pigebit quæ eius uocis in græcorũ medicis æstimatio fuerit breuiter dicere: presertim non distinguẽte Plinio & sine discrimine χοιράδας & δοθιῆνας strumas appellante cum tamen lõgo interuallo inter se differant: appellauerintq; græci χοιράδας duratos adenes: circa collum: alas: & inguina præcipue cõcretos & surgentes. Qui plerũq; eodem modo quo reliqui corporis durities discutiuntur & curantur. A suibus quos græci χοίρους dicũt ideo appellatæ

δοθιῆνες

χοιράδες

appellatæ q̄ frequentes circa ceruicem & collũ eius animalis inueniunť: δοθιῆνες autẽ tumores & cum tumoribus abſceſſus ſunt qui ex craſſis humoribus in carnoſis plerunq; partibus fiunt mites eum in ſola cute coierunt; malefici aũt nec facile curabiles cum exalto in ſuperficiem & ſummam cutẽ emergunt. Plinius ut obſeruatũ in multis eſt utrũq; hoc malum ſtrumam uocat; quia forte in utroq; tumorẽ uideret. Verũ ut in græcis manifeſte dephẽdiť ἐν ταῖς χοιράσιν. i. in his quas ea gens choeradas nominauit p̃cipua mali nota durities ẽ: ἐν δοθιῆσιν autẽ tumor & cum tumore abſceſſus. De ſtrumis Celſus lib. v. græcis eadem ſentit: atq; ueluti glandulas oriri: naſciq; maxime in ceruice: ſed ẽt in alis & inguinibus & lateribus. Poſteriores græci latina uoce uſi glandulas etiã uocauerunt: præſertimq; Apſyrtus in ueterinaria medicina curationem earũ in equis docens. Alteꝝ illum tumorem nulla propria appellatione latini noïauerunt. Nam quos Celſus furunculos & panos uocat alias ex diffinitione ſua rõnes habere uideñ. Differt itaq; δοθιὴν a ſtruma loco primum. Altera enim circa collũ: alas: & inguina: alter toto corpore in carnoſis partibus fit. In altera durities magis'q tumor: in altero cũ tumore abſceſſus eſt. Diſcreuerunt diligenti ſubtilitate hæc græci qđ nõ licuit latinis qui alioꝝ decreta ſequi coacti ſunt. Nec mirũ ſi quod non licuit antiquoribus illis nobis ẽt difficile eſt. Illud tamen cauimus hactenus quod & in reliquo opere ẽt fiet: ne miſceantur ſimul quæ diuerſa græci diuerſis appellatiõibus nominari uoluerunt. ut choerades ſtrumæ a nobis ſemper & ubiq; dicanť: dothienes aũt facto ex diffinitione noïe in carnoſis partibus ex craſſa materia tumidi abſceſſus. Nolumus quod obliti a principio ſumus relinquere non legi in uetuſtiſſimis & optimis græcoꝝ codicibus quod in extremo capitis calce io impreſſis & pleriſq; aliis inuenitur floret per meſſem aſphodelus &c. Neq; abre fuerit ſuſpicati accreuiſſe huic capiti eam partem nos tamen eam ſeruauimus aſphodeli hiſtoriæ conuenientem.

Margin: δοθιῆνες; Strumæ; Glandulæ

DIOS. DE Bulbo qui uomitorius dicitur. Cap. clvii.

Bolbon ẽt. Romani bulbũ uomitoriũ dñt. Bulbus quẽ uomitoriũ uocãt uitilium & corii modo lẽtiora multoq; lõgiora eo q edẽdo ẽ folia hẽt. Radicem bulbo ſimilẽ: nigro cortice ueſtitã: q̃ i cibo ſũpta p ſe nec minus ẽt poto eius decocto ueſicæ uitiis medetur & uomitiones cit.

INTERPRES.

e Xigebat bulboꝝ hiſtoriæ ſeries de his prius actum fuiſſe qui edendo ſunt: tũ de uomitorio hoc cuius in medicina tñ uſus eſt: quod cæteri oẽs poſt hunc ſcriptorem fecerunt: Galenus: Plinius: Paulus Aegineta: Secutiq; hos per tp̃a pluresalii de uomitorio hoc in extrema ſemp hiſtoria agentes. Quoꝝ idem in eoꝝ hiſtoria ordo non leuem nobis ſuſpitionem inicit non eſſe uomitorii bulbi ante eum qui edendo ſit legitimum locũ: ſiqdem quod in Pluto Ariſtophanes ait οἱ μὲν γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα οὗτος δ' ἀκολουθεῖ: & cõtra q̄ incũctis aliis fiat in qbus ordo ex dignitate & honore conſtitui plerũq; ſolet bulboꝝ hiſtoriam incipit qui claudere debuerat. Quodq; ſuſpicari ſolũ iampridẽ cõtigerat pro cõperto habere iuſſit q mihi omniũ uetuſtiſſimus & probatiſſimus eſt græcus Dioſ. in quo bulbi qui edendo eſt p̃cedit: uomitorii uero ſequitur medicina & hiſtoria. Nihil tñ cõtra cõem alioꝝ lectionẽ mutatũ a nobis eſt. Signaſſe q; legentibus rẽ ſatis fuerit. Hunc crediderunt aliqui Narciſſo eũdem eẽ bulboſæ radicis ſimilitudine decæpti. Cognomen illi a uomitu factũ eſt: qm̃ ad ciendas uel adiuuandas uomitiones antiqtas eo uteretur. Nobis haud ſatis cognitus quemadmodũ & q edendo eſt a nobis iamiam dicendus.

DIOS. DE Bulbo qui edendo eſt. Cap. clviii.

b Olbon edodimon. Romani bulbũ qui edendo eſt uocant. Notus oïbus Bulbus qui edendo eſt: ſtomacho in cibo utilis. Bonã facit aluũ qui colore ruffo ex africa affeť: Amarus & q ad ſcyllæ figurã ꝓpiꝰ accedit ſtomacho adhuc magis accomodatus ẽ: & cõcoctiões adiuuat. Habent bulbi oẽs acrimoniã: calefaciũt & uenerẽ ſtimulant. Linguã tõſillaſq; exaſperãt. Nutriunt iidẽ magnopere: corpus augẽt: ſed inflatiões faciũt. Luxatis cõtuſiſq; emplaſtri mõ impoſiti & extrahẽdis ſurculis ꝓſunt. Proſunt & articuloꝝ doloribus: gãgrenis: podagriſq; p ſe: & cũ melle. Proſunt & cutẽ ſubeũtis aquæ tumoribꝰ: & canũ morſibꝰ cũ melle pariter & trito pipe emplaſtri mõ impoſiti. Sudores iidẽ cõpeſcũt: & ſtomachi dolores ſedãt. Furfures p̃terea & capitis manãtia ulcera cũ cremato nitro exterũt. Varos & ſugillata p ſe: aut addito uitello oui purgãt. Lẽtigines ex melle & aceto. Fractis auribus & cõtuſis unguibus medenť cũ polẽta. Toſti iidẽ in feruẽte cinere & cũ cinere

capitum menarũ ulcera quos ficos uocãt impositi sanãt. Quin ẽt cremati admixto halcyonio asperã & discolorẽ ceu a sole cutẽ: & nigras cicatrices sub sole inunctas emẽdant. Cõferũt ruptis in aceto elixi & in cibo sumpti. Cauere tñ in cibo copiam eorũ oportet. Neruis. n. nocẽt. Elixus bulb⁹ q̃ edẽdo ẽ mox cũ polẽta suilloq; adipe appositus tumores panosq; celerrime ad suppurationem perducit & erumpit.

INTERPRES.

Peregrinos græciæ diu & italiæ fuisse bulbos: aut peregrinis quasi ad oẽs usus melioribus usas fuisse has gentes: & plura eorum fuisse genera græcorũ antiqui: & ꝓbatioris fidei scriptores oẽs testãtur: Theophrastus primũ .viii. de plantis uolumine cuius ea de Bulbis historia est Bulborũ aũt plura esse genera manifestum. Magnitudine siquidem: colore: figura: & sapore differunt. Alicubi enim adeo dulces nascuntur ut per se sine condimento alio edantur: quales in Taurica chersoneso sũnt. Post Theophrastũ deinde Athenæus secũdo sui dipnosophistæ libro inter cætera quæ de bulborũ huiuscemodi natura multa dixerat regios uocari aliquos ait: quos cunctis aliis prætulit. Post regios a colore russos laudauit: subiiciens statim candidos libycosq; in genere scyllarũ magis q̃ bulborũ esse: Aegyptios omnium deterrimos quemadmodũ cõtra auctore Nicandro cunctisq; aliis megarenses omniũ optimos. Quod genus cõseri præcipue Cato iussit & Columella in carmine suo his uerbis instituit Iam Megaris ueniant genitalia semina bulbi: Et quæ scylla uenit getulis obruta glebis: primũ illud russum & optimũ mox candidum libycumq; & scyllæ magis q̃ bulbo simile genus describens Addidit eodem libro Theophrastus qd & Athenæus pariter retulit maximã & huic generi ꝓprium bulborũ differentiam esse quam ad maris littora aliquibus locis nascentes bulbi ostendunt. Inueniunt enim littorales in quibus intra primas tunicas lanæ sint inter id quod mandit & extimã tunicã mediæ: tam uera & ꝑfecti natura lanæ ut uestes ex ea texant: uocantq; ob id lanosum bulbũ; non quẽadmodũ in India nascentẽ capillatum nominant. Hoc genus q̃ ad mare & littora nascit: & cũ eo rei quos bulbos omnes qm̃ congeneres inter se sunt: iuniores aliqui marinã cepullã dixerunt. Cum tñ lanosum illud genus ad mare nascens priuatim cognomine illo discerni debuerit Serebat in hortis diligenter antiquitas hoc olus: eratq; illis in quotidiano usu irritamentũ Veneris potiusq̃ uitæ necessarius cibus Nihil enim ab antiquis aliud in eo laudatur: neq; ex alia naturæ ui Columella quod paulo ante diximus genitalia semina bulbi appellauit. Et Martialis in Xeniis suis: Cũ sit anus cõiux & sint tibi mortua mẽbra: Nil aliud bulbis q̃ satur esse potes Idem tot aliis locis salaces eos uocans: nec aliã uim: nec aliũ usum cognouisse in Bulbis uidet. Indicant idẽ in antiquis græcorũ comœdiis sales & dicteria in Theatris iactata: quale illud est βολβῶν χύτραι κατεφαγῶν: quod est: Bulborũ pleno fictili latur, conera salaciores dictũ: & cõtra Veneris impotentes οὐδ᾽ ἔστ᾽ ὄνησις βολβὸς ἂν μὴ λάβῃς ἔχῃς .i. nihil proderit bulbus nisi farinam habueris. Sesami.n. farina: caseo: melle: & aceto ad cibum condiebãtur bulbi. Per se enim amari nec in cibis grati sunt Numerauitq; Tarentinus Heraclides bulbũ hunc inter ea quæ seminis abundantiã faciunt: hic inflare dixit quæ ad uenerem nõ minor q̃ illa occasio ẽ Priuatim ut a principio diximus totũ hoc genus bulbos antiquitas uocauit: alioquin commune omnibus his bulborũ nomen est quorũ radices sub terra sic crescunt ut ad nouã quotannis sobolem decet pi aliqua pars possit ut in lilio croco & pleris q; aliis fit. Non sic tñ certa est noĩs huius ratio ut ad aliag̃na aliqñ ẽt non trahat: a quibus licet nõ auellat noua illa soboles sub terra tñ augent. Sed illa est totius bulbaceig̃nis propria nota. Laudauit in primo ad uenerem bulbos Paulus Aegineta non simpliciter sed ex toto hoc genere ἐρυθροὺς καὶ μικροὺς .i. rubentes & paruos; iussitq; in eũ usum sale & oleo cõditos ante alios cibos mandi. Idẽ eodem libro capite quo agit de radicibus quæ edendo sint de Bulbis oĩa hæc decreuit. Adstringendi uim bulbi hñt: cibi appetentiam excitant: stomachũ firmant: faciles eorũ quæ glutinosa in pectore cõcreuerint excreationes adiuuant: emundant.n. Breui coctura elixi. iidẽ magis nutriunt: sed amissa in coctura amaritudine sua pectoris excreationes non amplius adiuuant. Seminis abundantiã faciunt: & uenerẽ stimulat frequentior eorũ cibus. Inflãt ꝑterea: torminũq; aliqñ cãm habent. Vtilis eorũ usus cũ garo & oleo est. Sic enim suauius sapiũt: nutriunt: facillime cõcoquunt: nec inflant. Quæ paulominus q̃ omnia ab hoc ipso breuissime dicta fuerũt. Mederi inter cætera bulbos Dios. ait ulceribus quos ficos antiqui græcorũ medici nominauerũt. Id gen⁹ ulceris a Paulo Aegineta in tertio his uerbis describit. σῦκα .i. fici noiantur Vlcerum forma eruptiones rotũdæ cũ soliditate aliqua rubentes; quas dolor comitat Nascunt plerũq; in capite; nascunt tñ & in reliquo corpore. Vtile cõtra eas alumen &c. Probant & menarũ capitum cinis elixiq; bulbi: & cinis ex aceto Quod illi cõe cũ scriptore hoc remedium est. Monuit inter cætera Dios. hoc capite facere inflationes in cibo bulbos. Id uitii genus primo uolumine descriptum in inula quadãtenus a nobis est: neq; aliud mõ dictis eo loco addere oportet. q̃ ex Galeno ĩflationum diffinitionem docere q̃ ab eo his tradit uerbis. Inflatio est cum copiosior in stomacho collectus spiritus stomachum simul & aluum distendit: impeditque; nutrimenti dispensatio.

Bulbosæ radices

Ficus ulcus σῦκα

DIOS. DE Scylla. Cap. clix.

Cyllan: Romani pariter græcis Scyllam dicunt. Acri feruidoq; tempera-
f menro scylla est. Plurimos hẽt cremata usus: ideoque crusta ex panificio &
opere pistorio aut luto inuoluitur: inuolutaq; in furnum conijcitur aut car
bonibus obruit᷑ donec circũlita crusta illa abunde tosta sit. Quod si amota crusta
illa nondum cocta penitus scylla tenerior facta flacescet: noua ex panificio & pisto
rio opere crusta aut luto circũlita iterũ cremabitur. Quæ enim sic cremata non fue-
rit graui periculo presertimq; interaneis dabitur. Torretur hæc ipsa ẽt in opercula
to fictili in furnum coniecta. Sumitur ex ea abiectis extimis cunctis partibus quod
maxime intimũ est. Coquitur eadem cõcisa ẽt effusa priore aqua: nouaq; superinfu-
sa usq; dum neq; amaritudo neq; acrimonia in aqua sentiatur. Siccatur in umbra ẽt
in taleolas secta scylla: tum funiculo traiecta sic ne taleolæ inuicem se tangant per
interualla suspenditur. Vtimurq; sic secta & seruata scylla ad oleũ uinũ acetũq; quę
a scylla scyllitica nomitantur. Cõtra rimas pedũ crudæ scyllæ intimæ partes oleo
inferuefactæ aut cũ resina subactæ imponuntur. Illinuntur uiperarũ morsus deco-
cta in aceto scylla. Cremaræ eiusdem pars una rosti salis partibus octo subigitur: da
turq; ieiunis cochlearis unius duorũ ue pondere ad molliendam aluum. Addit᷑ scyl
la potionibus medicamentisq; quæ rarefaciendo sint. Daturq; his in quibus urinã
ciere uoluerimus. Facit ad cutem subeũtes aquas: ciborũ in stomacho incontinen-
tiam: & stomacho innatãtes cibos. Prodest suffusis felle: torminibus: diutinis tussi
bus: suspiriosis: ægre reiicientibus quos græci anaphoricos dicunt trium obolorũ
pondere cum melle in eclegmate. Coquitur eadem cum melle ẽt: sumiturque in ci-
bo ad eadem cõcoctionem præcipue adiuuans. Glutinosa per aluũ ducit. Elixa iti-
dem iisdem pariter sumpta prodest. Cauenda tñ nec dãda his quibus exulceratũ in-
teraneum aliquod erit. Inunguntur cremata utiliter perniones & uerrucę. Quin ẽt
tritum semen eius & cũ melle caricis ue coctũ mox in cibo sumptum aluum mollit.
Amuletum præter hæc cõtra ueneficia est tota pro foribus domus suspensa scylla.

INTERPRES.

Ogitabam pauloante Dioscoridis scyllam latinis reddens uariata eius coctura grauẽ mi-
c hi inuidiã facere: nec leuem impudentiæ culpã subiturũ qui non contra interpretes alios
tñ sed antiquiores scriptores aliquos: Pliniũq; presertim: nõ adipe sed crusta ex panificio
pistorioq; opere inuoluẽdã esse scyllam dum cremaret᷑ dicerem. Ancepsq; diu quid agerem rõni
& usui: an tãti ut cæteros omittã scriptoris auctoritati manus darem. Ad rõnẽ necessitatẽq; faci-
le me transtuli opinatus si auctoritati omnia cõcesserint hoĩes peritura in doctrinis quotidie mul-
ta: quæ noua & ingeniosa rerũ indagatione inuenienda aut in melius restituenda a posteris erunt.
Nec uitio daturũ mihi aliquẽ si rõnem & usum secutus aptiorem eiusdem rei cãm & euentũ ostẽ-
dero: relicta presertim legentibus eligendi quæ magis ꝓbauerint potestate. Quod ut speramus in
coctura scyllæ fiet. In qua cõsiliũ huic scriptori ut ex re uidet᷑ est qm̃ maxima incidendi uim hẽt
& ualidissime in tertio ordine calet scylla coctura aptiorẽ minusq; noxiam ad medicinæ usum ef-
ficere: & ut integra in coquendo seruata maiorẽ uiriũ suarũ acrimoniã igne amittat. Sic enim quã-
tum cruda nocitura erat: tm̃ proderit cocta. Coquenda itaq; scylla est. Sed ne pereat igne neque oẽs
uires suas amittat iubet manifeste Dios. claudi luto & inuolui: Et si non sit lutũ creta ue aut argilla
eiusdẽ luto naturæ nõ dissimili tectorio alio pro illis claudi & inuolui: Necesseq; ẽ eiusdem natu
ræ esse quod alterutrũ ad certũ aliquẽ usum petit᷑ aut præcipit᷑. Verbi cã si noluero nudis pedibꝰ
igredi pru dẽs soleas dari mihi petã aut crepidas aut calceos. Nec minus in siti ad extinguẽdũ eius
ardorem aquã uinũ ue aut mulsum: quæ oĩa similitudine sua eundem habebunt usum. At si pe-
tiero ad calciãdos pedes soleã aut petasum: aut si ad sitim extinguẽdã aquam aut panẽ: importune
id egero neq; imerito ridiculus uidebor. Ex hoc gñe est quod Dios. ait inuoluendã ad coquendũ
luto scyllam: aut si luto uti nolis tectorio alio simili: & cuius idẽ in igne euentus sit: qui in luto erit
qualem nouimus omnes. Arescit enim ad ignem duraturq; in lapidẽ creta lutumq; omne quemad
modum quotidie in tegularũ coctura fieri uidemus. Idem & in tectorio illo alio quærendũ & ex-

pectandum est. At in adipe quod Plinius & alii dixerunt ignibus admoto aut carbonibus obruto: ut hic ait nec quæri nec expectari potest. Liquatur enim ad ignem adeps: suoq; unguine flāmas pascens cōtra q̄ oportet & usus exigit ardere & perire scyllā coget. Nō cōgruit itaq; in alterutrius usu luto adeps: tantumq; abest ut pro illo hoc sumi debeat ut nihil rei necessitati & usui magis aduersef. Nō itaq; credendū aut luto aut adipe ad cocturā claudi scyllā iussisse Dioscoridem: sed tectorio alio cuius esset luto cōis & idem in igne euentus: quodq; usui & necessitati nō aduersaretur. Id aūt erat quod græci σταῖς dixerunt quotidiana & nota res oībus: sed quā nullus latinoꝝ: quod hactenus inuenerim certo noīe priuatim appellauerit: ideoq; longiore rei descriptiōe in ea uti coacti sumus. Est. n. græcis σταῖς ante q̄ fermentescat in panificio macerata aqua farina manibusq; identidem subacta quo tpe tenaci lentore glutinosa in longū ductilis uestiendis quæcūq; uoluerit aliquis accōmodata est. Fuisseq; ueram & antiquā huius scriptoris lectionē credimus nos σταιτὶ ἢ πηλῷ περιπλάσαντα quod est: crusta aūt ex panificio & opere pistorio aut luto circūlinitur seu inuoluitur. Similitudo uocis quæ in græcis crustæ huius & adipis est & antiquoꝝ codicū in ea uarietas facilē ad adipem a crusta illa lapsum legentibus fecit. Sunt. n. adhuc in q̄bus σταιτὶ & in quibus στέατι legatur diuerso penitus ut indicauimus sensu. Idemq; uitiū in Erysimo ēt non multo ante deprehēsum a nobis fuit in quo coquēdo eādem cām & eandem rōnem hic ipse scriptor docuerat. Plinius ut diximus xx uolumine capite, ix. in coctura hac scyllæ adipē manifeste recæpit. Verba eius sūt.

• Coquitur pluribus modis in olla quæ coniiciatur in clibanum aut furnū uel adipe aut luto illata.

• Quē secutus Barbarus in hoc scriptore itidē ait luto hæc adipeue circūlita mittit in clibanū &c. Ruellius ex farina aliquid accipiens pollinē uertit. Duo illi cōtra rei usum & necessitatē adipē dixerunt: hic cēm nō expleuit. Siquidem in polline solus farinæ tenuissimus intelligitur puluis: qui in igne: & si aliter q̄ adeps: periturus tñ oīno erat. At in hoc usu exigebat quod in igne duraret: duratumq; a tota ignis iniuria scyllam tueretur: quod nec adeps nec pollen præstare possunt. Hancq; rōnem & cām nos secuti accedēte multoꝝ codicū fide pistorii operis & panificii crustā illam diximus: q̄ recte aūt fœliciterq; legentes uiderint. Quibus nō inuidebimus illud ēt si ad cocturā scyllæ quærēdus adeps sit: quod forte suspicari aliquis poterit ut unguine suo acrimoniam & fetorē eius retundat oportuisse uerba & sensum aliter concipi: & cū adipe non aut adipe legi. Sed omnes tam græci q̄ latini Pliniusq; ipse lutum & adipē alternant: deficienteq; altero altero uti iubent: nec aliter intelligi in eis res pōt q̄ siue lutum siue adipē accæperit pariter coquendā esse scyllam intelligas. Quod tñ absurdū est & rei necessitati ut diximus aduersatur. Longius dicta hæc a nobis fuerunt: uerū ut credimos nō inutiliter penitus: qñ ut ille ait in scriptore hoc multis locis semper hic error: in quo si necessitatem & usum cōtemplabif aliquis: uitiosas aliqñ eius uoces sine periculo & honeste mutabit. Cur. n. contra necessitatē & quotidianā experientiam ueterū auctoritas aut codicum fides quæ in unius aut alterius litteræ negligentia lubrica est uim habeat? In ancipiti & incerto ualeat utraq;. Sed in q̄bus necesse est aliter quidpiam esse: idq; rōnem habet nullus tam grauis auctor mihi persuaserit aliqñ ut neglecta rōne necessitateq; sola auctoritate & exēplarioꝝ fide absurdum aliqd admittam. An nō quotidianus hic coquēdi obsonia nūc ēt modus est? qui nō aliunde q̄ ex his medicinæ præceptis quemadmodum & multa alia in ganeam irrepsit uniuersæ Italiæ plebiq; pariter ac nobilitati iampridem cōis. Ex quo poterant facile si sapientiore gustu fuissent Plinius & alii cocturæ huius cōsilium & usum in Diosco. augurari: qui nisi primo igne satis cocta fuerit scylla iterum noua crusta aut luto circumlitam cremari iubet: legitimæq; cocturæ indiciū ταχεῖα γενομένου esse ait. Id Barbarus uertit: si nōdum probe cōtabuit. Nos: si nondum tenerior facta flaccescet. Ille primā uerbi τήκεσθαι quod minui significat æstimatiōnē secutus est: nos rem & usum: ideoq; contabescere diminuendi uerbo ille: nos flaccescere usi sumus: quod coctura tenere scere est. Sic. n. alibi ea uoce hic utitur: appellauitq; κρέα ταχεῖα non diminuta sed ui ignis edomita: & ad eā teneritudinē perducta ut tracta digitos sequātur & cedant. Idq; nos eam significare uocem hoc loco credimus. Sequif nō multo post quod nobis cū cæteris oīno diuersum sit εἰς ποτήματά τε καὶ ἀρωματικὰς δυνάμεις: quam partem ad odoramēta alii: nos ad ea quæ rarefaciēdo sint medicamēta contraximus nescientes quænam aromatica medicamēta priuatim in medicinæ usu dicantur memoresq; hāc ipsam uocem aliquot locis in hoc scriptore corrupte legi: in quibus ἀραιωτικὰς quod ad rarefacere uerbū pertinet legēdum manifeste est. Cōpetitq; id scyllæ quæ in incidēdo maximā uim habet: & qua forte hic ait mederi ἀναφορικοῖς. Rara hæc in antiq̄s græcorū medicis uox inuenitur: neq; hic nisi semel aut iteꝝ ea usus est. Paulus Aegineta obiter tussientibus & raucis eā coniunxit lib. iii. quo capite contra destillationes a capite: faucium asperitatē tussim & cruēta sputa remedia instituit. Videturq; illi id malū ex ea destillatione fieri. Siquidē proponit ceenedia φωνὴν ἀποβεβληκόσι βραγχιῶσιν ἀναφορικοῖς: qd' est. His q̄ uocē amiserint: raucis: & anaphoricis. Verbo ēt τῷ ἀναφέρεσθαι idē sæpius usus est: sed in eō significatiōe quā habet sursum ferri: exhalari & reiici: primū ubi de sanguinis expuitiōe agit quo loco his uerbis utif. εἰ δὲ καὶ δι' ἐμέτων ἀναφέρεται &c quod est. Si uero sanguis cū uomitu referat i. reiiciatur manifestū erit ex stomacho aut ex uentre ferri. Mox eodem libro de purulentis excreationibus καὶ τὸ ἀναφερόμενον δυσώδες ὑπάρχει σφόδρα: qd' est & qd' sursum ferf. i. reiicif ingrati & mali odoris penitus est. Si aūt ex

ui &

σταῖς

στέαρ

ἀναφορικοί.

ni & significatione uerbi nois eius æstimauo accipienda sit nihil aliud ἀναφορικοὶ significabunt q̃ a partibus infra fauces recientes. Vt ex desiderabis reiectionis substantia & genus: sanguis ne an pus an pituita: & an hæc tenuior aut crassior: quoq; in noie illo nullum latet uestigiu quemadmodum nec reiectionis eius difficultas: aut ratio quæpiam aliae & nihilominus uerisimile nõ est simplicem reiectione significare eam uocem Serapion ad sanies reiectioné ex pectore ré contraxit: pleriq; alii ad cruenta sputa Nos nullo adhuc rei certiore inuento uestigio ad ægram difficilemq; reiectiõem simpliciter contraximus. Credimusq; ex his quæ in Paulo Aegineta odorati sicut pertinere eã uo cem ad ægras difficilesq; crassioris pituitæ ex pectore reiectiones. Quod tamdiu legentes feruent dum quod certius sit aut alii aut nos inuenerimus.

DIOS. DE Pancratio uel minore Scylla. Cap. clx.

P Ancration sunt qui & hanc Scyllam appellent. Romani pariter græcis pã cration & scyllam pusillam dicunt. Radicem habet grandi Bulbo similem colore ruffo purpurascente ue; feruido simul & amaro sapore. Folia illi sũt Lilio similia: longiora tamẽ. Easdem Scyllæ uires habet. Curatur præterea datur q; eodem modo in iisdem affectionibus: Mitius tamen q̃ Scylla Pancration est: Iśq; expressus ex radice & erui farinæ mixtus conformatusq; in pastillos succus: cum dul ci aqua lienosis, & contra cutem subeuntes aquas.

INTERPRES.

E Andem penitus non similem Scyllæ Pancration hanc nostra ætate herbarii ostẽdũt: confun dunt q; simul alioquin diuersa genera tanta natalium similitudo & mixtura est. Nos utranq; simul uisam præter q̃ colore: & id q̃d nõ satis manifeste diuersam secernere nequiuimus.

DIOS. DE Cappari. Cap. clxi.

C Apparin sunt qui Cynosbaton.i. Senté canis: q Caprian: q corui malũ: q ophioscorodon: qui phyllosthaphilon: qui petrã herbã: qui olophyton: qui Loniten: qui oligochloton: qui aconitõ: qui hippomanes: qui tricho manes: qui Lupi cor: qui allolcotodon: qui Lilium: qui Thlaspin appellent. Magi Potera siue pentheron. Aphri Erebiethum. Romani Persicũ sinapi dicunt. Spino sus frutex Capparis est in girũ per terrã stratus. Hamatas habet rubi modo spinas: folia rotunda Cotonei mali foliis similia: fructũ oliuæ figura: qui dehiscens cãdidũ pfert florem: eoq; deflorescente superest ueluti oblonga glans: quæ dehiscens gra na punicæ modo intra se ostẽdit exigua rubentia q;. Habet Capparis radices multas lignosas & grandes. Nascitur asperis pleruncq; locis & tenui solo: nascitur & in insu lis domorumq; areis. Seruatur sale caulis eius & fructus in cibum. Aluum turbat capparis: flatulosus & stomacho noxius est. Elixus tñ in cibo stomacho accomoda tior q̃ crudus est. Minuit lienem semen eius quadraginta diebus pondere drachma rum duarum cum uino potum: Excrementa alui & urinam cruenta trahit. Succur rit tñ potum Capparis idem semen coxendicis doloribus: resolutisq; nec minus ruptis conuulsisq;. Menses idem trahit: & capitis pituitas per os purgat. Coquit se men eius: colluuntur q; decocto illo utiliter in dolore detes. Siccatus radicis cortex contra prædicta omnia itidem prodest: repurgat q; uetusta omnia sordida & in cal lum durata ulcera. Cum hordeacea farina hydrelæo subacta lienosis emplastri mo do imponitur. Mordetur radix eadem: succurrit q; dentiũ dolori. Vitiligines albas trita ex aceto exterit. Discutiũt cõcisa folia & radices duritieś & strumas. Vermino las aures instillatus radicis succ° enectis uermibus sanat. Inflat uehemẽtissime mar marica libyca Capparis. Facit uomitiones appulia. Quæ a rubro mari & Libya affer tur omni um maximam acrimoniã habet: pustulas in ore excitat: gingiuasq; usq; ad ossa erodit: eamq; ob causam in cibis omnium inutilissima est.

INTERPRES.

u Vlgatis quotidianiq; usus cũ suo fructu herba capparis est:& quo cõmunior cunctis ubiq; gentibus & ubiq; nascens eo plures appellationes inuenit singulis eam suo nomine indicantibus. Quo fit ut exceptis paucis nullum habeant reliquæ intellectum. Cynosbatus tñ.i. caninus rubus ob hamatos quos habet rubo illi similes aculeos dicta capparis ẽ:queãdmodum phyllostaphilon: q inter folia fructum quasi uuam fert:& si hic paulopost oliuæ comparauerit:sic petræa a natalibus suis quos inter lapides & rudera inuenit. Cur autem Sinapi Persicum a Romanis hic capparim uocari dixerit incertum nobis est:quemadmodum contra notũ omnibus capparim a cunctis rei rusticæ scriptoribus appellari. Vsum eius ante alios cibos in sanitate cõmendauit Paulus Aegineta:iussitq; sumi ex aceto mulso aut ex aceto & oleo. Monuit præterea excitare capparim cibi appetentiam:iecur:lienemq; laxare:& pituitam per aluum deiicere:idq; est quod hic ait aluum turbare.

DIOS. DE Lepidio. Cap. clxii.

l Epidion quod quidam Gingidion uocant. Romani pariter græcis Lepidium appellant. Nota cũctis herbula lepidium est:sale inter salgama cum lacte seruatur. Habent folia acrimoniam & exulcerant:ideoq; in dolore coxendicis ad exulcerationem tritum cum inulæ radice quarta horæ unius parte impositum dimittitur. Imponitur & lienosis similiter. Pellit idem lepras. Crediturq; lepidii radix collo adalligata dentium dolores compescere.

INTERPRES.

l Epidium cui eandem esse Iberida Paulus Aegineta in tertio testatus est capite de dolore coxendicis in quarto calefacientium ordine Nasturcio:præterq̃ q minus eo siccat simile est. A squamis nomen in græcis inuenit. Cuti siq dem impositũ tam ualide exulcerat:ut a cute squamæ pellantur. Idq; est quod Columella in carmine suo cecinit:Deiectura quidem fronti data signa fucoꝝ:Vimq; suam icirco profitetur nomine graio Quod Pli pariter dixit lepidiũ in facie cutem emendare. Eratq; feminis quondam hic lepidii usus:temperabaturq; ungume aliquo ut retunderet ardens uis eius. Vtebať eodem antiquitas ẽt quod tota Aegyptus & Syria nunc seruat ad adiciendum lacti acorẽ:conficiendumq; id quod oxygala.i.acidum lac græci nominãt. Docuit id Columella libro.xii.capite octauo his uerbis. Sunt qui satiui uel etiam siluestris lepidii herbã cum collegerunt in umbra siccent:deinde folia eius abiecto caule die & nocte muria macerata expressaq; lacti miscẽt sine condimentis & salis quantum satis arbitrantur:tunc cætera quæ supra p̃cæpimus faciunt. Nõnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miscent:& post diem tertiũ quẽadmodum præcæpimus serum emittunt. Quin etiam in carmine suo idem scriptor ait. Ponitur & lactis gustus quæ condiat herba. Cui similiter Plinius itidem dixit. Vsus eius non nisi cũ lacte:quod reddit sapidius:Quæ omnia hic pariter retulit dicens: ταριχεύεσθαι εἰς ἁλμαίας μετὰ γάλακτος:quod est sale condiri alioꝝ salgamoꝝ modo:sed cũ lacte:qm̃ sine lactis dulcedine & unguine ob calorẽ suum omni usu careret. Barbari ad meridiem ut diximus:lepidio adhuc cogunt acescere lac:nec nisi acido in cibis utuntur gratiore ut uidetur illis usu sapore hoc q̃ dulci. Vulgaris & quotidiani usus ob hanc causam herba hæc erat ampliore & latiore folio non longe a uitiginei figura:si tam late pateret:& nisi multo minores haberet incisuras.

DIOS. DE Ranunculo herba. Cap. clxiii.

b Atrachion sunt qui Chelidoniã.i.harundinariam herbã:qui Aquaticũ & qui Agreste apiũ uocent. Romani Batrachion & ranũculũ dicunt. Plura sunt ranũculi herbæ genera Vna tñ oĩum uis & natura acris & in exulcerãdo efficacissima:Habet primũ genus Coriandri folia:latiora tñ:albescẽtia & pinguia:florem lutheũ:sed aliquo tpe purpureũ:caulem non adeo crassum:altitudine cubitali:Radicem paruã:candidã:amaram:hellebori modo adnascentes alias habẽtem. Nascitur prope profluẽtes aquas in humidis. Lanuginosius alterum genus est altiore caule & pluribus folioꝝ incisuris:quod plurimũ in Sardinia nascitur efficacissimæ acrimoniæ:uocantq; id incolæ agreste apiũ. Est & tertiũ genus minimum:grauiter odoratũ:aureo flore. Est quartum itidem huic simile præterq̃ flore quem lacteo colore albicantem habet. Habent oĩum folia:flores & caules teneri exulce-

randi urendiq; ignis modo cum dolore uim: ideoq; illiti scabros ungues pellūt: sca-
bies exterunt: stigmata delent: formicas: uerrucasq;: & capilli defluuia quas alopeci
as dicunt quamprimum sanant. Fouentur tepido eorum decocto perniones. Ster-
nutamenta cit sicca radix: tritaq; & naribus admota. Dentium dolores admota ea-
dem sedat: eos tamen frangit.

INTERPRES.

Miserabili maledicto inter gentes quondam infamis ranunculus herba hæc fuit nō omnis:
sed quæ secūdum genus facit: quam hic pluresq; alii in Sardinia plurimā nasci dixerunt:
ideoq; Sardoniā a poetis & aliis dictam. Ea siqdem in cibo potu ue sumpta mētis alienatio
nem & cū labrorū contractione eas conuulsiones facit ut risus spēm uidētibus præbeat. Ab eoq; affe
ctu tristi & amaro nimis dicterio sardonius risus inter hoīes quondā iactabatur. Cuius Cicero in
epistola meminit dicens. Sed heus tu τὸν γέλωτα σαρδώνιον rideamus: & poeta cecinit: Immo ego
Sardonius uidear tibi amarior herbis: saporemq; quem radix habet: infelixq; & lamentabile mor-
tis genus una amaritudinis nota describens Hanc Apuleius in cōmētariolo quod sub nomine eius
scriptoris quarūdam plantarū passim legit̄ sceleratā herbam noīauit ut credimus: qm̄ nimis ma-
lo euentu constet risus ab ea factus. Græci βατράχιον latini ranūculum uocauerunt: qm̄ ranis her
bæq; in eodem elemento natales & dieta sint: aut q; inter eius frutices frequentes inueniantur Ra-
næ. Nostræ ætatis herbarii risus aprum adhuc appellant genus & noxam eius simul indicantes. In
apiorū genere. n. ob similitudinem ab oibus numerata est. Ideoq; hic etiam ait agreste & aquaticum
apiū a qbusdā uocari: ppterea q; locis incultis & humidis: & ut Plinius ait humidis limitib⁹ nasci
tur: facilis inuentu: & si diligentiores simus ubiq; oculis nostris occurrens: q̄uis a cōgeneribus aliis
suis ob similitudinem difficillime discernat̄. De qbus satis legētibus sint quæ a Plinio lib. xxv. capi
te ultimo: & ab hoc ipso dicta fuerunt. Late quondā patebat sardonii risus dicterium & calamitas:
nec tm̄ in huius herbæ maleficio: & ab ea in his quæ malo euentu riderent̄. Verū in cōtractionibus
cōuulsionibusq; labrorū & oris quæ ex aliis causis fierent ēt dicebat̄. Siquidē Paulus Aegineta uolu
mine tertio: quo capite de rigore docet inter eius mali notas pter suspiriosam respirationem: húi-
les & raros uenarū pulsus: cuboten uultus & plerasq; alias: sardoniū risum fieri aliqñ ait. Contra-
ctionem conuulsioneq; labrorū & oris a ranunculo hac factis similē intelligens. Instaurauimus re-
stituimusq; huic capiti nos ex antiquorū codicū fide: quod librariorū incuria isti perierat: Cheli do
niam. s. ranunculū hanc: & aquaticū apiū dici: siquidem quod ppe aquas nascit̄ aquaticum dici re
cte potest: & chelidoniū quod illi simile est. Hic enim nō multo post in harū dinaria dicet: Ranun
culo similia hr̄e folia chelidoniā: estq; similiū natura ut similitudinem suam inuicem cōmunicēt.
Quodq; in secundo ranunculi genere Barbacus uertit: alterum lanuginis copiosioris: minori cau
le &c. nos altiore caule diximus oīum fere & meliorū codicum fidem secuti: in quocum aliquibus
μακροκαυλότερον in aliquibus μεγαλοκαυλότερον eadē fere significatiōe magnitudinis & longitu-
dinis: & pter eorū fidem Plinium etiam q altis caulibus secūdum hoc genus describit Diximus p-
terea in uiribus & potestate ranunculorū habere oēs exulcerādi & ignis modo urendi uim: quod
una ἐσχάρας uoce græci fœliciter dicūt ustionē simul & nigri coloris crustam ab igne relictā signifi
cantes. Multa est ea huic scriptori uox: ideoq; a nobis signata: ut sciant legentes quod ignis mō urē
di uerbo additū a nobis est præter ustionem crustam illam nigri coloris ēt significare Barbar⁹ græ
corū ἐσχάρας ignis pustulas dixit: nobis qm̄ integra adustio in eschara est non excitatæ tm̄ pustulæ ex
ipsa magis rem indicare placuit. Dicēdū nobis hoc capite ēt quæ græcis in uitiorū cutis genere stig-
mata sint: & quomodo a congeneribus similibusq; aliis uitiis qbusdam differant. Numerant̄ a græ
corū medicis inter alia cutis uitia: leuce: utraq; uitiligo alba. s. & nigra: tum stigmata hæc: quæ ab il
lis in hoc malorum genere & censu ultima recensent̄ sola suarū macularū positura & aspectu ut nos
credimus ab illis diuersa. Estq; illud primo sciendum στίζειν uerbū græcis esse quo illi pungere si-
gnificent: unde & στιγμὴν in sermone punctum uocant: minimam notā qua membra sermōis i scri
bendo librarii diuidunt: eadēq; rōne quæcunq; cōtinuū aliquid intercedentia angustis interuallis
diuidunt discernunt & uariant. Hacq; rōne in marmorū genere presertimq; in Numidico λευκόστι
κτον aliquod & ἐρυθρόστικτον: idest cādidis & rubris punctis distinctum & uariatū dicit̄ nō ob aliā
cām q̄ ob uarietatē illam colorū qui punctorū quantitate & forma rem uariant. Ex eo factū est ut
stigmata non tam puncta ipsa q̄ punctis uariatam supficiem græci uocauerint Et ex hoc genere in
ter cutis uitia stigmata in antiqua medicina dicta sūt nō pūcta sed maculis punctorū q̄titate & for-
ma decolorata hominis cutis. Differuntq; quod manifeste ex antiquis scriptoribus & ex noīe ipso
colligit̄ stigmata a leuce & utraq; uitiligine: q; in his siue candidæ siue nigræ maculæ sint maior q̄-
titas & nulla certa forma est. In stigmatis aūt pūcta tantum & punctis uariata superficies. Quod ma
gis nouisse oporteret ex eodem ne illis in alio humore & causa fiant non satis certum nobis ē. Pau-
lus Aegineta post uitiligines statum de his egit: pauloque minus q̄ continuata cōmentatione subie-

Sardonius risus

Eschara ἐσχάρα

Stigmata στίγματα

eit:stigmata aūt curabis &c. Cūq; nulla eoꝝ diffinitione descriptioneq; usus eo loco fuerit: uidet in eodē uitiliginū ordine & censu ea reliquisse. Inclinatq; in hanc partē aius ob eā ꝑcipue cām q̄ cōibus fere remediis & hæc & illæ curant: legimusq; in antiquis græcoꝝ medicis Critonem antiquissimum medicinæ ꝓfessorem; cuius in Epigrāmate suo de Chione & Phlogide meminit Martialis dicēs. Vlcus habet quod habere suā uult quisq; puella: Quod sanare Criton nō quod hygia pōt. Stigmata hæc curare hoc modo solitū. Iubebat cōfricata nitro prius cuti Terebinthinā illini resinam linteamētisq; colligatam sex diebus relinqui: septima deinde solui & acu pungi stigmata & sanguinē qui flueret spongia detergi: interiectoq; breui tēporis spatio tosto sale cōfricari locum: tum imponi medicamentum quod haberet tus: calcem: mel: lixiuiamq; Nec nisi post qntam diem solui: eoq; tpe soluto medicamento inueniri in eo τὸ μέλαν. i. nigrum. Quæ oīa longius dicta a nobis sunt: ut ex colore uitii curationisq; modo certius mali genus deprehendi a legentibus possit.

Criton medicus

DIOS. DE Anemone. Cap. clxiiii.

Nemonē sunt qui agreste: qui nigrū papauer: qui a colore phœnicida. qui a uento anemion: qui meconion. i. papauerculū: qui tragocerota: qui Gosparimen: qui Baibilen uocēt. Osthanes berilion: Pythagoras atractylida Magi agrestem Cnicum: Aphri cuffit. Romani otcitunicā dicunt. Duplex anemone est: Siluestris altera: cultus locis nascens altera. Rursus quæ cultis locis ꝑuenit multiplex est. Puniceos habet aliqua flores: albidos aliqua & lactescentes: purpureos aliqua. Folia coriandri oēs hn̄t tenuissimis incisuris diuisa: ad terram inclinata: coliculos lanuginosos: tenues: in quoꝝ summo papauerū flores: & in medio nigri aut cœrulei coloris capitula. Radix illis est oliuæ magnitudine aliqn̄ ēt maior qbusdam ueluti geniculis intersecta. Siluestris locis cultis nascente in cunctis maior: latioribus durioribusq; foliis. Capitulū habet oblongius: florē puniceum: radices tenues & numerosiores. Est & in hoc genere quæ nigris foliis fit: & maiore acrimōia. Habet utraq; acrimoniam: ideoq; radicis earū succus naribus instillatus ad capitis purgationes facit. Pituitam trahit cōmanducata eaꝝ radix. Decocta in passo eadem oculoꝝ inflāmationibus illita medetur. Quin ēt hebetes oculos: eorūq; cicatrices exterit: & sordida repurgat ulcera. Cū Ptisana cocti eaꝝ caules & folia lactis abundantiam in cibo faciunt. Fœminis appositi menses trahunt: lepras illiti pellunt. Nescientes aūt aliqui a siluestri anemone Argemonen & papauer quod rhœada dicūt: de quo mox inter papauera dicetur separare ob florum in ambobus eundem puniceum colorē argemonē falso Eupatoriū appellant. Alioquin facile discernunt. Argemones. n. rhœadisq; papaueris minus ꝓfunde splendet puniceus color feri utraq; etiam floret. Argemone præterea lutheo croci colore liquorē & in gustu acerrimū ex se mittit: Papauer Rhœas cādidius & acreest: Habet utraq; in medio capitulum agresti papauerī simile uer; argemone in superiore parte crassum: papauer rhœas a gustus: Anemone cōtra neq; liquorē ex se mittūt: nec uasculū papaueris modo habent: sed ueluti asparagi cacumen. In aruis ꝑterea plerūq; illæ nascuntur.

a

INTERPRES.

Agum cōeq; plantis aliquot: & si cōgeneres uiro non sint: earūq; floribus fuisse quondā anemones nomen testes & inditu sunt Theophrastus: Plinius: hic ipse & Bucolicorū insignis poeta Theocritus modo eius legitimū poema sit: quod passim legitur Adonidis epitaphium carmen: Nomiusq; inconstantiam & cōionem hanc papaueracei ꝑcipue iu cuncti his floris figura fecisse nobis uidetur. Neq; enim satis cōstat tam multi ne diuersis tēpibus ꝓdeuntes flures anemonæ oēs dicti quondam fuerint: q̄ non nisi spirante uento dehiscerent: & in folia se explicarent: quod manifeste patitur: quæ priuatim primoq; anemone dicta ab antiquioribus græcis est: quam uim naturamq; eius ex re factum illi nomē indicat: & Plinius lib. xxi. capite. xxiii. his uerbis testat. flos nonq̄ se aperit nisi uentu spirante unde & nomē accepit. Potuit quidem in ꝓferendis floribus eadem oīum infirmitas esse: uerūtamen quod obseruasse uolentibus difficile nō erit cur anemone oēs dicerentur cōis oībus tota floris figura maxime fecit pauciora: tria. f. & ad summam qunq; in

a

floribus folia:grandia eadem infirma:& quauis iniuria decidua: quodq; non minus obseruãdum
fuerit in cunctarum mediis floribus inter folia surgens apex:cacumen:capitulum ue aut papaue-
ra:cum uasculum:quæ notæ papaueracei floris oẽs sunt. De coloribus non agimus:qm̃ nullibi ma
gis lusisse uidet̃ natura:& in anemonis his tam uarii & inconstantes sunt:ut nihil quod certũ & ex-
actum sit doceri possit. Tamq; late quondam patuit anemonaꝝ nomen:ut quod posteriores roboꝝ
papauer dicunt in triticea & hordeacea segete:Maio mense puniceo colore florens:de quo nũc agi
tur anemonẽ ueteres ẽt dixerint: & si contra credi posse multa inditio sint. Veꝝ quod a principio
dictum a nobis est uagum cõeq; multis & plantis & floribus anemones fuisse quondã nomen nunc
ostendamus. In quo nouisse illud primum oportet bifariam ab antiquioribus diuisum totum hoc
genus fuisse in coronarias .s.& medicas anemonas. Indicatq; id Theophrastus libro de plantarũ
" historia sexto nõ ꝓcul a fine quo loco longius de coronariis floribus & herbis agens ait. Ex floribus
" aũt prima prodit uiola ubi mitior aer fuerit ab hyeme statim:ubi aũt asperior postea: alicubi etiã
" uere ipso:mox statim subiecit:eæ .n.quibus ad coronas utuntur longo interuallo cæteros flores p̃-
" ueniunt:post hæc floret Narcissus & agrestis bulbus. Texunt enim & hunc in coronas aliqui . Post
" hos floret œnanthe:nigra uiola:& ex siluestribus helicrhysus & anemona quæ lemôia.i.pratẽsis uo
cat̃:genusq; anemones coronariũ unum hoc facit in pratis nascens siluestris generis. Id ipsum Pli-
nius.xxi uolumine.xi.capite ostendit dicens Deinde alteꝝ genus anemones quæ lemonia uocatur.
Nec multo post eiusdem libri capite xyi inter aculeatas sed mitiores siluestrem hanc aut aliã ane-
monem numerat:eam describens ut credimus quæ i Adonidis epitaphio a poeta ex lachrymis Ve-
" neris Adoniden lamẽtantis produisse ficta est. Versiculi in eo sunt. δάκρυον ἁ παφία τόσσον ἐγχέει
" ὅσσον ἄδωνις αἷμα χέει· τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίνεται ἄνθη, αἷμα ῥόδον τίκτει· τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνε-
" μώναν Siluestrem & aculeatam describẽs Siquidem in silua & inter uepres gesta hæc poetæ & alii
finxerunt ut in rosis dictũ a nobis ẽt longius est. Idem p̃terea.xxyii.uolumine capite.xii. de Otho-
na agens anemonem a qbusdam uocari ait:qm̃ flore croci floret: cuius ẽt grãdia rara & decidua fo
" lia sunt. Quæ oia non longe ab hoc loco ex hoc ipso scriptore in othona accæpta sunt. Siquidẽ hic
" etiã ait. ἄνθος δὲ φέρει κρόκινον πλατύφυλλον ὅθεν ἔδοξαν ἀνεμώνης αὐτὸ τινὲς εἶδος εἶναι, quod est.
" Croci folium habet latum:ex quo crediderunt aliqui anemones genus & hanc esse:manifesta signi
ficatione ex folioꝝ latitudine in floribus anemonem præcipue signari. Certissima postremo diui
sione anemonaꝝ oium Plinius usus est eodem libro:sed capite uigesimotertio dicens Anemonas
" coronarias tñ diximus:nunc reddemus & medicas:coronarias intelligens limoniam illam & acu-
" leatam de quibus antea egerant;medicas uero eas de quibus hoc capite Dios. agitur a quo accæpta
omnia latinis reddidit Plinius:poteruntq; uolẽtes quod dicimus collatis duoꝝ scriptoꝝ historiis
facile deprehendere. Dicendũ nunc breuiter:quibus inditiis nõ esse anemonem:quod nũc rubrũ
papauer uocant rõcinari aliquis possit. Quoꝝ illud primũ est non facile in siluis inueniri si rubrũ
papauer anemone sit alteꝝ eius genus quod a cunctis siluestre appellatur. Nascitur enim rubrum
papauer cultis & non cultis locis semp. In siluis uidisse me nunq̃ aut q̃rarissime memini:& nihilo-
minus si siluestre dicendũ erat:oportuit multũ & frequens in siluis inueniri. Praeterea satiuæ tria
genera ex coloris diuersitate a cunctis sunt:puniceũ:purpureũ:& lacteũ:cũ non nisi puniceum &
lacteum in rubri papaueris genere inueniant̃. Purpureum enim qui uiderit nescio Accedit his q̃
rubrum papauer maturis tritici & hordei segetibus floret Theophrastus aũt limõiam illam ane-
monem appetente uere ab hyeme statim florere dixit;Plinius alteram illam aculeatam esse; quæ
nota in rubro papauere nõ inuenitur. Hic ẽt cum in extremo capitis calce docet quomodo anemo-
ne ab argemone & erratico papauere discernatur inter cætera ait anemonas non κωδίαν.i.papaueris
modo uasculũ;sed asparagi cacumen hr̃e:quod in rubro papauere sensus falsum ostendit in quo
κωδίας.i.papaueracei uasculi exacta forma est. Quod & Plinius testat̃ libro xxi, capite.xxiii. Præ-
ter hæc oia animaduertisse illud ẽt ad hãc rẽ inutile nõ fuerit:in historia creatici papaueris quam
libro quarto hic docet ῥοιάδα quasi fluidam noiari dicere Dioscoridẽ quia citissime folia amittat
ꝓuenire in aruis uere inter hordea per eius frugis messem:folia origani aut erucæ habere:longio-
ra tñ & aspera caulem iunceũ:cubitalem:flore puniceo & aliqñ candido:siluestri anemonæ simili
capitulo oblongo &c. Quæ oẽs rubri papaueris notæ sunt: presertimq; puniceus uel candidus ille
floris color:qui nulli alii papaueri competũt:siquidem omne papauer tam satiuum q̃ erraticum
florem fere colore in albo purpureo:Non tñ quod ad erraticum papauer ptinet hoc loco decerni-
mus:sed quæ dubitandi cãm nobis attulerint simul colligimus:qbus poteraor & alia adiici ut ostẽ
deremus latius q̃ ad rubrũ papauer patere anemonaꝝ nomen. Inclinatq; animus nobis plura uno
hoc nomie floꝝ & herbaꝝ genera significari;quoꝝ p̃cipue q; in foliis eadẽ aut similis figura & fortu
na sit. Quales aũt illæ & quibus appellandæ nominibus sint pro comperto nobis penitus nõ ẽ Pos-
semus quidẽ q̃ obseruata hactenus fuerint dicere; sed non satis certa re breuitati cõsulimus. Illud
sine periculo affirmare ausim:si rubeum papauer anemone aliqua sit erraticũ illud:de quo quar
to uolumine agitur in colore floris:falso describi ut tunc copiosius dicetur. Anemonem itaq; hanc
ob similitudinem agreste nigrumq; papauer uocari monuit Diosco. Licetq; adiectiua illa tantum
in cunctis fere legerent̃:nos tñ ex meliorum codicum lectione papauer adiecimus. Quam deinde

uocē hic posuit καὶ ἀνεμώνη φοινικῆ non sic legendam esse: sed simpliciter φοινικίδα antiqua græcorū lexica indicāt: in qbus legere licet φοινικίδα ἤγουν ἀνεμώνη. Solo. i. colore floris aliqñ indicata ē & nostra gēs & ætas nūc ēt sic noiar ἡ ἔμιος hæc ipsa eadē rōne dicta ē qua anemōe d. a uēto. f. qm eo spirāte tm̄ apiat. Hēt & μηκώνειον. i. papauerculū eādē quā supiores illæ rōnem ab eadem. f. papaueris similitudine & forma quā pferūt. Orci tunicā hic ēt Anemonē a Romāis uocari ait. Sed nulla appellationis eius inuenta hactenus cā a nobis est. Cōiicere tn̄ possumus Diti patri quem ueteres poetæ Orcū dicebāt in tēplis theatris ue aut pōpa ex eius floris colore tunicā ppriā fuisse. Nō tacebimus illud ēt dicere Seruiū grāmaticū in poetæ nostri Bucolicis carmē illud enarrātē Puniceis humilis quātū Saliūca rosetis Orci tunicā uulgo dici: quā Maro Saliuncam eo loco appellat.

DIOS DE Argemone. Cap. clxv.

a Rgemonē sunt qui Oenonen: qui Anthemida: qui Omonæā. i. cōcordiā: qui Campestrem florē: qui Cōcordialē: qui Pergalion uocēt. Romani Liburnicam herbam appellāt. Agresti papaueri similis Argemone est. Folia Anemones habet incisuris diuisa: florē in caule puniceum: Capitulū erratici papaueris: quod rhœada uocant: oblongius tamen: & in superiore sui parte latius. Radicem rotundam: quæ diluti aqua croci colore liquorē ex se remittit ui sua acrem. Purgant oculorꝫ albugines & nubeculas argemones folia: leniunt eadem inflāmatiōes emplastri modo imposita. De Argemone hac herbarius Crateias hæc ēt tradidit tusam cū axungia strumas discutere. Siccatamqꝫ tusam & cribratam cum nitro: uiuoqꝫ sulphure nigris uitiliginibus prodesse: in quem usum sicca in balneo sine humore confricari oportet. Facit eadem ad scabiem etiam.

INTERPRES.

f Vir & adhuc est magnæ litis cū Eupatorio Argemone duo simul diuersa genera miscentibus cunctis. Nec satis adhuc constat nominis oē an rei cōtrouersia hæc sit. Si quā uostræ ætatis in Hetruria medici Argemonē circūferunt: contemplef aliquis nihil cū uera eupatorio descriptaqꝫ hoc loco argemone cōe uidebitur hre. Si quam iuniores scriptores tradiderunt: & nos in antiquissimis eorꝫ cōmentariis pictam uidimus Eupatoriū mutato noie Argemonē appellasse merito credenf. Eupatorii. n. a Diof. traditas in quarto uolumine notas oēs in historia & pictura illi assignant: Nec est q demiref aliquis nos picturarꝫ fide ad hanc rem utentes. Calami enim & penicilli eadē pene rō & usus est nec alter altero minus incertius ue nostri animi sensus aliis ostendit. Verisimileqꝫ est relictas ab illis medicæ materiæ picturas ex his quæ tunc in cōi æstimatione erant relictas fuisse. Quod totum non sine cā a nobis dicif. Vidimus. n. & nunc in manibus habemus sex centorꝫ annorꝫ latinum Dioscoridem regium: ut tunc tēpora erant: opus: in quo diligētissima pictura oēs Eupatorii notæ Argemonæ huic adiectæ fuerunt: quæ ex historia huius scriptoris tribuendæ argemonæ non erant: quam agresti papaueri similē dicit folio Anemones incisuris diuiso: flore in caule puniceo: & in flore erratici papaueris capitulo: quorꝫ nihil in Eupatorio uidef. Miscuit hæc & ignorari fecit similitudo: quodqꝫ hic superiore capite in anemone ait. nescientes siluestrem anemonem ab argemone hoc ob similitudinē discernere imperiti herbarii siluestrem anemonem & argemonem hanc unam eādēqꝫ crediderunt & eē tradiderunt. Et ne ociosum in incognita re uacaret argemones nomen ad Eupatoriū transtulerūt argemonemqꝫ sui generis alioquin herbam Euparorium falso appellauerunt. De Eupatorio copiosius suo loco agef. In argemone hac autē satis illud nouisse sit sui generis esse herbā siluestri anemonæ adeo similem ut discerni nequeat: appellatamqꝫ a ueteribus argemonem q oculorꝫ & lucis uitio: quod græci argema uocant: illita medeatur. Plinius plures maioresqꝫ q̄ hæc & alias illi uires assignat. Videturqꝫ ī ampliore & hōestiore medicinæ & remediorꝫ censu eā cōstituisse: quo fit ut suspicemur potuisse eum scriptorem argemōes noie ēt p Eupatorio uti. Nō tn̄ hoc cōstituimus: In Eupatorio. n. certius tota hæc agetur res.

DIOS. DE Altera Argemone. Cap. clxvi.

a Rgemonem alteram sunt qui Artemonem: qui Arsclam: qui q carnes glutinet Sarcocollam uocent. Romani Argemoniam dicunt. Agrestis papaueris & hæc folia habet. Natura illi & uis est si uiridis cōcisa infricef præcisiones sanare. Oculorꝫ inflāmationes eadem sedat. Contra intestinorum tormina bibitur cum aqua utiliter: uulnera glutinat: inflammationibus utilis est: sedatqꝫ eas

imposita conuulsis & abscissis medetur. Bibitur & cõtra uenenatorum morsus præsenti utilitate cum uino.

INTERPRES.

c Ria Argemones genera Plinius sua ætate cognosci & numerari a Romanis tradidit: probari tñ uuum tm̃: & id cuius radix tus olet. Antiquiores græci Galenus. s. & Paulus Aegineta unam tm̃ Argemonem nouerunt. Hic primam & alteram descripsit: & medicinæ utilẽ tradidit. Dicimus aũt in hoc duo eius genera legi ut in impressis & qui circunferuntur græcis codicibus inueniuntur Nam in uetustissimis nullum est alterius Argemones hoc caput. Nec quẽ nos habemus uetustissimum latinum Dioscoridem alteram hanc Argemonem ondit. Obseruauimusq; nos in multis pares uetustate græcum & latinum Dioscoridem quem tam sæpe citamus fide pares etiam esse: nihilq; aut in altero inueniri: aut deesse quod non in altero pariter inueniatur & desit. Quam legitimum itaq; scriptoris huius caput hoc sit uiderint peritiores. Nobis inclinat animus ut credamus adulterinum suppostitiumq; esse. Vtimurq; ad hanc suspitionem non tm̃ quas paulo ante diximus rõnibus q̃ q; pleraq; sunt in eo alienæ huic scriptori elocutionis inditia Dubitamus præterea deesse huic Capiti aliquid quo loco. s. sanare præcisiones Argemone hæc legitur. Desideratur enim cuius partis præcisiões: Nobis inclinat animus neruo℞ intelligi oportere: qm̃ hic & alii græco℞ medici ἀλκ. ωπάς quæ uox huic scriptori eo loco est in neruis priuatim plerunq; appellãt. Plinius præfectiones eas dixit undecimo uolumine capite. xxxvii Eius uerba sunt Mirumq; uulneratis neruis summus dolor; præfectis nullus.

· DIOS DE Anagallide. Cap. clxvii.

a Nagallida sunt qui ex altero eius colore puniceam: qui Aeritim: qui Augitim: qui Sauritim: qui Hirundinariam: qui Corcho℞: qui Alicaccabum: qui Zeliaurum appellent. Thusci Masytipos: Galli Sapana: Daci Cerceraphum: Magi Nycterida: & Sanguinẽ oculi: Aegyptii Merie: Aphri Asirison. Romani pariter Græcis Anagallida dicũt. Duplex diuerso floris colore anagallidis genus est. Habet. n. altera ceruleos quæ fœmina est: altera quæ mascula puniceos flores. Breues sunt Anagallides frutices in terra iacentes: foliis in quadrangulo caule paruis: & modice rotundis: belxines figura. Semen hñt circinatũ. Leniẽdi iis utriq; est. Inflãmationes arcent: Surculos extrahunt: Cohibẽt quæ pascẽdo serpunt. Gargarissatus earum succus capitis pituitas per os purgat. Purgat & naribus instillatus. Idem dentium dolores finit a cõtraria nare instillatus. Purgat cum melle attico oculorum albugines. Prodest hebetibus itidem oculis. Bibitur uiliter etiam cõtra uiperarum morsus cum uino. Succurrit & renum cum urinæ malo aliquo doloribus: iocinorosis & cutem subeuntibus aquis. Ferunt Anagallidem cui cœruleus flos est procidentem sedem compescere: cui uero puniceus proritare.

INTERPRES.

n Ouerunt non tm̃ in hortis & aquosis nascentem Anagallidẽ ut Plinius ait: sed post messem in aruis & florentem in Ethruria pueri innuptæq; puellæ matres atq; uiri ut Maro cecinit: maxime uero oĩum quæ asperiorem & decolorem a natura cutem accæperunt mulieres ad læuorem nitoremq; uultus succo eius inter nos utentes Nec quicq̃ huic scriptori certius respondet: duplex in flore color: quadrãguli caules: iidemq; per terrã sparsi: & parua nec toto ambitu rotũda folia. Calcatur ubiq; in aruis: nihilq; despectius nũc Anagallide est: cum tñ in antiqua medicina multus fuerit eius usus: numerauitq; eam Paulus Aegineta inter ea quibus caput purgat: iussitq; succum eius naribus in eum usum infundi. Ob quam causam nõ demirabitur aliquis in humili & neglecta nunc ab omnibus herba tam multas appellationes. Plerunq;. n. fit ut ubi maior fortunæ & uirtutis gloria splẽdet: illic & numerosus noĩum ambitus audiat. Plinius ex tam multis quæ nunc in scriptore hoc numerant unum tñ rettulit Anagallida dicens aliquos Corchoron uocare: quæ uox antiq̃ssimis græcis ad maledictum translata est contra eos: qui in humili & in digna fortuna maiores ea honores sibi quærerent. Frequensq; in græcis dicterium est κόρχορος ἐν λαχάνοις: κόρχορος quod est Corchorus inter olera: qm̃ hæc necessarium gratum & utilem usum habent: ille uero mi scet se quidem in horto oleribus: sed ob humilitatem suam sine gratia aut maioris utilitatis spe. Theophrastus tñ lib. viii. de planta℞ historia in puerbiũ & maledictũ trãsisse ob amaritudinem

κόρχορος
Corchorus

testatus est. Verba eius sunt. καὶ ἕτερα δὲ πλείω τούτων ἐν οἷς καὶ παροιμιαζόμενός ἐστι διὰ πικρότητα κόρχορος. τὸ φύλλον ἔχων ὠκιμώδες &c. Quod est & præter hæc plura alia: inter quæ & corchorus est ob amaritudinem in prouerbium translatus folio ocimi figura. Quod si hac rõne intelligendũ id erit prouerbium contra eos dicetur: qui paratam homini uoluptatem & suauiorem rei alicui' usum tristi & amaro aliquo turbabunt. Fuerunt deinde qui colorem floris Anagallidi adiicientes poniceam: & qui aeritim idest aeriam a ceruleo colore nominarent genera eius potius distinguentes q̃ nouis appellationibus indicantes. Quemadmodum & Augitim a fulgore coloris & luce aeris quam græci αὐγὴν uocant alii pariter indicauerunt. A lacertis deinde notissimo insecto quas græci σαύρας dicunt sauritis appellata Anagallis fuisse credi potest: qm̃ succo eius uiperarum morsibus antiquitas mederet: quæ lacertis quadamtenus similes sunt; uel quod frequens hoc insectum ĩ aruis inter Anagallides inueniatur. Acceditq; sententiæ huic testis Nicander in Theriacis suis σαύρην herbam appellans contra uenenata utilem. Quam ob cãm mutata tantum nominis forma hic Sauritim ab aliquibus appellari dixit. Non tamen ex Nicandro colligi & pro comperto haberi potest σαύρην ne ille anagallidem an aliam in olerum genere herbam sic uocet. Nosq; ad hanc rem coniectura magis q̃ ratione; aut aliorum auctoritate usi sumus. Fecit præterea similitudo ut hirundinaria & alicaccubus alterius generis herbæ sola appellatione in anagallidom censum & nomenclaturam uenerint. Et hæc pro tam multis anagallidum nominibus dicta satis sint. Cætera enim incognita nobis aliis docenda relinquuntur. Restituimus huic capiti etiam quod in eo perierat mederi. s. Anagallides præterq̃ iocinorosis cutem subeuntibus aquis. Id enim in excribendo relictum a librariis fuerat: Nec tũ in antiquissimis græcis & latinis seruabatur.

DIOS. DE Hedera. Cap. clxviii.

c

Isson sunt qui Cittaron: qui Cissaron: qui ab aureis corymbis chrysocarpon: qui q; poetæ ea coronantur poeticam frõdem: qui a corymbo⁊ figura corymbiam: qui Cission: qui a Baccho Dionysion. i. bacchicam: q̃ Erithranum: qui a gente Persidem: qui Cemon: qui Asplenon appellent. Galli Suibiten. Romani Hederam dicunt. Plures habet hedera si singulæ numerentur species differentias: genere uero præcipuas tantum tres. Candida enim quædam: & nigra quædam est. Tertia priuatim helix quasi clauicula appellatur. Cãdidum fert fructũ candida: nigrum crocatum ue nigra: quam uulgus bacchicam uocat. Sterilis berix est tenuibus uiticulis: breuibus: angulosisq; & concinnioribus foliis. Natura oĩum in medicina acris est. Adstringunt: neruis nocent. Flores cuiuscunq; generis trium digitorum carptu: intestino⁊ tormina bis per diem cum uino poti emẽdant. Quin etiam cera excæpti utiliter ambustis illinuntur. Medentur lieni tenera folia in uino decocta: aut cruda cum pane coacta. Infundit̃ naribus folio⁊ corymborumq; succus additis irino unguento: melle & nitro: facitq; ad antiquos capitis dolores. Inspigitur & in eundem usum cum aceto & rosaceo. Infundit̃ præterea purulentis auribus & in ea⁊ dolore cum oleo. Faciunt nigræ hederæ poti succus & corymbi corporis langorem: turbantq; mentem largius sumpti. Leniunt dentiũ dolores acini qnq; ex corymbo hederæ decerpti cum rosaceo in Malicorio calefacti & in contrariã aurem instillari. Denigrant illiti capillum hederæ corymbi. Omnium generum ulceribus & quæ cacoethe etiam. i. dolosa uocant: ambustisq; in uino decocta folia medẽtur. Emendant itidem illita discolorem & ceu sole adustam cutem ut præmonstratũ est decocta. Cient menses triti & appositi hederæ corymbi. Idem drachmæ pondere a purgatione fœminis poti sterilitatem faciunt. Quin etiam foliorũ pediculi madentes melle fœminarum naturalibus subditi menses & fœtus ex utero trahũt. Tædia narium graueolentiam & quæ in naribus exeduntur purgat & sanat hederę succus. Depilat hederæ lachryma pediculosq; inuncta necat. Phalangiorum morsibus succurrit potus cum aceto hederæ succus.

INTERPRES.

n

Vmerantur a Plinio uiginti hederarum genera foliis: corymbis: uiticulis: altitudine: humilitateq; & usu diuersa; omnia a Theophrasto diuersis locis accæpta. Copiosiorq; ille gene⁊ numerus

numer⁹ quẽ in ore oĩum fuisse quõdã uerisimile ẽ occasionẽ ut nos credim⁹ scriptorẽ hũc exscribẽtibus attulit ut a principio stati hederarũ historiæ tã multisq; diuersis appellatiõib⁹ nõ una noĩa ret plãta: sed uni⁹ plura numerarent gña. Licetq; satis legẽtib⁹ futuꝝ erat: uñ tota repetẽda illis res ẽẽt breuiter signasse: nihilomin⁹ qm̃ plures huiuscemodi uoces corruptæ in hoc scriptore legebãt nõ penitus inutile fore credidimus in itegrũ eas restituere: & q̃tenus licet eas exponere. In quo scriptoris huius ordinẽ seruabim⁹: q cũ κίσσον cõi appellatiõe ꝓposuisset q̃primũ subiecit κίσσαρον & κίτταρον ab aliqb⁹ ẽt dici nullo in diuersis lr̃is illis discrimiẽ. Siq dẽ antiq̃ssimi atheniẽses duas lr̃as σ. & τ. ꝓmiscuo usu alternabãt: & ut in plerisq; aliis factũ dephẽdimus ex τ̃ κισσοῦ κίσσαρον posteriores fececũt: nulla significatiõis sed sola uocis mutatione. Addidit mox Dios. eãdẽ a quibusdam χρυσόκαρπον dici: q̃ uox a Plinio ex aureo acinoꝝ colore nigræ hederæ tribuit. Quã deinde hic poeticã uocat in eodẽ nigræ hederæ gñe cõstituẽda est Honoris ꝓrogatiua hæc illi fuit q̧ ea coronarent poetæ. Sequit mox corrupta uox κορυμβήθρα. κορυμβίας. n. auctore Theophrasto legenda est κίσσιον ꝑterea hederã diminutiua forma q̃si hederulã uocari hic ẽt ait; ueꝝ cõi oĩbus appellatiõe illa certũ genus signat qd̃ Plinius rigere ait & sine adminiculo stare. Bacchicã uocari ẽt dixit nulla certi gñis ut nos credimus appellatiõe sed honoris tñ cã q̧ Bacchus ex india in græciã eam attulerit; & si Plinius maximis oĩum aliaꝝ corymbis hãc eẽ testet. Excipit hãc incerta uox nobis nisi pro ἰθυβίσιον: ἐρυθρὸν legendũ sit: qd̃ genus Erythranũ Plinius a colore appellat. Qũ in etiã Persida a regione eandẽ uocat. Asplenon uero nõ qa uere aspleno similis sit; sed q̧ lieni medeatur. Quæ oẽs a principio diximus falso appellatiões dicunt; qm̃ in diuersis generibus notæ magis q̃ appellatiões sunt. Eaꝝ ut a principio diximus ex Plinii lib. xyi. Theophrasti uero de plãtaꝝ historia tertio repeti a uolentibus & cognosci certius pñt. In eo tñ qd̃ ambo illi & hic helicẽ appellant non cõueniunt sibi graues auctores. Hic ait sterilẽ helicẽ esse: Viticulas tenues hr̃e: folia parua: angulosa & rubra: q̃ to Theophrasto & Plinio aliter tradũt. Sũtq; Theophrasti de helice hæc uerba καὶ παρὰ τοῖς φύλλοις πλεῖστον διαφέρειν τῷ τε μικρὸν εἶναι καὶ τῷ γωνοειδεῖ καὶ εὐρυθμότερα εἶναι. Quæ Plinius latinis sic reddidit. Plurimas differẽtias hẽt helix qm̃ folio maxime distat: parua sunt & angulosa: concinnioraq;. Ex eo suspicari cõtigit qd in hoc scriptore ἐρυθρά .i. rubra est εὐρυθμότερα .i. concinniora legi forsitan posse. Attestaturq; suspitioni huic nr̃æ in nulla hedera rubẽs color: auxitq; eã q̧ in antiquioribus latinis Serapione. f. & uetustissimo oĩum Dioscoridis codice quẽ habemus pro rubore crassitudo legitur: indicantq; eẽ hoc genus foliis paruis angulosis & crassis: Videntq; crassa dixisse quæ Plinius cõcinniora & Theophrastus εὐρυθμότερα dicunt: qñ græci εὔρυθμον inter cætera dicunt τὸ καλῶς διακείμενον q̃si ea lætitia lætũ qua Maro lætas in Georgicis suis fruges appellauit. Quas oẽs ob cãs: presertimq; qa nusq̃ rubens color in hedera aliq̃ uisus nobis ẽ a rubru colore q passim in cũctis græcis legit ad cõcinnitatẽ eam trãstulimus uocẽ. Est ꝑterea nõ multo post locus pariter nobis suspectus ubi hic ait nigræ hederæ succũ corymbosq; potos langorẽ facere ἀτονίαν in græcis legit: q̃ uox infirmitatẽ & ad oĩa impotentiã corporis significat. Dubitauimusq; qm̃ Plinius ait hederæ nigræ corymbos steriles ẽt uiros facere nõ ἀτονίαν sed qd̃ ad ἀτόκιον ptineret aliqd legendũ illic esse: quæ uox ut sæpe alias diximus ad sterilitatẽ pertinet facili lubricoq; lapsu in una lr̃a ab altero in alteꝝ sensum: non tñ ob eã suspitionẽ aliquid mutauimus cõtenti legentibus eam signasse. Sumpsimus ex Plinio ẽt quod nõ procul a fine dictũ est tædia nariũ grauolentiaq; purgare naribus instillatũ hederæ succũ. δυσωδίας. n. & σηπεδόνας intelligit Dios. ὀζαίνας notissimum medicis in naribus malũ & quod ab ingrato odore nomen inuenerit carnis corruptione illic facta: q̃qm̃ fere incurabilis est tædii appellatione eam indicauimus. Siqdem ueteres honesta appellatione hac dixerunt fistulas uomicas diuturnaq; ulcera. Qoalia in cruribus præcipue durant nullis medicamentis cedentia: perpetuisq; doloribus & sordibus hominem uexantia.

Tædia

DIOS. DE maiore chelidonio. i. maiore hirũdinaria herba. Cap. clxix.

C Helidonion maius sunt qui pæoniã: qui crateã: qui aubium: qui glaucium: qui pandioniã radicẽ: qui philomedion: q othonion appellent. Galli othonã. Aegyptii mothoth: Daci crustanẽ: Romani Fabium & Chelidoniũ dicũt. Cubitalẽ ꝓfert caulẽ: & aliqñ maiorẽ hirũdinaria maior: gracilẽ: adnatis multis foliosis. Folia hẽt ranunculo herbæ similia: teneriora tñ: & cum cæruleo colore aliquo: iuxtaq; singula folia florẽ uiolæ similẽ. Succus illi diluti aqua croci colore ẽ: acer: odoratus: cũ amaritudine aliqua & odoris grauitate. Radix in superiore parte illi una est: in inferiore plures croci radicib⁹ similes. Fructus cornuti papaueris modo gracilis: lõgus: pineæ nucis figura in quo exigua semina sũt: papaueris seminib⁹ maiora. Prodest oculoꝝ claritati maioris hirundinariæ herbæ succ⁹ in æneo uase in carbonibus addito melle decoctus. Exprimit aũt succus ex foliis radicibus & caule incipiente æstate: siccatusq; in umbra conformat in pastillos. Medet suffusis felle

radix cũ aniso & uino albo pota. Sanat itidẽ ulcera quæ a serpẽdo herpetas uocant ex uino emplastri modo imposita. Quin etiam cõmanducata dentiũ dolores finit. Credit' hirũdinaria herba hæc nomen sibi inuenisse q; hirundinũ aduentu ex terra ꝓdit: discedẽtibus uero iisdẽ marcescit. Tradiderũt ꝑterea aliqui siqs ex hirundinis pullis in nido lucẽ amiserit matrẽ hãc herbã oculis admouẽtẽ cæcitati eius mederi.

INTERPRES.

Fecit hirundo quã græci chelidona uocant notissimæ auis notissimæ oĩbus ẽt nunc herbæ nomẽ. Vtq; id ꝓ cõperto est: sic cõtra nõ satis certũ qd sibi & aui tam cõe sit: qd ue inucẽ agẽtes patiẽtes ue cõicato noie inter hoies censeant'. Duas hic tm̃ retulit cãs quarũ altera a tpe quo ꝓdit ex terra redeũti ad nos appetente uere aui huic cõi: altera a ptãte & ui eius qua oculis & eoꝶ claritati mederi hirũdines credant': quã Celsus lib. vi. capite. vi his uerbis damnauit. Nihil aũt cõmodius est (de ĩbecillitate aũt oculoꝶ agit) q̃ sanguine uel colũbæ uel palũbi uel hirũdinis ungere. Neq; id sine cã fit cũ hoꝶ acies extrinsecus læsa interposito tpe in antiquũ statũ redeat celerrimæq; hirũdinis. Vñ ẽt locus fabulæ factus est per patẽtes id herba restitui qd per se sanescit. Aristoteles ẽt. iiii. de gñatione aialiũ libro eiusdẽ sniæ antiqor & grauior testis est. Cũ. n. de quibusdam ageret auibus q̃ impfectos & cæcos excludũt pullos suos post multa q̃ ad hãc rem dixerat subiecit. Quãobrem siqs nup genitaꝶ hirundinum oculos ꝑpungat rursum incolumes reddent'. In quo aĩaduertendũ est nõ aduersari hoc imurabili naturæ decreto quo ea uoluit a priuatiõe ad habitum nullibi regressum esse. Hoc. n. aliter se hẽt. Nec eadẽ rõ est in his q̃ fiunt & q̃ facta iam sunt. In factis a priuatiõe ad habitũ nullus est reditus. In his aũt q̃ fiunt ẽt si læsum corruptum q; fuerit aliqd fieri & oriri denuo põt: talesq; nup ex ouo exclusi hirundinũ aliarumq; multaꝶ auiũ pulli sũt: ꝑsertimq; eaꝶ q̃ multos pariũt cæcos nec dũ absolutis oculis pullos suos excludẽtes: quales cornix: pica: passer & hirundo est: eãq; ob rãm nos qd in scriptore hoc erat νεοττῶν q̃ uox auiũ pullos nõdũ nido expulsos græcis significat nup exclusos in nido diximus ueteꝶ auctoritatẽ & naturæ legem hãc secuti. Nõ ĩo penitus falsum sit læsos ab exclusione statim & cũ adhuc fiũt auiũ oculos instaurari posse. Et qd ad hirundinariã herbã ptinet meminisse oportebit qa claritati oculoꝶ prosit eius succus ĩõ credidisse impitos qd p se sanescit in hirundinũ pullis: ope eius herbæ fieri. Quod totũ nouisse Plinius ur' li. viii. capite. xxvii. uexatos nam cæcos hirundinũ oculos ope hirũdinariæ herbæ ad integritatẽ restitui dicẽs. Relinquit' itaq; ut ab aduentu eius auis nomẽ hirũdinaria herba inuenerit: & ex quo auis & herba simul ꝑitẽ iam anni nouitatẽ indicant meminerimus liberalẽ hũano generi naturã alterutra rõne ueris aduentũ mortalibus ostẽdisse ut sicubi forte nõ nasceretur herba auis id tps significaret: & si quo timẽs sibi aut antiquæ iniuriæ & cædis memor ea auis nõ aduolasset illic ꝓferẽs se herba noui anni lætitiã & nouoꝶ operũ auspicia agricolis idicaret. Credimusq; nos quondã ex agro uenĩẽtes ꝓlata hac herba non minus q̃ urbanos uisa aue identidẽ dixisse qd in eqtibus suis græcoꝶ lepidissimus comicus ait σκέψασθε παῖδες οὐκ ὁρᾶθ'; ὥρα νέα χελιδών repetitaq; sæpius auis eius appellatiõe cõe nomẽ factũ herbæ ẽt fuisse. De quo satis dicta hæc sint. Nã qd ad alias appellatiões ptinet a similitudine pæonia hæc ipsa dicta est: quẽadmodum & Pandioniam radicẽ facile rõcinabit' aliqs a Pandione Atheniensiũ rege dictã: quẽ ꝓchnes q̃ in hirundinẽ cõuersa est patrẽ fuisse fabulati poetæ sunt. Reliquæ nõ satis certũ nobis habent intellectũ: eãq; ob cãm relinquunt': nisi forte qd hic ait philomedion ẽt dici a prochnes sorore errore nois factũ fuerit. Quod si accipiendũ sit philomelion legenda tunc uox illa erit. Non relinqmus illud tñ othonniã abothõna herba dici ea rõne quã nõ multo post in Othõna dicemus. Nota hirũdinaria hæc & altera de q̃ mox dicemus. Eã Theophrastus lib. viii. de plantaꝶ historia nõ ꝓdire ex terra sed florere in aduẽtu hirundinis dixit. Eãq; ob cãm nihil nos de historia eius ultra agemus. In his uero q̃ ad medicinã ptinẽt ex quo hic ait acrẽ hirũdinariæ succũ esse: ne uicinitate nois decipiat' aliqs qd

Acidus sapor · *Acer sapor*

acidi & acris saporis discrimen sit breuiter ex euentu dicemus. Incidit: diuidit: extenuat: laxat: & sine calore purgat acidũ: acre in extenuando & purgando par es acido uires hẽt: differt tñ q; acidum refrigerat: acre calefacit: & ꝑter hæc q; acidum retundit: acre extrahit: discutit: ecumpit: & crustas ignis mõ facit. Diximus hoc capite suffusis felle mederi hirũdinariæ herbæ radicẽ quotidianũ & notissimũ mali genus indicantes qd interꝑtes alii a cœlestis arcus colore mõ arquatos mõ a pallore

Suffusio fellis

auri auriginẽ: mõ regiũ morbũ q; elegantiore gñe dietæ curari crederet': mõ eadẽ nobis uoce fellis suffusiões toto hoc opere noiauerunt: uarietate illa uocũ q̃ oẽs latinæ & honestæ sunt latinam rem augentes & illustrãtes. Nobis placuit electã semel in eᵘ mali indicatiõe ꝑpetuã secuare: & ex tã multis eã eligere q̃ magis ex re & mali natura eẽt. Siqdẽ Galenᵘ in diffinitiõibᵘ suis icteron ait. Sic n. græcia cõcolori aue q̃ latinis galbula ẽ appellauerũt χολέεις ἀνάχυσιν ἐπὶ τὸ δέρμα eẽ. i. fellis ĩ extimã cutẽ suffusionẽ. Qua uiridi in luteo colore quo auis illa maiore pte corpis & cœlestis arcᵘ est sũma corpis supficies decoloret', albescãtq; alui excremẽta: & hæc ꝓprie græcis icteros latinis uero fellis suffusio ẽ. Antiqores tñ græcoꝶ medici qñ diffundit' eodẽ mõ ẽt aliqñ bilis atra foato & ĩ ea icteri noie. Colore eã distixerũt: nigrũ icterõ uocãtes. Quẽadmodũ in lupino supiore uolumie dixius.

DIOS. DE Minore hirundinaria. Cap. clxx.

Helidonion minus sunt qui agreste triticũ uocauerint. Exigua herba est si-
ne caule foliis ex radice pediculis pẽdentibus hederę figura. Rotũdioribus
tñ minoribus: teneris & modice pinguibus. Radices habet ex eodẽ prodeũ
tes: paruas: multas tritici mõ coaceruatas. Earũ tres quatuor ue tñ in longitudinẽ
p̄grediũtur. Nascit̃ p̄pe aquas & lacus. Acres hẽt uires agresti papaueri qd' Ane-
monẽ uocant similes cutẽ exulcerantes. Scabiẽ & scabros ungues pellit. Ex radici-
b' expssus succus ad purgationẽ capitis addito melle narib' utiliter ĩstillat̃. Qui ẽt
radicis ei' decoctũ mox cũ melle gargarissatũ caput cũctaq; pectoris uitia purgat.

INTERPRES.

Mendatiĩmus ex antiquissimoꝝ græcoꝝ latinoꝝq; codicum fide in minore hirundinaria
qd male in impssis uulgatioribusq; πυρὸς vel legebat̃. Diximusq; agreste triticũ. i. πυρὸν uo
cari minorẽ hãc hirũdinariã. Nec tñ antiquitatis fide & testimonio id fecimus. q̃ ex histo
ria scriptoris hui' q hrẽ eã ait ĩter cætera radices tritici mõ coaceruatas. Satisq; p ea dicta hæc sint.

DIOS. DE Othonna. Cap. clxxi.

Thonnã. Romani pariter græcis othonnã dñt. Sunt qui maioris hirundi-
nariæ succũ othonnã eẽ dicunt: q glaucii herbæ: q florũ cornuti papaueris:
nõnulli ẽt cœruleæ anagallidis a pollairisq; herbę & papaueris mixtos simul
succos othonnã eẽ affirmãt. Sunt ẽt qui Troglodyticæ cuiusdã herbę q̃ othõna uo
cet̃ succũ eẽ credãt: Nasciq; herbã in Arabia ẽt quæ ad Aegyptũ est erucæ foliis cri
bri mõ foraminibus multis & cõtinuis pforatis iisdẽq; squalidis & paucioribus. Flo
rẽm fert croci figura latioribus foliis. Quã ob cãm crediderunt aliqui siluestris ane-
mones genus eã esse. Exprimit̃ ex ea succus ad oculoꝝ medicinã cũ purgari aliquid
oportet erodẽs & q̃ claritati eorum officiũt oĩa exterens. Ferũt p̃terea destillare ex
othõna humorẽ aliquẽ. Quẽ lotũ: calculisq; oĩbus purgatũ ĩ pastillos cõformant ad
eadẽ utilẽ. Ferũt p̃terea aliqui lapidẽ othõnã eẽ in Aegypti Thebaide nascentẽ co-
lore candidũ: magnitudine paruũ: gustũ erodẽtẽ calefaciẽtẽq; simul & adstringẽtẽ.

INTERPRES.

Vis audeat ætate hac nr̃a cur p̃teritoꝝ sæculoꝝ negligentia & tempoꝝ iniuriis notissima
quæq; adeo perierũt ut q̃ in hortis ẽt quotidie p se aut humano ope nascunt̃ ex antiquis
appellatiõibus signari & ostẽdi digito nequeãt; qualis & q̃ quondã othonna fuerit dicere
Scriptori huic & post eũ cũctis aliis nõ satis cognita: & ex alioꝝ fama historiaq; tñ tradita; quodq;
magis miremur oẽs in diuersis penitus generib' numerata: aliis succũ; & hunc multaꝝ simul & per
se herbaꝝ: aliis herbã cuius longior sit historia: aliis lapidẽ in Thebaide Aegypti nascentẽ eã indi-
cantibus. Quo fit ut p̃ter ea quæ a posterioribus tradita de ea fuerũt nihil nos dicere & in tanta tot
scriptoꝝ unius rei uarietate censere ualeamus. Plinius libro. xxvii. capite. xii. herbam tñ credidit.
Verba eius sunt. Othonne in Syria nascit̃ similis erucæ perforatis crebro foliis. flore croci: quare q
dã anemonẽ uocauerũt. Succus eius oculoꝝ medicamẽtis cõuenit. Mordet. n. leniter & calefacit ad
stringitq; siccando. Purgat cicatrices & nubeculas & qcqd obstat. Quidã tradunt lauari atq; ita sic
catã digeri in pastillos Quæ oĩa paulo minus q̃ iisdẽ uerbis ex hoc scriptore accepta sunt. Videt̃q;
Plinius relictis de othonna opinionibus aliis oĩbus in herbaꝝ gñe eã p cõperto cõstituisse Paulus
Aegineta de simplicibus sexto uolumine agẽs non herbã hoc noĩe sed herbæ succum in Arabia ad
Aegyptũ nascẽtis appellauit. Idẽ eodẽ loco retulit & eodẽ quo hic scriptor mõ dicere aliquos lapi
dem ægyptiũ eẽ othõnã. Hic ipse p̃terea in cõfectionibus medicamentoꝝ quorũdã othonnã interp
tatus est maioris hirũdinariæ succũ. Nos illud iãpridẽ cogitauimus & in eã partẽ inclinat animus
ut credamus sui gñis herbã oĩno esse othõnã: quæ uero alia de ea tradunt̃ a uiriũ & p̃tatis similitu-
dine ab aliqbus credita dictaq; fuisse: & ex eoꝝ rõne quæ græci ἀντιβαλλόμενα. i. ut nostræ ætatis
medici uocãt qd pro quo ad othõnã trãslata fuisse. Quod aũt dicim' huiuscemodi ẽ. Põt othõna
oculis mederi: aitq; hic χυλίζεσθαι εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ὅπου δεῖ ἐκτηκαθαίρειν: qd ẽ exprimi ad ocu-
loꝝ medicinã ex ea succũ ubi purgãdũ exterẽdũ ue aliqd sit. Quod totũ pariter põt hirũdinariæ
succus de qua hic ait ἁρμόζειν πρὸς ὀξυδορκίαν: qd ẽ cõferre oculoꝝ claritati. Causaq; hæc ut nos cre-

dimus fuit ut othõnã hirũdinariæ succus eẽ crederet: nõ q̃a idẽ illi eẽt: sed q̃ idẽ posset: nec aliũ de quã ex eadẽ hac ptãte glauciũ eẽ othonnã pariter tradidisse aliquos. Siqdẽ & glaucii (ut hic in eo dicet) χρῆσις ἐστὶ πρὸς τὰ ὀφθαλμικά: qd est: Vsum Glaucii ad oculorũ medicinã esse: quib⁹ cornutũ papauer ẽt: anagallis: apollinarisq; herba pariter utiles (ut ex earũ historia medicinaq; legentibus patebit. Nos.n. breuitatis cã suis locis dicenda iterũ nunc relinquimus) succo suo in othonnæ appellationẽ uenerunt. Ex his facilis cõiectura est eius quod paulo ante diximus quia pro othõna quam nõ facile oĩbus locis inuenisse erat in Arabia & Troglo ditis nascẽtẽ a medicis alia illa imponi solerent iõ credidisse multos sui generis herbã aliarũ multarũ succũ fuisse: qui legitime deficiente ea in oculorũ uitiis ob æquales uires in usu esset. Nec alia rõne ægyptius lapis othonna etiã creditus est: qm̃ ex eo.s. collyria ad eadem oculorũ uitia cõficerentur. Eum lapidẽ Barbarus æris colore quasi χαλκοχρῶν secutus quorundam codicum fidem dixit: nos uetustiorum meliorumq; lectionem λευκόχρουν idest candido colore.

DIOS. DE Muris auriculis herba. Cap. clxxii.

Yosota. Sunt qui myoton: qui anthyllion: qui alsinem: qui myorthocon: qui myotosplenon uocent: Aphri labatholabat. Romani muris auriculam dicunt. A muribus iõ nomen inuenit q̃ eorum auribus similia habet folia. Alsine item dicta est q̃ lucos quæ græci ἄλση uocant umbrosaq; & nemorosa amet loca. Helxinæ herbæ similis est humilior tñ & breuioribus foliis. Refrigerandi uires muris auricula habet. Oculorũ inflãmationibus accomodata: in quẽ usum cum polenta emplastri modo imponitur. Instillat̃ præterea auribus in dolore succus ei⁹ utiliter: in uniuersumq; eadem helxinæ potest.

INTERPRES.

Atis cur myosota & alsine herba hæc quondã dicta fuerit hic scriptor ostendit: & qui græcas nouerunt lr̃as auditis tñ uocibus illis idẽ intelligẽt. Plinius ẽt libro. xxvii. capite quarto eã describens ait: cum prorepit musculorũ aures foliis mutatur. Cuius animalis uox aliis appellationibus cõiuncta eandẽ cãm h̃et. Siqdem myoton muris aurẽ pariter significat: & myotosplenõ ex muris aure & aspleno herba cõposita uox est: q̃ ab altera muris auricula ad priorẽ hanc translata fuit. Siquidem hic in ea q̃ paulo post sequit̃ Scolopendrio quæ eadẽ aspleno est similem esse dicet. Est illud in appellationibus his ẽt animaduertendum de eadem herba doceri hoc loco sub titulo myosota: iterũq; in quarto sub titulo alsines: esseq; eandẽ utrobiq; historiã eius & medicinã: iõq; cũ semel hic de ea actũ fuerit nõ esse de ea iterũ agendũ. Cũ eo puenerimus iterũ legentes idem monebimus. Illud ẽt significasse uolumus quæ plerũq; inuenitur & quam nos aliqñ uidim⁹ muris auriculam altera & quæ statim sequitur est.

DIOS. DE Altera muris auricula herba. Cap. clxxiii.

Yosota altera. Sunt qui diminutiua forma muris auriculã uocent. Plures ab una radice caules mittit aliquaten⁹ ab imo rubẽtes & cõcauos. Folia habet oblõga & angusta; dorso elato & eminẽte: nigrescẽtia: p interualla deinceps geminata: & in acutũ desinẽtia. Profert & ex alarũ cauis tenues coliculos: in qbus flosculi cerulei anagallidis colore sunt. Radix illi est crassitudine digitali multis capillamentis fibrata: In uniuersum scolopendrio similis; minor tñ & maioris lenoris q̃ illa est. Medetur muris auriculæ huius radix oculorum ægylopis. Sunt qui helxinem sui generis herbam myosotida. i. muris auriculam etiam uocent.

INTERPRES.

Nũ tñ nos uidim⁹ muris auriculæ gen⁹ alterũ. s. hoc & secũdo loco a Dios. traditũ: rñdẽtq; sensui oẽs eius notæ. Prioris nullũ inuenimus oculatũ testẽ Antiqssimi ẽt latini Dioscoridis codices posteriorẽ hãc solã ondũt. Quin ẽt Plinii ætate siqs uerba eius sagacius doret non satis certa res erat. Ait n̄ post descriptam Alsinen: Sed aliam docebimus quæ iustius myosotis uocet̃. Paulus Aegineta postremo unũ tñ genus eius in sexto pariter agnoscit. In oĩbus tñ græcis duo capita hæc legunt̃ quo uertimus mõ ubiq; scripta: eaq; ob cãm qualia erant latinis reddita.

DIOS. DE Satiua Isatide. Cap. clxxiiii.

Satim satiuam sunt qui augion: qui ienen uocent. Magi arusion. Romani lutheam dicunt. Herba est qua tingendis lanis infectores utuntur. Plantaginis folia habet pinguiora tantum & nigriora: caulẽ duobus cubitis altiorem.

rem. Tumores panosq́ omnes discutiunt illita Isatidis folia: crueta glutināt uulnera: sanguinis eruptiones sistunt: ulcera quæ phagedænica & a serpendo herpetas dicunt: sacros ignes: & exedentia sanant.

INTERPRES.

n Ihil nunc Isatide notius. Maximumq́ sibi uectigal ex ea fecerūt qui Tiphernates agros ad Tyberim oēmq́ regionis eius tractum neglecta omni alia annona hac tm̄ herba cōferūt. tantus nūc tinctis colore eius lanis honor est. Guadum nr̄a ætas appellat Apuleius in commentariolo illo quod de aliquot herbis reliq̄t alutam ab Italis uocari ait. Quæ uox q̄ integra in eo scriptore sit nō satis cognitū nobis est: qm̄ nihil herbæ huic cū corio. Quæcūq́ aūt ea futura sit eā credimus esse quā hic pariter uitiosa uoce rutam a Romanis uocari ait cōe nihil aut simile illi habentem. Non tn̄ abre est ex ruta & aluta uitiosis uocibus neq́ Isatidi conuenientibus tertiā aliquam suspicari lutheam. s. quā Romani aliquot scriptores inter colores retulerunt: Vitruuiusq́ preletim ad extremū septimum uolumen dicens qui nō possint ꝓpter caritatem chrysocolla uti herba quam lutheam appellant cœruleū inficere Barbari quondam tingendis corporibus suis tam uiri q̄ fœminæ ea utēres glastū uocabāt. Eratq́ in tingēdo ꝑcipuus eius usus. Antiqores græci latiniq́ inter siluestres lactucas eā numerauerūt. Plinius lōgissime de ea egit. xx. uolumine capite septimo.

DIOS. DE Siluestri Isatide. Cap̄. clxxv.

i Satim agrian sunt qui Icnē paruā. Romani lutheā minorem dicunt. Satiuę similis siluestris isatis est: folia tm̄ maiora hēt ad lactucæ folia accedētia: caules tenuiores: diuisionibus multis: rubescētes in sūmo ueluti solliculos linguarū figura multos pendulosq́ habentes: In quibus semen est. Florem fert lutheū & gracilem. Pōt eadem antedictæ: lienosis pota utilis & emplastri modo imposita.

INTERPRES.

a Bundabant in siluestri Isatide multa quæ ab eo quo nos desiimus loco in aliis legunt: eāq́ ob cām curtum minusq́ oi ea parte nos fecimus hoc caput nec sine rōne ut credimus: qm̄ in antiq̄ssimis græcis quos licuit uidere nulla ea est. Neq́ is quē nos habemus lōgissimæ antiquitatis latinus Dios. id habet. Quodq́ pluris facere nos decet q̄ absurdum uī post utriusq́ isatidis decreta huncipm̄ scriptorem quæ a se facta fuerant dāoare: legentesq́ his uerbis monere. Cæteꝝ scire oporter falsas esse descriptiones has &c. Cū liceret quæ male icœpta a se fuissent antequā ederentur in melius & qd̄ ueꝝ esset mutare. Accreuit ea pars scriptori huic ab aliquo q̄ aut certius de isatide oia nouisset aut nouisse se crederet. Multa huic scriptori hac rōne adscripta a medicis: a librariis deinde illi cōmixta & inserta mala insitione in unū corpus coaluerūt. Quæ nisi diligentius & cautius excutiant̄ & purgent̄ multis locis usum eius & gratiā dehonestabunt. Est illud etiā hoc loco repetendū qd̄ nō multo antea in Arabide dictū a nobis est abundare. s. hoc loco qd̄ Isatidem stati ſequit̄ Arabidis caput De ea. n. q̄cuq́ ea sit qd̄ oportebat dictū hoc ipso uolumine fuit.

DIOS. DE Telephio. Cap̄. clxxvi.

t Elephion. Sunt q agreste sedum & q̄ agrestē portulacam uocent. Aegyptii Anoth: Aphri Anrtopuris: Romani illecebrā siue Telephion dn̄t. Foliis & caule similis portulacæ est. Binas hēt alas in singulis folioꝝ geniculis excauatas. Ramuli sex septēue a radice ꝓdeūt cœruleis foliis pleni crassis: glutinosis: carnosisq́. Flores illi luthei sunt aut cādidi. Nascit̄ uere locis cultis inter uites. Sanāt folia sex horis emplastri mō iposita uitiliginē quæ leuce priuatim dicit̄. Verum oportet post hæc farina hordeacea hydrelæo macerata locū illinire. Quin etiā uitiligines emēdant ex aceto in sole imposita. Sed ubi inaruerūt exterendus locus est.

INTERPRES.

t Elephiō. xxvii. uolumine capite ultimo breuius certiusq́ scriptore hoc Plinius descripsit. Nihil tn̄ nō acceptū ab eo est. Quo fit ut suspicemor uitiū aliqd̄ in historia Dios. cē. Sūt .n pleraq́ parum certa: nec sequaci uerboꝝ serie tractata. Nos tn̄ nihil mutauimus: monemusq́ tm̄ ꝑter sex horas quo temporis spatio hic iubet leucem Telephii foliis illini addere Plinium ternis mensibus id faciendum esse: quod in scriptore hoc desiderari posse uidetur. Manifestam tn̄ causam id non habet: longiusq́ id tempus merito alicui pro rei necessitate uideatur.

PEDACII DIOSCORIDAE ANAZARBEI DE MEDICA MATERIA. LIB. III.

Radidimus charissime Aree duobus hacten⁹ libris omnem de aromatis: unguentis: oleo omni: arboribus: earũq; fructibus: & lachrymis: animalibus itidem: frumentaceis: oleribus acrimoniãq; habentibus herbis rationem. In hoc qui tertius propositi operis erit de radicibus: succis: herbis: seminibusq; tam domesticis: & quæ in quotidiano uitæ usu sunt q̃ his quæ solas medicas habent uires agemus.

INTERPRES.

Redunt facile aliqui quemadmodũ quotidie a multis qui nolunt aut nesciunt uoluntatis suæ certam rõnem reddere iactari audiunt Velle suum cuiq; est nec uoto uiuit unoꝛ cum res exigit mutatis paucis posse quépiam pariter dicere Scire suum cuiq; est nec sensu uiuitur uno. Non enim adeo dissimilis utriusq; ratio illis uidet ut impetrata hac uenia non liceat quod senserint in medium afferre: & si contra alioꝝ sententias & decreta id fuerit cõmuni defensione illa usi quõ id scierint cogitandum aliis relinquere. Fecerunt id ante nos scriptoris huius interpretes alii multis locis: nec minus hoc capite ẽt. In quibus nulla eorum quæ dixerũt reddita ratione contraria post se sentientibus non leuem reliquerunt laborem; presertimq; nobis qui negligentiæ tarditatisq; nostræ non leues pœnas damus coacti tam multis locis diuersitatis nostræ ab eis causam reddere: quæ sane multa & in multis est & si non semper signata fuerit. Quod aũt in tertii uoluminis huius proemio non est illis & nobis idem ultimum i eo legitur συμφύλων τε καὶ φαρμακωδῶν: quoꝝ alter quæ cognata his existere medicataq; uideantur. Alter: quæ & uernacula consuetudine usurpantur: quæq; pluribus scatent remediis uertit. Nos uero tam domesticis & quæ in quotidiano uitæ usu sunt q̃ his quæ solas hñt medicas uires. Nolumus nos quid quomodoue in his illi scierint ostendere Eoꝝ enim aut aliorum pro eis opus & labor hic erit. Nos rem nostram tm̃ tuebimur quæ sic se habet. Proponit hic scriptor numeratq; quæ tertio hoc sui operis uolumine docenda a se erant: radices: succos: herbas: & semina: & in cunctis generibus his quæ domestica & in quotidianæ uitæ usu sunt: & quæ ad faciendam rõne aliqua homini medicinam tm̃ pertinent. Primũq; illud genus σύμφυλα secũdum φαρμακώδη appellat. Respõdentq; duob⁹ his generibus quæ deinceps toto hoc uolumine suis locis tractata numerantur. Siquidem in priore illo censu & ordine origanus: mẽta: nepeta: satureia: pulegiũ: ligusticum: pastinaca: anisum: apium: olusatrũ: fœniculũ: daucus: pluraq; alia: quoꝝ quotidianus in uita usus est deinceps describuntur. In posteriore agaricũ: gentiana: centaurium: aloe: stæchas: sertula campana: panax: cyminum, silphium: euphorbiũ: & ne longiores simus quæcunq; alia nullũ habẽt in uita & sanitate usum: neq; a nobis ex horto: sed ab herbario medicoq; & ex remedioꝝ uitæ thesauris urgente malo aliquo repetunt. Nec quicq̃ duplici hoc plantarũ censu & ordine in tertio hoc libro certius deprehendere est. Indicatq; hoc primũ res ipsa & disciplinæ ratio: sed nõ minus idem ẽt ostendunt uoces illæ & uocum certa significationis æstimatio. Quibus & hic & alii usi sunt. Siquidem in proemio operis hic ait plerosq; reprehendens τὴν πᾶσι ξύμφυλον καὶ γνώριμον ὕλην tm̃ docuisse: quod est. Omnib⁹ domesticam & notam materiam: dico aũt domesticam qua domi quotidie aut sæpius utimur: quales in usu hominis fruges aliquæ sunt & ex horto olera oĩa: ex siluestribus aliqua itidem quæ nos umqia domestica auctore Celso appellauimus. Et in sexto cum uenenorum omnium censum ageret numeraretq; animalia: plantas: radices: metallica ultimo loco subiecit τῶν δὲ συμφύλων οἷον ἄλλους &c. quod est. Ex his aũt quæ quotidianũ usum habent: & domi seruantur uinũ passum: & aqua a balneo celerioreq; cursu simul uno impetu: & sine respiratione pota ueneni maleficiũ hñt. Nihil hac descriptione certius in qua ex enumeratis in ea rebus sine periculo constituat σύμφυλα esse qualia nos diximus. Quo magis Barbarum demiror qui hoc loco aliud significare σύμφυλον crediderit q̃ illic quẽ locũ apte & fœlicissime uertit domesticos liquores uinũ aliaq; illa appellãs. Ex his facile est intelligere nihil significare aliud q̃ ea quæ diximus σύμφυλα: esseq; quotidiani usus in sanitate quæ appellatione illa indicant: Quẽadmodum & quæ φαρμακώδη: quæ solum in medicina usum hñt. Notissima.n. omnibus uox φάρμακον est & ab ea factum φαρμακεύεσθαι uerbum nihil significans aliud q̃ uiolento remedio aliquo & quo nõ nutriat sed purget tm̃ corpus medicinam tractare Testes significationis huius Celsus primo libro pluribus locis græcoꝝ medici oẽs & p̃ter eos Theophrastus: qui libro nono de Plantaꝝ historia regiones φαρμακώδεις Arcadiam & Laconiã dixit & lac φαρμακῶδες quod ex his herbis conceptũ esset quæ purgandi uires tm̃ haberẽt. Et hoc est quod hic scriptor ait in alterutro genere σύμφυλον καὶ φαρμακῶδες. Significẽtne id aũt quæ alii interpretes cognata & uernacula dixerunt legentes nouerint. Nos qđ didicimus & scimus diximus censendi locum de tota hac re aliis relinquentes.

DIOS. DE Agarico. Cap. ii.

Gaticon. Romani pariter græcis agaricum dicunt. Radix fertur laserpicio a æqualis Agaricum esse: non tamē densa laserpicii modo superficie. Tota si quidem rara est. Genere differt agaricū: estq; in eo alterum mas alterum fœmina. Bonitate antecedit fœmina rectas intus pectinum modo uenas & diuisiones habens. Masculū in se ipsum conuolutū rotundumq;: & undiq; cincretū est. Eundem habet utrūq; gustum a principio dulcescentem: mox cū diffundi per os cœperit amarum. Nascitur siluestribus & incultis sarmatiæ locis. Ferūtque aliqui plantæ radicem agaricū esse. Quidam in truncis arborū ex corruptiōe fungorū modo fieri. Nascitur & in Galaria Asiæ Ciliciaq; in arboribus: uerū friabile & infirmū. Habet Agaricū adstringendi uim calefacitq;: facit ad tormina: cruditates; rupta: conuulsaq; obolo℞ duo℞ pondere. Daturq; in febre cum mulsa aqua: ubi febris absit cum mulso. Datur idem utiliter drachmæ pondere iocinorosis: suspiriosis: suffusis felle: intestino℞ torminibus: renū cum urinæ malo aliquo doloribus quos nephritim uocant: urinæ angustiis: strangulatu uuluæ procidentibus: & sine manifesta cā decoloratis & pallidis. Datur & tabidis cum passo: lienosis cum aceto mulso: & cibum non continentibus in stomacho ut est cōmāducatum & potum: nullo alio addito liquore. Datur pariter & acida ructantibus. Sistit Agaricum sanguinis excreationes trium obolorū pondere cum aqua sumptum. Facit & ad coxendicis articulorumq; dolores & comitialem morbū pari pondere cū aceto mulso sumptum. Trahit idem menses: & cōtra muliebrium loco℞ inflāmationes fœminis utiliter datur. Febrium cū tremore algores ante accessiones datum soluit. Aluū unius alterius ue drachmæ pōdere cū mulsa aqua potū purgat. Aduersatur præterea uenenis drachmæ pondere in diluta uini porione datū. Serpentium ictibus & morsibus pondere trium obolorum cum uino potum egregie succurrit. Omnibus in uniuersum interioribus uitiis accomodatum est pro uiribus & ætate sumentium datum: aliis cum aqua: aliis cum uino: aliis cum aceto mulso: aliis cum mulsa aqua.

INTERPRES.

Vnt in Agarico multa quæ in antiquioribus & melioribus græcis aliter q̄ in impressis le f guntur: & inter ea quæ nihili & quæ moltifacienda sunt. Quæ negligi sine pericolo possunt pro συμφυὲς συμπεφυὲς est: Eadem. n. utriusq; significatio & pro δένδρων ῥιζῶν: quo loco hic. f. ait nasci agaricū in trūcis ut cōis habet lectio arbo℞: ut meliores codices radicū. Diuersitatem autē hanc fecerunt non satis noti qoondam agaricinatales asserentibus aliis radicem esse: aliis arboribus fungorū modo adnasci. Illa ploris facienda & diligentius pro hominis salute aiaduertēda. Sit ne post cruditates dicēdō mederi agaricū πτώμασι quæ uox lapsum & ex alto casum significat ut passim legi᷑: an potius σπάσμασιν. i. cōuulsis ut meliores græci habent. Sic ē᷑ ubi post suspiriosos ἰκτεριῶσι quood est felle soffusis: ut in pluribus: an λειεντεριῶσι. i. intestinorū læoori ut in melioribus legitur. Nos in priore illo maluimus conuulsa dicere: in posteriore nihil mutaoimus medicis de tota hac re censendum ex agarici oiribus relinquentes: Interim non fuerit inutile legētes monuisse quas nos in Agarico pectinū modo uenas & diuisiones dicimus: κτηδόνας uocare græcos exponereq; διαφύσεις esse: quod totā rem nō explet. Pectinis n. ratio in nomine illo est quē græci κτένα dicunt: a cuius denticulata per longitudinem raritate & infectione græci in materia κτηδόνας dixerunt cursom & directionem eius in longitudinē ea forma ut quales in pectine sunt dentes: & inter duos dentes peruia spatia sic in materia recta feruntur in longitudinem uelut uenæ & inter eas ceu spatia distinguntur quæ in multis arboribus naturalis compactio est. Plinius in fagis pectines sic directā materiā uocaoit iterūq;. Inferta pectinū modo piceæ & abieti. Eūq; nos imitati exigente sic ē᷑ re ipsa discurrentes pectinū mō uenas in Agarico diximus. Cruditates uero in morbis cōtrariam cocturæ cibi in stomacho fortunā. Quod uitiō quotidianū fere & popolare est tam intemperanter obiq; agimus. Quod erat deinde κακοχροίαις (quæ uox decoloratam corporis speciem significat) ex his quæ oeteres græcorū medici tradiderunt ploribus uerbis reddidimus: sine manifesta cā decoloratis & pallidis. ἀχροίαι id uitium Paulus Aegineta etiam appellauit; pluraq;

κτηδόνες in plantis

Pectines in plantis

Cruditates

ἀχροιαι

numerauit libro primo eius mali remedia. Sciendum & illud quos nos diximus cum tremore algores: ob eam quæ in Iride tractata est causam. Plinius plerũq; algẽtes uocat: omneq; febris frigus promiscue ea indicat uoce.

DIOS. De Rha. Cap. iii.

Ha. Sũt qui rheon: qui rhian appellent. Romani Rha ponticum uocant. Nascitur locis supra Bosporũ unde etiã afferẽ. Radix nigra maiori Cẽtaurio similis: minor tñ & magis rubens: sine odore: fungosa: nec ponderosa. Probatissimũ quod teredinẽ non sensit quod in gustu glutinosum cum leni adstrictione lentescit: cõmanducatumq; pallescit & lutheum croci colorẽ aliquem refert. Facit potum ad stomachi inflationes: infirmitates: dolores oẽs. cõuulsa: rupta: lienosos: iocinorosos: renum cũ urinę malo aliquo dolores: tormina: pectoris uessicęq; uitia: præcordiorum item distentiones: & muliebriũ locoꝝ uitia: coxendicis dolores itidem: cruenta sputa: suspiria: singultus: intestinoꝝ tormina: cœliacos: circularium febrium ambitus: & uenenatorũ morsus. Datur agarico similiter in singulis prædictis morbis: eodem pondere: in iisdem liquoribus: cum mulso ubi febris absit: in febre cum mulsa aqua: tabidis in passo: lienosis cũ aceto mulso: non continẽtibus cibum in stomacho quale est commanducatum & potum: nullo super poto liquore. Emendat Rha ponticum liuores impetiginesq; ex aceto in unctum. Discutit idem diutinas inflãmationes omnes ex aqua illitum. Est autem illi maxima & præcipua uis adstringendi cum calore aliquo.

INTERPRES.

Vi supra Pontum & Cymerium Bospoꝝ ad Panticapeum regionis eius metropolim uicinus Tanai in Mæotidem paludem ĩfluit maioris illius flouii luce & nomine nõ satis in Geographia clarus quondam Rha dictus flouius ponticæ radici huic nomen dedit: & in ripis suis nascẽtem ueloti adoptione quadam in sui nominis honorem admisit. Nec alia nominis eius q̃ a natali solo causa & rõ ẽ: Ab Ammiano Marcellino historiæ suæ.xxii.uolumine his uerbis tradita. Tanais qui inter caucaseas oriens rupes per sinuosos labitur circũflexus. Asiamq; ab Europa distermioans in stagnis Meoticis delitescit. Huic Rha uicinus est amnis in cuius superciliis uegetabilis quædam eiusdẽ nominis gignit radix ad multiplices medelarum usus proficiẽs. Quod nouisse non parum iis fuerit qui sollicitis animis diu fuerunt & adhuc sunt: Ponticæne huic radici eadem: an alia sit quam nostra ætas in quotidiano medicinæ usu Barbarã appellat. Facti.n. dimidium ut poeta cecinit qui mõ cœpit habet. Auditis siquidẽ ponticæ huius radicis natalibus nõ difficile erit diligẽti per mercatores qui ad nos Barbarã illam afferunt a uenditoribus facta percõtatione nouisse an quæ nũc Barbara dicitur ponticæ eadem sit: & an his q̃bus locis nasci eã Marcellinus ait an alibi nascatur. Nobis ꝑ cõperto hactenus nihil est: & si diligentiores in quærenda tota hac re fuerimus. Si.n. quæ nunc ad nos Barbara afferẽ aliud q̃ Rha fluminis supra Pontum & Cymerium Bospoꝝ ripas natale solum habebit Radices duas eodẽ nomine sed diuerso patriæ & gentis cognomine tunc esse constituendũ erit. Sin cõtra ex quibus Ammianus Marcellinus locis tradidit ad nos afferri unũ tñ radicis huius faciendũ erit genus: & in eo ex diuersis notis nõ eadẽ bonitas. In quã partem inclinat animus nobis. Quo aũt maxime inter se differunt odor est qui in Barbara uehemẽtissimus: in Põtica nullus si huic scriptori credendũ est sentitur. Nos certe scimus sine odore uisam aliqñ radicem quæ barbara uideretur & crederetur non tamen esset: ideoq; a medicis in usu damnatam. Quocunq; autem modo id fiat non uidetur hic scriptor siue alia penitus siue bonitate a Pontica diuersa sit Barbarã cognouisse. Nunq̃.n. ἄοσμον i. sine odore eam dixisset. Cæteræ in hoc & in aliis scriptoribus Ponticæ radicis appellationes ex eodem principio primaque illa Rha fluminis appellatione fluxerunt: ideoq; a nobis & aliis relinquendæ. Relinquenda & quã Plinius dixit Rhecomam sine ratione aliqua nũc in eo scriptore: & incognitam penitus. In medicina illud monemus quas nos stomachi infirmitates diximus certum mali in ea parte genus significare: quod græci ἀτονίαν & ἀῤῥωστίαν aliquando dicunt utraq; appellatione langorem debilitatem & uirium eius partis infirmitatem indicantes: quod malum febribus aliquando superaccedit: aliquando per se morbum facit quem græci ἀκράτειαν τῶν προσφερομένων .i. incontinentiam eorum quæ eo demittanẽ appellãt: non aliter q̃ & manus languens & infirma q̃ cœperit tenere non potest.

Stomachi infirmitas

DIOS. DE Gentiana. Cap. iiii.

g Entianam. Sũt qui Cẽtauream radicem: qui Alloen gallicam: qui a torpore Narcen: qui chironiam: qui cicẽdam: qui ciminalem herbã uocent. Dardani Aloitim. Romani pariter græcis Gentianam dicunt. a Gentide Illyriorum rege inuenta primũ Gentiana esse creditur: a quo etiam factũ illi nomen est. Folia quæ a radice statim in ea se proferunt iuglandi nuci aut plantagini similia habet colore rubescente. A medio uero caule præsertimq; in summo cacumine breuibus incisuris diuisa sunt. Caulis illi est grãdis: cõcauus: læuore nitens: digitali crassitudine: duum cubitorũ altitudine: geniculis interfectus: maioribus interuallis folia proferens. Semen habet in florũ doliolis latũ: leue: glumosum: figura ad spondili semen accedens: radicem longã longæ Aristolochiæ radici similem: crassam: amaramq;. Nascitur in altissimis mõtium uerticibus: iisdemq; umbrosis & aquosis. Habet radix calefaciendi adstringendiq; uim. Succurrit uenenatorũ morsibus pondere drachmarum duarum pota cum pipere: ruta & uino. Succus drachmæ pondere contra lateris dolores: ex alto casus: rupta: conuulsaq; bibitur. Bibitur iocinorosis etiam: & cibum in stomacho non continentibus cum aqua utiliter. Pellit ex utero fœtus radix collyrii modo fœminis subdita. Vulneribus eodem lycii modo imponitur. Cuniculosis medetur Gentiana ulceribus: præsertimq; succus. Inungũtur eo itidem oculorum inflãmationes. Misceturq; pro meconio: quod opium ẽ succus acribus collyriis. Abstergit uitiligines radix: succusq; ex ea colligitur hoc modo. Tunditur radix: diebusq; quinq; madescit in aqua. Coquitur deinde in eadẽ aqua usq; dum superstent radices. Cumq; gelauerit aqua per linteum traiicitur: coquitur q; usq; ad crassitudinem mellis: picatoq; uase repositus seruatur.

INTERPRES.

p Erisset tota Gẽtidis antiquissimi Illyriorum regis iampridem cũ nomine fama: nec esset regiæ eius fortunæ monumentum aliquod: Nisi renascens quotãnis gentiana grata inter homines memoria honorem illi idẽtidem augeret: amarcq; hominẽ & laudare posteros cogeret qui ut generi humano pdesset in frigidissimis regionis suæ uentosisq; mõtibus neglecto regiæ potestatis honore herbas quærere & inuentas nobis indicare ueritus nõ fuerit: tam innocenter sibi utiliter uero aliis tũc reges imperia tractabant: gaudente ut par est matre omnium terra: augentibusq; uires suas herbis quæ regum manibus foderent: gaudente ẽt medicina quæ reges hẽret auctores: eorũq; dignitate suum & ipsa honorem & gloriam augeret. Quanto illyriorũ regi honestius hoc in laudibus suis audire: q̃ Cæsari cẽtum & nonaginta duo millia hoium occisa prælis q maximus fortunæ & gloriæ, eius cumulus est in honore sibi fecisse. Et quos bello alii perdiderint inuentæ a se gentianæ remediis ad sanitatem instruxisse. Nota omnibus nunc ẽt gentiana est. Eam Centaurio similem centauriã radicem aliqui nominauerunt: & ex eo narcem: qm̃ narce cẽtaurium etiam dicatur. Fuerunt qui Aloem Gallicam nulla foliorũ sed radicis similitudine aliqua: quam utrõq; genus recta sub terram agit. Chironia a centauro chirone dicta itidem est qm̃ & Centaurium ab eodem chironia pariter nominetur: credimus præterea qm̃ aloe diceretur gentiana a Dardanis aloitim pariter nominatã fuisse Suspicamur tandem in extremo capite uitiũ esse illic scilicet ubi de radicis coctura agitur: quã coqui hic iubet usq; dum radix illa supstet & emergat. Qui sensus rei nõ satis respondet. Neq; enim ponderosæ radices quanta uoluerit aliquis coctura coctæ per se emergent. Potuit quidẽ sic intellexisse tãdiu coquendam gentianæ radicẽ donec decrescente paulatim aqua desinat radix sob ea esse: eaq; rõne soperstet. Verũ hic nunq̃ cocturæ alicuius spatium sic docuit. Præterea antiquissimi latini oẽs pro eo habent donec uirturẽ ex se dimiserint manifesto argumento aliam fuisse quondam eius loci lectiõem. Potest tamẽ ut diximus defendi res: ideoq; nos cõmunem aliorum omnium lectiõem secuti sumus: & nihilominus quod obseruatum ẽt a nobis fuerat aliis significauimus. Non sunt ẽt de gentianæ natalibus Barbaro & nobis eadẽ oĩa. Ille in altissimis montiũ crepidinibus nasci eã: nos in altissimis montiũ uerticibus diximus Dios. ἐν ὑψηλοτάτοις ἀκρορείαις ait: q̃ uoces nihil aliud q̃ altissimos uertices significant. Siqdem montes oẽs a græcis trifariã diuiduntur: εἰς τέρμα: quod ima partes & radices significat: εἰς ἀκρώρεια. i. montiũ cacumina: & εἰς ὑπώρειαι: qua uoce descẽdentia iã mõtiũ latera indicant. Aitq; hic ἀκρωρείαις & addidit ὑψηλοτάτοις .i. uerticibus altissimis. Cur aũt ille crepidines uerterit q̃ fundamenta maioris

ἀκρώρειαι
ὑπώρειαι
τέρματα

alicuius molis sunt nō satis uideo. Signasse hoc nos oportuit quū contrario sensu audiuntur crepidines & uertices. Sic ēt quæ nos cuniculosa ulcera diximus ille simpliciter ꝓfunda nō leui discrimine inter ꝓfundū & cuniculosum. Profundum enim quod simpliciter & plerūq; recta in altum descendit dicitur. Idq; βαθὺ græci uocant: cuniculosum aūt quod pluribus transuersisq; itineribus quasi canalibus per latitudinē putrescit. ὑπονόμους enim a quibus hic ὑπόνομα ἕλκη dixit græci subterraneos canales opertas fossas & cloacas uocāt. Sæpiusq; in eoꝝ historiis uox ea inuenitur cū aut factis aut inuentis ab hoste cuniculis clandestinos nocturnosq; in oppida ingressus describunt. Latini totū hoc genus cuniculos uocauerunt: quæ uox nr̄a ætate multis locis seruat̄ in lepusculis his quorū natura est ad latebras & pfugiū sub terra clandestina huiuscemodi itinera sibi effodere. Cuniculos n. ꝙ in cuniculis agant oēs appellant. A quarū latebrarū canalium ue aut itineꝝ similitudine hic cuniculosa ulcera uocauit. Quæ si ꝓfunda simpliciter dici pn̄t alioꝝ iudiciū sit. Nos uocem nr̄am græcæ uocis rōne & imitatione tuemur. Adiiciemus pro stomacho huic capiti etiā: quos toto hoc opere cibū in stomacho nō continentes dicimus eos intelligere quos græci & scriptoris huius interp̄tes alii stomachicos plerūq; appellant: cōmuni qdem ut aliquibus forte uidebitur omnibus aut saltē pluribus eius partis malis affectionibus appellatione. Sed ut ueteres græcorum medici cōstituerunt ad id genus priuatim cōtracta: inter quos non cōtēnendus testis & auctor nobis fuit Paulus Aegineta: qui de stomachi tam multis affectionibus agens ait. πρὸς δὲ τοὺς μὴ κατέχοντας τὴν τροφὴν οὓς ἰδίως οἱ παλαιοὶ στομαχικοὺς ὀνομάζουσιν ὀνίνησιν &c Quod est contra autem non cōtinentes cibū quos priuatim stomachicos antiqui uocāt prodest &c. Quo testimonio nihil certius est Quod si ueteres ut ille testatur non continentes cibum stomachicos uocabant. In eorum numero hic scriptor habendus omnino est. Qui quo tempore Paulus medicinam suam docebat antiquius merito dici & haberi debebat.

Cuniculosa ulcera ὑπόνομοι

Lepusculi Cuniculi

Stomachicos.

DIOS. De Omni Aristolochia quam latini malum terræ siue erraticum malum appellant. Cap. y.

Aristolochiam. Romani pariter græcis plerūq; Aristolochiam uocant: quæ ideo sic appellata est ꝙ puerperis egregie opitulatur. Sūt aūt duo eius genera: Rotūdum quod fœminam uocant: habetq; hederæ folia cum acrimonia odorata: modice rotūda: tenera: pluribus ab una radice erumpentibus germinibus. Viriculæ illi longæ sunt: flores candidi: pileolis similes in quibus qđ rubet graui odore sentitur. Quæ uero longa est mascula appellatur. Eadem dactilitis dicitur. Sunt etiā qui a figura mali melocarpon eam uocent. Quidam Teuxinon Romani herbam aristolochiā dicunt. Longiora habet hæc q̄ rotūda folia: Ramulos tenues longitudine fere dodrantali. Florem fert purpureū grauissime odoratum: qui cum dehiscere cœperit pyro similis fit. Rotundæ Aristolochiæ radix in globum rapi modo rotundatur: Longę uero crassitudine digitali est: longitudine dodrantali: & aliquādo maior. Buxeus utriq; intus color est: gustu amaræ sunt & uiroso odore. Est & tertia quædam Aristolochia longa: quæ clematitis quasi sarmentaria uocat̄. Ramulos habet tenues: foliis modice rotundis minori sedo similibus plenos. Habet hæc rutæ flores: radices longissimas: tenues: crasso & odorato cortice uestitas unguentariis ad unguentoꝝ spissamenta expetitas. Contra medicamentorum noxas alias oēs utilis rotunda est. Contra serpentes uero & mortem faciētia alia quæ longę cognomen hēt drachmæ pondere utiliter cum uino bibitur & emplastri modo imponitur. Pellit eadem quæ in muliebribus locis a puerperio supersunt secundas & mēses pota additis myrrha & piper̄. Potest eadem subditus ex eadē fœminis pessulus. Facit rotūda iridē ad eadē oīa ad quæ prædicta: ampliusq; suspiriosis prodest. Prodest & singultientib⁹: ante accessionē febriū cū tremore algorib⁹: lienosis: ruptis: conuulsis: & lateris doloribus: in quos usus cū aqua bibit̄. Surculos præterea & cuspides extrahit: ossiumq; squamas emplastri modo imposita educit: exedentia circūscarificat ulcera: sordida purgat: cōcaua addito melle & iride explet. Gingiuas & dentes exterit. Credit̄ & tertia quæ clematitis quasi sarmentaria dicitur eadē pręstare minore tamen efficacia prędictis duabus illis est.

INTERPRES.

Ocent in musicis (quod & plerisq; aliis artibus cōe est) tam qui in eius artis rōcinatione q̃ q
d in opere occupantur non esse eádem pro ea rationis & sensus fœlicitatem. Illa enim quod certum & undiq; exactum est amat: & cū inuenerit ꝓbat. Hic satis habet si quod ꝓpinquū illi est inuenerit: gaudetq; eo & utitur. Deprehendit id in pictura & fabrica quotidianus usus in q̃bus mathematicoꝝ lineis & angulis paꝝ aliqñ respondent: quæ ab architectis & pictoribus ad gratiam sensus tm̄ disposita & confecta fuerunt. Habent & bonaꝝ artium studia eádem fortunā. Estq; ubi artis doctrinæ ue alicuius necessitas quod certum & undiq; exactum sit exigat. Est ubi ad gratiam satis sit quod ꝓpinquū illi est inuenisse eoq; uti: qualia sunt quæ ad delectationem a poetis in Theatro docentur: & quæ in populo ad plebis adulationē ab oratoribus dicuntur: quos sententiis his & reꝝ indicationibus uti oportuit: ut Romanus Poeta cecinit: quæ belle tangere possunt aures. Quod non licet his agere qui grauiora tractantes certum & exactum illud quod paulo ante diximus quærere: & cū inuenerint tm̄ eo uti debent. Nec est ubi magis q̃ in medicina id fecisse oportet. Interest enim salutis humanæ: quæ nisi certa & exacta illa rōne curet: tota facile perit. Nec quicq̃ ꝓfessoribus eius artis turpius: grauius ue fuerit q̃ certum & exactum illud: cū aliqd in ea docent neglexisse. Culpandus in hoc genere aliqñ Plinius est: qui siue festinans: siue in tanta reꝝ mole supra hois captum occupatus multis locis quæ græcoꝝ medicinæ & uocibus paꝝ responderent latinis reddidit. Hoc aūt & in Aristolochia præcipue cui grauidas dedisse nomē ait: qm̄ esset ἀρίστη λοχευούσαις contrario duarum uocum inter se euentu & sensu. Neq; enim grauidæ λοχευούσαι: nec cōtra λοχευούσαι grauidæ dici possunt: diuersa enim in renouando per generationem homine tpa & naturæ euentus in uocibus illis audiunt. Romani enim grauidas appellauerunt: quæ a cōcæpto fœtu usq; ad puerperium uterum gerunt. Græci uero λοχευούσαι quæ desinentes grauidæ esse: aut iā parerent: aut pauloante peperissent. Latinæ uocis certa oibus æstimatio est: nec aliqs grauidā hominem audiens nō gerentē adhuc uteꝝ intelliget: in græca itidem non minus q̃ in Romana ꝑsentis aut paulo ante cōfecti puerperii significatio est. Omittimus nos quæ oīa græcoꝝ lexica de tota hac uoce docuerunt: quoꝝ ea summa est ut λοχεύεσθαι uerbo & λοχεία nomine significari testent̄ naturæ euentus hominumq; & presertim obstetricis ministeria officiaq; illa oīa quæ iure humanitatis puerperis debentur & præstātur: eousq; ut Sellas in quibus ad faciliorem partum in puerperio mulieres constituuntur ab hoc ipso uerbo λοχαίους græci dixerint: dico aūt euentus naturæ dolores partus partum ipsum & post partum secundas purgationesq; alias omnes quæ tunc fiunt: hominum uero ministeria & officia auxilii opisq; omne genus: quod tunc obstetrices: aliiq; oēs parant. Quin etiam q̃diu puerpera a partu in stratis quiescit λοχεύεσθαι toto illo tpe dicitur: & obstetrix ex eo ministerio a græcis ex eodē hoc uerbo appellata est. Quæ omnia ī grauidis & uteꝝ adhuc gerentibus nullam necessitatem & usum habent. Sed qd aliunde uocatis testibus ad hanc rē utimur? Hic ipse scriptor pro cunctis aliis est non multo post in uiribus Aristolochiæ dicens pellere eam q̃cunq; in muliebribus locis λοχία id est a puerperio relicta secundas &c. Ex qua ꝑtāte nomen a græcis inuenit. In quo aiaduertendum illud ēt est. Si uis Aristolochiæ sit pellere ex muliebribus locis quæ pauloante dicta sunt non grauidis ἀρίστη id est optima a græcis & utilis dicta fuisset: nisi abortiuum medicamētū quod credendum non est docere & laudare uoluissent. Fuerunt nobis hæ causæ ut contra q̃ Barbacus ex Plinio quem aliqñ nimis amauit grauidas dixit: nos puerperas diximus græcoꝝ scriptuꝝ decreta & reꝝ necessitatem secuti. Quodq; nos in hoc scriptore cupimus: seruasse cæteros ēt monemus: quod certum & exactū sit in artibus & doctrinis amare. Nisi enim sic fiat: graui periculo docebitur & tractabitur: quod rōni & exacto illi ꝓpinquū tm̄ fuerit. Et hæc pro Aristolochiæ appellatione satis dicta sint. Plinius malū terræ: Erraticū uero malū alii a Romanis uocari dixerunt: omnesq; a radicis globosa forma: quæ pomi crassiorisq; etiam & ut hic ait rapi figuram habet. Adiecit hic dactylitim quasi digitalem etiam dici. Credimusq; nos longioris Aristolochiæ fuisse hanc ꝓpriam appellationem. Siquidem & hic & Plinius longæ radicem contra q̃ rotūdæ sit digitali crassitudine descripserunt: & si Plinius baculi crassitudine eā dicat lōgitudine uero quatuor digitoꝝ. Quæ deinde inter alias appellatiões Teuxinos numeratur corrupta nobis uidet: & a partu τέξινος instauranda esse: nihil tn̄ in cōi omnium græcoꝝ lectiōe mutauimus: quēadmodū contra totius capitis extremā partem: cuius principium in græcis est χαλεῖται δὲ αὐτῇ περὶ σαρα &c. Totam nullibi in antiquioribus græcis inuentam expunximus inutilē & hoc scriptore indignam. Vidimus etiam græcos codices in qbus sub titulo herbarii Crateiæ tota ea pars huic scriptori accreuerit. Laudauit Aristolochiam uiresq; eius plures numerauit duobus locis nono de plātaꝝ historia uolumine Theophrastus: primumq; odore suauē ait: tum gustu amarā: & colore nigrā: quæ oīa de radice dicta ab eo sūt: nasci optimā in mōtibus: folia Alsinæ similia habere: sed rotundiora: utilem ad multa: presertimq; contuso capiti: utilem aliis ulceribus: & cōtra serpentes: facere ad somnum & alia quædam. Mox in usu remedioꝝ eius ait iuberi ex aqua admoneri & illini aliqñ in mel & oleum derasam: contra serpentes bibendam in uino quod acesrat ex eodēq; morsibus imponendam: ad somnum derasam in nigro austero uino bibendam esse. Quæ qm̄ non pe-

λοχαῖοι δίφροι

λοχεύεσθαι

λοχία

nitus eadem huic scriptori sunt; & ab antiquo eodēq; graui auctore tradunt̃ cōmentationibus his nostris nō inutiliter addi uisa sunt. Erit ꝑ salute hoīs hoc capite; multisq; aliis diligentius medicis cogitandū quosnā hic ubiq; eodem semper singultus & singultientiū noīe hoc illo ue remedio curari iubet. Vna n. eademq; illi semper singultus index uox λυγμὸς est; nec potest ex ea facti ex multis causis singultus discrimen aliquod intelligi Sunt enim ut nouerunt medici in singultuum genere: qui repletione: qui ex inanitione: & qui erolo ab acrioribus humoribus stomacho fiunt; & in iis aliisq; causis qui maiore: & qui minore periculo hominem turquent; eorum nulla in scriptore hoc priuatim causa deprehendi potest: eamq; ob causam medicinam profitentibus ex natura & ui remedii cognoscendum id relinquimus.

Singultus λυγμός

DIOS. DE Dulci radice quā græci Glycyrhizam dicunt. Cap. vi.

g

Lycyrhizam. Sunt qui Ponticā radicem: qui Glyceraton: q Symphytō: qui Leōticam: qui Glycyphythō: qui Scythicam: q Adipson: q Sylithrā: qui Lybiestason: qui Homænomion: qui Pentaomion appellent. Romani dulcem radicem uocant. Nascitur plurima in Cappadocia & ponto. Breuisq; frutex est: bicubitalibus ramulis: in quibus folia sunt densa: lentisco similia: pinguia: tactuq; glutinosa. Florem fert hyacintho similem: fructum pilularum platani magnitudine asperiorē tñ: Siliquas lentis figura breues ruffasq; babentem. Radices illi sunt longæ: buxeo colore gentianæ modo: sapore leniter acerbo sed dulci: ex qbus lycii modo succus exprimitur asperis faucibus utilis: quem linguæ subditum oportet sensim in fauces saliua diluere. Prodest idem æstuanti stomacho: pectoris uitiis & iecoris: uesicæ itidem scabritiis: renumq; cum urinæ malo aliquo doloribus: in quos usus cum passo bibitur. Arcet idem sitim linguæ subditus: & in ore sensim liquescens. Quin etiam uulneribus utiliter inungitur: & cōmanducatus stomacho prodest. Decoctū præterea radicis adhuc recentis ad eadem facit. Siccata tandem radix & in puluerem trita oculorum pterygiis utiliter inspetgitur.

INTERPRES.

f

Olo nomine in fingendis cōponendisq; uocibus suis Romanis fœliciores græci amabilem omnibus Glycyrhizam fecerunt. Nec aliter q̃ in Comœdia glycerium & in Venusinis carminibus glyceram gratu dulcedinis sensu in amorē lepoꝛibus poetæ illi illustrarunt: sic pōticam: siue ut Theophrastus appellauit Scythicam radicem hanc grata naturæ eiusdem dulcedinis nota sula appellatione gens illa cōmendauit. Nec tñ ut amarent eam oēs effecit: sed i Scythia & Ponto sub septētrionibus nascentē ꝑpriam sibi noui & a se facti noīs alicuius adoptione fecisse conarentur: laborarentq; libenter ꝑ ea oēs quæ in sanitate & ualitudine tam suaues posset homini rependere gratias. Quod nos modo agimus præsenti quotidie ab ea fructu & spe in tussi & exasperatis faucibus: quū malu frigiditate: tēuitateq; uostri aeris sæpenumero tentamur Eam Theophrastus nono de plantaꝝ histutia uolumine nondum factu illi a græcis: aut saltem non receptu ab omnibus Glycyrhizæ nomine Scythicam radicem uocauit. Estq; hoc quod Diosc. ait Scythicam ab aliq̄bus dici: & si passim in græcis non Scythicam sed scythion currupte legatur. Verba eius sunt. γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ σκυθικὴ, ἔνιοι δὲ ἀδυγλυκεῖαν αὐτὴν καλοῦσιν γίνεται δὲ περὶ τὴν μαιώτιν: Quod est. Dulcis & Scythica radix quam aliqui Euthyglyciam uocant. Nascitur circa Meotim paludem. Idem eodē locu cām reddidit cur Adipsos ēt diceret: non tam q a sitim simpliciter arceat q̃ quia Scythæ ea & Hippace: de qua diximus superiore uolumine decē & aliqñ duodecim diebus sine aliu cibo durarent Verba eius sunt. δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν παύειν ἐχόντων ἐν τῷ στόματι ἔχει διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππάκῃ διάγειν φασὶ τοὺς σκύθας ἢ ἡμέρας καὶ δέκα καὶ δώδεκα. Quoꝝ sit sensus qui pauloante dictus a nobis est. Eadem rō fuit cur Pontica itidē diceret: cur aūt Symphyton uitiū similitudo fecit. Est. n. ut in quarto uolumine certius patebit Symphythi radix dulci & saliuam ꝑuocante sapore. Pectoris & illud uitia emendat: fauciū asperitati confert: postremoq; sitim cōmandutatum arcet: quæ omnia dulcis radicis propria sunt. Credimusq; nos ἐκ τῶν ἀντιβαλλομένων. i. ex æqualibus & eoꝝ comparatione ad dulcem radicem alterius plantæ translatū nomē fuisse. Dico aūt æqualia quæ nostræ ætatis medici quid pro quu appellant. Numerant̃ & aliæ ab hoc scriptore appellationes Glyceraton: & Glycyphython a dulcedine factæ oēs: sola nosum conformatione diuersæ: quarum altera dulcem plātam: altera quod dulcedine sua amabile sit: significat. Celsus quod hic ipse testatur libru. v. capite. xx. dulcem radicem simpliciter uocauit: quē nos imitati dulcem radicem: & si græca uoce Plinius usus fuerit Glycyrhizam diximus. In cæteris appellationibus nō est quod

legentes moneamus. Barbaræ enim sunt: aut adeo corruptæ ut a barbaris non differant. In historia foliorūq; eius descriptione nō relinquendū quod non est mihi idē cum Barbaro. Ille echinatis fo- liis nos lentisci similibus dulcē radicem diximus esse: nō leui duarum uocū inter nos discrimine: & quod unius in scriptore hoc litteræ diuersitas facere potuit. Siquidē post descriptos plātæ huius caules & ramulos statim Dios. subiicit περὶ οὓς τὰ φύλλα πυκνὰ ἐοικότα σχίνῳ. Sic.n. in oībus græ- cis quos hactenus uidere licuit: legitur. Estq; eoꝝ uerboꝝ sensus: quem nos paulo ante reddidim⁹. In quibus folia densa sunt lentisco similia: nec aliter Serapionis ætate ēt legebat. Siqdem in eo est. Habet folia similia foliis mastichi. Lentiscum aūt a destillante ex eo mastiche ille sic appellauit. Quin etiam qui mihi uetustissimus est Longobardis litteris scriptus latinus Dios. similia Scino: q lentiscus est Glycyrrhizæ folia facit. Quibus quasi testibus nos usi lentisco similia diximus: multo- q; magis q̄ hic ἐοικότα dicens figura magis q̄ nota alia quapiam similia uoluisse ostendere uidetur quod in Echino siue marinum siue terrestrem: siue ex castanea arbore accipias uere dici nō potest. Quis enim foliū aliquod aliqñ uidit Echinoꝝ modo globosum? Pōt quidē inueniri: & quotidie alicubi uidet aculeatū folium: & ut græce loquamur ἐχινῶδες i. Echinoꝝ modo spinosum: sed fi- gura echini alicuius nunq̄ uidisse aut audisse me foliū memini. Rōnibusq; his usus & græcoꝝ om- nium codicum fidem secutus lentisco similia Glycyrrhizæ folia dixi. Qui uero Echinata dixerunt naturam primum mox Pliniū auctorem habere uidentur: qui li. xxi. capite. xv. inter aculeatos fru- tices & herbas Glycyrrhizam his uerbis numerat. Quædam spinosa foliata: ut Carduus: Eringiō: Glycyrrhiza & Vrtica. His enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Iterumq; xxii. uolumie ca- pite. viii. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est: foliis echinatis: pinguibus: tactuq; gumosis. Quæ oīa ex hoc scriptore iisdem uerbis reddita sunt: præterq̄ q ubi ounc ἐοικότα σχίνῳ legitur: qd est lenti- sco similia una tm̄ mutata littera ἐχίνῳ tunc uidetur Plinius legisse. Non possumus nos ætate hac nostra: quos legit ille uidere codices: nec cēsere uolumus uicinitate ne uocis deceptus: cū aculeatā herbā describere tota figura folia eius echino an spinis tm̄ echinoꝝ comparauerit. Priore enim lo- co illo exactæ Glycyrrhizam nouisse uidetur inter spinosa foliatā eā numerans: uocatq; ille spino- sa foliata quæ Theophrastus ἀκανθόφυλλα pluribus locis appellat: quæ infesta spinis folia habēt. Coniunxitq; Carduo Eringio & urticæ: quoꝝ oīum foliis mordaces aliquæ spinæ sunt. Nec uerisi- mile est quod semel appositæ & ex re ipsa dictum ab eo fuerat posteriore illo loco aliter doceri. In- clinatq; animus nobis: quæ folia Plinius Echinata uocat: nō ex figura sed ex spinaꝝ similitudine tā- tum sic appellata fuisse: nec cū Echinata dixit reddidisse eū quod ab hoc scriptore dr̄ σχίνῳ ἐοικότα sed relicta folii figura spinas tm̄ eius signasse: quæ qm̄ quales in Echino sunt in folio eius essent ideo echinata appellauit: quēadmodum hic relictis spinis de figura tm̄ egit. Tota in eo uertit res sitne legendū σχίνῳ quæ lentiscus est an ἐχίνῳ quod aculeis toto corpore infestū terrestre & mariti- mum animal est & in castanea arbore primum fructus eius operimētū. Nos ea quæ diximus secuti lentiscum magis pbauimus. Barbarus Pliniū solum amās multis aliis locis priuatimq; hoc Diosco- ridem penitus neglexit. Cogitauimus ēt an quod nō pcul a fine legitur: καὶ στομαχικὸν διαμασώμε- νον & nos uertimus cōmanducatum stomacho prodesse nō sic: sed una tm̄ mutata littera στοματι- κὸν. i. quod ori inseruiat legendū sit. Siqdem i antiquissimis scriptoris huius latinis codicibus sto- maticis manifeste adhuc seruat: & antiqua Plinii lectio. xxii. uolumine capite ix. quo loco agit de hac ipsa Glycyrhiza idem ostendit his uerbis. Ideo & cōmanducata stomatica est. Nec sine cā peni- tus dubitare in eo contigit: siquidem dulci radice utunt passim ad tussim raucedinem & oris alia huiuscemodi uitia: a quo græci στοματικὰ φάρμακα omnia dixerunt quæ ori inseruiant στόμα enī illis os est. Qualia autem ea essent Galenus in Isagoge sua capite de remediorum diuisione ait. τὰ μὲν δ' ἦ στοματικά ἐστι τὰ δὲ πρὸς οὖλα αἱμασσόμενα σηπόμενα βεβρωμένα καὶ ὀδόντας καὶ ὅσα πρὸς ἄφθας καὶ ἐσχάρας ὅσα τε προσσταφυλὴν κεχαλασμένην &c. Quod est. Sunt aūt stomatica. i. oris medi- camenta hæc quæ gingiuis prosunt cruentis: putrescentibus: corrosis: dentibusq; : & quæcūq; cōtra aphthas: crustas & languentē oris Columellā accomodata sunt. Quibus aut eoꝝ alicui si succurrat dulcis radicis huius succus non penitus ab re fuerit pro stomachicis i quæ stomacho: stomaticis: q ore inseruiunt mutasse. Traxitq; nos in eam suspitionem quod hic ait cōmāducatā. Siquidem ori aptios q̄ aliis partibus inseruit quod cōmanducat: non tm̄ negamus & stomacho posse pdesse: ideoq; nihil mutauimus: relinquimusq; medicis de tota hac re certius censendi arbitrium.

σχῖνος
ἐχῖνος

στοματικά

Stomatica

DIOS. DE Centaurio maiore. Cap. vii.

C Entaurium maius sunt qui Narcen: qui Limnesion: qui Maroiam: qui pe- lethroniam herbam: qui Chironiam appellent. Magi Sanguinē herculis. Romani Vneferā & Phieri uocant. Inglandis nucis folia centaurium hēt: oblōga colore ut in Brassica uiridi: serræ modo per ambitū incisuris secta. Caulē ru- mici similem profert duoꝝ trium ue aliqñ cubitorum altitudine: multis a radice ad- natis: in quibus papauerum modo capita sunt in rotundo oblonga. Floret Centau-

tium colore ad cœruleum inclinato: cnicoq; simile semen ueluti lanis in flore inuoluitur. Radix illi est uasta: ponderosa: dura: lõgitudine ad bina cubita: succo plena: sapore acri cum astrictione dulcedineq; aliqua rubescens: & cuius pariter rubescat succus. Pingue amat solum: aprica loca fruticibus & arboribus conferta: & tumulos. Abũdat in Lycia: Pelopõneso: Helide: Arcadia: & Messene. Nascitur plurimũ etiam circa Pholoem: Lyceum: & Smyrnã. Ruptis utilis cẽtaurii radix ẽ: conuulsis itidẽ: laterũ doloribus: spũs angustiis: antiquæ tussi: crueta expuẽtibus si febris absit cũ uino: in febre uero cũ aqua. Daturq; drachmaꝝ duaꝝ pondere in farinam trita. Vtilis itidem torminibus & muliebriũ locoꝝ doloribus. Menses p̃terea fœtusq; trahit in collyrii figuram derasa: fœminarumq; locis subdita. Potest eadẽ & succus. Vtilis itidem uulneribus: in quem usum recens & humida tunditur. Siccata uero, prius aqua madescit tum pariter tunditur. Constipat. n. & glutinat: tantaq; ẽ in constipando & glutinando uis eius ut carnes simul elixa etiam cohærescere cogat. In lycia succum ex ea exprimunt & pro lycio utuntur.

INTERPRES.

P Rofessus quondam in Thessalia medicinam Chiron Centaurus a discipulis quos multos suæ artis hæredes reliquerat: & ab aliis quibus medicinam in suis morbis fecerat ꝓfessiõis suæ tamq; humano generi necessariæ artis æternã hanc gratiam: perpetuumq; nominis sui monumentum grata piaq; recordatione inuenit: ut quot locis & q̃diu nasceretur centaurium: quotq; surgentibus in hoie intrinsecis naturæ uitiis: & alioꝝ extrinsecis iniuriis quotidie mederetur: totiens & a tam multis defuncti hois (si mõ is hõ fuit) ornaretur memoria. Quæ una uirtutis & sapiẽtiæ maxima merces est: solaq; memoris & officiosi p beneficio animi gratia. Quid enim prius magisq; uiuens pro labore suo optet aliqs: aut quid libentius pro beneficio reddat: q̃ quod Chiron in Cẽtaurio herba inuenit: siue curatus ea fuerit: aut quod uero similius est: & se & alios medicus homo curauerit. Quæ centaurii a biformi quã fabulati poetæ sunt natura eius dicta fuerit: chironia a nomine: pelethronia a Thessaliæ monte: in quo lapithæ quondã equitandi perita gens frena & giros ut poeta cecinit alios docuerunt: inter quos & Chiron censebatur. Eandem hic Maroniam uocari ait: nõ amplius ex Thessalia: sed ex Thracia: in qua Maronius mons & Maronia ciuitas Homero notissima erat: quo loco copiosum forte aut ꝓbatum nascitur centaurium. Limnesion itidem a natalibus suis centaurium aliqui uocauerunt q secũdum paludes quas græci limnas dicũt & aquarũ scatebras nascitur: quod & Plinius testatur libadion eadem aquaꝝ significatiõe uocari dicens Quæ demde Romanæ uoces cẽtaurio i Dioscoride accreuerunt Vnesera & Phieri nullam nobis significationẽ habent. Et quod fel terræ in maiore hoc Centaurio legitur ex minore adiectũ cõtrario sensu ẽ. Siquidem ab hoc ipso maioris radix dulci sapore describitur: minoris amaro. Præterq id sensus & experientia etiã ostẽdit. Alterius enim dulcior: alterius amarior in gustu sapor sentitur. Quo fit ut fel quod amaro sapore est minori nõ maiori conueniat. Aperte id Plinius ẽt libro. xxv. capite. vi. testatur de minore agẽs his uerbis. Hoc cẽtaurion nostri fel terræ uocãt ppamaritudinẽ summã. Ex eo facile fuit ex maiore in minus appellationẽ eam transferre. Et hæc ꝓ Centaurii appellatiõibus dicta hactenus sint: In quo ueluti inutilia nec huic scriptori legitima reliquimus: quæ in extremo capite in impressis: aliisq; quibusdam græcis codicibus leguntur ab eo loco. s. qui in græcis est ἐκλήθη ἡ πανάκεια &c. In nouissimis aũt latinis cognominata est & panacia &c. Fecimusq; id uetustissimorum græcoꝝ & latinoꝝ fidem secuti: in quibus tota ea pars nulla est. Et si in Plinianis castigationibus hac sola auctoritate nixus: quod in Plinio legebatur: medetur & ouium morbis decoctæ succ⁹ nõ ouium sed oĩum scribi oportere Barbarus decreuerit: ꝓpterea q panaciam dici ẽt Cẽtaurium in Dioscoridis hac parte legisset: quæ uox oium morboꝝ remedia pollicetur. Verũ id nos non ꝓbamus: & nihilominus unicuiq; suum seruatur iudiciũ. Persuasitq; id præcipue quod ultimũ in ea parte ad superstitionẽ solã ptinet legendum esse centauriũ appetente ortu solis: casto tpe quo oĩa pleniora & perfectiora sunt: quæ ætate huius scriptoris insueta & naturam docente hoie indigna erant Scimus qdem Theophrastum lib. ix. de plantarum historia multas huiuscemodi obseruationes percurrere: & in fodienda cẽtaurii radice nescio quid de Triorche accipitre dicere: quẽ tũc cauere oporteat. Sed nihil quod ad solem & tpis obseruationẽ pertineat in eo legitur: & nihilominus cuncta ab eo ex uulgi opinione referuntur. Et quatenus tutum sapienti erat contra plebis superstitiones conari ab eo damnantur. Cautius n. eo loco Theophrastus ne uideretur religioni obstrepere ait. τὸ δ' ἐπευχόμενον τέμνειν οὐδὲν ἄτοπον: Quod est p̃cedẽte aũt p̃catiõe aliqua radices fodere nihil absurdum &c. Verum nos latinoꝝ omnium & melioꝝ græcoꝝ in quibus nihil huiuscemodi

legitur fidem secuti omnem eam partem expunximus: & nihilominus poterunt uolentes ab aliis eam si placuerit repetere. Diximus deinde nasci centaurium & amare stirpibus & arboribus cōfer ta loca δρυμοὺς sic appellantes non sepes sed arboribus fruticibusq; densos montes. Licet.n. a quercu quæ δρῦς græce dicitur δρυμὸς fieri uideatur: nihilominus in cōmuni significationis æstimatio ne filuosus stirpe omni locus ea uoce indicatur.

DIOS. DE Minore centaurio. Cap. viii.

Entaurium minus. Sunt qui Limnesiū: qui Elleboritem: qui Amarāthū uocēt. Magi sanguinē herculis. Daci Tulbala. Romani Febrifugiam: aut herbā multiradicem appellant. Limnesion centauriū minus a quibusdam ideo dicit̃ q; secus fontes nascit̃ & aquosa amat loca. Herba ē hyperico origano uel similis. Caulem habet altitudine supra dodrātē: angulosum: flores in puniceo lychnidis colore purpurascentes. Semen tritico simile. Radicem paruam nullius usus: gustu amaram. Hæc rusa uirēs adhuc & emplastri modo imposita uulnera glutinat: uetusta purgat ulcera & ad cicatricem perducit. Potum decoctū eius per inferna biliosa trahit & crassa. Clystere idem cōtra coxendicis dolores utiliter infunditur sanguinem educens: eoq; educto dolorem leuās. Vtilis oculoꝝ medicinæ succus eius: Purgatq; cum melle quæ claritati eoꝝ officiunt. Subditus idē fœminis menses trahit & fœtus. Priuatim neruoꝝ uitiis prodest. Exprimit̃ ex herba ēt succus: legiturq; in eum usum semine suo prægnans: tum lecta quinq; diebus in aqua madescit: mox coquitur usq; dum decrescente aqua superstet: cum refrixit deinde aqua per linteolū exprimit̃: abiiciturq; herba: mox expressus succus ad crassitudinem mellis iterū decoquitur. Quidam uiridem suo semine p̄gnantē tundentes succum postea exprimunt: coniectumq; in fictile non picatum sub sole densant lignea rude cōtinue miscentes: quodq; fictili densatum deinceps hæsit identidem deradentes: & adhuc liquido miscentes: noctuq; diligenter fictile operientes. Prohibent enim nocturni rores liquidos densari succos. Quicunq; ex siccis radicibus & herbis exprimunt̃ succi coctura dēsant̃ ut gētiana. Quicūq; aūt ex uiridibus corticibus radicibus ue aut herbis in sole ut præmonstratū est. Sic Thapsia: sic mandragoras: sic acerbæ uuæ succus quem Omphacium dicunt: hisq; similia alia expressa densantur. Sed Lyciū Absinthium & hypocysthis similiaq; his coctura ut præmonstratum est.

INTERPRES.

Vt Elleboritem ab aliquibus uocari centauriū minus in hoc scriptore legat̃ difficilem habet coniecturam. Nihil enim inter eas tam simile est ut misceri & cōficari diuersaq; plantarum nomina potuerint. Incertum itidem quæ Amaranthi nois in eo causa sit: & ob quas ui res Romani febrifugiam dixerint: & multiradicem herbā. Cum amaranthus spica potius q̃ flos sit purpurei coloris: quia nunq̃ marcescit sic appellatus: nisi forte ex colore floris tm̃ captata similitudine sic uocari ab aliquibus cœperit. Vnaq; tm̃ radice nitatur cētaurium: & nullis febribus mederi hic dixerit. Quales itaq; in scriptore hoc a nobis inuentæ sunt: tales ēt post nos aliis relinquuntur. Nec est quod hoc capite dicatur a nobis aliud q̃ non esse Barbaro & nobis pleraq; eadem: in q̄bus nec sibi ipsi ēt idem est. Siquidem cū primum uertisset qd̃ in scriptore hoc erat ἐγκύμων cū p̄gnās est semine: idq; apte & uere fecisset: paulopost eandem uocem ἐγκύμονα non eodem sensu turgentem uertit. Differunt .n. prægnans & turgens. Non dissimili rōne etiam ὄμφακα uuam acidam dixit quam nos acerbam: p̄senti & cūctis nota inter acerbū & acidū saporē differentia.

DIOS. DE Chamæleone albo. Cap. ix.

Hamæleonem albū. Sunt qui heryfisceptrum: qui Ixiam uocēt. Aegyptii Epher siue Ephthosechim. Romani Carduū minorē appellant. Ixiam deriuata a uisco appellatione Chamæleonē ideo aliqui dixerunt: q; uiscum q̄busdam locis ad radices eius adnatū inuenitur: quo pro mastice mulieres utuntur.

Folia habet Syllibo herbę: carduo ue quem Scolymum dicunt similia: nigri tñ chamæleonis foliis asperiora acutioraq;. Caulẽ non hẽt: ueꝝ ex medio spinam marino Echino cinaræ ue similẽ mittit. Flores habet purpurascẽtes capilloꝝ figura q i pappos euanescãt. Semẽ cnico simile: Radicẽ in pingui & cãpestri solo crassam: in mõtibus graciliorẽ: candidã intus: cũ grauitate odoratam & dulcẽ. Quæ acetabuli põdere pota latos uentris lumbricos pellit: in quem usum bibitur cum uino austero & origani decocto. Datur & contra cutem subeuntes aquas utiliter drachmæ pondere cum uino: earum enim tumores minuit. Bibitur & contra urinæ angustias decoctum eius. Contra uenenata pro Theriace pota cum uino eadem est. Quin ẽt canes: sues: mutesq; in polenta simul oibus hydrelæo maceratis enecat.

INTERPRES.

Chamæleõ serpens
Chamæleõ herba

i N Lacertarum genere Aegyptus Africa & India chamæleones passim: & quotidie uidet: In herbaꝝ Italia regionesq; aliæ oĩbus fere locis: tam undiq; spinis & aculeis fertiles agros: annonamq; suam natura omnibus miscet & turbat. Descripsit aĩal Plinius longissime octaui uoluminis capite. xxiii facileq; est legentibus nouisse unde facto a Leone ferociore grandiq; bestia noĩe paulominus q̃ integram Lacertã & minori Crocodilo simile aĩal: humilem: & uelut per terrã serpentẽ Leonẽ græci uocauerint Descripsit idem herbã eiusdẽ operis uolumine. xxii. capite xviii. possuntq; legentes in eo indẽ cognoscere unde ab aĩalium genere in herbaꝝ censum humi repens Leo ille transierit Quod non totius aut partium diuersoꝝ in natura geneꝝ figura & spẽs fecit: sed idem mutationis euentus Vt enim animal mutabili coloris natura est: mutatq; eum subinde & oculis & cauda & toto corpore: redditq; semper quẽcũq; proxime attingit præter rubrum & candidum (& si discrepent in hoc antiqui scriptores: excipiantq; aliqui candidum tñ) eodem mõ & herba cum terra colores mutat: hic nigra: illic uiridis: alibi cyanea: alibi crocea: atq; aliis coloribus. Nec alia noĩs huius in herba q̃ a coloris mutatione quã similem cõmunemq; cum eo animali habet ratio in græca appellatione est. Alioquin in censu carduoꝝ uterq; chamæleõ est candidus. s. & niger. Dico aũt carduos nunc spinosum omne illud genus: quod siue altius a terra erigat̃ siue humilius serpat: siue his aut illis: hac ue parte aut illa aculeatum sit spinosum florem aliquẽ ꝓfert in quo lanis & pappis semina inuoluuntur. Neq; erit difficile diligẽter pinguia inculta loca ꝑsertimq; rudera mensibus Maio & Iunio obseruantibus utrunq; hoc genus & eoꝝ discrimina obseruasse: ꝑcipueq; ex floribus: qui ex latiore ueluti pyxide in altero purpurei ꝓdeunt: in altero quo mox colore describent̃. Fuerunt qui hunc pineam carduum huic scriptori additum legerent. Sed nos qđ sæpe alias diximus adiectas appellationes has non multi facimus. Vulgares. n & a uolentibus plerunq; additas sine rõne existimamus. Qualis Erysisceptri ẽt est uaga cõisq; aliis plerisq; plantis ob eam quam cypero & Aspalatho cãm diximus. Cur aũt Ixias a uisco quod græci ἰξὸν uocãt: oiceret̃ hic ipse satis declaratur. Quod Theophrastus & Plinius pluribus locis pariter indicant tam nota antiquoribus illis appellatione ut hac non minus q̃ Chamæleonis signaretur. Theophrastusq; raro non hac appellatione usus est. Romani carduum minorem dixerunt: qm̃ comparatus aliis q̃ altius caulescũt & folia erigunt nulla fere altitudine censeri debuerit. Exigebat hic locus: ut in albo aut nigro Chamæleone diceremtan q inter uenena ab hoc ipso Ixias in. yi. numeratur: & quod Plinius aliquando uiscum uocat letale homini Chamæleon hic sit an alius. Sed inter uenena de eo certius suo loco agetur. Interim de Chamæleone nigro sermo nobis erit.

DIOS. DE Chamæleone nigro. Cap. x.

c Hamæleonẽ nigrum. Sunt qui Pancarpon: qui Vlophonõ: qui Ixiam: q Cynomazum: qui Ocymastrum: qui Cnidium granũ: q̃ Cynozolon appellẽt. Aegyptii Sobel. Romani Carduũ nigrũ siue uernilagiũ dicũt. Carduo foliis & hic similis est: minora tñ tenuioraq; & rubentia ea habet. Caulem digitali crassitudine ex se mittit: longitudine dodrantali: rubẽtem & ipsum. In cuius summo umbella est: spinosiq; flores colore uario candido. s. hyacitinoq;. Radix crassa: nigra: solida: & aliqñ corrosa: & quæ dissecta fuluo colore uideat̃. Erodit: morderq; commanducata. Nascitur siccis: campestribus: cliuosisq; & maritimis locis. Potest concisa nigri Chamæleonis radix additis exiguo acramento sutorio: cedrinoque oleo & axungia scabies exterere. Idem potest admixtis sulphure & alumine contra

impetigines

impetigines in aceto cocta & innncta. Colluuntur decocto eius utiliter in dolore dentes. Cum pari item pipere ceraq; dentibus in quibus dolor est illita succurrit. Quin et fouentur ea dentes cũ concisa fuerit in aceto decocta: & calens imposita. Librario stilo eadem denti in quo dolor est admota eum frangit. Cum sulphure uitiligines decoloremq; & asperam ceu a sole cutem emendat. Miscetur medicamentis quæ exedẽdo sunt. Phagedęnas & quæ ad feritatem transierint ulcera emplastri modo imposita ad mitiorem habitum transferens sanat. Chamæleon dicta est q; colorem cum terra uariantibus foliis mutet: quæ aut herbaceo colore: aut albescẽte: aut cœruleo: aut rubente uidentur.

INTERPRES.

e Ommunis utriq; chamæleoni Ixiæ uox & appellatio est: falso tñ & sine causa: qm̃ albo tm̃ adnascitur uiscum unde ea facta est: illiusq; propria cæteras nigro relinquit: quas Plinius duas numerauit: Vlophonon q; ricinos canum necat, iuuencas quoq; anginæ mõ perimit. οὖλιον. n. & φόνος græcis exitium significat Cynozolon item ,pp̃ter grauitatẽ odoris: qm̃ ὄζειν olere iisdem græcis est. Nos illud addidimus ideo Cynomazon dici q; in pulte necandis canib⁹ detur quam græci μάζαι dicunt. In cæteris non est quod legentes moneamus præterquam non uideri integrum quod redditum est. Librario stilo eadem denti in quo dolor est &c. Neq; enim rationem nobis aliquam cur sic fieri debeat id ostendit. Cogitq; id suspicari antiquissimus latinus Dioscorides in quo nihil est quod ad librarium stilum pertineat: Sed in carbonibus combustam radicẽ chamæleonis dentibusq; admotam eos frangere iudicat. Cõmunem tamen omnium græcorum & aliorum interpretum lectionem secuti & nos sumus. Diximus deinde aliter q̃ Barbarus uertit phagedænas & quæ ad feritatem transierint ulcera. Ille enim Theriomata: Dios. τεθηριωμένα ait participio usus a uerbo θηριόωμαι quod est in feras mutari & asperitatem nocendiq; uim quam illæ habent acquirere: transtulit Diosco. ab eo uerbo fœliciter ad ea ulcera quæ multa asperitate nocẽt: & a mitiore habitu ad asperiorem transierũt. Significent autem id Theriomata quæ Celso nihilominus ulcera sunt: Qua uoce ille usus est peritiores iudicent. Nos uerbi rationem & ulcerum genus secuti sumus. Quemadmodum & quod ille ait confutando fieri nos ad mitiorem habitum transferendo diximus ἀποσκευάζουσα hic scriptor ait: Est autem græcis ἀποσκευάζειν μεταπιθέναι trãsmutate scilicet: Secutus ille est uocis eius in rhetoricis significationem: q bus ἀποσκευὴ confutatio est. Verum in cæteris in medicinaq; præcipue ea est uocis illius significatio.

Theriomata τεθηριωμένα

DIOS. DE Crocodilio. Cap. xi.

c Rocodilion. Romani pariter græcis Crocodilium dicunt. Nigro chamæleoni simile crocodilium. Nascitur stirpibus & arboribus consertis locis: radice longa cum latitudine aliqua: odoris asperi nasturcio similis: coquit̃ in aqua Crocodilii radix potaq; copiosum per nares sanguinem mittit. Datur lienosis præterea: præsenti & manifesto remedio. Vrinam ciet semen eius: quod circinatum clypeoli figura duplexq; est.

INTERPRES.

d Iffert ab utroq; Chamæleone Crocodilion q; eorum alter albus scilicet sine caule in medio inter folia spinam marino Echino similem profert: Niger nõ unam uerũ duas tresue aliquando coliculis potius q̃ caulibus impositas ostendit Crocodilion autem singularẽ mittit caulem & in caule spinosum Echinum. Est & alia differentia q; illi pinguib⁹ campestribus & maritimis locis nascuntur: hic inter stirpes: & consertis arboribus locis. Differunt & radice quæ in illis est qualis ab hoc describitor: in Crocodilio lõga cum latitudine aliqua aliisq; notis illis quæ descriptæ paulo ante sunt Nasci Crocodilion Barbarus a Plinio accæptum in sabuletis dixit: quæ uox τόποις θερμώδεσι quibus hic nasci eam ait nullatenus ut credimus respondet: modo sabuleta illi significent quod in ruris disciplina cunctis aliis significant. In medicina hoc amplius græcorum ueteres medici tradiderunt prodesse Crocodilii radicem pectoris excreationibus.

DIOS. DE Labro ueneris herba. Cap. xii.

d Ipſacon. Sunt qui hanc ēt crocodilion: qui chamæleonem: qui Onocardion: qui ueneris carduū: qui Cher: qui meleta appellent. Aegyptii ſeſeneor: Daci ſciarem. Romani Veneris lauacrum aut Veneris labrum uocant. In genere aculeatarum hæc ēr plāta eſt. Caulem habet excelſum: ſpinoſum: Caulemq; circūamplexa folia lactucæ ſimilia in ſingulis geniculis bina oblonga ſpinoſa & ipſa: quæq; per medium dorſum ueluti bullas foris & intus ſpinoſas habent: concauo qua ſe in geniculis coniungunt ſinu: quo rores & pluuiæ aquæ continent̄ un̄ & nomen inuenit. Habet & in ſūmis ſingularū germinarionum caulibus ſingula ſpinis echioata & oblōga capitula: quæ cū aruerunt candido colore fiunt. Habent & capitula illa per longitudinē diuiſa uermiculos in media medulla quoſdam. Rimis fiſtuliſq; ſedis medetur impoſita labri Veneris radix in uino decocta: tū tuſa & uſq; dū ſit ceræ craſſitudo ſubacta. Oportetq; in Aenea pyxide ſeruari medicamētū hoc. Ferunt præterea uerrucis & quas formicas uocant mederi. Feruntur itidem uermiculi in capitulo eius inuēti in aluta clauſi tum collo brachioue hominis adalligati quartanas finire febres.

INTERPRES.

q Væ in labro Veneris numerant̄ appellatiōes Crocodilion & Chamæleon ex ſola ſimilitudine illi accreuerunt: dum extrema illa naturæ in plantis diſcrimina parū intelligentes & obſeruantes imperiti quod plures habet ſimiles partes idem plerūq; opinantur: quaſi qđ in comitiis & popularibus ſuffragiis ſit numerandæ nō expendendæ ſint oēs naturæ notæ: numeratiſq; his ad cōſtituēdū plantæ genus maior pars certiorē uincat. Quæ deinde Crocodilion & Chamæleonem ſequit̄ onocardion ignota nobis eſt niſi ex græca & latina uoce cōpoſita a græco homine fuerit: q cū forte audiſſet a poſteriorib' latinis chamæleonē nigrū Aſininū carduū uocari ex latina dialecto carduū ſeruauerit ex ſua aūt ὄνου i. aſininum addiderit Quod quale in mentem uenit tale etiam nūc dicitur & a legentibus accipi uolumus. Tota deinde Romana & antiqua uox eſt labrum ueneris nō ab oris humani parte ſic dicta: Sed ab his labris quæ Maro dixit plena muſto in uindemia ſpumare. Indicatq; id q græci Romanā uocem imitati ἀφροδίτης λουτρὸν eā dixerūt: quod erat in latinis labrū græce λουτρὸν ex uſu balneoꝝ transferentes. Sunt. n. græcis λουτρὰ quæ lauandis corporibus parant̄: quēadmodū in balneis labra ēt Romanis. Nota res eſt latet tn̄ cā: nec nos hactenus inuenimus cur labrū ueneris ſpina hæc ab illis quōdā dicta fuerit. Videmus quidem quot annis cauos in ea ſinus illos in qbus ēt ardentiſſimo ſolis æſtu ex roribus aut pluuiis aquis ad multos dies ſeruant̄ humores. Sed qūo his uenus lauaret̄ aut ſe aliqn̄ lauiſſet ignoramus. Græci a ſiti δίψακον eā dixerūt uel ut hic ait qm̄ humorē illū cōtra eā paratū ſemp habet uel quæ nobis ex natura magis cā uidet̄ q ſecus fontes: aquaꝝ ſcatebras: aquoſos limites & foſſas naſcit̄: nec aliis locis raro inuenitur. Egregia eſt plantæ ſpēs quæ ſupra hoīs altitudinem aliqn̄ creſcit: quodq; in ea cōtemplari aliquis gaudeat bullātes toto eius corpore ſpinæ ſunt: & ueluti peluem cōſtituentia bina illa folia intra quæ humor ſemp inuenitur. Cū creuit in ſūmo ſinguloꝝ cauliū ſingulos Echinos in oblōgo rotūdos profert: flore qui purpureā lanuginem refert. Omnē eius ſpeciem diu nos obſeruauimus: in echinis aūt naſcētes uermiculos inuenire nō licuit: & nihilominus græci latiniq; qđ merito credēdum ſit oēs teſtant̄ In medicina uſum radix tm̄ hēt. Noſq; qbus ea medet̄ rimis: fiſtulis: formicis & uerrucis iampridē diximus qualia mala illa omnia in homine ſunt.

DIOS. DE Spina alba. Cap. xiii.

a Cantham albā. Sunt qui ſilueſtrem cinarā: qui donacitim quaſi harundinaceam: qui eriſiſceptrū: qui carduū ramptariū uocant. Romani albam ſiue regiā ſpinā dn̄t: Naſcit̄ mōtibus & ſiluoſis locis: foliis nigro chamæleoni ſimilibus: anguſtioribus tm̄ cādidioribuſq; aſperis & ſpinoſis. Caulem altitudioe ſupra duos cubitos hēr humani pollicis craſſitudine: craſſiorēq; aliqn̄ albeſcentē: intuſq; cōcauū: Io cuꝰ ſūmo aculeatū capitulū ē marino Echino ſimile: oblōgiꝰ tn̄ & minꝰ. Flores purpureos: i qbꝰ ſemen Cnici figura ē: ſed rotūdiꝰ. Pora ſpinæ huiꝰ radix ſanguinē expuētibꝰ ꝓdeſt. Prodeſt & cibū i ſtōacho nō cōtinentibꝰ: cœliaciſq;. Vrinā

cit & cōtra

cit & contra tumores emplastri mõ imponit̃. Colluũtur eiusdem decocto i dolore dẽtes. Succurrit cõuulsis infantibus potũ spinæ huius semen: succurrit & serpentiũ morsibus. Ferunt ẽt facto ex ea amuleto & ex collo suspenso fugari uenenata oĩa.

INTERPRES.

Lia hæc spina alba est ab ea quæ prĩo uolumine ab hoc ipso scriptore & a nobis lõgius descripta fuit. Illa inter spinosas arbores genus suũ habet: hæc inter aculeatos frutices & cum reliquis carduis quoq; multiplex genus est numerat̃. Illa λευκάκανθα cõposito & cõiuncto nomine: hæc discretis uocibus ἄκανθα λευκὴ appellat̃. Illa undiq; suis spinis & quales in arboribus uident̃ infesta riget: hæc p̃ter spinas in foliis aculeatum ẽt Echinũ in sũmo cau. e hẽt. Illa in sepib⁹: hæc mõtanis & siluosis nascit̃ locis. Illa tandẽ solidã hẽt materiã: hæc cõcauũ & inanẽ caulem. Sũt præter hæc in utriusq; historia & medicina discrimina alia ẽt: Quæ poterunt uolentes ex hoc scriptore & ex re ipsa facillime cognoscere. Nul libi. n. nõ nota oĩbus hæc spina est: cuius flore ad lactis coagulum multis locis in Ethruria pastores & uillicæ in casei cõfectione utunt̃. Eam hic ait siue ferẽ cinarã uocari ꝓpterea q̃ Satiuæ cinaræ cõparata minora aliqua asperiora ue ı ooia haber. Est n. cinara altilis cardui oĩ̃ia genus: qd siue in globũ squamatis corticibus intus nitentibus tumet: siue calathi figura lõgioribus & in exteriorẽ partem descẽdentibus iisdem squamatis corticibus aperitur: quæ ueluti naturæ monstra in ganeã gulæ ꝓceres uerteruot. Meminit utriusq; huius cinaræ Columella in carmine suo dicens. Hispida ponatur cinara: pauloq; post. Hæc mõ purpureo surgit glomerata corymbo: Murciolo mõ crine uiret: deflexaq; collo. Nunc adoperta manet nunc pinea uertice puogit: Nunc similis calatho spinisq; minantibus horret. Donacitin. i. harundinaceam eandem hanc spinã aliqui uocauerunt q̃ inani & cõcauo caule harundini similis est. Erysisceptrũ uero ut sæpe alias diximus ob aculeos & utiliũ mõ lentorẽ quẽ hẽt. Cæteræ appellationes aot per se notæ aut penitus incognitæ a nobis relinquunt̃. Quod deinde postremũ in toto capite de amuleto cõtra uenenata legit̃ ex priore illa candida spina quæ inter arbores censet̃ ad hãc translatum credimus. Est illud ẽt hoc capite cogitandũ qđ a principio eius legit̃ nasci spinã albã ἐν ὄρεσι καὶ ὑλώδεσι τόποις: Quod est mõtibus & siluosis locis nõ sic forte legendũ esse. Sed una tm̃ mutata littera ἐλώδεσι. i. aquosis, Quod nõ ab re cõiecerit aliqs qñ frequens spinis iis prope aquas ortus est: quod paulo post hic ẽt in poterio spina ostendit. Id nos tm̃ signauimus nihil ex cõi lectione mutantes.

DIOS. DE Arabica siue Aegyptia spina. Cap. xiiii.

Cantban Arabicam. Sũt qui Aegyptiã spinã: qui diminutiua forma Acanthida quasi spinulã appellent. Romani spinã Arabicã uocant. Albæ spinæ similis eẽ hæc creditur: adstringitq; similiter. Ideoq; cõtra muliebres fluctiones: sanguinis excreationes: & in alias corporis partes destillationes alias utilis radix eius est. Nascitur asperis locis.

INTERPRES.

Nter cõgeneres herbaꝝ spinas nõ inter aculeatas arbores Arabica siue Aegyptia spina hæc numerãda est. Eam ueteres græci utriusq; gentis noĩe indicauerunt. Ideoq; nos inuentã in antiquissimis græcis aliã illam uocẽ Aegyptiam s. addidimus. Maximas ẽt in adstringendo siccandoq; uires illi tribuerunt. Peregrina quodã Italiæ ea fuit nũc quod sciamus nulla est. Tribus malis mederi eã Dios. ait: fœminaꝝ fluctionibus: sanguinis excreationibus: & in alias corporis partes destillationibus. Barbarus quartum addidit. Siquidem ait stringitq; guttantia: mensiũ abundantias: sanguinis excreatus & alias fluxiones: Nescimusq; nos quæ nam ille guttantia appellet: nisi forte quos Dios. ἄλλους ῥευματισμοὺς dixit ipse sic uertit. Sed hoc in eo censu postremum non primũ est. Videturq; fluxiones alias id interp̃tatus esse. Illud certe huic scriptori non respõdet qđ mensiũ abundãtias idẽ uertit. ῥοῦ γυναικείου. n. hic scriptor ait. Quod mali genus multiplex est describptum multo ante a nobis: quod licet in eadem parte & eodem fere modo quo menses fiat lõge tamen a mensibus distat. Nos fœminarum fluctiones ubiq; uocauimus quoniam aptior & uerior illisq; mensium uox hæc sit ob eam quam diximus cum de his ageremus causam.

DIOS. DE Carduo. Cap. xv.

Colymon. Sunt qui pherulam: qui pyxacantham uocant. Aegyptii Cnus: Romani strobilum dicunt. Chamæleoni nigro: albæq; spinę folia Carduus similia habet: nigriora tantũ crassioraq;. Foliosum & oblongum caulem

erigit: in cuius summo spinosum capitulũ est. Radicem habet nigram crassamque: Quæ graueolentes alarum hircos & reliqui corporis uirosum odorẽ emplastri modo imposita emendat: idem etiam decocta in uino potaq; potest. Pota itidem copiosam graueq; olentem urinam pellit. Coquitur præterea esturq; asparagi mõ nõ multo ante nata & adhuc tenera Cardui herba.

INTERPRES.

n Agum per aculeatas oẽs plantas pyxacanthæ nomen est: quã primo uolumine lycium uocari ẽt diximus: fuisq; spinis tñ non ubiq; spinosis omnibus adest. Impudenter quidẽ sed multo impudentius a suo gñe in aliud ab his trãslata qui naturã ignorãtes temere oĩa miscent. Strobilum a Romanis carduũ uocari Dios. ait græca quidẽ uoce: sed tunc forte quotidiana & in usu populi: quæ a pineæ nucis figura cui simile in sũmo Carduus capitulum habet facta est. Græci.n. στρόβιλον arborẽ pinum & nucẽ eius pariter uocãt. Quæ qm̃ coni figura in pinastris & oblonga est quã formam cardui capitulum habet cõicata appellatiõe strobilos carduus hic a Romanis aliqñ dici potuit. Siquidem Plinius. xyi. uolumine capite. xi. de pinastris agens ait. Easdẽ arbores alio noĩe per oram Italiæ quas strobilos uocant ut pleriq; arbitrant. Ex quo patet scribente etiã Plinio historiam suã fuisse eam uocẽ in pinastris Italiæ popularem: similẽ Chamæleoni carduũ Nicander: Theophrastus, oẽsq; alii fecerunt Sed Theophrastus hoc amplius non solum hr̃e Carduum radices quæ crudæ pariter & coctæ in hoĩs cibos ueniant: quod priuatim solus hic in spinoso gñe hẽt: uerũ q easdem cũ floret optimas hẽt: quodq; uix credibile uideat: cũ duratæ p ætatem fuerint & quasi in lignũ trãsierint cãdidum liquorẽ ex se mittere. Estq; hic scolymus siue carduus is quo per solstitiũ florente Hesiodus ait in arboribus maxime canere cicadas: acerrimeq; ad uenerem stimolati fœminas: uiros aũt ignauissimos tunc ad eam fieri. Descripsit & remedia eius tradidit pluribus locis Plinius: a quo poterunt uolentes multa audire ad omnes carduos pertinẽtia: priuatimq; ad scolymum hunc qui priuatim Carduus ab omnibus dicitur & est.

DIOS. DE Poterio. Cap. xyi.

p Oterion. Sunt qui phtynion: qui neurada: qui acidoton appellent. Romani pariter græcis poterion dicunt. Grãdis frutex poterion est. Ramulos habet longos: molles: uiniium modo lentos & graciles: hircinæ spinæ similes: folia patua rotundaq;. Vestitut idem totus multa: tenui: lanosaq; lanugine. Totus præterea spinosus est. Flores longos: & pallidi coloris habet: semen in gustu odoratũ & acre: uerũ inutile. Nascitur in aquosis tumulis. Radices illi sunt duorũ trium ue cubitorũ longitudine firmæ neruosæq;: quæ in ipsa terra sectæ lachtymam dant gummi similem. Eædemq; tusæ præcisos neruos & uulnera illitę glutinant. Quin etiam potum herbę decoctum neruorum uitiis accomodatum est.

INTERPRES.

q Væ Poterio in Dioscoride adiectæ sunt Neurados & phrynii appellatões. In aliis græcorũ & latinorũ scriptoribus Galeno. s Paulo: Plinioq; præcipuæ & post se illam trahentes sunt. Siquidem priores duo illi neurada tñ uocant: Plinius phrynion: oẽs tñ poteriõ ab aliis appellari addunt. A neruorũ medicina & ope alterũ a rubetis ranis quibus ea medet alterum nomen illi factum est. Suntq; Pauli Aeginetæ in sexto hæc uerba. Neuras quam aliqui poterion dicũt. Plinius xxy. uolumine capite. ix. Auxiliatur eis phryniõ io oino pota: Aliqui neurada appellant alii poterion. Describitq; eam Plinius floribus paruis: radicibus multis: neruosis: bene olẽtibus. In qua desctiptiõe sibi ipsi nõ conuenit. Siquidẽ hoc loco flotibus paruis eam desctibit: mox. xxyii. uolumine: capite. xii. flore longo his uerbis eam iterũ effigiat. Poterion aut ut alii uocant paroenion uel neuras large fruticat spinis retorrida: lanugine spissa: Foliis patuis: rotundis: Ramulis longis: mollibus: lentis: tenuibus: Flore longo: herbacei colotis: Seminis nulli usus: sed gustu acuto & odorato. Inuenitur in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres binum cubitorũ in altitudine: neruosas: candidas: firmas: Circũ fodit autũno & præciso frutice dat succum gũmi similem. Radix mira uulneribus sanandis tradit: præcipueq; oeruis uel præcisis illita. Decoctũ quoq; eius cum melle potũ dissolotiões neruorũ & infirmitates & incisuras iuuat. Quæ tota scriptoris eius descriptio nostræ huic ex Dios accæptæ aptius rñdet. Quod aũt nõ est Plioio duobus locis idẽ ex diuersa græcorũ codicũ lectione fit quæ tũc ẽt erat: Sunt. n. in qb⁹ ἄνθη μικρὰ. i. parui flores legitur: & in quibus ἄνθη μακρὰ. Idest longi flores: tam diuersum unius litteræ mutatio sensum facit. Quod etiam in colore florum communis lectio habet λευκὰ idest candidi ex antiquissimis & melioribus græcis accedente

eis accedente Plinii testimonio qui χλωρὰ uidetur tunc legisse ut nunc ēt legitur pallidos quos ille herbacei coloris diximus:tam aūimusq; eū colorem magis ꝓpterea q̄ nō tam certe χλωρὸν uiride & herbacei coloris significat. Ut non ēt inter uiridem & luteū pallescētem colorem indicet:accedenteq; hoc magis ad candorē q̄ uiridi nō aliud sed aliter a Plinio in eo colore indicauimus. Cur aūt acidoton hæc eadem diceref ignotum nobis est:nisi quemadmodum uulneraria herba est & præcisis neruis medef sic ēt cuspides quas græci ἀκίδας dicūt extrahat & illis ēt medeaf. Et hæc qdem ꝓ poterii appellatiōibus satis sint. Placuit aūt ex Plinio tā multa addere ut certior legētib⁹ historia simul & medicina eius fieret:intelligerētq; oēs q̄ Plinio medicinā cōmentandi rō & disciplina fuerit Non temere aūt demirabif aliqs ex quoa rubetis ranis q̄s græci φρύνους dicūt φρύνιον poterium hoc dicebaf nihil Dios. quod ad eas ptineret mostrasse:Pliniumq; eiusdem herbæ duplicem historiam agentem altero loco phrynion altero poterion prima appellatione nominasse.

DIOS. DE Acanthio. Cap. xvii.

Acanthion. Romani Acanthiū dicunt. Spinæ albæ similia habet folia acāthium in summis extremitatibus aculeata ✠ qua collecta simulq; composita bombicinis similes uestes fiunt. Radix foliaq; eius rigentibus in scapulas pota remedio sunt.

INTERPRES.

p Ertisse capiti huic aliquid sermonis parum sequax ductus ostendit. Quid autē desiderare & amissum instaurare nos oporteat Plinius xxiiii. uolumine capite. xii. manifeste indicat:q de aculeatis plantis qbusdā agēs acanthiū hoc his uerbis descripsit Huic similis est „ spina illa quā græci acanthion uocāt:minoribus multo foliis aculeatis p extremitates & araneosa la„ nugine obductis qua collecta ēt uestes qdā bōbicinis sīes in oriente fiunt. Ipsa folia uel radices ad„ remedia opisthotoni bibūf. Et hactenus Pli. Quæ siquis abeo dicta eū scriptore hoc cōtulerit oīa eadem utriq; esse inueniet. Prætereaq̄ Plinius ait lanugine obductis in nullis græcis hactenus inuēta ue℞ ad explendam acanthii & scriptoris huius historiam tam necessaria eē ut sine eis non possit integer sensus Dioscoridis esse:contraq; suo loco iostauratis nihil aptius audiatur Erit ergo hic sermonis ductus. Spinæ albæ similia habet folia acanthium in summis extremitatibus aculeata areno sa lanugine obducta: qua collecta simulq; composita bombicinis similes uestes fiunt.

DIOS. DE Acantho. Cap. xviii.

a Canthan. Sunt qui a serpendo Herpacanthā:qui a nigro colore foliorum melanphyllon:qui acāthā topiariā:qui mamolariam:qui crepida appellēt. Romani pæderotē dicunt. Nascif in hortis petrosisq; & humentibus locis. Folia hēt multo q̄ lactucæ lariora longioraq;: Erucæ mō incisuris diuisa. Nigrescentia:& cū molli lęuore pinguia. Idē & i caule lęuor:quē altitudine duo℞ cubito℞ erigit:crassitudine digitali:per interualla sub ipm usq; uerticem foliolis quibusdam oblongis ueluti nucamentis aculeatis uestitum:ex quibus candidus ꝓdit flos. Semen illi est oblongū & luteū:capitulū thyrsi figura: Radices lentore molles mucosæ: lōgæ:rubentesq;: Quæ luxatis & ambustis emplastri modo impositæ medenf. Potæ eædem urinam pellunt:aluum sistunt:tabidis:ruptis conuulsisq; præterea utiles.

INTERPRES.

h Aec est acantha siue acanthus ille (utroq; n. gñe a græco℞ medicis scriptoribusq; & poetis aliis oībus dicif) quæ antiqs i tāto laudū & honoris ambitu fuit: Quæ Maroni pastoralis poculi ansas amplectebaf:q in hortis crepidines marginū assurgētiūq; puluino℞ thoros longioribus & latioribus foliis uestiebat:& in architectura corynthiæ colūnæ capitulū grato foliorū amplexu oūc ēt ornat. Quæ inter aculeata nō censeref nisi in oblōgis foliolis nucamēti modo caulē eius p interualla uestiētibus & ex qbus flos ꝓdit breues aculeos natura illi seruasset. Quod cæteri interpētes cōi & uulgari græco℞ codicū lectiōe decæpti ad hyacinthinū colorē retulerūt cū ad spinas referendū esset ὑακινθώδεσι legētes qd est hyacinthinis cū ἀκανθώδεσιν .i. spinosis & aculeatis legendū esset nulla acanthi cū hyacintho folio℞ coloris in flore:nucamēti:aut spinæ cōione similitudine ue. Descripsit acāthū Plinius xxii. uolumine & eiusdē numeri capite melāphyllonq; & pæderota uocari & ipse ait:sed nullā ea℞ uocū cām docuit:ꝓsertimq; cur pæderota eā aliq diceręt:q̄ tota græca uox ē nec aliđ q̄ puero℞ amorē aut qd a pueris amef significat. Quo magis demiref aliqs qđ i Dios. legif a Romāis pæderota acāthū dici:cū uocis ei⁹ queadmodū & alia℞ illarū

græci tm̄ auctores fuerint. Manifestā hēt deide significationē melāphyllō Nota.n. & īdicatio coloris in acāthi folio uox illa ē. Significat.n. qd nigro folio ē haud sane q̄a nigrū possit uere & simpr folium aliqd dici sed q̄ cōparatū aliis q̄ dilutius uirēt nigrescere aliqd uideat. Herpacāthamox.i. serpens spina acanthus dicta est q̄ natura illi sit hærere:niti: longiusq; foliis suis serpere: qd Plinius indicauit dicens uestire eam crepidines & pulumos. Ab eodē topiaria herba acanthus eodem loco dicitur. Estq; illi topiarium opus & plantaꝝ topiarium genus: quod historiali opere in oēs formas uirens & uiuens trahitur: cum animalia nauesq; & alia huiuscemodi perpetua uirentia frōde conformant' in quo genere aptissima buxus est. Ex eoq; usu & auctore quod erat inter has appellationes corruptū ἀκανθατοπιαν acantham.i.spinam topiariam uertimus. Numerat' præterea inter acanthi appellationes in græcis crepula: corrupta uox & ut nos uertimus emendanda: quæ ob similitudinem ad acanthum translata est. Siquidem foliatum caulem & qualem acanthus crepis habet. Nasci acanthū ἐν παραδείσοις hic scriptor ait nos hortis diximus & si paradisos græci proprie urbanos & elegantiores hortos uocent. Barbarus nasci eā uiridis ait parū apte nisi forte pro uiridariis ea uoce usus ille est. Hoc totū fœliciter expressit Plinius urbanā herbam appellans. Idem lenē dicens quod græci λεῖον dicūt significauit: Nos id leuorem diximus quod nulla asperitate scabritie aculeis ue tactum offendit indicātes; quo habitu acanthi folia sunt cōtra q̄ aculeati generis plantæ aliæ oēs. Habet hæc quidē aculeos; sine his.n. acanthi nomen amitteret: falsoq; acanthus: diceretur: sed ea parte tantū qua diximus nō multo ante: In qua dicendum certius nobis est quid græcis κύτταροι & nobis nucamenta sint alioꝝ imitatione & exemplo qui nouissime Theophrastum interpretati sunt sic appellata: & si potius principia & quasi uascula quædam nucum dicenda fuerint. Multas habet in græcis ea uox significationes. Siquidem priroo fauoꝝ foramina κύτταροι dicūtur: uesparumq; simili figura nidi: & quod prius oibus his est. τὰ τῆς πεύκης καὶ πίτυος προανθοῦντα σφαίρια(?). Quod est; pinoꝝ picearumq; ceu præcurrentes & flores præformantes nuces. Idq; omnium alioꝝ certissime indicauit Theophrastus tertio de plantarū historia uolumine his uerbis: quo loco de arboꝝ floribus agit. ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τῶν ἀνθούντων, ὥσπερ εἴπομεν, οἱ μὲν γὰρ καὶ δρῦν ἀνθεῖν οἴονται, καὶ τὴν ἡρακλεώτην καρύαν καὶ διὸς βάλανον, ἔτι δὲ πεύκην καὶ πίτυν. οἱ δὲ οὐδὲν τούτων, ἀλλὰ τὸν ἴουλον τὸν ἐν ταῖς καρύαις καὶ τὸ βρύον τὸ δρυΐνον. καὶ τὸν κύτταρον τὸν πιτυΐνον ὅμοια καὶ ἀνάλογον εἶναι τοῖς προανθοῦσιν ἐριγενέσι(?) quoꝝ sensus hic ē. Dubitat' & de q̄rūdā arboꝝ florib' ut diximus: siquidem alii quercū florere existimant: ponticamq; nucē: & castaneam: piceam itidē & pinum. Alii contra nullam eoꝝ florere. Sed in nucibus uillom; in quercu muscum: & in piceis & pinis κύτταρον .i. nucamentum hoc: quod in his arboribus non flos sed pro flore est conspici. Nec Theophrastus in his aliud docet q̄ esse arbores quæ non uere dici possint florere: ue tūtamē aliqd & ipsæ habent unde fructus fiat: quod in piceatū pinorumq; genere κύτταρος a græcis dicit' a latinis priuatim certū nomen nō inuenit. Quale aūt id sit quotānis licebit obseruātibus uidere: hisq; cōparat Dios. foliola quæ acanthi caulem uestiunt: & quæ aculcata non hyacinthi figura aut colore dicit in eo esse. Vulgaris ēt nūc acanthus herba est sed in nullo honore: ideoq; nō omnibus nota. Et si in corinthiatū colūnarum capitulis folioꝝ eius manifesta effigies ex ueterum in architectura monumētis & disciplina quotidie oculis nr̄is se offerat. Quæ enim nunc ēt capituloꝝ calatos in colūnis folia p ambitū uestiunt acanthi folia sunt maioris amplitudinis quatuor incisuris: & quinq; ueluti digitis discreta ex uetustissima architectorum disciplina ad ætatem nostram seruata. Esseq; acanthi ea folia satis docuit Vitruuius quarto sui operis libro. Quod poterūt uolentes in eo fine labore cognoscere: Nos id relinquimus q̄m longiore historia tota ea res ab eo describit': nec nostri consilii & instituti est: huiuscemodi oia prosequi. Quod aūt Maro in Georgicis ait nec flexi tacuissem uimen acanthi de caule eius q̄ multo lentore uiminis rōnem & naturā habet intelligendum in eo poeta est. Radices eius hic scriptor ait inter cætera mucosas esse: intelligitq; roucoso humore abundantes. Est aūt mucus latinis quod græcis μύξα, μύξα aūt græcis idem quod κόρυζα: de qbus dictum longius a nobis primo uolumine in Cinamomo est: Nunc aūt ex iulio polluce primo onoroastici sui libro adiiciendum illis κόρυζαν Atheniensibus idem esse quod Hippocrati & aliis μύξα, esseq; factam ex frigore a capite in nares destillationem.

κύτταροι
Nucamēta

Mucus
μύξα
κόρυζα

DIOS. DE Siluestri acantho. Cap. xix.

Acantham agrian. Romani siluestrem acanthum dicunt. Nascitur & siluestris acanthus carduo similis: Spinosa: breuiorq; ea quæ in hortis satiua nascitur. Potest hui' ītidem radix quæcunq; & antedicta potest.

INTERPRES.

Numerauit duo acanthi genera Plinius etiam .xxii. uolumine eiusdē numeri capite his uerbis. Duo genera eius sunt: aculeatum & crispum quod breuius: Siluestrem hanc intelligens: quam Dios. ait carduo similem: spinosam; satiuaq; illa breuiorem;

DIOS. DE Ononide. Cap. xx.

O Nonin. Sunt q Anonida appellẽt. Romani pariter græcis Ononin dicũt. Dodrãtales hẽt ramulos Ononis & aliqñ maiores: fruticosos: intercedẽtibus geniculis: & alarũ cauis numerosis. Capitula illi sunt circinata: foliola parua: tenuia ceu lẽtis: ad rutæ pratẽsis ue lothi herbę folia ꝓpius accedẽtia cũ asperitate aliqua: cinereo colore: nec iniocũdo odore. Sale anteq̃ spinas ꝓferat inter salgama seruat: estq; in cibis suauissima. Hñt ramuli ei⁹ acuminatas spinas solidas surculorũ modo. Radix illi cãdida est: q̃ calefaciẽdo & extenuãdo fit. Pellit urinã: frangitq; calculos: & carbũculos erũpit potus cũ uino radicis cortex. Decocta radice iti dem in posca colluunt utiliter in dolore dentes. Credit̃ ꝓterea sanare hæmorroidas potum idem decoctum.

INTERPRES.

I Nter aculeatas plantas oĩbus facile cognoscenda quotannis renascitur Ononis: unice uiuax & in annos ipsa seipsam ꝓpagans: nisi cũ terra imbribus maduerit totã runcauerit & extirpauerit diligens agricola: Frondet ea uiuitq; i aruis: sed lætior in ꝓscisso iteratoq; agro surgit labore husum ut cæteræ fruges & ipsa ꝓficiens: nihilq; aliqbus locis hac peste frequẽtius: q̃ nõ solũ pedibus ingredientiũ aculeis suis nocet: sed aratorẽ ẽt remorat̃ aratro inimica & illi se implicans. Descripserũt Ononin antiqores oẽs: q de medica materia aut de plãtis aliqñ egerũt. Sed unus oium fœlicissime Theophrastus. vi de plantarũ historia uolumine: cuius uerba hæc sunt. Ononis aũt in ramis aculeata est: annuã fert frondẽ rutæ folio similẽ: quã toto caule ꝓfert: facitq; tota uelu ti coronæ foemã per interualla disposita Nascit̃ pingui & glutinoso solo: presertimq; in segetibus: quã ob cãm aratoribus inimica: nec facile perit cũ semel alto & pingui solo hæserit Descendit.n.q̃ primũ & quotannis regerminat per latera se spargens: iterũq; in interiora terræ nitẽs descẽdit seqnte anno copiosius nascitura Eruẽda tota extirpandaq; penitus est. Quod cũ terra imbribus maduerit egisse oportet: facile.n tũc tota perit Siqd enim ex ea relictũ fuerit ex eo iterũ renouatur: æstate germinare incipit: autũno aũt icremẽti sui finẽ habet. Quæ oĩa a Plinio diuersis locis a Theophrasto accæpta reddita fuerũt. Ea nos parata in eo scriptore oĩbus sine desiderio relinqmus. Monem⁹ tñ legentes una tñ mutata lr̃a binominẽ antiqs scriptoribus eẽ hãc plãtam. Sunt n. q Ononim & q Anonim eã uocent nõ latini solũ sed græci ẽt meliores aliq Galenus: Theophrastus: Paulus Aegineta & Plinius: qui licet duas nõ unã aliqñ descripsisse plãtã uideri possint: unã tñ eãdẽq; utraq; appellatiõe indicasse eos ꝓ cõperto oĩb⁹ erit Fuerũt i græcis aliq q ononim ab asinis quos ea gẽs ὄνους uocat dici hanc plãtã affirmauerint: q; i ea se uolutãtes aculeis ei⁹ dorsum libẽter scabãt & exterãt. Illud postremo aĩaduertẽdũ est qđ hic scriptor ait hĩc ononim folia ceu lẽtis ad rutæ pratẽsis ue lothi herbæ folia ꝓpius accedẽtia alterũ ad figurã alterũ ad q̃titatẽ referẽdũ esse: nec aliter nisi uitiũ illic sit legi & intelligi rẽ posse. Theophrastus.n. rutæ tñ cõparauit: & quos nos diximus carbũculos erũpere radicẽ ononis ab hoc scriptore ἐχάρας dici ulcus. s. simulq; relictas ab igne crustas.

DIOS. DE Leucacantha. i. spina alba. Cap. xxi.

L Eucacanthã sunt q Polygonaton: q Phyllon: q Ischiada appellẽt: Thusci Spinã albã. Romani Gniã carduum dicũt. Quadrato odorato iũco similis radix leucacãthæ est: amara: solidaq;. Hæc cõmãducata dẽnũ dolores leuat. Medet̃ potũ cũ uino decoctũ eius pondere triũ cyathorũ uetustis laterum coxendicisq; doloribus: ruptis & cõuulsis. Pŏr oĩa eadem & radicis succus.

INTERPRES.

U No eodẽq; breuissimo capite Plinius. xxi. uolumine oẽm Leucacãthæ huius historiam & medicinam cõplexus est: dicẽdũ ideo nihil nobis almd superest q̃ ex similitudine aliarũ plantarũ Polygonaton Phyllon & Ischiada dictã ab aliqbus fuisse: quẽadmodũ ex earũ plãtarũ historia cognouisse licebit: in quarũ singulis aliqd est qđ Leucacãthæ huic æquale aut cõe sit: sine caule: sine flore: sine Echino spina hæc est: foliis lõgis aculeatis lactucæ similibus.

DIOS. DE Tragacantha. Cap. xxii.

T Ragacantham. Romani pariter gręcis Tragacantham dicunt. Radix lata lignosaq; Tragacantha est: supra terrã emergens: ex qua ramuli ꝓdeũt hu-

miles firmiq;: & in longum spatium sese spargentes. In iis numerosa tenuiaq; foliola sunt: inter quæ aculei se pferunt foliolis illis operti: colore candido: solidi & ad uulnus infesti. Vocatur tragacantha et sectæ radici inhærens lachryma. In qua bonitate antecedit quæ pellucida læuorem habet: simulq; tenuis: pura & subdulcis est. Gũmi æquales uires Tragacantha habet: oppleт enim. Vsus eius in oculorum medicina: uetere tussi: asperis faucibus: retusa uoce: destillationibusq; in eclegmate cũ melle. Subiicitur linguæ: paulatimq; liquescere cogitur. Bibitur & drachmæ pōdere in passo liquefacta contra renum dolores: uessicæq; erosiones additis ceruini cornu cinere eloto & exiguo scissili alumine.

INTERPRES.

i — N quotidiano medicinæ usu Tragacãtha est: utq; oẽs lachrymam passim nouerũt. Sic peregrinam Italiæ stirpem si Theophrasto credimus pauci nouisse nunc possunt in Creta: Arcadia: Peloponnesi Achaia & Asiæ Media nascẽtem: Quo magis græcos demiret aliqs qui natam apud se plantam & plãtæ lachrymam corrumpi in hoc scriptore permiserint: perireq; legitimam & necessariam eius in sole densationem, quo enim loco hic ait: Vocatur Tragacantha et sectæ radici inhærẽs lachryma &c. desunt necessariæ uoces aliquot qbus doceatur sectam radicẽ spinæ huius lachrymã mittere quæ in sole densetur. Nos Dios. eas nõ addidimus qm̃ in nullis græcis inuentæ a nobis hactenus sunt: & nihilominus qm̃ in lachrymæ huius cõfectione obseruasse id oportet. Quod seruat adhuc & habet q nobis ẽ uetustissimus longobardis litteris scriptus latinus Dios. monere hactenus legentes uoluimus: qui tragacantham composito nomine a græcis nominatam sciant qm̃ spinosa & tragio quæ Cretæ peculiaris stirps est congener & similis sit. Vsus ei⁹ ad tusses & exasperatas fauces præcipuus quondam fuit: quemadmodum & nostra ætate nunc etiam est. Quam uero nos retusam uocem diximus Dios. φωνῆς ἐκκεκοπυίας: quod est amissam uocẽ aut extremam raucedinem significans.

Retusa uox φωνῆς ἐκκεκοπυίας.

DIOS. DE Eryngio. Cap. xxiii.

e — Ryngion. Sunt qui eryngum: qui eryngem: qui erineren: qui caryon: qui gorgonion: qui hermion: qui origanum cloniũ: qui myracanthũ: qui moly: qui cartere: qui montanam chloen: qui chida appellent. Aegyprii crobisum: Magi symertũ. Daci sicupnoex: Hispani cẽtũcapita: Aphri cherda: Romani capitulũ cardui dicũt. In gñe aculeatarũ plantarũ eryngiũ est. Recipiunt nascentia aliorũ olerũ modo in cibos sale cõdita eryngii folia. Ea sunt lata: per ambitum aspera: gustu odorata: In pluribus quas hñt per caules eruptionib⁹ crescentia spinis aculeant. Spinis horrent et in sũmis caulibus capitula acutissimisq; p ambitum stellæ mõ radiatis: Estq; eorũ color modo uiridis nũc pallidus nũc candidus. idẽ aliquãdo cœruleus inuenitur. Radix illi lõga: lata: foris colore nigro intus candido: pollicis crassitudine & odorata est. Nascitur campestribus asperis locis. Habet calefaciendi uim. Pota menses & urinam trahit. Tormina & inflationes disicit. Bibitur cũ uino utiliter iocinorosis: & cõtra uenenatorũ morsus & epota uenena. Bibitur pleruncq; drachmæ pondere cum siluestris pastinacæ semine. Fertur præterea hæc eadem alligata potaq; panos discutere. Quin etiam radix eius in dulci aqua comitialibus & in scapulas rigentibus eadem utilitate bibitur.

INTERPRES.

n — Omnium tota patet tot seculis tractata & excussa a sapientibus natura. Vtinamq; non plura & meliora deprehẽsis hactenus adhuc ignorarent: tam multa in maiestate eius latẽt tãq; incertas euentuũ suorũ causas & rõnes ubiq; ea esse uoluit: Nec rõne in nobis id caret qbus nulla est maior q̃ sciendi cupido. Nec contra minor cura aut ignauius occulta inueniẽdi studium: præsertimq; ea quæ quotidianis ueluti miraculis anxios nos habent: qualia sunt quæ ex pgnãtium appetitionibus conformant in fœtu desideriorũ illorum signa & notæ: & quod in pecuariæ rei disciplina traditur ne lõgiore itinere aut labore boues pedes subterant priusq̃ quoq; agantur liquida

pice ima

pice ima ungi oportere eorum cornua: aut ne in numerandis his quæ pene infinita sunt longiores simus: Quã habeat ex natura causam ut si Eryngii caulẽ ex grege ouis capella ue aliqua morsu defectum ore substulerit totus statim subsistat grex: relictoq; pascendi studio nouo ueluti spectaculo attonitus non prius admirari rem desinat: q̃ accedens pastor caulem illum abstulerit: abiectoq; longius inutile gregis sui ocium ea rõne castigauerit. Auctores eius rei Aristoteles primũ qui in non grege: & si gregis dux id fecerit euenire dixit. Post eũ Plutarchus pluresq; alii. Quo magis miretur aliquis in huiuscemodi re Plinii silentium; q similia his pleraq; alia de cãdida Eryngе tradiderit. Hic n. ut herbarium decebat necessarias medicinæ Eryngii uires tm̃ tradere debuit. Cur nu merantur plures ab hoc scriptore modo eius sint appellationes: sed tam incertæ: & ex aliis plantis tam obscure repetitæ: ut nulla hactenus earum coniectura uti potuerimus. Id tantum monemus q̃ a prima statim sequitur solo genere in declinatione a priore differre: neutro enim & fœminino declinatur: Neutro hic & græci alii usi sunt: Plinius fœminino. xxii. uolumĩe capite vii. his uerbis de ea agens. Et clara in primis aculeata; Erynge est siue Eryngion &c. Idem etiam quam hic Hispanis centum capita tribuit Romanam suæ ætatis appellationem fuisse testatur: sed candidam tantũ ea uoce uocari solitam. Græci etiam eadem rõne ἑκατογκέφαλον a numero capitum dicũt. Quæ de inde myracantha inter alias numeratur a ui & radicis odore facta est Nihil enim aliud q̃ odoratã spinam ea significat uox. Cæteræ quales illic leguntur tales aliis relinquuntur. Notum nunc etiam Eryngium est: pluribusq; locis in Italia antiquum seruat nomen & usum: melleq; seruatur radix eius: nec habet ingratum in cibis saporem.

DIOS. DE ALOE. Cap. xxiiii.

a Loe. Sunt qui Amphibion: q̃ Erytigion: qui Orminion: q ab Hircini cornu forma Tragocerota uocent. Romani pariter gręcis Aloem dicũt. Scyllæ folia habet Aloe: crassa: pinguia: in rotutido modice lata: repãdaq;. Habent utritiq; folia ex obliquo spitiulas curtas: & raris interuallis dispositas. Caulem profert: Albuco similem: florem candidum: semen Asphodelo æquale. Tota grauissime olet: & in gustu amarissima aloe est. Singulari nititur radice ceu palo in terram defixo. Nascitur plurima in India: unde & liquor ad nos affertur. Nascitur & in Arabia: Asiaq;: & maritimis quibusdam locis & insulis ut Andro. Sed ad exprimendum ex ea liquorem inutilis: glutinãdis uero uulneribus accomodata. In quẽ usum concisa trita ue emplastri modo imponit̃. Duplex genus liquoris eius est: alterum arenosum & ueluti purissimæ aloes sedimentum: alterum iocinoris modo coactum. Eligito pinguem aloem: sinceram & sine calculis aut arenis: splendentẽ: rufo colore: friabilem: iocinoris modo concretam: facile liquescentem: & quæ egregia amaritudine sit. Reprobanda e diuerso quæ nigro colore est: nec facile liquescit. Adulteratur gũmi aloe: uer; deprehenditur amaritudine in gustu & odoris firmitate: q;q; friata digitis non resoluitur usq; ad minimum ramẽrum. Miscent illi etiam ĩ adulterio aliqui Acaciã. Est aloe uis & natura adstringere: somnũ conciliare: siccare: corpora densare: aluum soluere: & stomachum purgare. Pondere cochleariium duorum cum frigida aqua: aut lactis sero pota sanguinis excreatiões compescit: fel le suffusos emendat trium obolor; pondere in aqua aut drachmæ unius in sorbitione pota. Cum resina eadem aqua ue aut cocto melle excæpta aluum pota soluit: trium uero drachmarum pondere egregie purgat. Mixta præterea aloe aliis que purgãdo sint stomacho minus noxia ea reddit: siccata & in farinam rusa uulnera glutinat: & ulcera ad cicatricem perducit compescitq;. Priuatim exulceratis genitalibus aloe medetur. Glutinat præterea disrupta in infantibus ✠ Medet̃ condilomatis itidem & sedis rimis cũ passo mixta. Quinetiam sanguinis eruptiones ex hæmorroidibus factas compescit. Digitor; reduuias ad cicatricẽ perducit: Liuores & sugillata ex melle delet. Oculor; scabies: & ĩ oculis angulor; prurigines lenit. Dolores capitis ex aceto & rosaceo finit fronti temporibusq; inuncta. Fluentem capillum ex uitio compescit: & contra tonsillas: gingiuas & omnia oris uitia cum melle

aut uino prodest. Crematur aloe ad oculorum medicinam in pura & candente testa: rudiculaq; subinde uersatur usq; dum tota æqualiter candeat: mox lauatur: abiicitutq; q inutile est siquid arenosum subsedit: quod uero pinguissimum est: læuoremq; habet: seruatur.

INTERPRES.

Difficilis ubiq; & in cũctis ut uidet amara aloe est. Siquidẽ non minos in Satyra q̃ in scriptore hoc cõmẽtationibusq; his nostris plus aloes q̃ mellis habuit: tam multis locis male habita a græcoꝝ librariis per spinas eius ingrediẽtes laborare nos coegit. Euasimus tñ: sed q̃ foelix iter hoc nostrum fuerit peritiores censebunt: & quæ non sunt in ea nobis cũ cæteris eadem qua solent humanitate humanitatis pfessores excipient. A spinis quas cões aloe cum Eryngio hẽt Eryngium & ipsa ab aliquibus dicta est: sed mala similitudine: qñ in cæteris nihil dissimilius q̃ eryngium & aloe uidet. Fuerunt etiam qui Amphibion hanc dicerent: quod nisi eadem illa rõne dicat: qua in genere animantium amphibia a græcis aliqua dicantur incertam nobis causam habet. Sunt aũt græcis amphibia quæ cõem & ambiguam in utroq; elemento terra. s. & aqs uitam degunt: qualem hic Castora secũdo uolumine descripsit: & quales multæ aues ubiq; sunt. potueruntq; aliq sic aloem uocasse: q procul a mari & maritimis locis ut hic ait pariter nascitur: & si ut amphibios diceretur non satis discrimen id fore uideri possit Neq; enim diuersa elemento sunt maritima: & q̃ procul a mari distant. Ornition ab aliquibus dicta aloe pariter fuit: q utraq; altiore caule est: & quẽadmodum Aloe in foliis aculeatas eminentias magis q̃ spinas habet: sic & Ornitium ut in historia eius certius patebit. Tragocerota postremo eandem aloem certiore similitudine aliqui appellarunt: ab hircorum cornibus facta appellatione: quibus folia eius quantitate: longitudine: figuraq; appositæ respondent. Est & inter appellationes has illud animaduertendum ex antiquissimoꝝ om græcoꝝ fide non dixisse nos in folioꝝ aloes historia habere eam utrinq; folia ex obliquo spinosa: sed utrinq; spinulas. In melioribus enim legitur ἀκάνθια. i. spinulas non ἀκανθώδη: quod cõe nobis cum Barbaro est: & si naturæ reiq; id non magnopere intersit. Obseruauimus illud & pluribus locis toto hoc capite in qbus καθαρὰν legebat in melioribus & antiqoribus græcis λιπαρὰν legi: ideoq; nos pinguem non puram uertimus cõcinniorem sensum & melioꝝ codicũ fidem secuti. Quemadmodum nõ multo post etiam facere coacti sumus quo loco hic ait ἡ σομάχου ἐστὶ καθαρτικὴ κοχλιαρίων δύο πλῆθος μὲ ὕδατος ψυχροῦ ἢ γαλακτώδους πινομένη. Quoꝝ sit sensus is q dictus pauloante est: hẽre. s. aloẽ uim: ut si duoꝝ cochlearioꝝ põdere bibat cũ frigida aut lactea aqua stomachum purget: & ut certiore adhuc sensu res pateret non lactis aquam: sed lactis serum: quod idem lactis aquæ in medicina est diximus: contra q̃ alii interpretes uerterint; quoꝝ alter lacte simpliciter dixit: alter cum frigida aqua uel quasi lac gelida. i. tepidiuscula. Videturq; hic quod est γαλακτώδης ad teporem transtulisse: quod nescio an in scriptore hoc aut meliore alio aliqñ inueniat. Siquidem nulla est significationis eius necessitas: quando infinita sunt quæ tepent. Nec uerisimile ẽ quod χλιαρὸν: idest tepidum simpliciter dici a Dios. poterat tam obscure dicendum fuisse: & addito tepori lacte cuius multus est in medicina usus in purgatione hac stomachi legẽtes ad lac pro aqua distraxisse. Alter ultra q̃ oportuit lac uertit. Neq; enim lacti idem τὸ γαλακτώδης. i. lacteũ ẽ. Differtq; lactis aqua longo interuallo a lacte: & si in græcis aliqui inueniant in quibus γάλακτος legitur Veꝝ nos cõiorem lectionem secuti quod erat γαλακτώδους aquæ adiectiuum fecimus: alter nauimusq; duas aquas: frigidam aut lacteam. i. lactis serum uertentes: fecimusq; id auctoribus græcoꝝ medicis: Pauloq; Aegineta in primis: qui lib. primo capite quo agit de his quæ urinam pellũt & aluum deiiciũt aloe & ὀῤῥῷ. i. sero lactis utitur. Habetq; in scriptore hoc id certiorem rõnem q̃ si lac simpliciter aut teporem in ea uoce aliquis æstimauerit. Videtur Barbarus teporẽ illum ex antiquo latino Dioscoride & Serapione accæpisse: sed nos quas diximus rõnes secuti illud magis amauimus: & nihilominus legentium iudicio arbitrarium id totum relinquimus. Sequitur deinde locus in quo nihil q̃ sioe certa ratione aliquid dicere maluimus. Cæteri interpretes aut nescisse aliquid uideri timentes: aut quam non indicauerunt rõne nixi quod nos spatiũ & inane reliquimus: impleuerunt. Vertitq; alter quod in Dios. legitur καὶ ἐπὶ τὰ γώνια παίδων ῥηχθέντα παρακολλᾷ. Disrupta infantibus iungit: alter & ruptis infantiũ præputiis. Ille imperfecto sensu: reliquit enim cogitandum legẽtibus: quæ nam in pueris disrupta ea sint: hic quod cunctis ætatibus cõe esse põt ad solos infantes nulla priuatim adiecta cã contraxit præputiisq; rarum: & quod hactenus legisse me non memini ruptorum malũ assignauit. Modo latinis rupta sint quæ græcis ῥηχθέντα & ῥήγματα sponte sua. s. & per se a continuitate sua discedentia: qualia huic scriptori & aliis passim multa hac uoce hominis mala numerantur. Quod & si fieri etiam possit (uolumus enim in tam multis naturæ malis: eorumq; quotidiana uarietate hoc penitus negare) nulla tamen ostenditur causa cur in pueris magis q̃ in cæteris ætatibus curari remedio hoc id malum debeat. Integritati itaq; sensus ue uidetur obstant hinc rupta: quæ præputiis simpliciter nõ cõpetunt: illinc infantes: quibus solis utilem aloem fecisse naturam parum uerisimile est. Nam quod ad præputia pertinet modo integra

Amphibia

Rupta ῥήγματα

hoc loco ea uox sit certa res est. Quæ enim ἐπαγώγια a Diosc. hoc capite uocantur: eadem illa sunt præputia: quibus in Thapsia utilem in apellis: sed non ex circuncisione eam dixit: sic a græcis dicta: quoniam ἐπάγονται ducuntur. s. & reducuntur: Quod si me interroget aliquis quid a Diosc. decretũ hoc loco fuisse credam: nihil pro comperto mihi esse respondebo. Non tamen negabo in eam partem inclinare mihi animum: crederemq; de puerorum præputiis agi hoc loco: non tamen ruptis sed sectis siue malis cæsis dicere: pertinereq; ad circuncisionem quæ iudeorum religione in pueris fieret: monereq; hunc scriptorem: quoniam glutinandi uis aloe est: priuatimq; genitalium ulcera ad cicatricem perducit secta infantium circuncisionis ritu præputia glutinare aloem. Sed non posse in hoc sensu ἐκχθέντα legi: quoniam hæc uox per se ruptum significat. Circũcisio autem sectione & hominis iniuria fit: posseq; duabus mutatis litteris τμηθέντα in hunc sensum transferri. Quod tamen nos facere noluimus: neca cõi lectione quicq̃ detorquere. Eamq; ob causam relicto inani spatio explendũ locũ: aut hac aut alia ratione peritioribus reliquimus. Non inuidebimus etiam legentibus quod agentes hoc diu cogitauimus: nec sine causa indicantibus id aliquot græcis codicibus potuisse hoc loco nõ de ruptis puerorum præputiis sed de oculorum uitio quod græci ὑπόπυον uocant a Diosc. agi: nec puerorum sed oculorum legi illic oportere: Neq; ἐπαγώγια uerum ὑπόπυα. Est autem Galeno & aliis græcorum medicis ὑπόπυον cum totã oculi Irim orbem. s. in eo sic appellatũ: aut eius dimidiũ pus occupauerit. idem hoc malum Galenus in diffinitionibus suis πύωσιν: idest suppurationẽ & unguem uocari ait: suntq; in diffinitione eius Galeni hæc uerba Pyosis: idest suppuratio aut unguis puris collectio est: quæ cũ inflãmatione circa nigrã oculi partem ad Iridem ungui humano similis coit. De eodẽ hoc malo lõgius lib. iii. Paulus Aegineta egit: aitq; & ipse ungui similem in oculo suppuratione hanc nõnunq̃ altius aliquando in superficie fieri: & quoniam inter cætera remedia aloe cõtra eam utitur non ab re penitus fore credidimus suspitionẽ hanc nostram quæcunq; ea est legentibus significasse. Glutinat enim aloe potestateq; hac roptis hypopyis his & unguibus oculorum mederi põt. Scio fore ut uideatur aliquibus durius hoc esse: pluribusq; q̃ deceret mutatis a præputiis: aut disruptis simpliciter ad oculos rem trahendã. Sed æquo aio id ferent si meminerint nihil in incerta re a nobis constitutum fuisse: licereq; illis quos maluerint interpretes sequi. Diximus hoc capite etiam mederi aloem capitis doloribus cõi doloris uoce usi in his quos græci κεφαλαλγοῦντας dicũt: & in eo malo quod nostræ ætatis medici Cephalargiam unatãtum mutata littera. Græci autem κεφαλαλγίαν nominant: quod malum quoniam multiplex est diuersasq; habet causas diuersis ideo appellationibus in ea gente distinguitur. Nec nos mõ de doloribus capitis: q febribus accidunt: aut alterius mali comites sunt: agimus: Eos enim plerunq; aliis nominibus græci indicant κεφαλῆς πόνους siue ὀδύνας dicentes: sed sermo nobis tamen nunc est de his quas proprie græci κεφαλαλγίας uocant: quæ aliquando in nobis ex solo malo temperamento corporis fiunt: aliquando ex nimia humorum copia: aliquando ex utraq; causa: Nõnunq̃ uero ex primitiua & foris accedente causa alia: uerbi causa solis æstu: frigore: ebrietate: aut ictu: iniuria ue aliqua capiti illata: Ex quibus quæ proprie a græcis κεφαλαλγίαι nominantur tamen fiunt: Fiunt præter hos & alii in eadẽ parte dolores: aliis: quoniã alias habent causas appellationibus a cæteris discreti: qualis κεφαλαία & ἡμικρανία est quos omnes medici pariter nouerunt græcis uocibus eos adhuc indicantes cephalæam s. & hemicraniam: quæ in genere dolorum capitis quidem sunt: sed permanentes: quiq; strepitu: clamoribus: claritate lucis: potu uini & implentibus caput odoribus augentur & acuuntur. Fitq; sæpenumero ut uideatur aliis totum tentari dolore illo caput: aliis uero altera tamen pars: nominaueruntq; græcorum antiquiores medici priorem illum dolorẽ κεφαλαίαν a toto capite: posteriorem uero ab altera parte ἡμικρανίαν siue ἑτεροκρανίαν. Neq; enim aliud utraq; illa uox significat q̃ cranii & caluæ alterutrum dimidiũ. Diffinituitq; Galenus in Isagoge sua cephalæam his uerbis in genere diuturnorum malorum cephalæa est intensus capitis dolor: qui aliquando periodice augetur: & ex pituita plerunq; fit. Hic idem dolor si in alterã capitis partem tamen se insinuarit mutato noie heterocrania siue hemicrania dicitur. Quam idem Galenus libro diffinitionum suarum his uerbis descripsit heterocrania est cũ in sinistra dextra ue capitis parte dolor fit: isq; aliquando augetur & acuitur: aliquando remissus lãguet & minuitur. Descripsit & Quintus Serenus in tertio cõmentarii sui de medicina epigrãmate hemicraniam his uerbis. Portio si capitis morbo tentetur acuto &c. Quæ omnia longius dicta a nobis sunt ut meminerint legentes: cum simpliciter capitis dolores inuenerint cephalalgiam illam nos significare. Cum uero capitis dolorem quem cehpalæam dicunt permanentem illum intelligi oportere: eademq; rõne in altera capitis parte hemicraniam a Galeno & aliis ut indicauimus descriptam.

[Margin: ἐπαγώγια — ὑπόπυον — πύωσις — Vnguis oculi — κεφαλαλγία — Dolores capitis — κεφαλαία — ἑτεροκρανία — ἡμικρανία — Heterocrania — hemicrania]

Encienzo, Alozna

DIOS. DE Absinthio. Cap. xxv.

a — Absinthion. Sunt qui a grauitate amaritudinis Barypicron uocent. Aegyptii Somi. Romani Absinthium rusticum dicunt. Notum omnibus absinthium est. Antecedit bonitate omne aliud quod in Ponto & Cappadocia monte Tauro nascitur. Est absinthio calefaciendi adstringendiq; uis: cõcoctiones adiuuat: purgat quæ in stomacho & aluo biliosa hærent. Quin etiam urinam cit:

& præsumptum crapulas arcet. Facit idem ad inflationes stomachiq; & alui dolores cum Seseli aut Gallica nardo potum: In cibi auersione appetentiam excitat. Sanat suffusos felle dilutum decoctumue absinthii trium cyathorũ pōdere quotidie haustum. Menses idem potum & ex melle appositum trahit. Bibitur cum aceto utiliter contra fungorũ strangulationes. Bibitur & cum uino contra ixiam: cicutam: muris aranei morsus: & draconem marinum. Anginis cũ melle addito nitro utiliter inungitur: & cōtra epinyctidas cum aqua: contra sugillata cum melle: & contra hebetes oculos aquososq; sanguinis humores quos græci ichoras uocant distillant[e]s aures eodē modo: Aurium dentiũq; dolores absinthii decoctũ uaporis sui suffitu lenit. Idem in passo decoctũ contra oculorũ dolores emplastri modo imponit̃. Imponit̃ eodem modo & cōtra præcordiorũ iecoris & stomachi dolores: diuinasq; earũ partium ualitudines: cerato quod ligustrino oleo cōfectum fuerit coactum: quãq̃ pro stomacho utilius quod rosaceo subactum fuerit ceratum. Confert præterea absinthium cutem subeuntibus aquis lienosisq; additis simulq; mixtis fico: nitro & loliacea farina. Conficitur præterea ex absinthio uinũ quod absinthite uocant. Circa pontidem præcipue & Thraciam quo ad prædicta ubi febris non sit utũtur. Quinetiam æstate bibendum ex eo dant sanitatem eo fieri arbitrantes. Creditur absinthium scriniis & armariis inditum tutas & incolumes a tineis seruare uestes. Creditur & ex oleo inunctum culices lōge a corporibus arcere. Quinetiam diluto absynthii dilutum librarium atramentum incolumes a muribus librorũ cartas tuetur. Credit̃ parq; est eadem oīa hæc succũ facere. In potionibus tñ eum non probamus: stomacho.n. nocet & capitis dolores facit. Adulteratur hic mixta decocta Amurca.

INTERPRES.

Quam facimus quotidie in fortunæ naturæq; tristi aliquo sensu absinthio Amaritudinis in uidiam Amariorem eo (ut cætera reliquamus) mortem ẽt cẽsentes: Vno carmine nō semper bene sanus emendauit Romanus poeta cũ cecinit. Nam ueluti pueris absinthia tetra medentes: cũ dare conantur &c. Nisi forte qui illud cecinit florentinus poeta tota absinthii comparatione ad mortem usus quã homini salutẽ amaritudine sua olus id faceret eandem & meliorem solutis a corpore animis nostris facere mortem intellexit: nec aliter uitæ laboribus eam q̃ morbis absinthiũ mederi credidit. Imprudenter.n. & impie agunt qui aut quod in aduersis iocundum latet: & utile inuenire nescientes: aut ob ingratum eorũ a principio sensum quod saluti & uoluptati futurum aliqñ est abiicientes dei naturæq; beneficia oderunt & damnant Quod in rebus suis & i absinthio hoc fecerunt semper imprudentes: qui nihil in eo priusquã amaritudinem contemplati a grauitate & amaritudine barypicron id nominauerunt. cum alioquin plures illi ob eam quã reddit corporibus nostris sanitatem laudes deberent: & si non tanti salus nr̃a nobis esset ut leui amaritudine cōmutanda fuerit: non inuidendũ saltem illi erat quod a Theophrasto libro. ix. de plãtarum historia & ab aliis iãpridem in Pontici absinthii laudibus decantatum est: pinguescere in ponto eo olere pecora: ideoq; sine felle reperiri, & ex tam fœlici potestate honestiorem illi aliquam inuenisse appellatiōem. Quæ nobis fuisse cã uidetur ut quod ab hoc scriptore a principio statim dicitur habere absinthium uim ἀποκαθαρτικὴν τῶν ἐμφερομένων τῷ στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ χολωδῶν: quod uersum a nobis est: purgare absinthium quæ stomacho & aluo biliosa inhæserunt: Barbarus uerterit fel quod stomacho & aluo cohæserit purgat: non leui inter nos discrimine & rei incertitudine nisi nos interpretationis nostræ causam reddiderimus: quod inuiti quidem & nolentes uerũ necessario & coacti facimus. Vtq; auctore Platone in legibus suis nullam eorũ quæ coacti male etiam agimus debemus pœnã: sic nobis facilem fore a legentibus ueniã hac parte laboris huius nostri existimamus χολωδῶν Dios. ait non χολῆς: quarũ uocum prior illa biliosa: posterior nō bilem tñ

χολὴ
χολώδη
Bilis
Fel

sed fel ẽt significat Est enim græcis χολή. i. chole ad bilem quæ in multis partibus in corpore nostro inuenitur & ad fel quod ꝓpriam habet sedem in folliculo iecoris æquiuora & cōmunis uox. Neq; in græcis nisi ex necessitate eorũ quæ p eo ea scribuntur aut dicuntur discerni ambigua eius significatio potest. Idq; tam certũ in græcis est ut auctoritatibus ueterũ probari non oporteat. Eãq; ob cãm hic plerunq; rei ambiguitatẽ fugiens non χολὴν sed χολώδη biliosos humores appellat. Latini contra: priorem illã toto corpore sparsam bilem: posteriorem uero hãc in iecoris folliculo cōstitutã fel dixerũt. Fœlicioresq; in hac re græcis duabus uocibus loco posituraq; saltem diuersas

duas res indicauerūt. Estq; id pariter in latinis Plinioq; presertim notissimum. Quo fit ut nesciamus unde pm bile & biliosis fel ille uerterit: aut quo mō stomacho & aluo fel inhæsisse uoluerit. Quod si aliqñ graui hominis periculo aut simplici saltem aurigine a sede sua suffundit ipsum p se spargitur: nec recte dici potest inhæsisse. Habemus nos interpretationis huius nostræ auctores ex græcoꝝ medicis Paulū Aeginetā: qui lib. vi. de Absinthio agens cū longius uires eius descripsisset addidū: διὸ καὶ τοὺς ἐν τῇ κοιλίᾳ χολώδεις χυμοὺς διά τε γαστρὸς καὶ δι' οὔρων κινεῖ. Quod ē: Quāobrē biliosos in aluo humores per sedē & urinā purgat. Latinoꝝ uero Plinium qui libro. xxvii. capite. vii. ait Namq; adstringit stomachū bilemq; detrahit. Bilem detrahere absinthiū nō fel dixit. Quod & si substantia flauæ bili idem sit: Vt simplex tñ nec aliis humoribus cōmixtum est & i folliculo iecoris abundat diuersa ubiq; appellatione in latinis censet. Hisq; nos auctoribus a principio usi iisdem nunc ēt rem nostrā tuemur: nec credimus quæ græci χολώδη dicūt fel a latinis uere dici posse. Credidit ille forte quod hoc loco diceba eam hře rōnem quam nos ex Theophrasto paulo ante diximus: & quia Pontici absinthii pastu sine felle pecora reperirent: sic ēt stomachum & aluum eodem illo olere purgatam sine felle inueniri. Quod in medicina deinde hic ait cōtra sugillata cum melle pdesse absinthium a græcoꝝ medicis aliter fiebat: spongiis enim in decoctu absinthii madentibus sugillata hæc liuoresq; oēs souebant. Non omittemus priusq̄ ab absinthio discedamus monere legētes maluisse nos aliter & longius q̄ cæteri interpretes fecerint uertere quod in scriptore hoc est ἰχωρροοῦντα ὦτα. Illi autes dixerunt ex qbus sanies destillat. Nos ut legitur aquosos aurium humores &c. Fecimusq; id nescientes idem ne hoc malum sit: an aliud a purulentis auribus: Vt enim hoc passim in antiqua medicina auditur: nullibiq; in græcis inter aurium remedia & mala ὦτα πυορροοῦντα & in latinis purulentæ aures non audiunt. Sic illud ratum: & in censu malorum quibus laborant aures a nobis quatenus nūc meminimus nōdum inuentū. Ex eo inclinat aīus nobis idem hoc malum purulentis auribus esse: & nihilominus quēadmodum nec pus: nec saniē illic uertere uoluimus ob eas quas in sinapi cās diximus: sic a scriptoris huius uocibus discedere lōgius ausi etiam non sumus. Obseruabunt ideo medici mali eius omnem rōnem & euentum: eritq; eis id facillimum: scientes quid ichoris uore antiquiores græcoꝝ medici in homine signauerint. Quod tuto longius in sinapi dictum iampridem a nobis est.

ἰχωρροοῦντα ὦτα

DIOS. DE Seriphio siue marino absinthio. Cap. xxvi.

Absinthium marinu:o; sūt qui Seriphium: qui Santonicū uocēt. Romani a Santonicū dicūt. Seriphiū qdam uocātes marinū intelligūt. Nascit & in Aegypti Taphosiri quo p oleaginis ramis Isiaci sacerdotes utunt. Fruticosa herba est: minori Abrotano similis: semine onusta: leni amaritudie: stomacho inimica: grauissimo e odorata: cum caliditate aliqua adstringēs. Ea p se uel cū oryza decocta mox cū melle sumpta ascaridas & rotundos lumbricos necat: aluum sitoul leniter deiiciens: Eadem potest obsoniis addita: aut cum lenticula decocta. Est & tertium absinthii genus quod plurimū in Gallia ultra Alpes nascit: quodq; incolæ gentis suæ uocabulo Santonicū a Santonum gente appellant absinthio simile: nō adeo tñ copioso semine leni amaritudine: & eadē oīa Seriphio potens.

INTERPRES.

Ria diuersis locis a Plinio ēt Absinthii genera numerant: Ponticum: Santonicum: & qđ Seriphion siue Marinū a cunctis uocatur religione in Aegyptu consecratum. Cōe & ubiq; prouenicns. Ponticum est: a regione in qua optimū nascitur bonitatis magis q̄ naturæ meritu inuenta appellatione. Hoc in Dios. legit rusticū a Romanis uocari: sed nullā habet ea appellatio rōnem: De Santonico hic certissime egit quondamq; in honore & nota absinthii gentis nomen id fuit ut cum cecinit ille Santonica medicata dedit mihi pocula uirga. Qua parte aūt Santones in Gallia ultra Alpes quondam fuerint & adhuc sint oībus patet. De Seriphio quod & Marinum dictum quondā est duobus locis Plinius egit lib. xxvii. capite. viii. his uerbis. Est & absinthiū marinum: qđ qdā Seriphiū uocāt pbatissimū in Taphosiri Aegypti. Huius ramū Isiaci præferre solēne habēt. Angustius priore minusq; amaꝝ: stomachoq; inimicū. Iterumq; lib xxxii capite v. quo loco de en ficait. Nascitur & in mari absinthiū quod aliqui Seriphium uocant circa Taphosirim Aegypti maxime: exilius terrestri. Quæ ideo repetita a nobis hoc loco sunt: ut quæ a principio capitis huius incerta aliundeq; repetita & mixta simul difficilem habent intellectum legentibus certiora fierēt: intelligerētq; oēs ex Pontico absinthio ad Seriphium siue marinum hoc translata esse: quæ in aliis leguntur. Largissime in Cappadocia & monte Tauro puenit: Quæ Pōtici sunt & superiure capite uulgari absinthio in censu bonitatis ab hoc ipsu dicta Cū pbatissimū in Pōto & Cappadocia nasci ait Miscere enī diuersa hoc est: intellectūq; reꝝ adeo confundere ut nullus possit huius scriptoris

usus esse. Qui.n.pōt Seriphia herba & ad mare nascens in Cappadocia & Tauro monte inueniri? ideoq; nos omnem eam partem ueluti inutilem: oēmq; illic sensum turbantem expunximus. Est illud ēt animaduertendū quæ illic legunt: sunt qui Santonicum appellant &c. tam incerto intellectu huic scriptori & ex eo accreuisse q̄ discrepant ueteres & iuniores in notis & descriptione Seriphii & Santonici absinthii. Seriphiū.n. hi absinthio q̄ Abrotano: illi Santonicum Abrotano q̄ absinthio similius describunt. Eaq; uarietate a posterioribus factum est ut adiectis illi his uocibus non parum gratiæ decorisq; ei perierit. Sed quod sæpe alias dictum a nobis est: hoc loco etiā monemus nō multi faciendas plerunq; appellationes has esse. Credimus ēt quod ad extremum caput legit λιπαίνεται δὲ μάλιστα ἐν καππαδοκίᾳ τὰ πρόβατα νεμόμενα: quod est. Pinguescūt aūt in Cappadocia magnopere oues illud pascentes: huic capiti abundare: & si seruandum alicubi sit in priore & Pontico absinthio instaurandum esse. Illi.n. competit & eo Plinius ait pecora pinguescere. Qui uero Isiaci sunt Martialis docuit cum ait. Linigeri fugiunt calui sistrataq; turba &c. non sacerdotes tm̄ sed Isidis sacris initiati omnes. Est deinde Taphosiris in Aegypto Osiridis taphos.i. sepulchrum ciuitas quondam Stephano de urbibus & Plutarcho celebrata.

DIOS. DE Abrotono. Cap. xxvii.

a Brotonon. Sunt qui abutonon: qui Absinthiū: qui Heraclium: q̄ Cbolopæon: qui Thelyphthorion: qui absinthiomenon: qui procampylon: qui Cynanchiten: qui Thelithamnon: qui Dulcem ancona appellent. Magi neuta phœnicos. Romani Absinthiū ponticum dicūt: Duum generum frutex est: alterū fœmina quod arborescit: albicantibus foliis incisuris minimis Seriphii absinthii modo circa ramulos diuisis: floribus plenū: comantibus in sūmo fulgore auri ueluti corymbis quibusdam. Nascitur æstate odoratū cum grauitate aliqua & i gustu amarum. Crediturq; siculum tale esse. Mas alterū uocatur sarmentosum absinthii modo fruticosum. Plurimū nascit̄. Abrotanum in Cappadocia & Asiæ Galatia & Hierapoli. Succurrit in difficultate spiritus nō nisi recta ceruice spirantibus utriusq; semē decoctū: crudūq; tritū & cū aqua potum. Succurrit & ruptis: cōuulsis: coxendicis doloribus: angustiis urinæ & suppressis mensibus. Quin etiam lætalibus uenenis aduersatur cū uino potum. Ex oleo idem in febrium accessionibus cum tremore algentibus inungitur. Fugat idem serpentes lectis in stratum & adsuffitus incensum. Cum uino potum contra eorundem morsus utile est: phalangiis priuatim & scorpionibus aduersatur. Contra oculorū inflāmationes cum decocto Cydonio malo aut pane emplastri modo imponitur. Discutit præterea panos Abrotonū decoctum & cum farina hordeacea quæ Hydrelæo subacta fuerit coactum. Miscetur præter hæc & additur in confectione Irini unguenti.

INTERPRES.

q Vam in duobus Abrotoni generibus differentiam ex sexu hic scriptor indicauit: ex locorū in quibus ea nascuntur diuersitate Nicāder tradidit. Siquidem in Theriacis suis de eo ait. καὶ μὴν ἀβροτόνοιο τό τ' ἄγριον οὔρεσι θάλλει, quod est. Et abrotoni qđ siluestre in mōtibus frondet: manifesto argumēto esse quod mōtano opponit̄ campestre.i. & satiuū. Plinius & hunc & illū auctorē secutus utroq; discrimine distinxit abrotanū duorū generū tradi dicens Campestre ac montanum: intelligiq; hoc marē illud fœminam. Theophrastus Alsiosum penitusq; infirmum ait esse abrotanū: ideoq; æstate & apricis locis seri notam omnibus plantam: & quam ab amaritudine quam similem absinthio habet absinthion: & absinthiomenon: quasi absinthii sapore infectum aliqui nominauerunt Fuerunt & qui Heraclium ab Heraclea Ponti ciuitate: ad quam totoq; ei⁹ agro plurimū nasceret̄ & ꝓbatissimū uocauerint: quemadmodū absinthiū Ponticū quæ a regione bonitatis potius laudes q̄ appellationes sunt. Procampylon uero & Ancona q̄ in terram se flectat & cacumine suo se propaget. προκάμπυλα enim in plantis græci dicunt: quæ cum se erexerint in terrā rursus se incuruant: Et ἀγκῶνας cubitos: quorū similitudine se flectit Abrotanum. Thelythānus postremo fœminino genere discreta altera eius species nō ꝓpria appellatio ē ex Dios. uerbis facta: cū paulopost ait: τὸ μὲν θῆλυ θάμνος &c. locus deinde sequitur in quo frequens toto hoc ope in græcorum codicibus diuersitas est. Alternant̄ enī in eo passim uoces hæ duæ λεπτόκαρπον καὶ λεπτόκαρφον: quarū altera quod tenue semē habet altera quod tenues ramulos & fruticosa est significat. Et in abrotono hoc uarie in græcis legit̄. Cæteri interpretes cōem secuti lectionem tenui semine red-

λεπτόκαρπον
λεπτόκαρφον

diderunt. Nos q̃m absinthii modo λεπτόκαρφον esse Diosc. ait: quæ fruticosa herba est fruticosum uertere maluimus: Fides in uetustate & bonitate græcoꝝ codicum penes nos ẽ: quam poterũt uolentes sequi: sin minus alterius lectionis auctores interpretes & codices alios habere. Cur autẽ æstate renasci Abrotonum hic dixerit non multo añ ex Theophrasto reddita a nobis cã est q̃ alsiosa herba est: frigoribusq; facillime perit Non relinquemus & illud quã alii inter p̃tes Syriæ Hierapolim dixerunt: nos Asiæ ex melioꝝ codicum fide diximus: Licet enim Syriæ ẽt Hierapolis fuerit: nam multæ diuersis regionibus hoc noĩe ciuitates quondã numerabant: nescio tñ quõ ad Asiaticã p̃pẽsiores fuimus quæ inter phrygiã & Lydiã celebrata quõdã a multis est. Obseruauimus p̃terea græcũ Dioscoridẽ q mihi oĩum uetustissimus & p̃batissimus est: Paulũ Aeginetã: Galenũ: Serapionẽ & plerosq; alios in Abrotoni decretis legẽtes plerasq; alias uires a cũctis & ab aliquibus eoꝝ Abrotono decerni: Quales sunt Ventris aĩalia oĩa necare: capilli defluuia quas alopecias uocant explere ex tenui aliquo oleo inunctũ: crematumq; maiores in siccãdo uires acqrere: quæ in scriptore hoc desiderari forte possunt tẽpoꝝ iniuriis & librarioꝝ incuria amissa.

DIOS. DE Hyssopo. Cap. xxyiii.

Yssopon sunt qui Lauer: qui Cassialã uocent. Aegyptii Pesalem. Romani pariter græcis Hyssopum dicunt. Duum generum Hyssopus est: montana altera: hortensis altera: Probarissima quæ in Cilicia nascitur. Extenuandi calefaciendiq; uires hyssopus habet: Decocta hæc cum fico: aqua: melle: rutaq; mox pota pulmonariis: suspiriosis: antiquæ tussi a capite in subiectas partes destillationibus: & in difficultate spiritus non nisi recta ceruice spirantibus opitulatur: uentris lumbricos omnes necat. Idem præstat & cum melle lincta. Purgat per iferna decoctum eius crassa cum aceto mulso potum. Estur & cum uiridi fico aluũ deiiciens: multoq; efficacius additis Nasturcio: aut Iride: aut Irione. Cõmendat eadem cutis colorem. Contra lienem & cutem subeuntes aquas cum fico nitroq; emplastri modo imponitur. Cum uino aũt contra inflãmationes. Sugillata ex feruenti aqua eodem modo imposita emendat. In anginis cum ficorum decocto gargarissatur utiliter. Colluuntur præsenti remedio decocto Hyssopi in aceto in dolore dẽtes. Soluit eadem incensa uaporis suffitu aurium inflanones.

INTERPRES.

Atis in uulgari notaq; oĩbus herba: & quæ passim in montanam & hortensem diuideretur Diosc. fuit bonitatis eius censum per nationes fecisse: neglectisq; aliis Cilissam tm̃ cõmẽdasse; postq̃ Hippocrates in græcis: Plinius uero in Latinis Pãphiliã & Smyrnæ. in numerauerunt Cilissam nõ ut hic simpliciter laudantes: sed e Tauro monte q per mediam Asiam multa lõgitudine extendit̃ sic dictus ut ueteres retulerunt: uel q̃ extrema eius pars quæ ad mare est Taurino capiti & humeris similis uidet̃: uel q̃ antiquissimi græci maiora oĩa & difficiliora a Tauris trãslata similitudine tauros uocauerunt. In eo p̃batissima oium Hyssopus nascebat̃: & si hic tm̃ in Cilicia nasci tradiderit Nõ negligendi usus in medicina Hyssopus est: quã inter cætera hic ait aluũ multo efficacius purgare additis Iride aut Irione: aut ut cæteri interpretes uerterunt Cardamomo: ut aũt nos ueteꝝ codicum fide admoniti Nasturcio. Multa enim q̃m facilis lubricusq; est lapsus a Cardamomo ad Cardamũ quod Nasturcium est duarum huiuscemodi uocũ inter se i scriptoris huius nouis & antiquis codicibus cõmutatio & alternatio est. Nobis præter melioꝝ codicũ fidem aptius ad deiciendã aluũ Nasturciũ q̃ Cardamomũ etiã uisum est. Siqdẽ in Cardamomi decretis nihil qd ad h̃ sic usũ p̃tineat: in Nasturcio aũt legit̃ & inter cæteras eius uires numerat̃ aluũ turbare: quod a deiectione eius non longe abest. Diximus inter mala quibus remedio Hyssopus ẽ mederi eam pulmonariis inflãmationem intelligentes in pulmone factam: quam græci περιπνευμονίας dicunt: cui simile malum libro sui operis de re rustica. yiii. Columella i ouibus & suibus describit: appellat̃q; eo laborantes pulmonarios: fieriq; in utraq; illa quadrupede per æstatem ardentissimo solis æstu: si defuerint copiosæ aquæ: quibus sitim expleant: lauenturq; & uolutentur. Eumq; auctorem nos secuti pulmonarios diximus: quos græci περιπνευμονικούς uocant. Quod morbi genus. Quoniam primo uolumine in amygdalis longius descriptum a nobis est nõ repetemr hoc loco. Veꝝ q̃ breuissime licebit de inflationibus auriũ agemus: quæ in ultimo capite ab hoc scriptore incensæ Hyssopi suffitu curantur: quæ nihil aliud sunt q̃ ut græcoꝝ medici docent πνεύματα φυσώδες. i. spiritus aut flatus qualis peditus est. (Id. n. φῦσα & φυσῶδες græcis est) qui i auribus erit quotiens sine grauitate sola auditus distentio fiet: nec exitum inueniens nocebit. Monebimus illud etiã

Pulmonarii

Inflatiões aurium

anteq̃ ab Hyssopo discedamus:quod ab hoc scriptore dicitur. Estur & cũ uiridi fico alutum deiici ens uiridem nõ a colore: Quo a cõgeneribus suis in disciplina ruris & arborũ sui generis ficus hæc discernitur: ideo uiridis dicta ꝙ matura colore hoc uideatur: Sed ut caricæ uiridis nec siccata ficus opponitur. Illa enim nullum a cæteris in medicina discrimen habet: hæc autẽ recens uiridisq̃ a caricis multas habere potest diuersas rationes.

DIOS. DE Stechade. Cap. xxix.

s Tehcada. Sunt qui Syncliopa: qui Alcibiadem: qui Pancration: q̃ stypho niam appellent. Aegyptii suphlo: Magi Pythonis oculum: Romani scio, lobinam: uel græcis pariter stechada dicũt. Nascitur in insulis Galliæ e regione Massiliæ quæ stechades nominantur unde & nomen inuenit. Fruticosa herba est: Comam similem thymo habet: longiore tñ folio est: & aspero sapore cũ amaritudine aliqua. Facit decoctum eius quemadmodum & hyssopi ad pectoris mala. miscetur antidotis utiliter. Laxat præterea: extenuat: abstergit: & exta omnia: omnemq̃ corporis habitum confirmat.

INTERPRES.

m Assiliam incolentibus cunctis notissima Stæchas: eiusq̃ gentis mulieribus post puerperiũ in quotidiano usu est Siquidem incẽsæ stechadis suffitu a partu statim adhuc confirmant præteriti puerperii laxamenta: omnemq̃ corporis infirmitatem. Quæ eius uires in græcis aliquot non leguntur. Verũtamen restituendæ huic capiti fuerunt: propterea ꝙ in antiquioribus & melioribus adhuc leguntur ἐκφράττει λεπτύνει ῥύπτει καὶ ῥωννύει. Quin etiam Paulus Aegineta in. vi has illi uires ꝑcipue tribuit στοιχὰς ἐκφράττει ῥύπτει ῥώννυσι, τά τε σπλάγχνα καὶ ὅλην τοῦ ζώου τὴν ἕξιν. Quod est. Occludit stechas abstergit confirmat interanea & totum animalis habitũ: quorum aliqua in impresso non leguntur: ideoq̃ cum pleris[q̃] aliis a Barbaro relictæ: q̃m quo Dios. codice ille utebatur nihil huiuscemodi habebat: sed ex meliorum codicum fide & Paulo Aegineta restituenda erant: Quod nos fecimus.

DIOS. DE Omni origano. Cap. xxx.

o Riganon Heracleoticã. Sunt qui Heracliã: qui conilam. Romani cunilã dicunt & origanum. Folia hyssopi hẽt: non tñ umbellam Hyssopi modo rotæ figura & in orbẽ circũactam sed multifidam & ueluti diuisam. Semẽ illi in summis uirgis nõ densum durũq̃ est. Calefacit origanus: ideoq̃ uenenatorũ morsibus aduersat̃ potum cũ uino decoctũ eius: Cũ passo aũt his qui cicutam: aut opiũ: & cũ aceto mulso his qui gypsum aut Ephemerũ hauserint. Estur eadẽ cum fico ad conuulsa: ruptaq̃ & cutẽ subeũtes aquas. Bibitur eadẽ siccata & in farinam trita acetabuli mensura cum mulsa aqua nigram bilem per inferna trahẽs. Mẽses hæc ipsa trahit: Et tussim in Eclegmate cũ melle finit. Prurigines itidem: scabies & suffusos felle emẽdat his qui eo lauant̃ origani decoctũ. Quin ẽt uirentis adhuc origani succus tonsillas: columellãq̃ sanat: & otis ulcera quas ahpthas uocant: & cũ Irino unguẽto infusus naribus per eas purgat. Cũ lacte idẽ auribus instillatus earum dolores lenit. Conficit̃ ex origano cepisq̃ & obsoniorũ uua quam rhum dicũt uomitoriũ medicamentũ: omnibus his in æneo cyprio uase ardentissimo canis æstu quadraginta diebus insolatis. Creduntur & stratis subiectæ origani scopæ longius serpentes fugare. Quæ uero onitis origanus dicitur candidiore folio: Hyssopoq̃ magis similis est: habetq̃ semen confer[c]torum corymborum modo. Eadem Heracleoticæ potest non eadem tamen efficacia. Est & siluestris origanus quam aliqui Heracleam Panacem: aliqui Conilam dicunt: in quorum numero & Colophonius Nicander est: Origani folia babet: ramulos semipedales: graciles: In quibus umbellæ anethi modo sunt flores candidi Radix tenuis inutilisq̃. Priuatim contra uenenatorum morsus folia floresq̃ eius cum uino bibuntur.

Duo statim

INTERPRES.

Vo statim a principio sexti de plantarum historia uoluminis Origani genera Theophrastus fecit: Nigrae quam sterilem: & candidae quã foecundam & seminis feracẽ nominauit: quod manifestum multoq; certiusq̃ in satureia uideatur. Hic deinde & post eũ Columella: Plinius: deincepsq; alii tam multa diuersis nominibus & historiis tantaq; uarietate & incertitudine origani genera tradiderunt: Vt non facile nũc sit eligere quod dicat aut quos potius auctores quatur aliqs. Nec q̃cq̃ si inuenisse id liceat optandũ magis q̃ animal quadrupedẽ ue aliquã dari quae certius saluti suae consulere a natura docta dum sibi in periculo necessariam origanũ quaerit & iumenta utitur: tam multas eius species & earũ discrimina nobis ostẽderet: Quod facere a diligẽtioribus deprehensa testudo est: quae cũ uenenatis carnibus pasta fuerit Origanũ quaerit & inuentam uenenis aduersantẽ deuorat. Difficillimũ.n.est cõcordem tot ueterum scriptorũ origani historiam facere. Nec nos profiteri id pollicerique audemus. Liceret sane quae ab eis tradita sunt omnia aut saltẽ plura repetere hoc loco: sed nos nunq̃ ꝓ bonarũ artiũ studiis id genus laboris amauimus: simulq; iniquũ usum semp est ab antiquorũ scriptorũ lectione & laude deuios in admiratiõem sui tam mala rõne posteros agere: translatisq; in sua commentaria eorũ monumentis laboris sui fructu omni posthac eos priuasse. Agemus ob eam causam rem nr̃am: & quo genere laboris huic scriptori hactenus prodesse conati sumus eodem in origano etiam prodesse conabimur. Cuius cum notum sit primũ illud genus quod a cunctis Heracleoticũ a gente in qua optimũ prouenit appellatur: multis enim locis in quotidiano ciborũ & sanitatis usu est. Duo alia illa genera peritioribus inueniẽda & demonstranda relinquemus. Prima itaq; origanus illa ab Heraclia põti ciuitate bonitatis nomen & laudem nominis eam inuenit: dictaq; Heracleotica est: ut gentis cognomine illo a siluestri & ab Onitide distingueretur & prima probaretur: Quae itidem causa fuit ut Heraclios eadẽ diceretur quod Plinius.xx.uolumine capite.xvii.indicat: & si hic uideatur tertium illud & agreste genus potius heraclium uocare. Deerat in aliquibus graecis heracliũ illa uox: nosq; eam ex meliorũ codicum fide huic scriptori restituimus: Fecimusq; id auctore Nicandro in theriacis suis: qui non tantum παιδακήειον κονίλην eam uocari tradidit: Verum ἡράκλειον ὀρίγανον. Versiculi eius sunt. παιδακήειον κονίλην τε καὶ ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφερέπουσι Adiecitq; antiquissimus eius interpres ex auctoritate Dioclis Cunilam ab aliqbus heracliũ uocari & origanũ: ab aliqbus autem siluestrem origanum: & panacem siue panactiam q̃ omnibus morbis medeatur: Nihilq; Onitidis eius quae secundũ genus huic scriptori facit: aut Nicander aut interpres eius meminerunt. Vocauitq; Dios. panacem agrestem illam tñ quae sibi tertiũ genus facit: cum tñ Nicãder priorem illam ea laude ornauerit. Quae omnia quod paulo ante dictum a nobis est indicant, non posse in tã diuersa de origano tradentibus antiquis scriptoribus certũ aliquid cõstitui. Nihil.n.ẽt in Plinio multis locis minus certũ origanos & cunilas plures q̃ hic Theophrastusq; & aliter tradente graecisq; aliquãdo nõibus aliqñ latinis nulla certa ratione utente ꝑsertimq; in Cunila. Quae graecae uoci κονίλη pene eadem multis locis legentes merito suspendit. Ob eam cãm nos nihil censere ausi nihil maluimus q̃ quod nescimus dicere. Eam hic scriptor ait μέλαινα κατὰ κοιλίαν ἄγειν: quae si uerbũ de uerbo uertas nihil significabunt aliud: q̃ per aluum nigra ducere origanum. Plinius de origani uiribus & medicina Libro.xx.capite.xvii.agens extenuare eam ait crassiores pituitas & nigras: cumq; imitatus Barbarus extenuare per aluum & ipse pituitas nigras dixit. Nos alios omnes secuti nigra illa ad atram bilem tantum contraximus nullibi pituitam nigro colore tradi simpliciter inuenientes: in quo posterioribus medicis subscribentes qui omnes melancholicos humores purgare origanum dixerunt certum docere arbitrati sumus.

DIOS. DE Tragorigano,i.Hircina origano. Cap. xxxi.

Ragorigaoon. Romani pariter graecis Tragoriganum dicũt: Breuis & exiguus frutex tragoriganus est: Origaoo agrestiue Serpillo foliis & ramulis similis: ex locorum bonitate speciosior & latioribus foliis inuenitur. Efficaci ad glutinaodũ potestate. Alia fruticosa & tenuibus foliis inuenitur quam Marrubium plerique appellant. Probatissima oascitur in Cilicia: Co: Chio: Smyrna & creta. Omnes calefacieodi uim habeot: urinam cient: bonam faciunt aluum poto earum decocto deiiciunt enim biliosa. Vtiles & lienosis cum aceto potae: Cum uino autem his qui ixiam uenenum hauserint. Trahuot praeterea menses: & cootra tussim pulmonumq; inflammationem quam peripneumoniam dicunt: cum melle in eclegmate dantur: estq; non ingrata potio. Ea propter cibum ex repletione fastidientibus: stomacho male affectis: & acida ructantibus datur. Datur & his qui reple-

tione:nausea:& præcordiorum ardore afficiunť. Discutit præterea tumores oēs cū polenta emplastri modo imposita Tragoriganus.

INTERPRES.

P Ossumus auctore Paulo Aegineta de tam multis origanis dicere quod de tam multis antiquo℞ diis sapientiores quondam dicebant:nominibus tantum distingui deos:unam tamen omnium potentiam esse. Simul.n.de omnibus lib.vi.is egit complexusq; cunctas. Incidere:extenuare:siccareq; & calefacere in tertio ordine Origanos omnes dixit: quod parum ab eo abest siquis dicat nominibus distingui origanos:omnium tamen similes & easdem uires esse. Quo sensu intelligenda sunt quæ ab hoc ipso scriptore hoc capite dicūť. θερμαντικαὶ δὲ πᾶσαι κοὶ οὗτοι καὶ κατ' ἄλλοι &c. Quod est ut nos reddidimus. Oēs calefaciendi uim hñt &c. Plinius tñ Tragorigano priuatim uires quaspiam alias tribuit quas poterunt uolentes in eo uidere quo diximus uolumine & capite.

DIOS. DE Pulegio. Cap̄. xxxii.

G Lechona. Sūt q̄ Blechona:qui Ansenicāthon:q Galisopsin uocent. Aphri Apoleium:Galli Aluolum:Romani Pulegium dicūt. Nota omnibus herba Pulegium est. Extenuat:calefacit:& concoctiones adiuuat Pulegiū: Potum menses:secundas:& fœtus trahit. Cum melle & Aloe pulmonū uitia excreabilia facit. Cōuulsis succurrit:nauseas & erosiones stomachi potum cum posca lenit: nigram per inferna trahit bilem. Cum uino potum uenenatorum morsibus subuenit. Admotum naribus idem ex aceto animæ defectus excitat. Siccatum p̄terea crematumq; & in puluerem tritū gingiuas confirmat. Inflammationes omnes cum polenta emplastri modo impositum lenit: Per se podagris confert usq; ad ruborem incensa cute: Varos cum cera emendat: lienosis cum sale eodem modo impositū prodest. Lauantur decocto eius utiliter prurigines:& eadem utilitate insidentibus fœminis prodest. Inflammationes:durities & muliebrium loco℞ conuersiones corrigens. Blechona quidam mutatis literis quasi Glechona Pulegium uocant: quoniā gustatum a pecore cum floret pulegium balatum in eis quā primum excitat.

INTERPRES.

M Ulto risu Theatris aliquādo Pulegium intulit græcorum omnium Comicorū poetarum lepidissimus Aristophanes; Cum oporæ meretrici cōgressus seruus dominum his uerbis alloqueretur ἆρ' οὖν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ ὦ δέσποτ', ἐὰν ὀπώρας κατελάσας οὐκ ἔθελε κυκεῶνος ἐπιπίοις βληχωνίαν, quorum sensus quidem hic sit. Nūquid tibi o here uideor oporæ congressus noxam corpori cōtraxisse? Nequaq̄: Si pulegii pultem super biberis. locus autē in æquiuoca oporæ uoce uersatur qua & meretrix tunc uocabatur:& communi significationis æstimatione poma per æstatem & Autumnum prouenientia omnia intelligebantur. Quorum nimio usu quoniam afficiatur sæpenumero stomachus audito oporæ nomine rudis senex respondit non nocituram illi oporam si Pulegii pultem biberit. Cum tamen ille non poma & ruris oporam sed urbis meretricem intellexisset:manifesto argumento quotidianum fuisse quondā Pulegii usum: quemadmodum hic decernit in affectionibus & erosionibus stomachi. Quas Plinius uigesimo uolumine capite.xiiii.de hoc ipso Pulegio agens intercisiones uocat:non satis certa nobis indicatione priuatim ne labem aliquam eius partis sic appellet an late patentes in hoc scriptore & aliis δηγμοὺς idest morsus & erosiones. Intulit contra contioni castigationis graui amaritudine græcus sapiēs idē Pulegium:quo tempore dissidentibus & lasciuientibus ciuibus suis in pulpitum progressus nihil locutus aliud:uerum sola prolata pulte cum eam Pulegii ramulo identidem miscuisset e contione abiit:humili quidem & facile contemnendo p̄cæpto nisi intellexerit aliquis nullas comitari frugalitatem ciuium inflāmationes:quod cum polenta Pulegium stomacho præstat:nec lasciue petulanterq; aliquid acturos homines qui paucis contenti ex horto & agro non ex macello & foro uitā sibi quæsierint:& quas pulegium cum posca stomachi Erosiões sanat:frugi id uitæ genus nihil male cogitantes ciues concordiam & cōem dignitatem amare coegerit. Erat ut ex his cōicere licet quotidianus in sanitatis usu Pulegii cibus. Seruabātq; id sale alio℞ Salgamo℞ modo ut auctor ultimo sui opis uolumine Columella ē Neq; imerito tā multos hēt in medicina usus qbus & ī sanitate utile ēt est. Diximus hoc capite defectibus aīæ mederi Pulegiū naribus admotum: ex græco℞ λειποθυμίᾳ reddita re:cuius uocis captus & integra significatio ea est. Plinius obmutescentibus olfactu admoueri

Intercisiões

Defectus animæ λειποθυμίᾳ

admoueri ait: uideturq; angustius rem contraxisse: & eos tantum defectus animæ intellexisse q in fœminis strangulatu uuluæ concidentibus fiunt: in quibus obmutescendi uerbo plerunq; ille utitur. At latius patet in græcis λειποθυμίας nomen: capitq; omnes & ex quacunq; causa factos animæ defectos: quam rationem nos secuti ex tota græcæ uocis significatione rem indicauimus. Non differemus & si forte notior multis ea sit quid Posca antiquis fuerit breuiter monere: qñ frequens Celso: Plinio aliisq; latinis scriptoribus ea uox est: Græci ὀξύκρατον uocant ex ipsa nominis compositione subito cognoscendum. Significat enim ὀξύκρατον quod aqua & aceto mixtum & temperatũ fuerit. Nunq̃ enim nisi priuatim aliud addatur κιρνᾶσθαι uerbo græci nisi in aqua utunť. Sic uinũ ἄκρατον & εὔκρατον: sic κρᾶμα: sic multa alia. Cõficiebať quondam ὀξύκρατον hoc: uendebaturque ad sanitatis & medicinæ usum. Quod in Vitellio Tranquillus ostendit: cũ Puteolis oendentẽ Poscã adolescentulũ ab eo Cæsare in cõpedes cõiectũ describeret. Nũc in nullo apparatu & artificio res est: nec nos hactenus inuenimus qbus aquæ & aceti mensuris posca temperaretur.

Posca

ὀξύκρατον

DIOS. DE Dictamno. Cap. xxxiii.

Ictamnon. Sunt qui agreste Pulegiũ: qui Embactron: qui Beloacon: q Artemidesium: qui Creticam herbam: qui Ephemeron: qui Eldiam: qui Belotocem: qui Dorcidion: qui Elbunion uocent. Romani Vstilaginem rusticã dicunt. Cretensis herba sapore acri Dictamnus est. Habet & leuorem: Similis Pulegio est maioribus tantum foliis: tomentosis Lanosaq; pube obductis. Nõ florem nõ semen fert: Facit ad oĩa ad quæ satiuũ Pulegium multo tñ efficacius. Non. n. pora tñ sed apposita suffituq; mortuos partus ex utero pellit. Ferũtq; in Creta uulneratis telo capris eius herbæ cibo tela cuspidesq; oẽs ex corpore decidere. Hẽt purgãdi uim succus eius inunctus: tritus ue cum polẽta. Illita etiam herba pedum solo & reliquo corpori infixos surculos extrahit. Facit & ad lienis dolorem. Eum. n. minuit. æstate & autumno dictamnus carpitur. Calefacit in gustu radix eius: quinetiam puerperia adiuuat. Succurrit & uenenatorũ morsibus dictamni succus cum uino potus. Estq; tanta herbæ uis ut olfactu ea fuget: & admota enecet omnia quæ ictu aut morsu uenenum relinquũt: Instillatus præterea dictamni succus factis ferro uulneribus aut ictu morsu ue uenenum relinquentium: & præter instillationem potu etiã haustus celerrime ad sanitatem ea perducit.

d

DIOS. DE Pseudo dictamno. i. falsa dictamno. Cap. xxxiiii.

Quam uero falsam dictamnum uocant pluribus nascitur locis: antecedenti similis: maiore tñ acrimonia. Dictamno easdem uires habet non adeo tamen efficaces.

DIOS. DE Cretensi altera Dictamno. Cap. xxxv.

Ffertur & ex Creta aliud Dictamni genus foliis Sisymbrio similibus sed ramulis maioribus: in quibus flos est agresti origano similis niger mollisque. Olẽt folia inter Sisymbrium & Elelisphacum medium odorẽ. Estq; hic suauissimus. Facit ad omnia ad quæ ante dicta: minus tñ sensum odor tentat. Miscetur hæc emplastris: remediisq; contra uenenata quæ Theriaca uocantur.

a

INTERPRES.

Ria deinceps (quod nunquam antea factum a nobis est) nulla intercedente cõmentatione nostra dictamni capita in scriptore hoc reddita pauloante a nobis fuerunt. Non tamẽ sine causa aut temere id fecimus. Sed mutatæ in scribendo rationis grauem scriptorem Theophrastum auctorem habemus: Qui libro nono de plantarum historia lõgius de Dictamno agens duo primum genera eius numerat: unamq; dictamni & Pseudodictamni naturã esse ait: quodq; in eis discrepet natale solum tantum esse: & quoniam feraciore & pinguiore solo altera nascať: iõ uiribus deteriorem esse: quemadmodum pleraq; alia huiuscemodi. Amat enim dictãnus aspera loca. Mox esse tertiam nomine tantum dictamnum quæ nec figuram nec uires easdem habeat: sed Sisymbrii folia & ramulos Quæ quoniam longius & certius ab eo docentur non fore abre credi

t

mus iisdem uerbis ex eo auctore cũcta illa repetere. Quæ huiuscemodi sunt. Propria autem Cre
tæ isulæ dictamnus herba est: uiribus admirabilis & ad plura utilis: presertimq; mulierum puer-
peria. Folium Pulegio simile habet: habet & in succo aliquid itidem simile: sed ramulos tenuio-
res. Foliis non ramulis aut semine utuntur incolæ. Vtilis quidem ad multa alia: præcipue uero ut
diximus ad difficiles partus. Alterutrum enim præstare fertur aut faciliores partus aut in puerpe-
rio indolentiam: Daturq; in hunc usum bibẽda in aqua Rara dictamnus est: exiguo enim loco in
Creta nascitur. Pascũt eam etiam Capræ in cibo eis amabilem & iocũ dam. Verũq; est quod fertur
de sagittis quibus si uulneratæ fuerint dictamni pastu ex corporibus perse deciduas dimittunt.
Talis itaq; dictamnus est: & has habet uires. Quæ autem pseudo dictamnus i. falsa dictamnus di-
citur simili folio sed minoribus ramulis est: uiribus etiam multũ inefficacior: iisdem enim auxilio
est sed longe mitius & infirmius eo. Est dictãni uis q̃primũ manifesta: ori.n. impositum magnope
calefacit. Seruant eam incolæ ne efflato halitu inutilis fiat inter ferulas & harũ dines fasciculos cõ-
ponentes. Ignauior enim efflato odore fit. Fecunt præterea aliq unam eandẽq; dictamni & pseudo
dictamni naturã esse: sed qm̃ pinguioribus locis hæc nascat̃: ideo deteriorẽ esse: qualia multa alia
sunt. Amat.n. dictamnus aspera loca. Est & præter has alia dictamnus nec figuram nec uires easdẽ
hñs; siquidẽ foliũ sisymbrii: maioribus ramulis: præterq; hæc nec uires nec usus eosdem habet. Et
hactenus Theophrastus. Nihilq; ad rem nostrã triplicẽq; Dioscoridis dictãnum aptius. Sunt.n in
utroq; eadem oĩa. Pulegii folia hr̃e dictamnũ ille ait: hic ob eam cãm siluestre pulegiũ a qbusdã
uocari testatur Ille uulneratis capris mederi dictamnũ a pastu eius statim decidentibus telis: hic
ex ea potestate Beloacos quod est teloꝝ remedium: & Belotocon ob eandem cãm & eo amplius qđ
partus adiuuet. Ille in creta nasci: hic creticam herbam dici. Ille non omnibus locis in creta sed ra-
rum in ea insula esse & paucis locis nasci: hic pseudodictamnõ multis locis prouenire; quasi Cre-
ticam tñ in creta & illic paucis locis nasci eã testaret̃: qñ hæc pluribus nascat̃. Ille tria eius gña hic
totidem facit: tertiũq; illud sisymbrio simile soloq; noie dictamnũ utriq; idem est. Ille puerperis
opem ferre: & id qdem bifariã: aut celeritate aut indolẽtia: hic tñ celeritate. Et ne longiores simus
siquid illis non idem est id amplius aut minus nõ diuersum aut cõtrariũ est: & ab utroq; ex studiu
pfessioneq; sua adiectũ aut detractum. Hic.n. quos habet in reliqua medicina usus quod erat sibi
primum consilium docet: ille qm̃ historiam tñ scribebat de odore: quibus locis priuatim nascat̃:
& quo modo ab herbariis seruetur longius prosequitur. Quæ desiderari posse in hoc scriptore ui-
dentur. Quæq; nobis prima fuit cã cur omnem Theophrasti de dictãnis historiam cõmentationi-
bus his nr̃is adiiceremus: quibus qđ ad eius appellationes ptinet addendũ adhuc est Artemidion
.s. dici dictãnum a uenatrice dea Diana quã græci Artemida uocant: qm̃ uulneratæ ab ea in uena-
tione capræ & ceruæ eius herbæ pastu sanarent̃. Quod erat numini in primis gratũ sine maleficio
& naturæ iactura studiũ & uoluptatẽ suã amanti. Eademq; de cã Dorcidion quasi cerualem; dor-
cada.n. græci iuulum & in ceruoꝝ gñe minores uocant: quod animal Plinius ait dictamnum hanc
ostẽdisse: uulneratis eo pastu statim decidentibus telis. Fœminino gñe hic dictamnum ueluti her-
bam: Theophrastus pluresq; alii neutro tradiderunt Quæ generis mutatio multa in plãtis est: nõ
tam qa sexu aliquæ a ueteribus discretæ fuerunt q̃ quia alte cutro gñe eas antiquissimis appellare
placuit. Interpositaq; n litera dictamnꝰ nõ dictamus dicẽda est. Indicant id græcorum codices oẽs
Theophrasti: huius: aliorũq; omnium qui forte dictamni meminerunt. Indicat & poeta noster in
xii. Aeneidos suæ cantus Tum Venus indigno nati concussa dolore Dictamnum genitrix Cretæa
carpit ab Ida Puberibus caulem foliis & flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina cum tergo uolucres hæsere sagittæ. Nisi enim producta sit eius uocis penultima syllaba
stare uersus non possit. Quod bene & ex antiqua dictamni appellatione fœliciter dictum eandem
in hoie totius naturæ alioquin peritissimo diligentiã desiderare sæpenumero nos coegit: & i dictã-
ni pictura quã ille æternã in suo carmine faciebat tria eius non miscuisse genera. Quod enim in eo
est Dictamnũ genitrix cretæa carpit ab Ida Puberibus foliis ex uera ueri dictamni historia est: siq
dem in creta priuatim nascitur: & ut hic ait γναφαλώδη τὰ φύλλα ἔχει καὶ ἐριώδη τινα ἐπίφυσιν.
Quæ.n. hic ait tomentosa folia & lanusam adnationẽ: ille ab hoĩs lanosa pubertate fœlicissime in-
dicauit. Quod uero statim ait caulem & flore comantẽ purpureo non ex ueri dictamni sed ex eiꝰ
historia est quod Theophrastus tradidit solo noie dictamnũ esse sisymbrii foliũ maioribꝰ ramu-
lis nec eiusdem usus aut potestatis. Quodq; hic præter ea ait agrestis origani flore esse medio inter
sisymbriũ & Elelisphacon odore. Dictãnũ.n. cretensem herbã oẽs sine caule sine flore & ob id sine
semine excæpto Theophrasto descripserunt: qui quo diximus loco semen dictãno tribuere uide-
tur: & si semen prius ẽt florem qñ hic naturæ ordo est ut in cũctis semen ex flore aliquo fiat Verba
eius sunt. χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις οὐ ῥίζαις κλωσὶν οὐδὲ τῷ καρπῷ, quod est. Vtuntur aũt foliis nõ ra-
mulis nec semine. Negat Theophrastus seminis usum qui negandus non fuerat si natura illud ne-
gasset. Cæteri oẽs caulem & florem & semen in Dictãno negauerunt. Potuitq; Maro hunc sequi: &
si contra aliorum historiam dixisse uideatur. Non tamen iõ ignorantiæ omnino damnandus poe-
ta tantus erit qui aliorum exemplo in fabulosa re uoluptati magis q̃ utilitati legentiũ consuleret.
Nec nos aliam ob causam locum indicauimus q̃ ut legentes moneremus aliam ex professo aliquid

scribentibus

ſcribentibus q̃ poetis in tradendo rationem eſſe. His enim ſuæ artis priuilegio a gentibus ſibi cõceſſo licuit ſemperq́ licebit non quæ optima & ex re: ſed quæ ſpecioſiſſima ſint dicere. Eſt & illud in Dictamno animaduertendum quod hic ait facere dictamnum quæcũq́ & ſatiuum pulegiũ nõ ad omnia oĩum maloꝝ remedia referendũ eſſe. Sed ad menſes ſecũdas & partus: quæ oĩa hic pulegium ducere dixerat. Indicatq́ id quod ſequit̃ ſtatim Non enim potum tm̃ ſed ſubditum & ſuffitũ enectos in utero fœtus pellit Quod itidem ab hoc dicitur. Habet & ſuccus purgãdi uim a Theophraſto ſic tantum traditur. Habet dictamni ſuccus aliquid pulegii ſucco æquale: nihil aliud intelligens q̃ qđ hic in pulegio dixit. ἄγει δὲ καὶ κατὰ κοιλίαν μέλαιναν: quod uerſum a nobis eſt per aluũ nigram trahere bilem. Et hæc ſatis pro dictamnis omnibus dicta hactenus a nobis ſint.

DIOS. DE Eleliſphaco quã Romani Saluiã dicunt. Cap. xxxvi.

e Leliſphacon. Sunt qui Bechion .i. tuſſilaginem: qui phacon: qui croſmin: qui ſphagnon: qui coſalon appellent. Aegyptii Beroen: Romani Saluiam dicunt. Frutex eſt oblongus: ramoſus: quadrangulis nirgis & albicantibus. Folia illi ſunt cotonei mali figura: oblongiora tantum: anguſtiora: pauloq́ craſſiora: exoletæ attritæq́ ueſtis modo aſpera: albeſcentia: uehementer cũ grauitate odorata. Semen in ſũmis caulibus agreſtis orminii modo hẽt. Naſcitur aſperis locis. Bibitur ad ciendam urinam folioꝝ ramorumq́ eius decoctum. Menſes & fœtus idem trahit: Paſtinacæ marinæ ictibus ſuccurrit: capillum denigrat. Vulnerib⁹ utilis herba eſt compeſcendo ſanguini apta. Purgat ulcera quæ ab aſperitate Theriode ideſt ferina græci uocant. Finit genitalium prurigines foliorum ramorumq́ Saluiæ cum uino decoctum ſi eo abluantur.

INTERPRES.

m Agnæ litis nr̃a ætate eleliſphacos quam quondã Plinius Saluiã dici teſtatur cum ſimili & quaſi cõgenere fruticoſa herba eſt: cui a claritate oculoꝝ quibus proſit nomẽ in gente nr̃a factũ fuit. Cẽſentibus aliis quam hic Saluiã uocari a Romanis inqt alterã illã mutato nicem noie eſſe: Aliis cõtra nitentibus: in quoꝝ numero nõ pudet nos ẽt numerari: Neq́ enim turpe nobis fore aliqñ credimus auctoribus Dioſ. Plinio: Apuleio: Serapione: totq́ aliis crediſſe id & cõſtituiſſe Siquidẽ nõ ueriſimi.e ſolũ ſed paulominus q̃ neceſſariũ eſt teſtantibus idẽ tam multis antiquã plantæ eius eã appellationẽ per manus traditam cõtinua eiuſdẽ rei ſignificatiõe ad nos peruiniſſe. Quid .n. ut cæteros omittamus aliqñ Plinius apertius docuit dicens: Noſtri qui nũc ſunt herbarii Eleliſphacon græce latine Saluiã uocant &c. Aut qs Apuleio nõ credat Saluiã totidẽ quot Dioſ. noibus indicanti: & in medicina iubẽti ad pruritus uerendoꝝ decocto eius inferiores partes fouere: quod ultimũ hic ſcriptor ẽt iubet dicens finire genitaliũ prurigines folioꝝ ramorũq́ Saluiæ cũ uino decoctũ ſi eo abluant̃. Accedunt his deinde caulis foliorũq́ tam præſentes notæ ut ſuſpicari nemo aliud facile poſſit. Frutices non adeo ꝓcera altitudo: Fruticoſus ramoſuſq́ habitus: Quadrãgulæ uirgæ: in his & ĩ foliis albicãs color: Folioꝝ tam multis additis exceptionibus ſimilitudo: & quod præcipue cõtemplet̃ & ad hanc rẽ amet aliqs: Attritæ ueſtis mõ aſpera: quæ alteri illi aliquæ cõgruũt: huic uero oẽs Egit Theophraſtus libro .vi. de plantaꝝ hiſtoria de Eleliſphaco hac: ſimulq́ de cõgenere illi alia. quã Sphacelon noiauit. σφάκελος δὲ καὶ ἐλελίσφακος διαφέρουσιν ὡς αὖ τὸ μὲν ἥμερον τὸ δὲ ἄγριον. λειότερον γὰρ τοῦ σφακέλου τὸ φύλλον καὶ ἔλαττον καὶ ἧττον αὐχμηρότερον· τὸ δὲ τοῦ ἐλελισφάκου βαρύτερον: quoꝝ uerborum hic ſit ſenſus. Differunt aũt Sphacelos & Eleliſphacos q̃ altera ſatiua altera ſilueſtris eſt: habetq́ ſphaceli foliũ maiorem leuorẽ .i. minorẽ aſperitatẽ: breuius illo eſt & minus ſqualet: Eleliſphacos grauiore odore ſentitur. Quod niſi ſphaceli breuius Eleliſphaco folium Theophraſtus diceret: crederem ego alteram illã de qua a principio diximus ſphacelon eſſe. Cuncta enim alia ſatis illi rñdent: foliũ tantum maius Eleliſphaco eſt. Sed fallente hac nota dicendũ illud cõgeneres plantas Theophraſto ſphacelon & Eleliſphacõ eſſe nec niſi natali ſolo differre q̃ altera conſitis locis quales horti ſunt altera ſilueſtribus & incultis naſcitur. Non ſunt nobis tot Saluiæ appellationũ rõnes aliquæ: ni ſi forte Tuſſilaginẽ aliquis dicat Saluiã appellatam fuiſſe a folioꝝ candore qui in Tuſſilagine ab altera eoꝝ parte uidet̃. Plinius etiã phacon uocari Eleliſphacon dixit: nullam tamen cauſam eius uocis reddidit.

DIOS. DE Menta ſatiua. Cap. xxxvii.

h Edyoſmon. Sunt qui Mintham: qui calaminthen: qui nepetam: qui Perxo: qui macetho: qui pherithromuntho uocent. Aegyptii Tis: Romani Men-

eam nominant. Nota omnibus herba est. Calefaciendi: adstringendi: siccandiq; uires habet. Sanguinem ideo sistit potus cum aceto succus eius. Rotundos lumbricos necat: Venerē stimulat. Singultus præterea: Vomitus: Et bilis ꝓfluuiū quod cholerā dicunt sedant mentæ duo tresue ramuli cū acidæ punicæ succo poti. Discutit ꝑterea abscessus cum polenta emplastri modo imposita. Leniter fronti imposita dolores capitis: Mammas quæ a partu tendunt & lactis abundantia tumentes mitigat. Contra canū morsus illinit. Opitulat auribus cū mulsa aqua instillat⁹ menteę succus dolores earū mitigans. Mulieribus ante coitum genitalibus apposita conceptus adimit. Leuigat confricata linguæ asperitates. Coire densariq; in caseū lac non sinit detoersis in eo foliis. In uniuersum stomacho accomodata menta est & incondimentorum usum multifariam recipitur.

INTERPRES.

f Olo noie in græcis menta cōmendatur: nec quisq̄ est qui eo audito suauitatē odoris in notissima omnibus herba nō amet. Id.n. hedyosmus græcis est: qd ambitiose nescio an molliter ab eis factū fuit: Qui antiqua minthes appellatiōe quæ hominis in eam conuersæ honorem hēt parū cōtenti nouo & quod uitæ tm̄ delitias indicaret uliginosis locis fœliciter prouenientem herbā noīe ornauerunt: Quo secuta ætas uoluptatis suæ magis q̄ alieni nois ambitiosa libētius & frequentius q̄ antiquiore illo usa est. Theophrastus.n. non alio q̄ minthes noie pluribus locis mentā indicauit: & ante eū tota Græcia: preserumq; Arcadia in qua non ꝓcul a Pylo nobilis minthes cognomine mons fuit: Quā Plutonis pellicē poetaꝝ fabulæ & a Proserpina ut solent pellices semp odisse uxores in hortensem mentā transformatā fuisse narrant: æterno in æterna plāta hois monumēto. Quā uocem Romani magis amātes q; in ea male habitæ ob amorem puellæ memoria seruaretur: una tm̄ & altera mutatis lrīs græcoꝝ minthen mentā suam fecerunt quotidiani in sanitate usus: & ꝓsentis in medicina cōtra tot mala remedii. Quā cum Calaminthe quæ Nepeta est miscere non decet. Sui.n. gn̄is calaminthe herba est a Mentastro statim a nobis dicenda: quæ ab imperitis aliis mētæ appellationib⁹ ipoꝛtune adiecta ē. Nō erat nobis lōgius & ultra hæc de notissimo olere agēdū: Nisi nos Barbarus retineret: q qd Dios. ait γυναιξὶ δὲ πρὸ τοῦ πλησιάζειν προστιθέμενον ἀσυλληψίας ἐργάζεται .obscure nimis reddidisset fœminis ante consuetudinem uirginali admota generationibus resistit. At quanto certius ex Dios. sensu dixisse id licebat fœminis anteq̄ uiro congrediant &c. Id enim πλησιάζειν in re uxoria & uenere est. Nihil ꝑterea hoc loco de uirginib⁹ magis q̄ mulieribus agitur. Cōe n. γυναικὸς nomen in tom eo sexu est. Excusandus non duto absoluto toto opere forte ille est: sed uenia omni carent qui cum curandam eius operis editionem suscæpissent tam informe & doctissimo uiro indignum prodire permiserunt.

DIOS. DE Mentastro. Cap. xxxviii.

f Iluestris uero menta quam. Romani mentastrum dicunt pilosioribus nascitur foliis: undecunq; Sisymbrio maior: odore magis uiroso: In sanitate deterioris usus q̄ satiua.

INTERPRES.

f Iluestris menta toē tastrū est in hortensi & rustica re cunctis notissi toū: satis a Dioscoride descriptum: & quale passim aboibus & quotidie uidet. Inter cætera maius & procerius sisymbrio ab hoc scriptore dictū fuit: q; multa inter sisymbriū & mentā similitudo est: mutatorq; & degenerat in mētā neglectū sisymbriū quēadmodū secūdo & quinto uolumine de causis plantaꝝ testatus Theophrastus est. Quæ fuit huic scriptori cā ut ꝓrerius eo mentastrū eē diceret: ne multæ similitudinis inter se plantæ uidentes fallerent: haberentq; herbarii certam ex proceritate notam qua mentastruto a sisymbrio discernerent.

DIOS. DE Nepeta. Cap. xxxix.

c Alaminthen. Romani nepetam dicunt. In hoc plantæ gn̄e montana quædam est: habetq; ocimi folia colore subalbido: maiores minoresq; ramulos angulosos & purpureū florē: q̄dā pulegio similis: maior tm̄: unde & agreste pulegiū aliq cā dixerunt ꝓpea q; odore illi similis est. Hanc Romani nepetā dicūt.

Est postremo

Est postremo & quædam agresti mentę similis oblongioribus tantũ foliis: caulibus ramulisq; ante dictis omnibus maior: sed minus efficax & ignauior. Omnium folia feruido sapore: & acri gustu sunt: habentq; inutilem radicem. Nascitur nepeta campestribus: asperis: & aquosis locis. Succurrit pota aut emplastri modo imposita serpentium morsibus. Vrinam pellit potum eius decoctum. Opitulatur ruptis: cõuulsis: in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus: torminibus: bilis pfluuio quam choleram dicunt: & in febriũ accessione cũ tremore algoribus. Contra letalia uenena præpota cum uino utilis est: restituit suffusos felle. Ventris lumbricos & Ascaridas cum sale & melle pota necat: Necat itidẽ elixa crudaque trita. Prodest in cibo elephantiis lactis suppoto sero. Fœtus in utero necant & menses ducunt folia concisa & apposita: Suffitu eadem substrataque serpẽtes fugant: Nigris cicatricibus in uino decocta & emplastri mõ imposita colorem reddũt: Sugillata emendãt: & in coxendicis dolore ad euocãdos ex alto in sũmũ humores imponunt cutis superficiẽ inurẽtia. Verminosas aures sanat enectis uermibus instillatus nepetæ succus.

INTERPRES.

Ongenerem aliqui: similem tñ aliqui mentæ calaminthem quã nos nepetam diximus in græcis fecerunt. Subscribitq; illorum sententiæ: Nomen quod coniunctam sibi habet mẽtam. Habent contra posteriores illi figuram qua mentæ similem faciũt: Naturam uero & uires: Qui sui generis herbã esse dicunt. Triplicem hanc Dios. ait: diuersisq; notis inuicem separat sed nõ facile cognoscẽdis: tãta triũ generũ similitudo est. Plinius unum tñ constituit genus lib. xx. capite. xiiii nepetãq; id uocat Nicander in theriacis suis duo tñ & aliter calaminthes gña cognouisse uidet: aquaticũ palustreq; alterũ: montanũ uero alteꝝ: haud sane quia montanam calaminthẽ ille dicat. sed cum aquaticam & riguis gaudentẽ dixit pprium signasse genus uidet: cui diuersum montanum & in siccis nascens sit. Versiculi eius sunt. τῆμος δὲ ποταμοῖο πολυῤῥαγέος κατὰ δίνας. ὕδρηλὴν καλαμινθαγό ὀπάζεο χαιτήεσσαν. πολλὴ γὰρ λιβάσι παρ' ἀέξεται ἀμφί τε χείλη. ἔρσεται ἀγρώλοισι ἀγαλλομένη ποταμοῖσιν: quoꝝ sensus est. Sumito tũc circa resonãtis fluminis uortices comosam frondentem calaminthem. Copiosa. n. prope aquaꝝ scatebras & circa labra earũ nascitur fluminibus gaudens. Ex quibus pro cõperto habendũ est Nicandro duo hæc tñ genera esse locis in quibus nascunt distincta. Hic tñ ex folioꝝ: ramuloꝝ: florum & odoris diuersis notis sua genera separat. Nõ facile ut diximus inueniẽda & cognoscẽda: tanta est natalium mixtura & naturæ cognatio. Apuleius qcũq; ille fuit in cõmentario qđ de aliquot herbis reliquit nepetã hanc ait montanã mentam a græcis dici: a magis sanguinem Hãmonis: ab italis Nepetam mõtanam. Quæ uoces scrupulũ & suspitionẽ mihi iniecerunt an in capitis huius principio desiderari aliquam ex huiuscemodi appellationibus oporteat. Indicant certe quod paulo ante diximus fuisse quondam qui nepetarũ sicut montanumq; & aquaticũ palustreq; genus: discrimenq; hoc earũ ex locis in quibus nascerẽtur tradiderint: sed quocunq; loco nascatur Nepeta sine discrimine multos in medicina habet usus Diximusq; nos inter cætera uerminosis auribus eam mederi. Antiqua & honesta eius mali indicatiõe usi: quod græci ὠτοσκωληκιῶντα dicunt quasi uermiculantes aures Fit enim in ea parte iã tetrum mali genus: nec aliter q̃ ex corrupto cadauere prodeuntes illinc uermes aliquando uidere licet. Plinius antiquioresq; alii uerminosas aures dixerunt: fuisseq; antiquis in hac significatione honestam eam uocem Lucretius indicauit libro quinto: Primum rudeq; illud seculum describens in quo nõdum inuentis uulnerũ remediis infœliciter tabescebant: Donec eos uita priuarant uermina sæua Expertes opis ignaros qđ uulnera uellent. Obseruauimusq; nos hac uoce plerũq; eos significari uermes quos græci sua uoce εὐλάς dicunt in uulneribus: ulceribus: & corrupto iam animantium cadauere nascentes: colore candidos: nullis discretis membris: nec adeo grandes: Quibus in auribus nascentibus mederi nepetã hic ait: nõ totam plantam sed expressum ex foliis succum & auribus instillatum. Contra nigras aũt cicatrices quas hic nepetã emendare dixit in uino decocta utebantur antiqui græcorum medici: & contra uentris animalia eiusdem nepetæ decocto quod bibendum dabant presertim urgente maiore febre.

Vermiculosæ aures

εὐλαί.

DIOS. DE Thymo. Cap. xl.

Hymon. Sunt qui addito colore album thymum: qui cæphaloton. i. capitatum: qui epithymida: qui Thyrsion uocẽt. Aegyptii stephanem: Daci mo-

zulam. Romani pariter græcis Thymum appellant. Notus cunctis thymus est: exiguus: surculosusq; frutex: minutis angustisq; & multis foliis circumuolutus. In summo capitula floris purpurascẽtis habet. Nascitur petrosis & sterilibus locis. Pcipue: potestq; cũ sale & aceto potus per inferna pituitã ducere. Suspiriosis & in difficultate spiritus nõ nisi recta ceruice spirantibus opitulat thymi cum melle decoctum. Pellit idem alui lumbricos: menses: secũdas: & fœtus. Habet & ciendæ urinæ uim. Mixtus præterea melli thymus in eclegmate excreabilia facit pectoris uitia. Nouos idem corporis tumores ex aceto emplastri modo impositus discutit. Concretos sanguinis grumos disiicit: Vlcera sui nominis & uerrucas tollit. Contra coxendicis dolores cum polenta ex uino utiliter imponit. Hebetibus oculis in cibo sumptus opitulatur. Vtilis etiam pro condimento in sanitatis usu.

INTERPRES.

P Rima thymo laus in antiqua plantaꝝ historia græcis a Theophrasto est: q a principio statim sexti de plantarum historia uoluminis longiore descriptione totam eius naturam fortunãq; cõplexus est. Post Theophrastũ latinis a Plinio & ante Pliniũ pleriſq; aliis: qui Romanoꝝ Italiæq; hortos & mellationẽ instruxerunt: Omnium uero maximam & æternam æterno carmine Maro illi fecit cũ in Georgicis suis cecinit Redolentq; thymo fragrantia mella Romana breuitate & poetica dignitate oẽm plantæ huius honorem & usum in turis & apiũ disciplina complexus Quæ licet præcipui saporis & egregii odoris homini mel dederit in quo extremam suauitatis lineam natura clausit: nec secus q̃ in humana fortuna tocũ i regibus auctore Pindaro fastigiũ definit: sic mellis extrema in saporibus dulcedo sentiat: non tñ tãta illi gloria hacten⁹ fuit aut post hac erit suauitate mellis suauiorẽ hoĩ fecisse cœnã q̃ multiplici remedio sanitatẽ eius & uitã istruxisse: cuius nullũ obrepit homini quacunq; ætate fastidiũ. κόρος δ'ἔχει καὶ μέλι ut lyricoꝝ maxim⁹ Thebanos poeta cecinit. Quæ ad thymi historiã factiq; ex eo mellis bonitatẽ pertinent Theophrastus quo diximus loco: Plinius ab illa accæpta oĩa. xxi. uolumine capite. x. Columella quo loco de apiũ pabulo & cibariis agit: In mellificio tandẽ ne longiores simus iampridẽ pleriq; alii prosecuti sunt: possuntq; uolentes ex tã multis auctoribus ea repetere. Nobis satis est locos & auctores legentibus signare. In quibus monemus quæcunq; a Theophrasto dicta fuerint a Plinio totidem uerbis reddita ciuibus suis fuisse: nec desideranda Pliniũ legentibus quæ Theophrastus tradiderit: qui Thymũ in duo gñã diuidens cãdidũ & nigrũ: monuit nos quod in Dios. legit ab aliqbus candidũ thymũ dici nõ appellationẽ sed alteꝝ genus eius esse a Theophrasto ad hunc scriptorem importune translatũ qui nulla huiuscemodi diuisione usus est Coloris aũt discrimen id Theophrastus in foliis tradidit: in altero gñe albicantibus: in altero nigrescentibus: Florem. n. hic πορφυρίζοντα. i. purpurascentẽ tradit inter purpurã & cãdorẽ mediũ: qualis ẽt passim uidet. Sunt Thymi appellationes aliæ Epithymis & Thymion solo declinationis gñe diuersæ: antiquæ & ipsæ. Siq dẽ Theophrastus gñe neutro Thymon dixit: sic fœminino gñe Epithymida alii herbã. s. intelligentes. Potuerunt Aegyptii accæpta a græcis uoce qm̃ forte eo coronarent Stephanem. i. coronam appellasse. Quemadmodũ & græci Thyrsion qm̃ Bacchicas hastas quas in orgiis eius dei Thyrsos uocabant pro hederis ramulis thymi forte inuoluerent. Suspitiones tñ seu malis dicere coniecturæ hæ sunt. Quod postremo est κεφαλωτὸν quod capitatum significat certã ex figura floris capitulorũq; coꝝ in qbus hic florẽ thymi purpurascere dixit rõnem hẽre põt. Diximus inter remedia ulcera sui nominis sanare thymum ea intelligentes: quæ græcoꝝ medici in hoĩs genitalibus & sede plerunq; nascentia sic appellauerũt: qm̃ plantæ huius floribus similia uideant: quæ illi hæmorroidibus & cõdilomatis coniungunt: dicuntq; esse ὑπεροχὴν i. eminentiam a reliqua cute aliqñ rubentem: nõnunq̃ candidam: & sine dolore plerunq; Quemadmodum in Smaride pisciculo secũdo uolumine dictum iampridem a nobis est: quibus adiiciemus. Pollucem iter uerrucas eam numerare: describereq; fabæ Aegyptiæ magnitudine scabram & sanguine subrubentem. Celsus libro. v. his uerbis eam etiam descripsit. At thymos nominamr: quod super corpus quasi uerrucula eminet ad cutem tenuis supra latior sub dura & in summo per aspera: idq; summum colorem floris thymi repræsentat: unde ei nomen est Ibiq; facile funditur & cruentatur. Nonnunq̃ aliquantum sanguinis fundit: fereq; circa magnitudinem fabæ Aegyptiæ est raro maior: interdum perexigua modo una modo autem plures nascuntur uel in talis uel palmis uel inferioribus pedum partibus. Pessima tamẽ in obscœnis est: maximeq; ibi sanguinem fundit. Diffiniuit Galenus Thymum in diffinitionibus suis quemadmodum tũc diximus Paulus Aegyneta thymum: formicam: & uerrucam quam acrocordona dicunt remediis ualide exulcerantibus conuelli ait: erodentibus autem inducta loco mortis similitudine arescere.

Thymos ulcus

DIOS. DE Thymbra: quam Romani thymbram: cunilam: & satureiam dicunt. Cap. xli.

Hymbran. Romani Thymbram: Cunilam & satuteiam uocant. Nota oībus pariter satuteia est: Nascit͛ tenui & aspero solo thymo similis: uetū tamen minor & molliot. Spicam fert flore plenam: colore uiridi. Potest satureia thymo eadem similiter sumpta. Gratum in sanitate etiam habet usum. Nascit͛ & satiua satureia agresti in cunctis minus efficax. In cibo tamen utilior: propterea q̄ non adeo efficaci acrimonia & asperitate est.

INTERPRES.

Abemus antiquissimō & pbatissimæ fidei scriptoris huios codicē: in qoo plures thymbræ a principio appellationes aliæ leguntur: Clinopodion: probation: ageratum: origanos agrestis: & post barbaras: nulliusq; intellectus plerasq; alias a Romanis cunilā rusticam appellari thymbram. Id uterq; latinoꝝ decretis ad ditū facile cōfirmauit: qd͛ cōstitutū iampridem a nobis fuerat in cunilarū genere thymbrā esse. Siqdem Columella x. sui operis uolumine de apium pastionibus agens inquit. Eademq; regio sit fruticis exigui fœcūda & maxime thymi: aut origani: aut thymbræ uel nostratis cunilæ quam satureiā rustici uocant. Plinius itidē. xix. uolumine capite. vii. inter cunilas thymbrā his uerbis numerauit. Thymbram uero quæ sit cunila: hoc apod nos habet uocabulū & aliud satureia dicta in cōdimentario genere. Estq; quod Columella ait sic intelligendū ut ultima illa disionctio uel nostratis cunilæ &c non herbas fruticesq; duos: sed unius duas appellationes alternet: indicetq; auctor illenō thymbrā & pter eā nostratē cunilā: sed hac aut illa appellatiōe unā tm̄ significari: & quā antiquus Dios hic noster a Romanis cunilā rusticam uocari dicit Columella nostratē peregrinitatis rōne in alio genere dixerit: trāsmarina n. cunila ēt quondam numerabat͛. Sicq; bifariā a duobus scriptoribus idem dictum. A Columella nostras ut eo pronoīe a transmarina distingueret͛: a Dios. rostica ut a satiua separaret͛ inutili & minoris efficaciæ. Fuisse aūt satiuā satureiam & condimentariā idem in carmine suo testat͛ Columella cū cecinit serendū in hortis nasturciō. Et satureia thymi referens: thymbræq; saporē: quæ qm̄ multo minore acrimonia q̄ rustica illa eēt: ideoq; medicinæ inutilis murato noīe a græcoꝝ thymbra & latinoꝝ cunila satureia dicta est. Eadem qdem sed dioersis locis nascens: & ex eo diuersæ bonitatis non iisdem ubiq; appellationibus indicata. Quod Plinius aperte ostēdit dicens. Thymbram uero quæ sit cunila hoc apud nos babet uocabulū: & aliod satureia dicta in cōdimētario genere Nihil certius ex his est: q̄ unā & eandē thymbrā cunilā dici: h̄req; in Romana gente id uocabulū: mox aliud satureiā s in cōdimētario genere: quod nihil aliud est q̄ satiuā satureiā dici. Conila itaq; Thymbra sit Collumellæ nostras ut a peregrina & trāsmarina discernat͛. Dios uero rustica ut a satiua separet͛: Plinio cunila incultis & asperis locis: Satureia in hortis nascens & satiua. Hoc nos de thymbra cunila & satureia sentimus: qood auctoritatibus ueteꝝq; inditiis aliis multis confirmari poterat Sed breuitati consulentes cætera oīa relinqmus p̄sertim uno satureiæ noīe totū hoc genus ubicūq; nascat͛ indicātibus ætate nr̄a herbariis oībus: qbus nullū cunilæ alicuius nomē est. Vtināq; agrestē origanū: thymbrā: & thymū non simul miscerent. Nouerunt nūc rura oīa asperis & incultis locis mōtibusq; plerunq; nascentē Satureiā iisdē oībus notis ab imperitis ēt cognoscendā. Oēm hanc cognoscendarū ex antiquis appellationibus plantaꝝ difficultatem non tam similitudo: eædemq; multaꝝ uites & notæ q̄ in secernendis dioersa appellatione similibos herbarioꝝ negligentia fecerunt: eoq; res perducta est ut tres toto genere diuersas plantas una appellatione monstrari aliquando audierimus.

DIOS. DE Vtroq; Serpyllo. Cap. xlii.

Erpyllon. Sūt q agrestē zygida: q poliū appellēt. Aegyptii Meruopnos: Romani Serpyllum. siue Cicer erraticū dicūt. Duplex serpillū est: hortense alteꝝ odore Amaraci: & Coronaria herba. A serpendo nomen inuenit: & q̄ quæcunq; pars eius quacūq; terram cōtigerit radicatur. Folia ramulosq; origano similes habet: candidiores tantum. Ex sepibus prodiens auctius & speciosius fit. Est & serpyllum quoddam siluestre: uocaturq; zygis. Non serpit hoc per terram: sed rectum ramulos erigit graciles & cremiorum modo lignosos: foliis rutæ similibus plenos: angustioribus tamen: oblongioribus & durioribus. Flores habet hoc in gustu asperos: suaui odore est & inutili radice. Nascitur in petris efficacius & maiore calefaciendi ui q̄ hortense: medicinæq; longe aptius. Siquidem

menses potum trahit & urinam: facit ad tormina: rupta: conuulsa: iecoris inflāmationes: serpentesq; potum: & illitum. Capitis dolorē sedat: addito rosaceo decoctū: mox cum aceto inspersum: confertq; præcipue ueterno & phrenetidi. Sedat & sanguinis uomitus pondere drachmarum duarum potus cum aceto succus eius.

INTERPRES.

t

Am suaui quem ex se mittit odoris halitu delectat oēs Serpyllū: tāq; uno hoc bono ubiq; se se cōmēdat & amabile facit: ut in delitiis uitæ hoīes id sibi semp fecerint: & adhuc faciant coronis in cōuiuioꝝ lætitia: & si lignosum sit adiicientes Rusticis pulmentariis licet multo calore ferueat in ore miscētes: quod rustica illa Testilis fecit fessis messorib⁹ æstu Allia Serpyllūq; herbas cum fregit olentes. Et ex uno huius plantæ nomine infantibus sois nutrices & amorib⁹ iuuenes blandientes. Quo uno argumento facile intelligat aliquis ad æternitatē ornandāq; nominis & fortunæ suæ memoriam nihil humanitate: comitate: gratia: & delectatiōe aptius homini & fœlicius fore. Serpyllum nouerūt: quæ urbes & agros incolūt gentes oēs Pauci tñ siluestre a satiuo discernere didicerunt: tam paratū ubiq; satiuū est humana opera a siluestri & horridiore illios aspectu ad mitiorem & speciosiorem habitum translatū. Quo uno habitu & ramuloꝝ infirmitate a siluestri differt. Fit. n. in satiuo serpillo: quod in urbanis & elegātioris uitæ hominibus: ut per se rigentibus ramis stare nequeat: sed hortoꝝ delitiis & nimia humoris copia uireat quidem speciosius: infirmius tñ per terrā serpat Qua fortuna in urbibus oīa fere sunt: quæ comparata agro sanitatis: uirium: patientiæ: aliorumq; uitæ laboꝝ & muneꝝ minus habere ubicūq; deprehendunt. Neq; Herpillum a græcis & ex eo Serpillū a latinis dictū est: q per terrā simpliciter serpit: quæ satiui nostra ætate fortuna est: sed q ut Theophrastus ait lib. yi de plantaꝝ historia ꝑpriū quod dā est ramulorum serpylli incrementum Priuatim. n. possunt in quantam uoluerit aliquis longitudinem trahi adiecto illis pedamento aliquo: aut si ꝑpe sepes plantent: aut ex altiore loco aliquo deorsum dimittatur. Sic enim in longū ꝑtrahūtur: & ab hac plantæ in ramulis eius natura q in longū serpit serpyllum latini & græci olus hoc noīauerunt Siluestris cōtra illius quod zygida hic ait uocari nulla est noīs eius inuenta nobis rō: nisi forte a trutina quā græci zygon uocāt: rectitudineq; eius ad rectitudioē ramuloꝝ in siluestri serpyllo trāslata ea uox sit. Aut qa ramulis his natiuo lentore ad uinciendū & uitiliū usum aptis in re rustica forte uteret antiquitas zygis hoc serpillū dictum fuerit: & q eo iugarentur uites quod ζυγεῖν græci aliqñ dicūt io eadē significatione in qua ligare: & uincire passim latini utunt Siluestris serpylli huius qd tacoit hic scriptor duo genera numerauit Theophrastus alteꝝ thymbræā qd thymbræ parem acrimoniā habet: alteꝝ quod odoratius & mollius sit Hic aūt nullam forte in medicina eoꝝ diuersitatē sentiens unius generis siluestre Serpillum dixit: & ex præcipuo discrimine a satiuo discerni monuit. Multa alia Throphrastus etiam de Serpillo dixit qualia sunt longissime & speciosissime frondere satiuum: si in puteum descendere dimittatur podio eius impositum: nec aliud quodpiam genus eius est: plantariq; Serpillum autūno plerunq; plātari ēt uere: amare domos & hortos: gauderéq; aquis & stercoratiōe: presertimq; ex iumētoꝝ fimo: & meliorescere sæpius translatū Descripsit iisdē oībus notis Serpillū Nicander in Theriacis suis dicens ἢ ἑρπύλλοιο νομαίου ὅς τε φιλόζωος ποτερὴν ἐπιβόσκεται αἶαν· ῥιζοβόλος λασίοισιν ἀεὶ φύλλοισι κατήρης. νομαῖον appellans: q continue in anteriorem partem ꝑgredit: eorum modo quæ aut in armentis & gregibus: aut in corporibus nostris pascendo progrediuntur & serpunt: quib⁹ pariter ea uox competit φιλόζωον q uitam amet: ideoq; ipsum seipsum noua continue sobole & ꝑpagatione radicet. Eodemq; pertinet ῥιζοβόλος φύλλοισιν. i. radices agentibus foliis quod hic ait: qua parte terram contigerit seipsum radicans Coronaria herba Serpyllum est: nosq; coronarii generis plantaꝝ oēm rōnem longius in Asaro prosecuti sumus Cur aūt cicer erraticum a latinis dictū Serpillum fuerit similitudo folioꝝ est. Videturq; siluestri magis q̄ satiuo ea appellatio competere. Siquidem stat & ramulos suos ciceris modo siluestre erigit quod in satiuo non fit Quod deinde hic ait ἀπὸ δὲ αἱμασιῶν καθιέμενος ἀναξέστερος γίγνεται: quā docuit Theophrastus rōnem iudicio nostro habet; quamq; nos pauloante diximus: in quācūq; uoluerit aliquis lōgitudinē trahi: si pedamento alicui nitanir: aut si iuxta sepem plantetur: aut ex alto demittat. Theophrasti oerba sunt. ἢ πρὸς αἱμασιὰν φυτευθῇ εἰς ἢ κάτω καθιέμενος· ἀναξέστερος δὲ εἰς φρέαρ &c. quæ ooces qm̄ sunt huic scriptori eædem credimus nos eūdem oportere etiam esse sensum: & si idem futurus sit sensus in Dios. Mutandam esse ꝑpositionē neq; ἀπὸ αἱμασιῶν. i. a sepibus: sed ἐπὶ αἱμασιῶν i. in sepibus legendū locū eē. Quodq; statim sequr participium quo & Theophrastus usus est εἰς φρέαρ καθιέμενος in hoc scriptore pariter legi oportere. Inconcinnū siqdem indicar per se ut in eo legitur sensu en locū tñ omniū lectione nihil mutauimus contēti sospitionē nostram auctore Theophrasto legentibus significasse Est illud ꝑterea in serpillo animaduertendū ex his quæ nūc in eo leguntur omnes in medicina oires siluestri tribuere Dioscoridem. Siquidem hic sermonis ductus est. Nascit in petris efficacius: maiorēq; calefaciendi ui q̄ satiuū & in medicinæ usu aptius: menses. n. trahit potum. Vrinam

cit & cætera eodem modo usq; ad extremum caput. Cum tñ græcorum medici Serpillo simpliciter utantur: nec iubeant nisi Serpillo aliquid curari nusq̃ siluestre dicẽtes: aut discrimine aliquo alio a satiuo sepatantes. Quo fit ut constituere oporteat cum hic ait aptius medicinæ & efficacius siluestre esse: non eo tantum iussisse medicos uti: sed comparatum satiuo efficacius hoc esse: nec negasse in iisdem satiui usum: sed illud prætulisse.

DIOS. DE Sampsucho. Cap. xliii.

S Ampsychon. Sunt qui Trifoliũ: qui Amaracum: qui Agethides: q̃ Cnecium: qui Acapnon: qui Isidis geniturã appellẽt. Pythagoras Thrambẽ: Aegyptii Sopho: Armenii Myuron: Magi Sacerdotis asinum: Romani Maioranam uocant. Probatissimũ Cyzicenum & Cypriũ Sãpsuchũ ẽ. Secũdæ bonitatis ꝓrogatiuã hẽt Aegyptiũ. Amaracus a Cyzicenis & Siculis Sampsuchũ uocat. Fruticosa herba sampsuchum est. Serpit ꝑ terrã hirtis & circinatis foliis tenui foliæ nepetæ similibus: odoratissima: calefaciẽdi uim habẽs: & coronamentis apta. Bibit decoctũ eius cõtra incipientes cutẽ subire aquas: urinæ angustias & tormia. Delẽt siccata folia ex melle emplastri mõ imposita sugillata: quin ẽt apposita mẽses trahunt: & cõtra scorpionũ ictus ex aceto & sale imponunt. Imponuntur & luxatis cũ cera coacta & contra tumores. Illinunt ꝑterea cũ polẽta contra oculorum inflãmationes: eorumq; tumores eodem modo: miscent præterea acopis: malagmatisq; ad excalfaciendum.

INTERPRES.

D Iximus primo uolumine cũ de Sampsuchino & Amaracino unguentis ageret de Sãpsucho & Amaraco ex Plinii historia: quæ satis ad eam rem tunc fore credidimus. Distulimusq; in hũc locũ: quæ alia tunc ex aliquot græcis scriptoribus omittenda alioqui non erant nisi ea nunc repetẽda fuissent. In quibus præfari illud inutile nõ fuerit. Magni in plantarum historia referre: quos scriptores: & qbus temporibus scribẽtes aliqs sequatur: & quæ diuersis locis iisdẽ: aut aliis noibus appellentur: obseruasse. Nisi enim id fiat geminari aliqñ & augeri in numerum continget quæ unum sunt: & quod idem natura aut paulo diuersum ubiq; fecit aliud uideri: eaq; rõne cõfundi intellectum & misceri rerum historiam. Quod in sampsucho hac fit: in qua si Galenum: hunc ipsum scriptorem in unguentis: & Paulum Aeginetam aliquis sequat aliud ab amaraco uidebit. Siquidem oẽs scorsum de utraq; egerunt: aliasq; in medicina uires alterutri assignarunt. Amaracum calefacere in tertio: in secundo uero ordine siccare dicentes: Sampsuchũ extenuandi discutiendiq; uires habere: & in tertio ordine calefacere & siccare: & in unguẽtis a Dios. diuersa multa in utroq; numerati quæ tractata suis locis iampridem a nobis fuerunt. Si Theophrastũ: Plinium: poetasq; latinos Lucretium: Maronemq; & Columellam eandem Sampsucho Amaracũ oẽs intelligent. Nihilq; certius Plinii decretis in hac re est: primum lib. xxi. capite. xi. quo loco auctore Diocle ait: qd Aegyptus & Syria Sampsuchũ uocat: Siculos Amaracũ appellare. Mox eodẽ uolumine iterum: sed capite. xxii. Sampsuchũ siue Amaracũ in Cypro laudatissimũ & odoratissimũ. Nec multopost. Fit ex eo oleum quod sampsuchinũ aut amaracinum uocat. Maro: quod pueri omnes nouerũt super alta cythera per Venerem auiam Ascaniũ trãstulit: ubi mollis amaracus illum &c. Lucretius itidẽ aut Amaracini blandum stactæq; liquorem. Columella ẽt in carmine suo Romanorum hortos excolens ait: Grataq; iam ueniant hilari sampsucha canopo: peregrina uoce Romanam Amaracum appellans: & ne longiores simus hic ipse ẽt hoc capite in Sicilia Amaracũ uocari Sampsuchũ dicit; nec esse inter sampsuchum & amaracũ nisi appellationis discrimen. Graues contra græcorum medici illi quos paulo ante noiauimus auctores ad hanc rem sunt: nec nostrũ est ut in Bucolicis legit tãtas componere lites. Non tacebimus tñ uideri nobis aliam historiæ q̃ medicinæ rõnem in multis esse: fieriq; posse: ut quod idem & congener sit: non tam quia diuersis locis aliter atq; aliter nominetur: q̃ q; diuersis locis natũ diuersas uires habet: diuersum i medicina & historia cẽseat: duplexq; sampsuchũ s. & amaracum fecerint græcorum medici: quod unum idẽq; genere est: qm non idem uiribus & natura diuersis locis ꝓueniens esset: diuersisq; gentium appellationibus ad constituendas diuersas eorum uires usi fuerint: non duas in natura plantas: sed in una diuersas nominibus illis uires intelligentes: duplexq; sampsuchinum & amaracinum unguẽtum hac rõne a Dios. in primo traditũ fuisse: nunc aũt in plantæ seorsum ab unguentis historia & medicina solum sampsuchum tradidisse: & de amaraco id solum testatum fuisse a Cyzicenis & Siculis amaracum sampsuchum dici: quod & in amaracino unguento etiam dixerat in Cyzico ꝓbatissimũ fieri: qm in ea gente: qd alibi sampsuchũ uocabatur amaracus noiaret. Quod & Plinius fecit lib. xiii. capite. i. seorsum de amar

racino: & Sampsuchino & ipse agẽs. Esse q; idem Dios. Sampsuchum & Amaracum illud in hoc capite presertim indicat quod hic ait. Probatissimũ in Cyzico & Cypro. De Sampsucho agebat & nihilominus in Cyzico in qua amaracinũ ꝓbatissimũ unguẽtũ fiebat: nasci testatur. Manifesto argumento eandẽ Sampsucho amaracũ & Amaraco sampsuchũ esse: quodq; Plinius tot locis ait nihil aliud indicat q̃ in Aegypto & Syria Sampsuchũ: in Asia: deinde tota Græcia: Siciliæ: & ut in uicino fit in Italia amaracũ uocari. Nec siquis ueteꝝ græcoꝝ latinorũq; historiã & medicinã diligẽter eruscabit aliter iudicio nostro de his colligere rõcinariq; poterit presertim nullã ex ꝓfesso amaracum docẽte Dioscoride: quod relinquẽdũ in quotidiani usus planta tamq; ob odoris suauitatẽ amabili diligentissimo homini non fuerat. Cui a principio adiectæ in Sampsucho tã multæ appellationes nullã hñi nobis rõnem aut cãm: nec nos ab eo cõmentariis suis additas credimus: sed per tẽpora illi accreuisse: quodq; hic ꝓposuerit Sampsuchũ tm̃ fuisse tũ in bonitatis censu Cyzicenum & Cyprium cæteris oĩbus anteposuisse: mox ab eo Aegyptiũ laudasse: & a Cyzicenis & Siculis Amaracũ uocari. Hæc enim in uetustissimo quem habemus latino Dioscoride tm̃ leguntur. Quo fit ut miremur in hoc ẽt Barbarũ: qui a Cyzicenis & Siculis non amaracũ sed amatanthũ uocari Sampsuchũ dixerit: presertim docente id tam multis locis Plinio. Dicendũ de Sugillatis iterũ hoc capite certius & alia rõnea uobis est: ut qũo in græcis æquales sono significatione aũt diuersæ uoces duæ ὑπόπυον & ὑπώπιον differant: intelligantur: & unde in duaꝝ tm̃ litteraꝝ diuersitate tam longo interuallo inter se differant. Alteꝝ ex his malũ prius illud. s. ὑπόπυον in oculo & in cornea eius mẽbrana fit: & q̃ in ea parte coit & subest πύον. i. pus ideo ὑπόπυον a græcis dictũ. Alteꝝ deinde ὑπώπιον non in oculo sed circa oculos fit: & qm̃ sub ipso oculo: quẽ græci ὦπα uocant liuescit: iõ hoc nomẽ in ea gente inuenit. Prius illud in Isagoge sua Galenus fieri dixit quotiens pus totam oculi Iridem aut eius a lterã partẽ occupauerit. Et post Galenũ Paulus Aegineta libro. iii. cuius uerba hæc sũt. Coit aliqñ pus & hypopios fit cornea oculi tunicula: nunc altius: aliqñ in sũma superficie: ungui humano simili pure illo: quæ cã est ut unguis oculi hoc ẽt malũ nominet. Idem ẽt in Chirurgicis ex Galeno aliam educendi puris huius rõnẽ longius docuit. Testanturq; ambo coeunte in parte illa oculi pure id malum fieri & ὑπόπυον appellari. Secũdum illud quod per magnũ ω græcoꝝ scribitur nec nisi sub oculo significat liuores illos tm̃ indicat: qui in cauis oculoꝝ ex contusione fiunt: & quos Pollux in secũdo Onomastici sui esse dixit τὰ ὑπὸ τοὺς ὦπας τῶν πληγῶν ἴχνη: quod est: quæ sub oculis uident̃ percussionũ uestigia: cũ liuet pars illa cutẽ subeunte sed nõ erumpente sanguine: Ea latini sugillata una appellatione dixerũt quacunq; corporis parte fiant: & his non aliis illis mederi Serpillũ Dios. ait. In quibus oporter diligentiores græca legentes esse. Sæpe enim uocis similitudo fallit. Monemusq; nos nostra hæc legentes: qm̃ sæpenumero in græcis alteꝝ ꝓ altero scribit̃ ex uiribus remedii quod docebitur: & ex usu eius circa ne oculos ex contusione alia ue coꝝ iniuria relictis liuoribus: an intra oculos & contra pus quod in eis coierit: uti eo oporteat.

Sugillata
ὑπώπιον
ὑπόπυον

DIOS. DE Meliloto q̃ a Romanis Sertula cãpana dicit̃. Cap. xliiii.

m

Eliloton. Sunt qui zoodetem: qui Orthanon uocẽt. Romani Meliloton & Sertulam Campanam appellant. Probatissima Attica & quæ i Cizico & Chalcedone nascitur: croci colore & odorata. Nascitur in Campania circa Nolam eius regionis urbem colore luteo & odore infirmo. Habet Campana sertula adstringendi uires: mollit inflãmationes oẽs præcipueq; oculoꝝ: muliebriũ locorum: sedis & testium in passo decocta & emplastri modo imposita: & additis aliquãdo oui uitello: fœnogræci farina: aut lini semine: aut tritici polline: aut papauerũ uasculis: aut intybo. Sanat & meliceridas per se recentes ex aqua: & manantia capitis ulcera cum creta chia uinoq; aut galla inuncta. Lenit & stomachi dolores in uino elixa cruda ue cũ aliquo ex prædictis. Finit dolores auriũ crudæ campanæ sertulę expressus succus & cũ passo auribus instillatus. Quinetiam capitis dolores leuat cum aceto aut rosaceo inspersus.

INTERPRES.

e

Ampanam Sertulam Plinius & Celsus Romani sermonis candidi auctores Melilotum appellant. Cato nulla diminutione usus Sertam Campanicam dixit: ab usu & natali solo tota appellatione hac illi facta. Nosq; his auctoribus græco nomini latinam uocem in titulo capitis addidimus. Nec ratiocinantes facile quo referenda uox illa χροκίζων esset: quæ croci aliquid habentem significat ad colorem contraximus: qui tñ nullibi q̃ in flore uideri põt. Virescũt enĩ folia: fecimusq; id auctore Plinio: qui de ea lib. xxi. capite ix. agens ait. Odor eius croco uicinus est & flos. Neq; n. ad odorẽ referri & contrahi uox illa in hoc scriptore poterat. Sequebatur enim statim

εὐώδης: quod odoratũ significat: nisi forte χονδρώδης καὶ εὐώδης eodem pertinẽt: dixerit q; hic bis q̃d ad odorem pertinebat quod tñ parum uerisimile est. Quod erat ἐν Καρχηδόνι quæ uox Carthaginem significat ad calcedonẽ detorsimus: qm̃ in græcis aliquot & latinis omnibus sic legitur: nisi forte neutrũ eoꝝ legendum eo loco sit: sed in Chalcide. Siquidem Plinius ibidem ait. Est enim in Campania Italiæ laudatissima: græcis in Sunio: mox chalcidica & Cretica. Et hæc pro settula campana notissima: nunc etiam omnibus planta satis hactenus dicta sint.

DIOS. DE Maro. Cap. xlv.

MAron. Sunt q Origanida aut Sisymbrion appellent. Romani pariter græcis Maron dicunt. Nota omnibus herba est: fruticosa: origani flore. Multo tamen candidiora folia eius & odoratiores flores. Sisymbrio pares hẽt uires. Leniter. n. adstringit: nec adeo calefacit. Sistit ob eam cãm quæ pascendo serpunt: & unguentis quæ calefaciendo sint miscetur. Plurimũ in Magnesia & Lydiæ Trallibus nascitur Maron.

INTERPRES.

SEmel tantũ Mari (modo illud huic idem sit) Plinius meminit. xii. uolumine capite. xxv tã taq; breuitate ut quale id sibi fuerit non facile intelligat̃. Nihil enim ultra tradidit q̃ nasci in Aegypto Maron peius q̃ lydium maioribus foliis ac uariis: illa breuia: minuta: ac odorata. Nihil etiam de Maro in censu medicæ materiæ Paulus Aegineta docuit. Et qui nobis sunt græcus & latinus uetustissimi Dios. codices nullum hoc loco neq; alibi Maron ostendunt. Ex eo nihil ĩ peregrina planta & ad Meandrum in Lydia nascente præter pauciora illa ex Plinio accæpta dici a nobis potuerunt. Non tacebimus tñ uideri nobis in eius historia non satis inter se cõuenire scriptorem hunc nostrum & Plinium. Hic herbã omnibus notam: Surculosam: flore origani: ideoq; origanida quasi minorem origanum dictam: candidioribus origano foliis & multo odoratiore flore describit inter nostrates præterea & si ad Magnesiã & Trallis nasci dicat: nostriq; orbis odoratas aliasuumerat herbas Melilotum: Acinon: & Bacharem. Ex quo credendum similem & natura congenerem illis esse. Plinius contra suum Maron inter peregrinos odoratos frutices numerat ligustrũ & Aspalathum: & ab historia aspalathi statim in Aegypto nasci Maron dicit: non absurda penitus suspitione siquis dubitet non esse Plinii & Dios. idem Maron. Nobis ob eas quas diximus causas ĩclinat animus diuersa esse. Acceditq; opinioni nostræ q̃ Plinius in Aegypto nasci Maron tradit: licetq; peius Lydio in quo poterit Magnesium hoc & Trallianum forte intelligi: quoniam ad Meandrum in Lydia utraq; ciuitas illa fuit. Hic tñ Aegypti non meminit: quod relinquendum in censu bonitatis non erat: sed simpliciter ad Magnesiam & Trallis nasci dixit Plinius præterea folia lydii Mari: hic flores odoratos esse dixit Sed quod ratiocinari in tota hac re & animaduertere aliquem oporteat historia utriusq; scriptoris est: quorum alter inter herbas Maron numerat & origano cõparat: alter fruticibus coniungit: nec aliter q̃ de frutice omnia tradit.

DIOS. DE Acino herba. Cap. xlvi.

ACinon. Sunt qui siluestre basilicum. Romani Ocimastrum dicunt. Coronaria & tenuibus ramulis fruticosa herba est: ocimo similis: hirsutioribus foliis & admodum odorata. Seritur a quibusdam in hortis. Pota mẽses & aluum sistit: Panos præterea sanat & sacros ignes.

INTERPRES.

QVod hactenus legerim nulla Theophrasto in plantis suis acinos est. Plinius pluribus locis acini meminit: sed ut modo acinon: modo mutatis aliquibus litteris acinoen librarii magis scripserint q̃ ipse: nihilq; certius his quæ ab hoc scriptore accæpta lib xxi. capite. xxvii. his uerbis tradidit. Acinon & coronaꝝ causa & ciboꝝ Aegyptii serunt Eademq; erat quæ ocimum nisi hirsutior ramis & foliis esset & admodum odorata Quod solum nõ est illi cum hoc scriptore idem menses & urinæ sunt: quos hic sistere Plinius ciere acinum testatur Dios. tñ subscribit Paulꝰ Aegineta iii. vi. mediocres adstringendi uires habere acinon dicens ideoq; potã menses & aluum sistere Nunq̃ florere Acinon idem Plinios codẽ uolumine sed capite xv. ait qua floris priuatione & nota nõ male forsitan suspicet̃ aliqs quã Theophrastus. viii. de plantaꝝ historia uolumine Epimetron uocat: hisq; uerbis tradit. ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῆ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον, quod est Quædã etiam omnino non florent ut Epimetron: Acino husc eandem esse: & quã Plinius eodem loco Epipetron dicit: ut in alterutro unius litteræ tantũ uitium sit. plinii uerba sunt. Et æquinoctio nascens Aphace: acinos quã Epipetron uocant: quæ nunq̃ floret. Seri in hortis acinon a quibusdam hic ait

Aegyptios intelligens: qui ad coronas & cibos ea passim uterentur. Ocimo notissimo cunctis oleri similis acinos est: ob eamq; similitudinem a posterioribus addita huic scriptori uox illa est: a quibusdam siluestre Basilicum dici Acinon: qm̃ quod græcis & latinis ocimũ fuit nobis ex multo tempore basilicum in quotidiano sermonis usu est: non multi tñ facienda uox ea est.

DIOS. DE Bachare. Cap. xlvii.

b Acharem. Romani pariter græcis Bacharem dicunt. Fruticosa & coronaria herba bacharis est. Aspera folia eius sunt: magnitudine inter uiolam & Verbascum. Angulosus illi caulis est: cubitali altitudine: aliquatenus asp adnata multa habẽs: Flores habet in purpura albicantes & odoratos. Radices nigro ueratro similes: Cinnamomi odori ꝓximas. Aspera nec humida amat loca. Medet̃ decocta in aqua Bacharis radix cõuulsis: ruptis: ex alto ꝓcipitatis: angustiis spiritus: diutinæ tussi: & urinæ angustiis. Ducit eadẽ mẽses: & utiliter cũ uino bibitur contra uenenatoꝝ morsus. Subdita fœminis ex uiridibus radicibus eius una fœtus ex utero trahit. Puerperisq; decoctũ eius insidentibus accomodatũ est. Vtiliter ẽt sicca & in puluerem trita corpori inspergitur odore iocundo. Folia q; adstringendi uim habent. Contra dolores capitis emplastri modo imponuntur. Oculoꝝ itidem inflãmationes. Incipientes Aegylopas: mammas a partu tumentes & sacros ignes. Præter hæc omnia somnum Bacharis odore conciliat.

INTERPRES.

d Iximus primo uolumine cum de Asaro ageremus multa quæ ad Bacharem pertinerent. Illudq; præcipue tunc legentes monuimus nõ illic sed hoc loco priuatim de ea nobis agendũ fore: quod reddere mõ nos decet: & si nõ adeo multũ sit quod in notissima oĩbus plãta repeti ex antiqs possit aut debeat Satis eam descripsit Plini. li. xxi. capite. vi. Satis & rura oĩa uolentibus eam ostendunt Nosq; utriusq; Plinii. s. & ruris auxilio quod erat in scriptore hoc amare Bacharem aspera loca & ἔγικμα i. uliginosa & humentia in contrariũ habitũ detorsimus: diximusq; rati antiquam fuisse lectionẽ ἄγικμα nec humida: ꝓpterea q; Plinius ait gracili nec humido solo ꝓuenit: & in qbus ea nascitur locis aquis & humore omni plerũq; carent. Quod nõ multo post deinde a Dios. traditur. προσποθεῖσα δὲ μία τῶν ἁπαλῶν ῥιζῶν ἕλκει ἔμβρυα: quodq; ab aliis redditum est ex teneris radicibus &c a nobis uiridibus certiore ut credimus sensu dictum ẽ. Et si nescio quid indignum scriptore hoc præseferre id uideatur Somnificũ Bacharis odorem hic ait esse: qd̃ a Plinio pariter dictum est: odor somnum gignit. Eius potestatis cã a nobis ex Plutarcho in Asaro reddita est. Diximus ẽt in superioribus quæ nam in odoramentoꝝ genere Diapasmata græcis eẽnt. Cuncta illa. s. quæ ut in Agallocho testati sumus ex siccis odoribus constabant: quoꝝ usus erat ut trita corpori uel ad uoluptatem uel ad sanitatem inspergerentur. Quo uerbo cum in sicca & trita materia utemur semp diapasmata hæc & medẽdi rõnẽ hanc intelligemus.

DIOS. DE Ruta. Cap. xlviii.

p Eganon. Sunt qui Rhyten: Aegyptii Epnubu: Syri Armala aut Besasa: Aphri Curma: Romani rutam dicũt. Duũ generũ ruta ẽ: siluestris & montana altera. Satiua & hortensis altera. Maiore acrimonia siluestris & mõtana q̃ satiua & hortensis est. Ideoq; in cibis damnata. Quæ fico arbori adnata ruta in ea uiuet aptior & melior edendo est. Feruentis naturæ utraq;: calefaciunt ambæ: exulcerant: urinam mensesq; cient. Aluum sistunt siue in cibo siue in potu dentur. Letalibus uenenis aduersatur & pro antidoto est satiua ruta poto acetabuli põdere cũ uino eius semine. Quin etiam per se præsumpta eius folia: nec minus additis iuglãdibus nucibus & Caticis inefficacia uenena reddunt. Prosunt & contra serpentes similiter sumpta. Genituram in cibo potuq; extinguit Ruta: finit eadem tormina cum siccato Anetho elixa potaq;. Facit ad pectoris & lateris dolores: angustias spiritus: tussim: pulmonarios: coxendicis articulorumq; dolores: & circularium febrium cum tremore algores: ut premonstrauimus pota. Facit ad maioris intestini

quod colon græci dicunt: muliebrium locorum: longanonisque inflationes in oleo de- cocta: mox clystere infuso decocto illo. Trita eadem & cum melle coacta tū a natu- ralibus ad sedem toto eo spatio fœminis imposita strangulatu uuluæ concidentes excitat. Ventris lumbricos omnes pellit decocta in oleo Ruta mox epoto decocto illo. Contra articulorum dolores melle coacta emplastri modo imponit. Imponit & cum fico cōtra resoluentes se in aquæ naturam toto corpore solidas partes qđ malū græci hydropem anasarca uocant. Vtilis ad eadem præterea in uino ad dimidias de cocta: in quē usum decocto illo ualidius abluunt: aut id bibunt. Confert oculorū claritati Ruta in cibo sale seruata pariter & cruda. Grauesque oculorum dolores em- plastri modo imposita cū polenta mitigat. Capitis doloribus cum rosaceo & aceto subuenit. Sanguinis ex naribus eruptiones trita illisque indita compescit. Testium in flāmationibus additis Lauri foliis emplastri modo imposita medetur. Papularum eruptionibus cum cera myrtheo oleo subacta. Sanat uinligines albas cum uino: pipere: nitroque consticata. Eadem cum iisdem emplastri modo imposita ulcera quæ thymos uocant: & formicas tollit Impetigines sanat ex melle addito alumine īposi- ta. Facit ad auriū dolores succus in Malicorio calefactus: tum auribus instillatus. Inunguntur eo additis fœniculi succo & melle hebetes oculi: Sanat idem sacros ignes: ulcera quos herpetas uocant: & capitis manantia ulcera additis aceto ceruſ- sa & rosaceo inunctus. Emendat ruta grauem ceparum alliorumque halitum & acri- monias cōmanducata. Letalis contra est montanæ & siluestris rutæ copiosus in ci- bo haustus. Eadem si cum florere incœperit ad Salgama legatur cum rubore man exulcerat: corpusque cum prurigine & inflāmatione uehementiore inflat. Eā ob cau- sam oportet præunctis oleo facie & manibus eam carpere. Ferunt præterea insper- sum Gallinaceis siluestris rutæ succum feles ab eis arcere. Quę in macedonia ad Ol- cymum fluuium nascitur siluestris ruta mortem in cibo facere statim fertur. Verū- tamen montanus locus est & uiperis abundat. Bibitur semen eius ad interaneorum uitia & antidotis utiliter miscetur. ✠ Datur & contra urinæ incontinentiam bibēdum frixum agrestis rutæ semen: finieturque post septimum diē malum. Vocatur agrestis rutæ radix montanū moly. Similis satiuæ agrestis ruta ē. bibiturque utiliter comitialibus & in dolore coxendicis. Menses eadem cit: & fœtus in utero necat. Asperior q̄ satiua & efficacior siluestris ruta est. Vitanda ideo in ci- bis: nocet enim.

INTERPRES.

g Radum nobis ad Rutam ficus faciet: & quod nix credat aliquis noua insitionis adoptione maioris arboris truoco adnasci & adnatam meliorescere docebitur fruticosa & in hortis ple- runque nascens herba: Rarum & quod sciam nr̄a ætate nullū spectaculū & in ruris discipli- na p̄ceptū: ideoque repetēdū presertim docētibus testantibusque id melioribus tam græcis q̄ latinis scriptoribus. Laudauit antiquitas & egregio quodā honore inter æstatis & autumni poma ficū ex tulit nullibi liberaliorem naturam q̄ in hoc pomo ostendens: quæ tam multa eius genera hoī de- derit tam uario colore: tam multiplici sapore & omni dulci tam longo tp̄e urbanam & rusticā fa- miliā pascentem: qui recens comedat: siccus in hyemem perennet: & id q̄dem multifariam: calca tus in massam: integer: diuisusque in sole siccatus: clibanis tostus: ficulneis foliis inuolutus: orcis & fi- deliis seruatus: & quæ multa in uillici cura & opere a rusticæ rei scriptoribus agenda in hoc pomo numerantur. Eo in caritate annonæ gentes pro fruge usæ aliquando sunt. In obsidione famem tole rabiliorem fecit ficus. Hoc unum pomum Athenis Sycophantas ostendit: nec licuit sine pœna quō dam tam gratū necessariumque nobis ad alienos transferre. Inuenit & alias arbor hæc etiam laudes quas nos in extremo primo uolumine ex melioribus & antiquioribus græcis de ea agentes retuli- mus. Sed non minor illi debuerat esse ex eo quod hic ait aptiorem melioremque edendo fieri rutam quæ fico arbori adnata in cortice eius uiuat. Quod post Theophrastum latini scriptores aliqui tra diderunt: non tn̄ ex scriptoris illius snīa totam aperuisse rem hic noster uidebatur: qđ nos agemus

Theophrasti uerba ipsa: & qualia in eo sunt omnia repetentes. Ea sic se habẽt quinto de plãtarum causis uolumine. ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τι ἕτερον ἑτέρῳ καθάπερ τὸ πήγανον ἐν συκῇ. δοκεῖ γὰρ κάλλιστον γίνεσθαι. φυτεύεται δὲ παρὰ τὸν φλοιόν, παραπηγνύμενον καὶ τῇ γῇ καταχωννύμενον. συμβαίνει δὲ τὸν ὀπὸν ἅμα τῇ τροφῇ διὰ θερμότητα βοηθεῖν, τινὰ ἔχειν εὔκαιρον, ὥσπερ καὶ τὴν τέφραν παττομένην, εἴτ' οὖν πρὸς τὸ μὴ σκωληκοῦσθαι τὰς ῥίζας εἴτε πρὸς τὸ τρέφεσθαι. ἅλμη ἔχει γάρ τινα ὁμοίαν θερμότητα. Quod totũ sic uertat aliqs. Similiter & si qd in altero seritur quẽadmodũ ruta in fico. Optima.n. & ꝓbatissima sic puenire creditur. Plantatur ea cortici inserta: mox terra obruitur. Fitq; ut accedẽs rutæ nutrimento ficulneũ lac calore suo illi opem ferat. Quemadmodum & cinis inspersus: siue id fiat ne radicibus uermes noceant: siue ut cineris salsugo nutrimentum adiuuet. Habet enim similem aliquam caliditatem. Ex his auctoreq; hoc constituisse oportet non παρὰ ταῖς συκαῖς .i. ꝑpe ficos ut hic ait: sed ut ille ἐν τῇ συκῇ quod est fico insertam meliorem nasci & molliorem pueniꝫ Rutam. Discrepant in hoc magni nois auctores Theophrastus & Dios. habentq; ambo quos sibi eadẽ dicentes ueluti ad ambiguã rem testes uocent: Dios. Piniũ lib xix. capite. vii. de Rutæ natura hac his uerbis dicentem. Amicitia est ei cum fico & intantum ut nusq̃ lætior pueniat q̃ sub hac arbore: Palladiũ itidẽ in Martio mense seri Rutam eo tpe iubẽtẽ: statimq; adiiciẽtẽ sub fici arboris umbra libentius eam acqescere. Theophrastus Plutarchum lib. v. sui Symposii capite. ix. qui cum longius de fico arbore egisset de Ruta arboris eius beneficio meliorescẽte sic ait. ὃ λέγουσι τοῦ πηγάνου τὸ φυόμενον ὑπ' αὐτῇ καὶ παραφυόμενον ἥδιον εἶναι καὶ τῷ χυμῷ μαλακώτερον &c. Quorũ is sensus sit. Quod uero de Ruta dicũt: quæ sub ea nascit & illi adnascit suauior & succo melior est: duplici participio utens ut nos credimus ut utranq; sniam cõfirmaret. Omnes ut uidere licet qd' autem aut non adeo diuersum sit: aperte dixerunt. Nullus tñ excepto Plutarcho eodẽ loco causam reddidit & si quæsisse magis q̃ reddidisse uideri possit. Dubitat enim an dulcedinem ex fico aliquam cõtraxerit ruta: an extinctum in ea fuerit quod usq; ad satietatẽ graue habet: an potius cõtraria rõne ficus nutrimentum ad se trahens acrimoniam eius simul absumpserit. Quæ sane parũ certa sunt: nec nos ad eam naturæ maiestatem hoc agentes accessimus: ut quod alii dicere dissimulauerunt aut neglexerunt docere audeamus. Illud tñ testabimur esse oleris huius cũ ea arbore ꝓ humana salute egregiã ueluti conspirationẽ. Qua cõtra uenena cõiũctæ sociatæq; simul arbor & hortensis herba efficacissimã uim habent. Fuitq; ꝓ incolumitate nostra naturæ maternũ hoc studium ut eodẽ loco cõtra uenena nobis paratũ semp antidotũ eẽt. Caricisq; duabus intrita uiginti Rutæ folia additis iuglandibus nucibus & sale neqd timendũ homini a ueneficis esset: effecerũt. Potuit & illud naturæ studiũ fuisse ut cõlocato inuicẽ cõtrario habitu q̃tum suauioris succi ex fico rutæ adiiceret tñ rutæ acrimonia minueret quod in fico usq; ad satietatem suauioris succi abũdat. Multa quondã fuerunt quæ in ruris & hortorũ disciplina aliis inserta aut cõdita seri iuberentur: q̃ a Theophrasto & Plinio diuersis locis numerata sunt. Erant enim quæ iuncis quæ scyllis quæ aliis in rebus ueluti insitione quadam inserta & clausa fœlicius nascerent. Inter ea ut diximus & Ruta a Theophrasto numerat. Græci πήγανον dicunt: si uerũ sit quod a Plutarcho lib. iii. sui Symposii refertur a uerbo πηγνύσθαι quod cõcernere & quasi in glaciẽ solidare est facto noĩe. Suntq; eius hæc uerba. φασὶ δὲ καὶ τὸ πήγανον ἀπὸ τῆς δυνάμεως ὠνομάσθαι. πήγνυσι γὰρ ξηρότητι διὰ θερμότητα τὸ σπέρμα, καὶ ὅλως πολέμιόν ἐστι ταῖς κυούσαις: quæ sic uertat aliquis. Ferunt præterea peganon .i. rutam a potestate & uiribus suis sic appellatã fuisse. Concrerit enim & siccitate indurat ob caliditatem suã hoĩs semẽ. In uniuersumq; gerẽtibus uterũ aduersat. Ob quas uires tam multas numero & in uitæ remediis tã necessarias integra & incolumis in hoc scriptore ad nos puenire debuerat. Sed nihil a negligentia & imperitia tutũ: quæ nihil aut male agendo bonis artibus semper nocuerunt. Coginurq; modo omnes quæ a principio capiti huic addita mixta & inuersa pleraq; fuerũt difficili cõiectura & multorũ græcorũ codicum collatione instaurare: Repetitasq; semel bis ue aut ter easdem rutæ appellationes: & generũ eius diuisiones nõ paruo labore suis locis reddere & instaurare: Quæ oĩa antiquissimi & ꝓbatissimi mihi græci codicis ope in eũ quo legunt in nostra editiõe ordinẽ restituta sunt. Meminimusq; id agentes cũ diceret Dios. Rhytẽ ab aliqbus uocari rutã Nicandrũ poetã & Pelopõnesi incolas indicari. Siquidẽ Iolaus antiqssimus græcorũ scriptor: & cuius nomen nunc tñ auditur: ut testati alii sunt in Pelopõnesiacis suis retulit. Quã tota græcia Peganõ uocabat Pelopõnesum rhytem appellare. Nicander certe in theriacis suis de trifolio qd' menyanthes græci uocant agens χαίτην μὲν λωτῷ, ῥυτῇ δὲ ἐναλίγκιον ὀδμήν hẽre dicebat .i. Comã quidẽ loto: odorẽ uero rutæ similẽ. Ex iis manifestũ est rutam ab aliquibus græcis ῥυτὴν dictam fuisse. Nec dubitandum alicui a Pelopõnesiorũ rhyte latinos rutã suam fecisse. Frequẽs enim græcæ υ litteræ in latinã .u. mutatio est. Quotiens seruatis cæteris transferendũ a græcis ad latinos aliquid est. Monuit idẽ nos græcus codex & suspicari coegit quod ultimũ in hoc capite & ab eo loco: quẽ nos relicto inani spatio signauimus legitur huic scriptori inutiliter accreuisse: nec legitimam Dios. prolem eẽ. Nulla enim in eo pars illa est. Nec Serapion & quẽ nos antiquissimũ latinũ Dioscoridem habemus aliquid huiuscemodi ostendunt. Oẽs enim totum illic caput claudunt. Ex eo credimus nos nihili faciendũ id eẽ: & q adulterinũ est ex hoc scriptore eiiciẽdũ. Nobis ñ ne cõtra cõem lectiõem & aliorum oĩum editiones audacius nouare oĩa uideremur: satis fuit uitiosum signare locũ: & in eo legentes

gentes monere: quemadmodum & in his quæ mox dicemus contra præter ue scriptoris huius decreta & sensus ab aliis in hoc capite tradita agentes Quorum id primum erit decæptos similitudine & uicinitate nominis antiquiores quosdam non sub fico sed prope cucumeres satam rutam fœlicius nasci dixisse: quod contra antiquorum omnium historiam est ut ex Theophrasto Plinio Plutarcho: Palladioq; nos paulo ante ostendimus. Fecit id duorum nominũ συκῆς & σίκυος multa uicinitas & similitudo: quorum alterum arborem ficum alterum cucomeres inter hortẽsia notissimos significat Quod deinde a Dioscoride dicitur ἄπρακτα καθίστησι τὰ θανάσιμα. Quod est in efficacia facit letalia omnia: letalia intelligens quæ ueneni rationem habent Barbarus cõtra medicamenta omnia uertit nullo discrimine eorum medicamentorum adiecto. Idẽ quod erat non multo post ὕδρωπας ὑποσαρκίους. Celsum secutus tumores hydropicorum inæquales reddidit cum tñ eius hydropis genus ut nos credimus aliter ab eu indicari & certius debuerit. Non sunt hæc eadẽ nobis & quoniã possunt legentes remorari ideo a nobis docentur: qui ex antiquis græcorum medicis ea accipiẽtes qualia illi tradiderunt talia a nobis quo certius & breuius possunt traduntur Quud in hydrope hoc factum est: quod malum Galenus in diffinitionibus suis esse dixit cum totum pariter tumet corpus & aquoso humore diluitur. Rursusq; in Isagoge sua cum de omni hydrope ageret de hoc his uerbis tradidit ὁ δὲ ὑποσαρκίδιος κατὰ πᾶν ἐστὶ σῶμα ἀνάλυσις τῶν στερεῶν σωμάτων εἰς ὕδατος φύσιν. Quod sic uertat aliquis. Hyposarcidius autem hydrops solidarum partium in aquæ naturam toto corpore resolutio est. Nec Paulus Aegineta aliter rem docuit: cuius ad hanc rem uerba sunt. πάσης τῆς σαρκὸς τοῦ σώματος οἷον ἐξυδατουμένης τινὰ ὁμοίως λευκὸν καὶ φλεγματῶδες τὸ σῶμα φαίνεσθαι νεκρῷ παραπλήσιον. Quæ aliquis latine doceat: fieri in hunc hydropem tota corporis aquescente carne: usq; eo ut corpus candido & pituitæ colore uideatur cadaueri simile. Ex his nulla tumorum inæqualitas in hoc hydrope colligitur. Et si celsus tertio suæ medicinæ libro capite .xxi. in hoc hydrope corpus inæquale esse tumoribus aliter: aliterq; per totum id orientibus: quod quale in eo sit uidebunt medici. Idem leucophlegmatiam a colore scilicet uocari etiam ait idem quod Paulus indicans. Eamq; ob causam nos seruata græca uoce quo licuit breuius tota eius mali descriptione usi sumus. Diximus sæpe hactenus & adhuc dicemus longanonis uitio alicui mederi hoc aut illud: intestinum id intelligentes quod græci a rectitudine ἀπευθυσμένον latini rectũ dicũt: quodq; Pollux in secundo Onomastici sui dixit: crassiori intestino quod græci κῶλον dicunt subesse excipereq; illud & in sedem & anum desinere.

θανάσιμα

Hydrops anasarcha

Longanon ἀπευθυσμένον

DIOS. DE Siluestri Ruta. Cap. xlix.

PEganon agrion. Sũt qui Hypericum: qui Androsæmum: qui Corion: qui chamæpityn .i. humilem siue terrestrem pinum appellẽt. Aphri curma: Romani inguinalem uocant. Hæc q; resinæ pineæ odorem semen eius habet Chamæpitys .i. terrestris & humilis pinus dicta est. Folia habet rutæ æqualia: Surculosus frutex & exiguus est colore rubescẽte: luteo flore: qui digitis tritus sanguineũ humorem ex se remittit: eamq; ob causam Androsæmos dicta est. Ramulos habet hirsutos: Folliculos in rotundo oblongos in quibus hordei figura semen est: colore nigro: odore resinæ. Nascitur cultis & asperis locis. Apposita menses & urinã cit: & cum uino pota quartanas finit. Medẽtur ambustis folia cum semine illita. Sanat agrestis ruta itidem coxendicis dolores quadraginta diebus pota. ✠

uocant & aliqui agrestem rutam quod in Cappadocia & Asiæ Galatia Moly appellatur. Estq; frutex plures ab una radice uirgas proferens mulm longioribus & tenerioribus foliis q̃ reliqua. omnis Ruta graui odore: Florem candidum: & in summo capitula paulo maiora q̃ satiuæ rutæ: tribus maiori ex parte partibus constituta: in quibus triquetrum semen est: subrufum: præcipue in gustu amaritudinis: cui⁹ tantum usus est. Maturescit autumno semen: contra hebetes oculos utile: in quẽ usum cum melle tritum additis uino: gallinaceorum felle: croco & fœniculi succo inungitur. Vocant quidam agrestem hanc rutam Armala: Syri Besasa. Cappadoces uero Moly quoniam illi similis aliquatenus sit: radice nigra & candido flore. Nascitur in tumulis & fœcundis agris.

INTERPRES.

Bliti superiore capite sumus legentes monere non esse satiuæ rutæ sed siluestris appellationes Armala & Besasa: & ex siluestri ad satiuam importune ab imperitis translatas fuisse: barbaræ enim sunt & in cunctis græcorum latinorumq; codicibus & medicinæ scriptoribus & his quidem uetustissimis in siluestri tm̄ hactenus seruatæ. In quibus non habet siluestris ruta hæc ēt idem quod in impresso Dios. & aliis qui circū feruntur principium: nec iam multa in illis leguntur. Sed quæcunq; ab eo loco quem nos relicto spatio signauimus usq; ad illud: Vocāt quidam agrestem Rutam &c. nulla in uetustissimis græcis & latinis leguntur: Nec siquis ea expunxerit iudicio nostro huic scriptori aut rei magnope nocebit. Inanem enim quæ media toto hoc spatio legenda se offerunt ueluti saburram habent: nec scriptore hoc digna aliqua sunt. Quale illud est τῷ ἐνουροῦντι δ' ὅς κἂν παίζεται. Nunquam enim hic euentū remedii a se instituti iactare his uerbis consueuit. Quædā præterea repetita inutiliter sunt: in quo genere est. οὐδ' εἰ δὲ τὴν ἀγρίαν ἐσθίειν δ' ὅτι ἐπιβλαβής ἐστιν, Siquidem non multo ante dixerat εἶναι ἄγριον πήγανον ἄθετον πρὸς βρῶσιν. Tam multæ illæ etiam numeratæ a principio appellationes Hypericon: Androsemon: Chorion: Chamæpytis & earum uocum enarrationes abundare nobis uident: ex quo non procul a totius capitis fine hic Armala tm̄ & Besasa a Syris uocati dixit: quod non erat illi agendum: sed adiiciendæ adnumerandæq; illis & hæ etiam fuerant. Obseruauimus præterea siquis ciectis omnibus his quæ ultima ante relictum inane illud a nobis spatium leguntur quæ huiuscemodi sunt Potum uero semen eius interaneorum uitiis prodest: & antidotis utiliter miscetur: illis coniunxerit. Vocant & agrestem rutam aliqui quod in Cappadocia & Asiæ galatia moly appellatur: integram utriusq; rutæ & dignam hoc scriptore & in qua primis ultima respōdeant historiā & descriptiōem fecerit. Hic enī ueluti is qui cogitarat de omni ruta simul agere a principio statim satiuā & hortensem: tum siluestrem & montanam proposuit. Cumq; de utriusq; in sanitatis usu aliquid egisset longius omnem satiuæ & post eam siluestris medicinam prosecutus est. Eaq; absoluta priuatim de macedonica ad Olcymum fluuium nascente etiam egit letalem homini dicens q̄ in monte uiperis pleno nascat: a quibus contracta ueneni ui noxium habeat usum: sentiensq; nondum totam siluestris rutæ historiam se absoluisse: qm̄ aliquibus locis alia haberetur & aliter uocaretur adiecit. Vocant & agrestē rutam aliqui quod in Cappadocia & Asiæ Galatia moly appellatur &c. Hæc nos in tanta ueterum codicum uarietate & multa multis locis uitii alicuius suspitione cogitauimus. Eratq; animus unū de omni ruta caput in hoc scriptore facere, quale & nos ob eas quas diximus causas a principio fuisse etiam opinamur. Sed maioris inuidiæ q̄ subire hominem tam multa in receptis iampridem nouantem deceat metus ab eo consilio nos reuocauit: & qualia in impresso Dioscoride aliisq; multis hæc erant aliorum exemplo reddere omnia persuasit: mox qua hactenus fecimus debemus aūt semper fide quodcunq; nobis pro hoc scriptore in mentem uenerit aliis ostendere: nec legentib' inuidere qualiacunq; ea fuerint si non uera quæ saltem opinamur antiquæ lectionis uestigia.

DIOS. DE Moly. Cap. I.

Oly. Snnt qui siluestrem leucoion. i. uiolam uocēt. Romani pariter græcis Moly appellant. Graminis folia moly habet: latiora tantum: per terrā sparsa: Flores uiolæ similes colore lacteo: minores tamen & ad purpureæ uiolæ magnitudinem accedentes: Caulem candidum longitudine quatuor cubitorū. In cuius sūmo allii simile quiddā est. Radix illi parua bulbosaq; aperiendis muliebrib' locis utilissima: in quem usum terit additoq; Irino unguēto in pessulo subiicitur.

INTERPRES.

Vod in græcis & latinis poetis passim audit & celebrat moly Homericū illud est quo cōtra Circes ueneficia Vlyxē Mercurius armauit: & in quo describēdo poeta ille plures decima Odysseæ Rapsodia cecinit uersus. ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης ἐκ γαίης ἐρύσας: καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν, ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε· γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί: χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν, ἀνδράσι γε θνητοῖσι θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. Quodq; naso in trāsformatiōibus suis dixit Pacifer huic florē dederat cyllenius albū: Moly uocant sup nigra radice retētum: Et qđ in Priapeis carminibus audit. Hinc legit radix de qua flos lacteus exit. Quā cur moly uocant mētula moly fuit: oīa nullā hñt nisi ex Homerico illi figmento cām & rōnem. Quā m̄ graues græcorum & latinorum scriptores honorē hunc principi oium poetarum ut nos credimus habēti tanti fecerint: ut Theophrastus libro nono de plantarū historia Moly describēs Homero præterquā in radice subscripserit testatus in Phæneo & Cyllene Arcadiæ nasci quale Homerus cecinit: radice rotunda: cepOsaq; folio Scyllæ: Vsumq; eius contra uēnēficiā & excantationes esse: non tamen difficulter ut Homerus dixerat ex terra effodi: Et post Theophrastū Plinius lib. uigesimoquīto capite quarto

capite qoarto omnia a Theophrasto dicta Romanos docens:hæc amplius tradiderit nigro colore radicem eius esse:Nec candido flore sed luteo ab aliquibus græcis describi: Nasciq; in Italia & ab herbarum peritis medicis sua ætate allatum sibi ex campania inter difficultates saxeas natum radicis triginta pedum:quæ nec tota effossa esset sed abrupta Ex his tam multis tantæq; auctoritatis ad hanc rem testibus ratiocinari colligereq; necesse est proprium habere genus iter herbas Moly:Nomineq; hoc non siluestrem Rutam sed sui generis herbam cõmuniter indicari. In Galatia tamẽ & Asia priuatim siluestrem rutam eo appellari. Quod manifeste in sexto Paulus Aegineta indicat de eo his uerbis agens:Moly quod agrestem rutam aliqui &c Et præter Paulum in græcis & latinis oẽs fere alij in agresti ruta hoc nomine utentes non aliam ob causam q̃ ꝙ in Cappadociæ & Asiæ Galatia siluestris ruta ut hic paulo ante testatus est eo indicabatur. Neq; ætate hac nostra Moly aliud q̃ siluestrem rutam significat:eam scilicet quam Plinius in Galatia nascentem in antidotis præcipue laudauit Galatiam appellans Dios. tamen aliud a Ruta Moly esse intelligens cũ de agresti Ruta testatus esset Moly a quibusdam uocari:De eo qood priuatim Moly ab Homero & Theophrasto dicitur egit ex propriis notis eum legentibus ostendens Vidimus nos undiq; scriptoris huius historiæ præterquam in flore respondentem plantam: Quem luteo non candido & ut hic ait lacteo colore ostendebat:ex quo non penitus uanum opinati sumus quod a Plinio dicitur tradidisse quosdam luteo flore Moly esse:Verumtamen contra Homerum & Theophrastum temere q̃spiam aliquid dixerit:neqoe ego id ausim:cum similitudo naturæ in huiuscemodi late pateat:& ea multiplici uarietate solita sit suos diuersis locis flores effingere Non relinquẽdum illud etiam qd parum uerisimile est proferre Moly hoc caulem altitudine cubitorum qoatuor : Suspicamorque nos in cubitorum numero uitium esse:neq; enim herbæ fruticis ue qualẽ Moly nunc ostẽditur:sed arboris legitima altitudo ea est.

DIOS. DE Panace Herculeo. Cap. li.

PAnaces betaclion. Romani Herculeum panaces dicũt. Est panaces ex quo opopanax. i. panacis liquor colligitur. Nascitur plurimum in Bœoria & Arcadiæ Psophide:quibus locis ad uectigal & ex eo liquore quæstum in hortis serirut. Folia habet aspera per terrã sparsa betbacei coloris ad ficulneorũ figurã & quantitatem accedentia quinq; per ambitum diuisuris scissa. Caulem ferulæ modo altissimũ in quo lanugo alba & folia p̃dictis illis minora circa eum sunt. Vmbellam in sũmo fert anetbi modo. Florem luteũ. Odoratum semen & feruidi saporis: Radices babet ex uno principio numerosas:colore candido:odore graui: Cortice crasso & in gustu cũ amaritudine aliqua. Nascitur & in Cyrene Libyæ & Macedonia. Colligiturq; liquor secta radice nuper germinantibus caulibus. Candidum ea mittit liquorẽ:q deinde siccatus in sũma supficie luteo croci colote uiderur. Excipiunt eum substratis in excauata terra foliis: siccatumq; tollunt. Colligunt & secto p messem caule quod destillat pariter cipientes. Antecedunt in radicibus bonitate quæ rugis carentes distenta cute sunt:colore candido:arentes:quæ catiem & teredines non senserint. In gustu feruidæ & aromatũ modo odoratæ. Semen ex medio caule utile:quod enim ex adnatis lectũ fuerit infirmius est. In liquore antecedit bonitate qui in gustu amarissimus:intus candido subruffoue:foris lureo croci colore: qui leuorem habet:pinguisq; & friabilis est:quiq; celerrime diluitur & grauem ex se mittit odorem. Damnarur contra niger & mollis. Adulreratur Hammoniaco aut cera sed deprebenditur in aqua digiris confricatus. Resoluitur enim sincerus:& lacteo colore fit. Habet panaces calefaciendi uim:mollit extenuatq;. Ideo contra circularium febrium in accessione cum tremore algores accomodatum est. Conuulsa itidem:rupta:lateris dolores:tussim:tormina: urinæ stillicidium : Vessicæ scabies cum mulsa aqua uino ue potum. Menses idem trabit:fœtus enecat:muliebrium locorum inflationes duritiesq; cum melle liquefactum discutit. Inunguntur eo dolores coxendicis. Miscetur acopis:& his quæ ad medicinam capitis doloresq; eius cõficiuntur. Carbunculos erumpit. Podagris cum passa uua utiliter emplastri modo

imponitur. Dentium dolores cauis eorum inditum mitigat. Inunguntur eo oculi ad claritatem. Pici mixtum contra rabidi canis morsus utilissimam facit emplastrũ. Quin etiam acuminata panacis radix fœminarum locis apposita fœtus ex utero trahit. Vetustis ulceribus eadem utilis deficientes in ossibus carnes explet: in quem usum aut concisam emplastri modo imponunt aut cum melle inungunt. Trahit mẽses panacis semen cum absinthio sumptum: cum Aristolochia uero contra omnia quæ ictu aut morsu uenenum relinquunt accomodatum est. Quin etiam strangulatu uuluæ procidentibus cum uino utiliter bibitur.

INTERPRES

Libenter in Herculeo panace hoc & aliis quæ statim sequuntur Asclepio scilicet: & Chironio ut in bonorũ uirorũ arbitriis quotidie fit tertium aliquem dari mihi uelim qui diuersa contrariaq; de omni panace sentientibus duobus maximis auctoribus scriptore hoc & Theophrasto alteri accedens nõ leuem dirimeret litem & certiore aliqua nota ex tam multis unũ saltem panaces nobis ostenderet. Turpiter enim nec sine graui iactura ignoratur quod solo audito nomine malorũ omnium medicinam & remedia homini pollicetur. Liceret ad hanc rem Plinio uti: sed alienæ potius historiæ interpres q̃ suæ assertor ille est: miscẽsq; duorũ sæpenumero simul scriptorũ dicta difficiliora omnia & minus certa legentibus facit: nunc peregrinam Italiæ plantam & unguentis utilem in Syria nascentem: nũc in hortis nostris consitam & in uitæ quotidiano usu receptam: nunc ex tam multis eius generibus unum tñ docens: modo multa & plura q̃ hic & Theophrastus numerans. Quo fit ut in tanti nominis apud ueteres planta nostra uero ætate non satis nota difficiliora omnia futura sint. Nec nos aptius ad hanc rem quam agimus quicq̃ fore existimauimus q̃ collatis inuicem Theophrasti & Dioscoridæ dictis: quæ eadem & diuersa in omni panace illis sint breuiter ostendere. Nec nos ab hoc scriptore dicta repetemus: Ex historia eius enim legentibus parata sunt. Quæ autem alter ille de omni panace retulit nono de plantarum historia uolumine sic se habẽt. πανάκη δὲ καλοῦσι πρῶτον μὲν τὸ ἐν συρίᾳ, περὶ οὗ μικρῷ πρότερον εἴρηται. ἄλλα δὲ τρία· τὸ μὲν χειρώνειον καλούμενον. τὸ δὲ ἡράκλειον· τὸ δὲ ἀσκληπίειον. ἔχει δὲ τὸ μὲν χειρώνειον &c. Quæ quoniam longius ab eo dicunt ne bis idem repetatur latine a nobis reddẽtur: ea huiuscemodi sunt. Panaces autem uocant primum quidem quod in Syria nascitur de quo non multo ante dictum est. Sunt & tria alia: quod chironiũ uocant: quod herculeum: & quod asclepiũ. Habetq; chironiũ rumici simile folium: sed maius & hirsutius: Florem colore aureo: Radicem lõgam: pingui solo proueniens. Vtunt eo contra uiperas: phalangia: chalcidicas lacertas & serpentes alias bibendum in uino dantes & ex oleo inungentes. Priuatim uero contra uiperæ morsus acescenti uino miscentes & bibendũ dantes. Quin etiam mederi ulceribus in uino & oleo: panisq; cum melle dicũt. Asclepium radicem habet longitudine dodrantali candidam: crassam: crasso cortice & salso. Caulem undiq; geniculatum thapsiæ similem: crassiorẽ tñ: Laudantq; contra serpentes: tritumq; in uino bibi iubent: & ad liene in mulsa aqua: & ad capitis dolores ex oleo inungi: & siqua corporis alia parte sine certa causa dolor sit: Bibi præterea cõtra alui dolores in uino tritum: Posse præter hæc & lõgas ualitudines finire: & in ulceribus quæ humida sunt siccum inspergit: uino tñ prius abloto loco: quæ uero sicca uino humidũ & coactum imponitur. Heraclium postremo grande latumq; folium habet & in omnes partes ternis dodrantibus longum: Radicem crassitudine digitali bifidam trifidam ue: gustu subamaram: odore puri thuris: Vtilem comitialibus cum coagulo phocæ quadrantibus potam. Vtilem & doloribus alui in uino dulci: Prodesse ulceribus: humidis quidem siccam: siccis uero cum melle. Has itaq; differentias & has uires panaces habent. Sunt & alia Panacis genera & discrimina tenui folium & latifolium: Vires tamẽ eædẽ. Et hæc Theophrastus: qui multis aliis locis huius aut illius panacis obiter meminit. Quæ siquis cum Dioscoridæ historia & medicina contulerit in pluribus eadem in aliquot diuersa inueniet: poteruntq; diligentiores collatis inuicem utriusque scriptoris in utraq; parte decretis quæ conueniant illis & disconueniant certius ratiocinari. Inter quæ in Heraclio panace illud primum erit quod Dioscorides radices eius πλείονας ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς: idest ab uno principio numerosas: Theophrastus bifidas trifidas ue tantum dixit: multaq; his similia alia: quæ diligentioribus cognoscenda relinquimus. Fuerunt ex latinis aliqui q totum hoc genus uno ligusticæ radicis nomine indicarent: quoniam quod priuatim ligusticum Romani dixerunt de quo mox agetur congener panaci est. Græci inuentoribus honorem habentes ab illis nomina singulis generibus fecerunt Chironium uocantes quoniam primus in Pelio monte Chiron Centaurus id inuenisse dicitur. Testis Nicander in Theriacis suis est. πρώτην μὲν χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι κενταύρου κρονίδαο φερώνυμον, ἥν ποτε χείρων πηλίου ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ. Quorum sit sensus. Primam quidem Chironis medicam radicem sumito Saturnii Centauri nomen habentem, quam Chiron quondam in niuoso uertice

Pelii mõtis

Pelii montis inuentam ostendit. Asclepion ab Aesculapio quod idem Nicãder eodem libro Phlegium uocauit. ἄγρει καὶ πάνακες φλεγυήιον ὅρρά τε πρῶτος παιων μέλανος ποταμοῦ παρὰ χεῖλος ἀμέρσεν ἀμφιτρυωνιάδαο θέρων ἰφικλέος ἕλκος αὖ τε συνηρακλῆϊ κακὴν ἐπυράκτεεν ὕδρην. quod ē. Accipe & panaces phlegeium quod primus circa labra melanis fluuii carpsit Pæon Amphitryonide curans Iphicli filium: qñ exitialem cum Hercule hydram incẽdebat. Pæona Aesculapium intelligit: & Iphicli filium Iolaum qui una cũ Hercule in debellanda Hydra occupatus & ab ea uulneratus Asclepio hoc Panace sanatus est Herculeum auctore Plinio ab Hercule inuentum pariter tradunt. De quibus hic acturus ab Herculeo incœpit: quod notius & cõmunius est. Nasciq; id non in phocide Archadiæ ait ut plerũq; in cunctis græcis legitur & ut alii interp̃tes uertecunt: sed in Psophide. Nulla.n. phocis in Archadia est Boetiæ pars in cunctis geographis nota. At psophis Archadiæ ciuitas antiquissima fuit a Psophide lycaonis filio conditore appellata: quo noie in Acarnania & Achaia ciuitates duæ ẽt fuerunt. Sed hic arcadicã dixit: quod & Plinius indicauit in pheneo Archadiæ nasci panaces hoc testatus. Sunt præterea in to hoc capite multa alia quæ cum aliis eadem nobis nõ sunt: Quale est illud in cẽsu bonitatis radicũ qd hic ait inter cætera τετανάς laudari quã uocem rigentes & rigidas alii interpretati sunt: Cum tñ de inflexibili earum duritie quam rigor p̃prie in latinis significat nihil iudicio nostro Diosc. tunc agat: sed eas iubet panacis quæri radices quæ non sint rugosæ: rugoso enim opponitur τετανόν: faciemq; hoĩs τετανὸν græci dicunt: quæ tenta & plena humore cutis supficie nitet læuorem habet & nullis arcẽ rugis. Multa in significatiõe hac ea uox in græcis audit. Hic ipse ẽt alibi ea sic usus est. Multa etiã aliquibus locis interpretatiõi suæ addidit Barbarus: quæ nullibi in græcis leguntur: qualia sunt. Foliis substratis & area circumpauita & puluillis inclusa. Nihil enim Diosc. aliud ait q̃ excipi succum εἰς φύλλα προϋποτιθέντες εἰς κεκοιλωμένον ἔδαφος: quod est: foliis antea substratis in excauata terra: sunt & pleraq; alia quæ poterunt uolentes cum græcis cõferre: Et inter maloꝝ remedia certius nouisse: sit ne ad capitis dolores simpliciter: an priuatim ad cephalæam de qua longius in aloe diximus referendum: quod ab hoc scriptore dicitur. Misceri herculei panacis liquorẽ acopis καὶ κεφαλικαῖς δυνάμεσιν. Nos.n. obseruauimus aliqñ simpliciter a capite adiectiuũ id fieri aliqñ a capitis permanente dolore quem priuatim cephalæam græci uocant: nec scimus utrum potius recipiendum sit: Inclinat tamẽ animus in alterã partem credimusq; significari ea uoce permanentes cephalææ dolores illos: eamq; ob cãm dolores capitis generis appellatione in eo remedio uertimus: quod quale sit medicinam quotidie tractãtes certius uidebunt.

τετανόν

Rogusum

DIOS. DE Panace Asclepio. Cap. lii.

PAnaces Asclepion. Romani pariter græcis Panaces asclepiũ dicunt. Caulẽ ex terra p̃fert gracilem cubitalemq; Asclepium panaces. Circa quẽ folia fœniculo similia sunt: maiora tñ hirsutioraq; & odorata: habet & in sũmo umbellam in qua flores aurei sunt cũ acrimonia odorati. Radix breuis illi ẽ & cãdida. Contra ulcera: panos: & phagedænas cõcisi flores & semẽ ex melle imponunt. Cõtra serpentes cũ uino bibunt & ex melle inunguntur. Vocant agrestẽ Origanũ qdã etiam Panaces: alii uero Cunilam: de qua inter origanos dictum a nobis est.

INTERPRES.

QVæ hic asclepiũ panaces folia fœniculo similia habere dixit Theophrastus li. ix. de plantarũ historia Thapsiæ nulla diuersitate cõparauit. Siqdẽ thapsia fœniculi folio ẽ: ut hic in eius historia nõ multo post dicet. Idẽ radicem Panacis huius crassam & candidam esse dixit. Verba eius sunt. τὸ δὲ ἀσκληπιεῖον τὴν ῥίζαν μῆκος μὲν ἐστὶν ὡς σπιθαμὴν· λευκὴν δὲ καὶ παχεῖαν σφόδρα. Eiusq; nos accedente testimonio p̃bauimus qd in uetustissimo & oĩum p̃batissimo mihi codice legebat ῥίζα δὲ μικρὰ λευκὴ qd est: breuis & cãdida. Multus & paulominus q̃ ubiq; i imp̃sso codice hic error est ut λεπτὸν & λευκὸν quoꝝ alteꝝ tenue alteꝝ candidũ significat inuicẽ commutẽtur. Quãq; alii tenuẽ uertecunt nos Theophrasti & melioris codicis fide adiuti candidam diximus. Nõ posse aũt tenuẽ legi idẽ Theophrastus indicat dicens σφόδρα παχεῖαν i. ualde crassam eẽ Superest ut de lõgitudine eius ẽt aliqd dicamus Theophrastus σπιθαμιαίαν i. dodrantalem dicit: hic μικρὰν i. paruã & si in melioribus græcis μακρὰν i. lõgã legat: Cogitandũq; in radicis longitudine est breuis ne an lõga dicẽda sit q̃ dodrãtalis fuerit. Est aũt spithame græcis & latinis auctore Pli. li. vii. capite iii. dodrãs: Lõgitudo & qd capit spatiũ humana manus a sũmo pollice usq; ad sũmũ minimũ digitũ extẽsa: quæ mẽsura qm̃ in tres quartas humani pedis partes incurrit dodrans dicta est. Sic.n. ueteres Romani nouẽ in libra uncias appellauerũt. Variãt Plinius & Pliniũ secuti in hac mẽsura nũc pedalẽ nũc Semipedalẽ: & aliqñ palmarẽ uocãtes: q̃ & si uideat descripto a nobis dodrãti & spithame cõgruere nihilominus utẽdũ ea nõ ẽ. Ne cõcurrat cũ antiquo palmo q̃ quatuor digitorũ in hominis manu ut sunt cõiunctoꝝ sine pollice mensura est: quæ sexies repetita cubitum Ro-

σπιθάμη

Dodrans

Antiquus palmus

Cubitus romanus

manũ cõſtituit: qui ex uiginti & quatuor huiuſcemodi digitis conficiebatur. Nobis in radice herbæ qualis panaces eſt dodrantalis menſura longior potius q̃ breuior uidetur: & nihilominus mutare aliquid auſi non ſumus: quoniam non eſt facile certum aliquid in iis conſtituere.

DIOS. DE Panace Chitonio. Cap. liii.

P Anaces Chironion. Romani pariter gręcis Panaces Chironium dicũt. Naſcitur in Peliomonte Chironium panaces præcipue. Folio amaraci eſt. Aureos habet flores: Radicem gracilem: nec profundam & in guſtu acrẽ. Bibitur contra ſerpentium uenena radix: & frondes in eũdem uſum eadem utilitate emplaſtri modo imponuntur.

INTERPRES.

D Iſcrepant toto gñe in hiſtoria folioꝝ Chironii panacis Theophraſtus & hic ſcriptor. Ille enim lapatho quæ latinis rumex eſt ea comparauit. ἔχει δὲ τὸ μὲν χειρώνειον φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ: μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον: quibus uerbis niſi uitioſa ſint ce trius aliquid aodiri non põt: hic φύλλα δὲ ἔχει ἀμαράκῳ ὅμοια: quæ id indicant qd nos pauloante diximos folio Amaraci eſt: quod in tam graoibus antiqſq; ſcriptoribus merito aliqs demiret: multoq; magis q̃ uterq; habet antiquos alios ſcriptores idem in cõmentariis ſuis teſtatos. Hic ſcriptor Nicandrum in Theriacis ſuis qui de Chironio panace hoc agens ait. πρώτην μὲν χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι κενταύρου κρονίδαο φερώνυμον ἥν ποτε χείρων πηλείῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσατο δειρῇ· τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη &c. Quoꝝ is eſt ſenſus qui nõ multo ante in Herculeo panace dictus a nobis fuit: idq; amplius. Quod amaraco ſimilis fuſa circũoolo itur coma: ἀμαρακόεσσαν enim ille amaraco ſimilẽ dixit. Ille Plinium qui lib. xxv. capite. iiii. de Chironio panace ait foliũ eius lapatho ſimile: maius tñ & hirſutius. Quæ licet iiſdẽ uerbis ex Theophraſto reddita ab eo fuerint: nec maior ob id fides huic hiſtorie accedat: antiq̃ ſalrẽ Theophraſti eam fuiſſe lectionẽ teſtant̃. Graues utrinq; ſcriptores ſtant: nec leui auctoritate utrinq; pugnat̃: & in re non ſatis noſtra ætate certa difficilimũ eſt cenſere aliqd: inueniſſeq; quõ rumicis & amaraci foliis quoꝝ grandius alteꝝ: alteꝝ breuius eſt comparari eodem tpe folium aliqd̃ poſſit: Niſi forte dixerit aliqs in altero figurã in altero quãtitatẽ in cõparatione æſtimari. Veꝝ in tanto diſcrimine parũ uteriſimile id ẽ Solent enim cognomines plantæ qoales hæ ſunt maiore ſui parte inuicem ſibi ſimiles eſſe. Idque in Origanis: Veſſicariis: utroq; Elleboro aliiſq; huiuſcemodi manifeſte dęphendit̃. Neq; ego is ſum qui facile pſuadear: Si Herculeũ Panaces qd hic ait folia hrẽ πρὸς τὰ τῆς συκῆς quod eſt ad ficulnei folii figuram multoq; magis magnitudinẽ: & Theophraſtus φύλλον ἔχει μέγα καὶ πλατὺ καὶ τριπτίλαμον πανταχῆ quod eſt habere herculeum panaces foliũ grande: latum: & in oẽs partes trinis dodrantibus Chironiũ hoc ob ſimilitudinem Panaces itidem appellatũ folio Amaraci eſſe. Inclinat ob eam cauſam aius in Theophraſtũ qui rumicis folio chironii huius Panacis folia comparauerit quæ grandia panacum omniũ foliis magis congruent. Quodq; a Nicandro & ſcriptore hoc de Amataco dicitur odoris coloris aut figuræ tm̃ rationem habere. Legentibus tamẽ & herbarum peritioribus liberum & arbitrarium hoc quemadmodum & multa alia, relinquitur.

DIOS. DE Liguſtico. Cap. liiii.

L Igyſticon. Sunt qui Panaciam ſiue Panaces uocent. Romani pariter gręcis liguſticum dicunt. Plurimum in liguria naſcitur liguſticum: unde & nomen inuenit in monte qui Appenninus dicitur alpibus contermino. Neq; ab re Panaces incolæ id uocant: quando & radix & caulis & uires Herculeo panaci ſimiles ſunt. Naſcitur in altiſſimis: aſperis: umbroſiſq; montibꝰ & prope profluentes aquas plerũq;. Coliculum ex ſe mittit gracilem anetho ſimilem: geniculatum: circa quem folia ſunt campanæ ſertulæ ſimilia: teneriora tantũ & odorata: graciliora continue: Quo ſummo cauli propiora: pluribuſque inciſuris diuiſa. Habet in ſummo caule umbellam: in qua ſemen nigrum: ſolidum: oblongum: ad figuram fœniculi ſeminis accedens: ſapore acri & aromatum modo odoratum. Radix illi candida eſt: herculeo panaci ſimilis & odorata. Eſt ſemini radicique calefaciendi uis: Concoctiones adiuuant: Interaneorum doloribus accomodata ſunt: Tumoribus itidem inflationibuſque & ſtomachi preſertim uenenarorumque iniuriis. Pota eadem menſes & urinam pellunt. Appoſita etiam idem præſtant. Oxy-

poris

potis utiliter miſcetur radix & ſemen: & his quæ adiuuandis concoctionibus conficiuntur. Stomacho utiliſſimum liguſticum eſt: ideoq; pro pipere ad obſonia & pulmentaria uruntur eo ligures. Adulreratur ſemine quodam ſimili ſed amaritudine in guſtu deprehendirur. Quidam præterea fœniculi ſeſeliſq; admixtis ſeminibus liguſticum adulterant.

INTERPRES.

P Ro pipere liguſtici ſemine utebatur ubiq; antiqua & ruſtica plebs: ſerebatq; in hortis ſuis: licet nõ adeo efficax ut in montanis liguriæ per ſe naſcens: nõ tam quia piperis eam nondũ copiam miſerat India quã noſtra ætas peragrato omni indico mari habet: q̃ quia peregrinis mercibus libenter abſtinentes: Nõ minus ſibi q̃ aliis in obſonioꝝ cõdituris liberalem fuiſſe naturam indicare uoluerunt. Ideoq; q̃bus regio hæc noſtra abundat libenter utebant̃. Sentiebant etiã quas habet nimias Piper in calefaciendo & ſiccando uires: parcenteſq; illi ex montibus hortiſq; ſuis ad cœnam saporẽ: uireſq; eius alias quærebant. Præſtabant id multa quondã in herbaꝝ & ſeminum genere: ſed liguſticum preſertim quo Columella ultimo ultimi libri capite ad oxypora uti docuit. Frequens peculiariſq; Apennini montis ad alpes planta hæc eſt: a gente inuento noĩe: quod ẽt a græcis oĩbus recæptũ fuerit idq; ex Galeno ſcriptore hoc cũctiſq; aliis patet in liguria naſcitẽ ſtantibus & ſi ut pauloante diximus in hortis ſeri poſtea cœperit: ne ex India longinquiſq; locis repetendum eſſet quod ſapore piperis obſonia & pulmentaria coꝝ tẽpoꝝ cõmendaret. Credimuſq; nos eſſe hoc quod Columella lib. xii. Panacis noĩe autumno & uere ſeri iubet leni & ſubacta terra: raris interuallis quo maius incrementũ capiat. Idem quo diximus paulo ante loco oxyporis miſceri liguſticum iubet & qualia antiquis oxypora eſſent & quo modo conficerentur longiſſime etiam docuit, ſic dicta q̃ aceto condita ad intinctus ſeruarentur.

DIOS. DE Paſtinaca erratica. Cap. ly.

S Taphylinon agrion. Sunt qui Ceras: qui comen uocent. Aegyptii Babibyron: Aphri ſicham. Romani erraticã paſtinacam dicunt. Folia Gingidii habet latiora tñ & ſubamara: Caulem rectum: aſperumq; & in eius cacumine anethi umbellam: in qua flores ſunt exiguum quid purpuræ in medio habentes: qđ tamen in croci colorẽ uariet. Radix illi eſt craſſitudine digitali: dodrantali longitudine: odorata & quæ cocta edendo eſt. Ducit menſes potũ appoſitum ue ſemen eius: Vrinæ anguſtiis: Subeuntibus curem aquis: & laterali dolori quem pleuritim dicunt ſubuenit. Contra uenenatoꝝ morſus ictus ue utile eſt. Ferunt p̃terea nõ lędi a uenenatis qui id præſumpſerint. Concæptus idem adiuuat: Quin etiam radix ipſa urinam cit & uenerem ſtimulat. Fœtus ex utero trahit appoſita. Repurgant ulcerũ phagedęnas conciſa & ex melle impoſita folia. Magis edẽdo ẽ hortẽſis ſtaphylinus quã ſatiuã paſtinacã Romani dñt. Ad eadẽ oĩa ſed minore efficacia utilem.

INTERPRES.

S I liceret in plantis & in medicæ materiæ diſciplina qđ in republi. & gentibus quotidie fit: quas mutato noĩe legentes fallere uoluiſſe deprehenderemus ſine honore in cõmentationibus his nr̃is relinquere: nũq̃. n. ſine ſuſpitione fraudis hoĩ fuit mõ hũc mõ illum appellari uoluiſſe; exiguus aut nullos in utraq; paſtinaca labor mõ nobis eſſet: prætentamq; peritioribus a Dauco ſecernendam traderemus: qui non multo poſt priuatim ab hoc ſcriptore deſcriptus p̃prium genus & in eo p̃priam hiſtoriam q̃m a paſtinaca alius ſit nec ſola cõſitione differat iuenisse uĩ. Sed cogunt diuerſæ gentiũ in plantis appellationes & ob diuerſas uires neq; eaſdem penitus notas earũ diſcrimina quod alioquin unũ idemq; eſt noĩbus augeri: multiplexq; credi quod in eodẽ genere unum alterũ ue diuerſum cuncta uero alia eadem habet. Quæ nos in antiqua plantarum earumq; nominum ratione ignorantes dubitare cogimur idem ne hoc illi ſit: & quid diuerſo nomini cãm in antiquis fecerit. Idq; in Staphylino quã Romani paſtinacam dicunt maxime fit. Cuius duplex genus ſatiuum. ſ. & agreſte rurſuſq; agreſtis multiplex potius diuiſio q̃ genus ſuſpitiõem quorũdã merito auxit: Sit ne agreſti paſtinacæ idẽ Daucus an alterius gñis herba: p̃ſertim duobus capitibus diuerſiſq; locis de utroq; tradente ſcriptore hoc: Veꝝ ex his quæ in græcis & latinis obſeruata diu a nobis fuerunt ſciendum illud eſt Staphylinum a græcis ſimpliciter paſtinacã dici olus & oleris notiſſimam & quotidiani uſus radicem: nullaq; adiecta nota alia ſatiuam ſemp intelligi. Sic Columella in carmine ſuo cecinit, Lætetur mollemq; ſinum ſtaphylinus inumbret,: Serenda n. in

hortis tunc numerabat. Idem libro decimo capite. iiii. Tunc agrestis pastinaca & eiusdem nominis
edomita quam græci staphylinum uocant: edomitam satiuam intelligens Sic rei rusticæ & hortē-
sium scriptores alii. Plinius quoniam utriusq; quotidianus esset usus satiuæ agrestis ue addito di-
scrimine alterutrā plerūq; indicat. Habet satiua hæc ut fere in plātaꝝ gn̄e oīa diuersam sibi silue-
strem nascentem obiq;: multi usus & ipsam: & in medicina presertim. Nā satiua illa præcipuū ha-
bet in sanitate inter olera usum Siluestris uenit & ipsa quidē in quotidianos cibos: Sed ob multas
quas habet medicas uires a medicis celebratur & expetitur magis. Hanc græci nunq̄ nisi addito sil-
uestris discrimine appellant σταφυλῖνον ἄγριον uocantes. i. pastinacā siluestrem. Intelliguntq; eā quæ
locis incultis nascens Satiuæ pariter frondeat & floreat: sed minore radice & magis fibrata sit Silue
strem hanc iidem græci ut rectiore uocis discrimine a satiua illa separaretur Daucū dixerunt. Te-
stis pluribus locis Galenus: qui de utroq; Staphylino agens ait ὁ μὲν ἥμερος ἀσθενέστερος ὁ δὲ ἄγριος
ὃν καὶ δαῦκον καλοῦσι. Quod est Satiua quidem pastinaca ignauior: agrestis uero quā Daucum uo
cant &c. Agrestem Staphylinū Daucū tanti nominis auctor uocari tradidit. Testis Paulus Aegine-
ta lib. vi. de simplicibus agens. δαῦκος ὁ καὶ σταφυλῖνος quod est Daucus qui & Staphylinus Sed ma-
nifestius primo uolumine capite de his quæ edendo radices habēt: in quo cum plures alias nume-
rasset radices σταφυλίνου καὶ δαύκου ait: quod est: Staphylini aūt & Dauci satioam & siluestrē pasti
nacam intelligens Plinius præterea multis locis & ipse congenerū duaꝝ radicum discrimina aper
te indicauit. Nec dubitandum cuipiam est: quin Staphylinus græcis & pastinaca latinis simpliciter
dicta in hortis consitam nō significet: Lōgiorē crassiorem nec fibris capillamentis ue tot quot silue-
stris in terra hætētem: Daucus uero illis nobis agrestis pastinaca siluestrē illam significet in aruis:
pratis & incultis locis per se nascētē: Cuius radix per hyemē satis grata in cibis etiā sit. Estur. n. cru-
da in acetariis: sed cocta suauius respōdet & sapit. Rura nostra satiuā illam pastinacam: Siluestrem
non multo diuersa uoce mutatisq; tm̄ aliquot litteris appellant ut ex hoc etiā cōgeneres herbas esse
conicere liceat. Superest modo ut dicamus si satiua tm̄ & agrestis pastinaca sit: illaq; simpliciter pa
stinacha: hæc Daucus quondā aut siluestris pastinaca dicta fuerit: cur duobus capitibus diuersis lo
cis primūq; sub titulo agrestis pastinaræ: mox sub Dauci uoce de eadē planta hic scriptor egerit.
Quod ex Theophrasto Plinioq; nouisse difficile non fuerit. Neq;. n. hic quia diuersi omnino gene-
ris sunt siluestris Staphylinus & Daucus duobus locis & duplici historia de eis egit: sed q̄ uariante
in diuersis gentibus earū herbarū natales & uires natura testari in medicina seorsum id oportebat.
Plura. n. Daucoꝝ genera numerauit antiquitas non genere sed natali solo diuersa. Indicatq; id Pli-
nius lib. xix. capite. iiii. qui cū agrestem satiuamq; pastinacam numerasset: moxq; tertiā quā ille hi-
biscum noīat statim subiecit. Est & quartū genus in eadē similitudine pastinacæ quam nostri galli-
cam uocant: Græci uero Daucon. Ex quibus coniicere facile est quondā in græcis nō oēm siluestrē
pastinacam Daucon ut postea factū est: sed propriū priuatimq; aliquod id eius genꝰ uocatū fuisse:
quale Theophrastus lib. ix. de plantarū historia his uerbis indicauit: δαῦκον δὲ περὶ τὴν σπαρτικὴν
τῆς ἀχαΐας διαφέρει θερμαντικὸν φύσει· ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν: quod est Egregia bonitate autem Dau-
cus in Achaiæ Spartensi agro: Calefacit natura: & nigrā habet radicem: qui color in satiua & agre-
sti pastinaca nescio an in Italia uisus aliqn̄ fuerit. Ex eo non fuerit in hoc scriptore absurdū bis de
eadē planta diuersisq; noibus actū fuisse: Primū ut quas habet in medicina uires agrestis oīs pasti-
naca ubiq; nascens indicaret: mox Dauci appellatione Cretica ut ille in Dauco ait & certis locis na-
scens doceretur: cuius ꝓpriæ uires propriam sibi ēt historiam exigerent. Potuit & illud io cā eē q̄
quo tpe hic medicinā suam cōmentabatur Dauci appellatio nō omnibus siluestribus pastinacis re
spondebat: sed Creticæ tantū. Quos. n. nos testes citauimus Galenū & Paulum Aeginetā cum ostē-
deremus pauloante eundē illis esse Daucū & siluestrem Staphylinum huic scriptori posteriores
fuerunt: & quod certæ rei ante eos æstimationem habuerat mutata ut cæteris humanis rebus fit uo
cum fortuna aliud significare potuit. Quotidie. n. fieri uidemus: qd Flaccus ait: perire multas rena
sci multas subinde uoces si uelit usus. Quem penes arbitrium ius est & norma loquendi. Nobis ut
tam multa colligamus pro cōperto est Agrestem Staphylinū & Daucū græcis eādem radicem ex
multo tpe esse: & a latinis erraticam pastinacam uocari: & in hoc scriptore nō damnandam eiusdē
plantæ duplicem historiam Factū. n. id est uel ob diuersas uires & notas quas cretensis & in Achaia
nascens Daucus haberet ob quas hic a cōi Staphylino hac uoce separauit: uel in quam partem nos
propensiores trahimur qm̄ Dauci uox antiquiore illa ætate priuatim inter siluestres Staphylinos
aliquam indicans a posterioribus ob similitudinem ad totū eoꝝ genus translata fuerit: pertinetque
eo quod Plinius ait. Est & quartū genus in eadem similitudine pastinacæ nascēs quā nostri Galli-
cam uocant: græci uero Daucon. Ex his. n. ratiocinari licet Daucum similē pastinacæ erraticæ eē nō
eondem: & a Romanis nomine gentis distingui queadmodum in græcis a Staphylino agresti alio
nomine distinguebatur. Hunc siue siluestrem Staphylinū siue Daucon appellet aliquis hic κέρας
. i. cornu uocari ait quod & græcoꝝ Lexica testant: in quibus legit σταφυλῖνος ἄγριος ὃν ἔνιοι κέρας
καλοῦσι. Credimusq; nos quod paulo ante dictū est a cornu forma & longitudine sic dictū a græ-
cis fuisse: potuit tm̄ & alia rōne sic uocari a fibrata & capillata radice quam habet. κέρας . n. ut testat
Plutarchus in libello cui titulus est utorbi in terrestribus an aquatilibus maior prudentia sit: an
tiquis

tiquis græcis τρίχα.i.capillum significabat. Cuius significationis inditiũ est κείρασθαι uerbum qđ tondere est & κουρά nomen.i.tonsura: & qui apud Archilochum κειροπλάστης legebatur ὁ περὶ κόμην καλλωπιστής: idest qui in ornanda coma occupatur. Quæ sententia melior & probanda magis uidetur ob id quod statim sequitur. Sunt qui & comam Staphylinum agrestem ob eandem scilicet causam uocent.

DIOS. DE Omni Seseli: & primum de massiliensi. Cap. lyi.

Sesseli Massiliense. Sunt qui Spagnon: qui Platycyminon.i.latum Cyminum uocent. Romani pariter græcis Seseli dicũt. Fœniculi folia habet caulem tamen crassiorem: & umbellam Anetho similem in qua semen est angulosum: longum: & in cibo acre. Radice lõga est & odorata. Calefaciũt radix & semen: bibunturq; utiliter contra uesicæ stillicidia: & in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus. Prosunt strangulatu uuluæ concidentibus. Prosunt & comitialibus. Menses & fœtus ex utero ducunt. Faciunt ad iteraneorum uitia omnia: & diutinis tussibus medentur. Adiuuat concoctiones potum cũ uino Massiliensis Seselis semen. Soluit tormina. Febribus quas græci Epialos dicunt utile est. Viatores contra frigora cum pipere & uino utiliter id bibũt. Datur ut partus adiuuet capris quadrupedibusq; aliis bibendum. Quod uero Aethiopicum dicunt & Aegyptii Cyonophricẽ appellant hederæ folia habet: minora tantum: oblongaq; ad periclymeni longitudinem accedentia. Grandis frutex est. Viticulas fere bicubitales habet: in quibus dodrantales ramuli sunt: & anethi figura capitula Semen densum tritici modo: nigrum: amarum: massiliensiq; acrius & odoratius. Quod postremo in Peloponneso nascitur cicutæ folia habet latiora tantũ crassioraq; Caulem Massiliensi maiorem ferulæ figura: in cuius summo lata umbella est & in ea semen latius: odoratum & carnosius. Vires habet easdem. Nascitur asperis uliginosisq; locis & tumulis. Nascitur & in insulis.

INTERPRES.

Seminis figura latum Cyminũ in græcis Massiliense Seseli aliqui ut uidet: appellauerunt. a Ea uox in antiqs eoꝝ codicibus adhuc seruatur: nec nos eam neglexi mus dicẽte Plinio optimum Massiliense: lato enim grano & fuluo est. Mederi id febribus hic scriptor ait: quas græci Epialos dicunt: que proprium inter quotidianas genus & causam habent: & si posteriores aliqui epialos febriũ cũ tremore algores significare tantum crediderint. Nos ut tota res certius pateat ex græcoꝝ medicis: Pauloq; Aegineta in primis rationem nominis mox genus & causam dicemus. Eius de nominis causa uerba hæc sunt. λέγεται δὲ ἠπίαλος ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἁλὸς λέγω δὲ τῆς θαλάσσης ἠπίας μὲν φαινομένης: χαλεπῆς δὲ κατὰ τὰς ἀρχὰς αὐτῆς ὑπαρχούσης ἢ παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν. ὅπερ ἐστὶ θερμαίνειν. Quæ sic uertat aliquis. Dicta aũt Epialos febris est: aut per translationem a mari; quod a principio tranquillum difficillimum fit: aut quoniam blande & leniter calefacit. De origine uero & causa longius & in hæc uerba ab eodem libro secundo agitur. τὸ ὑαλῶδες φλέγμα ψυχρότατον ὑπάρχον ἁπάντων φλέγματος εἴπερ ἄσηπτον ἔτι μένον ἐν ὅλῳ πλεονάσῃ τῷ σώματι, ἀνεκθέρμαντον, ἐργάζεται ῥῖγος ἄνευ πυρετοῦ. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐπὶ χυμοῖς ἀναπτομένων πυρετῶν ἡ σῆψις μάλιστα τὴν πυρετικὴν ἀνάπτει θερμασίαν. εἰ δὲ σαπείη δι' ὅλου μὲν ἑαυτοῦ σηπομένου, ὅπερ ἐστὶ σπάνιον διὰ τὴν ἄμετρον σῆψιν ἀμφημερινοῦ παραίτιον γίνεται. ἡμισαπὲς δὲ γινόμενον οὐδὲ ὅλης αὐτοῦ τῆς οὐσίας ὁμαλῶς ἀλλά τινων μὲν μορίων σηπομένων τινῶν δὲ μενόντων ἀσαπῶν τὸν ἠπίαλον ἐργάζεται πυρετόν. καθ' ὃν ἅμα ῥιγοῦσί τε καὶ πυρέττουσι τὰ μὲν ἄσαπτα μόρια τοῦ χυμοῦ δι' ὅλων ἐνεχθέντα τῶν φλεβῶν ἢ καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος τὸ ῥῖγος ποιεῖ, τὰ δὲ σεσηπότα τὸν πυρετὸν ἀνάπτει. Quorũ sensus hic sit. Si uitrea pituita omnium aliarum pituitarum frigidissima nondum putrefacta toto abundauerit corpore inexpugnabiles & qui calore nullo euinci possint sine febre cum tremore algores facit. In febribus enim quæ in humoribus accenduntur: putrefactio maxime caliditatem febrium accendit. Quod si tota pitoita hæc putruerit (quod tamen raro fit) ob imẽsam putrefactio nẽ quotidianæ febris cã est. Cũ uero nõ tota æqualiter sed dimidiũ eius: aut aliquæ partes putruerint: aliquot uero nõ putruerint Epialũ febrẽ hác facit: in qua simul cũ algore tremor & febris caliditas est. Quæ enim partes humoris eius non putruerunt oibus uenis aut reliquo corpori com-

ἠπίαλος πυρετός
Epialus febris

περίοδος ἐν πυρετοῖς κρυμώδεις πυρετοὶ κρυμοὶ

mixtæ & sparsæ cum tremore algores faciunt. Quæ uero putruerunt febrē accēdūt. Et hoc febris genus Epialon medici tm̄ uocauerunt. Posteriores & qbus non fuit præcipuū medicinæ studium febrium frigora intellexisse hac uoce plerunq; uidentur. Est illud in extremo Massiliensis seselis capite cogitandum an legendum in hoc scriptore sit καὶ πρὸς τοὺς ἐν ὁδοῖς κρυμούς: quod est itinerꝫ frigora &c. & a nobis uersum est: Viatores contra frigora &c an potius πρὸς τοὺς ἐν περιόδοις κρυμούς.i. circularium febrium frigora. περίοδος .n. græcis ut Galenus libro diffinitionum suarum docuit certum est incrementi & decessionis in morbo tempus: priuatimq; ea uoce græcorum medicina in tertianis: quartanis: aliisq; huiuscemodi usa est. κρυμούς aūt frigora: & κρυμώδεις πυρετούς. i. febres (si sic licet dicere) frigidas Galenus eodem libro descripsit: quæ mixtam cum tremore algoribus caliditatem habent: ut dixerit Dios. Epialis mederi seseli Massiliense & in genere febriū κρυμώδεσιν.i. his quæ algoribus illis mixtam habent caliditatem: in quam partem inclinat nobis animus. Nihil tamen in cōi oium lectione mutauimus: frigoribusq; in itinere ꝓdesse diximus. Barbarus id ad niuem tm̄ contraxit dicens: per niuem ituris bibere id cum uino & pipere ꝑcipiunt: quasi pruina: glacies: uenti: gelicidiaq; alia non pariter: ac nix in itinere homini noceāt. Nec eadem omnium in nocendo uis & ratio sit. Quin etiam in græcis κρυμός nō magis niuem q̄ glaciem aliaq; huiuscemodi & ex his factum frigus significat.

DIOS. DE Tordylo.i. Cretico Seseli. Cap. lvii.

T Ordylon. Sunt qui Tordyliū: qui Creticum seseli uocent. Romani pariter græcis Tordylen dicunt. Nascitur in Amano Ciliciæ monte breuis & fruticosa herba: paruo in orbem circūacto: duplici: & clypeolis similis semine modice acri: & aromatum mō odorato. Bibitur contra urinæ angustias. Ducēdis mensibus prodest. Sanat cum urinæ malo aliquo renum dolores potus in passo decem diebus trium obolorum pondere ex caule: semineq; adhuc uiridi expssus succus. Efficax etiam & radix: adiuuatq; pectoris uitiorum excreationes in eclegmate cum melle.

INTERPRES.

N On habet certum in antiqua medicina Tordylon hoc nomen: nec certam penitus historiā: aliter aliis id appellantibus & de eo tradentibus. Plinius non satis cognouisse rem uidetur diuersas ante se scriptorum sententias tantum referens. Paulus Aegyneta in.vi. Gordilō nō Tordylon uocat facili tm̄ & lubrico in una tantum littera ad uitium lapsu: quo loco easdē huic scriptori uires illi adscribit: Alii fœminino genere Tordylem uocauerunt: alii seselis semen hoc noīe censeri uoluerunt: alii sui generis herbam græciæ & Italiæ peregrinam: ideoq; parum notam. Nec nos quod pro ea dicamus aliud habemus q̄ seselis genus esse credere nos: ex quo hic statim ab omni seseli eam descripsit; propriumq; & priuatim ab illis aliud a gente in qua nascereť nomeo sibi inuenisse. Fecit rei incertitudo hæc ēt ut in fine capitis ab aliquo qui deprehendisse Tordylon se crederet: accreuerint aliqua quæ in impresso & plerisq; aliis leguntur ab aliis interpretibus continuata sermonis serie reddita. Nos ea reliquimus indigno huic scriptori uerborum ductu tractata & in uetustissimis græcis latinisq; nusquam inuenta.

DIOS. DE Sisone qui & Sinnus dicitur. Cap. lviii.

S Isona. Sunt qui Sinnon uocent. Romani pariter græcis Sinnona dicunt. Exiguum semen in Syria nascens Sison est: apio simile: oblongum: nigro colore: & feruidæ in gustu naturæ. Bibitur ad lienem: urinæ angustias: & suppressos menses. Vtuntur eo incolæ ad condimenta cum elixa cucurbita ex aceto sumentes. Habet in cacuminibus exigua ueluti grana.

INTERPRES.

C Ognouit Hippocrates Sinnon Sic.n. eum appellat: cognouit & Paulus Aegineta qui calidū & subamarum esse testatus est: ideoq; concoctiones adiuuare: menses pellere: & interanea quæ græci σπλάγχνα dicunt laxare. Latini scriptores quod hactenus legerim aut meminerim: nihil de eo egerunt. Hic etiā exiguum semen in Syria nasci dicens importune relicta herba historiam eius incœpit. Fuisse rē & usum eius satis Hippocrates: Paulus: græciq; omnes & latini huius scriptoris codices testanť. Quod nos remorať & suspendit capitis & historiæ tm̄ a semine principium est. Oportebat enim a planta descriptionem incipere: nisi forte in re tunc nota satis hic fore credidit ex eo quod in usu erat totam indicasse plantam. Fuerunt ex posterioribus aliq qui quoꝗ

niam Apio simile hic esse dicat silvestre Petroselinon esse dixerint: quod parum uerisimile est: cũ hic in Sytia tm̃ nasci testetur.

DIOS. DE Aniso. Cap. lix.

a Nisum. Romani pariter græcis Anisum dicunt. Nascitur notũ oĩbus Anisum. Probaẽ quod recens: incremento suo integrũ & speciosum: egregio efficaciq; odore: nec furfurosum est. Primá ex gẽtibus bonitatis æstimationẽ habet crencũ: mox Aegyptiũ: Calefaciẽdi siccãdiq; in uniuersum uires hebet oẽ Anisum. Oris halitũ cõmẽdat. Sõno dolorẽ leuat. Vrinã cit: & hærẽtia disiicit. Bibitur utiliter in subeũtibus cutẽ aquis: arcetq; sitim. Cõtra oĩa quæ ictu morsu ue uenenũ relinquunt accomodatũ est. Inflationibus cõfert: Aluũ & fœminaꝝ albas fluctiones sistit: Lac pritat: & uenerẽ stimulat: Suffitu capitis dolores naribus haustũ sedat. Quin ẽt aurĩũ rupta concisum & cũ rosaceo instillatum sanat.

INTERPRES.

e Oalterat importuna sed facile cognoscenda insitione cũ Aniso textus: de quo superiore capite priuatim a Dios. & a nobis dictũ fuerat Sison: nihilq; nõ in utroq; pariter legebaẽ. Nos qm̃ misceri simul in medicæ materiæ disciplina diuersa nõ pñt: & si iprudenter ab aliquo mixta fuerint ab his q eá tractant secerni debent. Nõ paꝝ in instaurando hoc capite laborauimus: tam uarie in antiquis græcis legebaẽ. Aliis hoc illud ue in fronte: aliis in extremo calce cõstituentibus: Secutiq; in hoc officii genere meliores & pbatiores codices sumus: nihil quod nõ in pluribꝰ saltem legereẽ adiicientes auferentes ue aut mutantes: præterq̃ id totũ quod ex superiore Sisonis capite ad Anisum transierat. Quãtumq; id sit: poterũt ex alioꝝ editionibus uolẽtes cognoscere. Notũ oĩbus Anisum est: cuius in usu semẽ solum sit: eamq; ob cãm a nobis relinquendum.

DIOS. DE Caro. Cap. lx.

c Aron. Romani Caron uel careum dicũt. Exiguũ notũq; oĩbus semen est. Calefacit: urinam cit: stomacho accomodatũ & in cibo gratum est: Cõcoctiones adiuuat. Vtiliter antidotis & oxyporis misceẽ. Aniso ꝑportiõe respondet. Radix elixa pastinacæ modo edendo est.

INTERPRES.

m Edicinam pluribus subinde remediis instruens hic scriptor Cari semen ꝑcipue cõmendauit. Atheneus cõtra ganeã ciboṡq; Dipnosophistas illos suos nonũ sui operis cõmentario docens radicẽ celebrauit Maiorẽ pastinacã appellans uulgari hac & quotidiana meliorẽ. Idẽ Paulus Aegineta libro primo capite de radicibus quæ edendo sunt tres has ueluti congeneres his uerbis coniunxit ςαφυλίνου δὲ καὶ δαύκου καὶ κάρου αἱ μὲν ῥίζαι ὀλιγοτροφώτεραι τῆ γογγυλίδων εἰσί: θερμαὶ δὲ καὶ ἀρωματίζουσαι σαφῶς καὶ οὐρητικαὶ &c. Quod ẽ. Pastinacæ uero: agrestis pastinacæ itidem: & Cari radices minus q̃ rapa nutriũt: calent tñ odorateq; sunt: & manifeste urinã ciẽt. Ex quibus rõcinari & colligere licet: aut pastinacis cõgener aut illis nõ dissimile Carõ hoc eẽ. Nihil de eo nos ultra monemus: non paruifaciẽdũ tñ est duobus illis græcæ rei antiqs auctoribus genus & radicis cũ figura usum inuenisse. Erit.n. posthac forte aliqs qui exigua hac ueluti luce sibi porrecta Cari certiorẽ docere alios in scriptore hoc poterit historiã. Inter radices.n q̃ edẽdo sunt: & pastinacæ cõgener aut simile saltẽ ẽ: pegrinũ forte Italiæ aliis locis copiosum & freqũẽs. Ex his.n. q̃ de eo docet Paulus Aegineta uulgarẽ & quotidiani usus radicẽ fuisse ꝑ comperto habendum est.

DIOS. DE Anetho. Cap. lxi.

a Nethon. Sunt qui Polgidon: q Anicetũ uocẽt. Aegyptii Arachu: Aphri Scyrria: Daci Polpũ: Magi Cynocephali geniturã: siue Cynocophali capillũ aut Mercurii geniturã. Romani Anethũ pariter græcis dicũt. Proritat lac siccati Anethi comæ & seminis decoctũ. Tormina & inflationes finit. Aluũ neq; ex alto surgentes uomitiones sistit. Vrinã cit: singultus lenit. Oculoꝝ claritati officit: & geniturã extinguit continue potum. Fouentur decocto eius insidẽtes utiliter fœminæ. Tollit condylomata illitus cremati seminis Anethi cinis.

INTERPRES.

q Væ Aniso Sisonem pauloante miscuerat aut librarioꝝ incuria: aut medicoꝝ aliquoꝝ imperitia eadem Anetho totum Caron superiore capite tractatum in aliquibus melioribus græcis inseruit: iisdemq; uerbis cões utriq; easdem uires fecit: Notum oĩbus anethum dicens: ur inā ciere: stomacho accomodatum eē: ori gratum: cõcoctiones adiuuare: antidotis oxyporis additum: Aniso ꝓportione respondere: elixamq; radicem eius ueluti pastinacæ edendo eē. Quæ oia Cari sunt: & anetho congruere nequeũt. Neq;.n. Anethi radix pastinacæ modo in cibos uenit. Et ex uiribus illis aliis: sunt etiam quæ Anetho parum conueniant. Ea omnia nos ex Anetho expũximus aliena: & male in hoc caput recæpta. Fecimusq; id cõfidentius contra alterius interpretis iudicium qui in editione sua codices illos secutus ea seruauit. Antiq̃ssimoꝝ græcoꝝ & latinorum ope adiuti in q̃bus nihil huiuscemodi legitur: mox monente rei necessitate: quæ diuersa duo simul misceri non patiebatur. Vtq; importune & turpiter aliena illa in hoc caput irrepserant. Sic etiam legitima & ꝓpria illa aliqua periisse suspicamur. Neq; enim uerisimile est quæ alii omnes præter numerata in hoc capite Anetho in uiribus tribuerunt ab hoc scriptore relicta: aut ei incognita fuisse. Siqdem Plinius ait ciendi fructus præcipuam illi uim esse: cuius rei hic nusq̃ meminit nisi forte cum decreuit finire Anethum inflationes cõi ea inflationis uoce complexus hoc fuerit. Idem Epiphoris radices illini ex aqua & uino: quod in hoc scriptore non legitur. Cruditates itidẽ sanare: nisi forte quos hic ait ἐπιπολαίους ἐμέτους. i. in superficie & ex summo stomacho surgẽtes uomitiones eo ꝑtinent. Et ne ex Plinio plura colligamus cinerẽ eius uuam in faucibus læuare: quoꝝ nihil in hoc scriptore palam legit̃. Paulus Aegineta itidem ὑπνωτικὸν pluribus locis. i. somnificum Anethum eẽ dixit: Presertimq; in. vi quo loco maturare ẽt dixit crudos tumores: & humentibus ulceribus utiliter illini: Virideq; q̃m humidius sit minus calidum & minus maturare. Et si obseruationẽ hãc docuisse hic uideatur cum iussit siccati anethi comæ & seminis decocto utendum esse. Idem p̃terea Paulus. ii. uolumine capite de uigilia ad cõciliandũ somnum anethino oleo ex uirib⁹ herbæ uti iussit. Poterant his multa alia addi: sed satis fore hæc credimus ut intelligant legentes non carere ratione suspitionem nostram: desiderariq; iuste in hoc scriptore quæ alii tam apte docuerint. Anicetũ uo- *anicetum* cari hic Anethum ait cõi oĩbus aliis: quæ cibi appetentiam faciunt appellatione. Sic.n. græci ea dixerunt. Hoc ipsum anethum nisi corrupta in eo uox sit Paulus Aegineta in vi. Anemion uocari ait. ἄνηθον τὸ καὶ ἀνέμιον i. anethum quod & anemion &c. Inter cæteras uires anetho oẽs tribuerũt ut genituram extinguat: uocatq; hic γονήν: Plinius genituram uetit non in anetho hoc tñ sed in plurib⁹ aliis quæ eadem potestate sunt. Pro quo libet addere hoc loco: quod Galenus libro diffinitionum suaꝝ docuit quõ γόνος qui idem τῇ γονῇ est genitura hæc. s. ἀπὸ τοῦ σπέρματος. i a semine differat. Quod & si non satis certũ nobis in eo scriptore sit (nescimus.n. in eo quem Galeni diffinitionumq; eius codicem habemus q̃ integer is locus & incorruptus legatur) qualecũq; tñ est a nobis dicet̃. Verba eius ad hãc rem ea sunt διαφέρει σπέρμα γόνου ὅτι σπέρμα μέν ἐστι τὸ ἐν τοῖς σπερματικοῖς πόροις ὄν. Et hactenus ille ut græci dicunt ἀφοριστικῶς enunciauit. Significatq; eo differre semen a genitura q; semen est in seminariis meatibus adhuc existens. Decretoq; hoc genituram reliquit in eo qđ aut nondum in meatus hos transierit: aut quod iam excretum fuerit. Sed probandum prius illud magis est. Adiecit mox idem Galenus antedictis dicere & appellare semẽ aliquos quod iam excrementum est: & ex Asclepiadis sententia semen in his etiam dici qui per ætatẽ nondũ generare possunt. Genituram uero semen nondũ cõcoctũ. Quæ omnia ut pauloante diximus nõ satis certa ĩ eo scriptore sunt. Qualia tñ uos legimus ea legentibus tradimus ut ex his saltẽ sciant legentes fuisse quondam inter semen & genituram discrimen: ratiocinariq; ingeniosiores possint ex ui potestateq; remediorum & rei necessitate quo tempore: quo ue loco seruatum alterutro nomine dicendum in homine sit: quod ad hominis generationem excernendum aliquando fuerit.

γόνος γονὴ σπέρμα

DIOS. DE Cymino satiuo. Cap. lxii.

c Yminon Romani pariter græcis Cyminũ dicũt. Ori gratũ suaueq; cyminum est: & in eo Aethiopicũ magis: quod Hippocrates regiũ appellauit. Secũdæ bonitatis laudẽ habet Aegyptium: tum reliquum omne. Nascit̃ ĩ Galatia Asiæ: Cilicia & Terentia: pluribusq; aliis locis. Calefaciendi siccãdiq; uires habet. Contra tormina: inflationesq; decoctũ cũ oleo clystere utiliter infundit̃. Cũ hordeacea farina hydrelæo macerata pari utilitate foris ẽt emplastri mõ imponitur. Datur in spiritus difficultate nõ nisi recta ceruice spirantibus cũ posca: & cõtra uenenatoꝝ morsus cũ uino. Testium inflãmationibus cum passa uua & fabę lomento aut cera impositũ opitulat̃. Sistit fœminaꝝ fluctiones & ex naribus ꝓfluuia sanguinis tritũ & ex aceto inditum. Potũ idẽ inunctum ue corpori pallorẽ inducit.

INTERPRES.

Elioreſcere fœliciuſq; puenire Cyminum lib.viii.de plantarum hiſtoria teſtatus Theophraſtus eſt: Si in ſerendo maledicant imprecenturq; illi mala qui id ſerunt: nec minus gaudere m maledictis his & imprecationibus q̃ laudibus & blanditiis in ſpem honoris erigant hoies. Verba eius ſunt ne quis forte id demiret ἴδιον δὲ καὶ ὃ λέγουσι κατὰ τούτου. φασὶ γὰρ δεῖν καταρᾶσθαί τε καὶ βλασφημεῖν σπείροντας εἰ μέλλει καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ. Ruſticæ uanitatis id eſt: qualia rudi ſeculo inuenta multa in agris adhuc ſeruant. Notum oibus Cyminum eſt: nec nos in hiſtoria eius medicina ue habemus: quod legentes moneamus. Illud tñ ſignificamus mutaſſe nos loliaceã farinam quã alii & ex cõi lectione reddiderunt in fabæ lomentum: quo loco hic ait teſtium inflammationibus cum paſſa uua &c Ex meliorum græcorum codicum fide in quibus non legitur σὺν σταφίδι καὶ αἰρίνῳ ἀλεύρῳ: quod eſt cũ paſſa uua & loliacea farina: ſed σὺν ἐρεγμίνῳ ἀλεύρῳ. i. fabacea & fabarum lomento id enim ἔρεγμον græcis eſt: eoq; libentius id fecimus quo & Serapion fabæ farinam uertit. Et qui mihi eſt antiquiſſimus latinus Dioſ cum fabæ polline habet Ex quibus ueluti ad eandem rem concordibus teſtibus ſine periculo fieri id poſſe uiſum eſt. Oportet enim ueram & antiquam fuiſſe lectionem quã tam multis pariter indicet. Suſpicamur eodem hoc loco præterea quod eſt cum paſſa uua: fabæ lomento: aut cera: quod. ſ. hic ait ἢ κηρωτῇ: quod aut cera ſignificat nõ diſiunctiue ſed copulatiue legi cum aliis illis oportere. Neq; ἢ quod eſt uel: ſed καὶ: quod eſt & legendũ eſſe. Multis enim locis in toto hoc opere hic error eſt: & ratio rei neceſſitaſq; exigere uidef ut ex Cymino: uua paſſa: fabæ lomento & cera emplaſtrus fiat: quæ teſtrum inflãmatiõibus impoſita medeatur. Verũtamen qm̃ in cunctis eodem modo id legitur nihil mutatum a nobis eſt.

DIOS. DE Siluestri Cymino, Cap. lxiii.

Yminion agrion. Romani Siluestre cyminum dicũt. Plurimũ & efficaciſ c ſimum naſcitur ſilueſtre cyminũ in Lycia: Galatia Aſiæ: & Hiſpaniæ Carthagine. Exiguus frutex eſt Caule dodrantali: gracili: & in eo quaternis q nis ue foliolis gingidii modo ſerratis. Habet pręterea in ſummo caule quina ſena ue capitula: rotunda: mollia: in quibus glumoſum ſemen eſt. Maiore in guſtu acrimonia q̃ ſatiuum ſilueſtre Cyminũ eſt. Naſcitur in collibus. Bibiturq; contra tormina & inflationes ſemen cum aqua. Finit idem cũ aceto potum ſingultus. Bibitur præterea cum uino contra omnia quæ ictu aut morſu uenenũ relinquunt: & humentem ſtomachum. Cõmanducatum idem moxq; cũ melle & paſta uua illitum ſugillara delet. Teſtium inflãmatiõibus cum iiſdem emplaſtri modo impoſitum medef. Eſt & alterum ſilueſtris cymini genus ſatiuo ſimile: quod ex ſingulis floribꝰ corniculatas ſiliquas ſublimes profert: in quibus nigellæ ſimile ſemen eſt. Potum hoc contra ſerpentium morſus efficaciſſimum eſt. Quin etiam ueſſicæ ſtillicidio: calculis: & ſanguinis concretos grumos cum urina reddentibus ſuccurrit: Superbibendum tamẽ his eſt elixum Apii ſemen.

INTERPRES.

Egenda quo nos diximus modo loca in quibus ſilueſtre cyminum naſci Dioſ. ait: Nõ ut al l tere nouiſſimis huius ſcriptoris interpt̃ibus uertit in Galatiæ Aſia. Neq; n. Aſia in Galatia eſt: nec magis dici id poteſt q̃ ſi in parte totum aliquis conſtituat: & numeret. Se ipſam ſatis res indicat: & in antiqua Geographia: terrarumq; & orbis cenſu nihil certius. Siquidem ut Stephanus Byzantius in cõmentario de urbibus & populis ait Galatas ad meridiem Paphlagonibus finitimos ſic dictos quondam fuiſſe: q Celtæ ad Septentrionẽ habitantes: quos propriæ Galatas dicunt diu iactati regionẽ eam occupauerunt: Seruatoq; gentis ſuæ noie Galatæ in Aſia dicti ſunt: quemadmodũ Celtæ illi qui a noſtris Galli dicuntur in antiqs hiſtoriis ſemp Galatæ ad Alpes ad ſeptentriõem: ad Rhodanum: nam hoc io Gallia flumen præcipue græci nouerant appellati fuerũt. Fuitq; antiquis ſcriptoribus ſemper hic mos ut Galatas nominantes ne quis in æquiuoca gentis appellatione hæreret: quã illi incolerent regionem addere Aſiæ Galatas aut ad Alpes Galatas dicentibus. Quod ſæpe hactenus in his & aliis gentibus fecit: & hoc loco etiam hic ſcriptor non in Aſia Galatiæ ſed in Galatia Aſiæ naſci ſilueſtre hoc Cyminum dicens: ne ex Gallia celtiſq; ſed ex Aſia peteretur. Quale autem in eo nos glumoſum ſemen ἀχυρῶδες ſcilicet dixerimus ſatis nouiſſe poterunt: qui ex rei ruſticæ ſcriptoribus nouerunt: quas frugum in ſpicis glumas illi appellant. Illis enĩ ſimile eſt ſine pondere & ſoliditate. Medetur cyminum ut ex hoc ſcriptore patet pluribus: nec iis qdem leuibus in homine malis: ſed quod nũc certius oſtẽdere decreuimus teſtium inflãmationi

bus. Quæ in qua parte fiant: satis & per se patet: quõ aũt a factis i Scroto cõiuncta testibus parte dif ferant ex antiquoꝝ græcæ gentis medicoꝝ decretis nouisse inutile non fuerit presertim dicente in anatome sua Galeno. Δίδυμοι δὲ καὶ ὄρχεις ἔνδο ὁ ἐντεκὼς ἔξωθεν ὀνομάζονται. Quod est testes autẽ foris & intus appellantur: Cum tñ pauloante dixisset. Scrotũ quod ille oscheon uocat foris ambiẽ tem & claudentem testes pelliculã nominari. Prius tñ ex eodẽ Galeno Cõem inflãmationis quam græci Phlegmonem dicũt diffinitionẽ ostẽdemus Quæ huiuscemodi est inflãmatio tumor cum rubore & soliditate est: dolores calentesq; doloꝝ pulsus: qoales in uenis sentiuntur afferens: ex eo phlegmone dicta: q; uideatur inflãmari locus. Et hæc qdem Galenus. Alii breuius nec ultra quie q̃ dixerunt q̃ tumorem cũ dolore esse tactui non cedentem rubentemq; sine febre. Nec aliud utui detur græcoꝝ medicis phlegmone est q̃ calens omnis cũ dolore & inflãmatione tumor Latini Pli oiusq; presertim totũ hoc genus ut sunt multæ eius notæ & euentus nunc inflãmationes: nũ cardo res: aliqñ collectiones: nõnunq̃ tumores Sæpe ẽt quæ coierunt: uocant. Nõ ob aliam cãm q̃ ut Cel sus lib. iii. docuit: qm̃ inflãmationis notæ quatuor plerunq; sunt. Rubor: tumor: calor; & dolor Cõ muniterq; accæpta inflãmatio ois huiuscemodi est Differt deinde locis & partibus in quas se ĩsinua rit: habetq; tunc priuatim & ad eam partem cõtractam diffinitionem suã: qualis testiũ hoc loco ẽ. Quæ qm̃ fallere põt & ꝓ facta in scroto credi ob eã quã pauloante diximus ex Galeno cãm foris & intus testes noiati dicente breuiter utriusq; notas oumerabimus Quæ auctoribus aliis græcoꝝ me dicis hæ sunt. Factã in scroto inflãmationem cognosci dolore illi dixerũt: q si leui cõtactu manus grãdis excitabitur: sentieturq; partis eius feruor & durities i scroto factã inflãmationem indicabit: Sin contra nullus ex leui tactu sentietur dolor: sed in pactis ualidiꝰ tñ digitis dolor adetit: ruborq; & durities nulla in sup̃ficie: sed altius impressis digitis durities tñ sentietur in testibos inflãmatio nem factam scire opottet: & hæc uetrꝝ discrimina & notæ utriusq; inflãmationis obseruatæ ab an tigotibus medicis fuerunt. Quæ longius ex eoꝝ decretis repetitæ a nobis fuerunt: ut illis etiam au ctoribus oouissent: quales huic scriptori testium inflãmationes essent.

Inflãmatio φλεγμονή.

Notæ inflã mationis

Inflãmatio scroti

Inflãmatio testium

DIOS. DE Ammi. Cap. lxiiii.

a

Mmi. Romani pariter grecis Ammi dicunt. Iidem Alexandrinum Ammi aliqñ uocant. Q uidã Aethiopicum: quidam reginm Cyminum noiant. Sunt p̃terea qui alterius naturæ Aethiopicum Cyminum & alterius esse Ammi testentur. Exiguũ semen Ammi est omnibus notum multo exilius q̃ Cymi num: origani sapore. Probatur quod purũ nec fufurosum est. Calefacit hoc ẽt: ferui dæ naturæ est & siccat. Bibitur cum uino contra tormina: angustias urinæ: uenena toꝝ morsus. Menses idem trahit: Miscetur & his quæ a desquamãdo græci ecdoria cantharidibus facta appellant ut urinæ difficultatibus: quæ ex illoꝝ usu superacce dunt aduersetur. Sugillata emplastri modo impositũ cũ melle emendat. Mutat hoc etiam potum inunctum ue cutis colorem & pallorem facit. Suffitu præter hæc mu liebres locos purgat cum passa uua aut resina incensum.

INTERPRES.

p

Eregrinum semper græciæ & Italiæ fuit: siue sui generis herba & semẽn: sioe Cymino cõge net Ammi sit: meliusq; & efficacius in Aegypto nascaẽ. Eamq; ob cãm usa eo antiqua medi cina est alionde inuecto. Fuit in Aegypto quondã domesticus Ammeos huius & quotidia nos usus: panibus enim cõpinsebãt & alimẽtis miscebãt. Calefarere siccaieq; in tertio ordine uete res græci id dixerunt: maioreq; in extenuando ui q̃ Cyminum esse. Quæ aũt a principio statim le guntur uocare quosdã hoc Aethiopicũ & regium Cyminum ex altoꝝ opiniõe nõ huius scriptoris decreto intelligenda sunt Neq;.n ipse id ꝓbat: sed a qbusdam sic uocari tñ restaẽ Siqdẽ Aethiopi ci & regii uoces bonitatis a gente in Cymino notæ sunt nõ geneꝝ diuersitates Credimus nõ ꝓcul a capitis huius fine satis aperte dixisse quod ad ἐκδόρια græcoꝝ pertinet: qua uoce illi medicamenta ea oĩa indicauerunt: quæ cutis cõtinuitatem soluunt: urendiq; ui & potestate cutis eius aliquã par tem auferũt. Indicatq; id ea uox quæ a uerbo ἐκδέρεσθαι facta: qđ est in arboribus decorticare deglu bere ue: In animalibus aũt: ut sic loquamur: excoriare significat qđ exulceratã cutẽ auferre est. Ea multifariã adhuc fiunt: possuntq; id inter cætera cãrharides: quibus si ad hãc necessitatem aliquis utatur: qm̃ est illis cũ reliquo maleficio uis urinæ difficultates: angustiasq; facere; ut hic in sexto do cebit poterit ut emendetut malefica cantharidum uis ad urinæ angustias miscere medicamentis illis Ammi hoc: quod contraria ui quanuis cantharides adstrinxerint tantum caliditate sua la xet Id Barbarus anguste nimis uertit dicens emendatur is ita cruciatum eum q uesicam urinasq; stringit. Nos sententiam uerbaq; Dios. & rem ipsam secuti qua legitur forma reddidimus.

ἐκδόρια

DIOS. DE Coriandro. Cap. lxv.

c Orion:sunt qui Coriannon uocent:Aegyptii Ochion:Aphri Goed.Romani Coriandrũ dicunt. Notum uulgo coriandrum est. Refrigerãdi uires habet:ideoq; cum pane polenta ue illitum sacris ignibus:& ulceribus quę serpũt:medet᷑. Sanat cũ melle itidem passaq; uua Epinyctidas: Testium inflammationes & carbunculos. Cum lomento fabæ strumas discutit & panos:lumbricos pellit seminis Coriandri paulum cum passo sumptum:Semen auget: maiore tñ copia sumptum mentem non leui periculo tentat. Ea ppter copiosiorem continuũq; eius usum cauere oportet. Succo eius cum cerussa aut argenti spuma additis aceto & rosaceo feruentes in summa cute inflãmationes utiliter inunguntur.

INTERPRES.

c Rediderunt Coriandro aliq in græcis nomẽ fecisse Cimices quos folia eius & caules olent. Et qm̃ insectum id græci Corin uocẽt:ideo olentẽ eos plantam Corion noiauerint. Sũt cõtra qui q; Corian nõ græci frequentius q̃ Corion Coriandrũ uocent non a Cimicibus: sed quasi Coriambion i hebetantem oculoꝶ pupulas dictum fuisse uelint. κόρη enim oculi pupulam & ἀμβλύνειν, hebetare iidem græci dicunt. Quod q̃ uerũ sit peritiores intelligent. Ab hoc.n. nihil quod ad oculos pertineat priuatim in Coriandro decernitur. Omnium eius appellationũ prior illa in hoc & aliis medicinæ scriptoribus frequentior est. Alteram illam in cõiore sermõis usu fuisse indicat in equitibus suis Aristophanes. Quocunq; aũt noie uocetur nota oibus planta est: semenq; præcipue:id cõq; nõ ultra a nobis tractanda Numerat᷑ ab hoc ipso scriptore.vi.uolumine inter uenena:odoreq; presertim deprehendi:qui similis uiuenti Coriandro toto corpore sentiat᷑. Meminit & Nicander in Alexipharmacis suis:quo loco interpres eius siluestri Coriandro ueneni maleficiũ inesse ait:quod ab eo describitur latioribus longioribusq; foliis:multis adnatis & numerosa radice copiosoq; flore Quod nescio an uerꝶ sit testante Plinio.xx.uolumine eiusdem numeri capite non inueniri inter siluestria Coriandrum. De eo iterꝶ in vi.agendum nobis erit. Interim non pigebit de strumis iterꝶ agere:& iis quæ in Asphodelo dicta iampridem de eis sunt ex Galeno diffinitionẽ earum addere quæ breuis & huiuscemodi est Chæras; Sic enim quam latini strumam dicunt græci appellant. Sicca & quæ difficillime discitur Caro est. Fiunt strumæ eæ in pluribus ut tunc dictũ est partibus:sed plerunq; in collo:eiusq; anteriore aliqñ:posteriore aliqñ parte:non nunq̃ ex altero:Sæpe ex utroq; eius latere:nec una tñ sed altera:plures ue singulæq; priuatim propriis tunicu lis non aliter q̃ in abscessuũ genere stearomata & acheromata suis inuolucris seorsum continẽtur: Eas nunc a Scrophis:quæ græcis sues sunt gentes aliquot Scrophas & scrophulas uocant Pollux in secũdo Onomastici sui in mesenterio fieri etiam dixit. Quod addere placuit ut earꝶ spẽs & rõ certior legentibus esset. Illic enim conspicue & certius uidentur. Strumas has etiam in iumentis Absyrtus in ueterinaria medicina glandulas uocari ait. Romana tñ ea uox est:cõmertio & maiestate eius gentis a græcis scriptoribus recæpta. Quæ tñ ipsa ab antiquiore Romana uoce fluxit Glandia eni latini græcoꝶ adenes uocauerunt. Quid aũt glandia sint præter Plautum certissime oium Plinius docuit primum.xvi.uolumine capite.xxxix. Quo loco de materia arborũ quarundam agẽs. Quibusdam ait rectas a natura uenas & pectines datos esse:ideoq; facillime findi Aliis tortam & nodis concisam materiã Quibusdã inesse ẽt tubera sicut sunt in carne glandia:iisq; nec uenam nec pulpã esse quodam callo carnis in se conuoluto. Pauloq; post xvii.uolumine capite.vi.cum de generibus terræ agens inquit. Est aũt quidam terræ adeps ac uelut glandia in corporibus ibi densante se pinguitudinis nucleo. Idem postremo certius adhuc.viii.uolumine capite quinquagesimo in suũ historia & natura dicens: Neq; ex alio animali numerosior materia ganeæ. Quinquaginta ppe sapores: cum cæteris singuli. Hinc Censoriarum legum paginæ:interdictaq; cœnis abdomina glandia:testiculi &c. Ex iis ut uidet᷑ ratiocinari facile est Plinio in corporibus animantium:presertimq; suũ & accæpta ab iis similitudine in aliis glandia esse concretam & in seipsam conuolutam duriorem q; q̃ in reliquo corpore carnem:significariq; ea uoce a Plauto & aliis græcoꝶ adenas:qui qm̃ suauius in cibis & obsoniis sapiunt:ideo censoriis legibus quondã excæpti fuerant Diximus de iis etiam in palmo primo uolumine:sed hic copiosius:& ea quæ tũc festinãtibus nobis dici nõ potuerũt.

Chœrades χοιράδες

Glandia

Adenes

DIOS. DE Maiore Hieracio.i.lactuca erratica. Cap. lxvi.

h Ieracion maius sunt qui Sonchitem. Romani Lactucã erraticam: Aphri Theleas uocant. Aspero:rubente:spinoso & concauo caule est maius Hieracium. Folia habet per interualla:raris diuisuris per ambitum scissa:Betæ

similia. In oblongis capitulis flores luteos, pfert. Refrigerandi uires Hieraciũ hẽt: & leniter adstringit. Ideoq; æstuanti stomacho & inflammationibus utiliter empla stri modo imponitur. Succus in sorbitione stomachi erosiones lenit. Succurrit po stremo scorpionũ ictibus herba ipsa cum radice emplastri modo imposita.

DIOS. DE Minore Hieracio. i. Erratica lactuca. Cap. lxvii.

h Ieracion minus. Sunt qui & hanc Sonchitem dicunt: quidam Agreste In tybũ: quidã sitheffade. Romani minorẽ lactucã erraticã uocant. Folia ha bet & hæc per interualla diuisuris per ambitũ incisa. Coliculos ex se mittit uirides & teneros: in quibus flores lutei sunt circulum describentes. Vires habet antedictæ easdem.

INTERPRES.

a Ccipitres quos græci Hieracas dicunt Hieracio quondam nomen fecerunt: scalpẽtes eam si Plinio credimus; succoq; oculos tingentes; ut eoꝝ obscuritatẽ cũ sibi obrepsisse eam sen ferunt: discutiant. Apuleius quod fabulosum uideat̃ his addidit Aquilam in altum alis se tollentem; ut reꝝ naturam certius contemplet̃ lactucæ siluaticæ (Hieraciũ hanc intelligens) folia euellere: succoq; sibi oculos tingẽtẽ optatã eoꝝ claritatẽ acqrere. Sed quodcũq; id sit ab his auibus græci Hieraciũ dixerunt. Sæpe enim a brutis naturæ necessitate impulsis ignotum aliqd uobis fit. In quo eoꝝ sensus ignari hoĩes quod uero similius: non quod ueꝝ sit cõmiscunt: quemadmodũ longius in utroq; Echino dictum secundo uolumine a nobis est. In lactucaꝝ sponte nascentiũ censu ab omnibus, ppter similitudinem Hieracion hoc numerat̃. Plinius. xx. libro capite. vii. ultimã hãc in eo genere describit foliis rotundis & breuibus. Apuleius in agresti lactuca hieraciscon uocari di cens meminit eius. Hic lactucam erraticam dici a quibusdam tradit: quæ uox & appellatio: qm̃ in scriptore hoc perierat ex melioribus græcis a nobis instaurata est. Non meminit eius in medicæ ma teriæ censu Paulus Aegineta: credimus q; nullas hanc forte intelligeret diuersas ab agresti lactuca uires hẽre. Multa siquidẽ in lactucaꝝ cẽsum & nomen uenerunt: Tithymallus: quæ ab aliquibus ca prina; ab aliqbus marina lactuca dicta est: Vtraq; isatis quã glastũ siue luteã uocari diximus: Hie racia postremo hæc. Omniũ eadẽ rõ & cã fuit: q; latiore. f. & ampliore folio quali lactuca ẽ omnes sunt: & oẽs lactis liquorẽ aliquẽ sectæ reddũt Et nihilominus qm̃ priuatim aliquid singulæ hñt: qđ lactucæ & aliis nõ cõgruat aliis appellatiõibus dictæ: & in aliis generibus cõstitutæ fuerũt. Son chitem maius hieraciũ uocari a qbusdam hic ait manifesta rõne: qm̃ & hæc & illa cõcauo & lacteũ succũ remittente caule est Folioꝝ. n. quantitate longo interuallo distat Sonchus ab agresti lactuca & ex eo ab hieracio hoc: eamq; ob cãm inuenientes in melioribus græcis quo loco hic ait hẽre folia Hieraciũ per interualla incisuris diuisa Soncho ἰμφερῆ. i. æqualia nõ soncho quæ nostris cicirbita est; sed τεῦτλῳ. i. betæ naturam & rem secuti betæ folio nõ sonchi hieracii folia comparauim⁹. La ctucæ. n. Beta uerius q̃ Sonchus in folioꝝ quãtitate cõparat̃. Quẽadmodũ & minus Hieraciũ illud quod sequitur agresti intybo in folioꝝ quantitate exæquatũ pariter est. Omnia enim eo ptinent ut lactucæ simile hieracion sit. Eius uuum tm̃ caput maioris. f. in melioribus græcis legit̃. Nec Pli nius nisi unius meminit. Quo fit ut suspicemur alteꝝ hoc & minus Hieraciũ priori illi accreuisse ab aliquo qui inuẽtũ forte breuius & ut cœli terreniq; uis põt huiuscemodi uariare alteꝝ credide rit a superiore illo esse. Indicatq; id quod neq; in historia; neq; in medicina posterius hoc a supiore illo diuersum aliqd habet. In censu & genere siluestriũ & spõte nascẽtiũ lactucaꝝ siue unum siue duo sint hieracia hæc numerãda sunt. Ostendũtq; id Paulus Aegineta: qui nihil de his in medica materia egit Indicãt & latini oẽs in qbus Hieracii nulla historia est: & quẽ nos habemus antiquissi mum Dios. latinum codicem nihil q d ad Hieracia hæc ptineat: ostendit: cui in huiuscemodi anti quitatis uestigiis & ueræ lectionis coniectura ob uetustatem suam nos multum deferimus.

DIOS. DE Apio satiuo. Cap. lxviii.

f Elinon satiuum. Sunt qui Melissophyllon uocẽt. Magi Sanguinẽ ori. Ro mani Apiũ dñt. Omnibus quibus & Coriandrũ accomodatum hortense apium est. Contra oculoꝝ inflãmationes cũ pane aut polenta imponitur. Stomachi ardores mitigat. Mãmarũ cõcreto in grumos lacte duritiẽs dissicit. Vri nam ciet crudũ elixũ ue in cibo sumptũ. Aduersat̃ uenenis potum foliorũ radicũq; eius decoctũ uomitiões ciens. Aluũ idem compescit. Semen efficacius urinam ciet. Succurrit & uenenatoꝝ morsibus & his qui argenti spumam hauserint. Soluit in flationes

flationes: misceturq; præsenti utilitate his quæ somno dolorem leuant & his quæ contra uenenata & tussim conficiuntur.

INTERPRES.

q Væcunq; a Plinio de Apiis libro.xix.capite.vii.eorumq; foliis: caulibus coloribusq; dicũtur: multo ante a Theophrasto de plãtarum historia.viii.uolumine dicta fuerãt: Differre scilicet Apiorũ inter se genera. Foliis & caulibus: Esseq; hoc denso crispoq; & hirsuto folio: illud raro & lato: hoc maiore caule: illud minore: Et in hoc genere rursus aliud candido: aliud purpureo: aliud uersicolore: Totumq; hoc genus siluestri simillimũ esse. Rursusq; eodẽ libro Quod grãde: palustre: montanumq; appellatur inter se & a satiuo differre: qm̃ palustre ꝓpe aquarum riuos & in palustribus nascat: raro foliu nec hirsuto: simile tñ apio esse odore: succo & figura. Quod grande: folio palustri simili: hirsutõ & altiore caule: Radiceq; raphani crassitudine: colore nigro: semĩe itidẽ nigro: maior q̃ Erui: duoq; hæc cõtra urinæ angustias calculosq; credi uim hře in albo dulci uino pota. Nasci hoc ubiq; cõcrescereq; in eo lachrymã myrrhæ odore: quam ueram esse myrrham aliqui crediderunt Montanũ maiores adhuc & certiores habere differentias. Cicutæ.n.folio est: radice tenui: caule anethi: uerũ minore. Vsum huius esse ad muliebria.i.menses in uino austero. Et hæc Theophrastus quo diximus loco. Quæ oĩa a Plinio qua cætera breuitate cõsueuit antedicto uolumine numerata & descripta fuerunt. Columella libro.xii.in hortorũ prosa foliorũ discrimina hæc quæ a Theophrasto natiua numerant cultura & artificio humano facere his uesbis docuit. Apium quoq; possis plantis serere: nec minus semine. Aqua præcipue lætat & ideo secundũ fontes cõmodissime ponit. Quod siquis id uelit latifolii facere quãtum possint tres digiti seminis cõprehendere raro linteolo illiget: & ita in areolas dispositum religet: Vel si crispæ frondis id fieri malueris semen eius inditum pilæ & saligneo palo pinsitũ expoliatumq; similiter in linteolis ligatũ obruas. Põt ẽt citra hanc operam fieri crispum qualitercunq; satum si cum est natũ incrementũ eius superuoluto cylindro coerceas. Quæ oĩa de satiuo intelligẽda meo scriptore sunt: iõ longius a nobis repetita: ut sciant meminerintq; legentes. Si natiua foliorũ Apii Theophrasto discrimine illa sint licere sperandumq; homioi labore diligentiaq; sua nõ imitari: qd multæ aliæ pñt artes: sed in ruris disciplina naturam ẽt æquare. Quæ egregiam uulgo gratiã Apio dedit: tam multos habet in sanitate & morbis usus: quorũ nulli nobis in hoc ope præterq̃ ad medicinam ptinentes docebunt. Primũq; illud quid nam sit qd hic ait μετὰ ἄρτου ἢ παιπάλης ἀλφίτου, quorũ prius illud per se patet: oẽs enim panem nouerunt: Alterũ ad polentam pertinet: quæ qualis quondã fuerit iam pridẽ dictũ a nobis est. Nunc autem quid παιπάλη & qd ἀλφίτου ad dira significet dicendũ. Sunt itaq; græcis ἄλφιτα farinæ: neq; in cõi eius uocis æstimatiõe aliud intelligit: priuatim tñ medicina hordeacea tñ significauit aqua humore ue alio maceratam. Quæ ꝓprie polenta est: auditaq; in morborũ remediis ἀλφίτου uoce hordeacea farina recens humore aliquo macerata intelligitur: Nulloq; adiecto per se hæc uox in scriptore hoc sola hac significatiõe sæpius inuenitur. Inoemt. & μετὰ παιπάλης ἀλφίτου: Nec Plinius aliiq; antiquiores scriptores eas uoces ex græcis uertentes aliud q̃ polentã dixerunt: cum tñ παιπάλη propriã habeat significatiõem quæ indicet quod in farina tenuissimũ est: A qua uoce foelici translatione Demusthenes in oratione sua Aeschinem παιπάλημα uocauit hominẽ acrimonia & subtilitate ingenii quotidie multa meditãtem mala qbus sibi utilis aliis noceret. neq; aliud est μετὰ παιπάλης ἀλφίτου q̃ si dicas cum tenuissimo farinæ polline. Ex quo credimus significari ab hoc scriptore non oẽm polentam: sed quæ ex tenuissima hordacea farina & quasi ex polline eius facta fuisset. Nihil tñ nos mutauimus Plinium aliosq; in ea re secuti q cum pane uel polenta simpliciter mederi oculorũ inflãmationibus Apium impositũ dixerunt. Quos deinde hic μαστοὺς χονδριῶντας dixit: oẽsq; uerterunt ex Plinio mãmarum duritiem: nos eandem duritiẽ seruantes ex causa addidimus concreto lacte. Hanc enim duritiem & ex hac causa factam ea uox significat: χόνδρους enim græci quod ex continuo aliquo seursum concreuerit proprie dicunt.

μαστοὶ χονδριῶντες

DIOS De Palustri Apio. Cap. lxix.

e Leoselinon. Sunt qui Pedinon: & qui Hydroselinon uocent. Romani rusticum apium & palustre dicunt. Nascitur palustre apium aquosis locis satiuo procerius eadem omnia potens quæ satiuum.

INTERPRES.

f Atis ex Theophrastu supiore capite dictũ est quale hoc apiũ sit & quæ a satiuo & ab aliis discrimina habet: caules.s. & profluẽtes aquas prope quas nascitur: Rarius folium: sed nõ hirsutum: satioo apio odore: succo: & figura simile. De eo Palladius in Aprili sic ait. Eleoselinon molli folio & caule tenero quod nascitur in lacunis.

&

DIOS. DE Montano Apio. Cap. lxx.

o Reoſelinon. Sunt q̃ hoc agreſte petroſelinon uocent: Aegyptii Anonim: Romani montanũ apium dicunt: Dodrãtalis ex gracili radice prodiẽs ſingularis caulis eſt: circa quem ramuli & in ſummo ſimilia papaueri capitula: multo tñ tenuiora: in quibus claudit̃ ſemen longũ: acre: tenue: odoratũ: cymino ſimile. Naſcitur ſaxoſis & montanis locis. Cient urinam pota in uino radix & ſemen. Menſes apium hoc trahit: miſcetur q; remediis quæ calefaciendo ſunt: & ad ciẽdam urinam conferunt. Cauendum illud in hoc apio eſt ne fallamur quod in petris naſcitur montanum apium exiſtimantes.

INTERPRES.

d Iximus in ſatiuo apio quæ Theophraſtus in montano diſcrimina ab omnibus aliis numeraſſet: Ea ſuperuacaneũ & inutile repetere nũc fuerit. Illud abre monuiſſe nõ eſt folio cicutæ hoc apiũ ab illo deſcribi: Ab hoc ãt nihil de foliis agi: ſed a tenui radice ſingularẽ prodire caulẽ circa quẽ ramuli ſunt & capitula ut in rũctis fere græcis legitur μηκωνίω παραμφερῆ quod ſi uerbũ de uerbo uertas meconio quod opiũ eſt æqualia: nullo ad hanc rem ſeuſu: Quando cõparant̃ plantarũ eo loco inter ſe capitula: nõ liquorũ ſimiles uires. Quã ob cãm tum Barbarus in Theophraſto legiſſet: ἡ μὲν περ φύλλον ἔοικε κωνίω: quod eſt folio Cicutæ ſimili capitulis Cicutæ uertit ratus corruptũ locum & pro κωνίω quæ Cicuta eſt male μηκωνίω q̃ ẽ exceptus ex papauere liquor legi: neq; inutili abſurdaue cõiectura ſi de foliis nõ de capitulis a Dioſ. illic ageret̃: Quæ duo lõgiſſime iter ſe differũt. Siqdẽ capitulũ in ſũmo plãtæ ſp eſt multiplici forma uaſculum quo ſemen cõcipit̃ & ſeruat̃. Folia uero poſiturã & ſpẽm eam hñt quã paſſim oẽs nouerunt. Videturq; nobis nõ poſſe: qd Theophraſtus de foliis docet ad capitula Dioſ referri: niſi ramulorũ: foliorũ in ramulis: capitulorũq; ſimul tota ad cicutã referat̃ cõparatio: quæ tñ nulla ad ſemen capitula ſed feniculi mõ umbellã hr̃e deſcribit̃. In anguſto itaq; cõſtituta re nihil nos mutauimus pterq̃ qd ſeruari nõ poterat. Vertimuſq; nõ meconiũ qd papaueris liquor eſt: ſed papaueris: cuius ꝓprie uaſculũ ad ſemẽ & capitulũ ẽ. Perſuaſitq; id qđ ſtatim ſequit̃ in mõtano apio hoc capitula illa papaueraceis multo tenuiora eſſe: & in illis contineri ſemen: qđ foliis a natura negatum eſt.

DIOS. DE Petroſelino.i.ſaxatili apio. Cap. lxxi.

p Etroſelinon. Romani in petris naſcens ſiue ſaxatile apium dicunt. Naſcit̃ hoc in Macedonia præruptis locis. Semen habet Ammi ſimile odoratius tamen: acre: & aromati ſimile. Trahit Menſes & urinam cit: Stomachi & craſſioris inteſtini quod Colon dicunt inflationibus torminibuſq; medetur. Medetur & lateris ueſſicæ renumq; doloribus in potione ſumptum. Miſcetur antidotis etiam quæ ad ciendam urinam conficiuntur.

INTERPRES.

i Ndicat uox ipſa in petris & ſaxis natũ apiũ Petroſelinon a græcis quondam dictũ fuiſſe: Hic tñ in macedonia natale ſolum illi aſſignat. Palladius in latinis nihil aliud de eo q̃ locis aſperis maxime ꝓuenire ait: Nec nos credimus alia q̃ naualiũ rõne a ſatiuo differre. Mederi inter cætera ſaxatile apiũ craſſioris inteſtini qd colon dicũt inflationibus hic ſcriptor ait non totã neq; ex quacũq; cã factã colicã affectionẽ intelligens. Sed quæ priuatim ex craſſo & quali pedit u efflatur non tranſeunte illhac ſpiritu ſæpe fit.

DIOS. DE Grandi Apio quod græci Hippoſelinon Romani oluſatrum dicunt. Cap. lxxii.

h Ippoſelinon. Sunt qui Grielon: qui agreſte Apiũ: qui Smyrnium uocent. Romani Oluſatrũ dñt. Aliud ab eo quod Smyrnium dicit̃ ut mox oſtendetur hortenſi apio maius candidiuſq; eſt oluſatrũ. Concauũ hẽt caulem: excelſum: tenerũ: & uelnti lineis interſectũ. Folia latiora cũ puniceo colore aliquo in quibus libanotidi ſiſis coma eſt: flore plena corymborũ modo ante q̃ floreat coucreta. Semen illi nigrum eſt: longum: ſolidum: acre: aromatum mõ odoratum. Radix illi

iridem

itidẽ odorata: intus candida: foris nigra: ori & in cibis grata: nec adeo crassa. Nascitur umbrosis locis & ꝑpe palustria. Estur olerum modo ceu apium. Estur & radix eius elixa & cruda: Quin ẽt folia coliculiq; elixi io cibo eduntur: & per se & cũ piscibus cõdiunť. Cruda itidẽ duo hæc ioter salgama sale seruanť. Ducit menses semeo eius in mulso potũ. Bibiť idem inũgiturq; cõtra febriũ io accessionibus cum tremore algores. Vessicæ stillicidio opitulať. Potestq; radix eadem omnia.

INTERPRES.

Rediderunt ut uideť nr̃a ætate aliqui equ appium hipposelinon uocantes fieri in plantis natura posse quod fabulose a poetis aliqn̄ ad delectationẽ fictũ est. Vtq; illi in Thessalia Hippocentauros equis insitos hoies duplici natura ut Lucretius ait & corpore bino: Ex alienigenis mẽbris cõpactos finxerunt nõ dissimili rõne & nos in hortis ẽt nascentes aliquot plantas equis insertas audientes saltẽ admiraremur: Crederemusq; hippomarathrũ: hippolapathum: hipposelinonq; hoc ab equis aliqd hr̃e unde portentoso & ut in hippocentauris admirabili noĩe in utraq; gente indicarenť. essentq; græcis quasi equites plantæ illæ: nobis uero equestre foeniculum: equestris rumex & equapium hoc Quod si humiliores fuerint hæ plantæ nec supra congeneres sibi altius a terra se erexerint: Nõ male forsitan si iocari aliqn̄ liceat ex tractata aptius uenere eá sui nois notam licet ex turpi re inuenisse aliqs dixerit. Siqdem Martialis nõ semp ꝑinus uates nec ubiq; phoebo digna locutus in Epigrãmate suo iussit paruas & breui corpore amicas ad uenerem uehi equo: subiecitq; statim ꝙ erat longissima nunq̃ Thebais Hectoreo nupta resedit equo: sed qm̃ congeneribus suis oẽs grandiores sunt nulláq; more hoĩum uenerẽ exercent: Nec possunt diuersi gñis duo simul in natura coalescere: cogitandũ cõstituendumq; qa grãdes sint & cõparatæ cõgeneribus suis lõgo interuallo eas supent ideo sic quondá appellatas fuisse. Cõiũcta n. illis hippo græca uox quæ in cõi significatiõis æstimatiõe equũ indicat nõ id animal sed ab eo magnitudineq; eius proceriorẽ in illis altitudinẽ significat. Nec qa hipposelinon: hippomarathrũ: hippolapathum & siqua alia huiuscemodi sint cõe simile cõiunctũ ue aut necessariũ eqs aliqd habeant sic dicta ab antiqssimis græcis fuerunt. Veꝝ qa altitudine congeneres sibi plantas superẽt id nomẽ inuenerũt. Significare aũt ꝑceriorẽ habitũ & maiorẽ altitudinẽ hippo græcoꝝ uocem ꝑter rem ipsam Aeschylus in tragoedijs suis auctor est: q ad augendá rerũ & carminis sui maiestatẽ Hippaetos hippalectryonas aliaq; huiuscemodi multa finxit grandes aqlas: grandesq; gallos tm̃ uocibus illis indicans. Testis Aristophanes in fabula quæ inscribiť ranæ ῥήματʼ ἱπποκρήμνα dicens. i. uerba rupium modo grandia. & ῥήματʼ ἱπποβάμονα: quod est uoces equestres & ideo grandes: ob id. s. ꝙ qui uehuntur equis altius se a terra extollunt. Testis itidem Sophocles in furioso Aiace: is n. tragœdiæ titulus est in qua chorus loquiť: μεγάλοι λάβρυθοι κατέχουσιν ἡμᾶς ἐπὶ δυσκλείᾳ σᾶ τὸν ἱππομανῆ & c qua uoce grandem hoĩs furorẽ significauit & supra modũ furentẽ hoĩem: Id enim ea uox potest. Quantum uideť nobis hr̃e ẽt Maronis i georgicis & Theocriti in pharmaceutria hippomanes: nec aliter q̃ adiectiui nois modo quod grandẽ furorẽ faciat indicare. Ex qua significatione nos grande apiũ Hipposelinon hoc diximus: monente id ẽt re ipsa. Siqdẽ cõparatũ alijs hoc apiũ arborescit. Quẽadmodũ & in foeniculi gñe qđ hippomarathrũ diciť. Cõparatũ enim erraticum id satiuo paulominus q̃ ad arboris altitudinẽ ascendit: Habentq; id cũcta huiuscemodi alia quæ in suo gñe siluestria & erratica maiora satiuis & ꝑceriora plerũq; sunt. Et hæc rõ nominis in græcis est: nõ ab equo derinata ut Gaza in plantis Theophrasti credidit q eqoapiũ id dixit: sed a longitudine & proceritate quæ tá multis antea numeratis eadẽ cõpositiõe nomen in græcis fecit. Et hæc nos de compositis huiuscemodi græcoꝝ uocib' sentimus & si Plinius. xx. uolumine capite. xii de hippophye & hippophæsto dixerit debẽt accõmodatæ eẽ equoꝝ naturæ neq; ex alijs causis nomen accæpisse & c. Vr enim nõ satis cãm eoꝝ nominũ cognouisse ex quo debẽt eẽ ait. id enim nihil cõstituere est. Latini a radicis colore nomẽ hipposelino fecerunt olus atrũ uocantes: quẽadmodũ oẽs smyrneum a similitudine ut mox dicemus. Qui agreste apiũ id ẽt nominauerũt nõ alia rõne q̃ quæ dicta paulo ante a nobis est id fecerunt: qm̃. s. quæ agrestia & erratica sunt in aliqbus generibus altius satiuis extolluntur. Deerat Dioscoridi in radicis descriptione aduerbium ἔνδον: quod intus significat sensu & re ipsa id indicantibus: foris enim nigro intus candido colore grandis apij radix est: Vnde & Romani olus atrum eam uocauerunt.

Hippo.

hippomanes

DIOS. DE Smyrnio. Cap. lxxiii.

Myrnioo. Romani pariter græcis Smyrnium uocant. Smyrnion quod Cilices petroselinon idest in petris nascens apium dicunt plurimum nascitur in Amano monte. Caulem apij habet adnatis in eo multis: Folia apio latiora: ad terram iofracta: pinguia: firma: cum acrimooia aliqua medicatoque odo-

re odorata: colore ad luteum inclinato. Habet & umbellam anetho similem. Rotundum & brassicæ simile semen, nigrum: sapore aspero ceu mirrhæ: ideoq; pari & promiscuo alterutrius usu. Habet itidem radix in gustu acrimoniã: odorata est: mollis succosaq;: fauces in cibo lædit: Cortice foris nigro: intus pallet albescit ue. Nascitur petrosis tumulis: & humentibus, incultis locis. Calefaciunt radix: folia & semen. Condiuntur inter salgama folia etiam: sistuntq; aluũ. Succurrit serpentium morsibus pota smyrnii radix. Lenit eadem tussim: Angustiisq; urinę & in difficultate spiritus non nisi recta ceruice spitantibus medetur. Tumores non ueteres quidem sed recẽtes: Inflãmationes duritiesq; oẽs emplastri modo imposita discutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Elixa eadem naturalibusq; subdita abortus facit. Renibus: lieni & uessicæ prodest Smyrnii semen: Menses secundasq; trahit: & cõtra coxẽdicis dolores utiliter bibit̃. Stomachi inflatiões mitificat. Ructus & sudores cit: Priuatimq; cõtra cutẽ subeũtes aquas & circulares febres utiliter bibit̃.

INTERPRES.

Entiebat iam tum cũ hæc scriberet Dios. a grauissimis plantaꝝ & hortensiũ scriptoribus cõfundi cũ olusatro Smyrniũ: Misceriq; simul cõicata inuicem appellatione similes qdẽ & cõgeneres: nõ tñ easdem plãtas: ideoq; in olusatro cuius superiore capite tractata historia & medicina est aperte oẽs monuerat aliud esse olusatrũ ab eo quod proprie uereq; smyrnium diceret. Et in smyrnio eas numerauit natalitũ: uirium: seminis: folioꝝ aliarũq; partiũ notas ut his qui olusatrũ nouerunt nihil facilius posthac sit q̃ alterũ ab altero secernere: presertimq; ex myrrhæ gustu: ideoq; pari & promiscuo alterutrius usu. Quod in nostri orbis olusatro sentiri deprehendiq; nequit. Miscuisse aũt ueteres inuicẽ similes & congeneres plantas in latinis Columella testis est lib. xii. capite. iii. scribens Atrũ olus quod quidã græcoꝝ uocãt hipposelinon nõnulli smyrnion. Testis Theophrastus. ix. de plantarum historia uolumine Hipposelinũ nominans quod hic Smyrnion: & quæ Smyrnii in hoc scriptore sunt hipposelino tribuens. Locus est ubi de excipiẽdis plantarũ liquoribus ille agit inter quas hipposelinon numerat: Suntq; eius hæc uerba. ἐνίων δὲ ἐκ τῆς ῥίζας ὥσπερ τοῦ ἱπποσελίνου quod ẽ: Aliquoꝝ ẽt io radicibus quemadmodum hipposelini. Paulòq; post. τὸ μὲν οὖν τοῦ ἱπποσελίνου παρόμοιον τῇ σμύρνῃ. καί τινες ἀκούσαντες ὡς ἐνταῦθα ἡ σμύρνα γίνεται βλαστάνειν οἴονται ἱπποσέλινον. Quoꝝ sensus ẽ Hipposelini aũt lachryma myrrhæ similis est Audientesq; aliqui hinc esse myrrham nasci apud eos hipposelinon existimant. Ex quibus facile rõcinari est a Theophrasto hipposelinon dici quod ab aliis smyrniõ uocat̃: peregrinamq; græciæ fuisse plantã: & lachrymam odore & sapore myrrhæ hr̃e: quod hic semini tribuit. A myrrha enim quã græci smyrnem uocant smyrnio nomẽ græcia fecit Testis Nicãder ẽt in Theriacis suis: qui smyrnion uocat. εἰ δ᾽ ἄγε καὶ σμυρνεῖον ἀειβρυές &c. adiectiua forma σμυρνεῖον hipposelinon uocans hoc, ſ ut ab illo separaret: addidiq; interpres eius magno apio. i. hipposelinũ simile esse smyrniũ: uocariq; smyrniũ qm̃ myrrhã odore refert: Vocari & coptiũ auctore Anacreonte in cõmentario de radicũ sectione. Similitudo hæc miscet: & i ueterũ historia confundi cogit alioquin diuersa sunt: ut hic & alii græcoꝝ medici docent: poteruntq; qui certius nouisse id cupiẽt collatis inuicem duobus capitibus duarũ plantarum multa inuenisse discrimina: Nec natali solo tantum differre quod ad faciendam naturæ diuersitatem magnas habet uires: sed ex uniuersæ plantæ notis & partibus congeneres quidem diuersas tamen penitus cognoscere.

DIOS. DE Elaphobosco quasi Ceruoꝝ pabulo herba. Cap. lxxiiii.

Laphoboscon. Sunt qui Elaphicon: qui Nebriũ: qui Ophigeniũ: q̃ ophioctonõ: qui Herpizen: qui Lymen uocent. Aegyptii Chemin: Aphri asdruachu. Romãi Ceruiocellũ dñt. Libãotidi fœniculoue similis Elaphoboschi caulis ẽ: & geniculat⁹. Latitudine duũ digitoꝝ folia hẽt: lõgitudine multo maiora Terebinthi figura: iflexa cũ asperitate aliqua. Hẽt adnata aliqua caulis ẽt & in his umbellas anetho similes. Flores ad luteũ colorẽ inclinatos. Semẽ anetho simile. Radicẽ lõgitudine triũ digitoꝝ: unius crassitudine: candidã: dulcẽ: & q̃ edẽdo sit. Prima germinatiõe erũpẽs elaphoboschi caulis inter Salgama sale seruat̃. Ferũt herbæ hui⁹ pabulo Ceruos serpentium morsibus resistere, ideoq; semen cõtra eorum morsus in uino utiliter bibendum dari.

Quæ

INTERPRES.

q Væ elaphoboſchi.i.ceruiocelli(modo id Romãi ſic appellauerint)a principio tã multæ numerantur appellationes unã eandemq; cãm & originem hñt:& eã quam hic ipſe nõ ꝓcul a fine capitis & Plinius.xxii uolumine eiuſdẽ numeri capite indicauerunt.Quoniam .ſ.fama ſit hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus.Eo ſiquidem pertinet quæ prima illic auditur Elaphicon.i.ceruina herba.Mox nebrium ex eodem euentu:νεβροὺς enim ceruorum Inulos græci uocant.Ophigenium itidem & Ophioctonon:quarũ altera abenectis ſerpentibus manifeſtã habet ſignificationem:altera ꝙ ſerpentes aliquo huiuſcemodi malo uexet.Corrupta enim eſt:nec licuit eam inſtaurare:quemadmodũ & eam quæ ſequit̃ Herpixẽ:ſuſpicari tamen in ea licet ἐκ τῶν ἑρπετῶν quæ græcis reptilia & ſerpẽtes ſunt in ea aliquid fuiſſe.In Romana etiam Ceruiocelli uoce certum aliquod non eſt.Credimuſq; græcarum illarum modo corruptam eſſe Siqdem in græca Elaphoboſcho nihil eſt quod oculũ aut ocellum indicet.Quodq; in ea auditur ceruoꝝ tantũ pabulum oſtendit:Quod nomen animal illi fecit:paſtu eius cõtra ſerpentes ſe muniens. Non adeo antedictis Oluſatro Smyenioq; & mox dicendis fœniculo & grãdi fœniculo diſſimilis ea eſt. Vmbellas enim & in umbellis ſemina carũ omnium modo habet:& præter umbellas radices ꝗ edendo ſint:& inter ſalgama caulis condiroram:Folia diſcrepant magnopere quæ in elaphoboſchi lauri figura deſcribuntur:longiora tñ̃ & acutiora.Eſt illud in comparatione caulis eius ut nos uertimus ad libanotidem animaduertendum.Nõ pertinere eam ſimilitudinem ad Coronariã roſmarinũ:ſed ad libanotidis certum genus quod hic non multo poſt deſcribet in quo caulis & in ſummo umbellæ figura erigitur quæ alieni orbis ut tunc dicetur proprius frutex eſt.

DIOS. DE Fœniculo. Cap̃. lxxv.

m Arathron.Romani fœniculũ dicunt.Facit copiam lactis fœniculi herbæ cibus.Poteſt idem & ſemen potum & cum ptiſana decoctum.Comæ fœniculi decoctum ꝗ urinam ciere poteſt:Renũ cum urinæ malo aliquo doloribꝰ & ueſicæ uitiis utiliter bibitur.Confert & ſerpentium morſibus cum uino potum. Menſes idẽ ducit.Nauſeas in febribus & ardores ſtomachi lenit cum frigida aqua potum.Sanant rabidoꝝ canum morſus conciſæ radices & ex melle emplaſtri modo impoſitę.Ex foliis caulibuſq; expreſſus tum in ſole ſiccatus ſuccus oculorum medicinæ & remediis utilis quæcunq; ad eoꝝ claritatem conficiuntur. Exprimitur & ex uiridi ſemine ſuccus cum foliis ramuliſq; ad eadem omnia. Radix præterea eodem modo in prima folioꝝ germinatione exprimitur.In occidentali Hiberia gummi ſimilẽ ex ſe liquorem mittit fœniculum:mediũ cum floret demetentibus incolis caulem:igniq; admouentibus ut ui caloris ueluti exudatum gummi illud ex ſe mittat. Eſtq; in oculorum medicina multo ꝗ̃ ſuccus liquor hic efficacior.

INTERPRES.

f Oeniculum ſi Nicandro in Theriacis ſuis quæ mox ſubiiciemus ſcribenti credimus nobilitauere ſerpentes guſtatu eius ſenectam exuẽdo oculorũq; aciẽ ſucco eius reficiẽdo.Verſiculi poetæ eius ſunt.
" ἦμος δ' αὐαλέων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας μώλυς ἐπιστείχων ὅτε
" φωλεὸν ἔαρι φλύγων,ὄμμασιν ἀμβλώσσει.μαράθου δ' ἐνέχυτος ὅρπηξ βοσκηθεὶς ὠκύν τε καὶ αὐγήεντα τίθησιν.Quoꝝ ſenſus ille ẽ.Quo tẽpore relicta areſcentium ſquamaꝝ ſenectute torpidus & fœgnis ingrediens:uernaq; tempeſtate cauum ſuũ fugiens hebetibus oculis cecutit:Verũ depaſtus fœniculi comoſus ramus celerem & clare lucis eum efficit.Nobilitauere & hoĩes:toto anno quõdã uiridi:ſicco:ſeruatoq; ſale:totaq; menſa non ut nr̃a ætate fit in ſecũda & ad augendam ſitim tñ̃:nec ſemine ſolũ ſed coma & caulibus utentes.Neq; immerito tam multæ in ſanitatis & medicinæ uſu dotes illi ſunt:quas hic ſcriptor proſecuns labori huic parcere alios uoluit. Nos tñ̃ illud legentibus ſignificabimus comam in plãtis humilioribus ab hoc ſcriptore dici totã alicuius ſimul decerptã frondẽ:non per ſingula ſolia diſcerptã Sæpe.n & in pluribus fit aut quia breuiſſima folia eius ſunt:aut ꝗ eandem hñt foliis utilitatẽ partes aliæ ut ſeparare a reliqs partibus illis folia facile nõ ſit:aut ſi ſeparent̃ imprudẽter qđ utile pariter eſt abiiciat̃. Quod in fœniculo hoc fieret in quo capillata folia nõ poſſunt ſigillatim a ſuo caule pediculoq; auferri.Eamq; ob cãm oportet tota manu apprehenſam comã eius oẽm ſimulq; craſſiores imas eius partes caulem amplexas diſtringere:totumq; hoc herbam & comam eodem intellectu hic dixit & nos uertimus. Cætera in quotidiani uſus olere ſatis nota ſunt & iõ nõ ultra tractanda.Nolumus tñ̃ quod pene nos effugerat non ſignificare legentibus quæ Dioſ & hic & alibi κυνόδηκτα ſimpliciter uocat;& nos rabidoꝝ canũ morſibꝰ

Rabidoꝝ Canũ morſus

nũc uertimus nõ simplex eius aialis uulnus significare: Sed cũ rabit & in rabie illatam hoĩ suo den te noxã: siquidẽ nõ rabidi canis morsus ab aliis alioꝝ aialiũ morsib⁹ & uulneribus non differt. Neq; hunc oportebat priuatim de eo in radicib⁹ fœniculi aliqd docere. Cõi.n. alioꝝ uulnerũ curatione nõ rabidi canis morsus curãdus est: eãq; ob cãm nos rabidoꝝ hoc loco adiecimus: monemusq; ficu bi simpl'r canũ morsus audient' de rabidis ob eã quã diximus cãm intelligi oportere. Non erit po stremo legentibus difficile q's hic scriptor in febribus nauseas dixerit nouisse. Si meminerit aliquis quos ad uomitũ conatus & impetus stomachi & post eos uomitiones mare primũ ingressus graui dolore senserit. A nauibus enim & nauigatione ναυτιᾶν uerbũ & ναυτίαν nomẽ græci fecerunt qb⁹ uomitiones & ad uomitiones conatus illos indicarent. Secutiq; eos latini eodem mõ & ex eadem eã suam & ipsi nauseam fecerunt. Eadem significatione & rei æstimatione: nec cõtẽti in nauigio & ma ri eã constituisse uocẽ: ad reliquas uomitiones rem transtulerunt. Vocaruntq; græci ναυτίαν latini uero nauseã. In reliqua uita uomitiones & ad uomitiones conatus. Quæ qm̃ in aduersa ualitudine fiunt quotidieq; in ægrotis uident' iisq; presertim quibus male affectus stomachus sit cogunt' me dici subinde uomitiones & ad eas irritos ẽt conatus obseruare: quos nec græci nec latini appellatio nibus secreuerunt utrũq; euentum eadẽ nauseæ appellatione indicantes: & si obseruatum in anti quis scriptoribus græcis pariter & latinis diu fuerit nauseas conatus potius & impetus illos q̃ uomi tiones dici: Sic Celsus primo libro si sine uomitu nausea fuit &c. Sic græcoꝝ medici ναυτιώδεις διαθέσεις pro irrito ad uomitum eodem conatu sæpe dixerunt: Quod legentes monuisse placuit ut certiorem nauseæ rõnem ex mari primũ factam scirent: & qm̃ frequentiores diuturniores & ualidiores ad uomitum in mari conatus q̃ uomitiones in pluribus fiant p̃cipuam eius uocis eam esse significationem: q̃ possit sine uomitu ẽt esse: quemadmodum cõtra uomitus nunq̃ sine p̃cedente impetu & conatu illo fiet. Nec conuerti cum uomitione nauseam sed p̃cedere nauseam sequi uomitionem & illam sine posteriore aliquando esse posteriorem uero nunquam sine priore.

Nausea

DIOS. DE Siluestri siue erratico fœniculo, Cap. lxxvi.

Ippomarathron. Sunt qui fœminino genere maratridas: qui agreste Marathrum: qui Myum appellent. Magi Thimaricolinũ: Galli sistrameor: Romani erraticũ fœniculum dicũt. Grande est erraticũ fœniculum. Semẽ fert cachry simile. Radix illi est odorata: quæ contra urinæ stillicidia utiliter bibitur. Menses apposita eadem trahit. Sistunt aluum pota semen & radix: serpentium morsibus subueniunt: Vessicæ calculos frangunt: & suffusos felle purgant. Bibitur nutricibus in defectu lactis foliorum erratici fœniculi decoctũ. Puerperas a partu purgat. Vocatur & alterum erraticum fœniculum Foliis angustis: exilibus: & oblongis: semine rotundo coriandri seminis eadem pene figura: acri: odoratoq;: & quod calefaciendo sit. Respõdent proportione similes antedicto uires eius. Infirmiores tamen & minus efficaces sunt.

h

INTERPRES.

Redebamus dixisse nos in Hipposelino quod Romanis Olusatrũ est quæ ad ostendendã huiuscemodi uorum in græcis rationem satis essent Sed appellat in Hippomarathro nos Nicander: qui in Theriacis suis: nõ composita uoce hac utit' sed ab equis adiectiua forma illi adiecit. Versiculus eius est ἠδὲ καὶ ἱππείου μαράθου πολυαυξέα ῥίζαν, quod est si uerbum de uerbo aliqs uertat: aut equestris & ẽt marathri multi incremẽti radicẽ. Qua uoce cõtra ea quæ paulo ante dicta a nobis sunt suspicetur forte aliqs non simpliciter grãdia dici quæ hippo uocem cõiunctam sibi in cõpositione habẽt: sed qd ad equos ptineat latere in his plantis aliqd. Veꝝ nihil suspicari oportet huiuscemodi. Potuit enim poeta cõpositiõis in noĩe illo rõnem laxius exprimere & quod aliis satis fuerat simplici hippo uoce augere: ab eodem aĩali adiectiuũ ipse facere. Neq; nos simpliciter negauimus significare equũ in his plantis eã uocem: sed nõ r̃ndere in latinis equũ significationi græcarũ uocũ iõq; eoꝝ rõnẽ in fingendis uocibus seq nõ oportuisse. Illi enim p̃cerio rẽ altitudinem & qualis in his est q eqs uehunt' in plantis his ostendere tm̃ uoluerunt: ex eaq; rõe Nicander ἱππεῖον μάραθον dixit: nõ equestre fœniculum sed grande: tantũq; satiuo procerius q̃tũ equites altitudine pedites supant. Significareq; eã uocem solam proceritatẽ hic ipse indicat: q erratici fœniculi historiã incipiens ait. Grande est erraticũ fœniculum. In cuius appellationibus quæ fœminino genere Marathris dicta est solam hẽt ex sexu a supiore illo discriminis cãm: qualia in hoc ope multa alia audiunt': quemadmodum agreste marathrum eandẽ hippomarathro significationem Ferre erratirum fœniculum hoc semen cachryi simile Dios. ait cachry id ĩtelligẽs quod ab eo in libanotide mox describetur & quod in umbella eius fruticis concipitur & maturat': cui erraticum fœniculum hoc similem suam habet.

c

ἱππεῖον

ἱππεῖον μάραθον

DIOS DE Dauco: Cap. lxxvii.

d Aucon. Sunt qui Daucion uocent. Romani pariter græcis Daucũ dicunt: Creticus in hoc genere qdam ẽ: fœniculi foliis: minoribus tñ exilioribusq;: Caule semipedali: coriandri umbella: floribus candidis: & post hos semine acri: candido: hirsuto: & in cõmanducando odorato: Radice digitali crassitudine et dodrantali longitudine. Nascitur hic petrosis & apricis locis. Alter agresti apio similis est: asper: aromatũ mõ odoratus: sapore feruido. Antecedit alios bonitate creticus. Est & tertium Dauci genus coriandri folio: flore candido: capitibus & fructu anethi. Erraticæ pastinacæ umbellã habet prælõgo semine cymini figura & acri plenã. Calefacit potum Daucoꝝ oĩum semẽ. Menses: fœtus & urinã trahit. Finit idem tormina: tusses diutinas lenit. Succurrit & phalangioꝝ morsibus cũ uino potũ: discutitq; emplastri mõ impositũ tumores. Ex aliis seminis tñ usus est: Ex Cretico radicis ẽt: quæ præsenti & egregio remedio cõtra uenenata cum uino bibitur.

INTERPRES.

n On semper quod Flaccus ait decies repetita placebunt Sunt enim quæ iterũ tãtum dicta fastidium afferunt: & siquam habuerunt gratiam amittãt. Siquidem sumus hoc ingenio oẽs ut nihil unq̃ tam gratũ aut nouum sit: ut nõ statim placere desinat & exoleuisse credat̃. Ob eam cãm nihil nos in Dauco de Dauco agemus nõ multo ante in agresti pastinaca tã longe tractata omni eius historia & rõne Ex qua poterunt uolentes quæ in Dauco exigi a nobis poterant nouisse omnia. Neq; enim cõgener sed idem illi ẽ & nomine tñ diuersus: Si Galeno melioribusq; græcis credendum est Masculino genere & neutro Daucum dici in antiquis obseruauimus. Nos hunc scriptorem secuti masculino eum semp indicauimus. Quodq; inter appellationes eius male dircæon legebat̃. Ex Nicandro in Theriacis Daucion emendauimus. Sic n. ille appellauit. δαύκειον ῥίζας τε βρυωνίδος: quod est: Daucũ & bryoniæ uitis radices. Fuerunt ẽt in antiquis qui Daucũ scriberent: duoq; eius tñ genera facerent: Creticũ & Asiaticum: hic tñ tria: Plutarchus uero plura Daucoꝝ fecit genera. Illud ẽt a principio statim qd̃ hic ait hr̃e Creticũ Daucum fœniculo similia folia μικρότερα δὲ καὶ λεπτότερα: Quoꝝ nisi uitiũ sit sensus ẽ minora tñ & tenuiora Plini⁹ & Plinũ secut⁹ Barbar⁹ cãdidiora dixerũt q̃si λευκότερα nõ λεπτότερα legẽdũ sit Nos & si multis locis mutatas inuicem duas illas uoces in hoc scriptore deprehẽderimus: in re tñ incerta nullius græci codicis fide & ope adiuti mutare ausi eã nõ sumus: & q̃lẽ inuenim⁹ eã reddidimus uocẽ. Præterea qd Barbarus in meridianis locis nasci Daucũ dixit nos apricis Dios. ἡλιακοῖς ait quæ uox soli expositũ & bene solem excipientem locũ significat: quæ tota apricæ appellationis ratio & summa est. Habent enim meridiana ex mũdi parte & aspectu indicationẽ: aprica ex calore solis cuius tepore fœlicius caleotibus locis Daucus hic prouenit. Et hæc pro Dauco dicta hactenus a nobis fuerunt.

DIOS DE Delphinio. Cap. lxxviii.

d Elphiniõ. Sunt qui Diachysin: qui diachyton: qui paralysin: qui chamarõ: qui hyacinthum: qui Delphiniada: qui Nerion: qui Neriadium: qui Sosandrũ: qui Croniũ uocent. Romani buccinũ minorem dicũt. Ramos ab una radice longitudine duorũ dodrantum & aliqñ maiores Delphinion profert: Circa quos foliola sunt tenuia: candida: prælonga: incisuris diuisa: delphinorum figura. Vnde & nomen inuenit. Florem fert uiolæ similem purpureo colore. Semen in siliquis hẽt milio æquale. Potũ cũ uino scorpionũ ictibus ut quoduis aliud succurrit: Ferunt p̃terea admota herba contactos scorpiones lãguescere: torpidosq; & ad nocendũ inefficaces fieri: amoraq; statim in antiquã redire naturam. Nascitur Delphinium hoc asperis sed apricis locis. Est & alterũ Delphinium qd̃ hyacinthũ aliqui: Romani uero Buccinũ pariter uocant. Antedicto simile id est: foliis tñ ramulisq; multo gracilioribus: habetq; pares antedicto uires non adeo tñ efficaces.

INTERPRES.

q Vam nr̃a ætas Senã officinis oĩbus & uulgo notã uocat antiq̃tas ut opinati aliq̃ sunt Delphinion appellauit. Posterioris & quo nunc medicina utitur nominis incerta ratio nobis & cã:

antiqoris notissimi nautis in mari pisces auctores sunt: repando dorso repandas Delphinii huius siliquas nõ folia a se uocari & indicari gaudentes: ut nõ tm̃ maris honor delphinus esset: sed haberet nutrix & parens omniũ terra quod ex eo pisce in suis opibus etiã numeraret. Vtq; in mari beneficus homini semper delphinus fuit: multisq; salutem humanitatis nostræ sensu quodam attulit. Sic ẽt in plantis aliqua esset quæ delphinoꝝ figura repãdoq; siliquarũ suarum inflexu salutem homini faceret. Eiusq; beneficii merito Sosandros etiã diceretur. Id enim ea uox significat Dictumq; delphinium hoc Sosandros ẽ ꝙ τὴν ἰσχύος... σώζει. i. uirium & roboris firmitatem seruat. Fuerunt qui mutata tm̃ declinationis forma delphiniada. s. herbam uocarent: & qui a floris figura hyacinthũ: ὑακινθώδης. n a græcis. i. hyacinthinus flos eius describitur. Legitur postremo inter appellationes has a Romanis delphininm hoc buccinum minus dici quod nullibi hactenus compertum nobis est: Facilis tamẽ nominis cõiectura. Vt. n. græci a Delphinis & ex mari nomen illi fecerũt: sic posteriores ẽt latini potuerũt ex eodẽ elemento sed ab aliis piscibus eam indicasse. Sunt enim buccina in purpuraꝝ genere sed nõ repando dorso ut delphini. Quod mireſ aliqs in delphinio hoc illud est: Nihil agere de eo Plinium: nec Delphinii aut Sosandri quod hactenus legerim in tota eius historia sub his nominibus unq̃ meminisse. Nihil ẽt Paulum Aeginetam: qui cum medicam oẽm materiã lib. vi. per capita numeraret quotidiani in medicina usus herbam remediumq; relinquere non debuerat. Dubitamus ob eam cãm latere in antiqua ẽt medicina delphiniũ hoc sub appellatione aliqua alia. Auxitq; sospitionẽ nostram: ꝙ is quem uetustissimũ habemus longobardis litteris scriptum latinum Dios. nullũ hoc loco Sosandrum aut Delphinium ostẽdit. Monemus hæc legentes: & eruscandæ ueritatis has ueluti ansas illis porrigimus: ut & ipsi ingenio: labore: diligentiaq; sua humanæ saluti aliquid conferant. Cæteræ Delphinii appellationes non satis certam nobis habent significationem: nisi forte nerion & neriadium a Nereidibus nymphis ex eodem mari factæ sunt. Demicabitur aliquis etiã neq; immerito i multiplici senæ ptãte nihil a Dios. in Delphinio dictum quod ad faciendã homini medicinam præterq̃ in scorpionis ictu pertineat. Nos ex figura siliquarũ senæ quæ totam delphinoꝝ formam referunt: & posterioꝝ quorundã auctoritate usi Senam Delphinium & Sosandrũ antiquis dictam fuisse testati sumus: Ingenue tñ fatemur pro cõperto aliud nihil de ea nos hr̃e. Animaduertendũ & illud in delphinii historia dicere Dioscoridem folia eius Delphinoꝝ figura esse: cũ tñ aliter sensus iodicet & quod delphinis simile in Delphinio est Siliqua tm̃ sit. Eamq; ob cãm nõ male forsan suspiceſ aliqs perisse aliqd eo loco qd ad has siliquas ptineret: facili librarioꝝ lapsu cũ pluca sigillatim & per se sin̄r desinentia scripturi sũt.

Ddelphiniõ

DIOS. DE Pyrethro. Cap̄. lxxix.

pYrethron. Sũt q Dorycniũ: q Pyritrũ: qui Pyrotũ: q Pyrithen appellent. Romani Saluatem herbã dicũt. Caulem foliaq; agrestis Dauci & fœniculi modo ex se profert. Vmbellam anetho similem & rotundam habet: Radicem pollicis crassitudine: longam: sapore maxime feruido. Abundat cõmanducata hac herba in ore saliua. Ea pp dentium doloribus subuenit cum aceto elixa: in quẽ usum decocto illo colluuntur dentes. Cõmanducata etiã Pituitam trahit. Vnguntur ea ex oleo ad ciendos sudores. Facit ad longos in accessiõibus febrium cum tremore algores. Facit & ad ea quæ frigoribus perfrixerunt corpora & torpent: qbus egregie accomodata est.

INTERPRES.

nOn dedit ut forte opinabiſ aliqs in græcis Pyrethro nomẽ ignis: sed qui in ea similis igni feruidus sapor est. Qui tantus adeoq; uehemens in ea sentitur ut plures in gentibus ab eadẽ ui appellationes inuenerit. Quæ. n in hoc scriptore numerant ἀπὸ τοῦ πυρὸς incipientes uoces eandem oẽs habent causam: & quæ Romanoꝝ appellatio fertur Saluaris herba a feruidi saporis eius euentu causam & originẽ duxit. Cõmãducatum. n. copiosam oris saliuam proritat; qua ptãte plerũq; sunt feruida omnia. Ideoq; ueteres græcoꝝ medici ad purgandas capitis pituitas eo utebantur. Præcæpitq; id inter cæteros Paulus Aegineta lib. i. capite quo de purgãtibus caput apophlegmatismis agit: qui græcis sunt medicamenta omnia qbus per os capitis pituita purgaſ. Hãc ipsam nõ pyrethron sed pyretida Nicander in Theriacis suis uocauit. Versiculus eius est δή ποτε δ' ἢ βλωθρoῖς πυρίτιδος ἔγχλοα φύλλα. Cur aũt Dorycnion uocari ẽt feratur incertum nobis est. Inter uenena. n Dorycnion numeratur ut sexto uolumine priuatim dicetur. Illud in pyrethro animaduertendum uariare in umbellæ eius historia græcos & latinos scriptores. Quod initu in impresso Dios legitur τριχοειδής quæ uox comosum & capillatum significat aliqui τροχοειδής idest rotundum & rotæ modo circumactum legentes uerterunt. Nos cõmuniorem & meliorem ut credimus secuti lectionem ut legitur uertimus.

Apophlegmatismus

DIOS. DE Libanotide: quã Rosmarinum dicunt. Cap. lxxx.

L Ibanotida. Romani Libanotida etiam dicunt. Duũ generũ Libanotis ẽ: Fœcũda fructumq; ferẽs alia: Quæ secunda diuisione duo item genera facit eam quæ zea aut Campsanema uocatur: cuius fructus canchrys uocaẽ similiaq; fœniculo folia habet: crassiora tñ & latiora rotæ modo in orbẽ circũagentia se & per terram strata: odorataq; caulem altitudine cubitali: & aliqñ maiorẽ: alarum concauitatibus multis: & in summo umbellã in qua copiosum semen est: cãdidum: uerticillo simile: circinatum: angulosum: acre: resinosum: & quod cõmanducatum gustum incendit. Cui Radix est candida: gracilis: odore turis. Alteram deinde in cunctis huic similem: Quæ semen fert latum: nigrum: odoratum: uerticillo simile: sed gustum non incendens. Radicem foris nigram: contusam uero albã. Quę aũt ex prima diuisione sterilis & sine fructu libanotis dicitur antedictis tota similis nec caulem: nec florem: nec semen ex se profert. Nascitur aũt petrosis & asperis locis. Oĩum cõiter cõcisa herba & emplastri modo imposita hæmorrhoidas sistit. Sedis inflãmationes lenit: Condilomataq; & strumas: nec facile maturescẽtes abscessus maturat. Purgant ulcera ex melle siccatæ oĩum radices: Torminibus medentur & contra serpentium morsus cum uino utiliter bibuntur: Menses & urinã trahunt. Discutiunt illitæ ueteres tumores. Facit ad oculoꝝ claritatem radicis herbæq; earũ succus addito melle inunctus. Potest eadem & semen: Comitialibus & uetustis pectoris uitiis succurrit. Datur cum pipere & uino contra fellis suffusiones. Sudores idem cit ex oleo inunctum. Confert præterea ruptis: cõuulsis: podagrisq;: in quem usum tritum cum Loliacea farina & aceto emplastri modo imponitur. Vitiligines exterit acerrimo aceto mixtum. Verumtamen oportet in potionibus semine Libanotidis eius uti quæ canchryn non fert. Acerrimũ. n. id est: faucesq; exasperat. Tradit Theophrastus cũ Erice nasci Libãonida amarę agresti lactucæ folia similia habentem: radice breui: potamq; utrinq; purgare: cãdidiora tñ: aspetioraq; lactucæ foliis Libanotida folia sua hẽ. Quod uero Canchry in ea dr̃ calefaciendi: siccandiq; maximas habet uires. Ea pp miscetᷣ his quæ exterendo sunt: & cõtra destillatiões in oculos capitᷣ sic emplastri modo imponitᷣ ut post triduum abstergatur.

INTERPRES.

P Lures quondam non Dios. tñ: sed cæteris græcoꝝ herbariis & medicis omnibus libanotides fuerunt: ut eodem turis cognomine oẽs: sic nõ eodẽ eius odore insignes. Vna. n. & quæ Canchry fert Primo & per se ꝙ radix eius tus olet ab eo indicari merita est. Cæteræ aut cõgeneres aut aliqua parte illi similes: in censum & nomen eius uenerunt. Satisq; certa earum diuisione hic usus posteriores græcorum medicos & herbarios alios subscribentes sibi habuit. Siquidem omnes excæpta coronaria quæ statim ab eis describetur. Tria eius genera fecerunt fœcundam fructumq; ferentem: & hanc duplicem: tum sterilem numerantes: peregrinas ut nos credimus Italiæ plantas: & quarum omnis misceatur historia: si Theophrastus audiatur: presertimq; in foliorũ figura. Quæ palustri Apio in primo genere: i sterili uero amaræ lactucæ similia ille facit. Cũ hic fœniculo cõparet: & crassiora tñ latioraq; eẽ dicat: ꝗ una folioꝝ forma uulgarẽ nostratẽ & coronariã Rosmarinũ cognomẽ ille fecit. Alioqn nulla erat ex similitudine cã. Cur quondã libanotis & nunc tota græcia Dendrolibanon coronaria rosmarinus diceretᷣ: nihil enim simile cõe ue illi aliud hẽt. Quodq; facile ex historia eaꝝ intelligat aliquis tota & undiq; diuersa. Siq dẽ coronaria rosmarin[a] frutex magis ꝗ herba ramos habet: illæ caulem & quæ fructum inter eas ferunt umbellam etiam. Hæc a terra erigitur: illæ per terram folia spargũt: & ne lõgiores simus plures habẽt illæ notas quibus a coronaria separantᷣ: Quin ẽt in foliis prius illud genus suas habet itidẽ differẽtias. Quo autẽ maxime differunt: Canchry est: quod in fœcũdo utroq; illo genere in sũmo caule simile arborum canchry surgit: in quo concipitᷣ & maturatᷣ semen. Quid aũt canchrys sit: & qũo in arboribus nascitur dictum iampridẽ a nobis est. Quæ una nota a coronaria libanotide reliquum omne hoc genus præcipue separat. Nec Nicander aliter eam signat in Theriacis suis ἤ σύ γε καχρυόεσσαν ἑλὼν

περιθαλπὲς ῥίζαν: quod ē. Sumito & calidam radicem καχρυφόρον .i. cachry hoc ferentem libanotidis fœcundum illud genus significans. Rursusq; ἅμμιγα καχρυφόρῳ λιβανωτίδι: quod est Simul cum libanoti de cachry ferente. Vna aūt hac nota libanotis præcipue discernebatur: q̄ in medicina cachyros huius .i. seminis tm̄ usus esset. Eamq; ob causam seorsum a reliqua planta Paulus Aegineta de eo egit fructum seu semen libanotidis uocans: uiresq; illi exterendi: discutiendi & calefaciendi tribuens. Vsus illo ēt est ex oleo contra febriū pfrictiones & cū tremore algores. Duplexq; illud libanotidis genus fœcūdum ex cachry hoc dictū est. Tertium.n. quia eo caret: ideo ἄκαρπος sterile & sine fructu a græcis noīatur: prioribus præterq̄ in hoc simile. Quatuor libanotidū genera his uerbis in yi. Paulus Aegineta itidem numerauit Libanotides tres: sterilis una: ferentes fructū duæ dico aūt ego fructū quē græci καρπὸν cōi ad fructū & semen significatione: extergendi: discutiendi: incidendi: molliendiq; uires habēt. Succus eaꝝ hebetibus ex humoꝝ crassitudine oculis ex melle medeť. Corōariæ uero libanotidis decoctū suffusis felle utiliter bibiť. Theophrastus aliter potius q̄ aliud nono de plantaꝝ historia uolumine de iisdem agit. Libanotidū duo genera sunt: fœcūda altera: sterilis altera. Rursusq; altera semine & folio utilis: altera radice tm̄. Vocať aūt fœcūdæ fructus cachrys. Habet ipsa foliū palustri Apio simile: multo tm̄ maius: caulem uero altitudine cubitali: & aliqn̄ maiorem. Radicē grandem: crassam: candidā: odore turis. Semen fert candidum: asperum: oblongū. Nasciť maxime squalentibus locis & petrosis Vtilis radix ad ulcera & fœminarum menses: In quē usum bibitur in austero nigro uino. Vtile semen itidem uesicæ stillicidio: auribus: oculoꝝ albuginibus & inflāmationibus. Lac matricibus auget. Quæ cōtra sterilis diciť amaræ lactucæ folio similis est. Asperius tm̄ & cādidius libanotidis est Radicem habet hæc breuem. Nasciturq; plurima qbus dictū est locis. Potest purgare radix utrinq;: sic tm̄ ut supior pars per supna: inferior uero per infema. Quin ēt uestibus interposita corrumpi eas ꝓhibet. Colligiturq; per messem. Et hæc Theophrastus quo diximus loco longius ideo repetita ut possint legentes pluribus in unū collatis ueteꝝ ad eandē rem dictis facilius & aptius de omni libanotide cēsere. Ob quā causam non pigebit: quæ de cachry libanotidis fructu dicta a Paulo Aegineta fuerint his etiam addere. Ea huiuscemodi sunt. Fructus libanotidis cachry est. Habet is repurgandi: discutiendi: & calefaciendi uim. Ideoq; comitialibus subuenit: & suffusis felle cū pipere & uino potū. Illiniť idē ruptis: conuulsis: & podagris utiliter. Et ut ait Diosc. uitiligines ex aceto exterit Testati oēs hactenꝰ græci & latini sunt: quia tus oleat libanotidis: quod græci libanon dicunt sic dictā ab eis fuisse. Apuleius tm̄ in cōmētariolo suo de herbis tradidit ideo sic dictā: q; ante cognitum nostro orbi tus suffitu & uapore eius herbæ pro ture gentes utebanť: quod tm̄ parū uerisimile est: nisi prius libanotidis fuisse nomen dicamus: & q̄ tus illi successerit libanon id hoīes appellauerint. Plinius multis locis de omnibus his egit sed tam incerto intellectu ut non facile sit peregrinas libanotides has a coronaria & a cunila in eo separare: eamq; ob cām nihil nos ab eo in cōmētationes has nostras deriuauimus: ne copia reꝝ legentes remoraremur: a ture tm̄ & ipse dictas a græcis fuisse restatur. Dicemus hoc capite quænam græci ῥυπτικὰ uocēt: & quid ῥύπτειν uerbum illis significet. Incipiemusq; a uerbo quod purgare significat nō eo quo aluus purgať modo: sed quo manus sordidæ hūore aliquo abluuntur: in illa enim deiiciunť excrementa & sordes: in his abstergiť potius quod deturpat magis q̄ nocet non deiicitur: eamq; ob cām ne misceretur sensus. Nos exterendi aut abstergendi uerbo semper usi sumus. Repurgari aliqn̄ etiam auctore Plinio hæc diximus. Inditareq; id modo uoluimus: qm̄ & Plinius lib. xxiiii. capite. xi. de fruticis & radicis succo libanotidis agens ait morbum regium sanare & ea quæ repurganda sunt: ea intelligens quæ turpia: sordida: aut informia iterū atq; iterum succo illo abstergenda & repurganda sunt.

ῥυπτικὰ
ῥύπτειν

DIOS. DE Alia libanotide quæ Romanis rosmarinū est. Cap. lxxxi.

Libanotida. Romani Rosmarinum dicunt. Rosmarinū quo coronarii utūtur: tenues uirgæ sunt: circa quas folia item tenuia sunt: densa: oblōga: & gracilia: inferiore sui parte candida: superiore uirentia: cū grauitate odorata. Calefaciendi uires habet: medetur suffusis felle siquis in aqua decoxerit: decoctūq; id ante exercitationem bibēdū hoī dederit: & post exercitationes lauerit & uino potauerit. Misceť idē acopis: & oleo qđ gleucinū .i. musteum uocant.

INTERPRES.

Coronaria quondā uulgaris hæc nostras libanotis fuit: nec certiorem habuit hic scriptor notam qua legentibus eam indicaret. Quotidianus enim hic usus eius erat: nectebanturq; in coronis ramuli eius nō aliter q̄ serpillū: & quæ alia Theophrastꝰ φρυγανικὰ uocat toto corpore odorata Nunc alius eius usus est. Descripsit eam satis Diosc Nihilq; in tota folioꝝ figura desiderari pōt. Vnaq; hæc folioꝝ similitudo quæ omnibus inter se par æqualisq; est & qualem paulo

ante in coronaria hic descripsit in libanotidum nomen & censum eam asciuit. Quæ licet in priore illo genere fœniculacea sint ut hic ait: eamq; ob cām τριχοειδῆ .i. comosa & capillata: nihilominus qm̄ i comoso illo habitu latiora & crassiora fœniculo sunt ad formā foliorum libanotidis huius .i. coronariæ nostratisq; rosmarini accedunt. Fitq; hæc illis eatenus tātum similis. Quatenus enim tus libanotides aliæ olent nihil huic simile habent. Dioximus hoc capite ante exercitationes & post eas &c. Cuncta illa significantes quæ græci una appellatione γυμνάσια dicūt: nō gestatiões ī ambulationesq; tm̄ ut Barbarus reddidit: Sed ualidiores & uehemētiores labores oēs: quibus ex se ipso calor in hoīe augeť: quales quōdā cāpestres exercitatiōes a Romanis dictæ sunt diuersorum generum: quibusq; modo robustius redderet corpus modo celerius: & ad oēm motum expeditius. In priore illo quondam numerabanť sublato grauiore aliquo pondere stare: progredi: & quadamtenus spatiari: manibus per funem in altum subire: aliaq; huiuscemodi multa quæ ad robur: neruos: & musculos proficerent: huius generis in rustico opere fossura ēt est. In altero cursus: & quem græci σκιαμαχίαν & quos ἀκροχειρισμοὺς dicebant. Illam simulatam & umbratilē pugnā cum ad palum exercerentur: illos luctam quæ nō toto collato corpore: sed consertis summis manibus fieret: pilā: folliculū: & quæcunq; alia uelox & agile corpus reddunt. Et ex harum exercitationū censu & ordine Dios. γυμνάσια non gestationes & ambulationes dixit: & post hos labores eputo prius Corōariæ Rusmarini decocto lauari in balneis: & uino potari suffusos felle hic præcæpit.

γυμνάσια Exercitationes

DIOS. De Spondylio .i. uerticillo uel uerticillari herba. Cap. lxxxii.

SPondylion. Sunt qui Araneum: qui Phalāgiū: qui Asterion: qui Spōdylida: qui Chordanon: qui Oenanthen uocent. Aegyptii Apsapher. Magi Osyrida. Romani herbam rutinalem dicūt. Folia habet Platano quadamtenus similia: ad panacis foliorum figuram accedentia. Caules cubitales: & aliquando maiores fœniculo similes. Semen in summo Seselis semini simile: duplex: latius tm̄ candidius: glutinosiusq; & grauiter odoratum. Flores pallescentes: cādidos ue. Radicem candidam: radici quam raphanum dicūnt æqualem. Nascitur palustribus & aquosis locis. Potum semen eius per inferna pituitam pellit. Medetur pota herba iocinorosis: suffusis felle: In spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus: comitialibus: & strangulatu uuluæ procidentibus. Suffitu semen sopitos excitat: Ex oleo capiti inungitur: prodestq; phreneticis: ueternosis: & capitis doloribus. Compescit præterea quæ serpunt cum ruta emplastri modo impositum. Datur radix suffusis felle: iocinorosisq;. Fistularum callos ramenta eius circumligata erodunt. Recentis etiam floris succus contra exulceratas purulentasq; aures prodest. Seruatur hic insolatus aliorum succorum modo.

INTERPRES.

IN animalium durso Spōdylos græci primū priuatimq; in hoīe uigintiquatuor uertebras: qbus tota eorum spina cōstat appellauerunt. Quarum septem in ceruice numeranť Scapulares duodecim sunt. Dico aūt Scapulares quæ ab ea parte: qua Scapulæ incipiunt eo descendunt p interscapiliū numero. Lumbares uero quinq;: oēs ut diximus uigintiquatuor. Post quas sacrum excipit os: quod ex spondylis simul cōcretis cōstare uideť: quo noīe non tm̄ os hoc ex concretis simul quasi spondylis constans appellatur: sed quod utrinq; illi cōnatum est latum & grande: ut primo libro in Cypero longius dictum a nobis est. Spondylorum huiuscemodi quos latini uertebras dicunt nota omnibus forma est: tereti structura per media foramina a cerebro descendēte medulla. Ab eorum figura & similitudine tidem græci in muliebri lanificio & opere spondylos uocauerunt pōdera: qbus mulieres in ducēdo ex colo in filum lino aut uellere aliquo fusos suos tādiu librant donec multo filo graues alterius ponderis ope ut ad rectos angulos descendant nō indigent. In quem usum qm̄ oportet eos præter pondus in diuersa ducendi fili rōne: aut in globum tumere aut in orbiculū dilatari ideo nō eadem semp eorum forma ē. Illud tm̄ necessarium semper ut medio peruio foramine insertum fusum excipiant: & exceptum dum se circumagit pondere suo librét. Ab his rursus ad plura translatum nomen id est: quæ breuitatis causa relinquimus: & a quotidiano notæ rei spectaculo multarum rerum descripta signataq; forma & euentus est. Quod euenisse & factum ab antiquis in Spondylio hoc c̄redimus. Cuius semē hic primū seselis semini simile dixit quod in Peloponnesiaco Seseli latius cæteris & caruosius describiť: mux διπλοῦν quod est nō simpliciter duplex: sed latum & grande. Id enim in græcis ea uox aliqn̄ significat: quemadmodū in latinis Maro ēt dixit in Georgicis suis duplici aptantur dentalia dorso. Nec multo post: duplex per

Spōdyli muliebres

Duplex

lumbos agitur spina. Vbiq; enim ea uox larum & grande significat: Quod ad spondylos manifeste pertinet: multoq; certius quod hic ait spondylion hoc a quibusdam Arachnem. Phalangiũ & Asterion uocari. Sunt.n. in Phalangiorum genere decem ab antiquis priuatim suis nominibus numerata. Inter quæ etiam est quod acino uuæ simile ῥὼξ uocatur. Descripsitq; id Nicander in Theriacis suis in media aluo ex inferiore parte os habere. Versiculus eius est. γαστέρι δ᾽ ἐν μεσάτῃ ὀλοοῖς ἔσκληκεν ὀδοῦσιν: quod est ut Plinius de eodem agens lib. xxix. capite. iii. ait Ore minimo subaluo. Quæ acini rotunditas in eo & in media aluo minimũ os quasi peruiũ foramen muliebris uertit illi formam effingit. Eamq; ob cãm hic ait Arachnem: Phalangium: & Asterium uocari. Totius enim generis prima illa duo nomina sunt: Asterium uero ex eodem genere ab eodem Nicandro priuatim descriptum. ἀστέριον δ᾽ ἔσφ νάλλο πιφάσκιο &c. Dictumq; ab eo hoc est habere in tergo pingue quoddam splendens: discurrentesq; in eo lineas quasdam fulgentes: a quorum nõ oĩum similitudine: sed a priore illo quod acino uuæ simile diximus hic semen primũ: mox ex semine plantam; araneum: phalangium & asteriũ spondylion herbam uocari ait. Nec obstat q alijs & non ῥῶγι illi cõparauerit. Ab imperitis enim & qui tñ in genere araneorum id esse scirent additæ appellationes hæ fuerunt. Ex quibus non suspicari tantum sed ratiocinari licet non aliunde plantam hanc spõdylion q̃ a spõdylorum in spina & phalangii illius forma dictam fuisse. Siquidem rotunditate duo hæc similia inter se sunt: & ambo peruiam concauitatem habent: qua muliebriũ fusorum uerticillis similia etiam sint. Eodem pertinet: & quæ fœminino genere spondylias sequitur. Cæteræ appellationes incertã nobis habent significationem: nec græcæ magis q̃ latinæ: ob quam causam nihil ultra de eis dicet. Sed qm̃ hic seminis suffitu excitari sopitos tradidit: nequis simplicem somnum ea uoce significari credat meminisse oportet: quod dictum multo ante a nobis est soporem & sopitos toto hoc opere intelligi eos qui malã quietem & noxium somnũ edormiant: quẽ uarijs ut uaria & multiplex eius mali cã est appellationib⁹ græci indicant: & inter alias καταφέρεσθαι uerbo & καταφορᾶς noie: Quæ in cõmuni significationis æstimatione in soporem trahi & deferri indicat. Vtq; nos obseruauimus nõ facit cataphora hæc ꝓprium mali saporis genus: quales Lethargus: Caros: Coma: & pleriq; alii sunt: sed cõe quoddam omnium consequens est. Sic Galenus in Isagoge sua de Lethargo agens indicasse uidet dicens ὁ δὲ λήθαργος ἐναντίον πάθος ἐστὶ τῇ φρενίτιδι, καταφορὰ περὶ εἰς βαθεῖα. Idem etiã in Lethargi diffinitione ait λήθαργος ἐστὶ καταφορὰ δυσδιέγερτος: quod nihil aliud est q̃ si dicas. Lethargus inexpugnabilis in soporem delatio est. Eundẽ secutus in secũdo de Phrenetide agẽs Paul⁹ Aegineta est καταφέρεσθαι uerbo in sopore usus: mox in lethargo. παρέπεται δὲ τοῖς ληθαργικοῖς πυρετὸς βληχρὸς οὐ πάνυ δακνώδης μετὰ καταφορᾶς: quod est accidere Lethargicis torpidã & ignauã febrem quæ non adeo cruciet cum cataphora .i. in somnũ delatione. Poterant his addi alia etiam: sed hæc satis esse uolumus ut meminerint legentes & sciant καταφορὰν græcis in soporem deferri: & soporem in malo semper nobis in hoc opere esse.

Asterion
Phalangiũ

ῥὼξ

Sopor
Sopiti

Cataphora
καταφορά

DIOS. DE Ferula. Cap. lxxxiii.

Narthexa. Romani Ferulam dicunt. Bibitur uiridis Ferulę medulla utiliter cœliacis & sanguinem expuentibus. Datur & contra morsus uiperarũ bibenda cum uino. Indita eadem naribus liniamẽti modo sanguinis eruptiones ab ea parte sistit. Bibitur eiusdem contra tormina semen utiliter. Adciendos sudores ex oleo inungitur. Faciunt capitis dolores ferulæ caules in cibo sumpti. Seruantur sale inter alia salgama idem ferularum caules.

h

INTERPRES.

Condiebatur quondã seruabaturq; sale ad cibos Ferulæ coliculus toto anno: si huic scriptori primũ mox Columellæ credimus xiii. operis sui uolomĩe capite. vii iubenti cũ plerisq; aliis oleribus & hunc condi: Nec fuit hic usus parum in ea laudandus: & si copiosior eius cibus capitis dolores faciat. Primas enim mensas in acetariis: Secundas uero cum obsoniis cocta multa frugalitate instruebat. Eadem senectuti & a longa ualitudine se recolligentibus auxilio fuit & adhuc est: qm̃ nulli frutici leuitas maior & cum leuitate ligni firmior durities & rigor. Quã et ob cãm libero pr̃i: Sileno: aliisq; numinis eius comitibus dedicata & cõcessa ẽ: ut infirmos in ebrietate pedes leui hoc pedamento regerẽt. Eadẽ imperii notam pædagogis & insigne dedit: ferulæq; minaces sceptra pædagogorum ut Martialis ait regiũ honorẽ & maiestatẽ illi addiderunt: ut quales uoloit antiquitas reges esse in legibus & minis asperos: in pœnis uero mitiores & parũ nocentes: Tales ferularum suarum leuitate pædagogi in pueros suos essent: metuendosq; se potius q̃ nocentes ostenderent: ne dom cultus ingenii quæritur corpori iniuria afferatur: Sed nulla maior illi merito laus est q̃ q frutice hoc Prometheus quẽ ignẽ inuiderat Deus mortalibus hũc ὡς παῖς ἰαπετοῖο ἔκλεψ᾽ ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόεντος, ἐν κοίλῳ νάρθηκι λαθὼν Δία τερπικέραυνον. Quo uita omnis hæc

fc

nostra caleret & ornaretur. Accessit his laudabilis etiã q̃ medicis oĩbus aliqoot qoas habet melio rem beatioremq; nobis uitam facit sanguinem ex naribus importune erumpentem sistens: sudores ubi opus sit ciens: & torminum uexationibus succurrens: aliaq; potens quæ hic docuit. Quæ mala q̃m nota in hoc opere iampridem legentibus sunt nullam a nobis operam exigunt. Illud tñ monemus damnatũ: deoq; relictũ a nobis fuisse quod in extremo hoc capite in impresso & plerisq; aliis græcorũ codicibus legitur. ὁ γοῦν νάρθηξ καυλὸν ἀναφέρει &c. Quodq; ab aliis uersum est: Caulem ferula sæpe tributum fuodit &c. Quod nihil in antiquissimis græcis huiuscemodi legitur: falsumq; est quod in eo traditur ex hac ferula sagapenum excipi. Neq; enim hic paulopost hoc docet uerum ex ferulacea herba in media Sagapenum fieri tradit: ut eo loco certius patebit. Abundareq; omne id membrum in Diosc. præter hæc persuasit: qui apud nos est uetustissimus latinus Dios. in quo ante eam partem totum clauditur caput.

DIOS. De Peucedano. Cap. lxxxiiii.

PEucedanon. Sunt qui agrestem Sisonem: qui Agriophyllon uocent. Magi bonũ dæmonem. Romani Pinastellum: siue Satariã herbam dicunt. Tenuem ex se mittit Peucedanus caulem: gracilem: fœniculo similem: & circa radices densa copiosaq; coma foliosum: Florem luteo colore: Radicem nigrã: graui odore: crassam: liquore plenã. Nascitur opacis mõtibus. Colligitur ex Peucedano liquor sectis cultello tenerrimis in ea radicibus: quiq; ex his fluit liquor in umbra q̃primum reponitur. Sole. n. statim efflatur & languet. Facit cum colligit̃ capitis dolores uertiginesq;: nisi præunctis antea naribus & insperso capiti rosaceo id agatur. Inutilis exsucto igne humore radix ẽ. Colligitur prȩterea ex caulibus Peucedani radiceq; Mãdragoræ modo liquor & succus. Sed minus efficax liquore succus est: citiusq; efflatis uirib⁹ ignauus & inutilis fit. Inuenitur aliqñ etiam caulibus radicibusq; Peucedani cõcreta & inhȩrens turis modo lachryma. Primã in Peucedani liquore bonitatis æstimarionem habet qui in Sardinia & Samothrace collectus fuerit: graui odore: colore ruffo: gustu feruens & linguam exurens. Inungit̃ utiliter ex aceto & rosaceo ueternosis: phreneticis: uertiginosis: comitialibus: diutinis capitis doloribus: resolutis: coxendicis doloribus: conuulsis: In uniuersumq; omnibus neruorũ affectionibus ex aceto & oleo utiliter inungit̃. Strangulatu uuluæ procidentes soporesq; olfactu excitat. Suffitu serpentes fugat. Auribus in earum dolore addito rosaceo utiliter instillatur. Cauis dentium in dolore inditur. Facit ad tussim in ouo sumptus. Spiritus angustiis: torminibus & inflationibus succurrit. Aluum leniter mollit. Lienem minuit. Difficiles partus egregie adiuuat. Quin etiam cõtra uessicæ renumq; dolores & distentiones utiliter bibitur. Muliebres aperit locos. Vtilis ad eadem oĩa radix: uerũ minore efficacia: in quem usum bibitur eius decoctum. Purgat sicca & in farinam trita radix eadem sordida ulcera: ossiumq; squamas pellit. Vetera ulcera ad cicatricem perducit. Ceratis p̃terea malagmatisq; miscetur quæ calefaciendo sint. Probatur recens: non cariosa: solida: odore copioso. Resoluitur ad potiões Peucedani liquor amaris amigdalis: aut ruta: aut pane calido: aut anetho.

INTERPRES.

FEcit pinus quæ græcis Peuce dicit̃ Peucedano nomẽ: Nõ congener congeneri aut similis simili planta: Sed speciosa & procera arbor parẽ folio tñ sibi humiliorẽ fruticẽ ut inter homines qootidie fit sola eius partis similitudine in genus & nomẽ suõ sibi adoptauit: Quod posteriores intelligentes latini Pinastellũ eam uocaueruot. Cuius uocis auctor Apuleius est. Sic. n. emendanda est quæ corrupte in impresso codice Pinasgelõ legit̃. Idem quod in Dios. simpliciter agrion nominatur ab eo Sison agrion dr̃: quasi ex similitudine Peucedanus hæc sison ẽt diceretur: de quo nõ molto añ actũ ẽ: sed siluestre. Nobis uĩ ab re nõ fore siqs suspicet̃ deesse uoci illi agriõ: q̃ siluestre significat mararhrũ: ut q̃m similes illi caoles & capillata folia hẽt siloestre marathrũ diceret̃. Quẽadmodũ qd̃ seq̃t agriophyllon agreste fœniculũ potuisse quõdã legi Suspitiões tñ hæ

funt:nec nos aliquid mutare ausi sumus:pterq̃ ex Apuleio agrion.i.agrestem Sisonem uocari Peucedanum inter alia dicentes;Quæ non tm̃ a Peuce arbore dici in græcis potuit q̃ ab amaritudine: quæ in eadem gente eadem illa uoce indicatur In Arcadia nasci Peucedanũ Theophrastus ait.ix. de plantarum historia uolumine.Verba eius sunt γίνεται δ' ἐν ἀρκαδία. Quem auctorem secutus Plinius lib.xxv capite.ix.laudatissimá in Arcadia nasci tradidit:tam aperte:tamq; uetusto auctore ut nõ dubitãdum fuerit:in Arcadia ne an in Sardinia legendus locus sit. Theophrastum n.secutus Plinius est Nec obstat q; hic dixerit expressum in Sardinia & Samothrace liquorem pbatissimum esse.Hic.n.succum in his gentibus expressum laudauit:illi plantam in Arcadia nasci laudatissimam dixerunt.Eius in antiqua medicina multus fuit usus.Tradiditq; hic inter cætera mederi Peucedani liquorem cõuulsis:Græci σπασμοὺς καὶ σπάσματα uocant.Romani græcæ uocis imitatione conuulsa appellauerunt Quod malum suaæ diffinitionum cõmentario Galenus bis uerbis descripsit In neruis & musculis affectio hæc fit:trahunturq; in ea sine electione.i.inuitis aliquando totum corpus:aliquando corporis aliquæ partes.Diximus etiam uertiginibus mederi eũdẽ hunc Peucedani liquorem Laborantes his eodem cõmẽtario idem Galenus diffiniuit.Vocatq; uertiginosos ait.quibus non tenebræ:sed tenebricosæ lucis obscuritates:σκοτώσεις ille appellat oculis obuersantur:uideturq; illis circũagi caput:comitanturq; eas incerti & discurrentes lucis splendores: μαρμαρυγὰς ille uocat Fit affectio hæc plerunq; cũ cerebrum occupauerũt frigidi & glutinosi humores.Quam ob cãm quantũ uis leui decã concidunt: ut cum uiderint circumagi aliqua Rotas uerbi cã turbines ue:aut si ipsi etiã circumagant.Numerantq; eius mali plures alias Medici causas: quæ tractandæ a nobis non sunt.Dicemus breuiter hoc loco etiam:quos nã hic totiens toto hoc opere tumores simpliciter nominat:non alterius mali comites,aut necessarium consequens:quales uerbi causa in hydropicoꝝ cruribus:aut aliis partibus fiunt:Nec quales alicubi eriguntur cum coit inflãmatio ue aliqd:Sed qui pprium genus habent:contrariumq; illis aliisq; oĩbus qui bilis cõfluxu in aliquam partem fiunt.Pro quibus ex græcoꝝ Medicoꝝ decretis sciendum est queadmodũ coeuntibus in aliquam partem biliosis humoribus sacer ignis quem Erysipelaten græci uocant fit. Sic pituitosi illius humoris fluxu & collectione tumor nullo intra se collecto pure mani: & sine dolore:hosq; in scriptore hoc nulla adiecta nota alia tumores intellexisse oportet.

σπασμός Conuulsa

σκοτώματα Vertigines

μαρμαρυγαὶ

Tumores

DIOS. DE Nigella siue Git qđ Melãrhion græcis est. Cap. lxxxv.

m Elanthion.Sunt qui & hoc siluestre & nigrũ papauer appellent. Romani papauer nigrum & nigellam dicunt. Breuis frutex Nigella est exilib⁹ ramulis:pedali & aliqñ maiore altitudine. Parua habet folia:Senecionis herbæ figura:multo tñ tenuiora. Habet & in summo cacumine exiguũ uasculũ papaueris figura oblongum:interiore sui parte discurrentibus ueluti cancellis disseptum. Inter quos nigrũ semen acre:odoratumq; clauditur. Cõpiosi tur id pani gratissimo cibo. Fronti contra dolores capitis emplastri modo imponitur:& contra incipientes fellis suffusiones tritum naribus cum Irino unguento instillatur. Delet idem lentigines:leprasq;: Tumores itidẽ ueteres:& duritias ex acero emplastri modo impositum. Clauos pterea ante scarificatos pellit ex urina uetere impositum. Decoquit̃ in aceto additis thedæ hastulis Nigellæ semen. Colluunturq; eo in dolore dẽtes utiliter. Cõtra latos lũbricos uentris ex aqua umbilico illinitur:pellitq; eos. Quinetiã tritum & in linteolo colligatum in nares distillationibus olfactu prodest: Pluribus diebus itidem potũ menses:urinam & lac puocat. Facit & spiritus angustias in uino potum. Bibitur utiliter in aqua contra Phalangioꝝ morsus drachmæ pondere. Suffitu serpentes fugat:ferunt pterea largius potum letale homini esse.

INTERPRES.

u Ident Maio & Iunio mensibus in pratis:sepibus:limitibusq; omnibus nascẽtem rura omnia Nigellam:nihilq; eo frutice frequentius simul & uilius. Quondam grato sapore panẽ Nigellæ semen commendabat. Inspergebatur enim ante cocturam illi tritum quemadmodũ & papaueris:non aliter q̃ & nos modo dulciariis potius q̃ pani Anisum miscemus. Quod in Nigella merito miretur aliquis sagacis naturæ artificium est in conformandis eius uasculis: quibus concipitur maturatur & seruatur semen:colore nigrum:Panici seminis magnitudine. Sunt ea uascula longe papaueraceis minora:Nec in mensura sua ut illa longa:Nullam præterea habent: qualẽ papauera in summo stellam:sed latiorem umbilicum:neq; intus eodem modo discurrentes mẽbranas seminum locos dissepiẽtes. In papauere.n.sulcoꝝ modo intercedente quasi aggere quodam ca-

nales sunt: in Nigella per medium transeuntes quasi parietes: quibus loculamenta illa seminũ diuiduntur. Est illud discrimen ẽt quod singula in singulis papauerũ caulibus uascula sunt: in Nigella numerosiora: Vt quod numero seminũ i singulis uasculis deest uasculorum numero expleat. Solaq; hæc uasculi forma fecit ut siluestre & nigrũ papauer a quibusdam Nigella diceret. Græci a colore seminis Melanthion & eorum exemplo latini nigellã nominauerunt. Eius semen inter cætera mederi Diosc. ait τοῖς ἀρχομένοις ὑποχεῖσθαι ἐγχεόμενον εἰς τὰς ῥῖνας μετὰ ἰρίνου ἐλαίου. Quod a nobis uersum est. Contra incipientes fellis suffusiones: Cõmunem oculorum uitio suffundi uerbi significationem ad fellis suffusionem contrahentes auctore Paulo Aegineta: qui de hoc malo agens cum multas eius causas: rationes: & remedia numerasset: subiecit cũ in oculos & faciem fel subierit naribus instillandum cum hoĩs lacte elaterium: mox in balneum descendendum: agendaq; alia pleraq;: tum a balneo naribus infundendum aliquid. Suntq; eius uerba. ποιεῖ δὲ κυκλαμίνου χυλοῦ καὶ πρασίου καὶ μελανθίου καὶ ὄξος δὲ δριμύτατον &c. Quod est: Facitq; ad hoc Cyclamini: porri: & melanthii idest nigellæ huius succus: & acerrimum acetum naribus attrahat. Alioqui ὑποχεῖσθαι uerbum & ὑποχύματα oculorum uitia etiam sunt in marino scorpione descripta a nobis. Quibus addere hæc oportuit quoniam anceps earũ uocũ in græcis significatio turbare multis locis intellectũ potest. Nos hoc magis q̃ illud amauimus ob eas quas paulo ante diximus cãs & nihilominus poterũt legentes aliorum editiones si magis placuerint sequi. Dictũ hoc capite ẽt cõtra aliorum omnium editiones est Clauos præscarificatos pellere melanthii semen nõ cum uetere uino ut illi reddiderunt: sed cum uetere urina persuadentibus id uetustissimis primũ græco & latino qui mihi sunt Dios. codicibus in quibus eum uetere urina manifeste legitur: mox Plinio qui .xx. uolumine capite .xvii. ait. Aũt & clauis in pedibus mederi tritum in urina: Et post hoc Serapione: quorum fide rõcinari & constituere tutum sit cum urina fuisse antiquã lectionem. Neq; ab re uidetur urinam legi debere: qñ uis eius non aliena ab ea potestate est. Veterem aũt urinã hic intellexit aliquo tpe seruatam. Id. n. quondam ad stercorãdas arbores aliquas in ruris disciplina fiebat. Fuitq; facilis lapsus ab οὔρῳ quæ uox urinam ad οἴνῳ quæ uinum significat.

DIOS. DE Laserpicio. Cap. lxxxvi.

Ilphion. Romani Laser & Laserpicium dicunt. Nascitur Laserpiciũ ad Syriã: Armeniam: Mediam: & Libyam locis. Maspeton caulem eius uocant ferulæ similem. Folia habet apii: Semen uero latum: & quasi foliaceum. Radix illi calefaciendo est: Aegre in cibo concoquit̃: Vessicæ nocet: Strumis tñ panisq; medetur cũ cera coacta. Ex oleo cõtra sugillata emplastri mõ imponitur. Coxendicis doloribus ceratis Irino oleo aut ligustrino confectis addita medetur. Tollit sedis excrescentias in Malicorio cũ aceto elixa & imposita. Pota eadem uenenis aduersatur. Vtuntur ea etiã ad itinct⁹: miscentq; sali grato sapore cibos cõmendantem. Colligitur ex Silphio liquor scarificatis radice & caulibus. Habetq; primã bonitatis æstimationẽ qui non adeo ruffo colore est: qui lucem transmittit: qui myrrham olet: firmoq; odore sentitur. Damnatur cõtra qui porraceo colore uiret: immitiq; gustu & aspero est: & qui cũ diluitur facile albescit. Cyrenaicus si tantillum etiã ex eo aliquis in os sumpserit toto corpore sudoris modo humiditatem cit: adeo leni odore & ignauo ut exiguũ tp̃s odor in ore eius qui sumpserit sentiatur. Minore ui efficaciaq; & uirosiore odore sunt Medicus & Syriacus. Adulteratur liquor hic omnis anteq̃ siccetur admixtis aut sagapeno aut lomento fabæ. Verum deprehenditur gustu: odore: aspectuq; & cũ humore aliquo diluit̃. Sũt qui caulem priuatim Silphiũ uocent: Radicem Magydarim: folia uero maspeta. Efficacissimus aliarum omnium partium liquor est: Secũdo loco uim folia habent: Postremus osum caulis. Inflat Laserpicii liquor: habet acrimoniam. Contra capillorum defluuia quæ alopecias dicunt ex uino additis pipere & aceto utiliter inungit̃. Facit ad oculorum claritatem: incipientesq; eorum suffusiones eas discutiens ex melle inunctus. Contra dentium dolores cauis eorum inditur. Circũponitur & iisdem cum ture in linteolo inunctus. Colluuntur eodem pręterea iidem in dolore dentes cũ hyssopo caricisq; in posca decoctis. Contra rabidi canis morsus uulneribus utiliter imponitur. Bibit̃ idẽ

inungiturq; contra eorũ omniũ iniurias quæ morsu ictu ue uenenum relinquunt & uenenatas telorũ cuspides. Cõtra Scorpionũ ictus oleo dilutus inungitur. Insunditur & his quæ in Gangrenam transeunt ne ulterius serpant antea scarificaris. Carbunculis cũ ruta nitroq; & melle nec minus per se etiam inungitur. Clauos callosq; antea scarificatos tollit cera aut caricarũ interiore sarcto præmollitus. Nouas impetigines ex aceto sanat. Carnosa itidem narium uitia: polyposq; cum atramento sutorio aut rasili erugine inũctus: sed oportet quæ illic excreuerunt forcipe auferre. Diutinis fauciũ asperitatibus subuenit: Vocemq; exasperatã dilutus aqua & epotus q̃primũ restituit. Inũgitur ad oris languentẽ columellã cum melle: reptimitq; eam. In anginis utiliter cũ mulsa aqua gargarissat. Auget utentibus eo coloris bonitatem. Tussi opitulat in sorbili ouo datus: & in laterali dolore in sorbitiõe. Suffusis felle itidem & cõtra cutem subeuntes aquas utiliter cum caricis datur. Soluit idẽ in febrium accessiõibus cũ tremore algores cũ pipere ture & uino potus. Datur deuorandus rigentibus & in scapulas rigentibus oboli pondere in pastillũ conformatus. Gargarissat cum aceto cõtra hirudines gulæ inhærentes. Bibitur & contra cõcretum in grumos lac: Comitialibusq; i aceto mulso datus succurrit. Bibit idem ad menses cũ pipere & myrrha. Cœliacis in uuæ acino sumptus opitulatur. Subitas conuulsiones: ruptaq; cũ lixiuia potus sanat. Resoluitur ad potiões amaris amygdalis: aut ruta: aut pane calido. Præstat eadẽ & soliorũ liquor: sed multo minore efficacia. Comeditur cũ aceto mulso Laserpiciũ faucium uitiis accõmodatum: præsertimq; amissæ uoci. Vescuntur soliis cum lactucis pro eruca comedentes. Fertur & altera Magydaris esse in Lybia prouentiens radix Laserpicio similis: uerũ non adeo crassa: acris: & fungosa: ex qua non colligitur liquor. Ipsa tamen ad eadem omnia utilis ad quæ Laserpicium.

INTERPRES.

f I Theophrastum: Straboné: Plinium: Columellam: Solinum: græcorũq; medicos & herbarios oẽs de Laserpicio tradentes diligentius aliquis audiat: Omnemq; eius in antiqs scriptoribus his medicinam & historiã contempletur: Non erit ut credimus Laserpicii ferula hæc Balsami arbuscula illi uilior: nec liquore liquor etiã inutilior. Siqdem peregrina Græciæ & Italiæ ideoq; in maiore dignitate utraq; semper fuit: Vtraq; certos priuatimq; sibi a natura traditos natales locos: quod oĩbus eas fecit optabiliores accepit. Illa cõuallem ad Syriam: hæc ad Cyrenem latiores campos: & si postea extinctum omne illic Laserpiciũ fuerit. Vtraq; ad excipiendos liquores ceditur. Vtraq; materia: Semine: & liquore commendatur. Nec numero pauciores nec uiribus & potestate ignauiores inuitæ uoluptatibus: & in corporum uitiis aut morbis necessitates utraq; habet & usus. Et ne longiores simus utraq; ob raritatem: & quas habent ad utranq; ualitudinem egregias utilitates gentibus ad spectaculum & in deorum templis ad religionem & anathemata propositæ diu fuerunt. Ostenderunt post deuictam Iudæam Vespasiani imperatores ciuibus suis Balsami arbusculam: doluerunq; oẽs contra eam seuitum in obsidione sua a Iudæis fuisse. Et Cyrenei Delphis Apollini quot annis Silphii caulẽ ex agri sui opibus offerebant: Ferulãq; hanc suam tantopere amauerunt ut Cyrenes cõditori Batto perpetuũ cũ ea honorem habuerint. In gemma qua publice in signandis epistolis ciuitas utebatur Battum gentis suæ auctorẽ ostendentes: cui mulier quo decebat corporis ornatu & habitu Laserpicii caulem porrigebat fortunæ simul naturæq; pro suis opibus gratias agens: Gloriam fœlicitatemq; suam grata utriusq; beneficii memoria sic ostentantes. Id certe maximum precii & honoris in ferula hac argumentũ fuerit q̃ egregium: rarum: amabile: preciosumq; aliquid significantes græci nõ aliter q̃ ut in prouerbio fit Batti Silphium iactabant: Neq; immerito tanta fuit quondã utroq; tpe morborũ & sanitatis ex ea generi humano uoluptas simul & necessitas: tamq; quotidianus & amabilis cunctis usus. Ob quam causam lõgissime omniũ Theophrastus de ea in sexto de plantarum historia egit. Licetq; Plinius & præter Plinium plures alii plantam partesq; eius oẽs longiore historia illustrauerint: Nihilominus q̃m cuncta alii ab eo acceperũt: Singuliq; aliqd quod dixisse oportebat reliquerũt operæprecium erit ex eo scriptore iisdem uerbis oĩa semel reddidisse. Quæ huiuscemodi sunt. Habet Silphium numerosas radices & crassas: caulem qualis in ferula est & crassitudine illi æqualẽ: Foliũ

quod Maspeton

quod Maspeton uocant Apio simile: semen latum: foliaceumq; Caulẽ non ultra annum prorogat
quemadmodum & fecula. Vereq; primum folia & Maspetum hoc profert: quo oues mirifice pur
gantur & pinguescunt egregia odoris suauitate carnes commẽdans. Post hæc caulem profert cibis
quocunq; modo aptum. Tostus siquidẽ & elixus estur. Feruntq; quadraginta diebus corpora pur-
gare. Destillat duplicem liquorem Silphium a caule alterum: ab radice alterum. Vocantque hũc
a caulibus Cauliam: illum a radicibus Rhiziam. Habet radix nigrum corticem: auferuntq; in usu
eum Sunt & radicum: sectionisq; mensuræ quædam: quibus quantum oportet cædũt: Reliquum
ad sectiones seruantes. Neq; enim in secando errare neq; ultra q̃ constitutum sit secare oportet. Cor
rumpitur enim putrescitq; si aliter fiat. Curant autẽ in pyræum Athenas ferentes Silphium hoc
modo. Cum in uasa coniecerint farinam illi miscent: multoq; tempore commouẽt: eaq; tractatione
colorem contrahit: rationeq; hac curatum incorruptum permanet. Quæ igitur in secando curan-
doq; Silphio seruanda sunt sic se habent. Libyæ latos occupat campos: Siquidem spatio ultra sta-
diorum quatuor millia nascitur: copiosumq; prouenire ab hesperidum hortis ad syrtim. Propri-
um illi est cultos odisse locos: & si colatur in deserta fugere uelut id quod ferum sit: & cultura nõ
indigeat. Narrant Cyrenæi septem ante conditas Cyrenas annis apparuisse Ex quo autem ædifica-
ta urbs est trecenti intercesserunt anni: magistratum gerẽte Athenis Simonide. Et hæc quidem sic
ferunt aliqui. Alii radicem Silphii ferunt cubitalem paulo ue ampliorem nasci: tuniereq; in me-
dio uelut caput quod sursum sublime fertur: pauloq; minus q̃ supra terram emergit: ex qua erũ
pit quod lac uocatur: Tum caulis: & post hunc quod Magydaris & folium dicitur quod semen est.
Cumq; ualidus spirauerit hauster post caniculares dies uento id spargi: ex eoque nasci Silphium:
Eodemq; anno radicem fieri & caulem. Verum nõ est hoc Silphii proprium: Habent enim & alia;
nisi hoc forte dicunt a sparso semine statim nasci. Quod uero priuatim & ab aliis diuersum Sil-
phium habet illud narrant: Oportere annum fodi. Si enim relinquatur semen totum caulemq; p-
ferre: deteriusq; ea ratione fieri & hoc & radicem eius. Narrant præterea fieri meliores circumfos-
sas radices: quoniam renouetur terra. Sed hoc contrarium illi est quod dicitur odisse culturam
Silphium. Narrant & comedi radices recentes in acetum concisas: & folium colore auri esse. Con-
trarium his etiam purgari oues folium comedentes Ferunt enim hyeme & uere in montem exire
oues uesciq; eo & alio quod Abrotono simile sit: & quod utrunq; calefaciendo est non purgare: ue-
rum siccare & concoctionem adiuuare; ideoq; fieri si morbosa maleq; affecta ouis aliqua accedat
conualescere statim aut mori: Verũtamen sæpius cõualescere Hæc autem utro modo se habẽt cõ-
siderandũ est. Quæ uero Magydaris dicitur aliud a Silphio est: rarius: & minore acrimonia: suc-
coq; carens: discernitur a peritis solo aspectu Nascitur in Syria & Cyrene. Narrãt & in Parnaso na-
sci copiosam: & hanc Silphium esse. Si uero culta fugit loca uelut Silphium considerandum erit.
Similiterq; an simile æquale ue aliquid in folio & caule habet. In uniuersumq; si lachrymam de-
stillat. Et hæc Theophrastus longius forte q̃ legẽtium aliquis æquo animo ferre potuerit ab ep &
a uobis dicta: Sed non inutilia ut quæ a Dios. dicunt certius intelligi possint. Siqdem & ille de fo-
liaceo semine: de Maspeto: Magydari: aliisq; omnibus pariter egit: & ut tunc ferebat fama totam
Laserpicii historiam tradidit. Quod Cyrenaico agro probatissimum nascebatur: Tantumque illi
ex eo laudis & honoris accreuerat ut Catullus una hac nota Cyrenẽ illustrauerit Laserpiciferas
in epigrammate suo Cyrenas uocans. Nouerant enim tunc omnes quod ubiq; nunc ignorat. Eratq;
in quotidiano ciborum usu Laserpicium: quos grato sapore & odore commẽdabat. Miscebatur id
ut iudicat Columella oxyporis: & ut plures alii testãtur Laserpiciatum acetum in multo usu erat.
Longior erit commentario hæc nostra: si quot usus Laser habuerit. (Sic enim Plinius etiam uo-
cat) numerare uoluerimus. Illud dixisse satis sit quod Martialis de simila ait. Nec Laseris dotes
poteris numerare nec usus Cũ medico totiens cum sit & coquo totiens aptum. Vtebatur eo passim
antiquitas ob egregiam calefaciendi uim quam habet Nunc autem tantum abest ut nostrorũ tem-
porum Laserpicio utigatura aut medicina possit: ut rem ipsam utraq; ignoret: nec coniectura saltẽ
ostendere possit. Nouerunt quidem nostræ ætatis medici opon cyrenaicum: sed nomen tantum:
& in eo nomine quod longissime ab antiquo opo cyrenaico differat. Idem enim opos cyrenaicus &
Laserpicium hoc quondam fuit: nũc autem in foetida asa ea uoce utuntur: quæ tetri & ingrati odo
ris sensu tantum a Laserpicio differt quantum uerisimile est quondam discrepasse eorum usus.
In medicina sane infinitus pene fuit eius usus: indicantque græcorum medici omnes qui adhuc su
persunt Indicat Plinius. xxii. uolumine capite. xxiii. lõgissimeque omnium hic scriptor. Ex cuius
remediis nos tantum signabimus quæ nobis non sunt cum Barbaro eadem duoq; presertim: quo-
rum id primum est quod ille ait mederi Laserpicium neruorum contractionibus: contractiones
neruorum uertens quod Dios. tetanicos dixit longe ab illis diuersos, Qui quales sint in Sampsuci-
no unguento dictum longius a nobis est. Alterum uero quo loco uertit dari Laserpicium his qui
lactis coagulũ biberint. Quod γαλαὶ τῆς ϑρομβωϑείσης hic scriptor uocat: in uenenorum censu a beo
libro sexto numeratum. Neq; enim ea uoce lactis coagulum græci uocant: sed in grumos concre-

ἐρομβοῦσθαι

tum in stomacho lac. Idq; ἐρομβοῦσθαι uerbum significat: ut certius eo loco patebit. Tantumq; abest ut coagulum id dici possit: ut coagulo huic malo succurrendum sit. Diosc. γάλα ἐμπυτικόν ἐν tunc uocat: idest cui fuerit admixtum coagulum: cum quo potum in grumos cõcrescit: facitq; strã gulationes uenenis similes: daturq; coagulum: quoniam natura illi est soluta densare & densata resoluere Nos rei euentum magis q̃ causam secuti concretum in grumos lac simpliciter diximus.

Lac cõcretũ in grumos

Nolumus anteq̃ a laserpicio discedamos non breuiter dixisse pluribus eandem rem quondam appellationibus fuisse dictam: Sylphium: Laserpicium: Laser: Lac cyrenaicum: Opon cyrenaicum: Maspeton & Magydarim Licetq; priuatim folia: aut radix: aut caulis hac illa ue uoce signarentur. Nihilominus quoniam una erat ferula quæ omnia ferebat: miscebantur hæc ab imperitis: mox cũ inoleuisset alicubi sic laserpicium uocari cœpecunt scriptores & illis uti uocibus. Est & illud in laserpicii historia animaduertendum inueniri adhuc græcos codices: in quibus seorsum a reliquo laserpicio: priuatimq; sub titulo περὶ ὀποῦ φύλλων: idest de liquore foliorũ tradatur quod ultimum in hoc capite ad folia: foliorumq; soccum laserpicii pertinet: quasi a reliqui corporis liquore diuersum: ner cum eo miscendum id fuerit. Mederi inter cætera carbunculis Sylphion a Diosc. traditur. Vlcera ea sunt non hac magis q̃ illa corporis parte ecumpentia: toto enim corpore pariter nascuntur. Sentiunt oculi etiam priuatim hoc malum: suntq; auctore Galeno in diffinitionibus & isagoge sua ulcera in quibus adustorum igne modo crustæ fiunt: destillant: & serpendo pascunt superacceduntq; illis aliquando febris & inguina Fieri eos græcorum medici dixerunt Cum referbuerit sanguis copiosiore atra bile abundans: & in aliquam partem ingruerit. Consueuisseq; a pustula plerunq; incipere: quæ ambustis igne similis sit Aliquando etiam sine ea fieri pruriteq; tantũ a principio locum: mox unam aliquando etiam plures sequi pustulas minimas milii magnitudie: disruptisq; iis crustosum fieri ulcus non dissimile iis quæ cauterio adusta fuerint. Cinereo nõnunq̃ colore: aliquando autem nigro. Fit etiam quæ circa ulcus caro est colore nigro cum ualidissima inflãmatione: nitetq; bitumini aut pici similiter. Et hæc plerunq; carbunculorum ratio & ortus ẽ: Fiunt etiam in pestilentia: quod totum nouerunt medici. Contra clauos & callos opem sibi ex Sylphio homines fecisse restatus eodem hoc capite Diosco. itidem est. Quorum alter solida candida & sine humure caro est Non uenis non neruis ad eam pertinentibus. Clauus autem rotunda forma concrescens callus candidus clauo cum capiti similis omnibus corporis partibus surgens: præcipue tamen in digitis pedum & imo solo: quo loco dolorem & ingressus impedimentum facit.

carbũculus

Callus

Clauus

DIOS. DE Sagapeno. Cap̃. lxxxvii.

Agapenum. Romani pariter græcis Sagapenum dicunt. Nascentis in Media Ferulaceæ herbæ liquor sagapenũ est. Antecedit in eo bonitate quod lucem transmittit: quod foris ruffum: intus candidum: medio inter laserpicium & galbanum odore & acri gustu est. Facit ad pectoris & lateris dolores: rupta conuulsa: diutinam tussim. Purgat quæ in pulmonibus crassa hærent. Datur comitialibus: in scapulas rigentibus: lienosis: resolutisq; : & circularium febrium perfrictionibus in potione. Vnguentis præter hæc utiliter miscetur. Menses idem trahit: & cum dulci aqua potum fœtus enecat. Contra anguium morsus præsenti remedio cum uino bibitur. Datur ex aceto olfactandum strangulatu uuluæ procidentibus. Oculorum cicatrices exterit. Iisdem hebetibus medetur. Suffusionibus & his quæ claritati eorum officiunt subueniens. Resoluitur laserpicii modo: ruta: aqua: amaris amygdalis: aut melle aut calido pane Sagapenum.

INTERPRES.

Estati sunt ueteres græci Ferulam Sagapenum ferentem nullos habere in medicina usus. Quodq; in ea expetitur liquorem solum eẽ: nec ultra id historiæ eius aliquid addiderũt. Hic etiam græciæ peregrinam fecit in Media nasci dicens: & ex quo ferulaceam herbam dixit genus formam partesq; eius ignorasse uidetur. Plinius in Italia nasci Sagapenum testatur dicẽs xx. uolumine capite. xviii. Sagapenũ quod apud nos gignitur in totum transmarino alienatur: neq; ipse ẽt ferentis id fruticis aut herbæ naturam tradidit Ob eam cãm nec nos longius de eo agemus. Et si Plinius ut pauloante diximus Sagapenum Italiæ plantam dixerit: & præter ea quæ pauloante

ex eo

ex eo citauimus libro.xix.capite septimo in hortis sed medicinæ tantum seri dicat. In qua separarunt alii interpretes persfrictiones a circularibus febribus: Cum tamen ab hoc scriptore dicatur dari Sagapenum contra persfrictiones quas circularium febrium accessiones faciunt.

DIOS. DE Euphorbio. Cap.lxxxviii.

e Vphorbion. Romani pariter græcis Euphorbiũ dicunt. Ferulacea est in libya arbor euphorbiũ: in Mauturusio & Tmolo nascens acerrimo liquore plena: Quem ob nimiũ eius feruorem incolæ timentes colligunt excipulas ex ouillis lotis uentriculis factas in arbore suspendentes: tũ eminus supra excipulas illas hastilibus eam uulnerantes: Qua percussa statim ueluti ex rupto uase aliquo copiosus prosilit in excipulas liquor. In terram aliquando etiam (tantus est impet⁹) idem eiaculatur. Duo eius genera sunt. Transmittit alterum sarcocollæ modo lucẽ: cõcrescitq; in frusta magnitudine Erui. Alterum quod in uentriculorum excipulis in massam cõcreuit: uitreo colore est. Adulteratur Euphorbium admixtis sarcocolla: Ea est persicæ arboris lachryma turi similis: aut glutino. Probatur quod lucem transmittit acreq; est. Sapore gustuq; non facile Euphorbium probatur: propterea q linguæ semel admotum permanente ad aliqd tempus feruore eius linguam adeo incendit ut Euphorbium quodcunq; aliud illi admotum uideatur. Inuentum Euphorbium in libya regnante Iuba est: Habetq; liquor eius calefaciendi uim contra oculorum suffusiones intingitur: disiicitq; eas. Potus hic feruore suo integrã diem urit: eamq; ob cãm melli in usu miscetur. Miscetur & collyriis acrimoniæ suæ habita ratione. Coxendicis doloribus medetur in odorata potione potus. Pellit idẽ ossium squamas eadem die impositus: Verũtamen oportet eos qui Euphorbio utunt carnem circa ossa omnem inditis linamentis & cera munire. Fertur a quibusdam p̃terea nullam sentiri noxam a serpentium morsu si qs incisa usq; ad caluam capitis cute dilutum Euphorbii liquorem infuderit: tũ uulnus & cutem futura cõiunxerit.

INTERPRES.

d Ebuerunt quondam Augusti Cæsaris salutem Romani: Totoq; orbe gentes oẽs Antonio Musæ medico: Cũ destillationibus iocinore uitiato ad desperationem redactus cõtrariã & ancipitem rationem medendi necessario subiit: Quia calida somẽta non proderant frigidis curari auctore quẽ diximus medico coactus. Debet & iubas mauritaniæ rex: posteriorq; omnis medicina Euphorbio fratri eius salutem suam: & præter eam inuentam diligentia hominis in Atlante monte Euphorbium arborem: Cuius liquore toto orbe gentes omnes ad medicinam uterentur: celebrareturq; posthac æterno regii nominis & inuẽtoris monumento Euphorbium quod modo a nobis tractatur. Fœlix duorum profecto fratrum copula: qui humanã rem uiuentes tantopere illustrauerint: fecerintq; ambo quod æternum laudent & meminerint posteri: Ille restituta principi cui uolentes toto orbe omnes parerent salute. Qua nihil fœlicius ad pacem & gloriã tunc erat: Hic pluribus morbis nouo & ad eam diem incognito remedio quod iuenit certiore nobis oblata salutis spe. Et mirabitur aliquis quod Homerus cecinit pro multis inter homines medicũ hominem censeri oportere Laudantur a Poetis castores q uiuentes uirtute sua græciæ gloriam in bellis & certaminibus auxerint: q q; in tempestate maris adesse quondam nautis solerent: positaq; illis templa: erectæ aræ: instituta sacra diuiniq; honores famam eorum & gloriam auxerunt. Sed medicorum fratrum Euphorbii & Antonii Musæ non comparanda laudibus omnia illa sunt: Quas alter in romana alter in medicæ materiæ historia inuenit. Illa enim iampridem perierunt: hæc uero quãdiu Romanæ dignitatis fortunæq; nomen seruabitur & curari in morbis homines oportebit quotidianis laudum incrementis augebuntur. Quemadmodũ modo a nobis fit qui Euphorbium in scriptore hoc tractantes medicorũ fratrum Euphorbiiq; presertim antiquam renouare famam coacti sumus: Et in inuenta ab eo Euphorbio arbore legentes monere quod a principio capitis in hoc scriptore statim legitur. δένδρον ἐστι ναρθηκοειδὲς: λιβυκόν, significatq; ferulaceam libycam arborem: in antiquioribus aliquot græcis non λιβυκόν: lybicam sed λευκόν idest candidam legi: quod absurdum penitus non uidetur. Siquidem antiquissimus quem habemus latinus Diosco.

non libycam sed albam habet. Et præter Diosco. ipse non multopost in Mauritaniæ Tmolo nasci ait quæ Libyæ pars est: quod superfluũ uidebatur. Seruauimus tñ & nos communem lectionem ne tam multa ubiq; nouare uideremur. Dubitamus etiam male legi Tmolum montem: Siquidẽ nullus in libya hoc nomine mons a Geographis describitur. Et Plinius duobus locis in Atlante monte inuentum Euphorbium dixit: primum quinto uolumine capite primo tum Lib. xxv. capite. vii Quod signasse legentibus satis sit. Suspicamur etiam in Euphorbii uiribus & potestate calefaciendi urendiq; uim deesse. Ab antiquioribus enim tribuuntur illi hæ uires etiam: & in antiquis codicibus altera illa calefaciendi. s. adhuc legit. Et Paulus Aegineta contra coxendicis dolores ad exulcerãdum Euphorbio utitur Quæ deinde hic scriptor græce μοτὰ uocat & nos linaméta uertimus illic scilicet ubi docetur quomodo ossium squamulæ & assulæ ducédæ sunt. A græcis diffiniuntur. τὰ πληροῦντα τὴν κοίλην τῶν τραυμάτων ῥάκη: quod est. Implentia uulnerũ cõcauitates linteorum fragmenta: & quasi filatim discerpta linamenta.

DIOS. DE Galbano. Cap. lxxxix.

Chalbanen. Romani Galbanum dicunt. Nascentis in Syria ferulæ quam a Metopium aliqui uocant liquor Galbanum est. Probatissimum quod turi maxime simile est: Grumosum: purũ: pingue: minimeq; lignosum: & quod ferulæ seminisq; aliquid admixtum habet: odore graui: nõ adeo liquidum: nec contra adeo aridũ. Adulterat admixta resina: lomento fabæ & Ammoniaca gutta. Calefaciendi uires habet galbanum. Natura illi feruens est. Extrahit: discutit. Menses fœtusq; subditum & suffitu trahit. Inungitur ex aceto & nitro ad delendas lentigines. Deglutitur idem cõtra ueterem tussim: angustias spiritus: suspiria: rupta: conuulsaq;. Toxico aduersatur cum uino & myrrha potum. Pellit eodem modo sumptum fœtus in utero mortuos. Imponitur cõtra dolores lateris & in carnosis partibus ex crassa materia tumidos abscessus quos græci dothienas uocant. Comitiales & strangulatu uuluæ procidentes: uertiginesq; olfactu emendat: Suffitu uenenata fugat: tutosq; a morsu eorum perunctos seruat. Cum uerticillo herba ex oleo impositum tactu tantum serpentes necat. Dentium dolores finit illitum aut cauis eorum inditum. Creditur & contra urinæ angustias prodesse. Resoluitur & hoc ad potiones amaris amygdalis aut ruta: aut aqua: aut aqua mulsa: aut calido pane. Resoluitur & papauerum succo quod Meconium dicunt: aut cremato ære aut liquido felle. Purgatur autem hoc modo. In feruentem aquam coniicito Galbanum. Id cum calore aquæ liquefactum fuerit supra se quod est in eo inutile oẽ aget. Fluitabuntq; in summo sordes omnes quæ facillime hac ratione separabuntur. Est & alius purgandi modus. In raro puroq; linteolo colligatum Galbanum in ænea pyxide picato ue fictili suspendito: Sic tamen ne fictilis fundum glomer & inuolucrum illud tangat: operculatumque in feruẽtem aquam demittito. Sic enim quod utile in eo est in uas quasi per colum liquabitur. Quod uero lignosum in eo fuerit in linteolo hærebit.

INTERPRES.

Biq; ut suaui carmine cecinit Lucretius surgit amari aliqd qd i ipsis floribus angat: Neq; a habet natura aliqd tam amabile aut fortuna tam lætum & hilare ut non contiguum: coniunctum: hærensue aut mixtum illi fit quod ingratũ corpori aut animo triste malo doloris sensu hominem torqueat: Magno argumento nullam nec naturæ etiam puram esse uoluptatẽ: Quæ aut contrariis rerum euentibus ipsa gaudens aut homini suas inuidens opes tristi ueneno aliquo omnia infecit: Quoq; aliquid suauius futurum erat eo fœdius aliquid & tristius illi coniunxit. Omittimus ex disciplina ruris quæ poterant multa ad hanc rem afferri exempla Satis enim fore legentibus credimus quod in Galbano ea ostendit: Quod in Syria nascens odoramentrũ omnium fœcũda genitrice ut auctor Theophrastus est ingrato odore tetrum regionis eius hãc fœlicitatẽ turbauit. Nisi forte q̃ in agẽdo sagax natura est Galbanũ Balsamo: Casiæ: Cinamomo: odoratisq; calamo & iũco iõ miscuit iisdẽq; locis nasci uoluit: Vt q̃tũ ingrati odoris ex terra Galbanũ in se traxisset tãtum purioris odoris illis relinqueret: dãnareturq; una Galbani ferula ut fœlicius cætera agerent.

tera agērent. Quod illi & hortos conserentibus consilium aliquando est Male & grauiter odoratis plantis eodem loco consitis aliarum udores augere. Nihil tamen sic etiam a natura damnatum inutile homini penitus genitum est. Habet. n. ut cætera relinquamus suas uires & laudes Galbanum. Solum auctore Theophrasto grauiter odoratum in Syria nascens. Potestq; præter alia quæ illi in morbis ab hoc scriptore & ab aliis tribuunt: Ingrato agitare graues nidore chelidros: ut Maro cecinit & Nicander . γαίμην καὶ βαρύοδμος ἐπὶ φλογὶ μοιρηθεῖσα χαλβανὶς: κάπνηλὸν ἄγει καὶ φύξιμον ὀδμήν. Potuit quondā etiam ne bellorum & fortunæ gloria & honoribus careret oppida expugnare: illitisq; liquore suo facibus Hispaniæ oppidū frustra diu oppugnatū succendere: eaq; uictoria romanis ciuibus gentile nomen ex se dare: qd nō multo post a domitii Neronis turpi & funesto principatu inter Cæsares coleretur: Essentq; a Galbano quo usi in incendio oppidi in Hispania fuerant Galbæ Romana gens per Cæsarē suū toto orbe clari. Ex eo non paruum Galbano honoris accessit incrementū Nosq; hactenus a fortunæ gloria laudatum: ad naturam transferimus. Primūq; illud legentes monemus non turi tm̄ sed hāmoniaco liquori simile Galbanū cæteros dicere: Pliniumq; presertim. Quo fit ut deesse huic scriptori id suspicemur. Quod præterea in impresso Diosco. legebatur Toxicis mederi σὺν ὄξει: quod est: cū aceto: ex ueterū meliorumq; codicum fide cū uino uertimus. Persuasitq; id Plinius lib. xxiiii. capite. y. Aduersari uenenis maximeq; toxicis cum myrrha & uino dicens Fecit eiusdē scriptoris auctoritas etiā accedente ueterum codicum eadem fide: ut quod erat δοκεῖ δὲ καὶ δυσουροῦσι ποιεῖν: significareq; uidebatur facere ad urinæ angustias ad contrarium sensum deflecteret: indicaretq; urinæ nocere & eius angustias facere Plinius. n. eodē loco ait. Nocere urinæ existimatur: & meliores græci codices his uerbis rem docent. δοκεῖ δὲ δυσουρίαν ποιεῖν quod est credi urinæ angustias facere Galbanum. Ostendebant præterea iidem antiquiores græci nō legi ῥυπαρὸν quod est sordidū sed una tm̄ mutata littera λιπαρὸν: quod est pingue: Quo loco hic de Galbani purgatione agit: docetq; in seruētē aquā conici & cum liquefactū fuerit fore ut in sūmo fluitent &c Nos cōem lectiōem secuti nihil mutauimus: Et nihilominus signasse id legentibus inutile & ab re penitus nō fuerit. Quādo descendunt sordes: fluitat aūt in sūmo quod rarius magis aerium & leuius est. Cumq; hic nihil de grauitate aut leuitate sordium illarum dixerit: Verisimile est graues grauitate sua descēsuras: quod uero leuius sit in summum subiturū esse: ut in oleo aliisq; liquoribus fit. Nobis in alterā partē inclinat animus: credimusq; non sordes i summo fluitare dicere Dios. Sed quod in Galbano pingue est. Persuasitq; id q sequit statim alter purgandi modus. Sed nos ut dictū paulo ante est integram legētibus rem: & in ambiguo suū unicuiq; arbitrium relinqmus. Signauimus uitii nota ēt in hoc capite locū illic. Lubi de resoluendo uariis liquoribus Galbano agit. Inter quæ & illud est. ἄλλως δὲ μηκωνίῳ ἢ χαλκῷ κεκαυμένῳ quasi uocum sensus ille est: q a nobis redditus fuit Resoluit & papaueris liquore aut cremato ære. Cōisq; in cunctis græcis lectio ea est. Ob quam cām nos nihil mutauimus. Dubitauimus tn̄ qm̄ papaueris apte rn̄deret crematū æs tot aliis quæ illic numerant: aliter quondā potuisse locū eū legi: neq; aut disiūctiuam particulā legi eo loco oportere sed ppositionē in: ut esset sensus resolui Galbanū papaueris liquore in æneo uase cocto: in quo & si uideat aliqbus non significare χαλκὸν quod æs est æneū uas: Meminerint tn̄ in hoc scripture & opere multis locis metallū pro facto ex eo metallo uase accipi. Non decernuntur hæc. Sed ut tota in scriptore hoc certior res sit a nobis signantur.

DIOS. DE Gutta Hammoniaca. Cap. xc.

Ammoniacon. Sunt qui Agasyllum: qui Criotheum: qui Eliustrum appellent. Romani Guttam Hammoniacam dicunt. Ferulæ in lybia ad Cyrenem nascentis hic etiam liquor est. Vocaturq; totus cum radice frutex Agasyllis. Probatur in eo quod bonitate coloris nitet: nec lignosum calculosumq; est. Quod turis modo in grumos concreuit: purum: densum: sine sordibus: odore castorei & amaro gustu est. Vocatur quæ talis hammoniaca gutta est a fragmentis in quæ diuiditur thrausma: quod est fragmentum & frustum. Quæ uero admixtā habet terrā aut harenas a comphensis intra se calculis & terra Phyrama qđ cōmixtio est. Nascitur in lybia ad Hammonis Iouis templum ferulaceæ arboris ut diximus liquor. Molliendi uires habet in medicina Gutta Hammoniaca. Extrahit eadem: calefacit: duritiesq; & panos discutit. Bibitur ad deiiciendam aluum: Fœtus ex utero trahit. Minuit lienem drachmæ pondere cum aceto pota. Articulorum coxendicisq; dolores lenit. Subueit præterea suspiriosis. In eadem spiritus difficultate nō nisi recta ceruice spirantibus: comitialibus: & quibus in pectore humores hæserunt:

In quem usum in eclegmate cum melle datur: aut cum Prisanæ cremore sorbetur. Cruentam ducit eadem urinam: Oculorum albugines exterit: & genarum scabrities minuit. Quin etiam trita & ex aceto imposita lienis & iecoris durities finit. Soluit quæ in articulis concreuerunt lapidosa quæ græci poros dicunt ex melle pice ue illita. Facit pterea ad lassitudines & coxẽdicis dolores: in quem usum pro acopo inungit᷑ additis aceto: nitro: & ligustrino unguento.

INTERPRES.

h Abet salem: habet liquorem medicina ammoniacum: utrunq; ab harenis: sed diuersa ratione dictũ: illum qđ sub harenis concrescat & inueniatur. Hũc q in harenosa Libya ad ammonis Iouis tẽplũ ex ferula in harenas destillet: & ut in ture fit cõcretis grumis inter eas inueniat᷑. Græci ab harenis quas ἄμμους dicũt utrũq; indicauerũt: sed illũ salẽ hunc liquorẽ ãmoniacũ quasi harenosum uocantes: graui periculo miscendi simul diuersa: nisi eo℞ exẽplo discrimẽ aliqđ ex rei substãtia addat᷑. Quod nos timentes ut illũ salẽ suo loco uocabimus: sic hunc auctore Dios. guttã uocauimus: quasi & hic quẽadmodũ tus stagonias aliqñ dictus fuerit: quæ uox in græcis stillicidiũ & guttã significat. Plinius ammoniaci lachrymã eiusdẽ rei significatõe appellat. Græci ammoniacon simpliciter: ut tũc erat eius uocis æstimatio uocant. Fugientesq; nos æquocæ appellationis periculũ: guttã ãmoniacã diximus lachrymã liquorẽq; significantes ferulæ: quæ priuatim in Libya ad ãmonis Iouis tẽplũ tunc nasci ferebat᷑. Quæ siue ab harenis: siue ab ammonis Iouis tẽplo uocari dicat᷑: eandẽ rõnẽ habet: qm̃ & Deus q inter eas harenas colebat᷑ mortalibusq; rñdebat: ab iisdẽ harenis nomẽ a græcis inuenerat. Ideoq; Criotheos a forma eius q arietino capite pingebat᷑ eadẽ hæc ferula: liquorq; eius pariter dictus est. Satisq; hic natale solũ illi assignauit dicens primũ nasci in Libya ad Cyrenẽ: mox in Libya ad ammonẽ: Iouẽ illũ intelligens: q in tẽplo inter Libyæ harenas coleret᷑. Cæteræ eius appellationes barbaræ sunt: ideoq; nũc oĩbus incognitæ. Posteriores græci inter odoramẽta & quæ ad odorẽ uaporarent᷑ numerãtes ἀμμωνιακὸν θυμίαμα uocabãt. Sic Paulus Aegineta in vi. sic posteriores alii uocauerunt. Hic tñ in genere liquo℞ simpliciter & ut græce loquamur ὀπῶν numerauit: & plantã ex qua destillaret: ferulã esse dixit. Quod in antiq̃s uariet in ammoniaco hoc odor est: quẽ castorei Dios. sentiri ait: Galenus κορίου. i. coriandri: nisi ex uicinitate uocis in alterutro uitiũ sit. Paulus Aegyneta thymiamatis nota odoratũ simpliciter indicauit. Vtebat᷑ hoc remedii genere multũ antiq̃tas cõtra durities: panos: furunculos: & inguina. Patetq; id ex eo quod nõ pcul a fine hic ait λειωθὲν δὲ σὺν ὄξει καὶ ἐπιτεθὲν παύει τὰς περὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ σκληρίας: quod est ut nos uertimus finire tritũ & ex aceto impositũ Hãmoniacũ lienis & iecoris durities manifesto remedii apparatu & usu: nisi antiq̃ores & meliores græci codices nõ ἐπιτεθὲν quod ẽ impositum: sed ποτισθὲν quod ẽ potãdum datum hñt. Nos contra cõem alio℞ lectionẽ nihil mutauimus: relinquimusq; medicis de diuerso remedii eius usu censendum.

DIOS. DE Sarcocolla. Cap. xci.

s Arcocollam. Romani pariter græcis Sarcocollã dicunt. Nascentis in Perside arboris lachryma Sarcocolla est: turis pollini similis: colore subruffo cum amaritudine aliqua. Est illi uis & natura glutinare uulnera. Oculorũ destillationes sistit: miscetur q; emplastris: & admixto gummi adulteratur.

INTERPRES.

i Nter gũmi genera numeratur a Plinio Sarcocolla: eodẽq; nomine arbor: & ex ea destillans gummi appellatur: quod ex ui potestateq; sua nomen inuenit. Carnes enim quas græci σάρκα dicunt in uulneribus glutinat: quod eiusdem gentis uerbum κολλᾶν significat. Pictoribus idem Plinius utilissimum etiam dixit.

DIOS. DE Glaucio. Cap. xcii.

g Laucion. Romani pariter græcis glauciũ dicunr. Nascẽtis ad Hierapolim Syriæ succus herbæ glaucion est. Hẽt ea cornuti papaueris folia: pinguiora tñ: humiliaq;: odore tetro: & in gustu amara. Succo eadem abundat q croceo colore est. Eius folia incolæ in fictile cõiecta ĩ furnis nõ a deo calẽribus usq; dum calore inarescant calefaciunt: mox tundentes succum exprimunt: utunturque in oculorum medicina a principio. Habet enim refrigerandi uires.

INTERPRES.

f Vnt Plinio & Dioscoridi in glaucii medicina & historia eadem fere omnia Hic ad Hierapolim syriæ: ille in syria & parthia nasci tradit: Ambo humilem herbam: Sed ille simpliciter foliis papaueris: Hic cornuti papaueris priuatim describit: Hic pinguioribus q̃ papaueris: Plinius sordidioribus dixit: magno discrimine inter sordidū & pingue. Diuersitatis ea potuit esse cā ut quod nunc legitur λιπαρώτερα certa pinguedinis significatione: tunc ῥυπαρώτερα. i. sordidiora legeret facillimo & lubrico ut in Galbano paulo ante diximus in unius litteræ figura & sensu ad contrariā & alterutrā significationē lapsu. Locus in Plinio est. xxvii. uolumine capite. x. Nobis aptius uisum est Dioscoridē quā Pliniū sequi. Nouisse illud deinde utile erit plures quondam fuisse Hierapolis in Creta: Syria: Caria: & inter Phrygiam & Lidiā: omniūq; toto orbe celeberrimam fuisse ultimam hanc multis & medicamentosis calidis aquis abūdantē: Sed hunc syriacam intelligere: ad camq; nasci Glaucium herbā: & eiusdē nominis colligi succum. Variat a Dios. Plinius ēt; qd hic succū crocei coloris esse dicit; ille granū. Est illud præterea animaduertendum in extremo capite a Barbaro uersum esse. Algentis naturæ in sūmo: A nobis autem in oculorū medicina a principio. Dios uerba sunt ἐπὶ δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀρχῇ ψυκτικοῦ ὄντος: quorū sensus ille quē nos diximus aptior nobis uisus est; significatq; utilē oculis Glaucii succum eē non cū iam inualuit uitium in eis: sed a principio Persuasitq; id Paulus Aegineta qui in sexto refrigerare Glauciū manifeste: eaq; ui ἐρυσιπέλατα θεραπεύειν τὰ μὴ ἰσχυρά: qd est: sanare sacros ignes nō adeo ualidos; qualia a principio uitia malaq; oīa fere sunt cū nōdū p longas cōualuere moras.

Hierapolis

DIOS. DE Glutino. Cap. xciii.

Ollan. Romani glutinum dicūt. Hanc pleriq; ꝙ in ferruminanda materia c eius sit usus xylocollā quasi ligni glutinum uocant: aut ꝙ ex boum coriis excoquit̃ taurocollam quasi taurinū glutinū. Probatissimū Rhodium est: Ex boum coriis conficitur. Estq; hoc colore candido & lucem trāsmittit: Nigrū deterius. Potest solutū aceto glutinū hoc impetigines & sūmæ cutis lepras exterere. Non sinit idem in ambustis excitari pustulas. Si calida aqua in qua resolutum fuerit inungantur. Habet idem in uulneribus usum melle & aceto solutum.

INTERPRES.

Elebratur & in magno honoris ambitu in antiqua historia poetarūq; oīum carminib' Dæ c dalus est. Ingeniiq; eius in pictura & fabrica id maximū īditiū oībus erit ꝙ quæ in artibus elegantiora & speciosiora uident̃ dædalmata a græcis adhuc uocant̃: Et latini terram naturāq; ab hoīe laudare nō ueriti dædalam utrāq; passim appellant Debet illi pictura: debet statuaria: debet fabrica multū Nec fabulosos labyrinthos & uolatus eius mō tractamus sed q̃ ille utiliora uitæ multa in artibus inuenit incœpit absoluit & in melius restituit. Pro qbus nulla maior hoīs laus est: Nec p quo magis debeat illi humana res q̃ ꝙ serrā: asciā: perpendiculum: terebrum, & de quo nūc agimus glutinū inuenit: Quo tenaci nexu hærerent simul quæ alia rōne cōiūgi aptius non poterant. Inuenit ille qd̃ diximus glutinū. Sed quod ex cōmentariis eius mō extet conficiendi glutini rōnē nō nouimus: nec cur ex boum coriis aptius meliusq; q̃ ex aliorū aīaliū fiat. Sed qd ab eo cognosci nō potest ab Aristotele audiet̃. Qui libro tertio de aīalium historia his uerbis rem docuit. ἔνεστι δ' ἐν τοῖς δέρμασι πᾶσι γλισχρότης μυξώδης ἐν μὲν τοῖς ἐλάττων ἐν δὲ τοῖς πλείων οἷον ἐν τοῖς τῶν βοῶν ἐξ ἧς ποιοῦσι τὴν κόλλαν ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐξ ἰχθύων ποιοῦσι κόλλαν: Quorū sensus sit. Est autem in coriis oībus mucosus lentor: in aliqbus minor: in aliqbus cōtra maior & copiosior: ut in bubus: ex quo collam. i. glutinū hoc faciunt. Faciūt & ex piscibus ubiq; collā &c. Plinius tñ libro. xxviii. capite. x. pstantissimū glutinū fieri ex auribus taurorū & genitalib' ait: laodauitq; ipse in primis Rhodiacum: qd præcipuo candore esset. Sed nihil æque adulterari qbus uis pellibus inueteratis calciamentisq; et decoctis idem testatus est: Quod a Dios. non tradit̃. Cætera ambobus oīa eadem sunt.

Glutinum

DIOS. DE Ichthyocolla. i. pisciū glutino. Cap. xciiii.

q Væ uero a piscibus Ichthyocolla. i. piscosum glutinū dicit̃ Cetaceorū pisciū aluus est. Probat̃ natione Ponticum: colore cādido: modice pingue: nec scabrum: quodq; celerrime liquescit. Vtile hoc emplastris quæ in usum capitis: & his quæ contra lepras: & his quæ ad nitorem leuoremq; uultus conficiuntur.

INTERPRES.

Notum cūctis piscium glutinū est. Indiget enim eo uita quotidie & utit̃; nec pñt sine opr eius fœliciter in artib' tractari multa. Ob eā cām nihil ultra de eo aget̃. Monemus tñ qd passim legit̃ κοιλία

ἐστὶν ἰχθύος κητώου: quod est. Aluus seu uenter cetacei piscis: in aliquibus græcis nec postremæ fidei legi κόλλα ἐστὶν: idest colla cetacei piscis. In priore illa lectione sensus est materiā glutini huius aluum piscis esse: quod q̄ uerū sit peritiores eius rei censebunt. In secūda facile oībus intellexisse erit nihil aliud Ichthyocollam esse q̄ cetacei piscis glutinū. Multa sunt quæ ad utrāq; partem dici possent: sed nos ea legentiū censuræ relinquimus. Quēadmodum & quod sequtur statim ἁρμόζει δὲ εἰς τὰς κεφαλικὰς ἐμπλάστρους: quod est. Vtile glutinū hoc Cephalicis emplastris: intellexisse ne oporteat simpliciter capitis: an contra cephalæam peemanentem capitis dolorem confectis emplastris. Potest enim adiectiuum illud a capite simpliciter: quod cephalen græci dicunt: & a cephalæa certo capitis dolore duci. Nobis qm̄ in capitis emplastris nihil certum est in alteram illam partem inclinat animus: & si aliter locus redditus fuerit: censebunt de hoc medici. Quæ autem nos ad nitorem læuoremq; uultus diximus: Dios uero una uoce τιτάνωθρα dixit ea sunt quæcunq; ad leuigādam & ecugādam hoīs cutem presertimq; in uultu conficiuntur. Eadem forma facto nomine qua in eadem gente & Psilothra facta sunt. Non relinquemus illud ēt quod ὑπότραχυ manifesta asperitatis significatione in cunctis fere codicibus legitur: in melioribus ὑπόπαχυ a crassitudine bonitatis illi assignata nota ut credimus melius legi: facileq; id nos admisimus non tam uete℞ codicum fidem secuti q̄ q anon uidebat simul probari posse quod asperitatem aliquam haberet nec scabra esset: ut mox subiicitur οὐ ψαφαρώδης: fecimusq; id libentius misceri duas has uoces: alteramq; pro altera in hoc scriptore inueniri sæpius uidentes.

τιτάνωθρα

DIOS. DE Visco. Cap. xcv.

Xon. Romani Viscum dicūt. Probatur i quo læuor est: quod porraceo colore intus uiret: foris flauescit: & in quo nihil asperū furfurosum ue occurrit. Fit æstate ex fructu quodam in quercubus acino℞ figura nascente buxi folio. Tunditur aūt fructus is: tum lauatur: post hæc in aqua decoquitur. Quidā etiam acinos illos cōmanducantes uiscum conficiunt. Nascitur præterea uiscum in malis: pirisq;: & aliis arboribus. Inuenitur & quorundam fruticum radicibus adnatum. Discutiēdi uis & natura illi est. Mollit: extrahit. Panos: post aures quas parotidas uocant: abscessusq; alios resinæ: pariq; ceræ mixtum maturat. Epinictidas sanat in splenio impositus. Cum ture uetusta ulcera: maleficosq; abscessus mollit. Cum calce idem: gagate ue: aut asio lapide decoctum: mox impositum lienes minuit. Leuigat præterea ungues cum trito auri pigmento Sandaracha ue illitum. Idem calci feciq; mixtum uires acquirit & auget.

INTERPRES.

Vale solet siluis brumali frigore uiscū Frōde uirere noua quod non sua seminat arbos: Tale & suum Dioscoridi describitur: nulla appellationum eius addita diuersitate: Quales in secūdo de causis plantarum numerauit Theophrastus: Hyphear: Stelida: & Ixon siue Ixiā eandem rem aliter aliis in græcia uocantibus. Et si non deessent: tunc ēt q in diuersis arboribus nascens uiscum diuersa appellatione ostenderent: nasciq; Hyphear & Stelida in abiete & picea dicerent: uiscum uero in quercu: terebintho: aliisq; multis. Fuerunt ēt q in diuersa parte eiusdem arboris nascens diuerso noīe indicarent: hincq; hyphear illuc uiscum & stelida natum appellarēt: quæ nos nouisse ea uolentibus legenda in Theophrasto relinquimus: & præter Theophrastum in Plinio. xvi. uolumine capite. xlv. quo loco reddita iisdem uerbis ex eo scriptore a Plinio omnia fuerūt. Nos interim significabimus: non legi in melioribus & antiquoribus græcis καλὸς ἐστὶν ὁ νέος: quod est probatur quod recens uiscum: sed λεῖος: significatq; id quod diximus in quo læuor est. In quē sensum non tam nos traxit eorum codicum fides & auctoritas: quæ tn̄ multi apud nos est: q̄ Plinius libro. xxiiii. capite quarto dicem. Optimum quod sine cortice ē: quodq; læuissimum: extra fuluum intus porraceum: sine cortice: Læuissimum intelligens quod hic λεῖος ait: & nos cui læuor est diximus. Quæ omnia eadem huic scriptori sunt: & ab eo iisdem uerbis reddita. Ex iisdem melioribus & antiquoribus græcis etiam quod erat γίνεται δὲ ἐκ στρογγύλου καρποῦ περιφεροῦς γεννωμένου: significatq; Fit aūt uiscum ex fructu quodam rotundo nascente &c. Non περιφεροῦς sed περὶ θέρος .i. per æstatem uertimus. Persuasitq; id Plinius idem codicum illorum fidei accedens antiquus testis lib. xvi. capite xlv. de rōne conficiendi uisci agens. Quo loco uerba eius sunt. Viscum fit ex acinis qui colliguntur messium tempore imaturi. Quod nihil aliud est q̄ æstate. Scio fore ut uidear aliqbus diligentior in his q̄ res ipsa exigat: posseq; rotundum legi fructum hoc loco: neq; oportuisse ubi nihil repugnet a cōi lectione deuios noua rōne legentes agere. Sed nos a consilio nostro ob id nō discedemus nec cessabimus quacunq; ratione licebit scriptori huic & eius amatoribus prodesse.

DIOS. DE Aparine. Cap. cxvi.

Parinen. Sunt qui Omphalocarpon: qui uiseum appellent. Romani pari
a ter græcis aparinem dicunt. Ramulos habet aparioe multos: paruos: qua-
draogulos: hirsutosq;. Folia ex interuallo per ambitum rubiæ modo ramu
lis circũposita: Flores candidos: semen dutũ: candidum: rotundum: concauum: in
medio umbilici figura. Vestibus tenaci nexu herba adbærescit. Vtũtur pastores ea
uice coli pilos ex lacte auferentes. Bibitur contra phalangiorũ & uiperarum mor-
sus utiliter cum uino expressus ex Aparines semine caulibus & foliis succus. Auri-
bus in dolore idem eadem utilitate instillatur. Herba ipsa etiam cum concisa axun-
gia coacta strumas discutit.

INTERPRES.

Ognitu & inuentu facilem inter legumina & in frumẽtaria segete Aparinem sua descriptio
c ne Theophrastus & Diosc. fecerunt: ipsa ẽt tenaci nexu prætereuntium uestibus hærens: &
quale hic descripsit semen ostendens in medio umbilicatũ: ad cognoscendam se soiq; cõtẽ
platione nolentes ẽt conuertit. Persequunt eã quotãnis Maio & Iunio mẽsibus manu messoriaq; fal
ce agricolæ pestem satis suis eã sentientes: nihilq; apriris & pinguibus agris frequentius nascit. Co-
piosior tñ inter legumina q̃ inter frumẽta inuenitur. Nouerũt calamitatẽ suã rustici: Nomen tñ &
maleficii eius cãm ignorant: & ut in similibus fit quoq; ignoretur nomen lappam uocant Qua uoce
non in Aparine tñ sed in cunctis quoq; matura semina uestibus prætereuntiũ inhærent ignari utũ
tur. Quæ sane multa suot: & inter alia Eupatorium ẽt de quo suo loco dicemus. Ex quo factũ ẽ ut
non ætate nrã tñ: sed antiquis etiã temporibus paq; certa in huiuscemodi fuerit nominum rõ: Ar-
cionq; lappam tñ aliqui dixerint: alii aparinem hanc. alii plures alias: quaq; semen aut qa asperũ:
hamatũ ue aut cuspidatũ est uestibus hæret: quasi ad faciẽdum genus & nomen una hæc nota satis
esset. Vidimus nos & quotannis licebit uolentibus uidere aparinẽ tota figura qualem hic describit
in fũmo tñ singulorũ caulium quaterno quinoue semine ꝑlato: quod cuspidatũ magis q̃ hamatũ
est: figura orbis circũacti: & in medio descendentis quasi lacunæ. inuentamq; ꝓtinos extirpabit cau
libus per terrã serpentẽ: ne satis oocat lentibusq; ꝑcipue. Est enim huic legumini si Theophrasto
& aliis eredendũ est Aparine: quod tritico: lolium: hordeo: auena: & eruis orobanche: quibus pro-
pria nocẽdi aliis illis uis & natura est: simulq; nascentia cũcta hæc quemadmodũ & pleraq; alia: q̃
ab eodem Theophrasto lib. v. de plantaq; causis oumerantur incrementũ & uitam eaq; impediunt.
Siue aũt id fiat strangulatione: siue ꝑrepto alimento: siue impedito solis & aeris accessu alterius q̃
stionis & contemplationis est. Nullibi quod nunc meminerim descripsit Theophrastus aparinem.
Cunctis enim nota & agris oĩbus cõspicua herba illi erat: quẽadmodũ & nũc etiã est lappæ nomine
ex eo quod diximus ubiq; in agro & ab oĩbus indicata Eam Diosc. & Plinius Omphalocarpon pri-
mũ mox Philanthropon quõdã uocari dixerũt: factis ex figura seminis & folioq; tenaci adhæsu ap
pellationibus. Neq; enim omphalocarpon aliud significat q̃ umbilicatũ semen: & ex umbilico ho-
minis concauam descendentemq; lacunam in medio seminis eius. Qua pictura nihil aptius excogi
tari poterat. Qualem enim in Mespilis nos umbilicum pomoq; descripsimus: talem & Aparine in
semine habet. Altera uero illa uox Philanthropos. s. homanitatis amoris & comitatis nomen ẽ: qua
si blanda: comis: & hospitalis herba hæc sit: nec aliter ꝑtereuntium uestes apprehendens eos sequa-
tur q̃ solent hospitaliores aliqui discedentes a se amicos apprehensa ueste reuocare: aut si id neque
ant aliquãdiu sequi Superest ut dicamus etiam quale sit quod hic ait uice coli aparines foliis i pur
gando a pilis lacte pastores uti Quod non sic intelligendũ est ut credat aliquis per folia illa quasi
per cribrum aut laciniam: quæ duo rõnem coli habẽt trãsfundi & traiici lac Sed animaduertẽdũ
dicere hunc simpliciter ꝓ colo uti his foliis pastores: Cogitandumq; legentibus reliquisse circum-
actis per lac foliis illis purgari a pilis. Sua enim asperitate quæ tanta est ut & ipsa uestibus aliqñ hæ
reant: presertim in ultima siccitate pilos omnes ob id sibi facile hærentes secũ auferant: non aliter
q̃ contacta uisco id sequuntur: ob quam causam & uiscum aliqui eam dixeruot.

DIOS. DE Alysso herba. Cap. xcvii.

Lyson. Sũt qui Aspidion. i. clipeolũ: qui haplophyllon: qui Acisetũ: qui
a Adeseton uocent. Romani pariter græcis Alyssum dicũt. Exiguus frutex
Alyson est. Singulari caule a terra surgit asperitate aliqua oblitus & hir-
sutus. Folia habet circinata: secundũ quæ fructus exigui sunt duplicis clypeoli figu
ra; in quibus semen est in latitudinem se æqualiter explicans. Nascitur montanis &

asperis locis. Finit singultus: in quibus febris absit potum decoctum eius. Præstat idem manu gestatum aut naribus admotum Alysson. Lentigines: asperamq; & discolorem ceu a sole cutem exterit concisum & ex melle inunctum. Creditur & canũ rabiem sanare contusum & in cibo datum. Quin etiam domi suspensum sanitatem creditur facere: fascinationesq; omnes ab hoĩbus pecoreq; omni auertere: & in punicea lacinia collo adalligatum pecoris morbos omnes arcere.

INTERPRES.

f Ecit sibi ex re nomen Alysson: & ex pluribus quas habet in medendo uires eam unde uocaret elegit: q̃ grauiori hoĩs malo succurreret. Et q̃m rabidi canis morsus sentire non patitur ideo Alysson passim dicta est. Celebrauit eam symposii sui tertio uolumine Plutarchus. numerauitq; inter eas quæ solo contactu halitu ue aut aspectu pdesse homini possunt: nõ t̃n cõtra rabidi canis maleficium sed cõtra singultũ. Verba eius sunt. τὴν δὲ ἄλυσσον καλουμένην βοτάνην καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες ἀπαλλάττονται λυγμοῦ λέγεται δὲ καὶ ποιμνίοις ἀγαθὴ καὶ αἰπολίοις παραφυτευομένη ταῖς μάνδραις. Quæ uerbum de uerbo sic uertat aliquis. Quin etiam herbam quã Alysson uocant: alii in manus accipientes: alii cõspicientes solum a singultu liberant. Fertur eadem ouillo & caprino pecori salutaris esse prope caulas & septa eorũ consita. Quod ab hoc ipso primũ & ultimũ inter uires & remedia eius numeratur. Quẽadmodum quod ad rabidi canis morsus pertinet a Paulo Aegineta in quinto traditur: quo loco Cataplasma contra rabiem canis quod dã instituit: iubetq; decocto eius uti his uerbis. μετὰ ἀφεψήματος ἐλελισφάκου ἢ τῆς σιδηρίτιδος τῆς ἡρακλείας ἣν καὶ ἄλυσσον καλοῦσί τινες. Quorũ sensus est. Cum decocto Saluiæ aut heracliæ sideritidis quam aliqui alysson uocant. Ex quo dubitari contigit: Sit ne hæc sui generis herba an sideritidi re ipsa eadem: noĩe uero t̃n diuersa. Hic ppriũ genus hr̃e Alysson separata ab illa eius historia & medicina ostendit. Plinius hoc ipsum libro xxiiii. capite xi. cõfirmat Rubiæ similem his uerbis describens Distat Erithrodanus ab eo quæ alysson uocat̃: foliis t̃n & ramis minoribus. Verum t̃n huic uõ cõuenit qui folio rotundo contra q̃ in Rubia est Alysson describit: & pter folia singularem caulem alysso tribuit. Fruticosa aũt rubia est: Alysso semen est in latitudinem se explicans: Rubia rotundũ habet. Et ne longiores simus nihil quod certam similitudinem faciat nobis in Rubia inuenit̃. Credimus ob eam cãm posterioribus his scriptoribus non satis certas fuisse Alyssi huius historiam & notas: ex quo alii sideritim eam crediderunt: & alii Rubiæ præterq̃ in foliis & ramis similẽ fecerunt. Nos Dios. descriptione & Plutarchi testimonio contenti sui generis herbam antiqs fuisse dicemus: qua cõtra rabidi canis morsus præcipue uterent̃: & si hic rabido canit̃n non rabido homini succurrere dicat: eadem t̃n utriusq; rõ est: eamq; ob cãm alysson græci eã uocauerint: in qua uoce rabiei negatio est. Relinquemusq; montanis & asperis locis peritioribus inueniendam: ut homini & pecori cõtra fascinationes omnes amuletum saltem sit. Nobis fascinatiões placuit dicere: q̃m ἀβάσκαντα t̃n Dios. ait: græcisq; βασκαίνεσθαι quod latinis fascinari ẽ. Sic Theocritus: sic multi alii usi sunt. Animaduertendũ illud ẽt uariare antiquos scriptoris huius codices in eo quod nos uertimus Finit singultus in quibus febris absit potũ decoctũ eius. Sunt enim in quibus legitur non herbæ sed seminis decocto finiri singultus: ταύτης γὰρ σπέρμα ἀφεψηθὲν καὶ ποθὲν, nos id meditis cognoscendũ relinquimus. Præterea quod hic ait Clypeoli figura esse non semen sed ἐπικάρπιον est. Dico autem epicarpion cõmuni appellatione quodcunq; semẽ aliquod contiuet: & hinc Aspidion: idest Clypeolum hic uocari alysson etiam ait. Quemadmodum Apophyllon a foliorum in caule positura: in quo deinceps adnata pendeat.

Fascinatiões

DIOS. DE Asclepiade herba. Cap. xcviii.

a Sclepiada. Sunt qui Cission quasi hederulam: qui Cissophyllon. i. hederæ folium appellent. Romani pariter græcis asclepiadem dicũt. Ramulos habet Asclepias longos in quibus hederæ folia sunt: Radices numerosas exiles & odoratas. Florem graueolentem: Semen securidacæ herbæ seminis figura. Nascitur in montibus. Subueniunt torminibus & uenenatorum morsibus radices cũ uino potæ. Folia uero maleficis mamarum & muliebrium locorum uitiis utiliter emplastri modo imponuntur.

INTERPRES.

b Abent Cission & Cissophyllos aliæ Asclepiadis appellationes manifestam ex foliorum forma quemadmodum & nos diximus cãm. Omnes enim qualis & ea est hederæ folio describunt. Cur autem Asclepias primum dicta sit conieciss e etiã difficile non fuerit. Vt enim ab

inuentoribus suis plures aliæ nomen inuenerunt: sic & ab Asclepio faciendæ homini medicinæ antiquo auctore Asclepias nominata hæc est: non parũ hoc uno argumento laudanda & in honore habenda. Cui præter ea quæ a Dios. dicta hoc capite sunt plures in historia notas & in medicina uires græcorũ herbarii alii tribuerunt: Nepetæ similem caule & toto frutice esse dicentes: & hederæ quidem folia hr̃e uerũ longiora & lanuginosa Habere itidem ut hic ait florẽ graueolentẽ sed rosæ figura. Nascitq; nõ simpliciter in montibus: uerũ in aquosis montibus. In medicina aũt tradiderũt posse radicem eius tñ derasam ut nihil asperitatis habeat in fistulas demissam callos earũ absumere & implere: nec folia tñ: uerũ etiam flores maleficis mãmarũ & muliebriũ locorũ uitiis pdesse. Quin etiam eandem radicem siccatã: moxq; in puluerem tusam & cũ axungia coactam malagmatis modo impositam inflãmationes discutere & neruos mollire. Flores pterea foliaq; siccata mox trita in summa cute uulneribus utiliter inspergi: Sordida purgare ulcera & ad cicatricem perducere: genitaliumq; uitiis egregie mederi Quæ oïa ex antiqs græcis collecta a nobis historiæ & medicinæ huius scriptoris libenter addita sunt: nequid relinqueref quod legentibus prodesse aliqua rõne posset: quam deinde nos securidacam diximus; cuius semini simile Asclepiadis semen hic ait: ea ẽ quã Theophrastus pluresq; alii Pelecinum a securis forma dixerunt.

DIOS. DE Colo rustica siue fuso agresti. Cap. xcix.

a Tractylida. Sunt qui Ascyron: qui agreste cnicũ: qui Aspidion: q Androsæmon: qui Theliatrisum uocẽt. Magi Aphedron. Aegypti cheno. Romani præsepium: Fusum agrestem: & colũ rusticam appellant. Spina ẽ cnico similis: multo tñ in sũmis uirgis minoribus foliis: nudo & sine foliis reliquo caule: quo mulieres ad fusos utuntur. Habet agrestis fusus aculeata capitula: florẽ pallidum: aliquibus uero locis purpureum. Radix illi tenuis & inutilis est. Cõcisa eius folia: coma: semenq; contra scorpionum ictus cum uino: pipereq; utiliter bibuntur. Sunt præterea qui dicant a scorpionibus uulneratos: & ex uulnere dolorem sentiẽtes quamdiu agrestem hunc fusum manu teneant non sentire dolorem; Deposito autem statim dolere.

INTERPRES.

d Ederunt primæ quondã fœminis ad lanificium fusos & colum siluæ: quasq; in hũc usum aptiores natura pduxerat stirpes: eas ut erant informes sibi eligentes mulieres castius feliciusq; q̃ buxeis & eburneis postea factũ est lanas telasq; suas illis obierunt. Diuq; sine opere humanoq; artificio aliquo nascentibus quotannis ad lanificium instrumentis his usa ubiq; uita est. Natæ mox & tractatæ in urbibus artes omnia urbanis elegantiora fecerunt; neglectisq; rusticis fusis & colo; buxus: ebur: & argentũ in matronali lanificio amari cœptũ est: & ad uitæ delitias: fortunæq; opes translatũ: qd' solam sedulitatem sibi exigebat. Non tñ exclusa penitus & in muliebri opere damnata natura est. Sed antiquũ retinet in agro honorẽ atractylis: & quem quondam in omnib' habuerat usum in rustica muliebri plebe adhuc habet: quæ ut rudi adhuc seculo: nec exculta artibus uita ab omnibus fiebat: fusorũ genere hoc natura tñ eos porrigente aliquibus locis utitur. Vtinam qui eburneã milesiã colũ scripto priuatim carmine Theagenidi amici Niciæ uxori laudatã donauit Theocritus pastorali & bucolico carmine aliquo idẽ agrestẽ hanc descripsisset Et quã ipse humano opere factam tantopere celebrauit in siluis inuentam Amaryllidi a pastore donatã finxisset. Gratios enim Musis & legentibus utilius id carmen nunc ẽt illo esset: quo pastorẽ spina eius uulneratũ describẽs cecinit. ὡς δὲ βαθεῖαι ταὶ ἀτρακτυλίδες ἐντί. Nihil enim ex eo aliud audimus q̃ spinam atractylidem. i. agrestem hunc fusum siue rusticam colum esse. Cogimurq; ex Theophrasto pluribus locis de plantarũ historia certius eam nouisse: qui primum inter genera agrestis Cnici eam numerat: dico autem Cnicum quem nunc medicina carthamum & rura nostra crocum saracenũ uocant. Suntq; post multa de Atractylide libro. vi. uerba eius hæc. ἀτρακτυλὶς δέ τις καλεῖται καὶ λευκοτέρα τούτων. ἴδιον δὲ ἔχει τὸ φύλλον ὅτι ἀφαιρούμενον καὶ τῇ σαρκὶ προσφερόμενον αἱματῶδη ποιεῖ τὸν χυλόν. διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην ἔχει δὲ τὴν ὀσμὴν δεινὴν καὶ φονώδη ὀψὲ δὲ καὶ τελειοῖ τὸν καρπὸν περὶ τὸ μετόπωρον. Quod est. Vocatur & quædam atractylis: candidior his: cuius folium priuatim id habet ut auulsum carniq; confricatum sanguineũ reddat succum. Eamq; ob cãm phonon. i. cædem aliqui spinam hanc uocant Habet ptereagrauem & sanguinis in cæde odorẽ Sero necnisi per autumnum fructũ absoluit. Idem libro. ix de plantarũ historia a principio statim de liquore succoq; plantarũ & eius diuersitate agens sanguineum succum atractylidi tribuit. Quæ cã fuit ut a quibusdã androsæmos uocaref: qm & illa sanguineo succo est ut certius in ea docebitur. Quemadmodum & cnicos agrestis: quod a Theophrasto dictum libro sexto paulo ante testati sumus. Cur autem præsepium (modo integra ea uox sit) Romani eam uocarent

incertum nobis est Cur aūt colum rusticam & agrestem fusum: ex herbæ figura factom est: Quæ glabro nudoq; penitus caule surgens & cum aruit in flexili durītie rigēte aliqñ cubitali altitudine plerūq; aūt minor: nec nisi in sūmo foliosa & aculeata in maiore illa altitudie colum in minore fusos rusticis fœminis ad lanificium dedit. Vidimus nos licetq; omnibus per æstatem uidere locis incultis & nemoribus nascentem spinis suis in summo sic dispositis: ut impositos lanarum peniculos sine uinculo nexu ue alio quopiam sustinere facillime possint. Numerauit eam Paulus Aegineta libro primo inter olera: carduisq; his uerbis coniunxit τὰ δὲ ἀκανθώδη πάντα οἷον σκόλυμος καὶ ἀτρακτυλὶς καὶ τὰ τοιαῦτα Quod est est. Aculeata uero oīa quales carduus & atractilis est. Credimusq; nos Atractylidis nomine hoc satiuum Cnicū intellexisse: in cuius genere Theophrastus eā numerauit: & natura præsenti similitudine cōstituisse uidetur. Ob quam ut pauloante diximus agrestē Cnicum hanc aliqui uocauerunt: & inter eos Theophrastus quo diximus loco.

DIOS. DE Polycnemo. Cap. c.

P Olycnemon. Sunt qui Clinopodion: qui Polygonatum: qui Iouis Colūs: qui Echeonymon appellent. Romani putealogon thriam dicunt. Surculosus polycnemum frutex est: foliis origani: Geniculis toto caule multis: pulegii semine: non tamē umbellam habet: sed in summis caulibus exiguos corymbos acri simul & suaui odore odoratos. Facit uiride siccum ue ex aqua impositum ad uulnera glutinans ea: ita tamen ut quotidie soluatur. Bibitur prǽterea cum uino ad rupta & uesicæ stillicidia.

INTERPRES.

a Ccreuerat polycnemo inutiliter in extremo capite quod alii interpretes non eodem modo reddiderunt: Sed ab altero ad lymphationes pertinere creditum est: ab altero ad affectus qui uiolentiæ ab eo uocanť: nullo aut morbi aut uitii certo genere. Nosq; id sentientes qm̄ in antiquissimis græcis nulla esset ea pars: nec q uetustissimus mihi est latinus Diosc. id hēet: & q ad nouam religionis nostræ superstitionē pertineret intrepide totam eam partem neglex imus: inutilemq; & hoc scriptore indignam penitus reliquimus. Ea autem est quo loco in græcis legitur: ἐνὶ δ' ἀξέγω... &c In interpretibus aūt. Vsu siue experientia compertum est &c. Nō habet Polycnemum certam in latinis historiam Plinius cunilæ bubulæ quæ inter Origanos numeratur similem herbam tm̄ dixit: cætera ex hoc scriptore iisdem uerbis ab eo reddita sunt: Semine pulegii: surculosam: multis geniculis: corymbis: acri & dulci odore odoratam: quæ ferro factis uulneribus commanducata imponať: quinto die soluatur. Quæ tota est in scriptore hoc Polycnemi historia & medicina Nicander in Theriacis sois contra uenenata eam laudauit ἄλλοτε ὁμόρξεις ψῆγμα πολυγναμονος ὀριγανου &c. Quo loco transmutatione Isagæ ut solent poetæ usus est: polycmenū dicens: quā alii polycnemū uocant. Meminit eiusdem Apollonius in cōmētario de herbis: nec dissimilem origano fecit Hanc inter alias appellationes polygonaton dici a quibusdam audimus. Non quia uere poligonato similis sit: sed qm̄ geniculato per totum caule est. Quam credimus etiam fuisse causam ut polycnemum græci eam uocauerint: quasi frequētibus furis κνήμας enim furas illi uocant: quæ in surculis herbæ huius interualla erunt: quibus folia inter se distant.

DIOS. DE Clinopodio herba. Cap. ci.

C Linopodion. Sunt qui Cleonicū: qui ocymoides. i. ocymastrum: qui Zopyren uocent. Romani pariter græcis Clinopodiū uocant. Surculosus & hic frutex est. Nascitur in petrosis: altitudine quātū bis patet a summo pollice ad extremū minimum digitum explicita humana manus: folio serpylli: floribus pedum lecti speciem referentibus: per interualla Marrubii modo dispositis. Bibitur herba: decoctūq; eius cōtra uenenatoꝝ morsus: conuulsa: ruptaq; & urinæ stillicidia. Trahit eadem menses fœtusq;: Et uerrucas pota diebus aliquot excutit.

INTERPRES.

e X tricliniis suis quondam in agrū exeuntes græcoꝝ herbarii: pedumq; lectoꝝ sooꝝ imaginem animo secuantes facile inter alias quærentiū oculos fallentem Clynopodion herbam inueniebant. Quodq; illis quotidianū fabrica spectaculum fecerat diligentius & speciosius elaboratum natura locis incultis ostendebat. Nunc mutata artium & fabricæ rōne siquis nouisse id cupiat herbam inuenisse prius oportebit: tum ex floribus eius in antiquorū lectis pedum quibus

fulciremur formam didicisse. Verumtñ ut illud rõne carebat: natura. n. artibus exempla in cun/ ctis ex se ppposuit: neq; ab artibus ad naturam motus est. Sic nostra ætate difficillimum in tã multa flo℞ naturæ uarietate tam multisq; eo℞ formis hoc uno argumẽto herbam deprehẽdere. Et si Plinius. xxiiii. uolumine capite. xv nõ pacum ad hanc rem cõtulerit orbiculato flo℞ ambitu eam de/ scribens Cuius formæ adiectione satis descripsisse rẽ uꝰ. Oẽs. n. nouimus quid orbiculato: qd flo/ rum: & quid ambitu significeꝰ: plures. s. simul surgere flores: circulũ per ambitũ faceꝰ: & ex eo or biculum describi: in quo relictis inter eos flores mediis spatiis: inane aliquid & uacuum relinqua/ tur: quam pedum in antiquis lectis fuisse formam facile conicere est. Siqdẽ his exẽplis pictores: statuariiq; architectiq; sua opera adhuc exornant. Nihilq; non una hac rõne inuentũ ab illis & tracta tum semp est. Sunt Clinopodio aliæ ẽt appellationes: Cleonicon: quã credimus pa℞ integram eẽ. Siqdem Plinius non cleonicon sed clinopicton uocat: ab iisdem lectis facta appellatione: Ideoque Clinicõ forte legendã esse. Ocymoides deinde ab Ocymastro cui similis est dici ab aliquibus po/ tuit. Abundabat & in extremo clinopodii capite qđ in Dios. legiꝰ κοιλίαν δὲ ἵστησιν [illegible] &c. In Gallica aũt interp̃tatione aluũ sistit decoctũ ad tertias: in Veneta uero multis experimentis con fessum &c. In quo nõ leuiter dissident: in illa sisti aluũ &c. in hac de furoris medicina agitur. Dif ferentiæq; manifesta est cã. Alter. n. interpres imp̃ssum Dios. codicem secutus est. Alter quod supe/ riore capite tanq̃ inutile damnatũ a nobis fuit: cũ in Dios. codice q in priuata Pontificis bibliothe ca est in Polycnemo legi inuenisset ubiq; id reddidit: primum sub lymphationis mox sub furoris noĩe. Poteruntq; uolentes facile id cognoscere. Neq; enim re differunt q̃ in polymemo his uerbis a Barbaro reddita sunt. Vsu compertũ est ramulis huius cõtritis in uino albo datis magnũ p̃sidium afferre lymphationibus: ab his quæ in clinopodio sic uersa sunt. Multis expimẽtis cõfessum super hoc frutice est: Ramulos eius ad tertias decoctos ex uino albo mederi correptis furore. Nouã uocẽ βιαιομοῖς & antiquis nullã uaga interpretatiõe exprimere conatus ille est. Damnauitq; quod nos ẽt fecimus quod ad sistendam aluũ in clinopodio legitur: ad quã censura nos traxit uetustissimorũ in græcis & latinis Dios. codicũ fides. Quodq; de eo agens in. vi Paulus Aegineta calefaciendi siccã diq; uires clinopodio tantum assignauit: de sistenda autem aluo uerbum nullum.

DIOS. DE Leontopetalo herba. Cap. cii.

L Eontopetalon. Sunt qui Leontopodion: qui Leucetion: qui Leontion: qui Dorida: qui Dorictenda: qui Agrestem lychnidem: qui Pardaliũ: qui Therybethrum: qui Rapeium: qui Cornutũ papauer: qui Anemonẽ uo/ cant. Romani Papauerculũ aut semen leoninũ dicũt. Caulem habet alitudine quã tum a sũmo pollice ad extremum minimũ digitũ patet explicita humana manus: & aliqñ maiorem: cauis alarum multis: in quarum sũmo siliquæ cicerum sunt: & in his duo tria ue semina. Flores p̃fert puniceos Anemonę similes: Folia brassicæ papa/ ueris modo incisuris diuisa. Radices nigras rapis similes: in quibus condylorũ mo do tubercula quædam excrescunt. Nascitur in aruis & inter segetes. Bibitur radix eius contra serpentium morsus dolorem quamprimum auferens. Miscetur & his q̃ contra coxendicis dolores clysteribus infunduntur.

INTERPRES.

D Escripsit Leontopetalõ lib. xxvii. capite. xi. Plinius iisdẽ uerbis Rapeion aliis uocari dicẽs: folio brassicæ: caule semipedali: alis multis: semine in cacumine so siliquis ciceris modo: Radice rapo simili: grandi & nigra. Nasci eam in aruis: & oium gene℞ serpentibus in uino potam radicẽ aduersari: nec quicq̃ celerius p̃ficere. Quæ oia a b hoc ipso scriptore multo antea di/ cta fuerant. Nomen a ferocissimo & generosissimo oium aiali in antiquis græcis inuenit. Quid au tẽ illi cũ leone cõueniat nõ satis certũ nobis est. Si nois origo expendaꝰ nihil leontopetalon erit q̃ leonis folium. Sed quam leonis partem uerbi cã pedem: aurem: linguã: aliam ue huiuscemodi fo/ lium referat non satis pro comperto nobis est: presertim uariantibus aliis appellationibus Leontio. s. leõtopodio: & leonino semine: Quæ oẽs a Leone cãm nominis: sed non eodem mõ hñt. Siquidẽ leontion leunculus est Leontopodion leonis pedem significat: & leoninum semen cãm nominis in semine non in folio esse ostendit. Cur autem agrestis lychnis diceretur floris figura in causa est: q̃ Anemonem & siluestre papauer dici etiam Leontopetalon fecit. Omnes enim hi flores magnitudi ne: colore: totaq; figura similes aut non dissimiles saltem inter se sunt.

DIOS. DE Teucrio herba. Cap. ciii.

Eucrion. Sunt qui Chamædryn. i. Trixaginem: & qui Teucrida appellẽt. Romani pariter græcis Teucriũ dicunt. Virgata herba est Teucrion: Trixagini similis: tenui folio ciceris figura. Nascit̃ plurima in Cilicia eiusq; partibus quas Gentiadẽ & Cissadẽ uocant. Lienes egregie minuit uiridis cũ posca pota. Decoqtur sicca ẽt. Bibiturq; in eundẽ usum decoctũ eius. Lienosis etiam ex aceto additis ficis illinitur. Contra uenenatorum uero morsus ex aceto tantum.

INTERPRES.

Fuerunt quondã ad Troiã Telamonii fratres Aiax & Teucer. Vt nõ eadem belli gloria: sic totius uitæ inæquali fortuna Ambo tñ naturæ & medicinæ aliquid contulerunt. Sed alter lamentis plenum florẽ si in transformationibus suis canenti Nasoni credimus. Rubefactaq; sanguine tellus Purpureum uiridi genuit de cespite florem. Qui prius Oebalio fuerat de sanguiẽ natus Littera cõis mediis pueroq; uiroq; Inscripta est foliis hæc nõis illa querelæ. Alter Teucriõ herbam hanc inuentori suo cognominẽ: qua lienibus omnis mederet̃ ætas. in quo nõ cõparauerit nec contulerit aliqs Aeacios illos flores Teucrii tam præsentis remedii uirgis potius q̃ iuncis. Ex q̃ figura nos uirgatã herbam diximus auctorem hunc secuti qui ῥάβδοειδῆ eam describit non ut Plinius tenues spargentem iuncos. Inuenit ut ex historia nomineq; indicatur eam Teucer Nec minus illi medicina ob Teucriũ q̃ Achilli Chironis discipulo ob Achilleam debet. Inuẽtamq; ab eo sic cõstat. Cum exta in sacrificio super eam proiecta fuissent: ferunt adhæsisse lieni: eumq; exinanisse. Et quod casus ostenderat: Obseruatumq; a Teucro fuerat ad æternum humani beneficiũ decus & famam illi accreuit Miscent confunduntq; aliqui Teucrium hanc cum Aspleno & Hemionitide: non ob aliam ut credimus cãm q̃ quia eadem potestate sunt: Omnes enim lieni medentur: sed nullas habent cões alias notas: ut ex eaꝝ historia cognoscere oĩbus facile est. Diuersa sunt noĩa: discrepant partes: seorsumq; ueteres græci de singulis tradiderunt. Plinius quod pauloante diximus uirgas Teucrii iuncos uocauit lentorẽ & tenacẽ flexurã uirgaꝝ in Teucrio contemplatus: & ex pluribus iuncoꝝ notis eam elegit: quæ multis aliis in Plantaꝝ historia cõgrueret: nec priuatim ꝓpriecq; iunceũ genus faceret. Quod enim iuncũ indicat nomẽq; & genus illi facit: Nudus glaberq; surculus est. Cætera. n. cõia illi cum plerisq; aliis sunt. Sed hoc primũ illi mox per eũ alus natura dedit: dico aũt folioꝝ totis caulibus & uirgis eius priuationẽ: quæ in Teucrio sunt in uirgis eius pendentia natiuo lentore uitiliũ mõ flexilibus. Ob quam naturam & formã nõ defuerunt: qui Teucrium hanc agresti sedo & portulacæ similem dicerent: & eoꝝ nominibus ẽt indicarẽt. Volumus & illud legentibus significare. Quod ab hoc remediũ lienosis instituitur cum ficis ex aceto illini. Teucriõ &c. Credere nos non simpliciter ficos sed caricas intelligendas esse.

DIOS. DE Trixagine. Cap. ciiii.

Hamædryn. Sunt qui Chamætropa: qui Linodryn dicunt. Romani Trixaginem uocant. Sunt etiã q & hãc ꝓpterea ꝙ Teucrio similis sit Teucriũ pariter appellent. Nascit̃ asperis & petrosis locis. Estq; breuis frutex: altitudine quantũ a sũmo pollice ad extremũ minimũ digitũ patet explicita hoĩs manus: foliis paruis: figura diuisurisq; quernis similibus gustu amaris: purpurascente flore: & ipso ẽt exiguo. Carpenda est suo semine prægnans herba. Decoquitur uiridis in aqua: bibiturq; utiliter conuulsis decoctum eius: Tussientibus itidem: duratis lienibus: urinæ angustiis: & cutem incipientibus subire aquis. Menses eadem trahit & fœtus: Lienem minuit cum aceto pota: Contra uenenata cum uino bibitur. Potest idem emplastri modo imposita etiam. Quin etiam concisa: trita ue contra ꝑdicta in pillulas conformari potest Purgat uetera ulcera ex melle. Contra oculoꝝ caligines trita inspergitur & ex oleo inungitur. Est aũt illi calefaciendi uis.

INTERPRES.

Oactæ breuitatis quercus quædam Trixago est: & inde illi in græcis nomen: Neq;. n. Chamædrys aliud q̃ humilẽ & terrestrẽ quercũ significat. Ab eadẽ breuitate aliud Chamæropis nomen illi ab aliquibus factũ est. Sic enim ex ueterũ græcorum & latinoꝝ fide legẽdũ esse existimamus. Et si hic Chamædropa uocari tradat Plinii enim codices omnes ante Barbari castigationem Chamæropẽ non Chamædropẽ uocari Trixaginem dicebant. Eam uocẽ scriptoris

huius lectione ille emendauit. Is etiam quem nos habemus Longobardis litteris scriptum latinum ueterem Dioscoridem Chamæropa non Chamædropa trixaginem dici testatur. Nec nos ratiõem aut causam habemus cur hoc magis q̃ illud dici oporteat. Et si excogitanda aliqua sit: nulla uero si milior erit: q̃ q̃m humi serpat sic dicta quondam fuerit. Et si id recipiatur tunc Chamærops dicẽda potius erit. Nos in ambiguo plures ueluti testes secuti Chamæropem potius diximus. Cur autẽ Teucrion hæc etiam diceretur causam hic ipse ostendit: ideoq; a nobis relinquenda est: qui multo labore quæsitam Romanæ appellationis originem nondum inuenimus. Nihil enim Plinius aliud inquit q̃ Trixaginem latine dici Chamædrin herbam. Descripsit tñ eam: & quæ hic folia parua dixit ille mentæ magnitudine: & quæ hic figura & incisuris quernis similibus: ille colore & diuisura quercus. Adiecit præterea serratam ab aliis hanc herbam dici: & ab ea i. ab incisuris illis quas p am bitum habet eodem quo nunc modo in serra uidentur dentes inuentam fuisse serram. Theophrastus cum libro. ix de plantarum historia eius meminisset de notis partibusq; eius breuiter egit. Sed quas habet in medicina uires moltas numerauit alias ab hoc scriptore: ideoq; repetẽdas hoc loco a nobis: quæ huiuscemodi sunt. Trixaginis aũt folia ruptis uulneribusq; prosunt: i quem usum ex oleo trita imponuntur. Prosunt & depascentibus ulceribus. Purgat semen bilem: confert idẽ oculis: oportetq; tritum folium ex oleo illis admouere. Habet trixago quernis similia folia: totũq; eius incrementum dodrantale est. Quod a nobis in Dios. expansæ manus mensura significatum est. Adiecit præterea Theophrastus odoratam suauemq; Trixaginem hanc esse: facilem inuentu: & ubiq; ex his notis cognoscendam herbam. In cuius mensura a Barbaro non leuiter nos & alii discrepamus. Ille enim quatuor digitorum altitudine eam describit. Nos ut solemus semper ubi spithame sit q̃tum tota hoĩs explicita manus patet. Id enim obseruauimus eã significare uocẽ. Quatuor uero digiti quos ille in spithame numerat palmi mẽsura sunt: quæ longe minor q̃ dodrans est: qua uoce priuatim Plinius græcam spithamen in. yii manifeste cõuertit. Sic ẽt quem ille florẽ exilem dixit nos simpliciter paruũ uertimus μικρὸν. n. hic ait. Quod p̃terea Dios. ait ἄγειν ἔμβρυα ad abortus pertinens: ille ad partus facilitatem pertinere opinatus: partus ciere dixit.

Spithame Dodrans.

DIOS. DE Leucade herba. Cap. cv.

Leucada. Romani pariter græcis Leucada dicunt. Montana in hoc genere latiore q̃ satiuo folio est. Semine præterea acriore: amariore: & in gustu minus grato: maiore tamen efficacia q̃ satiua est. Imponuntur emplastri modo ambæ: bibunturq; utiliter cum uino cõtra morsus animalium quæ ictu aut morsu uenenum relinquunt: marinorumq; præcipue.

INTERPRES.

Suspecta nobis in hoc capite omnia sunt: nec sine causa. Siqdem Plinius nihil certũ de leucade hac tradidit: nec dubitasse tñ: sed sub hac appellatione ignorasse eam uĩ. Hic ipse ẽt pag. certe historiã ex his quæ modo legunt̃ eius tradit. Fuitq; quondã certiorem eius descriptionẽ iudicio est latinus Dios. & eius præcipue qui apud nos uetustissimus codex est. In quo a necessaria diuisione caput hoc & his uerbis incipit. Leucæ duo sunt genera: una est montana & altera hortiua. Mox sequitur quod nunc in Dios. legitur Montana latiore q̃ satiua folio est. Videturq; hic ordo necessitatem habere ut facta prius diuisione: Alterius generis historia & uires tractentur. Sunt præterea in medio capite: quæ manifeste in impresso Dios & aliis græcis desint: quæ poterũt uolentes facile inuenire. Nobis paulominus q̃ pro comperto est nullibi incolume esse hoc caput: & q restitui in integrum non potest quasi desperatum ulcus relinquitur.

DIOS. DE Coronaria Lychnide. Cap. cvi.

Lychnida Stephanomaticen. i. coronariam. Sunt qui Athanaton idest immortalem: qui Acyloninm: qui Ballaryon: qui gruis pedem: qui Corymbum: qui Taurium: qui sceptrum: qui Maloion appellent. Magi apocathemenes sanguinem: Aegyptii semeon. Romani genicularem siue Bellariam dicunt. Violæ similis flos est: sed purpureo colore. Texitur in coronis. Bibuntur cum uino semen & flores: & per se utrunq; contra scorpionum ictus.

INTERPRES.

Quo argumento nautis in mari sæpe uisum piscem lucernã ueteres Romani appellauerunt ignea per os exerta lingua tranquillis noctibus relucentem: Eodẽ in humidis nascentẽ ma-

gnitudine uiolæ:sed figura rosæ florem lychnida ut fertur ueteres græci dixerunt. Noctibus enim hic ēt fulgere creditur:& ut nomen ex re illi factū indicat ignis fulgore quodam uidentiū oculos in se conuertere. Non aliter q̄ & feliū oculi flāmaꝝ modo in tenebris fulgent:& putres in humidis caudices eodē tpe ignium spēm quandam uidentibus afferunt. Quoꝝ & si diuersa materia sit. Cōmunis tñ oībus causa humoris copia est:nisi forte in felibus quod ab Aegyptiis obseruatum fuerat non in humore sed in lunæ luminibus lucis eius causa sit:ad quoꝝ quotidiana incrementa augeantur:dilatenturq; in eius animalis oculo pupulæ:& cū toto orbe mortalibus fulget id sidus:tūc etiā copioso lucis fulgore iotra domesticos parietes animalis eius nobis oculus splendeat. Quemadmodum secūdo uolumine in mustela lōgius testati sumus. Verūtamen alterius quæstiōis est & huius & eoꝝ quæ pauloante dicta a nobis sunt causas & rōnes inuenisse. Nunc quod herbariū & scriptoris huius interpretem deceat floris oēm naturam dixisse satis sit Nascit̃ locis humentibus hic flos a Theophrasto ad extremū sextū de plantaꝝ historia uolumen primus inter æstiuos flores numeratus Habet n. hæc naturæ pars sua discrimina Nec difficile est ī ea eiusq; scriptoribus uernos:æstiuos:autūnales:& hyemales obseruasse flores:& ī æstiuis lychnidem hanc:quam Plinius flāmeam aliqñ ex eo quod diximus argumēto:aliqñ a gente græcā rosam noīauit:colore purpureo: quinq; foliis tñ:& si in satiua obseruauerint qdam senis florer̄ aliqñ foliis:agrestē qnis semp magnitudo illi est uiolæ:quā h c nō multo post matronalē uocat:eam.s.quæ prima uer nunciat:omnesq; alios præuenit flores:& quod ꝓprium eius est multa uno pediculo pendet:figura rosæ est:foliis rosarū mō dispositis & pendentibus Nullum habet odorem:quod demiret̃ aliqs:ex quo coronarius flos est:& coronarii noīs honore ab agresti distinguit̃: deficienteq; eo uersimile est solam floris spēm ī coronis amatam fuisse. Ob quam cām in magno noium & appellationū ambitu in gentibus fuit: aliis Athanatū.i.imortalem appellantibus:q, lōgissime a prima æstate ad extremū autūnum floret:aliis Bellaryon:quæ uox licet ī certā mō habeat in græcis significationē:antiquā tñ fuisse in lexico suo Hesichius ī dicat:Ballarin trifoliā herbā esse dicēs:nec ultra qcq̄ de ea testatus est. Plinius libro.xxi.capite.xxvi.radicem Lychnidis non coronariæ & satiuæ sed agrestis Asianos bolitē appellasse tradidit Potueruntq; hæc simul misceri:& in duabus uocibus quæ principii similitudinē aliquam haberent in diuersam penitus librarioꝝ iniuria finem ruisse. Verum ut sæpe alias testati sumus non multi facienda hæc sunt:eamq; ob cām cætera a nobis relinquuntur.

DIOS. DE Agresti Lychnide. Cap. cvii.

Lychnida agriam.i.agrestem. Sunt qui Tragonaton:qui Atociū:q̄ Hieracopodiū:qui lampada appellent. Magi Apocathemenes taurū. Romani agreste intybum uel serin uocant. Satiuæ in cunctis agrestis hæc similis ē. Per inferna bilem trahit potum semē eius. Prodest cōtra scorpionū ictus: Feruntq; admota his herba hac torpidos & inefficaces ad nocendum fieri.

INTERPRES.

Communes satiuæ coronariæq; lychnidis agresti & rusticæ appellationes similitudo fecit. Et qua hic agrestē Hieracopodion.i.accipitrinū pedē uocari ait:illic satiuā gruinū noīari dixerat:nulla aut exigua diuersitate:Credimusq; nos folioꝝ herbæ nō floris notā hāc esse. Queadmodū certa floris est quā hic lāpada dixit manifesta significatione a luce fulgoreq; illo de quo in satiua dictū lōgius ē. Folioꝝ itidē nō floris notā hñt agreste intybū & seris. Cæteræ a piorioribus docēdæ relinquunt̃ Agrestis lychnidis tñ ī medicina usus est. Nec refert q, hic satiuæ semē scorpiōbus aduersari dixerit Id.n primū & efficacissime agrestis pōt. Nec Plinius aliter decreuisse credit̃: & ante eū Nicander in Theriacis suis. ὅσσα τε λυχνὶς ἔγερθεν &c. Quo loco interpres eius de agresti hac intelligi tantum iubet. Vnamq; hanc ὀφιοδήκτοις καὶ σκορπιοδήκτοις mederi.

DIOS. DE Lilio. Cap. cviii.

Crinon. Sunt qui regium florē:qui Crinanthemon:qui Callirion: qui Lirion:qui Susinon dicunt. Magi sanguinē Martis:Osthanes auram crocodili: Aegyptii Symphæphu:plerią; etiam Tialon:Syri Safa:Aphri Ablibabū. Romani Lilium:siue Iunōis rosam appellāt. Coronarius hic flos est: ex quo unguentū fit quod lirinū susinum ue dicunt:molliendis neruis aptum: priuatimq; contra muliebrium locorum durities utile. Serpentiū morsibus subueniunt emplastri modo imposita herbæ folia. Medent̃ ambustis eadem decocta. Quin etiam sale in aceto condita uulneribus prosunt. Expſsus præterea ex foliis succus: decoctusq;

in æneo

in Aeneo nase additis aceto & melle liquidum cōtra uetusta ulcera nouaq; uulnera medicamentum fit. Cremata radix ēt & cum rosaceo coacta ambustis medetur: Mulliebres locos mollit: mēses trahit & ulcera ad cicatricem perducit. Coacta eadem cū melle luxatis & præcisis neruis medetur. Vitiligines: lepras: furfuresq; exterit. Manantia capitis ulcera abstergit. Faciem emendat & erugat. Testiculoq; inflāmatiões concisa ex aceto additis Apollinaris berbæ foliis & triticea farina compescit. Cōtra serpentium morsus semen utiliter bibitur. Imponuntur præterea sacris ignibus ex aceto concisa semen & folia. Ferūt quidam & purpureo colore fieri liliorum flores. Efficacissima autem ad unguenti confectionem. In syria & Pampbiliæ Pisidia nascuntur lilia.

INTERPRES.

e X ueneris sanguine natā īter spinas rosam fabulati ueteres græcorum poetæ sunt. Idq; nos longius in rosis prosecuti sumus. Iidē qm̄ in lilio candidus color esset ex Iunonis lacte natū alium hunc florem finxerunt: ne uoluptatū leporūq; omniū numini in ruris & hortorum honore cederet Iouis & soror & coniux. Natumq; finxerunt cū dormiente Dea admoto uberibus ei⁹ hercule uago pueri & incerto suctu diuinū lac in terram decidisset. Eamq; ob cām Iunonis rosa liliū aliqbus dictum fuit: non floris sed ptātis æqua duarū dearū inter se cōparatione. Fecit deinde floris ob hāc cām nobilitas ut regius ab aliis flos diceretur: qm̄ nulli floꝝ excelsitas maior trium aliqn̄ cubitoꝝ. Candor eximius: & ab angustiis in latitudinē se aperiens calathus. Quæ usa Plinius. xxi uolumine capite. v. ambitiosa descriptione post se legenda uolentibus reliqt. Adiecit hic ēt lirion & callirion dici eadē rei significatione: fuisseq; græcis liriū qd Romanis lilium testes poetæ oēs fere sunt: a qua uoce una tm̄ mutata lrā ut fit in his qui balbutientes pro. r. l. enunciāt Romani lilium fecerunt. Nec aliud Callirion iisdem græcis est q̄ speciosum Lilium. Idem & Crinanthemon significat lilii. f. florem. Quæ solæ ex tā multis appellationes certā aliquā hn̄t rōnem. Exigebat floris maiestas ut longius de eo ageremus: sed tā certa in Plinio Theophrastoq; & in his qui eos scriptores cōmentationibus suis miscuerunt historia est: ut nihil dicēdū nobis relictū fuerit. Non tacebimus tm̄ quod hic ait lirium a quibusdā lilium dici a Throphrasto uolumine. vi de plantarū historia nō magis lilio q̄ narcisso tribui. Verba eius sunt ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δὲ κεῖνο καλοῦσιν: quod est. Narcissus uero aut lirium Hi enim sic: illi eo noīe uocant. Veꝝ certius suo loco Narcissi tractabitur historia. Meminisse illud ēt legentes uolumus dubitare nus quo loco a Dios. dicit̄. ὁ δὲ χυλὸς αὐτῶν μιγεὶς ὄξει ἢ μέλιτι. Quod ab aliis & a nobis uersum est. Eoꝝ uero succus aceto aut melli mixtus &c. Nō alternari duo illa oportere: sed unam integrāq; fuisse quondā lectionem μιγεὶς ὀξυμέλιτι. i. aceto mulso mixtus &c. Distant enim inter se diuersasq; hn̄t uires acetū & mel: nihil tm̄ nos mutauimus locū tm̄ signantes. In quo gn̄e diligentiæ nō pigebit uos præter opam in. Dios. hanc nr̄am Plinio ēt adesse qui xxi uoluminis capite. xix. de Lilio sic agens. Succus qui flore expressus est ab aliis mel uocatur ab aliis sirium: legi aliter potuisse nobis uidetur: id. f. quod hic ait Quod alii liriū alii susinū uocant. Licetq; a Dios. de unguento ea dicantur: in unguento tm̄ succus floris est: uocisq; potius q̄ rei discrimen uidetur. Testatus præterea in extremo capite Dios. est dicere aliquos fieri purpurea lilia artis non naturæ opus intelligēs: Nec fieri eo loco simpliciter pro nasci sed pro eo euentu qui arte & homano opere fiat intelligendum est. Docuitq; Plinius eiusdē libri capite. v cōficiendi eius in hoc flore coloris rōnē Quod miretur aliqs nec naturā cōtēplari desinat tantope hoi morigerā ut tinctū ab eo aliquid ēt infectū nascatur.

DIOS. DE Ballote. i. Marrubio nigro. Cap. cix.

b Alloten aut marrubium nigrū. Sunt qui & hanc alterum. i. secundū marrubium uocent: qui Norianoscemin: qui Nosprasium: qui Notberā: qui Nochelida: qui nosthalida: qui nophryn: qui gnoteran. Aegyptii Asphos: Magi Ixionis sanguinē. Romani Apnium siue Medaram: siue ulcerariam herbam: siue cantberinū marrubium appellant. Caules ex se mittit Marrubiū nigrum quadrangulos: nigros: hirsutos: ab una radice numerosos. Folia babet Marrubii: maiora tā: hirsuta: per interualla in caulibus disposita: pene rotunda: apiastro similia & graue olentia. Ex quo apiastrum pleriq; id dixerunt. Quin ēt simul cum foliis candidi flores in orbem dispositi caules amplectuntur. Medentur rabidi canis morsibus imposita emplastri modo cum sale folia eius. Reprimunt eadem in ferventi

cinere cocta usq; dũ inarescant sedis cõdylomata: & ex melle sordida purgãt ulcera.

INTERPRES.

Eprehenderunt iampridẽ & alii turpem Plinii in Ballote lapsum lib. xxvii. capite. viii porrum nigrũ eam appellantis. Diuq; iactatus cõtra eum scriptorem hic error est: q nulla rõne excusari in homine põt tam apertam culpam & ex culpa facilem criminationẽ habet. Id nos relinquimus quod semel in iudiciũ delatum fuerit ad nouã reuocare censuram asperius existimantes: Nec aliud bonaꝝ artium presertimq; græcaꝝ literaꝝ cupidos monemus q̃ nullã fore unquam satis in eaꝝ ꝓfessione illis diligentiam ex quo in unius tm̃ lr̃æ mutatione: adiectiõe: detractione ue tm̃ uersat̃ periculum: Vt pro marrubiu porrũ aliquis alios doceat. Nota omnibus modo ẽt Ballote est a folioꝝ similitudine marrubiũ a coloris diuersitate nigrum dicta. Siquidem candidus Marrubiu: Ballote ueru niger caulis est reliqua omnia similia & æqualia habentibus ut ex utriusq; historia cognouisse facile est. Hanc marrubiũ alteꝝ: Marrubiũ .i. secundum aliq manifesta indicatione dixerũt: qm̃ illud prius hoc posterius sit: nõ naturæ ordine sed hominum honore & appellatione. Habet & ulceraria appellatio alia certam ex usu & uiribus cãm: quemadmodũ & Marrubiũ canthernũ a Romanis dici potuit q; eo pascerent̃ cantherii. Sũt aũt rusticis cãtherii: iumenta: muliq; præcipue q ad uecturam pascunt̃ a quibus in re rustica & canthernum hordeũ quondam dictum fuit. Est illud in floribus postremo animaduertendum non dicere Dios. ut alii interp̃tes uerterunt: caules albos per ambitum & in orbem amplecti flores: sed flores albos caules amplecti. Is enim florum color est: caulium aũt niger: qua sola coloris nota a Marrubiu distinguit̃ nisi enim sic legatur primis non respondebunt ultima.

DIOS. DE Apiastro. Cap. cx.

Elissophyllon. Sũt qui Melitræũ: qui Melittænam: qui Meliphyllon: qui Erithram: qui Demele appellent. Galli Meritemerion. Romani Apiastrũ siue citraginem dicunt. Nomẽ Apiastro factũ est q; apes eo delectant̃. Folia & caules habet antedicto Marrubio nigro similia: maiora tantũ: tenerioraq;: nec adeo hirsuta: odore Citri. Bibunt̃ cũ uino & ex eo imponunt̃ utiliter apiastri folia cõtra phalangioꝝ: serpentium & rabidi canis morsus. Fouent̃ præterea eorundem decocto eade utilitate mala cadẽ. Vtile & fœminis insidentibus ad ducendos menses. Colluunt̃ eo ẽt in dolore dentes: & intestinoꝝ torminibus clystere infunditur. Succurrunt & folia strangulatiõibus a fungis factis. In quẽ usum addito nitro bibũtur. Succurrũt & torminibus. Dantur in eclegmate in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus. Strumas p̃terea discutiunt addito sale emplastri modo imposita: Vlcera purgant: & articularios dolores eodem modo imposita auertunt.

INTERPRES.

Mnes apiastri in græcis appellationes exceptis barbaris latinisq; a melle & ab apibus sunt. Satisq; indicandis his ne tot alios numeremus Nicander in græcis: Maro in latinis ẽ. Quorũ alter fame pressis aut morbo laborantibus apibus apponi iussit trita melissophyla &c. Alter in theriacis suis longius descripta re cecinit. τὴν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτῆρες οἱ δὲ μελ λυταίναν, τῆς γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος ῥοιζηδὸν ἴενται. Quin ẽt Plini⁹ xxi. uolumine & capite. xx melitænã uocari apiastrum dixit. Oĩbus ut testati paulo ante sumus mellis aut apiũ rõ & significatio cõiuncta est. Neq; n Melissophyllon aliud q̃ apiũ soliũ significat quo insecta illa magnope delectant̃. Melittæum quasi a melle melleũ dici posset. Idem & melitæne nomẽ significat. Meliphyllon mellis folium indicat: qua uoce Nicander usus est. Citraginẽ ab odore citri latini dixerunt. Cur aũt Apiastrũ pru cõperto nobis non est. Quæ cendũ iõ ab apibus ne an ab apio q primus sic Melissophyllon inter Romanos uocauit ignius indicauerit. Dubitandũ ẽt an qd̃ hic ait succurrere Apiastri folia strangulationibus a fungis factis idem illi sit quod Plinius dixit cõtra uuluarum strangulationes prodesse. Vterq; enim strangulatus: uerum in diuersa parte & ex diuersa causa factos curari apiastro hac dixit.

DIOS. DE Marrubio. Cap. cxi.

Prasion. Sunt qui Eupatorion: qui Phyllophates: qui Tripedilon: qui camelopodion: qui Philopæda: qui Labeonẽ appellẽt. Aegyptii Asterion: Aphri Atyrbersia: Magi tauri Sanguinẽ uel Aphedron: uel Hori genituram: Romani marrubiũ cñt.

Frutex est

Frutex est ab una radice ramosus: hirsutus: albescens: quadrangulis caulibus foliis humão pollici similibus: paulominus q̃ rotũdis: hirsutis: rugosis: sapore amaro. Semen p intervalla in caulibus illi est. Flores asperi uerticillorũ figura. Nascitur circa areas domoꝝ & inter rudera. Danť cũ melle tabidis: tussientibus: suspiriosisq; siccata Marrubii folia & semen tum in aqua decocta: aut ex uiridibus expressus succus. Crassas pectoris excreationes eadẽ adiuuant siccatæ Iridis admixta farina. Dantur & mulieribus quæ nõ purganť ad ducendos menses secũdasq;. Danť & in difficili partu: Serpentiũ morsibus: & his qui letale aliquid hauserint: Vessicæ tñ & renib⁹ nocent. Folia itidem tñ ex melle illita sordida purgant ulcera. Cohibent digitorum pterygia & quæ serpendo pascunt. Lateris dolores leniunt. Facit ad eadem ẽt ex foliis expressus & in sole densatus succus. Confert idem oculoꝝ claritati additis uino & melle inunctus. Emendat & suffusos felle naribus infusus. Auribus etiam p̃senti utilitate per se & cum rosaceo infunditur.

INTERPRES.

f Ecit Theophrastus libro sexto de plantarũ historia Marrubii duo genera. Alteꝝ qđ magis herbaceũ: magisq; incisuris diuisum foliũ hñet: quo q pharmaca & morboꝝ remedia tractant in aliquibus uterenť: Alteꝝ qđ rotundiore & squallidiore folio esset: quale in altero Saluiæ gñe quod Sphacelum noĩant uť: & in co tenuioribus incisuris. Videturq; diuisio hæc ĩ hoc tñ Marrubii gñe facta ab eo fuisse. Quã uero Plinius auctore Castore in nigrũ & candidũ tradidit Ballotem paulo ante descriptã & hoc manifeste cõplectiť: Nisi forte qd hic colore tñ discreuit Theophrastus incisuris folioꝝ indicauit: & præter incisuras herbaceo colore & squalore: ut ex his niger color & candidus intelligereť. Siqdem nigredo in plantaꝝ foliis plenior & obscurior uiredo intelligenda est: & in squalore cinereus & albicans color in plantis plerũq; uť: in quam partẽ inclinat aĩus nobis. Nec aliud sed aliter a Theophrasto & Plinio dictum fuisse de utroq; marrubio existimamus. Fuit hoc olus in multo noĩum honore apud ueteres quemadmodũ multis in medicina ẽt usus: p̃sertimq; in laxandis liene & iecore: curandisq; totalis morbis & uitiis: quæ hoc capite a Dios. numeranť. Parum certæ tñ coꝝ noĩum rõnes modo sunt: Et si Plinius aliquot ex eis numerauerit philopeda. s. & phyllophares: quã uocem tñ Philochares multi ĩ eo scriptore legũt. Apuleius oẽs a Diosc. numeratas & ipse numerauit: Sed quã hic Asteropem ille asterion dixit: Nosq; eã magis probantes Asterion nominari Marrubiũ diximus. Nihil cum Eupatorio cõe aut idem Marrubium habet: eamq; ob cãm nihil afferri ad eã rem põt: nec cur Camelopodion aut Tripedilõ dicatur: quæq; in his fortuna eadẽ & in cunctis aliis est. Vtebať quondam in medicandis fœminibus qm̃ amaro sapore esset marrubii succo græcia pariter & Italia. Obseruationisq; huius testis adhuc carmine suo Columella est dicens. Profuit & plantis latices ĩfundere amaros Marrubii multoque; sedi conspergere succo. Quod ante eũ & Maro in Georgicis suis p̃cæperat cum cecinit. Semina uidi eqdem multos medicare serẽtes: Et nitro prius & nigra pfondere amurca. Et ante oẽs hos Throphrastus qnto de causis plantaꝝ uolumine: quo loco de præparandis ad sementẽ artificio aliquo seminibus agit & hæc melle aut lacte antea macerari ut dulciora puenIant: illa nitro ut faciliores cocturæ sint iubet. Pertinetq; quod Maro ait. Et nitro prius &c. ad cocturã: qđ uero nigra perfundere amurca ad auertendas enecãdasq; labes illas & seminũ pestes q̃ sub terra nascunť aut p eã ad semina descendũt. Ex hoc gñe Marrubiũ ẽt fuit: suaq; amaritudine sata ab his noxis defendebat.

DIOS. DE Stachy herba. Cap̃. cxii.

f Tachyn. Romani pariter græcis stachyn dicunt. Marrubio æqualis frutex stachys est: oblongior tñ: numerosioribus ueꝝ raris foliis: hirsutis: duris: odoratis & candidis. Plures ab una radice ramulos mittit Marrubio candidiores. Nasciť montanis & asperis locis. Calefaciẽdi uires & acrimoniã hẽt. Ideoq; potum foliorum eius decoctum menses & secundas pellit.

INTERPRES.

f I nominis in stachy hac rõ expendatur spicatus credeť frutex: quales pleriq; alii & herbæ quotidie uideť. In frugib⁹. n. p̃rio stachyn græci adhuc spicã uocãt. Sed nullũ spiræ uestigiũ in eo dep̃hendiť. Hic nihil qd eo ptineat dixit. Nec Plinius lib. xxiiii. capite. xv. de eo agens spicæ aliquid simile in eo ostendit. Græcoꝝ medici nihil addiderunt: p̃ter q̃ amaro sapore

esse stachyn: Tertium in calefaciendu ordinẽ hẽt: nec solum mẽses & secundas pellere sed abortiuam ẽt esse. Quod uoro omnibus cõe sit Marrubio similẽ oẽs fecerunt. Qua una similitudinis ratione nullã in eo spicam conijcere licet. Habet quidẽ græcoꝝ stachys præter primã illam spicæ significationẽ plerasq; alias. Nã & in medicina nexus unculiq; modus & rõ quædam stachys dictus est. Et in nauium fabrica aliisq; aliquot artibus nomen hoc inuenitur: sed ubiq; a spicis translatum. Fecit rem minus certam Plinius etiã qui contra hunc scriptorem colore in luteum inclinato folia describit quæ hic candida tradit.

DIOS. DE Phyllitide quasi foliosa herba. Cap. cxiii.

P Hyllitin. Sũt qui phyllida: qui Acaulon: qui Agrestem rumicẽ uocent. Romani pariter græcis phyllitida appellant. Rumicis folia habet oblongiora tantum: speciosioraq;: quinq; numero aut sex: recta: interiore sui parte natiuo læuore nitentia: foris pendentes ueluti tenues uermiculos habentia. Nascitur hortorum umbrosis locis: sapore acerbo. Non caulem non florem non semen fert. Bibuntur folia eius in uino contra serpentium morsus. Quadrupedibus per os infusa etiam in eodem periculo medentur. Bibuntur & cõtra intestinorum tormina; fluoresq; alui quos diarrhian uocant.

INTERPRES.

F Oliusus cespes potiusq̃ planta Phyllitis est ubiq; ad parietũ radices nascẽs. Ob quam cãm ex antiquis græcis & posterioribus latinis aliqui nõ phyllitida tñ a folijs: Sed pyrgitim a turribus ẽt q; ad radices eaꝝ nascit̃ eam dixerunt. Viret diu herba cõtra gelicidia hyemis cõtumax: nullo unq̃ prolato caule: ex quo acaulos ẽt dicta fuit. Id. n. ea uox græcis significat. Fœlicitq; similitudinis cõparatione usi sunt; q rumici eã ut est similẽ uidentes siluestrem rumicẽ appellauerunt. Rigent recta in altũ surgentia eius folia. Ex quo hic interiorẽ eius partem appellauit eam .f. qua se inuicem folia spectant multo læuore nitentia; extrinseca aũt qua parietes & terram. Negauit hic ultra caulem: flores & semen ferre Phyllitim; nec nos aliter obseruauimus. Dubitandum tñ & quærendum de semine est: Cum copiosa & quibus locis antea nõ fuerat nascatur. Paulus Aegineta nihil de ea aliud tradit q̃ acerbo sapore esse ideoq; potam fluores alui compescere.

DIOS. DE Phalangio herba. Cap. cxiiii.

P Halangion. Sunt qui Phalangitẽ; qui leucanthan uocent. Romani pariter græcis Phalangitem dicunt. Ramuli phalangitæ sunt duo tres ue & aliquãdo plures in diuersa tendentes. Flores habet candidos lilio similes: incisuris pluribus sectos. Semen nigrum: crassum: dimidiatæ lentis figura: multo tamen gracilius. Radicem exiguam: breuẽ: cũ ex terra foditur uiridem: erutam deinde contra hentẽ se ipsam. Nascitur in tumulis. Succurrunt scorpionũ ictibus & Phalangiorũ morsibus pota cũ uino folia semen & flores eius. Finiunt eadem & tormina.

INTERPRES.

E Gregia huminis laus & amabilis fortuna est: æterno beneficii maioris alicuius inter gẽtes nomine & monumento cognosci; Quales quondam euergetæ: Soteres: Piiq; reges aliq audiuntur. Quoꝝ post tot secula iocundo sensu quotidiana historiaꝝ lectione in aĩs legentiũ memoria renouat̃: nec aliter q̃ benefactoribus patribus & pro cõi præsenti re laborantib⁹ principibus oẽs afficiunt̃. Dignũ natura ẽt nomen & honesta inter alias plantæ alicuius appellatio est; q̃ aut factã aliq̃n aut faciendã salutẽ hoĩ continue pollicet̃. Qualis Phalangites hæc est q̃ græcorum latinorũq; oĩum testimonio q; phalangioꝝ morsibus medet̃ nomen inuenisse fert̃. Omittim⁹ quæ Paulus Aegineta libro. yi. de ea dixerit. φαλαγγίτης αὐτὸ μᾶσαι μὲν ἀπὸ τοῦ τοῖς φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖν. Plinios. n. satis unus est idẽ testatus lib. xxyii. Huius folio uel flore uel semine cõtra scorpionum phalangiorũq; & serpentiũ ictus auxiliant̃ &c. Tantaq; illi & tã p̃sens contra phalangioꝝ morsus uis ẽ ut uno hoc salutis humanæ auxilio clara inter alias plantas semp fuerit. Nec tñ illi ad gloriã nois ꝑfuit lilio similis & candidissimus flos ob quẽ leucanthemos & leucãtha dicta ẽt est. Candorẽ. n. floris utraq; ea uox indicat: q̃tũ a ueneno infecti illius p eã seruata homini salus. Hẽt phalangites notas ubiq; & adhuc oẽs illas q̃ a Dios. & ab aliis in historia eius illi tribuuntur. Nec difficile est locis incultis eã inuenire. Nosq; ex obseruatione ei⁹ nõ sine rõne psuademur q̃d nunc in Dios. legit̃ flores multas hẽe icisuras nõ de florib⁹ ueꝝ de folijs recti⁹ itelligi posse. Plures. n. q̃les i quer-

cu folium

cu foliũ eius ĩcisuras hẽt:idq; mediocris betæ q̃titate ẽ:nihil tñ ĩ cõi græcoꝝ oĩum lectiõe mutatũ a nobis ẽ. Eodẽq; mõ qđ παχὺ.i.crassum in cũctis legiť πλατὺ latũ legi debere. Plinius.n. lato semine eam describit:& hic dimidiæ lentis q̃titate dicit esse:pauloq; post lente gracilius quod crassitudini nõ respõdet. Monemus illud ẽt legentes non dimidiatæ lentis quantitate semen phalangitæ huius forte legendũ esse:sed ut in uetustioribus græcis aliquot legiť lẽtis:& aliqñ maius:habet eni cõis lectio ὥσπερ φακοῦ ἥμισυ quod significat dimidiatæ lentis &c. uetustior aũt illa ὥσπερ φακοῦ ἢ μεῖζον. Quod est ceu lentis uel maius. Quod ab re forte non fuerit dicente Plinio simpliciter semine lato esse ea enim lentis seminis figura est:quod signasse tantum legentibus satis sit.

DIOS. DE Trifolio. Cap. cxv.

T Riphyllon. Sunt qui Oxytriphyllon:qui Menianthes:qui Asphaltion:q̃ Cnicion appellent. Romani trifolium acutum:odoratumq;. Frutex est trifolium cubito maior. Virgas hẽt tenues:nigras:solidas:multis undiq; iunceis adnatis in quibus folia loti arboris sunt in singulis pediculis tria. Rutam mox nata olent:cum deinde creuerunt bituminis odore sentiuntur. Florem ex se trifoliũ mittit purpureum:semen modice latũ & hirsutum:ex altero cacumine longiorẽ ueluti apicen suspendens. Radix illi gracilis est:longa:tenaxq;. Bibuntur semen & folia utiliter contra lateris dolores:Vrinæ angustias:comitiales:mulierbrium locorũ strangulatus:& cutẽ incipientes subire aquas. Menses eadem trahũt:Oporteťq; seminis tres:folioꝝ quatuor dare drachmas. Succurrunt & uenenatoꝝ morsibus folia trita & in aceto mulso pota. Retulerunt quidã si totius fruticis:radicis scilicet & foliorũ decocto foueantur factos ex serpennium morsibus finiri dolores. Sed post curationem hanc siquis ulcus habens eodem illo decocto foueatur eadem pati quę patiebantur:qui in uenenatoꝝ morsu curati eo antea fuerant. Dant quidã etiam in tertianis bibenda cũ uino folia eius tria:aut totidem semina:in quartanis uero quatuor ueluti eaꝝ febriũ circuitus finientia. Misceť antidotis p̃terea trifolii radix.

INTERPRES.

Væ in scriptore hoc a principio capitis huius statim numerantur trifolii tres appellatiões Oxytriphyllon:Menianthes & Asphaltion nõ satis certam in antiqs scriptoribus ratiõem hñt:nec constituisse ex illis facile est sint ne diuersoꝝ Trifolii generum diuersæ notæ:an eiusdem plantæ diuersarum gentiũ diuersæ tñ appellationes. Nicander in Theriacis suis unũ esse trifolium quod pluribus nominibus censeatur his indicat uerbis καὶ μὴν καὶ τριόφυλλον ὀπάζεο &c. τὴν ἤτοι μηνιανθὲς ὁ δὲ τριπέτηλον ἐνίσπει, χαίτην μὲν λωτῷ, ῥυτῇ γε μὲν ἴκελον ὀδμήν. Quod est. Sumito & Trifoliũ qđ Menianthes aliqs:aliqs uero Tripetalon uocat. Pro q̃bus interpres eius a Dionysio herbario trifoliũ menianthes uocari ait:hẽq; loto sise foliũ:odorem uero rutæ cũ nõdũ creuit:postq̃ uero exoleuit defluẽtibꝰ iã foliis odore bituminis sentiri. Quæ oĩa huic scriptori eadem sunt:Qui mõ integra in eo pars illa sit non aliter de trifolio sentire uiř q̃ unũ idẽq; omne esse:diuersisq; his noĩbus ob diuersas censeri causas. Nec aliud Paulus Aegineta ẽt lib. vi. de trifolio tradidit τρίφυλλον dicens οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ ὀξυτρίφυλλον, οἱ δὲ μηνιανθὲς, quod est: Trifolium quod alii Asphaltion alii oxytriphyllon:alii menianthes uocant. Plinius cõtra. xxi. uolumine capite. ix. diuersa genera his uocibus indicari tradidit. Folio coronat & trifolium. Tria eius genera:Menianthes uocant græci:alii Asphaltion maiore folio quo utuntur coronarii. Alterũ acuto oxytriphyllon. Tertiũ ex oĩbus minutissimum:manifesteq; menianthes & Asphaltion illi idẽ est:oxytriphyllon autẽ diuersom. Columella grauis & ipse auctor libro. vii. capite. xv. de Trifolio hæc ait. Vel simonianũ Trifolium quod ĩuenitur fragosis locis efficacissimum tradiť:odoris grauis oeq; absimilis bituminis & iccirco græci asphaltion appellant. Nostri aũt p̃pter figurã uocant acutũ trifoliũ:nã longis & hirsutis foliis uiret:caulemq; robustiorẽ facit q̃ pratense. Quæ Plinio cõtraria sunt. Ille enim Menianthes & Asphaltion idem facit:hic Asphaltion & oxytriphyllon. Theophrastus semp fere Menianthes trifoliũ omne uocat. Ex his nõ facile censere in trifolio est quæ nã eius gña & generum appellationes quondã fuerint. Nobis ex his quæ diu obseruauimus in eam partem inclinat animus ut duo sint trifolii genera:Cõmune & pratense hoc omnibus notum:& acutioris folii alterum qđ græci oxytriphyllon dixerunt. Et hoc Menianthes & Asphaltion uocari:factamq; illi primam appellationem q; florẽ suo se indicet:Id enim ea uox significat:Secundam uero cum iã ab integra ætate dilabi coeperit & bituminis odorẽ cõtraxerit inuenisse. Suum tamen unicuiq; iudicium & arbitrium erit. Est illud etiam in Trifolio hoc animaduertendum non dicere Diosco. habere trifolium uir-

gas tenues nigras & iunceas:sed adnata iuncea:quod enim χοινώδεις illic est προσφυᾶσι cõiungendum.Res ipsa & melioris fidei codices eam lectionem indicant.Nec illud relinquendum quæ trifolii folia lothi arboris foliis in hoc scriptore cõparant uideri nobis pratensi potius comparari debuisse:Vt enim illud huic comparat. Sic etiã & hoc illi comparari oportebat.Accedit his etiam quẽ pauloante ex Nicãdri interprete citauimus herbarium Dionysium loto simpliciter simile trifolium dixit.Nihil tñ mutauimus suspitione hac nostra legentibus fecisse satis existimantes.

DIOS. DE Polio. Cap. cxvi.

POlion.Sunt qui Teuthrion:qbi Pheuxastidion:qui Achamenida:q Ebeniren:qui Melosmon:qui belion:qui leonthocaron uocent. Romani Polium dicunt.Montanũ in Polio alterum genus est quod Teuthrion uocãt:eoq; tñ utuntur.Exiguus & gracilis frutex est:colore candido:altitudine quãtum a sũmo pollice ad extremũ minimũ digitum explicita patet humana manus:semine plenus:Habet in sũmo corymbi figura capitulũ paruũ cano hoĩs capillo simile graniter cum suauitate aliqua odoratũ.Fruticosius alterũ sed nõ tã ualido odore & uiribus minus efficax genus est.Bibitur cõtra uenenatorũ morsus utiliter utriusq; decoctum.Medet̃ suffusis felle & cutem subeũtibus aquis:Lienosisq; cum aceto succurrit.Capitis tamen dolores facit & stomacho nocet. Aluum mensesq; idem trahit. Quin etiam uenenata instratum pariter & incẽsum fugat.Postremo emplastri mõ impositum uulnera glutinat.

INTERPRES.

NOn potest Polium cũ tripolio diuersi gñis plantas tam multis locis miscens defendi Plinius:nec eius scriptoris auctoritate excusari qui cõmentationibus suis dissimulato hoĩs errore eadem illa ut erant adiecerunt.Cõtra Pliniũ.n.scriptor hic Theophrastusq; & quod pluris merito faciendũ est res ipsa stant Polium siqdẽ uidere passim licet nullas tripolii notas habens.Obseruauit multo añ hæc tpa in Plinio qđ dicimus & cõmẽtario quodã suo declarauit Leonicenus uir nr̃a ætate huiuscemodi doctrinaʀ peritissimus.Eãq; ob cãm non erimus nos in his ultra longiores.Satisq; græcaʀ lr̃aʀ imperitis nouisse fuerit canitiem Polio nomen fecisse:q̃ in summo plantæ cacumine pendens canos hominis capillos præsenti quadã imagine ostendit:Cõsueuisseq; græcos scriptores cũ maioris amaritudinis indicatione aliqua uinnellent a Polio hoc rationẽ & exemplum sumere:sempq; βαρύοσμον quod est graue olens appellare Theophrastus primo de plantaʀ historia uolumine qđ ad seruandã rem domesticã pertineat polio tribuit ut uestibus iter positum ab insectis quæ eas erodẽdo dehonestant incolumes seruet.Verba eius sunt. τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τὰ σῆτας τοὺς ἐν τοῖς ἱματίοις ἀγαθόν.Meminit eius & Nicander in Theriacis suis. ἢ πόλιον βαρύοδμον ἀ̓δε ἐγ ἤγισον ὀδ́ωδεν.Laudauitq; præcipue cõtra uenenata. Animaduertẽdum illud etiam plures a Serapione Polio adscribi uires q̃ nũc in græcis scriptoris huius codicibus leguntur. Quæ an quondã eius fuerint an illi ex aliis addita accreuerint cõsiderandũ erit. Græcoʀ medici certius in his aliqua docuerũt.Quale est uiride glutinare uulnera:& siccũ maleficis ulceribus mederi.

DIOS. DE Scordio quã Romani Palustrẽ Trixaginẽ dicũr. Ca.cxvii.

SCordion.Sunt qui Scorbion:qui Pleuritida:qui Dysosmon:qui Nepetã siluestrem:qui Chamædryn.i.trixaginem:qui Mirbridanion appellẽt. Magi sanguinem Podotis:Aegyptii apho.Romani palustrem trixaginem uocant.Nascitur montanis humentibus locis:folio trixaginis uerum maiore:nec per ambitum tantopere incisuris diuiso:odore aliquo alliũ:amaro simul & adstringente sapore.Caules habet quadrangulos in quibus rubescẽs flos est. Calefacit palustris trixago.Bibitur sicca eadem in uino decocta contra serpentiũ morsus:stomachi erosiones:intestinoʀ tormina:urinæq; angustias cum dulci aqua pondere drachmarũ duaʀ.Purgat quæ crassa purulenta in pectore hæserunt.Facit ad ueterem tussim rupta:cõuulsaq; additis nasturcio:melle & resina in eclegmate arescens. Cũ cera autẽ coacta uetustas p̃cordiorũ inflãmationes lenit,Inungit̃ eadem podagris utiliter ex acri aceto:aut ex aqua imposita.Menses apposita trahit: uulnera glutinat:uetusta

purgat

purgat ulcera: & cum melle ad cicatricem perducit. Carnium excrescẽtias siccara reprimit. Bibitur præterea ad prædicta omnia eiusdem succus. Efficacissima omnium pontica & cretica Trixago palustris est.

INTERPRES.

h Abet certas & cũ scriptore hoc cunctis aliis easdẽ quibus inueniri & inuenta cognosci possit palostris trixago notas; Odorem q illiberalis nec allio absimilis illi ẽ; & post odorẽ ser ratam folio⁊ formã: quibus primo & per se dictã totã trixaginẽ refert Habet & quæ numeratæ a Dios. non sunt. in sũmis caulibus roseos flores: & in qbus uarient antiq scriptores proprios & natales eius locos: Cẽsente hoc in mõtanis: Plinio aũt in campestribus nasci herbam. Cuius ob diuersas multasq; has notas plura fueruot quõdã noĩa. Scordion quæ uox ab alliis facta illi est: cuius odore sentit. Scorodon. n. græci alliũ uocãt. Quo ẽt Scordotis pertinet a Plinio dicta: & ab hoc Dysosmon mali & ingrati odoris sensum indicans. Quemadmodõ agrestis Nepeta: a Plinio autẽ mentastrũ dicta: gñis nota magis q̃ appellatio alia est. Siquidẽ Plinius. xxy. uolumine capite. yi. ait. Est & alterius generis latioribus foliis mentastro similis. Ex quo factũ est ut quæ diuersi gñis oota quondã fuit inter appellatiões ab imperitis numerata fuerit. Vt aũt trixago appellaretur similitudo fecit & Mithridanis ponti rex medicinæ tantopere fauens: ot inuentionẽ eius Crateras herbarius illi adscripserit. Habet post oẽs palustris trixago Romana uox certã ex supioribus cãm. Trixagioi. n. similis eodem noĩe dicta est. Palustris uero qm̃ ut Plinius & hic dixerunt humentibus locis nascit. Conueniuntq; in hoc omnes: discrepant aũt in reliquis Hic. n. ὀρεινὸς. i. montanis: Plinius cãpis humidis pinguibusq; nasci dixerunt: non leui discrimine inter campestre & montanum terreni genus Nobis in Plinii sñiam magis inclinat animus. Vidimus enim in incilis margine campestri agro natã rubente rosaceo flore: certissimo alliorum odoris sensu. Multi in medicina usus palustris trixago hæc quondã fuit: Nosq; inter cætera diximus purgare quæ in pectore hæserunt crassa purolenta: non porulentas excreationes illas intelligentes quas græci empyemata nominant: sed pituitam crassosq; humores qui frigore gelidioq; aliqun in pectore puris modo albescentes concreuerint. Id. n. significare nobis uidetur πάχος πυῶδες.

DIOS. DE Tussilagine. Cap. cxyiii.

b Echion. Sunt qui Bechicon: qui Petrinen: qui Peganũ idest rutam: qui Pithion: qui Pagonatnn: qui Chamæleucen: qui Procheton: qui Acrophyllnn: qui Chamegiron uncent. Aegyptii suartha: Bessi Asa: Romani tussilaginem siue farfarũ dicunt. Fnlia habet tussilago hederæ maiora tm̃: sex sepremue ab radice statim prodeuntia: superne a terra candicantia: inferinre aũt sui parte uirẽtia & angulnsa. Caulem altirudine quantũ a summo pollice ad extremum minimũ digitum explicita paret humana manus. Flores uere tm̃ pallidos pnfert: quos una cũ caule q̃primum amittit. Ideoq; crediderunt quidam sine caule & sine flnre tussilaginem esse. Radix illi gracilis & inutilis est. Nascitur prope aquarũ scatehras & aqunsis lncis. Medentur ignibus sacris & inflãmatinnibus cũctis concisa tussilaginis fnlia & ex melle emplastri modo imposita. Sanant eadẽ sicca mox incẽsa siccas tusses: & in difficultare spirirus nnn nisi recta ceruice spirantes. In quem usum aperto ore excæproq; & hausto fumo infumari oportet. Erumpũtur hoc ipso abscessus q in pectore concreuerint. Suffitu idem pręstat & radix. Decoquitur eadem in dulci aqua: bibiturq; utilirer decoctum id ad eiiciendus emortuns in utero fœtus.

INTERPRES.

h Aec est tussilago illa quam hic in totius operis proemio dixerat falso credidisse quosdam nec caulem nec florem oec semen ferre: Et quam ignorantiæ eo⁊ causam tũc reliquerat legendam uolentibus hoc loco tradidit: ferre quidem illa aliarum plantarum modo testatus: sed tã breuis uitæ cũcta esse ut obseruari facile nõ potuerint: quo dq; obseruatũ nõ fuerat negatũ naturæ imprudenter fuisse. Quæ si ad hypanim fluuiũ qui ab Europæ parte in pontũ influit in animaliũ censu bestiolas genuit quæ unũ diem uiuunt: In plantis multo facilius eandem potuit ostendere fortunã: herbasq; aliquas eẽ q̃ ꝓlato caule statim decaulescerẽt: & pãdente se flore deflorescerẽt: q̃lis tussilago hæc ẽ: a græcis Bechion iõ dicta q̃ tussi & tussiẽtibꝰ medet: non oibꝰ sed his q tm̃ tussiant: nihil aũt pituitosi excremẽti simul extussiãt. Quod genus hic siccã tussim dixit: Pli-

mus ueterē nniauit: ex quo factū ē ut Plinii uerba excribēs ī Diof. Barbarus qđ ξηρὰν βῆχα. i. ficcam siue aridam tussim hic dixit Veterem ille dixerit. Sit aūt sicca & uetus tussis eadem an inter se discrepent medici censebunt. Nobis a scriptoris huius uerbis eorūq; cōi æstimatiōe discedere uisum non est. In adiectis primæ aliis mox appellationibus corruptæ legi credimus βήχιον quæ statim sequitur & pro ea legendum βηχικὸν ab eadem tussi alio facto nomine. Monuitq; in eo nos Paulus Aegineta lib. yi. his uerbis eam describens. βήχιον ὅπερ ἐστὶν ἡ χαμαιλεύκη· οἱ δὲ βηχικόν Significāt autem. Bechion q̄ Chamæleuce est: Sunt qui Bechicon uocent &c. Eadē Chamæleuce & Chamægiros a folioꝝ figura dicta ē: Qua nigram & albam populū refert: tāta similitudine ut quod Paulus Aegineta restatur hanc illam eē Plinius etiam lib. xxyi capite. yi. dixerit. Qui duobus locis primum quo diximus modo capite & libro: tum. xxiiii. uolumine capite. xy. Chamæleucem & tussilaginem miscet: Vtrobiq; eiusdem herbæ eadē remedia docens: Cū tamen in scriptore hoc diuersis locis diuersaq; historia utraq; tractetur. Sint aūt sibi inuicem eædem tussilago & Chamæleuce an diuersæ pro comperto non est Tussilaginis. n. folia hic hederæ non albæ populo similia dicit. Chamæleuce aūt humilis & coactæ ad terrā breuitatis alba populus ex sola folioꝝ similitudīe dicta est. Aegineta cōtra eandem dicit non negligendæ auctoritatis scriptor. Quæ causa etiam fuit ut Farfarus hæc ipsa diceretur: quo noīe Plautus uocari solitam populū ostendit cum in penulo ait, Prosternebam eius ut folia farfari: quæ leui pulsu uenti alicuius Autumni uniuersa aliqñ cadunt. Et hæc de Tussilaginis tam multis appellationibus satis dicta sint. In quibus meminisse illud semper oportebit fallere similitudinē: eaq; deceptos sæpenumero herbarios naturæ hanc partē adeo miscuisse ut nihil his eius exemplaribus minus certū nobis modo sit. Eamq; ob causam nihil hoī medicam materiam nouisse cupienti tutius fore q̄ ubi id fieri possit naturam eiusq; exēplaria diligentius cōtēplari. Hēt. n. certas ea in cūctis notas qb⁹ singula inter se genera dispescant qualis in tussilagine hac est: Cōtra alioꝝ folioꝝ naturā candicans superne & qua parte cœlum spectant in foliis color: qua parte uero terrā uiridis & herbaceus. Quod nulla populus habet: & in aliis quæ bicolori folio sunt: olea. s. salice: & plerisq; aliis superna semper uirent: terrā uero spectātia albescūt. Videbimur forte aliquibus ut sæpe alias fecimus altitudinē caulis in tussilagine lōgius descripsisse: & cum græcorum spithamæ latinorum dodrans respōdeat dodrantali altitudine simpliciter dici potuisse. Sed nos certitudini consulentes sermonis angustias: nec satis certam dodrantis mēsuram libenter fugimus. Neq; enim omnes dodrantem in quantitatis mensura nouerunt: quo in diuidendo asse Iureconsulti utuntur. Et qui in Columella dodrantales sulcos & in scriptoribus aliis dodrātalem quantitatem aliquam audierunt dubitare soliti sunt quanta ea sit. Neq; enim dodrans ut pes cubitusq; per se certam hēt mensoræ rōnē: sed alterius quantitatis dodrans est uerbi cā pedis cubiti aliarumq; huiuscemodi quantitatū. Capit aūt dodrans totius alicuius tres quartas partes: qualis nouem numerus in Duodenario est. Licetq; ad plures quantitates dodrans referri hac rōne possit: certam tñ ex legibus institutisq; antiquoꝝ mensuram habebat quæ trium palmoꝝ. i. digitoꝝ duodecim numerū caperet: q̄ pedis cuius sexdecim digitoꝝ. i. quatuor palmoꝝ mēsura erat tres quartæ partes sunt. Oportetq; in Spithame græcoꝝ Romani pedis dodrantē intelligere. Nā si cubiti dodrantem intellexeris non respondebit latina ea uox græcoꝝ Spithamæ. Esse aūt Spithamen diuaricatæ in extremos digitos manus spatiū Pollux his uerbis manifeste ostendit. εἰ δὲ τοὺς δακτύλους ἀποτείνας ἀπὸ τοῦ μεγάλου πρὸς τὸν μικρότατον μετρεῖς σπιθαμὴ τὸ μέτρον &c. Quod est. Si autē protensis digitis a maiore ad minimū metiris Spithame mensura hæc est. Idē cubitum mensuram descripsit quantū a flexura cubiti usq; ad summū medium digitum patet. Credimusq; nos extrinsecam cubiti flexuram intelligendam. Sic n. Romanoꝝ cubito certius ūdet. Quæ addere hoc loco placuit ut siue dodrantē: siue longius descriptam rei quo diximus nunc modo mensurā dixerim⁹ certū sit qđ a nobis dicet. Diximus sæpe alias hactenus in hoc opere sacros ignes: intelleximusq; & intelligemus post hac semp quæ græci ἐρυσιπέλατα dicunt a Galeno in diffinitionibus descripta. Ignitas rubedines cum inflammatione quæ febres & horrores aliquando afferant.

Dodrans Spithame

Cubitus

Sacri ignēs ἐρυσιπέλατα

DIOS. DE Artemisia, Cap. cxix.

a Rtemisiam. Sunt qui genera eius discernentes Monoclonon alteram. i. singularis ramuli: alteram Polyclonon. i. fruticosam appellent. Sunt etiam qui Toxotim: qui Thyada: qui Ephesiam: qui Anactorion: qui Sozusam: qui Læan: qui Leucophryga: qui Traganthen uocent. Magi hominis sanguinem: Galli Ponem: Daci Zuostem dicunt. Sunt præterea qui Chrysanthemon: qui Serpyllum maius: qui R apium: qui Herbam regiā. Romani pariter græcis Artemisiā seu Valentiuam appellant. In maritimis plerūq; nascitur Artemisia: fruticosa herba absynthio similis. Maiora tñ & pinguiora folia habet. Estq; in Artemisiæ genere speciosior altera & pinguior: latioribus foliis & crassioribus ramulis. Altera tenuiors

exiguo flore:tenui:candido: & graueolenti. Floret hæc æstate. Quidã in mediterraneis nascentẽ herbulã exilem:singulari ramulo:breuissimã:flore abundantem tenui:& colore rutilo:Monoclonõ a singulari ramulo Artemisiam dicũt. Vincit hæc odoris suauitate antedictam. Calefaciunt ambæ & extenuant. Insidentes fouentur decocto earum utiliter fœminæ ducendis mensibus:secundis & fœtibus utili. Prodest idem præclusis inflãmatisq; fœminaꝝ locis:frangendis calculis:& suppressę urinę. Quin ẽt herba ipsa imo uentri copiosior emplastri modo imposita mẽses trahit. Coactus cum myrrha etiam succus eius & impositus ex fœminaꝝ locis trahit quæcunq; & insidẽtibus trahunt. Datur & coma eius bibenda ad educenda eadẽ drachmarum trium pondere.

INTERPRES.

Errarunt ꝑ Artemisia quondam tota græcia & Asia gentes aliquot:nec aliter minure ue studio:q̃ ꝑ Athenis fœlici quondã ingeniorũq; & doctrinaꝝ genitrice ciuitate pelagi arbiter Neptuous & mille operum dea Pallas fecerant in uulgaris herbæ noie gloriam affectauerunt:Contendentibus caribus halicarnassoq; preserrim reginæ suæ adoptione notã gentibus Artemisiam esse. Quæ non cõtẽta mausoli coniugis sui fortuna & regno quod ante se reges aliqui fecerant:glorioso adoptiõis genere in nomen & gloriã suã olus hoc traxerit. Vt eẽt in medicæ materiæ historia ẽt post diruta in uacuo aere pendẽtia mausolea:& quæ uictrix rhodi trophæa mulier erexerat diuturnius & naturæ æqueuũ noĩs sui in æterno olere monumentum. Cõtra uero nitentibus aliis tota græcia gentibus. Quæ aut mulieris gloriæ inuidentes:aut qđ uero similius est pia religione saluris suæ numini gratias habẽtes:Non a regina Halicarnassi Artemisia:sed a Diana quæ græcis artemis dicebat factum herbæ nomẽ testabant. Salutaris parturientibus dea illa eẽ credebatur ideoq; quotidianis ꝓcibus & multo religionis ritu ꝑgnantes & puerperæ numen eius colebant. Vt sine interioꝝ locoꝝ noxa liceret illis quẽ in utero gererent fœtũ excludere:& qm̃ idẽ eius deæ beneficio ꝓstaret hoc olus æqua numinis ꝓtãte parem illi noĩs honorẽ ẽt fecerũt: Quod.n.artemis dea uotis & ꝓcibus uocata tunc ꝓoterat. Idẽ adhuc Artemisia herba põt:menses:secũdas:fœtusq; trahens:& ꝓter hæc eiusdẽ partis ꝓclusionibus inflãmationibusq; utilis. Ob quas uires in multo nominũ ambitu & honore fuit. Parthenis.i.uirginalis prĩo dicta q᷑ uirgo Dea.s. nomẽ illi dederit. Mox βασιλικὸν λάχανον.i.regiũ olus. Tũ ex eadẽ cã Anactoriũ. Anactas.n.reges græci uocãt. Ephesia a regione dicta eadẽ est. Quẽadmodũ a præsenti remedio & ope Sozusa.i.salutaris Romani regiam herbã græcoꝝ exemplo:& si recipiẽdũ id sit a similitudine serpyllũ maius dixerũt. Et hæc antiquoribus Artemisiæ nomẽclatura fuit. Ex posterioribus alii in cãnabis genere Artemisiam numerauerunt. Cõgenerẽ illi facientes & eodẽ illi noĩe eã indicãtes. Alii matricariã totũ oĩbus olus eẽ artemisiam testati sunt. Quod nõ aliunde ut credimus q̃ ex duplici eius genere factũ est. Quæ.n.ab hoc scriptore Monoclonos a Plinio aũt simplicis caulis noĩat:nõ dissimili penitus figura:ꝓsertimq; ob singularem quem ꝓfert caulẽ a cannabe describit. Quæ cõtra absinthii mõ fruticosa ab hoc & ab aliis tradit facile:ob quas habet uires ad nr̃i orbis & nostræ ætatis matricariã transferri potuit:qđ & si græcoꝝ de Artemisia historiæ oino non rñdeat:nec certo aliquo auctore cõfirmari possit nõ reiiciendum tñ penitus est. Egregia.n. in muliebribus:dico aũt nũc muliebria quæ græci γυναικεῖα uocant longius in acoro a nobis tractata artemisiæ uis est: Credendumq; nõ aliũde q̃ a matricibus posteriori matricariæ nomen fecisse posteriores. Matrices.n. nũc passim medicina uuluas & mulie-

Matrices

bres intelligit locos ἀγγεῖον ut Galenus ait κυητήριον .i.uas gerendo fœtui institutum. Quõdã nõ hoc:sed in armentis gregibus pecoreq; oi & uillatica pastione boues equæ sues oues gallinæ anseres auesq; aliæ quæ ad fœturã tñ pascerent matrices fuerunt: Matricũq; noĩe animalia hæc tñ & ex hoc usu solũ censebant. Appellata deinde a toto aĩali ea pars est q̃ ꝓcipuum in eo ħret usum. & ex qua tñ matres fierent quadrupẽdes & aues hæ. Translata deinde ad hoĩem paulatim ea uox est: adeoq; inualuit ut nihil fœminaꝝ matricibus mõ notius sit. Eius partis mala multa sunt:ea a Dios. tractata nullam exigunt operam nr̃am. Eamq; ob cãm cum dixerimus qđ nobis fit imus uenter cui impositã artemisiam ciere fœminis menses Dios. ait ad alia quæ nos expectant festinabimus. Eã in

Pubes

homine partem cæteri interpretes pubẽ uerterunt:nõ leui discrimine inter pubem quã græci ἐφήβαιον & quod eadem illa gens ἦτρον uocat: cui quod hactenus inuenerim certũ non dederunt latini nomen. A Iulio Polluce onomastici sui secundo uolumine pluribus ea in homine pars descripta potius q̃ noĩata est. Eius uerba hæc sunt. τὸ μὲν τοι ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν ... Quorum hæc summa est. Quod aũt ab umbilico descendẽtibus usq; ad pilosas genitalium partes totum spacium iacet itron & hypogastrion quasi subuentrale uocatur. Vocet autem hic locus a latinis pubes an aliter aliorum iudicio relinquimus. Eam nos alte-

Imus uẽter

ram græcoꝝ uocẽ imitati imum uentrem appellauimus non hic tñ sed aliis locis etiam.

DIOS. DE Tenuifolia Artemisia. Cap. cxx.

a Rtemisiam leptophyllon, Romani Tenuifoliã Artemisiam uocant. Nascitur hæc prope aquarum canales: sepes: & qui conferunt locis. Sampsuchi odorem reddunt confricata eius folia & flores. Siquis stomacho laborans olus hoc contuderit & cum amigdalino oleo bene miscuerit: mox facto malagmate stomacho imposuerit a dolore illo sanabitur. Sanabitur etiam siquis in neruorum dolore succo eius addito rosaceo locum inunxerit.

INTERPRES.

d Esideratur sed sine iactura aliqua in uetustissimis græcorum latinorumq; codicibus hoc caput. Accreuisseq; huic scriptori inutiliter multa indicant: Phrasis primum sermonisq; forma: quæ in græcis a scriptoris huius indole longe absunt: Mox nulla eorum quæ in eo iubētur necessitate. Satis n. ad constituendum utrunq; Artemisiæ genus fuerant: quæ superiore capite hic scriptor longius dixerat: presertimq; cum moneret esse alteram Artemisiam speciosiorem latioribusq; foliis: Alteram tenuioribus: mox in medicina utranq; calefacere extenuare &c. Quibus tam aperte a se decretis non oportebat addere: quæ certi & ut quotidie solent medici remedii institutiōem potius q̄ historiæ & uniuersarum uirium rōnem hñent. Nec siquis Plinium de iisdem docentē cōtempletur aliter censebit. Nobis tanti est antiquissimorum codicum fides presertimq; eius quē uetustissimum habemus: ut accedentibus coniecturis aliis quas diximus: Non uereamur libere totū hoc caput damnare: & ex aliorum ordine in ordinem reducere.

DIOS. DE Ambrosia. Cap. cxxi.

a Mbrosian. Sunt qui Botryn. i. uuam: qui Artemisian botryn: qui Apium rusticum uocēt. Aegyptii Merseo. Romani Caprum siluaticum appellāt. Breuis frutex est trium dodrātum altitudine: ramosus: foliis qua caulis cū pit surgentibus exiguis: rutæ similibus. Coliculos habet exiguis seminibus plenos: uuæ modo consertis: nunq̄ florētibus: uinoso odore: suauibusq;. Tenuis illi radix est duorum dodrantum longitudine. In Cappadocia coronis inseritur. Estq; illi uis adstringendi reprimendi: retundendiq; impetus omnes: & quæ coeunt. In quem usum emplastri modo imponitur.

INTERPRES.

n On inter herbas aliquas fluctuans: & uagū nomē tñ quōdā Ambrosiæ fuit: Sed quicunq; odoris aut cibi suauitate placeret in poetis scriptoribusq; aliis eodē hoc nomine ab antiqs dicebaẽ & quasi īmortalitatē utentibus faceret: sic appellata illis fuit. Frequēs & notū ubiq; nomen: ignota tñ res: & inter herbas non facilis inuentu aliis aliter eā ostendentibus: & cum Artemisia miscentibus fere cunctis. Audent tñ nostræ ætatis herbarii eam ostendere trium dodrantū altitudine & altiorem aliqñ: herbā ut hic ait ramosam: semine per totū caulē racemoso: sed longe maioribus q̄ rutæ foliis: & quod hic ait nunq̄ florentibus racemis: lanuginosis: papposisq;: nullu nec uini nec alterius rei odore. Quo fit ut in peregrina Italiæ ut nos credimus herba nihil pro comperto cōstituere audeamus Plinius. xxvii. uolumine capite. iiii. integrum scriptoris huius caput cōmentationibus suis inseruit: cum tñ non multu antea libro. xxv. capite. vii. de Artemisia agens dixisset Sūt qui in mediterraneis eodem Artemisiæ noie uocant simplici caule: minimis foliis; odore nō iniocūdo: quam quidam Botryn alii Ambrosiam uocant. Ex quo manifeste deprehenditur: qđ pauloante diximus uagum per multa Ambrosiæ nomē esse: plantas: cibos & pocula: eousq; ut Athenienses hoc noie omnigenas fruges oleū. uinū: laticesq; alios quos diis in ara offerrent ambrosiā noiarent. Nobis inclinat animus ut peregrinam nostro orbi peculiaremq; Cappadociæ herbā existimemus: nam quæ a nostris herbariis hoc noīe ostendiẽ uulgaris & ubiq; nascens inuentu facillima est: pserertimq; ex capitulorum racemis quos habet pappis plenos nunq̄ a uobis florere uisos.

DIOS. DE Botry herba. Cap. cxxii.

b Otryn. Romani pariter græcis Botryn dicunt. Lutei coloris herba ē fruticosa: per latera seipsam spargens: multis alarum cauis. Semen totis ramulis adnascitur. Folia habet cichorio æqualia: totaq; ualde odorata ē: eamq;

ob causam uestibus intermiscetur. Nascitur præcipue circa pfluentes aquas & torrentes. Vires habet leniendi in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantes. Ambrosiam & hanc Cappadoces nominant: pleriq; autem Artemisiam.

INTERPRES.

Otidem iisdemq; uerbis genti suæ quondã Plinius cognoscẽdã Botryn tradidit: Quot q busq; antea græcis Dios. eã descripserat. Verba eius sunt. Botrys fruticosa herba est luteis ramulis. Semẽ circa totã nascit. Folia Cicorio similia. Inuenit in torrentiũ ripis. Medetur Orthopnoicis. Hoc Cappadoces Ambrosiam uocant: alii Artemisiã. Quæ collata Dios. eandem in utroq; medicinam & historiam faciunt. Posteriores ẽt græcoꝝ medici qualis Paulus Aegineta ẽ nihil ab hoc scripture traditis addiderũt Eius uerba sunt lib. vi. βότρυς οἱ δὲ ἀμβροσίαν οἱ δὲ ἀρτεμισίαν φυτόν ἐστιν εὐώδες ἱκανῶς. σὺν οἴνῳ γοῦν πινόμενον ὀρθοπνοϊκοὺς ὠφελεῖ. Quod est. Botrys quam aliqui ambrosiam: aliq artemisiam dicũt: planta ẽ ualde odorata. Hæc cum uino pota orthopnoicis medet. Sunt de Botry hac totidem & eadẽ a cũctis dicta: nec nos habemus qđ eoꝝ decretis & historiæ addamus. Id tñ monere possumus significare græcis βότρυν uuam non acinum: Sed in racemum cõfertas coaceruatasq; plures uuas: Nec Botryn herbam hanc dictam fuisse q uuarem acinis aliqd simile habeat: sed q plura eius semina totis caulibus sic conferta pendeant ut racemi innua imaginẽ faciant. Vtunt. n. hac translatione græci in multis: & aduerbiũ illis βοτρυδὸν est: quo Homerus utitur in apibus cum conferto examine alicubi pendent. Nec aliud significat q̃ stipari aliquid simul & mutuo contactu inuicem hærere: a quo Botrys planta hæc dicta etiam est.

βότρυς
Racemus
βοτρυδὸν

DIOS. DE Vtroq; Geranio. i. Gruina herba. Cap. cxxiii.

Geranion. Sunt qui Pelonitin: qui Trican: qui Geran ogeronten uocent. Aphri Iesce. Romani Echinastrum appellant. Habet Geranion Anemonæ similia folia incisuris diuisa: sed longiora. Radicem modice rotundam & in cibo dulcem. Hæc drachmæ pondere in uino pota muliebriũ locorum inflationes soluit. Est & alterum Geranion quod quidam oxyphyllon: aliqui Mertyga nonnulli myrrhyda: pleriq; Cardamomon aut Origanon uocant. Magi Hierobricas: Aphri Iec. Romani pulmoniam: cicutariam & gruinam herbam appellant. Sũt etiam qui alterum Geranion uocare satis habẽt. Coliculos habet tenues: lanuginosos altitudine duorum dodrantum. Folia maluæ similia & in coliculorum cacuminibus annuẽtes apices quosdam similitudine gruini capitis cum rostro: aut caninorum dentium. Nullum habet hæc in medicina usum.

INTERPRES.

Audata quondam in componendis reꝝ noĩbus a cunctis græcia diu fuit: Nullosq; i hoc genere laudis foeliciores ea gente fuisse testatus Quintilianus est. Nec nos græcoꝝ cõmẽtaria quotidie tractantes aliqd in eis magis admiramur q̃ aptas in compositis eorum uocibus significationes & præter eas in signandis rebus excogitatas ingeniose ab iisdem nouas nominũ rõnes. Qualis Geranion hæc est in qua Grumi capitis imaginem in summo eius plantæ capitulo contemplati nulla similitudine aptius rem indicare potuerunt. Vidimus nos alteram Geranion paticis statim a radice pdeuntibus maluæ foliis ut hic describit. Tum nudo surgente caule dimidiu cubiti altitudine: crassoq; in caulis illius cacumine folioso inuolucro tumentem: ex quo per longitudinẽ ex altero latere dimidiati digiti longitudine acutus pcedebat apex. Erantq; in folliculu illo cũ uiridi colores alii plures. Presertimq; cinereus: tam præsenti totius culli capitisq; & rostri gruini imagine ut aptiore pictura ostendi aperitissimo pictore aialis eius tota ea pars nõ potuisset. Alteram q̃ cicutæ foliis est ipsi non uidimus. Obseruauimus tñ in antiquis scriptoribus Plinioq; psertim utriusq; huius herbæ misceri historiam. Nec satis cognosci meo posse gruino ue collo & capite utraq; sit: an altera tñ. Id certe ex Dios. collegisse facile est Cicutæ foliis alterã eaꝫ esse: ideoq; Cicutariã dici: & Myrrhida quoniam & Myrrhis cicutæ folio sit: quemadmodum hic quarto uolumine docebit. Cur aũt priorem Romani Echinastrum dixerint non satis pro comperto nobis est. Quẽadmodum in altera per se patent Cicutaria & Gruina ex foliorum & gruini capituli forma factæ appellationes Longissime de utraq; Plinius uolumine. xxvi. capite. xii agit. Poteruntq; in eo uolentes uidere: quam nos paulo ante diximus in utriusq; Geranii historia uarietatem.

DIOS. DE Tomento siue Centunculo herba. Cap. cxxiiii.

g Naphalion. Sunt qui Iren: qui Ampetocos: qui Anaxiton: qui Anaphalida appellent. Aegyptii Semeon: Galli Gelasinen. Romani Cētunculum siue centuncularem herbam uocant. Sunt etiā qui a candido foliorum colore albinum dicūt. Tenuibus & mollibus centunculi huius foliis ꝓ tomēto aliqui utuntur. Bibunť tñ hæc ipsa in austero uino utiliter cōtra intestinoꝝ tormina.

INTERPRES.

a Neq̄ corruptis amplioris fortunæ ueneno moribus cœpissent homīes molliter & lasciue agere oō auiū plumis aut ouiū lanis strato cubili dormiebant. Sed quod Lucretius ait. Et frutices inter cōdebant squallida mēbra circū se foliis & frondibus inuoluentes. Erantq; illis ꝓ culcitraꝝ tomēto: quas æstas aut autūnus herbas & frondes passim strauerāt: Presertimq; Gnaphalion hoc a græcis ab eo usu sic appellatū: Qui uerisimile est rusticam plebem diu usam fuisse: quēadmodū & ad huc in alpibus ubi frōdiū copia est fieri passim uidemus. Græci.n. γνάφαλον inter cætera tomentū uocāt. Est aūt latinis tomentū omne id quo Culcitræ ad molliorē & calidiorem quietem infarciunť: siue id lana sit siue pluma: siue qd' uoluerit aliqs excipiendis molliter & fouendis calore corporibus nr̄is aptū. Sic Suetonius. Sic in re latina plures alii indicauerūt. Græci etiam ut hic ipse in Dictamno dixit γναφαλώδη quasi Tomentitia huiuscemodi uīa appellant. Quā ob cām nos Tomētū herbā diximus: & ꝑter tomētū auctore hoc ipso centunculū. Et si diuersum quadātenus usum centones & tomēta hn̄t. Vulgaris herba hæc est. Candicās semꝑ ꝑsertimq; in maturitate. Folia eius nō adeo magna sunt. Flores minimi & ipsi albescētes. Cū creuit sterniť ꝑ terrā. Nasciť pingui solo ꝑsertimq; in marginibus itineꝝ: in hortis & inter uites. Nullus nostra ætate usus eius est Nec quicq̄ in herbarum censu uilius modo & neglectius uiret: & cum aruit minus cognoscitur.

DIOS. DE Typha. Cap. cxxv.

t Yphen. Romani pariter græcis Typham dicunt. Folium ex se profert typha Cyperidi simile. Caulē cum lænore album: enodem: in cuius summo flos est densus: qui deinde in Pappos resoluitur: quem quidam paniculam uocāt. Hic flos uetere suillo elotoq; adipe exceptus ambustis medetur. Nascitur in paludibus & stagnantibus aquis.

INTERPRES.

p Alustrem esse plantā typham satis unus testari posse uidebať Plutarchus capite. ii. de naturalibus causis inter plerasq; alias palustres his uerbis eam numerās ἀλλὰ ἔλαβε τὸν λάϊτον ὅτι καὶ τὰ λιμναῖα φυτὰ τύφη καὶ φλέως καὶ τρύγονα αἴγειρος ἢ καὶ ἀβλαστεῖ μᾶλλον. Quærebat. n. cur cœlestibus aq̄s magis q̄ ꝓfluentibus ꝓficerent ad generationē & incrementū semīna. Disputāsq; cōtra laitum quendam q diceret cadentibus pluuiis aperiri terrā: pulsuq; illo aptam citius ad radices per se aquā trāsmittere. Contraria rōne a palustribus his plantis rōcinabať: ad quaꝝ radices nō transit aperta terra imber. Numerabatq; eas quas paulo ante diximus. Esse aūt palustrē & præter id caulem habere enodem Theophrastus indicat: q primo uolumine de plantaꝝ historia de fruticoso & sarmentoso genere docens: & quales in caulibus ramulisq; suis differentias hoc genus habet tutam his uerbis rem docuit περὶ δὲ τὰ φρυγανικὰ καὶ θαμνώδη καὶ ὅλως τὰ κλήματα καὶ ἄλλας τις ἂν λάβοι διαφοράς. ὁ μὲν γὰρ κάλαμος γονατώδης ὁ δὲ βάτος καὶ ὁ παλίουρος ἀκανθώδης. ἡ δὲ τύφη καὶ ἔνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφρακτα, καὶ ὁ μάλιστα καθάπερ σχοῖνος. Quoꝝ sensus hic sit. In surculosis aūt & fruticosis: in uniuersumq; Viticulis alias constituere differentias aliqs poterit. Harundo enim geniculata: rubus & paliurus aculeati. Typha aūt & aquaticoꝝ palustriumq; aliqua nullo intercedente nodo qui partes dissepiat per totum æqualia sunt qualis iuncus est. Folia postremo angulos odorato iunco similia hic fecit qualia ca ēt sunt. Intelligitq; in iuncoꝝ genere cyperum: de quo primo uolumine longius actū est: Quem genere fœminino Cyperida hoc loco uocauit; q̄m eo noīe radix eius appellať: ut in cōmentationibus nostris tūc lōgius dictū fuit. Non aliam ob cām nisi q a radicis eius tm̄ usus est. Et quēadmodū latini iunci radicē plantā uocant: sic græci cyperida ex radice genere fœminino iuocū ipsum aliqñ noiauerunt. Quē deinde florē hic ait paniculam uocari: & in pappos resolui manifestū habet intellectū. Græci.n. ἀνθήλην. Latini uero paniculam in frugibus aliquot primū panico milioq;. Postum in plantis aliquibus dixerunt lanosum florem qualis in summa harundine per autumnum floret: & qualem in aruis plures herbæ & in palustribus plures iunci habent. Ex quoꝝ gñe hic typham ait esse. Sunt aūt græcis & latinis pappi lanosæ uillositates caudarum in animalibus forma: quæ decidentibus floribus in plantis aliquot remanent: ut in utraq; Soncho: in Carduis multisq; aliis fit: quos solēt aliqñ pueri ludentes spiritu oris ꝑ aerem

ἀνθήλη
Panicula

Pappi

pellere leuitate sua uolucres:& quantũuis minimo uenti flabro diffluentes. His ẽt ad uẽtorũ tẽpestatumq; præsagia in agro agentes quasi certissimis nunciis utuntur. Et ex hoc genere Typha est oĩbus aquosis locis frequens: differt tñ a Cypero q; in cypero folia porracea sunt in Typha in mucronem desinentia.

DIOS. DE Circæa. Cap. cxxvi.

e

Circæan. Sunt q Dircæan. Romani pariter græcis circæã uocant. Folia hẽt satiuæ uessicariæ quã Strychnõ uocãt similia. Hẽt adnata ẽt multa. Florẽ nigrũ pusillũ: copiosũq;. Semẽ ut milii in quibusdã ueluti corniculis. Radices dodrãtales tres quatuor ue: cãdidas: odoratas: q̃ calefaciendo sunt. Nascitur petrosis p̃cipue locis & apricis. Huius radix pondere librarũ quatuor contusa integramq; diem & noctem in septẽ dulcis uini heminis madens: mox tribus diebus pota fœminarũ locos purgat. Prouocat uero lac semẽ in sorbitiõe sumptum.

INTERPRES.

f

Sunt in græcis qui neutro genere Circæon hanc uocent notam ut ex cõmẽtariis rorum rócinari licet tunc oĩbus herbam. Nũc quod uiderim aut audierim nulli nisi in ueterũ Pliniiq; præsertim cõmẽtariis auditam: qui uolumine. xxvii. capite. viii. non iisdẽ oĩbus cũ scriptore hoc in historia notis: neq; in medicina obseruationibus eã descripsit. Et inter cætera quod hic dixerat ὁ δὲ καρπὸς γάλα κατασπᾷ: quod est. Semen p̃ritat lac: Cõtrario sensu lac minuit: reddidit. Sumusq; nos in uerbo κατασπᾶν hoc loco queadmodũ multis aliis certo rei & uocis intellectu usi. Ex alto enim in superiorem exteriorẽ ue partẽ uellere aliquid & attrahere κατασπᾶν est: id aũt in lacte abũdantiã eius facere est. Qui etiã græci passim hoc uerbo utunt̃ in his quibus ieiunis corã uescentibus aliis saliua in os subit: plenoq; ore eã degluti ũt: qui motus lactis etiam naturalis ẽ a reliquo corpore in mãmas. Nec aliud ut nos credimus græcis est γάλα κατασπᾶν q̃ ex aliis partib⁹ in mãmas id p̃trahere: idq; abũdare non minui est. Accedit his q; totiens hoc uerbo hic scriptor manifeste usus in copia lactis legem significationi & intellectu eius necessariam constituisse credẽdus est. Poterunt uolentes collatis simul duobus scriptoribus quænõ sint ambobus eadem alia certius adhuc cognoscere. Nos interim mõebimus credidisse quosdam a Circe uenefica hoĩe factum Circææ nomen. Nihil tñ ex plantæ historia colligitur quod ad ueneficia pertineat. Nec nos quod testari ualeamus aliud habemus: nisi forte qm̃ hic ait petrosis apricis locis eam nasci non a Circe sed a Circæis notissimo in Thyrrheni maris Italica maritima p̃montorio: quod apricum petrosumq; ẽ appellatam aliquis opinetur. Suspitio tñ & coniectura id sit. Est illud ẽt animaduertendũ nõ dicere Dios. Calidi gustus Circeæ radices esse ut Barbarus uertit: uerum θερμαντικὰς quod calefaciendi uim habere est. Indicat id cõis in ea uoce significationis æstimatio: Confirmatq; Paulus Aegineta lib. vi. his uerbis Circæam describẽs κιρκαίας ἡ μὲν ῥίζα θερμαντικὴ καὶ εὐώδης ἐστί: Significãtq; circeæ radix quidem calefaciendo est & odorata. Semen uero &c.

καταπωᾶν

DIOS. DE Oenanthe herba. Cap. cxxvii.

o

Oenanthen. Sunt qui Cerascomen: qui Leucanthon: Romani Oenãthẽ uocant. Pastinacæ folio œnanthe est. Flore candido: caule crasso dodrantaliq;: Semine ut Atriplicis. Radice grandi: in qua numerosa sint rotũda capita. Nascitur in petris. Bibunturq; utiliter semen: caulis & folia in mulso ad eiiciendas secũdas. Radix p̃terea cũ uino cõtra uessicæ stillicidia pari utilitate bibit̃.

INTERPRES.

a

Alia hæc Oenathen est ab ea de qua quinto uolumine agetur. Illa in uitium genere labruscæ flos est: hæc in herbarũ censu a Theophrasto inter coronarias plantas & flores q secundi p uer florent: numeratur. Illa primo & per se Oenanthe est uinũ & florẽ ipso noĩe indicans Hæc ut fit deficientibus p̃priis indicationẽ & nomẽ floris & odoris sui similitudine ab illa facile impetrauit. Nec ideo Oenanthe dicta est: quia labruscæ flos sit: Sed q; cãdidus illi flos racemi ut in Labrusca specie sit: & præter racemosum florem illum odor qualis in pubescẽte uite floreq; eius sentitur. Amat hæc tepidiora loca Quondamq; ad coronas in hortis ẽt serebat̃: in quibus non tñ odore sed longiore florũ suorũ uita placebat. Hanc Dios. ait Cerascomẽ uocari: qua uoce Staphylinum. i. pastinacam a quibusdam noiari dixerat. cui qm̃ hæc folio similis est: udro & nomine illius etiam indicabat̃. Quid autẽ Cerascome significet in Staphylino & pastinaca quærendum est. Eandem Leucanthum uocari hic ait manifesta a florum candore significatione. Neq; enim alia eius uocis uis est. Quæ deinde hic dixit habere Oenanthem hanc in radicibus numerosa & rotũda capita

tubera sunt:& ueluti tumores quibus ea inæqualiter tumet. Plinius ad radicum copiam id retulit radice magna numerosa dicens: cum tñ grandi radice hic cenãtem dicat:& in radice illa multis rotundis capitibus: quæ ad radicum copiosiorem numerum referri posse non uidentur.

DIOS. DE Conyza quæ multis pulicaria est. Cap. cxxviii.

c Onyzan. Sunt qui Cynozematirin: qui Danaida: qui Tanachion: q Phycos: qui Ischyn: qui Dinosmon: qui Anubiã: qui Eedemiam: qui militarẽ herbã: qui Dellarion: qui Febrifugiã: qui Phragmosan: qui Musterũ: qui Pissan: Magi Brephoctonon: Aegyptii Ceti. Romani intybũ uocant. In conyzæ genere parua uocatur altera quæ odoratior est. Altera maior frutice: foliisq; minorẽ superãs: latiore ambitu & graui odore. Vtraq; foliis oleæ similibus est: quæ pinguia & hirsuta habet. Bicubitalẽ habet maior caulẽ: Minor uero pedali altitudine erigitur. Florem habet infirmũ: luteũ: subamarꝝ: qui in pappos euanescit. Radices inutiles. Potest tñ frutex cum foliis substratus: incensusq; pariter suffitu serpentes fugare. Culices idem eodem suffitu pellit. Pulices præterea enecat. Imponunt̃ præterea emplastri modo folia utiliter contra serpentiũ morsus: panos & uulnera. Bibuntur folia & flores ad educendos menses: fœtus eiectiones. Vessicæ stillicidia: Tormina & fellis suffusiones. Pota cũ aceto eadem comitialibus prosunt. Sanat coꝝ decoctũ insidentiũ fœminaꝝ locos. Abortiuus ẽt appositus conyzæ succus est. Facit & herba ad febrium in accessione cũ tremore algores: in quem usum ex oleo inungitur. Quæ uero gracilis Conyza uocat̃ capitis doloribus emplastri modo imposita medetur. Hanc quidam alteram Conyzam uocant: aliqui paruã illam esse dicunt. Sũt enim qui Panion & qui Libanotida appellent. Magi hanc panion nominant. Est & tertiũ Conyzæ genus: quæ crassiorem molliorẽq; caulem habet: foliis tñ q̃ gracilis illa maioribus: minoribus autem q̃ maior. Pinguis hæc non est: multo tamẽ grauiore odore iniocundior & inefficacior humentibus locis nascens.

INTERPRES.

c Onfundit miscetq; Plinius pluribus locis cum origano Conyzam. Nec facile est eodẽ noĩe duas diuersasq; plantas ab eo sæpius appellatas in historiæ medicinæ ue gratiam & usum secernere. Lõgior fuerim si omnia quæ tam multis locis de conyza: cunilagine: & cunila ab eo dicta sunt coaceruare hoc loco cogitem. Supuacaneũ id ẽt fuerit: qm̃ signanda non multo post & repetenda a nobis oĩa aut plura saltẽ ex illis erũt. Aliud itaq; prius agemus: & ut nouerint oẽs nõ esse conyzam Origano eandem: neq; e diuerso utriusq; pprias numerabimus notas: ut propositis his quæ a Plinio miscentur certius pateant. Incipiemus aũt ab Origano quã hicait foliũ Hyssopo simile hr̃e: umbellã nõ comosam ueꝝ diuisam & in sũmis uirgis semẽ. Et qđ ad alia origani genera pertineat Onetida candidioribus foliis sed magis hyssopo similibus eẽ. Semine uero corymborũ modo: & quã agrestẽ origanũ dicũt folia priori origano similia hr̃e. Virgas dodrantales: in quibus anethi mõ umbellæ sint: & cãdidi flores. Et hæ oĩum origanoꝝ in hoc scriptore notæ sunt. Conyzæ uero quas paulo ante diximus foliũ oleaginũ nõ hyssopi hirsutũ pingueq;. Caules hic bicubitales flores lutei: fragiles: subamari: & qui in pappos euolẽt. Quoꝝ nihil habet origanus aliqua. Plinius aũt libro. xix. capite. vii. auctore herbario Crateia Ligusticũ primo seu panaces cunilã bubulam uocari tradit: cæteros hanc conyzam græce appellare: & ab eodem cunilaginem dici. Idem
» non multo post uolumine. xx. capite. xv. Cunilæ præter satiuam plura sunt in medicina gñã: Quæ
» bubula appellatur semen pulegii habet: utile ad uulnera cõmãducatum impositũq; ut qnto post
» die soluat̃. Contra serpentes quoq; in uino bibit̃ ac tritum plagis imponit̃: Vulnera ab hu facta cõ
» fricant̃ Item testudines cum serpentibus pugnaturæ hac se muniunt Hic ipse Plinius sequẽti capi
» te ẽt ait. Est alia cunila appellata a nostris: a græcis origanũ heracleoticũ. Totoq; hoc capite nihil ni
» si multiplex cunila ab eo tractatur: manifesteq; conyza hæc cunilæ noĩe cẽsetur cum ait. Pulices ẽt
» contritæ cum aqua sparsæ necant Quod priuatim conyza habet. Poterant & alia reperi: sed ad eã quam cogitauimus rẽ satis hæc sunt. Nec nobis aliud modo ppositum ẽ q̃ monere ex his quæ paulo ante dicta sunt toto genere differre inter se origanũ oĩm: & conyzam omnem. Pliniumq; cunilæ noĩe in utraq; passim uti. Omittimus quod primum ille ait ligusticũ seu panaces cunilam a qbusdã dici. Falsum enim non multo post esse id ipse testatur. Quod aũt lib. xx. capite. xv. ab eo dicitur

cunilæ præter satiuã plura sunt genera &c. ad origanũ manifeste pertinet: pſertimq; qđ de testitudinibus cum serpẽtibus pugnaturis eo loco tradit: Si Plutarcho credimus in naturalibus caũsis dicenti. ἡ δὲ χελώνη φαγοῦσα τὴν σάρκα τῆς ἔχεως ὀρίγανον ἐπεσθίει: quod & si idẽ penitus non sit eandem tñ rõnem habet. Quæ deinde statim ab hoc loco descripta ab eodem sunt. Est & alia cunila a nostris appellata: a græcis Origanũ heracleoticum ad Origanum similiter pertinent. Cũq; plura Cunilæ genera fecisset unũ ex his omnia conyzæ huius tribuit. Tamq; uagus in hoc cunilæ noĩe incertusq; est: ut nihil nos ex decretis eius certũ afferre audeamus. Quod aũt conicimus huiusce modi est Origanũ græci uocant notam oĩbus herbam. Et ut fit in gẽtibus q̃bus semper & ubiq; nõ fuerunt eadem reꝝ noĩa eandem conilam uocauerunt. Testisq; hic ipse in origanis: sed multo certius in Theriacis suis Nicander dicens: κόρχορον ἢ μυόεντα παλαιχθέντε κονίλην, ἥν τε καὶ Ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφιέπουσι. Quoꝝ sensus est. Et corchoꝝ clauso folio & oĩa sanantem conilã quam Herculeam origanũ appellant. Nihil antiquoꝝ duoꝝ scriptoꝝ ut uñ certiore fide confirmari poterat. Pro compertoq; est conilam antiq̃s græcis origanũ fuisse. Potuiq; Plinius eoꝝ auctoritate origanũ conilam uocare. Nescimus tñ an cunilam: quæ si latinis est: quæ græcis conyza misceri totiens ab eo non debuerat. Suspicamurq; nos quod est minimum inter duas has uoces discrimen (una siquidẽ littera uariant) cãm Plinio dedisse ut diuersas plantas eiusdem cunilæ noĩe totiens misceret. Cũ tamẽ origani græca uox conila per o. latina uero conyzæ: modo hæc illi rñdeat p u. scribenda sit. In græca illa uoce certa oĩa sunt in latina facile est rõcinari cunilam siue malis cunilaginem appellare conyzam hanc: aut illi similẽ fuisse. Est enim non Plinio tñ: ueꝝ Columellæ: aliisq; scriptoribus frequens hæc uox. Pliniusq; priuatim græcoꝝ conyzam cunilam manifeste appellauit libro. x. capite lxx. cum ait. Non põt petris auelli polypus. Idem cunila admota ab odore p̃tinus resilit: Acceptũ id ab Aristotele est libro quinto de historia aĩalium his uerbis idem docente. καὶ οἵ τε πολύποδες οὕτω μὲν προσέχονται ὥστε μὴ ἀποσπᾶσθαι, ἀλλ᾽ ὑπομένειν ἀποτεμνόμενοι, ἐὰν δέ τις κόνυζαν προσενέγκῃ ὥσφρασιν εὐθὺς ὀσφραινόμενοι ἀφιᾶσιν. Quod ab hoc scriptore relictum alterius auctoritate & testimonio addere placuit. Et ut meminissent legentes non posse conyzam teterrimi & grauissimi odoris herbam cum origanis misceri: neq; si diuersaꝝ gentium uoces fortuito concursu eũdẽ sonum reddant: ideo eandẽ in illis reꝝ esse significationẽ. Fiunt enim in græcis & latinis multa huiuscemodi. Suum tñ in sua gente intellectũ oẽs habent. Dicimus id q̃m si latinis cunila est quæ græcis conyza: non debuerat uicinitate nominis ad origanũ quæ conila græcis est transferri & cum illa misceri. Nec dicimus pro cõperto habere latinam cunilam græcã conyzam eẽ. Veꝝ illud testamur ex quotam multis ea uox in usu est in eã partẽ ppensiores esse: & per. u. in principio scribẽdã: quẽadmodum cũ origanum ostendere uolemus per. o. illam cunilam hanc conilam dicentes Pulicariam simpliciter in Aristotele quo diximus loco conyzam uertit Theodocus gaza: facto ex euentu illi hoc nomine: quia s. pulices enecet: alioquin in hoĩe nulla est pulicom rõ. Nobis conyzã hãc magis placuit uocare: Vt quarto uolumine descriptã & psyllion appellatã herbã certius ex græco noĩe pulicariam appellemus. ψύλλα. n. græcis pulex est: & ψύλλιον herba a pulicibus uocatur: q̃ insectis his similis semina habet parua: nigra: & tota pulicum figura. Erit ob eã cãm duplex in hoc opere nobis Pulicaria: altera præcedẽte conyzæ noĩe signata: altera simpliciter a pulicibus noĩata. Quẽadmodum tũc & iteꝝ a nobis dicetur. Habet conyza hæc pulicaris quo in græcis modo legunt numerosas appellationes: fereq; omnes incertas: ideoq; non tractandas a nobis: præterq̃ dinosmon: q̃ uox a grauitate odoris illi facta est: & pissam quæ pix græcis est a glutinoso lentore dictã: qđ Plinius significauit dicens. Trita mellis odorem habet digitis tactu eius cohærentibus. Tria eius genera Dios. numerat: maiorem: minoremq; & tertiã inter utranq; mediam: crassiore: mollioreq; caule foliis maioribus minore: minoribus uero maiore. Theophrastus aliis noĩbus duo genera tñ conyzæ facit. vi. de plantarum historia uolumine his uerbis. κονύζης τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ· διαφορὰς δὲ ἔχει καθάπερ τὰ ἄλλα τὰ οὕτω διαιρούμενα. τὸ μὲν γὰρ θῆλυ λεπτοφυλλότερον καὶ συνεστηκὸς μᾶλλον καὶ τὸ ὅλον ἔλαττον. τὸ δὲ ἄρρεν μεῖζόν τε καὶ παχυκαυλότερον καὶ πολυκλωνότερον, καὶ τὸ φύλλον μεῖζον καὶ λιπαρώτερον ἔχον, ἔτι δὲ τὸ ἄνθος λαμπρότερον, καρποφόρα δὲ ἄμφω. τὸ δ᾽ ὅλον ὀψιβλαστεῖ καὶ ὀψιανθεῖ περὶ ἀρκτοῦρον καὶ μετ᾽ ἀρκτοῦρον λαμβάνει. βαρεῖα δὲ ἡ ὀσμὴ τοῦ ἄρρενος, ἡ δὲ τῆς θηλείας δριμυτέρα. διὸ καὶ πρὸς τὰ θηρία χρησίμη. Quæ a Plinio paulominus q̃ iisdem uerbis reddita sunt libro. xxi. capite. x. Ea sic uerbũ de uerbo uertat aliquis Conyzæ duo genera: mas altera: fœmina altera. Differentias inter se hñt quemadmodũ & alia quæ sic diuidunt. Fœmina tenuiore folio & cõstrictiore est. In uniuersumq; minor. Mas maior est: crassiore caule: ramosior; & folium maius pinguiusq; hẽt: & præter hoc florẽ magis splendentẽ. Semen fert utraq;. In uniuersumq; sero germinat & floret. Nec nisi circa aut post arctuꝝ. Grauis masculæ odor; fœminæ acrior. Quã ob cãm contra uenenata utilis. Et hæc a Theophrasto dicta sic se hñt. Quæ cõmentationibus his nostris placuit addere ut duoꝝ scriptoꝝ cõcors eadẽq; historia conyzæ cognosceret: & si nõ iisdẽ uerbis neq; eodem mõ ab utroq; oĩa dicta fuerint. In Dios. aũt qđ ad floris colorẽ ptinet: q duplex i cõi græcoꝝ lectione legit μήλινον ἢ ὑπόκιρρον luteus & subrussus: mutatũ a nobis ẽ: secũdãq; illã uocem ὑπόκιρρον qđ est subamaꝝ fecimus: luteum & subrussum diuersos colores male cõiũgi & misceri sentiẽtes: nõ ex monentibus uetustissimis græcis & latinis codicibus in q̃bus amaꝝ adhuc manifeste legitur.

DIOS. DE Hemerocalli quæ siluestre Lilium est. Cap. cxxix.

h Emerocallin. Sunt qui Hemerocatalecton: qui Siluestre lilium: qui Crinanthemon: qui Porphyranthes: qui Bulbum uomitoriũ: q Anticantharon uocent: Aegyptii Iocri: Aphri Abiblanon: Romani Bulbũ siue Liliũ agreste: siue Lilium marinũ. Lilio folia & caulem similia habet porri modo uiridia. Flores illi sunt tres quatuor ue in singulis scapis lilio diuisiõe similes cũ biscere cœperunt: colore q̃plurimũ pallido. Radicem habet grandi bulbo æqualem. Hæc trita potaq; & cum melle in lana pessulus apposita aquas & sanguinem ducit. Quin ẽt folia cõcisa mox emplastri modo imposita mãmarum a partu & oculoꝝ inflamationes leniunt. Imponunt̃ eodem modo radix & folia ambustis utiliter.

INTERPRES.

f Erebat̃ quondã in hortis ad coronas Hemerocallis æmulus cũ tota plãta Lilio flos & quasi rudimẽtũ naturæ lilia facere condiscentis: Nunc totis agris & inter segetes presertim pallore suo se indicat: longe Lilio minor figura pene illi idẽ. Differt tñ q in Lilio floris folia cũ tota se in calathũ aperuerunt resima a superiore parte se inuertũt: in hoc dum deflorescat recta diu rigent. Vnaq; hac nota maxime legentes fallere nõ põt. Color enim non tam diuersus: licet in lilio cãdoris superbia: in Hemerocallide palloris tristitia sit: ut nõ similis & paulominus q̃ idem facile uideat̃. Eatuq; ob cãm a lilio lilioq; similibus aliis floribus plerasq; appellationes inuenit: Agreste liliũ: Crinanthemon: quæ lilio uox ẽt adiecta est. Porphyranthes & Bulbus uomitorius: quæ narcissi noĩa seqoẽti uolumine erũt: Liliũ marinũ: & Anticantharon: quæ uox aduersari Scarabeis hũc florẽ significat: quemadmodũ & Rosæ: quibus obrutum id animal perire naturales aliq dixerunt. Breuissime Plinius lib. xxi. capite eiusdẽ numeri de Hemerocalli hac egit: quodq; hic dixerat folia caulemq; porri mõ uiridia hẽt: ille pallidũ e uiridi dixit mediũ porri inter uiredinẽ palloréq; colorẽ ea rõne indicans. Nobis ex uerbis scripturis huius rem demonstrare placuit.

DIOS. DE Violis quas græci leucoia appellant. Cap. cxxx.

l Eucoion. Sunt qui Regiam: qui Albam: qui Augusteam: qui Mattonalẽ: qui Passarinam: qui Polypboram uiolam uocent. Romani uiolam albam uel simpliciter uiolam uocant. Nota omnibus uiola est. Differẽtia generis in flore: Qui in aliquibus candidus: in aliquibus luteus: in aliqbus cœruleus: in aliquibus purpureus uidetur. Probatissima in medicinæ usu quæ luteum babet florẽ. Eius siccati flores decoquunt̃: Facitq; decoctũ id ad muliebres locos: ducunturq; insidentibus in eo fœminis menses: & eoꝝ locoꝝ inflãmationes curantur: Sanant iidem sedis rimas cera excepti & impositi. Et cum melle oris ulcera quas apbthas dicunt. Ducit p̃terea menses: secũdas: & fœtus semen pondere duarum drachmarum cum uino potum aut ex melle appositum. Quin etiam lienem minuunt & podagris prosunt radices ex aceto emplastri modo impositæ

INTERPRES.

d Etulit candori tuultũ in hoc flore antiquitas: nec leuem splẽdoris sui grãm illi habuit una ab eo facta appellatione tres alios colores indicans: qui in toto hoc uiolarum genere a scriptore hoc numerantur: & uno excæpto a cunctis passim quotannis uident̃. Leucoioꝝ enim nomine in græcis oẽs indicant̃ uiolæ hæ: quæ primæ flores suos p̃ferunt ubi mitior & tepidior aer fuerit ab hyeme statim. Vbi asperior & frigidior postea: ubiq; aũt per uer primæ noui anni aduentũ nunciantes pluresq; non uno ramulo tm̃ sed uno pediculo florẽtes: quæ cã fuit ut a quibusdam polypheræ inter alias appellationes dicerent̃. Id. n. ea uox significat. Florent hæ passim triplici colore: candido: luteo: & purpureo. Qui quartus deinde ab hoc numeratur cœruleus in uiolaꝝ genere hoc qd̃ sciam in Italia nullibi uidetur. Ex eo oborta nobis suspitio est posse in græcis abundare eam uocem: & si in cunctis pariter legatur: is etiam quem nos habemus egregiæ antiquitatis & fidei latinum Dios Longobardis litteris scriptum tres tantum colores illos notos omnibus numerat: q̃rtus hic cœruleus nullus in eo est Nec nos tm̃ illi deferimus ut unum uelimus pro cunctis aliis nobis esse. Sed accedente rei naturæq; & suspitioni huic nostræ hoc ueluti teste qualiscũq; ille ẽ: non fore credidimus inutile hoc ẽt legẽtes monere: Presertim nullibi ut pauloante diximus ostẽdente

in hoc

in hoc flore eum colorem natura. Alioquin oportebit quæ primo uolumine in Iasme dicta a nobis fuerunt meminisse: & quæ longius illic de uiolis docentur in hunc locum referre: opinariq; in cœruleo colore hoc aut aliis locis nasci hunc florem. Late.n.patet naturæ uis & admirabilis eius maiestas: qua põt multa ubiq; uariare & quæ nobis & nostro orbi negauit aliis dedisse: Aut uiolarum appellatione alia ẽt censeri florum genera: Quales Iesiminos omnes tunc esse diximus: modo magnitudine & forma pares & similes illis sint: & intellexisse in Dios. necesse erit florem quempiam alium cœrulei coloris qualis uerbi causa Cyanus est sic a græcis a colore dictus; uulgaris flos omnibus notus inter segetes Maio & Iunio mense nascẽs: Quem rora nostra florem alysum uocant triplici & ipsum colore candido; purpureo; plerũq; aũt cœruleo. Nobis tñ in priorem illam sententiam inclinat animus. Credimusq; quartũ illũ colorem huic scriptori temere accreuisse. Vtimurq; ea ratione præcipue q̃ non uerisimile est miscuisse diuersa simul genera Dioscoridem: & cum de Leucois certo scilicet genere priuatim ageret de cunctis uiolis quæ græci ἴα non λευκόϊα uocant agere cogitasse. Obseruauimus.n.τῶν ἴων.i.uiolarum latius patere appellationem pluresq; complecti flores: Nigram seu malis ferrugineam uiolam: iesiminos oẽs: calathianam: & quã græci phloga: Plinius flãmeam uocat; pluresq; alios qui figura: quantitate: folio; positura; aliaq; huiuscemodi rõne aliqua proprie dictis uiolis similes æqualesue, sint. λευκοΐων aũt triplex tñ hoc genus: qđ solo colore differt: quodq; nos paulo ante ex Theophrasto descripsimus. Solæ enim hæ uiolæ Leucoia dicuntur. Accedit & illud q̃ si cyanus in hoc genere intelligendus erit ex qua uoce nos credimus irrepsisse eum colorem in has uiolas: Videbitur temere miscuisse Dios. quæ non eodem tempore florent. Ille enim ab hyeme statim aliquibus locis: Vbiq; autem & semper uere florent Cyanus autem prima æstate tantum. Illæ sponte sua in parietibus & murorum pinnis aliquando: illi inter segetes passim nascuntur. Possunt quidem ambo in hortis conseri sed nos simplices naturæ natales & notas non coacta artis opera tractamus hoc loco.

DIOS. DE Cratæogono herba. Cap. cxxxi.

C Ratæogonon. Sunt qui Cratæonon: Romani pariter græcis Cratæogonõ dicunt. Folia habet Cratæogonos melampyro similia. Plures ab una radice geniculis pleni in ea nascuntur culmi. Semen milio simile est. Nascit̃ umbrosis locis & inter frutera plerunq;. Multam habet tota planta acrimoniam. Sunt qui tradant poto eius semine marem concipere mulieres: si a purgatione antequã uiro congrediatur ter singulis diebus trium obolorum pondere in duobus aquæ cyatis quadraginta diebus ieiuna mulier id biberit; idemq; totidem diebus uir etiam fecerit tum mulieri congrediatur.

INTERPRES.

C Ota stat gentium uulgiq; fama & fide Cratæogoni in scriptore hoc & Plinio medicina: neq; in historia quod sciam ex antiquo illo tempore a quoquã additum illi aliquid ẽ. Nos etiam quod præter dicta a duobus his cratæogono adiiciamus non habemus. Monuisse tamen obiter legentes inutile non erit: ideo cratæogonon a græcis dictam fuisse: q̃ ui potestateq; sua κρατεῖ τοῦ γόνου: euincit scilicet superatq; & genituræ dominatur. Potestq; humani seminis naturam ad mares conceptus cogere. Sciendum illud etiam Melampyrum cui Diosco. Cratæogoni folia comparauit nihil significare aliud q̃ nigrum triticum: haud sane quia inter fruges numeretur: Sed q̃ in triticea segete nascitur colore nigro. Numeratur hic a Theophrasto libro de plantarum historia octauo inter frugum noxas & pestes: Quales lolium & auena sunt. Siciliæq; insulæ proprium his uerbis fecisse uidetur. ὁ δὲ σικελὸς ἴδιον ἔχει τὸ μελάμπυρον καλούμενον ὃ ἐστὶν ἀβλαβὲς καὶ οὐχ ὥσπερ αἶρα βαρὺ καὶ κεφαλαλγές. Quorum hic sensus est: Habet & siculum triticum priuatim quod melampyrum uocant. Quod innocuum est: nec quẽadmodum lolium graue & capitis dolores faciens. Facilis inuentu inter segetes a nigro seminis colore melampyrus hic est. Nascitur enim ubiq; & si Theophrastus priuatim Siciliæ id adscribat. Nisi forte dubitandum in eo sit proprium ne dicat Siciliæ melampyrum esse: an proprium Siculo esse non nocere in cibo homini ut lolium.

DIOS. DE Folio sic priuatim dicta herba. Cap. cxxxii.

A

P Hyllon. Sunt qui Elæophyllon: & qui bryon uocēt. Romani pariter græcis phyllon dicūt. Nascitur in petris. Vocaturq; altera a fœminini sexus cōceptu quem facit Thelygonos: ceu muscum habēs pallidiore q̄ olea folio. Caulem hēt gracilem breuemq;: florem candidū: papaueris semen uerūtamen maius. Arrenogonos e diuerso a masculini sexus cōceptu quem facit altera dicta est: In cæteris præcedenti similis semine tm̄ differt. Quod racemosum habet postq̄ defloruit flos incipienti oliuæ simile. Ferunt potum alterius semen maris: alterius uero fœminæ concæptum facere. Tradidit hæc quōdam herbarius crateias: placuitq; mihi usq; ad historiam nec ultra de his docere.

INTERPRES.

Folium

C Ommunia sunt plantis oībus folia: nō secus q̄ animalib' ea q̄bus in gñe feminioq; suo uestiunt aut ornant. Et siquæ his carent: Quod ꝓ pomīoe foliis respōdeat aliq̄d a natura acceperunt. Eamq; ob cām nō poterat nec debebat a gētibus cōis folioꝝ uox ad certæ rei alicuius indicationē priuatim trahi: Quemadmodū & quæ publici iuris sunt ad priuatos transferri usus legibus prohibentur. Nihilominus fecit aliq̄n in aliq̄bus aut gentiū consensus aut honoris excessus aliqs ut quæ cōia omnibus aut saltē pluribus erant priuati iuris facta cōia esse desierint: Nō aliter q̄ Neapoli in brassica nūc fit: quæ in olerū gñe ꝓpria sibi appellatiōe alibi indicata cōi folii uoce passim illic indicat. Intelliguntq; oēs illic foliū audientes quotidianū & notum oībus olus. Non dissimili rōne in folio hac nostra idem factū est: quæ potens marium & fœminaꝝ cōcæptus semine suo adiuuare: Quod præcipuū mortalib' fere cūctis studiū & uotum est: honoris prærogatiuā hanc merito inuenit ut foliū simpliciter diceretur. Audientesq; oēs folium optatæ ꝓlis spē beneficio eius aio statim conciperēt. Descripsit foliū hanc .ix. de plantarū historia uolumine Theophrastus his uerbis. ἔνια δὲ εἶναι εἰς τὸ ἀρρενογονεῖν καὶ θηλυγονεῖν· διὸ καὶ καλοῦσι φύλλον τὸ μὲν ἀρρενογόνον τὸ δὲ θηλυγόνον· ὅμοια δὲ ἄμφω καὶ μορφὴν ἔχοντα ὠκίμου· ὁ δὲ καρπὸς τοῦ μὲν θηλυγόνου καθάπερ ἐλαίας βρύον ὠχρότερος δὲ· τὸ ἀρρενογόνου οἷόνπερ ἐλαίας ὅταν ἄρτι φύηται ἐκ τοῦ βρύου· διδύμους δὲ ὥσπερ ὄρχεις ἀνθρώπων. Quorū sensus sit. Quædam ꝑterea esse maribus aut alterius sexus concipiendis fœtibus apta: eamq; ob cām folium aliā mares aliā fœmineos cōcæptus facientē dixerunt: sibi inuicē similes & ocimi figurā habentes ambas: Est tm̄ alterius quæ fœminaꝝ concæptus facit semen muscoso flori oleæ sīle pallidiusq; q̄ alterius: figura nup ex muscoso flore incipientis oliuæ: cohærens sibi geminumq; testiculoꝝ hominis mō. Et hæc q̄dem Theophrastus eadē huic scriptori si diligentius oīa expēdant. Videturq; βρύον in oleā nō muscū simpliciter ex cōi eius uocis æstimatione: sed muscosum eius florē appellare in hanc significationē contracta priuatim ea uoce. In qua sciendū est græcis βρύον muscū plerunq; in oībus indicare: in plantis uero & muscū illum cōmunem aliis multis & in torrente lapidibus & ne lōgiores simus oībus quæ muscantur: inter quæ & arbores aliquæ sunt: & præter id in plantis earūq; floribus uillosam cōgeriem quæ musci illius mō consercta densaq; floreat: quales in ligustro flores sunt. Idq; hoc loco manifeste indicat Theophrastus: qui in descriptione folii eius nihil ea uoce aliud intellexisse potuit. Ex eo factum est ut Bryon planta hæc non Bryonia ut male a principio capitis legitur uocaretur ab oleagini floris muscosa illa cōgerie sumpta cōparatiōe & auctore Theophrasto: Qui eā quo diximus loco hac uoce appellat Ex his ēt oborta nobis uitii in scriptore hoc suspitio est: a principio statim ubi ait τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον ὥσπερεὶ βρύον, male sequax eni oerbuꝝ ductus est. Credimusq; auctore & monēte id Theophrasto integrā fuisse lectionē: quæ Thelygonos uocatur florem hēe ueluti Bryon .i. muscosum & similē oleaginis: Licetq; Theophrasti auctoritate & auspiciis uideremur posse quæ deerant addere & in melius restituere in cōi tm̄ græcoꝝ omnium lectione nihil huiuscemodi ausi sumus: Satisq; fore legentibus credidimus si uitium signaretur. Quod factum a nobis est. Cætera Theophrastum & hunc scriptorem conferentibus facilia & eadem uidebuntur.

βρύον Muscus

DIOS. DE Testiculo herba quā græci orchin dicunt. Cap. cxxxiii.

O Rchin. Sunt qui Cynosorchin .i. canis testiculum uocēt. Romani pariter græcis orchin dnt. Folia hēt testiculus herba circa caulem: & in ima eius parte per terram strata: molli oleæ similia: angustiora tm̄ longioraq;. Caulem dodrātali altitudine: in quo purpureus flos pandit. Radicē bulbosam: oblōgā: duplicē: mutuo cōtactu coherētē oliuæ figura: Supiorē alterā: inferiorem alteram: & hanc q̄dē uegetā distentāq;: illā uero languidā & rugosam. Estur radix hæc bulboꝝ

modo

mō elixa aut tosta: ferturq; maior illa uiris in cibo mares conceptus facere: minor uero fœminis alterius sexus. Ferunt præter hæc etiā mulieres in Thessalia ad excitandam ueneris libidinem cum caprino lacte bibēdam dare alteram: uegetam. s. distentamq; illam orchis huius radicem. Languidam uero & rugosam illā ad inhibendam: Aduersariq; alteram alteri: inuicēq; potas inuicem se resoluere. Nascitur planta hæc petrosis & sabulosis locis.

INTERPRES.

a Liter potius q̄ aliud de utraq; orchis. i. testiculi huius radice docuit Theophrastus. ix. de plantarū historia uolumine: Quo loco cū de nuuis & uix credēdis plantarū quarundam uiribus ageret: numerassetq; fabulosa etiā aliqua. De sterilitate fœcūditateq; ad cōceptus & partus agere incipiens subiecit καθάπερ ἐπὶ τοῦ ὄρχεως καλουμένου· δυοῖν γὰρ ὄντοιν τοῦ μὲν μεγάλου τοῦ δὲ μικροῦ τὸν μὲν μέγαν ἐνεργότερον ποιεῖν πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐν γάλακτι διδόμενον αἰγὸς ὀρειτρόφου τὸν δὲ ἐλάττω σύνεσθαι καὶ κωλύειν· ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον σκυλλῶδες λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον τὸν δὲ καυλὸν ὁμοιόπτερον ἀγρίῳ Quoꝝ summa & sensus est. Quēadmodū in ea quæ urchis. i. testiculus uocatur. Qui cū duo sint maior alter: minor uero alter: Maior ad uenerem efficaciorem hominē facit in lacte capræ in montibus pastæ sumptus. Minor aūt nocet illi & īpedit. Habet planta Scyllaceum fulium: minus tñ: & minore leuore nitētis. Caulem pust remu agresti raphano quā græci apion dicunt simillimum. Et hæc Theophrastus de testiculo herba: quā hic petrosis & sabulosis locis nasci tradidit contra q̄ græcoꝝ & latinoꝝ aliqui testati fuerunt ad mare nasci affirmantes: Nos quatenus obseruare licuit sabulosis locis nasci pro comperto testari possumus. Vulgarē plantā & cum inter uites nascitur illis nocentem. Sabulososq; dicimus locos nō maris aut fluuioꝝ harenas: sed inter terreni genera quod rusticæ rei scriptores sabulonē uocant. Fit in testiculo hoc quod in bulbosis plerisq; aliis plantis euenit: Vt præteriti anni radix decrescat subsidatq; cōtinue & quod hic ait flaccescat & rugosa fiat Præsentis aūt uegetior & maior continue augeatur. Nō aliter q̄ iuuentute & senectute quadā id fit legitimo naturæ ordine in his quoꝝ radices noua bulboꝝ sobole quotannis renouant: quæ donec penitus sub terra emarcuerint sibi inuicem cohærent. Facitq; hæc ueluti copula caꝝ ut testiculus dicatur planta hæc pariter & radix: & præter id a canum testibus apta similitudine cynosorchis. i. caninus testiculus. Id enim græcis ea uox significat. Eius folia hic molli oleæ similia facit contra q̄ Theophrastus qui Scyllaceū foliū testiculo huic tribuit. Nescimus ea ꝓpter q̄ integer in Dioscoride locus ille sit: Nō tam quia aliud a Theophrasto docetur q̄ quia natura & res ipsa quale ille dixit scyllaceū foliū in eo ostendit: Nec nos uidemus quæ nā mollis olea huic sit & qđ eo adiectiuo in olea significari possit. Iōq; uitiosum locū existimātes eū signauimus.

Sabulu

DIOS. DE Altero Testiculo. Cap. cxxiiii.

o Rchin alterum. Sunt qui Sarapiadem Orchim hūc alterum uocent: quemadmodum Andreas medicus ob multos radicis eius usus. Folia habet porro similia: oblonga: latiora tantum pinguiaq;: ex alarum cauis emicantia & inflexa: Coliculos dodrantales & purpurascētes flores. Radix illi est minimis testiculis similis. Potestq; emplastri modo imposita tumores disiicere: ulcera purgare: Vlcera quos herpetas nomināt cohibere. Quin etiā fistulas eodem modo imposita in aliū naturæ habitū trāsferr: & q̄ inflāmata sūt lenit. Sistit sicca eadē quæ pascēdo serpunt: Et in ore exedētibus & maleficis ulceribus medetur. Aluum cum uino pota compescit. Ferunt de hac etiam quæcunq; de superiore testiculo dicta sunt.

INTERPRES.

p Riori testiculo cōgener posterior hic est: radicum numero diuersus & alter ab illo dictus. Duabus enim & quales descriptæ sunt ille nititur: Hic a Dios. minimis testiculis nullo eorum decreto numero similes radices habere traditur: Ab aliis tamē Triorchis nominatur: manifesto ex ea appellatione argumento non duabus sed tribus testicularis radicibus niti in terra. Sic. n. posteriores medici appellauerūt: præsertimq; Paulus Aegineta ultimo suæ medicinæ libro: capite de sordidis ulceribus σαραπιάδος τῆς καὶ τριόρχεως. i. Sarapiadis herbæ quæ & Triorchis dicitur: Mox lib. vi. de simplicibus ὄρχις ἢ σαραπιὰς οἱ δὲ τριόρχιν Quod est. Orchis aut Sarapias quam quidam Triorchin uocant. Sic etiam Aetius sic posteriores alii. Ex quibus uidere licet nō uiribus in medicina tātum sed historia etiā a priore illo hunc differre. Cur autem Sarapiada hic uocari dixerit quoniam multus habet radix eius usus non satis certum nobis est.

DIOS. DE Satyrio herba. Cap. cxxxv.

Atyrion. Sunt qui a folio℞ numero Triphyllon. i. trifoliũ uocent: qm̃ tribus plerũq; foliis fractis utret: rumici lilio ue similibus: minorib⁹ tñ & rubẽtibus. Caulem habet glabrum cubitali altitudine: Florem lilii figura candidumq;: Radicem bulbosam pomo similem: foris ruffo intus cãdido oui colore: gustu suauem & in cibo oris gratã. Bibitur hæc in nigro austero uino in scapulas rigentibus utiliter. Hac ipsa fœliciter etiam utetur qui ad uenerem mulieri congredi uoluerit. Siquidem ferunt ad uenerem sollicitare & ad eam impetus augere.

INTERPRES.

Atyrio nomen fecerunt ut poeta cecinit Panes & in uenerem Satyro℞ prona iuuentus: uel q̊ primi siluestres ii dii colludentes nymphis per siluas & antra ad firmiorem uenerem eã inuenerint: Vel q̊ ad eã uoluptatẽ natura sua ipsi potẽtiores quæ ad eãdẽ uenerem homines duraret herbam a se uocari permiserunt: neq; herbam tñ sed in græcis uerba aliquot & uoces alias ẽt σατυρίζειν & σατυρισμὸν & σάτυρον: quibus ad uenerẽ arrigere & intendi significaret: & uitium quod Satyriasin græci dixerunt a Galeno in diffinitionibus suis his uerbis descriptum. Malum satyriasis est quod fit arrigente & intendente se hominis genitali: simul ei ẽt propinquæ intendunt partes. In aliquibusq; feminis rectio ẽt cum uoluptate sequit᷑. Alienant᷑ mente aliqñ q id patiuntur: Sequiturq; neruo℞ distentio. Posteriores græco℞ medici παλμὸν i. palpitationem genitalis Satyriasim hanc esse dixerunt: dico aũt palpitationẽ qualis in corde fit si metus aut aliter pturbati hominis crebrior senti᷑ pulsus. Sequiq; & accedere Satyriasim hanc inflãmatis aliquo mõ seminariis uasculis: & præter palpitationẽ illam arrectionẽ & intentionẽ genitalis fieri: & nisi desinat palpitatio illa in langorẽ & resolutionẽ uasculorũ illo℞ seminis euadere id malũ consueuit: aut cõuulsionẽ: Moriunturq; in cõuulsione hac cito hoies cũ tumore alui & frigido sudore. Satyrion hanc Dios ait Trifoliũ a folio℞ numero dici: quia plerũq; hic numerus eo℞ uide᷑. Nosq; ueterũ & melio℞ codicum fidem secuti sic uertimus nõ ἐπάνω ὡς ἐπὶ τὴν γῆν ut fere in cũctis legitur: sed ὡς ἐπὶ πολὺ legentes: multo cõcinniore sensu q̃ si dicat aliquis quia super terram folia tria ferat: Cætera legentibus per se in Satyrio hac patebunt.

Satyriasis

παλμος

DIOS. DE Altera satyrio quã Erythron. i. rubentẽ uocãt. Cap. cxxxvi.

Atyrion alterũ quod Erythron dici᷑: sunt qui Satyrion Erythrococcum: qui aquaticũ Meliũ: qui Entaticum. i. arrectoriũ: qui Priapiscum: qui Satyriscum: qui Satyri testiculum. Romani Molorticulum ueneris dicunt. Lini semini æquale semen Satyrion hoc hẽt maius tñ firmiusq; & cum læuore splendẽs. Fertur & hoc nõ minus q̃ terrestris Crocodillus quẽ Scingum nominant ad coitũ & uenerem stimulate. Est in Satyrii radice exterior cortex tenuis & ruffus: Quę uero cortice clauduntur candida sunt: grata in cibo: & dulcia uescentibus. Nascitur apricis montanis locis. Fertur de eo etiam ad uenerem stimulare siquis manu tantũ radicem eius gestauerit: sed cum uino pota maxime id potest.

INTERPRES.

Mnes Satyrii huius appellationes aut ex colore radicis aut ex uiribus impetuq; eius ad uenerẽ factæ sunt Neq;. n. Erythron & Erythrococcũ aliud significant: q̃ rubens simpliciter & ueluti Cocco infectũ. Quæ deinde uox Entaticos sequit᷑ non aliunde q̃ ἀπὸ τοῦ ἐντείνεσθαι est. Græcis. n. intendi & arrigere ea uox significat: quemadmodum Priapiscus Satyriscus & Satyrii testiculus. Oẽs. n. a falacitate ueneris ad hanc herbã translatæ sunt. Priapũ quotidie in hortis suis uidebat antiqtas ad uenerẽ semp paratũ & qualẽ in Priapeis carminibus audire adhuc licet. Quales uero Satyri quondã essent satis supiore capite dictũ a nobis fuit. Cur aũt Romani Satyrion græco℞ Molortiruliũ Veneris dixerint mõ integra ea uox sit: qd nobis non uř: docere nõ audemus. Satis nouisse sit ab eodẽ ad uenerẽ impetu ab illis dictã fuisse. Plinius de utroq; satyrio hoc lõgius egit. xxvi uolumine capite xi sed tã incerta historia ut p alios scriptores pfecisse eũ credere oporteat: & ab aliis herbariis q̃ Romanos suos doceret accæpisse. Ea uolẽtib⁹ nouisse parata quo diximus loco & exposita sunt. Nouerũt qdẽ nr̃a ætate herbarii & in agro agentes diligentiores alii utrãq; satyriũ inuẽtu. n faciles plantæ sunt: ea℞ tñ ordinẽ oẽs miscent. Primũ qd secũdũ huic scriptori est: & secundũ e diuerso appellantes: Certissimis tñ ex hoc scriptore notis utrũq; ostendunt. Nosq; primũ & alterũ diuersis tpibus obseruauim⁹. Raroq; ultra duo folia a radice statim pdeũtia in

tia in primo & quod lilii figura florem habet inuenimus: nec penitus glabro caule id est: Sed tam exiguis tā& raris foliolis ultra duo illa ut nō falso glaber dici possit. In secūdo ēt non radices tantū rubere: Sed a medio usq; ad sūmum totum caulem obseruauimus: & in hoc tria semper folia paulom supra terram caulem ut in harundinibus fit amplectētia. In utroq; geminas radices sed in primo inæquales Maior enim semper altera est. In secundo æquales & sibi inuicem pares: Cætera scriptoris huius picturæ aptissime respondent.

DIOS. DE Satiuo Ormino. Cap. cxxxvii.

O Rminō satiuum daci Ormia. Romani geminalem dicunt. Herba est foliis Marrubio similibus. Caulem habet quadrangulū dimidii cubiti altitudine: circa quem exerunt se ueluti siliquæ in terram decliues: in quibus diuersum semen est. In siluestri. n. rotūdum inueniť & medio inter nigrū & cādidum colore. In satiuo aūt oblongū & nigrum: cuius tm̄ usus est. Creditur hoc ēt in uino potum ad uenerē stimulare. Purgat aūt cum melle oculoꝝ albugines: eorumq; ulcera quæ græci argema uocant. Ex aq̄ idē emplastri mō īpositū tumores discutit & surculos extrahit. Quin ēt herba ipsa eodem mō imposita eadem pręstat. Siluestre efficaciores hēt uires: eāq; ob cām unguētis misceť: musteoq; pſertim qđ Gleucinū uocant.

INTERPRES.

F Rugum gñi adnumerauit aliquot locis de plātaꝝ historia Orminon hoc Theophrastus. Idem Theophrastū secutus decimooctauo uolumine Plinius tradidit capitibus. x. & vii. Quin ēt post hæc. xxii uolumine capite ultimo duoꝝ generū & ipse Orminū fecit: Alterum nigro ut hic semine: alterum candido cōtra q̄ Dios. qui φαιὸν dixit: qua uoce græci indicant q̄ nigrescunt magis q̄ quæ nigra sunt. Alii inter medicamēta & frutices potius q̄ inter fruges numerare orminū maluerunt. In quā partē & nos ꝓpensiores sumus. Neq; enim antiq̄s in usu ciboꝝ fuit & ætate hac nr̄a uix ab agricolis cognosciť. Descripserunt satis id ante dicti scriptores: Ciminoq; simile presertim semine fecerunt. Ob quam cām nihil ultra de eo nos agemus: In medicina significantes quæ argema in oculis ulcera græci uocant a Galeno in diffinitionibus itetūq; in Isagoge sua paucis mutatis describi: Exulceratione in oculo factā: quæ in nigra oculi parte candida fit: in candida rubescat. Et hoc in diffinitionibus dictū ab eo est. In Isagoge aūt esse argemon exulcerationem quæ in Iridis orbe aliqñ fit aliqñ in nigra nonnūq̄ in candida oculi parte: rotundā & albescentem. Estq; illud in oculoꝝ ulceribus sciendū gñe unum omnia esse: specie aūt differre: pluresq; earum differentias esse. Quotiens. n cornea pars exulcerať qm̄ cōcauum purū & angustum id ulcus ē bothrion quasi fossula nominať: Diffiniuitq; id Galenus utroq; loco. Concauū purū & angustū ulc' esse rotundis pforationibus simile: olcere profundius. Si uero latius q̄ bothrion id patet minusq; descendit κοίλωμα. i cōcauitas diciť. Quod uitiū ex eodē Galeno descriptum a nobis in turis cortice est. Epicauma deinde appellať quotiens exulceratio facta: sordida, impuca & igne adustorū mō fuerit: qua se purgante sæpius sequunť & effluunt oculoꝝ humores oēs. Id malū Galenus in Isagoge sua descripsit Epicauma appellans: quotiens quæ claudit bulbū oculi exterior cutis igne exulcerata fuerit aut paulatim ꝓfundior facta ex magno impetu fuerit: Argemon aūt hoc quotiēs circa orbem iridis ꝓpinquasq; ei partes sic exulceratio fit ut extimæ iridis partes rubere interiores uero albescere uideantur. Sunt quidem & aliæ oculorum exulcerationes: Sed quoniam p̄cedentes alias habent causas rum causis illis docendæ & curandæ sunt.

φαιὸν

Argemata

Bothrion in oculo βόθριον

κοίλωμα

ἐπίκαυμα Epicauma

DIOS. DE Hedysato. Cap. cxxxviii.

H Edysaron. Romani securidacam uocant. A bunguētariis Pelecinus frutex hic appellatur. Folia habet ciceri similia: siliquas corniculorum figura inflexas: in quibus ruffum semen est ancipiti securi simile: unde & nomen inuenit: gustu amarum. Stomacho utiliter bibitur. Misceť antidotis. Ex melle idem añ coitū fœminis subditum sterilitatē facit. Nasciť in hordeacea & triticea segete.

INTERPRES.

N Asci securidacā in hordeacea & triticea segete hic ait. Secutusq; eū Plinius in segetibus inueniri libro. xxvii capite. xii. tm̄ testatus est. Theophrastus tñ octauo de plantarum historia uolumine lentibus noxiā & pestilentem dicens nō aliter q̄ tritico loliū & auenam uerisimile fecit illic potius inueniendam ubi magis grassetur Hæc. n. maloꝝ noxarūq; oium natura plerūq; est: ut ubi maleficiū suum exercere possint illic libentius agant: & frequentiora inueniantur.

Pelecinus ab antiquioribus dicta in græcis diu planta hæc fuit: nec nos præterq̃ in nouissimis scriptoris huius codicibus alio noĩe descriptam in Dios. hactenus inuenimus. Is ẽt quem nos egregiæ antiquitatis habemus latinũ Dios Pelecinũ non Hedysarum legentibus proponit. Quo fit ut suspicemur posteriorem hanc esse plantæ huius appellationẽ: & a suauitate odoris usq; unguentariorum factã huic scriptori a posterioribus græcorũ medicis accreuisse. Dico autẽ posteriores qui Theophrastum & scriptoris huius tpa secuti sunt. Paulus Aegineta utroq; noĩe eam in. vi. his uerbis indicauit: hedysaron quæ & pelecinus. Eius semen ante coitum ex melle appositũ hic ait ἀτόκιον esse. i. sterilitatem facere Barbacus aũt aliter penitus uertit dicens cũ melle appositũ ante consuetudinem prohibere partus. Nos unã eandemq; uocis significationẽ semp secuti sumus: ille q̃d aliis locis abortiuum dixerat: hoc loco contrario penitus sensu partus prohibere dixit.

ἀτόκιον

DIOS. DE Onosmate. Cap. cxxxix.

Nosma. Sunt qui Osmada: qui Phlonitim: qui Onomin. Romani onosma uocant. Anchusæ folia habet oblonga: mollia: longitudine quatuor digitorum: unius latitudine anchusæ modo per terram strata: sine caule: sine flore: sine semine herba est. Radice nititur breui: oblonga: gracili: infirma: cum rubore aliquo. Nascit̃ asperis locis. Trahũt ex utero fœtus, pota in uino eius folia. Quin ẽt ferunt abortiuã pregnantibus esse si sup eam tñ grauidæ ingrediantur.

o

INTERPRES.

b

Reuis & præter a Dios. dicta nulla est Onosmatis huius in aliis scriptoribus historia. Plinius. xxvii. uolumine capite. xii. eadem huic scriptori omnia reddidit. Quam solũ foliorũ lõgitudinẽ hic q̃tuor digitorũ: ille triũ fecit. Paulus Aegineta ẽt nihil addidit aliud q̃ acrẽ amarãq; eẽ: eãq; ob cãm folia eius ĩ uino pota enecare simul & pellere ex utero humãos fœtus.

DIOS. DE Nymphæa. Cap. cxl.

n

Ymphæan. Romani pariter græcis nymphæã dicunt. Nascitur in Paludibus & stagnantibus aquis nymphæa: Folia habet Aegyptiæ fabæ similia: minora tñ oblongioraq; quadamtenus sup aquam emergentia. Aliqua tñ ex eis ẽt sub aquis sunt plura ab una radice prodeuntia. Florem candidũ lilio similem: in medio quod croceũ sit habentem: Hic postq̃ defloruit rotundus & rotunditate pomo: aut papaueris capiti similis colore nigro fit. In quo nigrum clauditur semen: latum: solidũ: gustu glutinosum: Habet caulis læuorẽ: niger est: nõ adeo crassus: Aegyptiæ fabæ cauli similis. Radix nigra: aspera: & clauæ alicuius modo nodosa. Effoditur hæc autũno: siccataq; cœliacis utiliter in uino bibitur. Bibitur & in intestinorũ torminibus: lienẽ minuit: Stomachi & uessicæ doloribus emplastri modo imponitur: Vitiligines ex aqua exterit: Capilli defluuia quas alopecias dicunt cum pice imposita explet. Bibit̃ hæc ipsa ẽt cõtra nocturnas ueneris per somnum imaginatiões: eas. n. cõpescit: Paucisq; dieb⁹ uirilitatẽ hoĩs frãgit: si continuato eius potu utat̃. Idẽ p̃stat & semen. Creditur Nymphæa quõdã sic dicta fuisse q̃ aquosa amet loca. Inuenitur copiosa ad Elidem in flumine Anygro & Aliarto boetiæ.

INTERPRES.

n

On comparauit Theophrastus nono de plantarũ historia uolumine Nymphæam describens folia eius Aegyptiæ fabæ foliis: Verũ simpliciter grãde foliũ sub aqua hr̃e dixit. Addidit præterea sistẽdo sanguini utilia esse folia eius: ĩõq; trita uulnerib⁹ imponi. Quodq; hic nõ testat̃ uesci radice eius gẽtes in Orchomeno boetiæ: marathone: & creta: quibus locis copiosam nasci nymphæã tradidit. Numerat̃q; ab eo inter radices dulces: qualis Scythica est: pluresque aliæ. Satis hic noĩs cãm declarasse ur̃: & si ex ueterib⁹ fabulati aliq fuerint a nympha priuatim nomẽ herbæ factũ fuisse quæ claua ab hercule interfecta sit: uel ipsa Zelotypia eius intabuerit in palustrẽ hanc plantã mutata. Vulgaris & nota oĩbus herba qua nihil in palustribus speciosius nascatur & uiuat. Facileq; est ex folio eius quale Aegyptiæ fabæ foliũ sit rõcinari. Hoc enim illi cõparat Dios. Nec p̃terq̃ figura simile illi facit. Grandius n. illud est: & quale secundo uolumine in Aegyptia faba ex ueterũ monumentis & historiis descriptũ a nobis ẽ. Quo loco de ciboriis ẽt dcã fuerũt

quæ satis

quæ fatis & tunc & modo fint:prefertim de hac ipfa tradẽte Plinio libro.xxv.capite.vii. quæ huic fcriptori fere eadem omnia funt:Quale eft quod hic ait paucis diebus potam nymphææ radicem uirilitatem hominis debilitare:ille duodecim diebus fieri hoc teftatur:& fimilia his pleraq; alia. Diximus aũt uirilitatem una uoce fignificantes quod pluribus ab aliis indicatur : Vim poteftatẽq; illam oẽm qua in ueneris appetitu:calet pruritq; interior fenfus:tumet genitale:arrigiť Et excluditur femen:quæ omnia in uiris uno uirilitatis noie complexa antiqtas eft:Hic ἐργίαν αἰδοίου tantum dixit. i.genitalis langorem & infirmitatem:quæ deficiente toto illo naturæ impetu fit.

DIOS. DE Alia Nymphæa. Cap. cxli.

n Ymphæan aliam, Sunt qui hanc nymphona, Romani nymphæam uocãt. Nafcitur & alia nymphæa antedictæ fimilis: Radicem tñ candidam habet & afperam:Florem luteum:fplendẽtem:rofæ fimilem. Bibitur utiliter & radix & femen eius in nigro uino contra muliebres fluctiones, Nafcitur in Theffalia ad Peneum fluuium.

INTERPRES.

q Vam habet nominis caufam Nymphæa eandem & nymphon. Folia hæc fuperiori fimilia habet. Quod difcrepat radicis color & floris & præter colorẽ floris figura eft : quæ in illa lilii in hac rofæ defcribitur. Non facile inuicem difcernuntur nifi quis a primo ex aq̃ carum emerfu dum deflorefcant utranq; obferuauerit.

DIOS. DE Androface. Cap. cxlii.

a Ndrofaces, Sunt qui Picrida:qui Leucem:qui Thalaffiam. Romani pariter græcis Androfaces uocant. Nafcitur in maritimis Syriæ. Herba eft candida:tenues habet Cirros:amara & fine foliis. Folliculum in fũmis Cirris fuftinet quo femen continetur. Poteft in uino pota drachmarum duarum pondere in fubeuntibus cutẽ aquis copiofam ducere urinam. Præftat idem potũ herbæ decoctum & femen. Quin etiam podagricis utiliter emplaftri modo ipfa imponitur.

INTERPRES.

f Apo picrida:color leucem:ortus Thalaffiam Androfaces uocari fecit. Prima enim uox illa amaritudinem:altera candorẽ:tertia mare & maritimũ fignificat : quæ tota fere eius hiftoria eft. Amarefcit enim albefcit & maritimis locis in Syria nafcitur: Vnde repetenda alia effent. Sed nimis a noftro orbe diftat regio illa:ob eam cãm Diofcoridis & Plinii in Androface hiftoria contenti Afplenon noftro orbi cognitam neq; inuentu difficilem tractabimus.

DIOS. DE Afpleno. Cap. cxliii.

a Splenon. Sunt qui Scolopendrion:qui Splenion:qui Hemionion: q̃ Pteryga:qui Lonchitin:qui Aturion:qui Phrygiam:qui Phrygitim:qui Philtrodorẽ uocent. Magi felis fanguinẽ. Romani Afplenon dicunt. Scolopendræ uenenato infecto folia fimilia hẽt:plura ab una radice fimul prodeuntia. Nafcitur in petris parietibufq; opacis lapidibus fluminũ confectis:fine caule: fine flore: fine femine:polypodii herbæ modo incifuris diuifa:ex inferiore parte afpera & flauefcens:fuperiore aũt uiridis. Poffunt folia eius lienem minuere:in quem ufum in aceto decoquuntur. Bibiturq; decoctum id quadraginta diebus. Lieni præterea cõcifa eadem folia ex uino emplaftri modo imponenda funt. Quin ẽt ueffica stillicidio: fingultui: & fellis fuffufionibus fubueniunt: Calculos ueffica frangunt. Creditur fterilitatem facere Afplenon per fe & fi cum muli liene corpori ad alligetur. Iubentq; in hunc ufum nocte effodi filente luna.

INTERPRES.

h Emionion Athenis Theophraftus q; muli libenter ea uefcuntur uocari afplenon tradidit: Cretes afplenõ q; primi in ea infula Gortynæi obferuauerint ad Pothericũ fluuiũ pafcẽtia

hãc herbã pecora sua lienes iminuere: Vulgus ubiq; splenioῆ q̃ lõgitudine latitudineq; sua fasciolæ: & ut sic loq̃mur: emplastelli formã hẽt: Posteriores usq; ad ætatẽ hãc nostrã Scolopendriã a scolopẽdræ similitudine & figura quã hẽt foliosum magis respitẽ q̃ plãtã uocauerũt: Indicata aliis ẽt appellationibus est: sed non adeo certa rei indicatione. Scimus quidem pterygia græcis alas & pinnas auium significare: Sed nihil in Scolopẽdria pinnatũ ut in filice & Ebulo est: Nec cuspidis lanceæue formã habet aliquã ut Lonchitis dici debuerit: nec priuatim Phrygiæ adscribi cũ ubiq; nascatur. Nouerunt modo oẽs officinæ Scolopendriã a terrestribus Scolopẽdris quarũ figurã folia eius referunt appellatam. Lõga ut illæ sunt: ab imo ad summũ æqualia: & ex inferiore parte transuersis flauescentibus lineis intersecta: quas uenenatæ bestiolæ illæ serpentes & in arcum dum serpunt se circũagentes etiã ostendunt. Nasci hanc Dios. ait in petris & opacis parietibus τοῖς ἀπὸ κοχλάκων quod uersum a nobis est ex fluminum lapidibus confectis: certiore rei indicatiõe q̃ si lapideis simpliciter aut siliceis dixissemus. Id enim structuræ genus significauit Dios. quod male coagmentatum & sibi inuicem cohærens rimas ducit: & a principio uacua habet spatia in quibus accedẽte imbre putrescens calx alere herbas huiuscemodi põt: Quod nõ facile in solida structura & ex lateribus aut quadrato lapide erectis parietibus fit: Sed in his qui rotũdo & inæquali lapide cõfecti fuerint: quales κόχλακες a græcis dicunt attriti longa aquarũ uolutatione & harenis in fluminibus lapides: duri quidem sed ob rotũditatẽ læuorẽ inæqualitatemq; suam male in parietum structura cohærentes & hærentẽ sibi calcẽ retinentes. Esse aũt κόχλακας uulgares in torrẽtibus lapides multa in græcis indicant. Presertimq; quæ ab hoc ipso in lacte & a Paulo Aegineta primo suæ medicinæ libro de coquẽdo in certos usus lacte ostendunt. Addidit Theophrastus his. ix de plantarum historia amare Scolopendriã hanc mõtana loca & petrosa: Radice tenui esse: & ad faciendã hominis sterilitatem dari additis mulina ungula & corio: Cætera ambobus eadẽ oĩa sunt. Diximus prætera & si ad superstitionẽ magis q̃ ad medicas herbæ uires ptineat in extremo capite: Noctu effodiendam esse silente luna: interlunium & cum sole sideris eius cõgressum intelligentes. Id. n. tempus antiquores Romani Lunæ silentia appellauerunt. Licetq; passim in disciplina ruris audire præcipientes ueteres scriptores. Silẽte Luna faciendũ hoc aut non faciendũ illud opus. Idq; ips tãtum Græci ἀσέληνον νύκτα. i. sine luna noctẽ uocauerunt. Tunc n. ex æquo soli currens nullã noctis partem illustrat. Et quæ Maro in Troianæ urbis incendio tacitæ amica Silentia lunæ appellauit: Non alia q̃ tenebræ noctis erant. Nec obstat q̃ in eadem narratione dixerit Oblatos Aeneæ per lunam hostes &c. Potuit enim tunc aliqua parte noctis fulgere luna: aliqua deinde postq̃ occidisset nõ fulgere: & ut poetæ solent simplices noctis tenebras silentia appellare.

κοχλάκες

Silens luna

DIOS. DE Hemionitide herba. Cap. cxliiii.

Emionitin. Sunt qui Splenion: Romani Hemionitida pariter græcis appellant. Folium pfert Dracũculo simile lunæ nondũ tumentis in globũ figura. Radices illi sunt multæ: gracilesq;. Non caulem: non florem: nõ semẽ fert. Nascitur petrosis locis: adstringente gustu. Bibit in aceto ad minuẽdos lienes.

h

INTERPRES.

On temere penitus suspicati sunt ex antiquis & posterioribus medicis aliqui eandẽ aspleno Hemionitin hanc esse. Nec duplicem: sed unã utriusq; historiã & medicinã in scriptore hoc legi Vtraq; n. a mulis facto noĩe indicatur. Vtraq; nec caulẽ: nec florem: nec semen fert. Vtraq; in petris nascitur. Vtraq; lienes minuit: & quod in foliis alterius differre uideat idẽ facile esse põt. Longitudine. n. & figura nõ adeo differt a Scolopẽdria dracunculus: Vt nõ potuerit alterutro aliqd cõparari: Diuq; nos in suspitiõe hac ancipites auctoribus antiq̃ssimis & optimis græcorũ medicis presertimq; Paulo Aegineta seorsum de utraq; agentibus: Seorsum tandem de utraq; egimus: illam asplenon: hanc priuatim hemionitin uocari tradentes: cõgenerem illi quidem foliorum tñ aliqua diuersitate dissimilem: Nec uiribus æqualem. Siquidẽ extenuat asplenos nõ tamen calet Hemionitis adstringendi oĩes cũ amaritudine habet: ut testati de utraq; meliores græcorũ medici fuerũt Magna inter eas folioꝝ similitudo quæ non satis fuisset simpliciter lunata dixisse a scriptore hoc μηνοειδῆ appellata Habet. n id sidus plura lũminũ incrementa: eademq; luna non eadem luce semper fulget: Sed est cũ toto orbe fulgens totam illustrat noctem Est cũ utrinq; gibbosa quam ueteres græci ἀμφίκυρτον ut illam πανσέληνον uocãt maiorem noctis partem copiosa impleat luce: Est cũ dimidiato globo splendens διχόμηνις a græcis dicitur. Est tandem cum a sole digrediens usq; ad quartam diem nõ multa luce adhuc fulget: eoq; tpe græci plerũq; μήνην uocant. Et in hoc lunæ interuallo Hemionitidis folia sideri illi cõparauit hic scriptor. Alioquin si lunatum simpliciter eius foliũ dixerit aliquis incertam ex incerta eius sideris quantitate & specie figuram significabit: Veritiq; nos ne qd in lunæ amoribus fabulati aliqui sunt nobis accideret pluribus græcam uocem μηνοειδῆ uertimus: diximusq; lunæ nõ dum tumentis in globum ex Hemionitidis

n

ἀμφίκυρτος
πανσέληνος
διχόμηνις

nitidis folio lunæ lumina describentes. Quod aūt timere nos fictum ab antiquis de Lunæ amoribus diximus huiuscemodi est Amabat Lathmium Endymionē Luna Sidus quotidianis luminū incrementis & decrementis nunc obeso: nunc gracili corpore mortalibus fulgens. Dumq; communia quærēs mulier gaudia sollicitat spatium decurrere amoris cogitauit ut erat ingenio muliebri. Et ut Res est solliciti plena timoris amor; Si nudo & maculoso corpore ad eum accessisset fore ut sine amictu fucoq; aliquo accedens impudens simul & turpis uideretur: Perireta; sibi omnis quæ ex pudore & forma in muliere amori quæritur gratia. Ideo uocata ad se Arachne ut erat tunc toto orbe plena tunicam & talarē pallam texere & uersicolori pictura exornare sibi iussit. Paruit deæ homo: absolutoq; post aliquot dies opere ad eam reuersa peccasse se multum intellexit: quæ gracili tunc & iunceæ uirgini māmosæ matronæ accomodatos amictus elaborasset. Indignata etiam Dea est; grauiterq; increpitam iussit retexto omni opere quod laxius fecerat angustius iterum elaborare. Abiit mulier: nec multo post reuersa cum multo uētre tumere iterum quam gracilem reliquerat uidisset; intelligeretq; non artis: sed uitio deæ id fieri nō redimita posthac abiit Nec fraudi homini fuit quod in amicienda & ornāda ad usum amoris instabili dea nihil sua arte potuisset. Quēadmodum interpreti Lunatam dicenti herbam merito obiiceretur; Legentibus nihil certum in incerto sidere reliquisse: nec quo tempore Lunatam intelligere eius formam oporteret.

DIOS. DE Anthyllide herba. Cap. clxv.

a Nthyllida. Sunt qui Anthyllon: qui Anthemida: qui Eranthemon: qui Leucanthemon: qui Soranthes: qui Campestrem florem. Romani Anthyllidem uel ut legitur Solastrum uocant. Duo genera eius alterum lenti folia ramulosq; similia babet. Dodrantali altitudine ipsa est: recta: mollibus foliis. Radix illi gracilis breuisq;: nascitur sabulosis apricis locis: gustu salso. Altera ramis foliisq; Chamæpityi quæ humilis pinus & terrestris dicitur similis est: birsutior tamen: breuior & asperior. Florem habet hæc purpureum grauissimi odoris: Cichorii radicem. Quæ pota drachmarum quatuor pondere urinæ angustiis: renūq; cum urinæ malo aliquo doloribus subuenit. Muliebrium locorum inflāmationes concisæ molliūt radices eius ex rosaceo & lacte appositæ; & præter hæc uulneribus medentur. Quæ uero Chamæpityi similis est ultra alia quibus auxilio est Comitialibus cum aceto mulso utiliter bibitur.

INTERPRES.

m Ale habita a librariis & temporum iniuriis in Diosco. Anthyllis hæc ut uidetur diu fuit. Multa ideo toto capite parum integra qua licuit rōne a nobis instaurata sunt. Fuitq; illud primum quod in scriptore hoc legitur nasci eam ἐν ὑφαλμύροις τόποις: quod est ut cæteri interpretes uerterunt salsis aut salsugmosis. At non fuisse hanc antiquam lectionem meliores & uetustiores græcorum codices: in quibus ὑφάμμοις legitur idest harenosis testantur: & his accedens Plinius. xxi. uolumine capite. xxix. scribens. Sabulosis apricis nascens Excusandum hoc in illis qui ostēdentibus id græcorum cunctis codicibus; qui circunferuntur uitium suspicari in re quæ tamē multis locis fit; non potuerūt. At non huiuscemodi quod sequitur μαλάσσουσι δὲ φλέγματα ὑστέρας quod ab illis ad pituitas pertinere creditum est: aduersante & reclamante statim re ipsa. Muliebrium siquidem locorum nullæ priuatim in malorum & uitiorum censu pituitæ dicuntur: & si fint dicantur ue molliri dici non possunt. Per se enim mollescunt & fluunt pituitæ Quæ uero molliēda sunt dura esse oportet. Id etiam meliores græcorum & latinocum codices indicauerunt: in quorum alteris φλεγμονὰς τὰς ἐν ὑστέρᾳ idest uuluæ inflammationes; in alteris hystericos tumores legere adhuc facile est. Et præter eos Plinius dicens eodem loco Altera bibitur in duritie uuluarum. Eiusdem rei multiplici indicatione: siue inflammationes: siue tumores: siue durities dicas Fiunt enim cuncta hæc simul plerunq;. Quodq; inflammatur & coit; tumet: & quamdiu non discutitur aut maturatur: durescit. Quin etiam quod hoc confirmet contra tumores pedum: qui in prægnantibus fiunt utitur Anthyllide hac Paulus Aegineta primo suæ medicinæ uolumine: capite quo agit de his quæ in foetura prægnantibus acciduot A floribus factum illi nomen merito crediderit aliquis: presertim inter alia dicente hoc Campestrem uocari florem; Nihil tamen in priore genere ab hoc aliis ue traditum de eis est. Quæq; numerantur in eo notarum discrimina ex foliis tantum & totius plantæ figura sunt. Secundo purpureus & grauissimi odoris tribuitur flos. Quo sermōis cōceptu & historiæ ductu nō male credat aliqs debuisse in priore illo genere de flore eius & floris colore agi. Aut ut in uulgari & nota re fit relictū a Dios. est quod tunc omnibus notissimū erat

Oportereq; nunc legentes candidum florem eius intelligere: ex quo cõicatæ huic aliquot Chamæmali appellationes fuerunt: Anthemis: Eranthemos: & Leucanthemos: cuius candidus flos ẽ. Nec nos aliter censemus q̃ Chamæmalo similem in floris colore & forma esse & si ut paulo ante diximus nihil in priore illo genere alicubi quod ad flores pertineat legatur.

DIOS. DE ANTHEMIDE QVAM NOSTRI Chamomilam uulgo uocant. Cap. cxlyi.

a Nthemida. Sunt qui Leucanthemon: qui ꝓpterea ꝗ uere floret Eranthemon: qui ꝗ malis odore similis est Chamęmalon: qui Malanthemon: qui Chrysocomen: qui Callian dicant. Aphri astertiphe appellant. Romani Chamæmalũ uocant. Genera eius tria flore tm̃ inter se diuersa. Ramuli oibus dodrantales: fruticosi: multis alatũ cauis: Foliolis paruis: tenuibus: numerosisq; : Capitulis in orbẽ circũactis: in quibus flores sunt colore intus ad aurũ inclinato: foris per ambitum circũposita folia habentes in triplici genere candida: lutea ue: aut purpurea rutæ folioꝝ magnitudine. Nascitur Chamæmalum macris asperisq; locis & secus uias & itinera. Colligitur per uer. Habẽtq; calefaciendi & extenuandi uim flores radices & herba. Bibentibus decoctoq; earũ insidentibus menses: fœtus urina & calculi educuntur. Bibenda Ileosis & inflationibus dantur. Fellis suffusiones emendant: & Iocinorosis medentur. Quin ẽt cũctorum geneꝝ decocto utiliter uesicæ uitia fouentur. Calculosis tñ utilius & efficacius quod florem purpureum habet undiq; cæteris maius. Idq; proprie quidã eranthemon uocant. Quod uero Leucanthemon dicunt ciendis urinis aptius: similiterq; Chrysanthemum. Sanant emplastri modo etiam impositæ oẽs oculoꝝ fistulas quas Aegylopas uocant. Cõmanducatæ oris ulceribus quas aphthas nominant medentur. Vtuntur aliqui etiam ad clysteres oleo tritas adiicientes pellendis circularibus febribus. Seruari autem folia oportet & flores: priuatim seorsumq; tundentes tum in pastillos conformantes. Siccari contra radices: exigenteq; usu dare aliquando duas herbæ partes: floris autem aut radicis unam: aliquando contra floris duas: herbæ unam tantum: alternis in dies hoc modo duplicantes: & in temperato mulso propinantes.

INTERPRES.

a Bundantibus rebus: deficientibusq; earum nominibus coacti sunt: qui priuatim singula ꝓpriis appellationibus notare & indicare uoluerunt translatis: compositis: auctis: diminutis ue uti nominibus: quod alioquin difficillimum erat facillimũ ingeniosa aliqua excogitatione ostenderes Nullaq; gens toto orbe cõescibus res non suis uocibus hac rõne indicat: fœlici⁹ tñ hæc q̃ illa: oĩum aũt fœlicissime græci. Qui ut alia in doctrinis aliis ornata ab eis omittamus plantarum historiam & medicam materiã cõpositis translatisq; uocibus his ubi ꝓprie deerant amabilem & cognitu facilem oibus fecerunt. Patetq; id toto hoc opere passim: sed præcipue in Anthemide hac in qua nulla est ex tam multis appellationibus: quæ nõ certam & rei cõiunctam significationem habeat. Omittimus quas hic ipse declarauit Eranthemon ꝗ uere floreat: & Chamæmalum ꝗ pomi odorem habet dici. Cæteræ ẽt ex floris colore odore ue consensu aliquaꝝ gentium factæ sunt: Quæ ut interiorẽ exteriorem ue floris colorem magis amauerant: sic Leucanthemon a colore albo: aut Chrysanthemon chrysocomen ue a flauo auri colore eam indicauerunt. Vtroq; enim modo in scriptore hoc legitur. Quẽadmodum ab odore mali quem habet Malãthemon Mali n. florem ea uox significat. Libet his addere a Theophrasto libro de plantaꝝ historia octauo sæpius genere neutro Anthemon dictam fuisse. Et qui passim in græcis modo leguntur dodrãtales ramuli: in uetustissimis utriusq; gentis codicibus duoꝝ dodrantum altitudine herbã describunt: Nec multo post ubi passim legitur κλωνάρια μικρὰ λεπτὰ φυλλάρια legi oportere nõ ramulos sed foliola. Prius enim de ramis actum fuerat: tunc aũt de foliis herbæ agendum erat. Indicant id uetustissimi græcoꝝ codices & antiqua Dios. interpretatio: quoꝝ ope nos quæ miscuerant alii interpretes redire in sua loca coegimus: diximusq; foliolis paruis: tenuibus: numerosisq; &c. Cætera in Chamæmalo satis nota per se sunt: ideoq; a nobis longius non tractanda.

DIOS. DE Parthenio quã Romani Solis oculũ dicũt. Cap. cxlvii.

P Artbenion. Sunt qui Amaracũ: qui Anthemida: qui Leucanthemon: qui Camæmalũ: qui Chrysocalida: qui Malobathron: qui Cãpestrem florem appellent. Thusci Cautam: Aphri Tamacatb: Romani Solis oculum aut Millefolium uocant. Coriandro folia similia habet tenuiaq;. Flores per ambitũ candidos in medio luteos. Odore uiroso herba est: & gustu amaro. Potest sicca in aceto mulso: uino ue addito sale pota Epithymi modo bilem & pituitã per inferna trahere. Prodest eadẽ suspiriosis & bis quos atra bilis uexat. Dat̃ bibenda utiliter herba sine foliis calculosis suspiriosisq;. Fouentur decocto eius insidentes fœminæ contra mulicbrium locorum durities & inflãmationes. Et præter hæc sacris ignibus inflammationibusq; emplastri modo cum floribus imponitur.

INTERPRES.

a Lia hæc Parthenion est ab ea quam Celsus li. iii Perdicion uocari etiam tradidit; reprimereq; simul & refrigerare. Illa Elxine muralis & Perdicion dicta: hæc pluribus ab Anthemide inuentis appellationibus similis cõgenerq; illi credẽda est. Illa a Nicãdro in Theriacis uenenatis mederi ꝑdita: Hæc sanandis suspiriis: atræ bili: calculosisq;: inflãmatis: duratisq; muliebribus locis apta; Hæc chamæmalo similis flore per ambitum candido in medio luteo: Illa mercurialis herbæ foliis descripta: & ne longiores simus notis omnibus inter se diuersæ: solo eodẽ nomine legẽtes falluot. Fallit aũt nõ noĩe sed re Parthenion tam similis Chamæmalo: ut ꝑ ea sæpius ab imperitis carpatur Habet n. illi similẽ paulominus q̃ in cunctis florem. Differt magnitudine q̃ in Parthenio amplior undiq; est: differt & figura: q; coloribus in utriusq; flore partibus Chamæmali flos in medio tumet & in altũ erigit̃: folia uero ad terram inflexa descendunt. In Parthenio folia medio exæquata per ambitum stant. Nobis ex his quæ diu obseruauimus inclioat anim⁹ Chamæmalo congenerem esse: & ut in plerisq; aliis fit nota aliqua priuatim ab aliis dispesci: q̃ in Parthenio hac uirosus odor est. Quẽadmodũ in bouis oculo: quæ mox dicenda erit sola magnitudo qua a Parthenio hac illa distinguit̃. Sunt Parthenii huius aliæ appellationes a principio numeratæ: quaꝝ quæ Chamæmalo cões sunt a nobis relinquent̃: aliæ qualis Amaracus est paꝝ certe dici: & enarraria nobis possunt: & si antiquissimi scriptores Amaracũ hanc uocari dixerint: Galen⁹: Paulus: aliiq; plures: quoꝝ fides & auctoritas nõ paꝝ difficilem nobis alterius Amaraci: quæ primo uolumine dicta est historiã & cõmentationem hanc nostram facit: falsoq; a Marõe dictum fuisse ubi mollis Amaracus illum &c. Cum hæc ὀσμῇ ὑποβρωμος. i. uiroso & graui odore sit. Incertum etiã cur Romani Solis seculum dixerint: nisi forte non Solis seculũ sed Solis oculus dicenda ea sit Hoc enim magis ꝓbamus q̃ si Solis equũ dicat̃. Neq; enim quod hactenus legerim Solem sequi Parthenion hæc a quoq̃ dicta est. At si Solis oculus dicat̃ aptior rei appellatio erit. Foliis enim per ambitum radiãtis eius flos: in medio aũt luteus orbis Solis disci figuram ostendit. Millefoliũ autẽ dici folioꝝ tenuitas fecit: quæ ut in bouis oculo sunt capillata & fœniculo similia uident̃ & infinita pene ex uno ramulo pendent. Nobis ut paulo ante diximus inclinat animus Chamæmalo congenerẽ media floris magnitudine inter illam & mox sequentem bouis oculum esse.

DIOS. DE Bouis oculo quã græci Bupbthalmon uocãt. Cap. cxlviii.

b Vphtbalmon. Sunt qui Cachlan: qui Balsaminen: q̃ Menesitheon uocẽt. Magi Mercurii genituram siue incorruptibilem genituram. Aphri Narat. Romani Cappacoraniam nominãt. Coliculos profert teneros: gracilesq;. Folia fœniculo similia. Flores luteos Chamæmali floribus maiores: oculoꝝ figura: unde & nomen inuenit. Nascitur in planitie circa oppida & urbes. Eius flores cum cera subacti tumores duritiesq; discutiunt. Ferunt præterea a balneo statim potam ad aliquod tempus herbam suffusis felle coloris bonitatem reddere.

INTERPRES.

q Væ Solis oculum Parthenion uocari causa fecerat per ambitum floris radiata folia: & in medio discus colore luteo. Eadẽ similem illi Buphthalmon nominari fecit. Figura floris enim in utraq; paulo minus q̃ eadem: Sola magnitudo discrimen facit. Eamq; ob cãm nomẽ hæc sibi a maiore maioris q̃drupedis oculo inuenit; bouisq; oculus dici uoluit: & si a magnitudi

ne oculi simpliciter potius dictam forte aliquis non male credat: Presertim dicēte hoc ipso simpliciter eē ὀφθαλμοειδῆ: quod tm̄ figura & specie oculi significat. Plinius tm̄. xxv. uolumine capite. viii. his uerbis eam descripsit Est & Buphthalmos similis bouū oculis. Quem nos secuti bouis oculū interpretati sumus: alioquin ut pauloante diximus magnitudine floris: quo cōgeneres alios oēs superat uocari potuit. Siquidem βου. particula in græcis auget. Habetq; ea gens pene infinita: quæ cōiūcta sibi ea particula augentur: & in suo genere maiore amplitudine fiunt: qua rōne potuit & Buphthalmos hæc non a bouis oculo simpliciter: sed a magnitudine ambitus quo maiorem oculum refert nominari. Nota omnibus bouis oculus herba est: nec alia uilior frequentiorq; locis pinguibus & plerunq; incultis nascitur: in nullo nostra ætate mensarum aut medicinæ usu & honore. Quondam decocti eius coliculi aliorum olerum modo mandebantur Quodq; nos diximus nasci in planitie eo pertinet ut montes odisse eam: neq; in illis inueniri legentes sciant.

DIOS. DE Glycyside quam & Pæoniam uocant. Cap. cxlix.

P Aeonian. Sunt qui Glycysiden: qui Penterobon: qui Orobalion: q Orobaca: qui Hæmagogon: qui Pęsęden: qui Monogenion: qui Menion: qui Pæonion: qui Panthicerota: qui Idæos dactylos: qui Aglaopbotida: qui Theodonion: qui Selenion idest Lunarem. Magi Lunæ genituā aut Pthisin. Romani Castam herbam nominant. Nascitur Pæonia caulis duorum fere dodrantum altitudine multa adnata habēs: Duorū generum est: mas: fœminaq;. Habet mas Regiæ. i. Iuglandi nuci similia folia: Fœmina uero Smyrnii modo secta & incisuris diuisa. Fert utraq; in summo Caule foliculos quosdam amygdalis similes: quibus dehiscentibus inueniunť rubentia grana multa paruaq; punicorū acinis similia: Et inter hæc media colore in purpura nigro: alia quinq; aut sex. Maris radix est digitali fere crassitudine longitudine dodrantali candido colore: & adstringente gustu. In fœmina adnata & soboles ueluti glandes septem aut octo radix eadem habet Asphodeli modo. Datur siccata Pæoniæ radix puerperis quę a partu non purganť. Menses ducit amygdalæ quantitate pota. Bibitur in uino etiam cōtra dolores alui. Felle suffusis ꝓdest. Prodest renū cū urinæ malo aliquo & uessicæ doloribus. Sistit aluū in uino decocta potaq;. Quin ēt seminis rubentia grana decem aut duodecim in nigro austero uino pota rubentes muliebres fluctiones sistunt. Comeduntť eadē utiliter cibum in stomacho non continentibus & eius erosionibus. Incipientes ꝑterea calculos pueris in cibo potuq; disiiciunt. Quæ aūt ex illis nigro colore sunt nocturnis præfocationibus quas Ephialtas uocant: & præter has strangulatu uuluæ obmutescentibus eiusdemq; partis doloribus numero quindecim pota subueniūt. Nascitur Pæonia altissimis montibus & promontoriis.

INTERPRES.

A Ntiqua pariter & honesta siue Pæoniā siue Glycysidem eam uoces plātæ huius appellatio est Habet enim altera auctorē antiquæ medicinæ peritissimū Pæonē: cuius in uera, & fabulosa historia egregiū nomē & æterna laus adhuc est. Altera a dulcedine quā solo noīe indicat nō paruam illi dignitatē & grām acqrit. Accedit his ꝙ nihil non sanari Pæonia superstitiose credidit antiqtas Nec corporis tm̄ morbis sed animi affectionibus pariter mederi: Imperare tēpestatibus: Arcere grandines: Disiicere satorū rubiginē: & ne in huiuscemodi longiores simus Lemuribus ēt aduersari. Quod non aliunde in plebis animos irrepsit q̄ ex his q̄ Theophrastus & Theophrastum secutus Plinius pluresq; alii de legenda Pæonia ridicula magis q̄ supstitiosa tradiderūt & ex his quæ a Dios. de Ephialtis naturæ uitio: non deorū ira ut mox dicemus præcæpta in extremo capite sunt: Adiicientibus continue imperitis ex superstitione sua deorumq; metu: quæ nullā haberent naturæ rōnem: religionemq; medicinæ turpissime miscentibus. Ex his factum ē ut tam multis nominibus una censeretur pæonia: quorū aliqua nullā nisi ex humana supstitiōe cām & originem habent: Qualia sunt Menion Selenionq; Lunarem herbā significantia Qualia itidem Idæi dactyli qui in Creta nutrisse Iouem dicti fuerūt in uetere superstitione quotidianis precibus exorati: Quibus prāte Pæonia cōparabať. Nisi forte quod magis uerisimile est prima hui⁹ nois origo a radicibus eius facta fuerit: quas hic ait in fœmina glandiū quātitate & Asphodeli figura esse & a

digitali longitudine quã hñt dactyli primũ uocata ex eo herba fuerit: mox accedẽte sup̃stitiõe ad
idæos dactylos transtulerint hoies; & quæ simpliciter dactyli herba noiabat̃ religiose idæi dacty-
li uocari incœperit: mox Theodonion quod diuinã opem & auxiliũ pollicet̃. Tum Aglaophotis
quod lucis splendorẽ ostendit; Postremoq; casta herba modo antiqua Romanoꝝ ea appellatio sit.
Ex eodẽ genere reliqua sunt præter ea quæ ad numeꝝ folliculoꝝ & seminũ figurã in ea pertinent
qualia sunt Pentorobon quasi quinqueruũ: Orobalion & Orobax: omnia ab Eruo notissima fru-
ge facta: Cui Pæoniæ semen quantitate in cunctis; colore aũt in quinq; aut sex tm̃ par est. Sola Hæ-
magogos uox a ducendo sanguine facta fuit; pertinetq; ad uires eius: qbus puerperis a partu se non
purgantibus p̃dest. Cæteras eius appellationes ut minus notas hoc t̃pe relinquimus; Vnũ Pæoniæ
genus tm̃ tradidit Theophrastus libro. ix. de plantaꝝ historia quo loco nisi a Plinio iisdem uerbis
redditum esset quod ab eo traditur non diceremus. Id huiuscemodi est. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ ἐ-
πίθετα καὶ πόρρωθεν· οἷον τὴν παιωνίαν, οἱ δὲ γλυκυσίδην καλοῦσι νύκτωρ κελεύουσιν ὀρύττειν· ἐὰν γὰρ ἡ-
μέρας καὶ ὀφθῇ τις ὑπὸ δρυοκολάπτου τὸν μὲν καρπὸν ἐκλέγων κινδυνεύειν τοῖς ὀφθαλμοῖς: Quoꝝ
sensus sit ut Plinius ẽt reddidit. Veꝝ adiiciunt̃ hæc & ex longinquo. Quẽadmodũ Pæoniã: quam
Glycysidem uocant noctu effodi iubent: qm̃ si p̃ diẽ fodiat̃ uideatq; Picus auis: q semen legit ocu
lis periclitat̃. Vidimus nos renascentẽq; aliquot annis utranq; Pæoniam obseruauimus: & ex iis q̃s
habebant ambæ præcipuas & certiores notas folia. s. caules folliculos & i folliculis semia nihil scri
ptoris huius historiæ aptius r̃ndere uisum est. Quod solum discreparet: neq; huic scriptori & q̃s
uid mos Pæoniis conueniret. Radices & quadamtenus in summo semina claudentes folliculi erãt.
In qbus radices primum in utraq; plures numero uidimus. In mascula non ultra duas; in fœmina
quatuor tm̃. Et nihilominus unam in mascula hic radicẽ cõstituere ut̃ i fœmina aũt septẽ octo ue.
Non cõuenit in mascula ẽt longitudo; hic enim dodrantalẽ facit: nos uero longe breuiorẽ uidim⁹.
Potuit diuersitatis huius cã esse q̃ hic ultimũ incremẽtũ: & extremũ indicauit numerũ: Nos autẽ
crescẽtẽ adhoc uidisse utranq;: Fœminæ enim asphodeli mõ possunt ãnuis incremẽtis augeri i nu
meꝝ radices: usq; totus & ultimus septẽ aut octo esse. Potest & in altõ agi radix usq; ad dodrantẽ: &
hæc longissima eius mensura esse. Quod aũt oĩno discrepet radicũ numerus simpliciter est: Hic
enim masculæ singulari numero radicẽ tribuit. Quã uero nos uidimus paucissimis duabus s. i ter
ra oitebat̃; nec pauciores duabus hæc aut illa inuenta est. hr̃e. Quod post radices discrepat follicu
li ẽt seminũ sunt; quos in mascula tres quatuor ue: In fœmina singulares tm̃ uidimus: In illa cras-
siores & maioribus intus seminibus: In hac breuiores graciliores q; & minoribus intus seminib⁹. In
mascula ut hic aĩt rubentibus aliis; nigris uero aliis: in fœmina nigris oĩbus: & nihilominus paria
colore & magnitudine in utraq; ab hoc oĩa constituunt̃: Sed nullo cõstituto numero quosdam hic
folliculos dicens; & grana punicoꝝ acinis similia cõtra naturã nihil decreuisse uideri potest. Desi-
derati tñ in huiuscemodi historia aliqd ẽt potest: floris. s. figura & color qui puniceæ rosæ: in fœ-
mina uisus a nobis est. Cætera naturæ & huic scriptori eadẽ penitus erant: & quæ hic in mascula iu
glandi nuci folia comparauit eadem figura uidimus duo tria ue aut quatuor uno pediculo pendẽ
tia: in fœmina uero septem incisuris diuisa: qualia in maiore dracunculo aut elleboro nigro sunt.
Multo tñ minora q̃ masculæ: aptissimeq; hic smyrnio quod Olusatro simillimũ ẽ ea comparauit.
Illud naturã cognouisse cupientibus in seminibus pæoniæ quærendũ erit; quã hẽat cãm diuersus
eoꝝ color. Et cur rubentibus cæteris sine lege ordine ue aliquo quinq; aut sex tm̃ nigro colore in eo-
dem folliculo uideant̃: & an maturitatis eoꝝ nota color ille sit: an potius inutilia & sterilia niger i-
dicet color. Laudata multũ antiquis ob uarias & multas utilitates pæonia est: & inter cætera cõtra
phantasmata quæ græci Ephialtas uocãt: de quibus & si Macrobius libro primo de somniu Scipio
nis longius egerit; nos tñ ex antiquoꝝ græcoꝝ historiis decretisq; breuiter de uno tantum hoc gene
re agemus: qui Ephialtem hunc uel ab huius noĩs homine dictum putant; uel ab eo q̃ credat ali-
q̃s inuadi se tunc ab aliquo. Id enim ἐφάλλεσθαι inuadere & insilire alteri est. Themison tñ a suffo
cando Pnigalionem noĩauit. Fit hoc malũ in continua crapola & stomachi cruditate. Acciditq; in
eo constitutis difficilis motus: torpidus in somno sensus: suffocationis in mente obuersatio: & uelu
ti ingruentis alicuius mali occupatio. Sequiturq; clamoris & uocis frustratio aut ĩcertus & indiscre
tus sermo. Quidam eos qui in se irruerint audire ẽt se credunt: & ab eis uenerem exigere: mox il-
los fugere: & his similia alia: quæ suauissime in quarto cecinit Lucretius dicens. Tollunt clamorẽ
quasi si iugulent̃ ibidem. Multi depugnãt gemitusq; doloribus edunt: Et quasi Pantheræ morsu
sæui ue Leonis mandant̃: magnis clamoribus omnia complent. Multi mortẽ obeunt; multi de mõ
tibus altis: Vt quasi præcipitent ad terrã corpore toto exterrerentur & ex somno quasi mentibus ca-
pti: Vix ad se redeũt permoti corporis æstu. Et hæc Ephialtæ in antiquis græcis & latinis scriptori
bus historia est: Quem uariis appellationibus antiquiores latini descripsere; ũt alii Phaunos ut Pli-
nius: alii incubos & Phaunoꝝ incuborũq; ludibria & oppressiones uocantes. Superstitiose enim ad
hæc moueri in quiete aĩos nostros ab his diis credidit antiqtas: cũ tñ auctoribus nõ tm̃ medicis ue-
rũ Macrobio ẽt quo diximus loco crapula & cruditate hoĩs id malũ fiat. Cui p̃cæperunt ueteres a
principio obuiam eundũ esse. Siquidẽ permanente eo crebroq; per quietẽ nos turbante grauius ali
quod nunciat̃ malum; qualia sunt attonitio; insania & comitialis morbus: cũ primũ in caput mali

Ephialtes
ἐφάλλεσθαι
Pnigalion
πνιγαλίων

huius uis ferri cœperit. Quæcunq; enim comitiales per diem & in uigilia eadem inquiete & nocte Ephialtici patiūtur. Non negligenda itaq; nocturnaꝝ huiuscemodi per quietem præfocationū remedia: Et inter cætera pæoniæ huius nigra semina illa quibus usa antiquitas est. Siqdem Paulus Aegineta his uerbis ea maxime ꝓbauit. βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ τῆς παιωνίας καρπός, κόκκους δὲ πέντε καὶ δέκα τοὺς μέλανας πιεῖν μεθ᾽ ὕδατος πίνειν διδόναι συνεχῶς. Quod est. Succurrit autē & his pæoniæ semen. Dandaq; sunt bibenda cōtinue in aqua seminis eius trita grana quindecim nigra. Non relinquemus & si nihil in ea re hic scriptor decreuerit: auctoribus antiquis græcoꝝ medicis: Galenoq; presertim Comitialibus ꝓdesse Pæoniā colloq; suspensam q̄diu ferat nō corripi eo malo hoīem. Verba eius testante Paulo Aegineta sunt. οἶδα δὲ ποτε παιδίον οὐδ᾽ ὅλως ἐπιληφθὲν ἐξ οὗ τῆς ῥίζης τῆς γλυκυσίδης ἐφόρει: Idest Ego aūt scio puerum nunq̄ comitiali morbo correptū q̄diu Pæoniam alligatā ex collo ferret. Cogitaueram de Pæonia agere incipiēs satis medicinæ factū a nobis in ea fore: si de nocturnis illis præfocationibus tm̄ diceremus. Verūtn̄ qm̄ in huiuscemodi maloꝝ cēsu & ordine Lycaona ēt & licanthropiā græcoꝝ medici numerant: Nec nobis de eo dicēdi melior posthac dabit̄ occasio cogitauimus cognatū ephialtæ malū illi cōiungere: breuiterq; legentes monere: A lupis quos græci λύκους uorāt lycaona & licanthropiā.i.hoīs in id aīal conuersionem dici: nō ut in poetis fabulosam: Sed ex atræ bilis furore in eius animalis mores humanæ mentis alienationē: Qua correpti hoīes p noctem domo egressi lupos in cūctis imitant̄: & donec matutino illucescat circa sepulchra defunctoꝝ plerunq; uagantur. Fieri id malum ex atra bile nouisse oportet: curandūq; eadem rōne qua & melancholici curant̄. Numerauerunt ueteres græcoꝝ medici has mali eius notas pallorē: oculoꝝ siccitatē: uidendi imbecillitatē: siccissimā linguā: nullā saliuā in ore: sitim: & sine remedio exulceratas tibias: qđ crebra p noctē eius partis offensione fit. Potuerunt græci ēt malo huic nomen fecisse: lycaonaq; uocasse ab Arcadiæ rege Lycaone: quem Naso primo transformationū suaꝝ libro a Ioue in lupū ob scelera sua mutatū finxit: Aut quod uero similius est ex humanæ mentis alienatione hac factā fuisse fabulam: prinsq; naturæ uitium fuisse mox quod solent hoīes alienis malis illudentes ad Theatrales plausus & poetaꝝ figmenta translatam fuisse rē. Quæ oīa longius dicta a nobis sunt ut intelligerent humaniores litteras profitentes: quæ in poetis ridicula multis locis leguntur naturales aliqñ causas habere: & in Nasonis lycaone illo oīa fere ex hoc atræ bilis uitio descripta fuisse: presertimq; cū ait. Territus ipse fugit: nactusq; silentia ruris Exululat: frustraq; loqui conat̄ &c. Quæ hic paucis cōplexus est lupos in cunctis imitātes dicens: solitudinē: tenebras: silentia noctis: ululatusq; eoꝝ intelligenda aliis relinquens.

Lycaon. Lycāthropia. λυκάων λυκανθρωπία

DIOS. DE Lithospermo herba. Cap. cl.

1 Ithospermon, Sunt qui Aegonychon: qui Exonychon: qui Leontion: q Leonticā herbam: qui Gorgoneā: qui Tantalitim: qui Diospyron uocēt. Daci Gonoletam: Romani Columbam appellāt. Sunt præterea qui ob seminis duritiem Herculeam herbam nominent. Ob quam causam Lithospermon ēt .i. lapidosum semen uocata est. Folia habet oleæ: longiora tm̄ latioraq; ad summam radicem eius iacentia. Ramulos uero rectos: graciles: crassitudine acuti iunci: quē Oxyschœnum dicunt: solidos lignososq;. In quorum summo diuaricati utrinq; prodeunt ueluti coliculi longa folia sustinentes: secusq; lapidosum semen est: rotundū: paruum: eruo æquale. Nascitur editis & asperis locis. Potest semen in uino albo potum uesicæ calculos frangere & urinam ciere.

INTERPRES.

1 Apidosam & qualē nos sæpe uidimus Lithospermi seminis duritiem prima & adiectæ illi tam multæ appellatiōes aliæ indicāt. Nihil.n. lithospermos aliud q̄ lapidei seminis herba est. Quæq; hanc sequunt̄ statim Aegonychos & exonychos: aut a caprinis ungulis q̄ lapidosa soliditate sunt: aut ab Onyche Alabastrite lapide factæ fuerunt: Nobis in posteriorē hanc sententiā inclinat aīus: qm̄ Plinius & hic sine diphthongo exonychon uocari dicūt: multoq; magis ꝙ Alabastritem lapidem candida duritie magis q̄ caprinas ungulas refert. Sunt tn̄ qui Aethonychon ab Aquilaꝝ unguibus dictā tradant. Sequūtur has leontium & leontica: quæ a Leonū fortitudine fieri potuerunt: presertimq; a capite eoꝝ quod huic aīali omnium alioꝝ fortissimum est. Gorgoneos & Tantalitis ꝙ Gorgonis aspectu in lapidem conuersa credat̄: & tantalitis ꝙ tantalidis Niobes modo lapideam deoꝝ ira naturam cōtraxerit. Theophrastus Diospyron inter segetes nascentē herbā aut hanc: aut huic similē indicat. Fecit eadem soliditatis rō ut herculea ēt diceret̄: facilis inuentu herba: tamq; certis notis ut nullibi legentes possit fallere Nos sæpe uidimus sed multo minore semine q̄ Plinius tradiderit: qui lib. xxvii. capite decimo magnitudine ciceris semina eius de

ſcribit. Quæ autem nos uidimus magnitudine grandioris milii erant. Cætera eadem illi & naturæ ſuoi. Necquicq̃ fœlicius in deſcriptione eius a Plinio dictum eſt q̃ cum dixit: rāius eſt decor uelut artificum arte inter folia indicantibus margaritis. Illis enim durina læuore rotunditateq; c pili me comparata fuerunt. Color tamen liueſcens in his ſeminibus eſt: Qui in margaritis cādidus paſſim uidetur. Sed hæc terreni cœliq; bonitas uariare facile poteſt.

DIOS. DE Phalaride herba. Cap. cli.

P

Halarin. Romani pariter græcis Phalarim uocant. Coliculos mittit Phalaris a radicibus quæ tenues & inutiles in ea ſunt numeroſos: longitudine duorũ palmorũ: geniculatos: Zeæ culmis ſimiles: graciliores tñ q̃ Zeæ: ſapore dulces. Semen haber milii magnitudine: candidũ & oblongũ. Poteſt tuſę herbæ expreſſus ſuccus mox in uino aqua ue potus ueſſicæ dolores lenire. Quin etiam ſemen pondere cochlearis cum aqua potum ad eadem facit.

INTERPRES.

O

Stenderunt nobis herbarii aliqñ uno tñ culmo magis q̃ caule aut calamo ex terra ſurgentem Phalarim. Veri oremq; Plinii q̃ ſcriptoris huius hiſtoriam fecerunt: qui Thyrſum habere tenuem longum ceu calamum eam ait. Hic tamen numero multitudinis καυλία πολλά quod eſt coliculos multos illi tribuit: Cætera omoibus eadem erant. Erant & in ea quam uidimus folia alternis hinc & hinc per interualla toto caule diſpoſita: & in ſummo cœruleus ſpicatus flos: ſed raris in ſpica illa floribus. Quod autem nos diximus duorum palmorum longitudine ea eſſe a Dioſ. διπάλαιστα dicitur. Bipalmes eos Barbarus dixit nullo diſcrimine iter Palæſtem: & Spithamen græcorum. Vtrunq; enim palmum ille uocat. Nos autem quoniam non eadem eſt menſura: ultimam illam Spithamem dodrantem aut quantum a ſummo pollice ad extremum minimũ digitum patet extēſa humana manus ſemper diximus. Priorem uero illam nunc palmũ dicimus auctore in græcis Iulio Polluce: in Latinis uero Vitruuio: quorum alter in ſecũdo Onomaſtici ſui Palæſtē his uerbis deſcribit. τῶν δὲ μετρῶν ἐστὶ μὲν καὶ δάκτυλος, δοχμὴ δὲ συγκλεισθέντες οἱ τέσσαρες δάκτυλοι καὶ δακτυλοδόχμη, τὸ δ' αὐτὸ παλαιστὴ θηλυκῶς καὶ παλαιστὴς ἀρσενικῶς. Quorũ ſenſus eſt. Io menſuris etiam digitus eſt. Dochme autem coniuncti ſimul cohærenteſq; quatuor digiti dicuntur. Dactylodochme itidem appellatur. Idem & Palæſtis genere fœminino & maſculino Palæſtes eſt. Ex quibus ratiocinari facile eſt nihil Palæſtem græcis aliud eſſe q̃ ſimul cōiunctos & cohærentes quatuor digitos. Quam menſuram Vitruuius tertio ſuæ architecturæ libro palmũ manifeſte uocat. Eamq; uocem in græcorum palæſte nos accæpimus: quemadmodum ĩ Spithame ex Plinio libro ſeptimo dodrantem.

δίπάλαιστος
Palæſtes
Palmus

DIOS. DE Rubia. Cap. clii.

e

Rythrodanon. Sunt qui Ereuthedanum radicē: qui Teuthrion: qui dracanon: qui Cinnabarin uocant: Aegyptii ſophobi. Thuſci Lappam minorem. Romani Rubiam ſatiuam dicunt. Radix ringendo apta rubia ē. Silueſtris altera: ſatiua altera: qualis in Galliæ Thabane & Rauenna Italiæ naſcitur. Seritur & ĩ Caria inter oleas: nec aliter in aruis ꝓuenit. Seritur autem utiliſſime ad annonā & uectigal: quod grande ex ea ꝓuenit. Coliculos habet quadrangulos: longos: aſperos: Aparinæ ſimiles: undiq; tñ maiores: ualidioreſq;: In quibus folia ſunt per interualla in ſingulis geniculis ſtellarum modo in orbem radiata. Fructum rotũdum: a principio uiridem: mox rubentem: poſtremo cum maturuit nigrum. Radix rubiæ eſt gracilis: longa: rubens: urinam ciens. Eamq; ob cauſam ſuffuſis felle cum mulſa aqua utiliter bibitur: coxēdicis doloribus itidē & reſolutis. Copioſam & craſſam ducit urinam: aliqñ etiam ſanguinē. Lauari tñ quotidie bibētes in balneo oportet: & excremētorũ ſuorũ diſcrimina contemplari. Succurrit & uiperarum morſibus radicis rubiæ ſuccus: ſimulq; foliorum potus: Minuit lienes ſemen in aceto mulſo potum. Quin etiam appoſita radix fœtus: ſecundas: & menſes trahit. Sanat eadem etiam uitiligines albas ex aceto emplaſtri modo impoſita.

INTERPRES.

Ectigal rusticæ plebi non cõtemnẽdũ tota Ethruria: Florentinoq; presertim agro ex non multo ipe rubia est: Noueruntq; eam pueri oẽs per hyemem quo tpe a rustico omni alio opere cessant radices eius paruo ligone in sepibus eruscantes: inuentasq; & effossas tingẽdis lanis utiles uẽdentes. Radices eã lanariæ officinæ simpliciter in gẽte nostra uocant. Reliquum uero uulgus q. asperitate sua tractata manibus picis modo hæreat manus piceantẽ nominat. Nihilq; mõ notius est: in sepibus & ut passim uidere licet umbrosis locis ubiq; nascẽtẽ. A rubore radicis quo lanæ & coria tingunt̃ factũ illi nomẽ est. Quẽadmodũ & a latinis ob eandẽ cãm rubiã dici ratiocinari facile est. Hic Erythrodanũ eadẽ in græcis noibus forma qua Myrtidanũ & Peucedanũ dicta sunt; appellauit. Theophrastus Ereuthodanũ nullo significationis discrimine: Siquidẽ Erythron græci rubrũ; Ereuthos aũt suborẽ uocant. Eadẽ coloris cã Cinnabari rubiã nocari fecit. Cur autẽ Lappã minorẽ thusci eandẽ dixerint coniicere facillimũ ẽ. Hæret.n. lappa & retinet quæ apphẽderit. Idipsum Rubiæ caules & folia agunt. Tractata enim asperitate sua hærent; & apphensa retinẽt. Et qm̃ minor & in cũctis aliis dissimilis rubia est: ideo minor lappa uocata fuit. Quodq; hic ait habere Rubiam Aparines coliculos &c. Nullam habet aliã cãm. Solaq; asperitas & hærendi uis quæ in Aparine ẽ: similẽ Rubiæ fecit. Mutauimus deinde ueteꝝ & melioꝝ codicũ fide adiuti qd' in Romana uoce dicebat̃ a Romanis Rubiam passiuam dici: Satiuamq; fecimus meliore & aptiore intellectu. Quæ deinde in Rubia numerant̃ a Dios notæ Quadranguli caules: Folia per interualla stellæ mõ in orbem radiata: Triplex in fructu color: oẽs naturæ respondent. Nec quicq̃ ex hac historia facilius inuentu: aut certius cognitu in sepibus & umbrosis locis alicui fuerit.

DIOS. DE Lonchitide herba quã nos Lãceolã dicere possumus. Cap. cliii.

Lonchitin. Sunt qui Cestron: qui Medusam: qui lanceolã uocent. Romani Veneream dicunt. Folia habet Lonchitis porro quod Platycarpon.i. lationis seminis aut fructus uocant similia: latiora tñ: numerosa & rubentia: ad radicem plurima & in terrã refracta: Habet & pauciora circa caulem. In quo flores sunt: pileoloꝝ forma comicis personis hiãtibus similes: ipsi qdem nigri: candidũ quiddam tñ ab hiatu oris ueluti lingula ad inferius labrũ exeritur. Seme cuspidi lãceæ simile habet: triquetrum in pericarpiis clausum: unde & nomen inuenit. Radicem siluestri pastinacæ quam Daucum dicunt similem habet. Nascitur locis asperis & siccis. Eius radix ad ciendam urinam utiliter in uino bibitur.

INTERPRES.

Dicerem ego neq; ab re forsan monstrante hoc ẽt natura nõ a triquetri seminis cuspidata forma: sed ab exerta in summo flore lingula Lõchitim græcis: Latinis uero Lanceolam dictã fuisse plantam de qua nunc agimus: nisi scriptoris huius: Pauli Aeginetæ & Plinii obstaret auctoritas. Quæ ut Homerus ait σὺν τεῷ ἐχομένῳ ꝑ orarulo cunctis futura est. Alioqn quã eius flos candida ex medio ambitus sui hiatu latam & in acutũ desinẽtem lingulam ꝑfert ferreæ in lãcea cuspidis nõ minus similẽ habet imaginem q̃ semen quod tribus angulis tota longitudine paulatim decrescens in cuspidem desinit. Veꝝ quod pauloante diximus ueteꝝ auctoritati cedendũ: & unde illi factum ei nomen uoluerunt id pro comperto habere alios etiam oportet. Egregius & speciosus Lonchitidis huius flos est: & qualẽ hic describit inuerso pileolo similis: colore in purpura nigro: Qui theatralis laruæ & histrionicæ personæ rotunditate sua formã referat; ex cuius medio quasi ex aperto & hiante ore candido colore se ꝑcofert ueluti lingua. Ob quã cãm aliqui Medusã & florem & ex eo plantam dixerunt: Gorgonis desecto capiti similem. Qua specie in antiqs monumentis monstri eius caput adhuc uidetur q̃ maxime ꝑcest aperto ore linguam exerens. Cur autem Romani Veneream dixerint non satis certum nobis est: nisi forte foliis Acoro quæ Venesca dicitur quadamtenus similis hæc fit. Quẽadmodũ quod nã lati seminis aut fructus porrum hic dicat: Cui Lonchitidis folia a principio statim comparat. Nullũ enim huiuscemodi porri genus in plantaꝝ historia aut medica materia auditur nisi forte capitatũ ea uoce intellexisse oporteat. Credimus postremo qd' in cũctis græcis pariter legit̃ τὸ σπέρμα τὸ ὅμοιον λόγχῃ τρίγωνον ἐν περοκαρπίοις nõ sic legendũ esse: sed περικαρπίοις, quæ uox in plantaꝝ disciplina certam facilemq; habet rationem. Sunt enim græcis περικάρπια cuncta illa quæ semen aliquod ambientia a cœli & animalium iniuriis id seruant & tuentur. Quod licet in leguminibus priuatim siliqua: in frugibus spica: in castaneis Echinus fit; in aliis uero aliis appellationibus indicetur; cõi tñ nomĩe cuncta hæc pericarpia dicuntur. Potuitq; is qm̃ nec siliqua nec huiuscemodi aliquid priuatim dici posset seminis

περικάρπιον Pericarpiũ

eius

eius theca cõmuni pericarpii nomine ea significasse: dicereq; semen lanceæ simile triquetrũ in pericarpiis.i.in theca inuolucroq; illo clausum quod ei ad tutelam seminũ natura dedit.

DIOS. DE Altera lonchitide. Cap. cliiii.

Onchitin alteram. Sunt qui lonchitidem aspetã. Romani lanceolã & hanc siue Calabrinam uocant. Scolopẽdriæ folia similia habet: asperiora tamen: maioraq; & pluribus incisuris diuisa. Vulnerarias uires habet: Inflãmationes arcet: lienemq; cum aceto pota minuit.

INTERPRES.

Coniunxerunt in græcis aliqui in latinis uero uetustissimi scriptoris huius codices superiori alterã lonchitidem hãc: Vnoq; capite de utraq; egerunt. Quod licet animaduertendũ & obseruandũ fuerit: Nõ tñ desiderandum nec tanti faciendũ quanti fuerat certiorẽ eius historiã ab hoc aut ab aliis audisse: Presertimq; un de lonchitis hæc dicta fuerit. Nobis de ea pro cõperto nihil est: eãq; ob cãm quæ nã uulnerariæ uires nobis in hoc capite sint breuiter dicemus. Ea siquidẽ uoce nos nihil q̃ uulnera glutinare & uulneribus mederi aliud significauimus. Eiusdẽ rei auctor in sexto Paulus Aegineta est. Qui de utraq; lõchitide hac agẽs ambas his uerbis descripsit. λογχίτιδος τῆς μὲν τὸ σπέρμα τρίγωνον ἐχούσης καθάπερ λόγχη ἡ ῥίζα παραπλησία τῇ τοῦ δαύκου οὐρητική ἐστι· τῆς δὲ τῷ σκολοπενδρίῳ προσεοικυίας τὰ φύλλα χλωρὰ μὲν τραυμάτων ἐστὶ κολλητικά, ξηρὰ δὲ μετ᾽ ὄξους πινόμενα σπλῆνας ἰᾶται τοὺς σκιρρουμένους. Quod est. Lonchitidis quæ semen triquetrum lanceæ simile habet radix Dauco æqualis urinã cit. Eius uero quæ Scolopendrio similis est uiridia folia glutinant uulnera: Sicca uero duratis lienibus medentur.

Vulnerariæ uires

DIOS. DE Althæa. Cap. clv.

Althæan. Sunt qui Ibiscum uocent. Romani pariter græcis althæã dicunt. Siluestris maluæ genus ẽ. Circinata folia orbicularis herbæ quam Cyclaminum dicunt modo & lanuginosa hẽt. Florem fert rosæ figura: caulem bicubitalẽ: radicẽ glutinoso lentore mollẽ: intus candidã. Nomen illi a multiplici remediorum potestate & usu factũ est. Siquidem in mulsa aqua aut uino decocta: aut per se tusa utiliter uulneribus iponit̃. Imponit̃ & strumis: & secundum aures abscessibus quos parotidas dicunt. Facit ad abscessus alios: mãmarum inflãmationes: sedis dolores: cõrusiones: oẽs oculorum tumoribus similes excrescentias & distentiones neruorum. Discutit.n. maturat: erũpit: & ad cicatricẽ perducit. Eadem & præmonstrauimus elixa: tũ suillo anserino ue adipe aut Terebinthina resina subacta contra præclusos inflãmatosq; fœminarum locos utiliter apponit̃. Præstat idem ut decoctũ eius quæ a puerperio naturæ ordine purganda sunt ducens. Bibitur & cũ uino radicis decoctũ. Prodestq; cõtra urinæ angustias: calculos: cruditates: dolores coxendicis: tremores: intestinorum tormina & rupta. Colluunt̃ radicis eiusdem in aceto decocto utiliter in dolore dentes. Exterit uitiligines & emẽdat altheæ semẽ uiride siccumq; tritum & ex aceto in sole inunctũ. Idem ex oleo inungitur ad præcauẽdas omnium quæ ictu aut morsu uenenũ relinquũt iniurias. Facit ad intestinorũ tormina: Sanguinis excreationes: fluores alui quos diarrhiã uocant: in quem usum bibitur decoctũ eius. Bibitur præterea in posca aut uino cõtra apiũ: uesparum: aliorũq; uenenatorum ict⁹. Quin ẽt folia ei⁹ ex exiguo oleo utiliter morsib⁹ & ambustis emplastri mõ iponũt̃. Coagulat postremo aquã trita radix aq̃ mixta: & p noctem sub dio habita.

INTERPRES.

Debuerat nr̃a ætate in maiore nõis & usus honore Althæa esse: Nec Maro quondam pecoris sui greges uiridi cõpellere hibisco ex quo tam honestã Græcia illi appellationem fecerat: ut sola hæc inter oẽs alias naturæ plantas a toto medicinæ usu indicaret̃. Siquidẽ nihil althæa græcis aliud est q̃ si a medendo medicã simpliciter dicas: Quibus ἄλθος in medicina pharmacũ remediũq;: & ἀλθαίνειν uerbũ mederi est. Nec aliter i Theriacis suis Nicander ἀλθήεντα aliqd sæpe appellat. Hanc Palladius in Octobri mẽse Hibiscũ dici his uerbis testat̃. Althææ hoc

est Hibisci folia &c. Vtiturq; ea ut uerbis eius utamur: ut ex molli forte uinum fiat Theophrastus siluestrem eē maluā lib. ix. de plantarū historia confirmat his uerbis. καὶ ἣν οἱ μὲν ἀλθαίαν οἱ δὲ μαλάχην ἀγρίαν καλοῦσι. Quod est. Et eam quā hi Althæam illi uero siluestrem maluā appellant. Galenus Anadēdromalachen uocauit quasi arboreā siue arborescētem maluā. Plinius diuersis locis. xix. xx. & . xxi. uoluminibus plura maluarū gña describens non satis certā earū historiā tradit. Nos græcos & hunc pͤsertim scriptorē secuti præcipua duo maluarū gña fecimus: Alterū secūdo: alterū tertio hoc uolumine tractatū: Nō ignorātes hæc ipsa a qbusdā iterū diuidi & in utroq; gñe satiuā & sponte sua nascentē numerari: In priore illa hortēsem qua in cibis ꝑ olere uterent & locis incultis nascentē: ut tunc in maluæ cōmentariorum nr̄is longius diximus. In posteriore hac siluestrē esse quæ duabus illis undiq; ꝓcerior sit: altiusq; a terra erigat: & in hortis consita arborescit: multoq; maiores flores nec minore ambitu rosarū profert. Verū tñ quæ artificio & opere humano meliorescunt diuersi gñis ob id censenda non sunt. Descripsit Althæan hanc Theophrastus eodem libro. Quodq; in nullo maluæ flore quod hactenus ipse uiderim aut ab aliis audierim luteum illi florem dedit. Nec nos scimus quō naturæ & aliis scriptoribus in malua color ille respōdere possit. Ostendit quot annis in omni malua natura inter luborē & purpurā splendentē florē. Hic ēt Rhodoides qđ est rosæ simile dici eē: neq; ad formā magis q̄ ad colorē referri id oportet. Quo fit ut peritioribus dirimendā inter Theophrastū scriptoresq; alios tam grauē litē relinquamus. Satisq; nū cerit quæ in extremo capite de Althææ radicibus tradunt ab eo cōfirmata his uerbis fuisse ostēdere πηγνύναι δὲ ὕδωρ τὴν τῆς ἀλθαίας ῥίζαν ἐάν τις τρίψας ἐμβάλλῃ καὶ θῇ ὑπαίθριον. quod est. Coagulare aūt aquā althææ radicē si quis tritā aquæ miscuerit & sereno cœlo subdio posuerit. Erant in hoc capite aliqua quæ melioꝝ græcoꝝ fide restitui in integrū & instaurari oportuit. Ea poterunt legentes collatis alioꝝ interpretū editionibus facile intelligere. Cū qbus non sunt mihi eadem oīa ēt: presertimq; ubi hic ait: Decocta. n. in mulsa aqua aut uino althæa &c. Illi enim ad succū & potū succi ptinere remedii eius rōnem opinati sunt. Cum tñ hic bifariā uulneribus & tam multis aliis malis mederi dicat: aut decoctā in mulsa aqua uino ue: Aut per se tusam: semper aūt impositam. Neq; n. remedio hoc intus curanda ea mala sunt: Sed cum discutiendi: maturādi: leniendi & inflāmationes arcendi uires habeat: foris in aliquē eoꝝ usum uulneribus: Strumis: abscessibus: mammarū inflāmationibus: aliisq; huiuscemodi imponi a Dios. iubeť. Deerat præterea uox ἀλγήματι quo loco legiť δακτυλίου θλάσματι. Integra. n. lectio est δακτυλίου ἀλγήματι, θλάσματι per se legenda oīa. Verterunt cæteri scriptoris huius interpͤtes ἐμφυσήματι: malum cui althæā hic mederi testať simplr inflatiōes: Idē ut uř opinati ἐμπνευματώσιν & ἐμφύσημα in græcoꝝ medicina esse. Cū tamē ἐμπνευμάτωσις iudicio nr̄o toto ut sic loquamur gñe ab emphysemate altero illo malo differat. Sitq; ἐμπνευμάτωσις flatus in interiore aliqua parte collectio ἐμφύσημα aūt non collectio flatus sed incrementū tumori simile quod nō aliter fiat q̄ cū oris spiritu impleť aliqd: idq; nomē ēt indicat: Nō fit nisi in oculo emphysema hoc. Diffinieruntq; ueteres græcorū medici ἐμφύσημα ὄγκος οἰδηματώδης τοῦ βλεφάρου. Quod est excrescentiā ciliōꝝ tumori similē Galenus m̄ in isagoge sua aliter docuit fieri emphysema cum repente tumefactus oculus maiorē cōtraxerit pallorem & inflāmationē: fieriq; in senibus plerūq; & æstate: & hæc græcoꝝ medicis emphysemata sunt nō inflationes simpliciter sed oculoꝝ tumores qua rōne illi docent facti: ideoque nos oculoꝝ tumoribus similes excrescentias diximus.

ἐμφύσημα Emphysema

ἐμπνευμάτωσις

DIOS. DE Alcea. Cap. clv.

a Lcean. Romani pariter græcis Alceā dicunt. Siluestris maluæ & hæc genus est. Folia habet Verbenacæ mō incisuris diuisa. Caules tres quatuorue corticem Cannabi similem habentes. Florem exiguum rosæ similem. Radices candidas: latas quinq; sexue: lōgitudine cubitali: quæ in uino aut aqua potæ ruptis & intestinorum torminibus medentur.

INTERPRES.

b Reuis in antiquis græcoꝝ medicis Alceæ huius historia & medicina est. Nec Plinius aliter a Dios. lib. xxvii. capite quarto de ea agit. Nos ēt quod illi adiiciamus non habemus. Illud tantum tacuisse nolumus in antiquissimis latinis codicibus cōiunctam superiori hāc esse: unoq; capite de utraq; agi. Quod fecisse congener earum natura uidetur.

DIOS. De Siluestri Cannabe. Cap. clvi.

c Annabim. Sunt qui Hydrastinan: q Siluestrē Cannabē uocent. Romani terminalim & cānabē appellant. Similes althææ uirgas ꝓfert: minores tñ: nigriores crassioresq;: altitudīe cubitali. Folia hēt satiuæ silia aspiora tñ & nigriora.

Flores

Flores rubescentes Lychnidi similes. Semẽ uero & radices altheæ. Lenit inflãmatiões: Tumores discutit: lapidosas durities quas græci poros dñr disiicir elixa Cannabis radix: tũ emplastri mõ ĩposita. Quin ẽt texẽdis funibus cortex eius utilis est.

INTERPRES.

g Vod postremũ in ultimo capite a scriptore hoc in cannabe laudatur primũ nr̃a ætas sibi fecit. Nec texẽdis tñ funibus corticem eius un lẽ sed linteoꝝ copiæ necessariũ sibi gentes aliquæ ĩaprĩdẽ oñderunt. Nouerũt Cãnabẽ gẽtes oẽs & paulo minus q̃ rura oĩa. Ob eam cãm nõ est nobis cũ sensu certãdũ. Et cuꝰ pñt oẽs sibi oculati eẽ testes describendũ a nobis non est.

DIOS. DE Cannabe Satiua. Cap. clvii.

c Annabẽ satiuã. Sunt qui Cannabion: quia texendis ex ea funibus Schœnostrophon: qui Asten on uocent. Romani Cannabim dicunt. Multæ utilitatis uitæ hominũ texendis ualidissimis ex ea funibus plãta est. Folia malo similia habet & ingrati odoris. Caules longos: inanesq;. Semen rotundum qđ maiore copia sumptũ geniturã extinguit. Ex uiridi ea expressus succus cõtra auriũ dolores utiliter instillatur.

INTERPRES.

Satis supioř capite de Cãnabe dcm̃ a nobis ẽ. id & satiuæ huic sufficiet. Nos ĩterim cætera pseq̃mur.

DIOS. DE Anagyri frutice. Cap. clviii.

a Nagyrin. Sunt qui Anagyron: qui Acopon: qui Agnacopon uocent. Romani pariter græcis Anagyrim dicunt. Frutex est foliis uirgisq; uitici æqualis: arborescens: grauissimi odoris. Brassicæ florem hẽt. Semen in filiquis lõgis renum figura: uariũ: non plane rotundum nec solidum. Duratur autem maturescente uua. Reprimũt tumores tria eius folia emplastri mõ imposita. Danť bibẽda eadem in passo suspiriosis & ad eiiciendas secũdas mẽsesq; & fœtus: Contra dolores capitis aũt in uino. Alligať anagyris præterea pendetq; ex collo in difficultate partus. Verũtamẽ a puerperio statim auferenda & abiicienda est. Discutit maturatq; radicis cortex: Et semen in cibo sumptum ualidissimas uomitiones facit.

INTERPRES.

f Loret Maio & Iunio mẽsibus grato inter alios frutices p siluas spectaculo Anagyris: multoq; flore quẽ flauum ex longinquo ostendit prætereuntium oculos facile in se cõuertit: & si abesset ingratus odor quo merito spretus damnatusq; est antiquorũ coronas primus nobilitasset. Fruticosa stirps magis q̃ arbor est. Nos tñ uidimus tonsura: putationeq; coactã ad legitimam arboris altitudinẽ crescere. Nullũq; florente ea lætius spectaculum aut siluæ aut agri si forte consita in eis fuerit ostẽdunt. Respondent naturæ omnia quæ in historia a Dios. illi tribuuntur. Cur aũt Acopon aliqui eã uocauerint nõ satis certã ex nominis interpretatione & ui rõnem habet. Acopa enim cõmuni nõie a græcis cũcta illa remedia dicta sunt quæ cõtra lassitudines in antiqua medicina conficiebanť: sic dicta qm̃ cõtra κόπους. i. labores in usu essent. Eorum aliquam cõfectionem docuit Celsus libro quinto. At inter uires Anagyris & usus nulla huiuscemodi est: nisi forte quia cõtra dolores capitis bibi præcipiatur & in difficultate partus alligetur id nomen ab antiquis herbariis inuenit. Quæ deinde Acopon sequitur Anacopos appellatio ex uitice & acopo facta est: qm̃ uiticis uirgas Anagyris habet. Diximus hoc capite bibi folia Anagyris ad pellendas in puerperio secũdas: Quod hic scriptor ἐκβολὴν χορίου dixit: non secũdaꝝ nomine usus: sed in eiusdem rei significatione quod alia appellatiõe indiceť. ὕστερα enim græci secũdas dicũt. Omnia quæ editum in lucẽ infantẽ statim sequunť: χορίον aũt quod ante puerperium tunica & inuolucrum fœtus sit. Quod auctore Galeno in diffinitionibus suis dictũ ideo sic fuerit q̃ χώρημα locum. s. & spatium fœtui det: uel q̃ nutrimentũ fœtui subministret: priusq; fœtu hoc esse: cõstareq; duabus uenis totidemq; arteriis & quinto quod Vrachum uocant. Quod naturæ artificiosum opus idem scriptor in Anatome sua his uerbis descripsit. Exeuntq; in interiorem eius partem (est autem illi de muliebribus locis sermo) uenæ q̃plurimæ per quas purgatur sanguis: Qui deinde facto conceptu cohibetur & in conformationem nutrimentumq; fœtus transfertur. A uenis enim Chorion hoc con-

Acopa

ὕστερα

χορίον

οὐραχός

stituentibus factæ uenæ duæ: & ab arteriis in eodem chorio arteriæ duæ & a neruis neruus unus si-mulq; coeuntia omnia Vrachum hunc cõficiunt: Qui ad fœtus umbilicum tota fœtura pertinet: & ex eo hæret pendetq; fœtus: Appellaueruntq; Vrachum q caudæ similis sit: Nostræ ætatis obstetrices quod ex eo in infantis umbilico relictum est translata a uitibus uoce traducem quasi farmentũ uocant. Chorion uero ut ex Galeno paulo ante diximus a captu fœtus dictum est mẽbrana inuolucrũq; illud quo fœtus ante partũ obuoluitur. De quo Pollux in secũdo Onomastici sui paucis & his uerbis egit. δύω δὲ περὶ τῷ ἐμβρύῳ χιτῶνές εἰσι. ὧν τὸ μὲν ἔνδοθεν λεπτότερόν τε καὶ μαλακώτερον ὂν ἀμνίον Ἐμπεδοκλῆς καλεῖ. τὸ δὲ ἔξωθεν ἐπ᾽ αὐτῷ τὸ πρὸς τῇ ὑστέρᾳ χορίον ὀνομάζεται, ᾧ καὶ ὀμφαλὸς ἐμπέφυκε. Quorum hic sensus est. Duo aũt circa fœtũ inuolucra sunt. Eorum quod in interiore parte ad fœtum est: tenuius & mollius amniũ quasi a mollitie agninũ dicas Empedocles id uocauit. Quod aũt in exteriore parte ad muliebres locos est Chorion dicitur: cui umbilicus fœtus adnectitur. Et hæc chorii ꝓpria in ueteribus descriptio fuit: quod scriptor hic pro secũdis omnibus hoc loco posuit. Idem περίαπτον δυσουροῦσιν ait Anagyrim hanc esse: periaptũ appellans qđ aliqua parte corporis alligatũ ꝑsertimq; ex collo pẽdet ad auertẽdũ maleficii noxæ ue alicuius periculũ: Quæ multa ex naturæ uiribus accæpta & obseruata habuit antiquitas: non tamen tam superstitiose ut nos facimus obseruata: qui contra omnes naturæ fortunæq; iniurias religione consecratũ huiuscemodi amuletum aliquod habere ubiq; uolumus.

Chorion χορίον

περίαπτον

Amuletũ

DIOS. DE Cepæa herba. Cap. clviii.

Epæan. Romani pariter græcis cepæam dicũt. Portulacæ similis cepæa est, Nigriora tamẽ habet folia: radicemq; gracilem. Bibuntur in uino folia eius utiliter contra uessicæ scabies: & urinæ stillicidia. Prodestq; his præcipue addito asparagi quem Myacanthum uocant radicum decocto.

c

INTERPRES.

Ortense usus cepæam esse uox ipsa & portulacæ similitudo indicauit: & si Plinius li. xxvi. capite. vii. in harenosis litoribus nasci tradat. Nullibi in græcis præterq̃ in scripture hoc de ea legisse memini: Non põt incognita aliter a nobis describi: ea ꝓpter qualem io græcis inuenimus eá legentibus tradimus illud tm̃ monentes scribere Pliniũ quæ ab hoc non dicuntur: Nigriore radice q̃ portulaca esse eaq; inutili: & ꝑter id gustu amarã: simpliciterq; cũ asparagi radice uessicis plurimũ prodesse: & ꝑter Pliniũ Paulum Aeginetam stillicidiis uessicæ utilem dicere: ue-non usibus: Sed his tm̃ quæ fiunt ut ille ait ἐπ᾽ ἐμφράξει. i. opplente urinæ iter obice aliquo.

h

DIOS DE Alismate herba. Cap. clix.

Lisma. Sunt qui Alceam: qui Damasoniũ: qui Acyron: qui Lyton appellent. Romani Damasoniũ dicunt: Folia habet plantagini similia angustiora tñ & in terrá reflexa. Caulis illi est gracilis: simplex: altitudine cubitum excedente: thyrso similis: capitula in sũmo habens: Flores habet tenues: candidos: & quadamtenus pallidos. Radices nigro ueratro similes: graciles: odoratas: acres: modice pingues. Aquosa amat loca. Vtilis in potu cũ uino radix unius aut alterius drachmæ pondere his qui marinũ leporem bauserint: Vtilis & contra rubetæ ranæ morsus: Potum opiũ: Tormina & intestinorũ tormina. In quem usum per se & cũ pari siluestris pastinacæ semine bibitur. Conuulsis itidem: muliebriumq; locorũ & præfocationibus accomodata est. Sistit præterea aluum berba: Menses trahit & tumores lenit emplastri modo imposita.

a

INTERPRES.

Amasoniũ Plinius. xxvi uolumine capite qnto alisma appellat: & si corrupta illic ea uox sit. Idem xxv. capite. ix. eandem alisma uocat: additq; Damasonion & lyron uocari: eandẽ appellationem cæteris modo præponens modo subiiciens: Nec aliis notis q̃ Dios. eam descripsit. Quod tñ hic θυρσοειδής: quæ uox thyrsi figura tm̃ significat: ille capite thyrsi ait duo breuius forte complexus q̃ exigeret sibi rei non satis nũc certæ intellectus: & thyrsi formã in caule ei' & in sũmo caule capitulũ. Thyrsum aũt hic intelligit uirgam potius q̃ hastá frondibus oestitã: q in orgiis & cætu Bacchi a comitibus eius gestaret̃. Nos ẽt quod a Dios. torminibus & intestinorum torminibus cũ pari Dauco prodesse Alisma dictum est cum pari femine eius diximus ex eodem hoc scriptore qui in Dauco semine tantum eius utitur contra tormina.

d

DIOS. DE Onobrychi herba. Cap. clx.

O Nobrychin. Sunt qui Onobrochilos: qui Eschamenen: qui Hypericon: q Corion: qui Chamępytin. i. humilem & coactæ breuitaris piceam: qui Brychelatā: qui Lopan: qui Iocinalen appellēt. Daci Aniassexe. Romani Opaiam uocant. Lenti folia similia habet longiora tñ. Caulem dodrantalem. Florē puniceum. Radicem paruam. Nascit̃ humentibus locis & incultis. Potest concisa herba emplastri modo imposita panos disiicere. Eadem contra urinę stillicidia utiliter bibitur: & cum oleo ciendis sudoribus inungitur.

INTERPRES.

N Ihil in Onobrychidis historia Dioscoridi Plinius addidit iisdem notis & uerbis. xxiiii. uolumine capite. xvi. eam describens. Nihil ēt in medicina Paulus Aegineta: amboq; ex hoc scriptore tñ eam tradiderunt. Neq; ex tā multis eius appellationibus unam saltē cōmentariis suis adiecerūt. Ex eo cōiicere licet nouas esse oēs & ex similitudine adiectas illi per tēpora fuisse. Nec nos quod pro cōperto cōstituere de ea ualeamus quicq̃ habemus. Herbarii qui aliqñ nobiscū egerunt uicinitate nois decępti cū onochile quæ ab asinorū labris dicta est miscēt: quēadmodū in Anchusis quarto uolumine non multo post patebit. Si uocis rationem nouisse aliqs amet nihil q̃ asini raditum Onobrychis significabit. Verum ut pauloante diximus nihil neq; ex hac neq; ex aliis causis de re & nomine pro comperto nobis est.

DIOS DE Hyperico. Cap. clxi.

H Ypericon. Sunt qui Androsęmon, qui Corion: qui q semē eius odore pineæ resinæ sit Chamæpytin uocent. Romani pariter græcis hypericum dicūt. Folia rutæ habet. Frutex est surculosus: dodrātalis: rubescēs: flore albo uiolæ matronali simili. Habet & siliquam nō adeo hirsutā: in rotūdo oblongā: magnitudine hordei: in qua semen nigrum clauditur: odore resinæ. Nascitur cultis locis & aspis. Natura hypico & uis ē urinā ciere. Menses trahit appositū: Finit tertianas quartanasq; in uino potū. Coxēdicis dolores sanat quadraginta diebus potum semen eius. Folia ēt cum semine emplastri modo illita ambustis medentur.

INTERPRES.

C Ommunes hyperico tribusq; aliis deinceps numeratis & descriptis plātis Ascyro: Androsæmo: & Cori notæ & partes aliquæ: congeneres & i aliquibus scriptoribus cognomines sibi inuicem plantas eas oēs fecerunt: priuatimq; huic aut illi debitas appellatiōes adeo miscuerunt ut nō secus q̃ Romæ quondā in adoptiōibus qbusdā factū est ut seruato antiq & proprii generis noīe adoptiōe qsitū alterum illud adiiceret: sic seruata hyperici appellatione: Hypericon Ascyron & Hypericon Androsæmon aliquando cōgeneres illi hæ plantæ a qbusdā uocatæ fuerit. Nec aliter posteriores latini de his tradiderūt. Græci tamē oēs priuatimq; hic scriptor seorsum de singulis docuere rectiore disciplina usi q̃ si uno capite simulq; de cūctis tradidissent. Quod enim genera rex & species dispescit exiguum semp est: qđ uero coniungit multum. Decetq; in his ꝓfessores oēs naturæ exemplo uti: & q̃ ea licet exiguis notis uariauit eos ēt alia & diuersa itelligere: nec miscere simul quæ discreta ea uoluit esse. Quæ aūt cōia quatuor his plantis: quæ itidē ꝓpria singulis sint facile rōcinari & colligere erit oium eax historiax in hoc scriptore diligentius obseruantibus. Nos breuitati cōsulentes ea relinqmus: monemusq; solum duo hyperici genera tantū facere Pliniū lib. xxvi. capite. viii. primum hoc qđ Corion uocari ait & quartū in hoc ordine quod mox a nobis tradetur corin dici ab eo traditum: contra ea quæ a scriptore hoc docentur dicente palam Ascyron Hyperici genus esse. & Androsæmon ab Hyperico & Ascyro differre tantum &c.

DIOS DE Ascyro. Cap. clxii.

A Scyron. Sunt qui Ascyroides: qui Androsæmon uocent: Romani pariter græcis Ascyron appellāt. Et hoc hyperici genus est: magnitudine differt: ramulis maiorib⁹: fruticosius: puniceo colore rubēs: foliis paruis: luteo flore. Semē fert Hypico simile: odore resinæ: & qđ digitis cōfricatū sanguineū reddit liquorē manus cruētātē: ob quā cām Androsæmō q̃si hūani sanguinis herbā ascyron aliq uocauerūt. Facit & hui⁹ semē ad coxēdicis dolores i quē usum bibit̃ indul-

eis aquæ cyathis duob⁹. Biliosa.n.multa excreméta ducit:oportetq; cõtinue biben dũ date usq; dũ cõualescãt. Facit preterea ad ambusta qbus emplastri mõ imponit.

INTERPRES.

f Eparat Plinius Ascyron ab Ascyroide duo eiusdem plantæ gñia facies.xxvii. uolumine capite quinto. Describitq; priuatim & ex ppriis utrãq; notis. Hic tñ unum quod bifariam uocetur Ascyron.s.& Ascyroides eẽ tradit:Nec alibi quod hactenus inuenerim Ascyroides aliquod Dioscoridi ẽ. Plinii tñ historia diuersitatis huius causam iodicat. Ait enim ille: Ascyron & Ascyroides similia sunt inter se sed Ascyros maiores habet ramos: qui Ascyroides uocatur ferulaceos &c Similia inter se Plinius duo hæc ait esse:& sola magnitudine differre: quæ qm̃ põt bonitate coeli terræq; fieri a Dios.neglecta est Vnũq; genus fecit qđ forte ante se herbarii alii duo fecerãt:quos secut⁹ Plinius diuersam ab hoc uĩ Ascyri historiã tradidisse. Quæ tñ una ĩ utroq; ẽ.

DIOS DE Androsæmo.i.humani sanguinis herba. Cap̃. clxiii.

a Ndrosęmon. Sunt qui Dionysiadem:& qui hanc ẽt Ascyron uocent. Romani pariter græcis androsæmon. Differt ab Hypetico & Ascyro. Frutex gracilibus ramulis:surculosus:puniceo colore rubentibus uirgis. Folia habet triplo quadruplo ue maiora q̃ rutæ:quæ cõfricata sanguinis colore liquorẽ remittunt. Alarũ caua habet numerosa:in summo alarum auium mõ pinnata. Circa quas flosculi parui sunt:luteo colore. Semen in caliculis claudit̃ nigro papaueri simile:ueluti punctis distinctũ. Resinosum odorẽ reddit confricata androsæmi coma. Huius ẽt semẽ tritũ:potũq; pondere drachmarũ duarũ. Biliosa & alui excrementa ducit. Sanat aũt coxendicis præcipue dolores: Verũ oportet post purgationem aquæ paulum sorbere. Ambustis preterea medetur herba emplastri modo imposita:& præter hæc sanguinem compescit.

INTERPRES.

f Aris sibi ipsi pro nõis sui origine & cæteris Dios.est: confricata digitis folia Androsæmi sanguinis colore liquorem remittere dicens:cõtra q̃ forte ex historia eius aliquis suspicetur:in qua hic πεφοινιγμένος τὰ ῥαβδία dixit:quod est puniceo colore rubẽtibus uirgis: Verisimileq; sit ubi rubeat rolor illic succũ sanguinis subesse Hic tñ post descriptas eo colore uirgas cũ de foliis egisset quæ triplo quadruplo ue maiora q̃ rutæ fecit:statim subiecit ἃ τριφθέντα αἱματώδη χυλὸν ἀφίησι:quod est:Sanguineũ succũ remittunt. Nec põt ex Grãmaticorũ legibus id nisi ad folia referri:Quæ Plinius quod ab hoc nõ dicit̃ alba esse tradit Habere ẽt numerosa alarũ caua Androsæmon Dios.ait in sũmo τεταρσωμένα:quod participiũ a nobis redditum est: alarum auium mõ pennata. In quo sciendũ primas in descriptione hac nr̃a alas significare nobis quas græci μασχάλας dicunt caua geniculosq; in plantis unde folia aut ramulorũ noua egredit̃ soboles:sumpta ab hominum alis translatione quæ in iunctura brachii cũ humero ab interiore parte caua sunt & quasi pube aliqua fruticant:De qbus latini poetæ cecinerunt Ledit te quædam mala fabula q̃ tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper:&:Cubat hircus in alis:& pleraq; alia: A quarum lacuna & pubis fruticatione græci in plantis alas dixeront:quæ nos paulo ante caua & geniculos diximus:Secundas uero ad auiũ alas non simpliciter:sed ad uolatũ apertas:& tota latitudine sua expansas quas græci ταρσοὺς uocant:& ab his facto uerbo tũ participio τεταρσωμένας:quod est: alarum in auiũ uolatu mõ expansas Vtit̃ hic ipse scriptor eodẽ hoc participio in Ebulo quæ quarto uolumine descripta est. Ex cuius figura qm̃ notior Ebulũ q̃ Androsemos est poterunt omnes rem facillime cognoscere Plinius in abiete eandem hanc foliorũ formam describens pennata uocauit. Nosq; eum imitati in Androsæmo alas non auium sed ut in plantis pennatas diximus.

Alæ hois
Alæ plãtarũ

DIOS. DE Cori. Cap̃. clxiiii.

c Orin. Sunt qui & hanc hypericon uocent. Romani pariter græcis Corim dicunt. Folia habet Ericæ similia:minora tñ pinguioraq; & rubentia. Dodrãtalis frutex est:sapore grato acer odoratusq;. Bibit̃ semen eius: mensesq; & urinã trahit. Succurrit Phalãgiorũ morsib⁹. Coxendicis doloribus: & in scapulas rigentibus:in quos usus in uino bibit̃. Cõtra febriũ aũt in accessione cum tremore algoribus addito pipere. Idẽ ex oleo in scapulas rigentibus utiliter inungitur.

Vndiq;

INTERPRES.

u Ndiq; totoq; corpore rubētē corin hāc nobis aliquot herbarii ostēderūt. Dico aūt undiq; & toto corpe foliis: ramulis: & flo⁊: doliolis. Hic tñ̄ rubere tñ̄ folia ait. Natura Corim rubentē toti fere ostēdit; ue⁊ inæq̃liter: aliquaq; parte magis: aliqua uero minus. Ob quam cām credimus & hunc & Pliniū ex ruboris abundātia rubere tñ̄ eius folia dixisse. Legebantur in græcis qui circū ferunt & in extremo capite remedia aliqua: quæ in uetustissimis & optimis ei⁹ gētis codicibus: & in latinis eiusdē notæ Serapioneq; nulla sunt. Ea nos ueluti adiecta relinquimus. Poterunt nihilominus ex aliis interpretibus nouisse ea uolentes.

DIOS. DE Chamæpity quæ Aiuga humilisq; & coactæ ad terram Breuitatis Picea a latinis dici pōt. Cap. clxv.

Hamæpityn. Sūt q Pityoryson: q Orizelon: qui Brioniā Siluestrē uocēt. c Pontus eā Olocyrō: Athenæ Ioniā: Euboia Sideritin: Daci Dochela: Magi sanguinē Palladis: Romani cupressinā & Aiugā siue Abigā dicunt. Serpit p terrā herba incuruę similis. Folia habet minori sedo similia: multo tñ̄ tenuiora hirsutaq; & circa ramulos frequentia odore piceæ: Flores paruos: colore luteo: Radicē Cichorii. Sanāt suffusos felle folia eius septē diebus in uino pota. Quadraginta uero dolores coxendicis in dulci aqua. Danť p̄terea iocinorosis: angustiis urinæ: renū cū urinę malo aliquo doloribus: priuatim his malis utilia & torminib⁹. Quin ēt pro Antidoto hac utunť cōtra aconitū in Heraclia incolæ decoctū eius ppinantes. Vtilis p̄terea cōtra p̄dicta macerata decocto eius polēta: mox emplastri mō imposita. Eadē cū caricis in pilulas subacta mox deuorata aluū mollit. Cū melle uero squama ęris: & resina coacta purgat. Eadem ex melle apposita muliebres locos purgat. Discutit & mānarū durities: Glutinat uulnera & q̃ serpūt cōpescit ex melle emplastri mō imposita. Est & altera Chamæpitys: ramis cubitalibus ancorarū mō inflexis: fruticosa. Similē p̄dictę comā hēt: Florē tñ̄ candidū: Semen nigrū: odore Piceæ. Est & tertia q̃ mascula appellatur: herbula foliolis tenuibus: candidis & hirsutis. Caulem hæc habet asperū: candidum: Flosculos luteos: Semina secus alarū caua. Piceam & hæc olet. Vires habent priori similes non adeo tñ̄ efficaces.

INTERPRES.

p Liniū imitati ante nos interp̄tes alii quocūq; loco nos piceā in hoc capite diximus ubiq; pinum dixerūt. Ille.n. xxiiii uolumine capite. yi. Chamæpityn describēs flore pinus & odore esse dixit. Idē nō multo post pityusam pariter describēs. Frutex ē̄ similis piceæ ait: eandē in duobus noībus græco⁊ pityn diuersa interp̄tatiōe ostēdens. Per cuius uestigia ingressus Barbarus eadē uarietate quā pityn primo uolumine piceā dixerat: hoc loco pinū dixit. Nobis quod semel primo uolumine dictū ,pbatūq; fuit seruare hoc loco ēt placuit: poterūtq; cupiētes ex nostra piceæ cōmentatione cās rōnesq; nominū huiuscemodi cognoscere. Quia Piceā olēt folia eius Chamæpitys dicta herba hæc est. Quæ ēt cā fuit ut tus terræ uocareť: qm̄ totius pino⁊ gn̄is resina tus olet: hæc aūt piceā. Triplex Chamæpityos huius genus est diuersis inter se partibus aliis; sed eodē piceæ odore; ob quā cām creuerūt p tpa tam multæ eius appellationes: aliis plantis aliis eas comparantibus herbariis: & ex his illis ue notis eas describentibus. Hinc primū Brionia: sed siluestris dicta est: maior hæc. s. & q̃ cæteris cōicato odore nomē ēt cōicauit. Hinc Romani rupressinā herbam uocarūt; tertiū genus eius intelligentes. Addidit huic appellationi Apleius in cōmentariolo suo de herbis colorem Cupressinā nigrā uocari scribens. Idēq; hoc genus idē Apuleius spiculā a similitudine uř noiasse. Plinius Aiugā uocari dicēs nullā nois cām reddidit. Apuleius p̄ter id Abigā uocari ēt indicauit q̄ ui sua ut hic ait aluū purget & in fœminis muliebres locos trahens q̃ illic moranť. Cur uero Pontus: Athenæ & Euboia aliis noībus eā indicarent nō satis certū nobis mō est. In descriptione flo⁊ primi generis q passim in græcis leguntť candidi uel lutei qm̄ duo⁊ generū nō unius flores imprudēter coniuncti illic fuerant alte⁊ nos colorē exclusimus Luteo siqdē flore primū & tertiū genus est; candido aūt secundū; at illic de primo tm̄ agebať: nec poterat in una eadēq; planta quod natura ubiq; cōstans non facit tam diuersus uariari color. Habuimosq; in eo adiutores uetustissimos latinos & græcos. Vti aūt Chamæpity hac contra aconitū testis in Alexipharmacis suis Nicander est scribens πολλάκι δ' ἢ μιδαὲς χειρὸς βάρος αὐτοκερὸς: παῦρα χαμαιπίτυος. Caricas etiam quas alii ficos uerterunt iisdem auctoribus exigenteq; rei necessitate nos diximus.

PEDACII DIOSCORIDAE ANAZARBEI DE MEDICA MATERIA. LIB. IIII.

Ribus bactenus libris Charissime Aree omnē tradidimus de Aromatis: oleo omni: unguentis: arboribus: animalibus: frumentaceis: oleribus: radicibus: succis: herbisq; & seminibus rationē. In hoc q quartus erit de reliquis herbis radicibusq; agemus.

DIOS. DE Vetonica. Cap. I.

Estron, Romani Vetonicam uocant. Cestron quod qm̄ frigidissimis inuenitur locis Psychotrophon nominatur: quodq; Romani Vetonicam dicūt herba est quadrāgulum: tenuem: altitudine cubitali & aliquādo maiorem caulem habens: Folia lōga: mollia: quernis similia per ambitum incisuris diuisa & odorata: Inter quæ maiora sunt quæ ad radicē uiuunt. In sūmo caulium semen est Satureię modo spicatum. Carpuntur folia eius siccanturq;: quorū frequentior usus est. Radices illi sūt graciles quales Veratri: quæ pituitosas uomitiōes cient in dulci aqua potæ. Dantur drachmæ pondere bibenda folia in dulci aqua aut simplici aq̄ Conuulsis: ruptis: contra muliebrium locorum affectiones: & strangulatu uuluæ procidentibus. Trium uero drachmarū pondere cū uini sextariis duobus cōtra uenenatorū morsus. Quin ēt emplastri mō imposita herba uenenatorū morsibus pariter ꝓdest: Prodest & cōtra uenena: In quē usum drachmę pondere bibit in uino. Eadē pręsumpta letalibus aduersatur uenenis: Vrinam pręter hęc cit: Aluū deiicit: Comitiales & furiosos sanat cū aqua pota. Bibitur hæc ipsa uniliter drachmę pondere Iocinorosis: Lienosis uero cum aceto mulso. Adiuuat concoctiones siquis fabæ magnitudīe addito despumato melle post cœnam eam deuorauerit. Datur eodem modo & acida ructantibus. Datur & cibum in stomacho non cōtinentibus ut commanducetur: expressusq; in cōmanducando succus deuoretur: moxq; temperatum aqua sorbeatur uinum. Datur & sangninem expuentibus trium obolo℞ pōdere in dilutæ uini potionis Cyatho uno. Coxendicis doloribus prodest cum aqua pota. Renum ēt cum urinę malo aliquo uesiceq; doloribus: cutem uero subeūtibus aq̄s drachmarum duarum pondere cum dulci aqua ubi febris sit: Vbi uero ea absit cum mulso. Emendat suffusos felle: Menses ducit drachmę pondere cum uino pota. Aluum purgat pondere drachmarū duarum cum dulcis aquę cyathis quatuor. Facit ad tabem quam gręci Phthisin dicunt: purulentasq; excreationes cum melle. Seruanda trita Vetonicę siccata folia in fictili sunt.

INTERPRES.

Emere nisi nota passim cunctis Vetonica eēt quotidie eā laudaret rustica & urbana plebs omnis: nunq̄ nō in extollēda boni alicuius multiplici potestate & usu Vetonica utilius dicere solita. Idq; a tam multis & tam sæpe fit ut cœperit iampridem nō secus q̄ in ꝓuerbio alio℞ bono℞ formula & exemplar quoddā gentis nræ herba hæc esse: cuius bonitate cuncta alia indicentur. Quodq; inter nos fit fieri inter alios ēt credentes (ubiq; enim easdem meret laudes) non erimus in descriptione eius longiores. Nec cur ueteres græci Psychotrophon eam uocauerunt prosequemur. Satis enim hic uocis eius cām reddidit Quod forte desiderauerit aliquis non relinquemus: A uarietate & copia remedio℞ Cestron a græcis dictam fuisse: qui multa alia una hac appellatione indicauerunt: Telum primo quod persico bello inuentū fuerit: Opus interpunctum acu ue pictū: Veneris & fœminarū ornatum: & si priuatim cestos hic dicatur: Libri præterea a uarietate subiecti ab aliquot græcis hoc titulo inscripti sūt. Sic ēt Plinius aliquādo Ebur cestrum idest picturatū dixit Latini ab inuentoribus cognominatam Vetonicā semper uocauerunt. Sunt autem Vetones auctoribus Geographis cunctis in Hispania primi Vetonicæ huius inuentores: si Plinio

Cestros

credimus

credimus xxv. uolumine capite. viii. dicenti. Vetones in Hispania eam quæ Vetonica dicitur &c. Non erit difficile plantas aliquas obseruantibus nouisse quodnam in Vetonica nos spicatũ semen quosq; spicatos flores dixerimus. Intelligimus enim primo flores tum ex floribus semina sic in sũmo caule disposita ut spicæ in frugibus formam ostẽdant: Qualis plantaginis & multaꝝ aliarum flos est. Multoq; minus quosnam acida ructantes indicemus. Nulli.n. non aliqñ id malum accidit. Videndum postremo quo loco hic ait folia Vetonicæ ὀδώδη.i. odorata esse. ὀδώδη ne an ἰνώδη legendum sit: qđ Venosa & fibris distincta significat: ut meliores græci oẽs habent. An uti aliquot ex melioribus utrunq; i. ὀδώδη καὶ ἰνώδη: quod est uenosa & odorata.

Spicatum semen
Spicatus flos.
Acida ructantes

DIOS. DE Britannica herba. Cap. II.

Britannicam. Romani pariter græcis Britannicam dicunt. Herba est siluestri rumici similia habens folia: nigriora tñ: hirsutioraq; sapore adstringẽte. Caulem non adeo grandem ex se mittit. Radicem tenuem: breuemq;. Exprimitur ex foliis succus: densaturq; in sole aut ad ignem. Vires adstringendi habet priuatim ad ea quæ in ore & tonsillis pascẽdo serpunt accomodatas. Facit & ad alia omnia quæ adstringi opus sit.

INTERPRES.

Vobus in diuersa humani corporis parte nõ leuibus morbis in Germanici Cæsaris exercitu trans Rhenũ ꝓmotis castris utilem primo inuentam fuisse Britannicã Plinius xxv. uolumine capite tertio ꝓdidit. Malaq; duo illa stomacaccem & Scelotyrbem uocauit: in ore alterum: in neruis simpliciter alteꝝ fieri dicens: Neq; ex intrinseco uitio corporis nexatos his malis imperatoris eius milites: sed hausta potaq; ex fonte aqua qui in eo tractu scateret: Cuius malefica ui intra biennium dentes deciderent: & in genibus cõpages soluerenť. Quod sane non mireť aliquis cũ Victruuios sui operis octauo uolumine Susis referat fuisse fonticulũ: ex quo qui bibissent dentes amitterent. Inscriptũq; sua ætate ad fontẽ eũ fuisse epigrãma: Cuius sñia esset egregiam ad lauandũ esse aquã sed eã si bibať excutere e radicibus dẽtes: Quod Epigrãma qm̃ iam pridẽ Victruuio restitutũ est a nobis non repeteť hoc loco. Et si q eum scriptorem imprimi curauerunt: per quos id ea re ꝑfecerint ambitiosius q̃ decebat dissimulauerint. Neq;.n. in Victruuio legi ca carmina poterant: quæ in multis eius auctoris codicibus aut nulla erant: aut trunca tamq; corrupta ut Oedipode uateq; aliquo non hois diligentia indigerent. Ea nos primi ex Isigono antiqssimo scriptore & ex cõmentario eius de aquis in lucem ꝓtulimus: liberalitatisq; nostræ hanc modo patimur pœnã: ut ab aliis didicisse uideamur: quoꝝ nos illis auctores fuimus. Eritq; expostulatiõis huius nostræ certissimũ argumẽtum qui superest nobis ex eodẽ illo Isigono non mediocris græcoꝝ Epigrãmatum numerus ꝓ plerisq; aliis aquis: quæ diuersa potestate diuersis locis a Plinio & Victruuio numerantur. Verũ satis dicta hæc extra rem nostram sint. Ad Britãnicã redeũdũ: quã ex Plinio dicebamus mederi neruis & oris malis quæ Germanici milites trans Rhenũ uitio aquæ contraxerant. A Strabone lib. xvi. non in Germania neq; ex uitio aquæ tñ: sed in Arabia & ex regionis eius fructibus in Galli exercitu pariter grassata esse eadem duo hæc mala in historia relatum est. Vocatq; ipse στομακάκκην καὶ σκελοτύρβην. Declarauitq; illam oris hanc crurum resolutionem quandã fuisse. Nos tñ in græcoꝝ medicina stomacaccem hactenus nunq̃ legimus. Videmus tñ uitiũ & maleficiũ oris eam significare uocem: & qm̃ ut græce loquamur κακίζει τὸ σόμα qđ est ori nocet sic uocatã fuisse. Plinius ad dentes eorũq; casum rem cõtraxit. Strabo non magis id q̃ aliud significauit παράλυσιν περὶ τὸ σόμα. i. resolutionẽ oris uel partium quæ circa os sunt dicens: Dios. ad ea quæ in ore & tonsillis pascendo serpũt: Scelotyrbem aũt alteꝝ illud malum quo Plinius ait compages in genibus solui Galenus in diffinitionibus suis his uerbis descripsit. Resolutionis genus Scelotyrbe est: qua recta totus ingredi homo nequit: sed aliqñ sinistrum latus in dextrum: aliqñ dextrum in sinistrum circũfert: aliquando crus post se trahit: non aliter q̃ ual de accliues locos ascendentes.

στομακάκκην σκελοτύρβην

¶ Sequitur Britannicam in cunctis fere græcoꝝ codicibus alterum Vetonicæ caput superstitiose & imprudenter huic scriptori adiectũ. Id in antiqssimis quos habemus Dioscoridis græcos latinosq; codices nullibi legitur. Nec uerisimile est post tractatam semel totam Vetonicã intercedente alio capite de eadem iterum agendum huic scriptori fuisse. Accedit his quod in plerisq; aliis etiam diximus: Nihil in hoc scriptore maiestate eius indignius: nec cui minus credere oporteat q̃ ubi superstitiosum aliquod: & ad relligionem nostram pertinens ab eo docetur. Poterunt legentes quod dicimus ex his quæ alii interpretes reddiderunt censere. Nobis non placuit relligionem naturæ miscere: & quæ tam longo interuallo distant in scriptore hoc eadem facere. Vana hominum mortalitas hæc primum infert: Mox imprudentia & salutis studium excipit: exceptaq; per manus diu feruntur: Nisi prudentior aliquis quod sapientes præcipiunt de genere in genus non transeundum esse alios monuerit.

DIOS. DE Lysimachia herba. Cap. III.

L Ysimachion. Sunt qui Lytron uocēt. Romani pariter græcis Lysimachiam appellant. Caules profert Lysimachia cubitales: & aliqñ maiores: graciles fruticososq;: In quibus tenuia in geniculis fruticant folia salici similia sapore gustum adstringentia. Florem habet rubentem: uel ad aurum inclinato colore. Nascitur palustribus locis & prope aquas. Confert foliorum succus cui adstringēdi uis est contra sanguinis excreationes & intestinorum tormina: In quem usum bibitur: & inungitur. Sistit etiam muliebres fluctiones appositus. Cōtra sanguinis ex naribus eruptiōes utiliter herba naribus inseritur. Vulneribus eadem utilis sanguinem compescit. Incēsa ad uaporem suffitumq; acerrimum ex se mittit fumum: quo fugentur serpentes & muscæ pereant.

INTERPRES.

E Sset aliarum oīum maxima uiri & uxoris in coniugio fœlicitas: frustraq; cecinisset in Satyra Aquinas poeta: Semper habet lites alternaq; iurgia lectus In quo nupta iacet: Si quod antiquitas sibi persuaserat: Discordantibus iumentis iugo impositam Lysimachiam asperitatē eorum coercere uerum natura saltē in hominibus ostenderet. Quod n. in eo carmine statim sequitur minimū dormit in illo mutata fortuna: solo caule eius stratis imposito in tranqllam ꝓfundamq; e dormiendā nobis quietē euaderet. Nescimus nos q̄ uerum id sit Columella certe in boum domitura ferocientiū taurorum adhuc tergora mero respergi iubet: quo familiariores bubulco fiāt. Sed hoc rōnem aliquam ex uini ui habet: Qua mulcetur oīum animantiū ferocia. Qua uero potestate Lysimachia id possit parum certum nobis est: Tradiderunt in græcis hoc aliqui in latinis Plinius libro xxv. capite. vii. Quod nos quale id comperimus docemus: Alioquin regiæ dignitatis herba hæc ē a Lysimacho rege inuenta: & ob hoc saltem amanda: Quamuis gentibus optabilem natura eam fecerit; tam multis morbis & uitiis remedio est: presertimq; sanguinis ex naribus eruptionibus. In quibus oportebit medicū diligentius animaduertere sanguinis ne eruptionibus in febre an ꝑ se factis ab ea parte Lysimachia hæc medeatur. Tota enim & efficacissimas adstringendi uires habet: ióq; his sanguinis ex naribus ꝓfluuiis quæ in febribus decretoria salutis erunt inutilis & periculosa.

DIOS. DE Mascula sanguinali herba. Cap. IIII.

P Olygonon Artbena. i. masculam. Sunt qui Polygonaton: qui Cynochalen: qui Heraclian. i. herculeam: qui Asphaltion. i. bitumiosum trifoliū: q Chiliophillon. i. millefolium: qui Clema. i. uiticulam: qui a copia seminis Polycarpon: qui Carcinethron: qui Teuthaliden: qui Myrtopetalon. i. Myrteum folium: qui Cnopodion: qui Pedalion: qui Stempbin: qui Muris unguem: q Proserpinacam uocent. Magi Herois sanguinē: Aegyptii Thephin: Aphri cuculum: Romani sanguinalem dicunt. Herba est mascula sanguinalis: numerosos: graciles: & teneros ramulos babens geniculis intersectos: graminis modo per terram serpētes. Folia rutæ illi sunt longiora tamē & molliora: & singulis foliis adnatum semen. Quam ob cām mascula appellat̃. Flores cādidi aut punicei. Adstringit refrigeratq; potus sanguinalis herbæ succus. Sanguinem expuentibus & alui fluoribus ꝓdest. Cholericis itidem & uessicæ stillicidio. Vrinam enim efficacissime trahit. Succurrit & uenenatorum morsibus cum uino potus. Bibitur & contra circulares febres una ante accessionem hora. Sistit idem muliebres fluctiones appositus. Instillatur purulentis auribus: & in dolore earum utiliter. Genitalium ulceribus egregie medetur cum uino decoctus addito melle. Contra stomachi ardores: sanguinis excreationes quæ serpunt: sacros ignes: inflāmationes tumoresq; & uulnera emplastri modo folia utiliter imponuntur.

INTERPRES.

S Anguinariā Plinius: Sanguinalē Columella græcam Polygonon nocant. Ille xxvii. uolumine capite. xii. Hic libro vii. capite. x. Nec fuit Romanis scriptoribus alia nois ratio q̄ ex ui &

usu eius qui sentientes sanguinem expuentibus: cruentisq; intestinorum torminibus eã mederi ex meliore hac ptãte nomen illi fecerunt. Græci cõtra a seminis copia uel geniculorum quos habet frequẽtia cognosci eã uoluerunt. Vtrunq; n. Polygoni uox significare põt. Siqdem genti illi gonos: genitura: & semen: Gony uero genu: & diminutiua forma geniculus ẽ. Quo pertinet quæ statim adiecta illi appellatio Polygonaton fuit ab eadẽ geniculorum frequentia & densitate facta. Nobis tñ in alterã partem magis inclinat animus. Credimusq; a copia seminis quondã sic appellatã fuisse. Numerauit & Plinius in Polygono aliquot ex his quæ nunc in Dios. leguntur appellationes Polygonaton: Carcinothron: Clema: & Myrtopetalon: quæ eas hñt causas quæ a nobis a principio breuiter indicatæ sunt. Vocari Halmada Plinius ẽt ait quod in scriptore hoc nõ legif. Dubitamusq; an Asphaltion in Plinio legi eam uocem oporteat: quæ aut a bituminis odore: aut a bituminosi trifolii: quod non multo ante descriptũ est similitudine fieri potuit. Potuit eadem Heraclea uocari a lẽtoris sui firmitate: qua Herois illius in laboribus & periculis patientiam æquaret. Vnde & Clema Sarmentum s. & uiticula appellata etiam fuit. Ex qua ut aliquibus locis Corigiola itidem dicitur: uulgaris nota omnibus: & ubiq; fere nascens herba: cuius præter a scriptore hoc numeratas in aliquibus scriptoribus aliæ appellationes etiam inueniuntur. Nosq; ex Apuleio quod legebatur Stopinaca Proserpinacam emendauimus. Indicante etiam id Plinio: qui eodem loco Proserpinacæ meminit. Sũt tamen qui non Proserpinacam sed Scorpinacam legi iubent q scorpionibus egregie aduersef. Cõfidentius præterea quod in scriptore hoc legebaf a Romanis Seminalem Polygonon Sanguinalem dicere maluimus: indicantibus id pluribus & primæ fidei latinis scriptoribus quos pauloante citauimus: & præter eos Celso etiam secundi uoluminis ultimo capite: cuius hæc uerba sunt. Herba sanguinalis quam græci Polygonon uocant. Neq; ab re: qm̃ ut pauloante testati sumus contra sanguinis eruptiones & pfluuia oĩa antiqua medicina multum ea uteref. Habet & alias uires ab hoc & ab aliis græcorum medicis herbariisq; desctiptas: quæ ex illis repetendæ sunt.

γόνος
γόνυ

DIOS. DE Fœmina Sanguinali herba. Cap. v.

P Olygonon fœminam. Romani Sanguinalẽ fœminã dicũt. Singulari caule exiguus frutex Sanguinalis fœmina est: tener: harundini similis cõtinuatis geniculis & in seipsos tubarum mõ farctis. Circa quos Piceæ similia folia in orbem exeunt. Radix illi inutilis est. Nascitur aquosis locis. Adstringendi refrigerandiq; uires habet iisdẽ oĩbus quibus antedicta utiles: sed minore efficacia.

INTERPRES.

Q Votquot hactenus uidere Dioscoridis græcos codices licuit in extrema capitis huius parte eodem intellectu & iisdem uerbis ostendunt Fœminam Sanguinalẽ herbã in cunctis masculа minus efficacẽ & ignauiorem esse. Plinius ẽt eodem libro & capite historiã & medicinam eius tractans inefficacius q̃ superiora (plura n. Polygoni genera ille fecerat) hoc genus ẽẽ ait. Solus Paulus Aegineta in vi. Polygoni uires numerans contra & his uerbis decreuit. τὸ δὲ θῆλυ τοῦ ἄρρενος ἰσχυρότερον: quod est. Fœmina aũt mascula ualidior & efficacior est. Quo fit ut oporteat: quẽadmodum & Plinius indicat credere diuersas ex sexu Polygoni notas oĩbus locis & gẽtibus nõ fuisse easdem: Sed uariatis appellationibus quæ græcis uerbi causa mascula Sanguinalis erat latinis fœmina esset. Sicq; e diuerso Plinii cuius ætate uaga hæc noĩa etiam erant uerba hæc in primo genere sunt. Qui plura genera Polygoni faciunt hanc marem intelligi uolunt: Idq; Dioscoridi conuenit. Mox paulopost. Nec non inueniuntur qui hanc fœminã esse dicãt: quod Paulo Aeginetæ cõuenit. Qui fœminam potentiorem mascula dicens sexus notam hanc ex aliorum indicatiõe tradidisse uideri debet. Eamq; ob cãm nihil in huiuscemodi nisi facto prius periculo certum cõstitui modo potest: tam multis locis & gentibus res aliquando: nomina aũt semper uariant.

DIOS DE Polygonato herba. Cap. vi.

P Olygonaton. Romani pariter Græcis Polygonaton dicunt. Nascitur in montibus cubito longior frutex. Folia Lauro similia habet. latiora tamen & maiore lęuore. In gustu simile qddã Cotoneo malo aut punicæ reddũt. Sensui enim adstricto sapore occurrunt. Nascũtur in singulis foliorum germinationibus cãdido colore flores plures: maioreq; numero q̃ folia quæ a radice in hac plãta usq; ad summũ nascunt. Radicẽ habet Polygonatos cãdidam: mollem: longã: geniculis plenã: hirsutam: graueolentem crassitudine digitali: quæ faciat ad uulnera emplastri mõ imposita. Emendat eadẽ uultus maculas quas græci spilos dicunt.

INTERPRES.

I

Nter Polygoni genera quæ a Plinio plura ex aliquoꝝ historia numerant̃ Polygõatos hæc refertur Nobis tñ toto genere differre hæc ab illa uidet̃. Iacet n (quod præcipuũ inter eas discrimen sit) & graminis modo per terram spargitur polygonus. Polygonatos aũt cubitali & fere semper ꝓceriore caule erigitur. Vidimus nos quinto & sexto deinceps foliorũ ordine ad eam altitudinem surgentem: quæ a radice statim exiguis interuallis per caulem usq; ad summum uirebant laurinis ut hic ait similia. Flores ipsi non uidimus. Iampridem enim Augusto mense defloruerat herba quæ nobis prolata est. Nulloq; magis inditio q̃ radice Polygonatum se ostẽdebat: quæ longitudine pedali: colore albescente: frequẽtioribusq; q̃ in gramine geniculis turgebat. Vtq; coniicere licuit nihil polygono congenerem multis hãc fecit q̃ geniculoꝝ par similisq; in utraq; frequentia Verumtamen ut paulo ante dictum a nobis est exceptis his diuersa in polygonato & alia a Polygono cætera nobis uisa sunt.

DIOS. DE Clematide. Cap. vii.

c

Lematida. Sunt qui Philetærion: quia folioꝝ Lauri figura: quã folia eius habent Daphnoides: quia Myrthi folioꝝ magnitudine Myrsinoides: q a Polygoni sarmẽtis Polygonoides appellẽt. Romani pariter græcis Clematida uocant. Nascitur in Aegypto clematis hæc. Viticulas habet breues crassitudine iunci. Folium breue: Lauro figura coloreq; simile: multo tamen breuius. Finiunt intestinorum tormina fluoresq; alui quos diarrhiam uocant: caules foliaq; eius in uino pota. Sedant eadem muliebrium locorum dolores ex lacte rosaceoq; aut ꝓ rosaceo Ligustrino unguento pessulus apposita. Commanducata dentium dolorem mitigant. Contra uenenatorum morsus utiliter imponuntur. Feruntur præterea aspidũ morsibus in aceto pati utilitate bibi. Prouenit Clematis hæc pinguibus quidem sed incultis locis.

INTERPRES.

Viticulæ

n

Erisimile est: ex his quæ in græcis latinisq; legi & obseruari adhuc possunt plures diuersis gentibus quondam clematides fuisse: specie quidẽ & aliqñ genere diuersas: uno tñ & eodẽ noie indicatas: qm̃ eadem in cunctis uiticulaꝝ forma sit Dico aũt Plinii Palladiiq; uerbo utens uiticulas non uitium palmites & sarmenta: sed ex eoꝝ similitudine in aliis plantis ueluti flagella. Qualia in cucurbitis cucumeribusq; cunctis passim uident̃ per terram iacentia: aut si ꝓpe arbores & frutices sint: eos scandentia: suisq; clauiculis quasi manibus uitium modo hærentia: Quæ uox licet insueta sit: non spernẽda tñ: dum quod uolumus docemus. Quod huiuscemodi ẽ. Theophrastus libro .v. de plantaꝝ causis a principio statim cum de plantaꝝ plantatione ageret: docebat principiũ aliqd hr̃e oẽs unde regenerent̃: idq; uariis appellationibus in uariis plantis uocari. Sũtq; eius hæc uerba οὐδὲ γὰρ πᾶσι κοινὸν ἀλλ᾽ ἔνια προσηγορίας τινὰς ἔχει καθάπερ θαλλία κράδη, κλῆμα. Quæ sic uerta aliqs. Nullũ aũt cunctis cõe nomẽ est. Sed habẽt quædam priuatim aliquas appellationes ut Thallia: Crade: & Clema. Quaꝝ prior illa in olea dicit̃ surculus q depactus in terra nouam oleam ꝓducere potest Secũda in fico ad eundẽ usum ficulneũ sũmum ramum significat. Tertia in uitæ palmitem sarmentũq; illud: quo depacto ut p̃cipiũt rei rusticæ scriptores noua uitis sub terra apprehendit. Nec est græcis Clema aliud q̃ latinis palmes: Sarmentum: & malleolus diuersis tẽporibus & ex diuerso usu diuersis uocibus indicatum: Cui qm̃ natura primũ est nisi pedamentum aliquod aut ꝓpinquam stirpem apprehendat in terram decidere: & si apprehenderit clauiculis illis suis tenacius hærere nomẽ cæteris eiusdẽ naturæ plantis dedit. Vtq; ipm Clema

Clema

sic illæ clematides dictæ a græcis sunt. Latini in uitibus ut res & tẽpus exigit diuersis uocibus id indicauerunt palmitẽ: sarmentũ: flagellũ: malleolũ: traducem aliisq; uocibus indicantes. In cæteris uero plantis quæ Clematis rõnem haberent uiticulaꝝ noie usi sunt. Plinius .xxvii. uolumine capite vii. in historia eius quam ampelon agriã græci uocãt quæ Diosc. Clemata dixit uiticulas his uerbis reddidit. Ampelos agria uocatur herba foliis duris Cineracei coloris uiticulis longis. Palladius in Martio in cucumere ea uoce usus est cum ait Aliqui florem cucumeris cum uiticulæ suæ capite. Viticulam in cucumere flagellũ & si sic dicere licet sarmentũ quod græci Clema dicũt appellat: & a quo Clematides in plantaꝝ censu græcis dictæ oẽs illæ sunt: quæ suis uiticulis per terram serpunt: & cũ possunt clauiculis propinquas stirpes scandũt. Quæ multo plures duabus his sũt quæ a Diosc. hoc loco docent̃: nam Plinius tres duobus locis numerat Potuecuntq; & aliæ quondam numerari. Sed nos quas in hoc scriptore cogimur: latinis tñ reddimus. Primumq; ĩ priore hac quã Plinius Aegyptiã cognominari ait monebimus: non tñ auctore eo: sed melioꝝ græcoꝝ fide nasci

in Aegypto eam dixisse. Corruptus.n &nullo intellectu legebat locus ille Verumtamen eorum quos diximus ope instauratus facile est. Et ut certiora in historia eius oia essent nõ ueriti sumus in adiectis illi appellationibus aliis: quarum & Plinius meminit obiter & quasi in decursu causas & rationes earum addere Sic enim cognitu facilior inuenire eam uolentibus erit.

DIOS DE Altera clematide. Cap. viii.

c Lematida alteram. Sunt qui Epigetida uocent. Aegyptii Philacuon. Romani Ambuxũ appellant. Viticulam ex se mittit rubentem: uitilium modo lentam. Folium habet quod acerrimũ in gustu sit: & exulceret. Circumuoluit se: scanditque arbores hederæ quam Smilacẽ uocant modo. Tritũ semẽ eius in aqua mulsaue aqua potũ per inferna bilẽ & pituitã trahit. Pellunt lepras folia emplastri modo imposita. Ipsa sale cum lepidio conditur & seruatur ad cibos.

INTERPRES.

f Visse quondã plures Clematidas quod superiore capite longius dictũ a nobis est Plinius manifeste xxiiii uolumine capite xv indicat. Sed exceptis duabus his non ueras fuisse clematidas alias. Sed sola uiticularum rõne hoc nomẽ uenisse testes in græcis hic scriptor primũ qui nullam aliam in Medica materia stirpem hoc noie describit: mox Paulus Aegineta lib. vi. his uerbis utranque describens. Clematis quã alii Daphnoides: alii Mirsinoides uocant uiticulam hẽt lũgam crassitudine iũci quem Oloschoenũ dicunt: folium uero lauri &c Altera aũt quæ arboribus Smilacis hederæ modo aduoluitur &c. Fuerunt q posteriorẽ hanc conuoluulũ crederent. Cuius flores lilia candore & amplitudine æmulaores certare cũ nobilissimo flore uoluisse uidenẽ: quos etiã Plinius aliqñ dixit rudimentũ naturæ esse lilia facere cõdiscẽtis ubique & omnibus notissimos: Verum ex huius historia in qua rubẽtes uiticulæ illi assignant cõuoluulo cõuenire nõ uidet. Tacuisse pterea de floribus qui tam egregia specie in conuoluulo florent aliã ab illo Clematida esse arguit Nobis inclinat animus Smilaci congenerẽ clematidẽ hanc esse Non tñ p cõperto hoc decernimus. Quod autẽ hic ait uocari Epigetida humilẽ terrestrẽque significat facto a terra: quã græci gen uocant nomine quasi terraneã dicas: qm̃.s. nisi alias scandat stirpes per terram spargitur.

DIOS. DE Polemonia. Cap. ix.

p Olemonion genere neutro. Sunt qui Philetærion uocent. Cappadoces a multiplici potestate Chiliodynamin dicunt. Romani pariter græcis Polemoniã appellant. Ramulos habet graciles: pennatosque. Folia paulo maiora q̃ rutæ: oblongiora tñ ad Polyguni & Nepetæ longitudinẽ. In sũmo ramulorum uelut Corymbi sunt: in quibus nigrũ semen est. Radix cubitalis alba lanariæ herbæ radici similis. Nascit̃ montanis & asperis locis. Bibit̃ radix eius in uino contra uenenata: intestinorum torminarum: urinæ angustias: & coxendicis dolores in aqua. Lienosis uero cum aceto drachmæ unius pondere. Alligatur & radix eius contra scorpiõum ictus. Quin etiã ferunt non uulnerari ab eis eam habentes: & si uulnerauerint non nocere. Finit eadem cõmanducata dentium dolores.

INTERPRES.

c Ertauerunt quondam inter se p humanu genere beneficiis reges Nec quod potentiori utilius foret gloriosum sibi existimauerunt. Sed quod Deus monet: mortalem mortales iuuare unã hanc sibi ad æternitatis gloriam uiã aperientes quæsierũt: non in gentiũ suarum fortunis augendis & ornandis tñ occupati: sed in excolẽda ad sanitatẽ hoium uita quotidie laborantes: honestissimoque certamine inuenti remedii alicuius gloriã sibi inuicẽ auferẽtes: & si opus esset bella ẽt ob id gerentes. Dum uult humani beneficii auctor solus primus ue hic aut ille esse Hinc Gẽtiana: *Lysimachia*: Eupatoriũ: pluresque aliæ plantæ sunt auctoribus suis cognomines & inter alias Pulemonia hæc seruato sibi a certamine & bello nomine: quod antiquissimi reges iter se certarũt: dum inuentionis eius gloriã sibi ambo uendicarent O tẽporum & gentiũ illarum fœlicitatẽ: quibus p salute uiium cunctis postea seculis bella fierent: nõ ut imperii sui alienæ ueru seruitutis causa tam multa uirum sub signis millia ducta Vna dies daret exitio: perirentque simul gentes & cum gentibus bonæ artes. Quarum cõtinua ex multu tpe iactura antiqui illius studii & ingenii uix idolon & spectrũ aliquod nr̃a ætate nobis reliquit: presertimque in deprehendenda & ostendẽda digito antiquorum

medica materia. In qua quantũ licet nos laboramus. Nescimus tñ quo pfectu: Officiosa certe uolũtas non deest: urgetq; in Polemonia hac ut moneamus legentes: quã hic & Plinius dixerũt in Cappadocia a multitudine uiriũ χιλιοδύναμιν: quod est mille uires hñtẽ uocari in antiqssimis græcorũ & latinoꝶ scriptoris huius codicũ q mihi sunt nõ chiliodynamin: sed Chelidoniã manifeste legi. Nõ cõuellẽda tñ ob id duoꝶ scriptoꝶ tam certa auctoritas & fides. Ob eam cãm & nos ex cõi lectione uocẽ uertimus. Illud cõtra in dubio est: dissidẽtq; Dios. & Plinius in radicis historia: Hic ait πηχιαίαν esse quod est cubitalẽ: Plinius xxv. uolumĩe capite vi. Polemoniã describẽs ait Cappadoces Chiliodynamin uocãt: radice crassa: quasi nõ πηχιαίαν sed παχεῖαν legerit. Nos neq; in græcis: neq; ĩ latinis aliter q̃ cubitalẽ legimus. Plinius tñ uel sic forte psuasus uel uocis uicinitate deceptꝰ p cubitali crassam reddidit: nisi forte qđ hic ait Lanariæ herbæ radici similẽ ad crassitudinẽ ille retulit. Diximus id qm̃ nõ parui refert in deprẽhẽdẽda Polemonia cubitalẽ aut crassam radicem obseruasse.

DIOS. DE Petræo Symphyto herba. Cap. x.

S Ymphyton cognomẽto Petræum. Romani pariter græcis Symphytum uocant. Nascitur in petris Symphitum. Ramulos habet origano similes gracilesq;. Capitula ut thymi. Tota est lignosa & odorata plãta sapore dulci & saliuã puocante. Radicẽ habet longã: subruffam: digitali crassitudine. Purgat pulmonum uitia planta hæc in mulsa aqua decocta: tum poto decocto illo. Daẽ cũ aqua ẽt sanguinẽ excreantibus: & cũ urinæ malo aliquo renum doloribus. Bibitur contra intestinorum tormina & rubras fœminaꝶ fluctiones in uino elixa: In aceto mulso aũt cõtra cõuulsa ruptaq;. Eadem cõmanducata sitim arcet: Faucium asperitãtibus accomodata est. Glutinat recentia uulnera: & intestinoꝶ ramices coercet em plastri mõ ĩposita. Quin ẽt carnes cũ coquunẽ addita folia constipant.

INTERPRES.

Q Væ est constipãdi cõsolidandiq; egregia utriq; Symphyto uis nomẽ illis in græcis id fecit. In posterioribus aũt latinis incõcinne qdem sed apta significatione cõsolidam uocari eãdẽ persuasit. Et qm̃ duo saltem genera eius sunt. Alteꝶ de quo nũc agimus: qm̃ in petris nascitẽ Petræũ antiqtas nominauit. Alteꝶ uero simpliciter Symphyton. Iactant tñ præter hæc nostræ ætatis herbarii plura alia consolidæ genera se inuenisse: quæ medicis & illis censenda relinquimus. Dioscoridem in latinum facimus nõ oĩum alioꝶ dicta & decreta coaceruamus: presertim duo & hæc tñ genera Symphyti tractãte ẽt Paulo Aegineta: qui hẽe hoc Symphyton ait aliquid quod incidat ideoq; purget quæ in pectore & pulmonibus purulenta concreuerũt. Hẽe ẽt aliquid quod adstringat: qua ui sanguinis excreationibus medeaẽ: Habere humiditatem qua sitim arceat: Discutere p̃terea: constipareq; corpora: & ne longiores simus ex contrariis aliquibus uiribus constare: Quibus coerceat descendentes intestinoꝶ ramices & rubentes fœminarum fluctiones: quæ Galeno in diffinitionibus suis sunt: cum quod fluit quale nuper iugulatæ uictimæ sanguis est fuerit: Intercurrũt grumi sanguinis: dolor adest: febrisq; cum crepitu dentium: & in genitalibus ipsis imoq; uentre dolor. Quales aũt fœminaꝶ fluctiones hæ sunt dictũ primo uolumine a nobis in turis cortice est Dictum & in Amaracino unguento de toto ramicũ genere priuatimq; de hydrocele. Nunc aũt ex eodem Galeno priuatim de Enterocele dicetur: quam ille ait esse intestini in alterum naturæ locũ paulatim aut simul & uno impetu descensum. Primitiuasq; descensus eius causas esse aut hominis nimium conatũ aut ictum. Quæ uero præsens: p̃sens faciat malũ laxationẽ aut disruptionẽ.

Rubræ fœminaꝶ fluctiones Enterocele

DIOS. DE Altero Symphyto. Cap. xi.

S Ymphyton alterũ: Sunt qui pecton appellent. Romani Solidaginem uocant. Caulem duũ cubitorũ altitudine: & aliqñ maiorem ex se mittit leuẽ: crassum: angulosum: Sonchi modo concauum. Circa quem folia sunt nõ magnis interuallis distantia: hirsuta: angusta: oblonga: ad linguæ bubulæ quã buglossum uocant folioꝶ figuram accedentia. Habet & caulis secus angulos illos exilium & cauli adiacentium foliorũ a singulis alarum cauis eminentes productiones quasdã. In qbus flores lutei sunt: rutæ similes: & semen quale Verbascus habet. Habent præterea totus caulis & folia supercurrentem asperam lanuginem: quæ manibus tractata pruritum excitat. Radices illi sunt foris & in superficie nigræ: intus

candidæ: & glutinoso lentore molles: quarum usus tm̃ est. Bibunt̃ tritæ utiliter sanguinẽ exspuentibus. Prosunt pariter & ruptis. Glutinãt emplastri mõ impositæ recentia uulnera. Constipant & carnes cũ coquunt̃ illis additæ. Cõtra inflãmationes sedisq; p̃cipue utiliter emplastri mõ cũ Senecionis herbæ foliis imponuntur.

INTERPRES.

n Ouitia & posteriorũ tẽporũ uox Solidago est: qua hic a Romanis Symphytum indicati tradit ex re facta eadem forma qua in latinis multa alia in plantis passim audiunt̃ Trixago: plantago: cunilago: & in metallicis Plũbago: & in aliis rerũ generibus plures aliæ. Quemadmodũ in græcis Pectos qua candẽ hanc Symphyton a qbusdã uocari pariter Dios testat̃ Facto a uerbo πήγνυσθαι noie quod densari concerni: & in glaciem gelari est: Oẽs a Symphyti ptãte rationem habent: cui natura est solidare & in duritiem densare: quod toto capite hoc ubiq; paret: & ex qua ut hic ῥηγματίας mederi ait Nõ uulneratis (Id n paulopost ab eo dicit̃) Sed simpliciter his qbus dissectũ aut ruptũ quocũq; modo intus aliquid fuerit: quos hic ῥηγματίας uocauit eodẽ mõ quo τραυματίας dicunt̃. Nos genere neutro rupta diximus: qm̃ nõ poterãt rupti sic ut uulnerati intelligi hoies. Dicem⁹ & de ruptis simulq; de cõuulsis cũ primũ se nobis iterũ occasio offeret. ῥηγματίαι τραυματίαι

DIOS. DE Olosteo herba. Cap. xii.

o Losteon. Romani pariter græcis olosteũ dicũt. Breuis herba ẽ Olosteũ tribus quatuor ue digitis supra terrã se extollẽs. Folia uiticulasq; hẽt cornicis pedi herbæ aut gramini similia. Quibus adstringẽdi uis est: Radicẽ capilli modo tenuissimã; aspectu cãdidã lõgitudine quatuor digitorũ. Nascit̃ in tumulis. Potest & hæc carnes cõcocta illis cõstipare. Bibitur ad rupta utiliter in uino.

INTERPRES.

e X aduerso græcis Olosteon herba hæc dicta est Toto corpore n & undiq; osseam uox illa significat. Cũ tñ tenerior & fragilior ea sit; longeq; ab ossium duritie discesserit. Quæreodum in ea quonãmodo triũ aut quatuor digitorũ altitudine eam hic dicat a terra extolli: & an digitos per longitudinem cõtinuatos: an ut in antiquorũ palmo erant per crassitudinẽ cõiunctos & sibi suppositos indicet. Nobis in posteriorem hãc partẽ inclinat aius. Nã quatuor digitorũ p longitudinẽ mẽsura aliis poterat & debuerat uocibus indicari. Suspicamur ẽt nos quo loco hic ait λευκὴν τῷ εἴδει: quod redditum a nobis est aspectu candidam: quodq; a Barbaro dissimulatũ est: qm̃ nõ cõuenire huic scriptori phrasis ea uideret̃ aliter legi quondã potuisse: λευκήν. s p se i candidã: mox quod est τῷ εἴδει οἰνώδη i. uinoso odore in græcis nihil reptũ huiuscemodi est Istñ quẽ nos habemus uetustissimũ latinũ Dios. odore uinosam habet Licetq; uni tm̃ & barbaro testi cõtra oẽs alios credẽdũ non sit. Nihilominus mala & insolita huic scriptori uerborũ phrasis scrupulum hunc mihi iniecit; neq; ab re penitus monuisse hoc fuerit: ut si forte uinosus hic in radice Olostei odor natiuus sit ex eo ẽt deprehendi herba possit Dubitare p̃terea Plinius psuasit scribẽs usũ eius ad rupta & cõuulsa esse perire Dios potuisse cõuulsa: ῥήγματα. n. tm̃ quæ rupta sunt ille numerat. Nec male in hac re hærebit aliqs qñ semp fere simul cõiungunt̃ in medicina & remediis rupta & conuulsa; nihilq; in hoc scriptore frequẽtius ῥηγματικοῖς σπάσμασι. i. ruptis & conuulsis est.

DIOS DE Stæbe. Cap. xiii.

f Tæben. Sunt qui Stæbion. Romani Stæben dicunt. Nota ubiq; herba ẽ. Adstriugunt folia eius & semen. Ob quã cãm & in intestinorũ torminibus decoctũ eius clystere infunditur: & in purulentis auribus instillatur. Prosunt emplastri modo imposita folia suffusis sanguine ex ictu oculis: & sanguinis eruptiones compescunt.

INTERPRES.

p Hleon duobus locis uocari a qbusdam Stæben hanc Plinius testatus est: primũ. xxi. uolumine capite. xv. his uerbis. Quædam in folio habent & in caule ut phleos quam aliqui Stæbem appellauere. Mox iterũ xxii uolumine capite. xi. Stæbe quam aliqui Phleon uocãt. Videturq; nobis Theophrastũ ubiq; appellare. Is n inter aculeatas Phleon. vi. de Plantarũ historia numerat: & inter eas quæ folia secũdum spinas p̃ferunt: quales in palustribus Tribulus: & in arida Ononis est. Et Stæben lib. i. de plantarũ historia inter fruticosa & quæ carnosum folium hñt. Ari-

stophanes ēt in Comœdia cui titulus Ranæ est inter palustres numerat dicēs. μᾶλλον μὲν οὖν φθεγξόμεσθ' εἴ ποτ' δὴ ἡλίοις ἐν ἀμέραισιν ἡλάμεσθα διὰ κυπείρου καὶ φλέω χαίροντες &c. Quod est. Quin igitur magis inclamabimus q̄ siqn̄ in apricis diebus saltauimus per cyperum & Phleon exultātes. Ranæ.n. palustria animalia carmen id in eo poeta canebant Quin etiam Plutarchus in naturalibus causis Sic.n. cōmentarium eius quoddam inscribitur secūdo capite cū quæreret: cur cœlesti aqua magis q̄ quauis alia nutriantur sub terra semina inter palustres plantas phleon hanc numerauit. Ex his igitur quæ collecta undiq; a nobis sunt conicere rōcinariq; oportet eandē Stæbem & phleō palustrem: aruleatam: & carnoso folio esse herbā. Qua in texendis thoris uterent̄ antiqui: ex quo usu στοιβὴν eam dixerunt Collectionē.s. eius in unum & herbæ hoc genus: cui proprium & ex natura nomen Phleos primū fuerit: ex usu aūt postea Stæbe: quia πρὸς τὰς στιβάδας.i. ad thoros ea uterentur: tam facili lentore ut uestes auctore Herodoto ex ea ēt fierent: Pausania uero capiendis auibus retia Memmerūt Phleo huius & alii: Oium tn̄ ex his quæ nos obseruauimus hæc summa est: ut eadem Phleos & Stæbe sit ultimūq; hoc nomen ex usu factum illi fuerit: prius uero illud a fœcunditate φλοιοῦν.n. græci fructus & seminis copiam dicūt: quo Phleos hæc abundat Eius folia hic scriptor ait emplastri modo imposita sanguinis eruptiones compescere Vertimusq; nos & ea uoce reddidimus quam græci αἱμορραγίαν uocant De qua auctore Galeno in diffinitionibus suis sciendum est Copiosi sanguinis effusionem eē Hæmorragiam ubi grandis exitus fit circū fluentis: Vbi uero per angustum luctatur ut in secta uena fit iaculi instar psilientis. Differtq; Hæmorragia.i. eruptio sanguinis ab Hæmorroide q̧ hæmorragia copiosi & cum impetu sanguinis effusio ē: Hæmorrois uero paulatim & per interualla stillicidii modo sanguinis exitus.

[Margin: αἱμορραγίας Sanguinis eruptio Hæmorroides]

DIOS. DE Clymeno. Cap. xiiii.

C Lymenon. Sunt qui Calycāthemon: qui Periclymenon: qui Eliophyes: qui Epatitim: qui Smilacem: qui Anatolicon: qui Dyticon: qui Aerginē: qui Clymenion: qui & Agonon idest sterile appellant: Aegyptii oxyou: Romani Inuolucrum siue Inuolucrum maius dicunt. Quadrangulum ex se mittit caulem fabaceo similem. Folia plantaginis figura. Folliculos habet in summo caule duos sibi inuicem annuētes Iridi & polyporu cirrhis similes. Præstātissimū Clymenon quod in montibus natum fuerit. Exprimitur ex toto una cum radice succus: q̧ contra sanguinis excreationes: cœliacos & rubentes fœminarum fluctiōes utiliter bibitur refrigerans & adstringens. Sanguinis ex naribus eruptiones compescit. Quin etiam folia concisa folliculi ue recentibus uulneribus imposita usq; ad inductam cicatricem medentur.

INTERPRES.

R Egiæ dignitatis herba Clymenos est: & ab inuentore rege sic appellata: Non aliter q̄ & pleræq; aliæ a Dios. hactenus & a Plinio diuersis locis ex antiquoꝝ historia descriptæ fuerūt: Eam pluribus indicauerūt ueteres appellationibus: inter quas ex plantæ ipsius natura: notis: & antiquoꝝ in eā obseruationibus factæ aliquæ sunt: Qualis Calycāthemos est. Significat.n. q̄ in Calyce floreat Dixerūt aūt in floribus antiqui Calyces inuolucra illa qualia in rosis sunt: qbus dehiscentibus in sua folia se flores pandūt. In Clymeno aūt hac calyces folliculos eos intelligebāt: de quibus hic paulopost egit Periclymenos uero confuso mixtoq; ob similitudinem rum ea quæ sequitur nomine Heliophyes deinde cur uocaretur: indicat Theophrastus. ix. de plantaꝝ historia uolumine: qui cum de radicum sectione in herbis ageret: numeraretq; in huiuscemodi ueterū superstitiones aliquas ait ἐνίας δὲ πρὶν ἥλιον ἐπιβάλλειν ὄρθιον καὶ τὸ καλούμενον κλύμενον: quod ē Quasdam etiam secari priusq̄ sole illustrētur: qualis est quæ Clymenos uocatur. Significat enim Heliophyes: quod a nascente sole &c Eodem pertinet & Anatolicū. Solis.n. exortum græci anatolas uocant. Eodem & dyticon: quod occasum eiusdē sideris indicat Vaga.n. in antiqua superstitiōe hæc noīa fuerūt: aliis noctu: aliis per diē fodiendā Clymeni radicem dicētibus Smilacem a figura hederacei folii quidam eandem dixerunt. Sed ea Periclymeno competit appellatio Hæc enim plantaginis folio est: illa aūt hederæ. Quēadmodū & Romanoꝝ inuolucrum Siqdem Periclymenos non clymenos a Dios propinquis stirpibus aduolui dicitur. Quod postremo inter has appellationes legitur Clymenon quod & Agonon.i. sterile uocant totum ex Periclymeno est: ut tunc certius ex hoc ipso scriptore & Theophrasto patebit: Qui solam Clymenon in suis plantis cognouisse uidetur. Pliniusq; eum secutus ob hanc cām contra Dios decreta duarum plantarum historiā & medicinam grauiter miscet lib. xxv capite vii. in alud uolumē dilata Periclymeni historia & medicina. Quo.n. loco nos diximus Theophrastū manifeste secutus est Clymeno de sterilitate tribuentem quæ

[Margin: Calyces florum]

tem quæ hic Periclymeno:xxvii.deinde uolumine capite.xii.Dioscoridem. Quemadmodũ utriusq; scriptoris conferentibus locos cognoscere facile erit. Habere hic Clymenon ait in summo cau le folliculos Iridi similes:nec facile intelliget aliquis:cui Iridis parti & quando folliculos eos com paret: Nisi in utraq; planta rem obseruauerit:& in Iride tempus quo flores inuoluti periculorum figura surgunt nondum in folia sua se pandentes. Tunc enim Clymeni folliculis his maxime simi les sunt:tumente in medio longitudine & in acutum desinente.

DIOS. DE Periclymeno. Cap. xv.

PEriclymenon. Sunt qui Aegmen:qui Clymenon:qui Carpathon: q Splenion:qui Epatitin:qui Alsinen maiorem:qui Clematitin: qui Myrsinon: qui Calycanthemon uocent. Magi ueneris pileolum: Aegyptii Tucon: Aphri lanath: Romani Inuolucrũ maius. Breuis & simplex frutex est. Folia per interualla habet eũ uestientia:albido colore:hederæ figura. Habet & secus folia germinationes quasdam in quibus semen hederæ simile est: Flores candidos fabarum floribus æquales:modice rotundos. Foliis ueluti superpositos. Semen durum & quod difficile uellatur. Radicem crassam:rotundamq;. Nascitur in atuis ac sepibus: propinquis fruticibus se aduoluens. Cum maturuit lectum semen eius tum in umbra siccatũ ad minuendos lienes drachmæ pondere quadraginta diebus in uino bibitur. Finit & eiusdem exti dolores. Prodest in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus. Prodest & singultiennibus. Cruentam a sexta die urinam trahit. Facit ad celeritatem partus. Habent easdem uites & folia. Feruntur hæc triginta sex diebus pota sterilitatem in uiris facere: & in circularibus febribus ex oleo inuncta earum horroribus opem ferre.

INTERPRES.

Ommunes Clymeno & Periclymeno ut uidere omnibus facile est adiectæ illis appellationes aliquæ sunt. Earum meminisse itecum superuacuum est. In aliis quæ in Periclymeno tantum leguntur laborasse non facile fuerit:presertim nobis qui ingenue fatemur nihil pcomperto de ratione earum habere. Id tantum monere possumus Clematitim Periclymenum dictam ab aliquibus fuisse:quoniam aliarum modo quæ uiticulas habẽt propinquis stirpibus se aduoluat:quemadmodum longius in utraq; Clematide dictum pauloante est. In medicina non fuerit ab re contulisse legentes:quæ a Plinio aliter potius q̃ alia de Periclymeno traduntur lib. xxvii. capite.xii. Nos enim breuitati consulentes ea relinquimus:ut interim rationem reddamus cur uertentes illud ἀγόνους ἐργάζεσθαι ποιεῖν in uiris addiderimus ad solos mares cõtracta sterilitate. Quod a Theophrasto acceptum est:qui libro nono de Plantarum historia agens clymenon: periclymenon scilicet hanc intelligens facere id his uerbis ait. ἀδυνατεῖν δέ φασι γεννᾶν κἂν ἐάν τις τοῦ κλυμένου τὸν καρπὸν συνεχῶς τριάκοντα ἡμέρας ἐν οἴνῳ λευκῷ συλλέξας ὅσον χοίνικα πρὸ ἴσον ἀν' ἑκάστην ἡμέραν πίῃ. Quæ de uiris manifeste & in hanc sententiam dicta sunt. Ferunt etiam generare non posse: siquis Clymeni semen continue triginta diebus in uino albo συλλέξας ὅσον χοίνικα: genere masculino colligens ait miscens Choenicis mensuram tantundem singulis diebus biberit. Subiectiq; statim. Si enim integram hanc potionem absoluerit penitus sterilescere. Persuasit id etiã Paulus Aegineta libro sexto suæ medicinæ Periclymeni semen dicens σπέρμα ξηραίνειν πιστὸν μόνον &c. quod est: potum Clymenum semen quod uiri creditur tantum esse siccare. Facere ad partus celeritatem Periclymeni semen hic etiam ait ὠκυτόκιον esse id dicens:non tamen qua ui & quo usu id possit declarauit. Veteres græcorum mediri incidendi calefaciendiq; uires folia eius & semen habere dixerunt Oportebitq; ex his & difficultatis moræq; in partu causis remedio hoc uti. Fiunt autem auctore Galeno in diffinitionibus suis trifariam difficiles partus a prægnante. a fœtu: & ab extrinsecis: A prægnante bifariam animo scilicet aut corpore male affecta: Verbi causa: dolore: Zelotypia: affectione ue alia: Angustiis ue aut obesitate muliebrium locorum: aut si tunc primum mulier parit: tabe ue quam atrophiam græci dicunt: quæ fit cum non nutritur corpus: & loci muliebres emacuerint. A fœtu; si enectus in utero: aut geminus: aut monstrosus fuerit. Ab extrinsecis: intensa hyeme: aut ardentissimo calore.

DIOS. DE Tribulo. Cap. xvi.

T Ribolon. Sunt qui Bucephalon: & Taurocerota. Romani tribulum aquaticum uocant. Duplex eius genus est: Terestris alter portulacæ foliis tenuioribus tantum: uiticulis per terram stratis. In quibus spinæ sunt duræ: sapore acerbo. Nascitur hic secus flumina & in domorum areis. Est & aquaticus alter in fluminibus proueniens comam tantum supra aquam extollens: spinam uero aquis occulens. Folia huic sunt latiora pediculo longo. Caulis in summo crassior q̃ in fundo. Sunt illi & capillamenta quædam spicarum forma: Fructus eadem qua alteri soliditate. Adstringunt ambo refrigerantq;. Inflãmationibus cunctis emplastri modo imponuntur. Ex melle oris uitia quas aphthas dicunt: tonsillas: & oris exedentia ulcera & gingiuas sanant. Exprimitur ex utroq; ad oculorum medicinam succus. Bibitur calculosis utiliter ex uiridibus expressus amborum succus. Terestris uero potus drachmæ pondere & emplastri modo impositus uiperarum morsibus priuatim succurrit. Letalibus uenenis idem cum uino utiliter bibitur. Enecat pulices inspersum eorum decoctum. Saginant thraces etiam Strymonis fluii accolæ uiridi tribulorum herba equos suos. Fructum uero dulcem & nutriẽdo aptum sibi pinsunt pro pane eo utentes.

INTERPRES.

Q Vod maxime in Tribulo contemplatᷣ aliquot locis Theophrastus cuspides & aculei sunt: quos priuatim & a cæteris alio naturæ ordine in fructu plãta hæc profert: dico autem fructum quod ille pericarpion uocat semen claudentem thecam. In hoc.n. non ut fere aculea omnia in caule ramis: foliis ue: aut secus folia cuspides rigent: Sed in eo quod ad cibum homini aliquot locis: ubiq; autem ad tutelam seminis in tribulo natura protulit: Qui tam notos locis oĩbus natales habet: ut naturæ fortunæq; uexationes quibus iactatur humanum genus ab eo nomen inuenerint: nisi forte non a tribulorum aculeis quocunq; modo ceciderint ad ictum semper infestis. Sed a tribularum in areis tritura Christianæ tribulationes dictæ fuerint. Meminit utriusq; uocis Maro in Georgicis suis: Alterius inter noxas agrorum & pestes. Alterius in instrumento rustico. Notissimi in eo poeta uersiculi sunt. Lappæq; Tribuliq;. Et paulopost. Tribulæq; trahæq;. Quæ uox a. N. Marcello libro de generibus nominum neutro & fœminino genere declinari dicitur: fœmininoq; in Marone legendam quẽadmodum in Varrone libro primo de re rustica neutro. Nominis causa & origo in altera a terendo est. Alteram græci a triplici cuspide sic appellauerunt. Eadẽq; rõne bucephalon quæ uox bubui ũ caput significat: quasi formã eius referat duobus cornibus & rictu eandem triquetrã & tricuspidem figurã oñdentis. Signauimus folita nobis uitii nota locũ in hoc capite: q̃m male uiderent nobis in tribuli natalibus cõiũgi & æquari flumĩa & domorum areæ. Nec uerisimile ẽt quod aquis gaudeat: ideoq; secus flumina nascatᷣ. Siccis locis & inter rudera nasci. Male legi aliquid illhic credimus: sed nescientes quid qualeq; sit legentes tantum in eo monuimus.

DIOS. DE Saxifraga. Cap. xvii.

S Axifragam. Sunt qui Empetron. Romani Saxifragam uocant. Surculosus frutex est asperis locis & in petris nascens: Epithymo similis. Bibitur in uino decocta utiliter stillicidio uessicæ & singultientibus. Calculos uessicæ frangit & urinam cit.

INTERPRES.

P Eregrina græcis & aliena uox Saxifraga est. Indicantq; id quæ ad compositionem eius coaluerunt simul nomen & uerbum Romanæ uoces: & quæ nõ aliter q̃ in ossifraga aliquorq; aliis Romanorum huiuscemodi uocibus herbam significent: quæ saxa frãgat. Nec quærimus modo dicta ne sic fuerit: quia in petris nascens suo ortu eas disrũpat: an q̃a hõis calculos in uessica frangat. Potuit enim modo recipienda hoc nomine in medica materia sit ab utraq; uel alterutra causa sic indicari. Illud potius cogitãdum. Verisimile ne sit græcos: quorum prior ætas: & medicæ materiæ antiquior disciplina fuit in eius appellationibus aliorum: & posteriorum uocibus usos fuisse.

fuisse. Nos certe a grãmaticis sæpe audiuimus: & re ipsa ẽt deprehendimus multarum uocum latinis auctores græcos fuisse: nullius autem latinos græcis. Vt. n. Aristophanes in Pluto ait οἱ μὲν γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα καὶ ἡμεῖς μὴ ὁρῶντες: sic etiã in his uerisimile ẽ nihil a latinis græcos accæpisse doctrinarum omnium auctores: & qui multo antea medicam materiam nouerant & docuerant q̃ Romanæ gentis fortuna & imperii eius maiestas liberam tunc gentem ut postea fecit relictis propriis alienis uocibus uti coegisset. Accedit his q multo fœliciores in cõponendis ad certiorem rei alicuius significationem uocibus græci q̃ latini. Vt saxifragã romani dixerant sic cõpositã huiuscemodi aliqua uoce uti & ipsi potuissent. Nec negligendũ illud ẽ in suspitione capitis huius est solam in toto hoc opere primam & a prĩcipio propositam audiri Romanam uocem: tamq̃ inopes in appellanda hac herba fuisse græcos: ut nisi Romana uoce eam indicassent: nulla sibi futura esset. Ex his dubitauimus diu: neq̃ adhuc animo cõstituimus quid de saxifraga hac dicendũ nobis sit. Si negemus Dios. esse hoc caput cõtra græcos latinosq̃ codices oẽs & posteriorũ decreta id erit. Vbiq̃. n. audit hoc caput: non tñ eodem modo. Sunt enim in quibus non saxifragon uerũ saxiphagon legit. Essetq̃ facilis uitii & instaurationis coniectura: si ex plãtæ huius quorũcũq̃ ea sit medicina & in uiribus erodendis absumendisq̃ camibus: quod saxiphagon significat aliquid nomini responderet. Sed nihil huiuscemodi in ea auditur. Variant pterea toto capite græcorũ meliores codices: presertimq̃ qui mihi omniũ uetustissimus & pbarissimus est: in quo quod in cæteris deest & a Barbaro diligenter in Corollario suo signatum fuit dicente spatiolum inane uacare &c. manifeste legitur ἐπιθύμῳ ἐμφερής: qd est: epithymo similis & æqualis. Hanc enim illi cõparat. Quodq̃ non procul a fine ab aliis interpretibus ex cõmuni lectione uersum est. In uino cocta prodest habẽtibus febres &c. Et coctus in uino mox potus febricitantibus &c. simplicius in eo est: & ut nos diximus. Bibitur utiliter in uino decocta stillicidio uessicæ: & in singultientibus. Idq̃ uero similius est & in ductu sermõis magis sequax. δύναμιν δὲ ἔχει ἑψηθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ ποθεῖσα βοηθεῖν στραγγουρίαις καὶ λυγμοῖς. Si contra nullo legentibus iniecto scrupulo qualẽ inuenimus Saxiphragam hanc admiserimus graui legentium periculo non satis certam rem dissimulasse uidebimur: presertim dicente scriptore hoc a quibusdam empetron uocari præpostero historiæ ordine. Siquidem mos illi semper est ppriam & suæ gẽtis uocem cæteris & alienis anteferre: mox alias & aliorũ adiicere. Quales aũt Empetros & Epithymos sint non multo post in hoc ipso uolumine ostẽdetur. In quibus licebit palã uidere nihil in medicina & remediis cõe huic esse: multoq̃ minus in historia. Quo fit ut inclinet aĩus nobis non esse scriptoris huius legitimũ hoc caput: aut si nõ saxifragã latina appellatiõe a græco hoie dicendã fuisse: sed quo in plerisq̃ adhuc indicat Sarxifages a minuendis & erodẽdis carnibus: & si appellationis huius nulla sit nobis causa aut ratio: Nec est quod credat aliqs eẽ hanc quam rura nostra saxifragã uocant. Illa enim tragopogon & Come quondam dicebatur: quemadmodum in ea certius secundo uolumine ab hoc & a nobis dictum est. Barbarus in Corollario suo de Saxifraga longissime egit: multaq̃ non inutilia legentibus coaceruauit. Sed quod ad Saxifragam hanc ptineat omnia in coniectura posita. Quid aũt nos de ea sentiamus ex his quæ dicta hactenus sunt nouisse omnibus facile est: nec quicq̃ ultra nobis de ea constare ingenue fatemur.

DIOS. DE Limonio. Cap. xyiii.

l Imonion. Sunt qui Potamogetona: qui Neurodes: qui Lonchitin: q̃ Pronæion: qui Lycosemphillon: qui Ellebori semata: q Scyllion uocent. Magi lupi cor: Marsi Mendrutam: Syri Meridam: Galli Iuniperum. Daci dacinam: Romani ueratrũ nigrum: siue Tintinabulum terræ appellant. Betæ folia habet limonium: tenuiora tñ graciliora q̃ numero decem & aliquando plura. Caulem gracilẽ: rectũ: altitudine lilii: gustu adstringẽte: rubroq̃ semine plenũ. Põr tritũ semen mox in uino potũ acetabuli põdere cœliacis & intestinorũ torminibus opitulari: & rubras fœminarũ fluctiões cõpescere. Nascit in pratis & palustribus locis.

INTERPRES.

f Iluestrem betam Plinius q eius folio sit uolumine. xx capite. yiii. Limoniam uocat: Numeratq̃ eam in betarum censu non male: si palustrem potius q̃ siluestrem a natalibus eius appellasset. Creditur idem a multis eandem hanc: qm in riguis & aquosis pratis nascit & ab eis nomen in græcis inuenit xyiii. uolumine capite. yi. pratensem herbam nominasse. Theophrastus in sexto de plantarum historia ad finem limoniam genere fœminino inter anemones genera descripsit siluestrem: & inter ea quæ tertium ordinem inter uernos flores antiqua ætate habuerunt. Nobis pro comperto non est diuersum ne an idem utriusq̃ genus sit. Hic enim floris limonii huius non meminit Neurodes Plinius uocari etiam limonium ait: sed nulla ab alterutro dictã nominis eius causa est. Cur autem Potamogetona aliqui eam dicerent in promptu causa est.

Palustris n. planta fluminibus uicina quod Potamogeton significat merito dici potuit: Priuatim tamen eo nomine alia quondam indicata est hoc ipso uolumine declaranda. Ab elleboro nomen illi etiam factum in græcis est: & a latinis ueratrum nigrum: qm̃ folio simile illi est limonium: qđ in Elleboro describitur plãtaginis aut siluestris betæ. Quibus & hoc simillimũ est: & eousq; æquale ut palustris beta limonium dictum fuerit. Differunt in historia limonii non leuiter scriptor hic Pliniusq;: Hic decem & pluribus aliquando foliis in caule uirere dicit: ille undecim sæpe caulium herbam esse testatur. Quod peritiores uideant.

DIOS. DE Leporino pede herba. Cap. xix.

Lagopun. Sunt qui leporis cyminũ. Romani leporinũ pedem uocant. Aluum reprimit in uino pota leporis pes herba. Verum ubi febris fit in aqua danda est. Alligatur eadem contra inguinum inflammationes. Nascitur in hortorum areis.

INTERPRES.

d Iscrepant grauissime in leporini pedis herbæ natalibus hic scriptor & Plinius. Alter enim in segetibus: quæ in re latina manifestam ex Varrone significationẽ habẽt. Alter ἐν ταῖς πρασιαῖς nasci tradiderunt, Quæ græcis sunt quadratæ hortoꝝ ad consitionẽ olerũ dispositæ areæ. Nos græcoꝝ lectionẽ secuti qualem inuenimus uocem uertimus. Barbarus ex Plinio in segetibus nasci tradidit magno inter segetes & hortoꝝ areas discrimine. Qualis autem hæc nascat̃ nõ erit difficile leporino pedi similem paniculam in ea obseruasse.

DIOS. DE Medio herba. Cap. xx.

m Edion. Sunt qui Medicã: qui Trifoliũ: qui Clemation. i. uiticulã: q Osmõ: qui Trigonon: qui Cybellion: qui Polyphyllon uocent. Aegyptii Epaphu. Romani Trifolium odoratum appellant. Nascitur Medion umbrosis petrosisq; locis. Folia seridis habet: Caulem tricubitalẽ: Flores purpurascentes: grãdes & in orbem circinatos: Semen minutũ Cnico simile. Radix illi est dodrãtalis: crassitudine baculi: sapore acerbo. Sistit ea rubentes fœminaꝝ fluctiones. In quem usum siccata tum trita: aut elixa ex melle aliquot diebus in Eclegmate ore continetur. Semen etiam cum uino potum menses trahit.

INTERPRES.

g Vod sit Medio natale solũ uox ipsa: & quæ illam sequit̃ Medica manifeste oñdũt. Vtraq; .n. in Media nasci herbam & ex media repetendã indicant. Cæteræ appellationes ex notis eius factæ sunt. Nec Trifolium simpliciter aut odoratũ trifoliũ dicta est: quia illi cõgener sed q a tm̃ similis est. Sic etiam uiticula a longitudine lentoreq; caulium & Osmos ab odore noĩata fuit. *Discrepant in similitudine folioꝝ eius ueteres græci. Alii n. Iridi: Alii Seridi quæ Cichorii genus est secundo libro a nobis tractati similia dicunt. Pliniusq; Iridis satiuæ dicens scripsisse seridis credi põt: qñ satiuæ discrimen seridi ꝓpriũ sit. Iridis aũt nescio an hactenus aliqñ hic dixerit. Scimus quidem siluestrem Iridẽ dici in plãtarũ censu. Sed ea ꝓpriũ habet Xyridis nomẽ de qua mox dicetur. Nobis inclinat animus ut Seridis potius q̃ Iridis folio Medium esse opinemur.*

DIOS. De Epimedio. Cap. xxi.

e Pimedion. Sunt qui Erineon, i. Caprificum: q a Ficulnei folii similitudine thriada: qui a radicum multitudine Polyrrhizum: Romani uindictam uocant Caulis est non adeo grandis: Folia hederæ similia habet: decem fere aut duodecim. Non semen non f lorẽ fert. Radices illi sunt graciles: nigræ: grauco lentes: sapore insipido. Nascit̃ aquosis locis. Eius concisa folia cõtra incremẽta mãmarum ex oleo emplastri mõ imponunt̃. Faciunt sterilitatẽ trita folia: tum in uino a purgatione statim drachmæ pondere diebus quinq; pota.

INTERPRES.

Auget q̃ medio in plãta hac addita græcoꝝ ꝓpositio ἐπὶ ẽ. Significat. n. Epimediõ qđ medio accesserit. Id aũt ẽ folioꝝ magnitudo: quæ in medio satiuæ Seridis fũt: ĩ hoc fici: Ideoq; caprificũ a qbusdam hic

dam hic uocari,eam tradit:& eadem significatione thriada θρίον.n.græci ficulneum folium uocāt. Sunt tñ in quibusnon θριὰς per ι sed θρυὰς per.υ.legitur. Quod si recipiatur tunc dictam intellexisse oportebit a palustri planta quā Thryon iidē græci dicunt. Est ēt in hoc capite quod nobis cum Barbaro idē non sit:sed iam totiens signatum ut monere iterum in eo legentes supecuacaneum sit.

DIOS. DE Gladiolo. Cap xxi.

x Iphion. Sunt qui Anactorion:qui Phasganon.i.ensem:qui Machæronion.i.cultellū:qui Arion:qui genitalē. Romani gladiolū dicunt. A folioꝝ figura gladiolus dicta herba est. Iridi.n.simile folium habet: uerūtñ breuius angustiusq; & cultelli mō in mucronē desinēs:uenosumq;. Caulem ex se mittit cubitalem: in quo purpurei flores sunt deinceps dispositi & a se inuicem distātes: Semen habet rotundū. Radices duas:& alteram alteri insidentē exiguoꝝ bulboꝝ figura. Earū inferior gracilis est:superior uero crassior. Nascitur maxime in aruis. Potest superior radix emplastri mō ex uino:addito ture imposita surculos & spicula trahere. Eadem cū loliacea farina & dulci aqua panos discutit:eāq; ob causam in hunc usum cōficiendis emplastris addit̄. Ducūt ambæ mēses appositæ. Quin etiā supiorē radicē ferūt uenerē in uino potā excitare:inferiorē uero sterilitatē facere: superiorē iridem pueris cōtra intestinorū ramices utiliter in aquæ potione dari.

INTERPRES.

h Aec est Gladiolus ill'a cultellato folio herba: cui a principio statim Iridis folia hic comparauit Princeps in hoc folioꝝ gñe & quæ prima huiuscemodi similitudinis notam cæteris dederit:ideoq; tot gladioꝝ appellationibus diuersis locis indicata. Florere hanc uere cū œnanthe:nigra uiola:helychryso:limonia:anemōe & hyacintho Theophrastus ait. Vocatq; & ipse Xiphion. Plinius multis locis gladiolū:Quo tñ loco ex professo de ea agit. xxv. uolumine capite.ix.xiphion & Phasganō græcis noibus cā appellat: Nec de folio eius aliud tradit q̄ cū primū ex terra pdit gladii ostendere speciem. Hic ultra addidit Iridi simile esse: breuius tñ & angustius καὶ ἄποξυ ὡς μαχαίριον: in quo uidendū est an in mucronē desinens dicendum sit an decurtati mucronis: quales cultelli aliqñ in incidendi tñ usum fabricant̄. Vtrunq;.n. ἄποξυ significare ex diuersa ppositionis eius ui pōt:& quod ἀποξύνει.i.in acutum derasum est:& cui ex acumine suo ablatū aliqd fuerit:ut ἀποξῦν Thucidides ait & in græcis multa alia inueniunt̄. Pro duabus deinde radicibus eius reuocanda legentibus in hunc locū erunt:quæ in testiculis duabus plantis superiore uolumine dicta a nobis fuerunt. Nec aliter in gladiolo hac duas inueniri radices q̄ in bulbosis plerisq; aliis in qbus præteriti anni bulbus & radix inferior semp est: genitaq; ex se alia cedit ipsa donec tertio aut quarto anno tota pereat. Auellanis Plinius eas cōparauit: hic naturæ notas magis secutus bulbulos pacuos uocauit. Discrepant in natalibus eius Dios.& Plinius magnope. Hic in aruis:ille in humidis. Alter in gñe ἀρουραίων:quæ qualia sunt superiore libro dictū a nobis est:posuit Alter in aquosis & palustrib'. Pōt tñ uterq; qd' ueꝝ sit dixisse:nā possunt arua humida esse. Dios. præterea in aruis maxime nasci dicens:nō negauit penitus posse etiam in aquosis nasci. Videndū postremo in cōtrariis aduenerē radicū xiphii uiribus qd in scriptore hoc in inferiore legit̄ τὴν κατωτέρω δὲ ἀγόνους ποιεῖν nō ἀγόνους q̄ uox seminis & genituræ priuationem indicare hoc loco credimr legi oportere sed una tñ mutata lra ἀτόνους.i. ad uenerem ignauos & infirmos hoc.n. magis illi aduersat̄:apti'q; ad uenerē stimulātib' in cōtraria ui rñdet qd ignauiā & īfirmitatē eius facit.

DIOS. DE Spargano herba. Cap. xxii.

f Parganion. Sunt qui xiphidion.i.gladiolum: qui Bolon: Romani pariter græcis Spargantiū appellāt. Gladiolo similia & hæc folia habet: angustiora tñ q̄ supior:& in terrā magis inclinata. In summo caule ueluti pilulæ sūt: in qbus clauditur semē. Bibit̄ radix eius & semē in uino cōtra uenenatoꝝ morsus.

INTERPRES.

In decursu & ueluti ad alia festinans Plinius de Spargano hac.xxv uolumine capite. ix. egit: nihil ultra de ea testatus q̄ aduersus serpētes bibi radicē eius quā Sparganion uocant ex uino albo Nec nos quod illi adiciamus aliud habemus q̄ esse in græcis qui ἀπὸ τῶν σπαργανίων dictam putent: q.s. foliis eius latis & uitiliū modo lētis pro fasciis his uterent̄: quibus nutrices infantes suos uinciunt quas græci σπάργανα dicunt:& σπαργανοῦν uerbū in infantiū uinculis & fasciis his notissimum

DIOS. DE Xyride quam Siluestrem Irim dicunt Cap̃.xxiii.

x

Yrin. Sunt qui Siluestrem Irim: qui Cacton uocent. Daci Aprus. Romani Gladiolum appellant. Folia Iridi similia haber: latiora tñ & in summo acuminata: Caulẽ ex mediis folus exeuntẽ: cubiralem: satisq̃; crassuun in quo triquetra sunt ueluti siliquæ: & in triquetris illis purpureus flos: & in floris medio puniceus color: Semen in folliculis fabarum modo: rotundũ: rubens: acreq̃;. Radix illi est crebris geniculis dissecta: longa colore ruffo: Capitis uulneribus: fractisq̃; in eo ossibus utilis. Surculos relacq̃; omnia addita æris floris tertia parte: Cẽraurii uero radicis quinta & melle sine dolore extrahit. Ex acero emplastri mõ imposita eadem rumores inflãmationesq̃; sanat. Bibirur p̃terea cõtra cõuulsa: rupta: dolores coxendicis: uessicæ stillicidia & alui fluores quos diarrhian uocant in mulso trita. Maxima ad ciendam urinam potestate semen obolorum trium pondere in uino bibitur. Bibitur & ad minuendos lienes eadem utilitate.

INTERPRES.

u

Anam fuisse quondã: & fabulosam syluestris Iridis historiam merito crediderit aliqsq̃ xxi. uolumine capite. xx. a Plinio de ea dicunt̃ audiens. Qui. n. rebellare in homine uitia possunt: defossa rodẽ loco unde eruta fuerit herbæ parte: Si parũ mercedis p̃ ea tulisse herbarius arbitret̃. Nõ tanta remediis cũ uitiis nostris discordia aut cõsensus est: ut ex longinquo p̃desse nocereq̃; nobis tantopere possint. Nec tam idẽ plantis & nobis sensus est ut iracũdia nostra irascant̃ & illæ: & ex uoluntate nostra hoiem oderint. Vanæ supstitiõis ẽ huiuscemodi docere relictisq̃; quæ e re sunt ea p̃sequi quæ legentiũ aios noua inauditæ rei historia suspẽsura sint. A quo instituto alieni posteriores de siluestri hac Iride docuerũt quod nos nunq̃ nõ in agrũ æstate discedẽtes in sepibus uidimus: Cultellato ut hic ait folio inter uepres & saxa nascentẽ herbã: Multo folio p̃cespite Aruminato mucrone: Multo breuioribus q̃ Iridis & ut hic ait latioribus: duobus tribus ue & aliqñ quatuor caulibus: in q̃bus tument oblonga ueluti capitula: quæ suo tempore puniceo magis q̃ purpurro colore florent: & cum defloruerũt follirulos relinquẽtia lõgitudine digitali: triquetros: in q̃bus tria quatuor ue semina ex oscillis suis pendent priuatim nec aliter q̃ in fabalocis distincta: rolore rubro cũ maturuerũt: quæ nõ sunt ipsa uere semina: sed latentiũ intra se seminũ pericarpia & inuolucra: qualia licebit uolentibus quotãnis obseruare: Saxosas sepes & quasi macerias agroꝝ amat: luctaturq̃; inter saxa exiẽs. Hos eius natales & has plãtæ notas nos obseruauimus: Poterũtq̃; alii ex his facillime cætera deprehẽdere. Fuerat aĩus nobis hoc capite de ruptis cõuulsisq̃; agere: nõ differendis ulterius nisi prius in ro occurrissent quæ græci uno noĩe κατάγματα uocãt: fracta capitis ossa a nobis dicta: haud sane q̃a ca tñ uox illa significet: Cõis aliq̃ oibus quæ i toto corpore franguntur ossibus. Tam. n. hæc q̃ illa ἄγνυσθαι. i frangi & recte dicunt̃: Sed quod nulla a dicta corporis certa parte: uerbi cã ulnis: humeris: tibiis: aliisq̃; huiusremodi ut obseruare in græcoꝝ medicis facile est priuatim ad caput referenda κατάγματα sunt. In hac. n. parte primum & per se ab antiquis græcis dicta sũt: Mox ab ea ad reliqua totius corporis ossa trãslata uox ẽ. Sunt aũt fractæ hominis caluæ ex forma & euentu ictus plures in antiq̃s græcorũ medicis presertimq̃; Galeno & Paulo Aegineta appellationes: Quas latinis nominibus iudicare in omnibus difficile: in aliquibus uero impossibile. Eamq̃; ob cãm græcis latine tñ scriptis nominibus ut eas facilius in nobis Chirurgi recognoscãt idicabimus. Rhogmem: Engisoma: Ecpiesma: Apochema: Camarosin: & quam aliquos his addidisse Galenus in Isagoge sua dixit Trichiasim: Eccopem itidem: & in infantibus tantũ Thlasim. In quarum diffinitionibus descriptionibusq̃; aliter potius q̃ aliud a Galeno & Paulo Aegineta dicit̃. Est itaq̃; Rhogme quasi latine dicas per longum rima caluæ profundior aut in superficie fissio in qua nusq̃ fissum os mouerit: sic dicta quoniã græci ῥωγάδας rimas terræ appellauerũt Eccope quasi effractio dicas: Caluæ diuisio est in qua offensum os disruptum fuerit. Quod si in hoc genere a reliquo osse pars offensa discesserit Aposceparnismos tunc dicitur. Est autem ἐκκόπτειν unde Eccope facta est ictu infringere. σκεπαρνίζειν autem unde Aposceparnismus est ancipiti secuei percutere: σκέπαρνον enim eam securim græci uocant. Et quoniam grauiore eius ictu percussa ossa dissiliunt idro huiuscemodi caluæ fractura sic nominata est. Engisoma deinde caluæ ictus in quo offensum os ad interiorem cerebri membranam descẽderit: sic dicta quoniam nullo relicto inter os caluæ & cerebri membranam spario duo illa corpora sibi muicem propioquent: Ecpiesma in multas partes caluæ effractio est: in qua profundius ossa descenderint: & cerebri membranam contactu suo premant. Camarosis quasi testudinatio: Calue ictus est in quo ossis pars aliqua in testudinis & cameræ formam suspensa relinquitur: altrinsecus a reliqua

κατάγματα

Rhogme.
ῥωγμή.
Engisoma
ἐγγίσωμα
Ecpiesma
ἐκπίεσμα
apochema
ἀπόχημα
Camarosis
καμάρωσις
Trichiasis
τριχίασις
Eccope
ἐκκοπή
Thlasis
θλάσις
Sceparnismus
σκεπαρνισμός.

calua separata Trichiasis postremo quasi capillationem dicas angustissima Rhogme est sensum plerunq; fallens: eamq; ob cām latens: quæ quia nō facile se ostēdit mortis cām sæpenumero affert. A capillis græci eam nominauerunt: q̄m angusta exilis & sensum effugiens: quales capilli sunt ī calua capitis discurrat. Est præter has θλάσις ēt.i. contusio: ea caluæ fissio non est: ideoq; inter capitis ictus & caluæ fracturas merito aliquis eā nō numerauit. Est n. caluæ in interiorem partem impulsio aut inflexio cōcauitatem integra caluæ cōtinuitate tm̄ faciens: ut licet in plūbeis æneisq; uasculis si foris percutianť illidantur oe uidere. Numerať inter has ēt ἀπήχημα quasi ut in echo fit responsio quædā. Ea est ut fere oēs græci descripserunt a cōtraria ictus parte facta caluæ fractura seu fissio. Eam lib. viii. capite. iiii manifeste fieri Celsus his uerbis docuit. Solet ēt euenire ut altera parte fuerit ictus: & os altera fiderit. Græcorū tñ medici: præsertimq; Paulus Aegineta li. vi. in Chirurgicis fuis ait falli in ea re omnes: q̄m non fiat in hominis calua: quemadmodum in uitreis uasculis fieri illi docent. Vitrea. n. uascula uacua sunt: ideoq; id patiuntur: & calua hominis undiq; plena & alioquin solida est. Fitq; in hoc ictu quod in capite ex aliis causis fieri uideť: in quo integra cutis cōtinuitate factus abscessus cū sectus fuerit offensam illic hominis caluam fuisse persuadet. Sic etiā & in hoc malo factus a cōtraria parte abscessus illic fidisse os credi persuadet. Videbūt Chirurgi censebuntq; utri in ea re magis credendō sit. Nobis nō est aliud q̄ ex antiquis græcorū latebris in lucem hæc reuocare consiliō. Quæq; a nobis dicta in huiuscemodi re sunt ex Galeno & q Galenum disciplina & tpe secutus est Paulo Aegineta omnia in cōmentationes has nostras deriuata sunt.

DIOS. DE Anchusa Cap. xxiiii.

Nchusam. Sunt qui Catarchusam: qui Lybicā herbam: quí Archibellion: qui Alcibiadion: qui Onocheles: qui Porphyrida: qui Midusan: qui Salicem: qui Nonean uocent. Aphri Buinesath. Romani pariter græcis Anchusam dicūt. Anchusa quam aliqui ēt Calyca aut Onoclean dicunt Lactucæ: cui acuminata folia sunt similia habet folia: hirsuta: aspera: grandia: undiq; ab radice per terrā sparsa: spinosaq;. Radix illi est crassitudine digiti sanguinis p æstatem colore cognoscenda: eoq; tractata manus inficiens. Nascitur pingibus locis. Habet radix eius adstringendi uim. Facit ad ambusta: uetustaq; ulcera in oleo addita cera decocta. Sanat eadem sacros ignes emplastri modo cum polenta imposita. Ex aceto aūt uitiligines leprasq; exterit. Fœtus apposita extrahit. Datur & decoctum eius utiliter suffusis felle: Renum cum urinæ malo aliquo doloribus: lienosisq;: & ubi febris sit cum mulsa aqua. Sistunt folia aluum cum uino pota. Vtuntur & unguētarii anchusæ radicibus ad unguentorum suorum spissationem.

INTERPRES.

Aram nec facilem inuentu herbam nr̄æ ætatis herbarii Anchusam referunt: quod merito demireť aliquis cū lenocinio formæ quondā inseruierit: uterenturq; radice eius antiquæ mulieres cōtra pallorem: bonitatē rosei coloris radice eius uultibus suis inducētes. Quod tam quotidianū illis fuit ut ab Anchusa uerbū græcis ἀγχουσίζεσθαι in affectatione formæ fucari & colorari adhuc significet. Non solent fœminæ quæ ad decorem & formā præsidio sibi esse possunt tantope negligere: & si noua & meliora didicerint: uetera camē nunq̄ dimittere: ne si noua forte parū successerint ad antiqua continuo redire possint. Nullibi tamē nūc Anchusæ radicibus: qd' sciam ad fucū mulieres utunť. Quātūq; in ea negligentia laudandæ q mala ueneris blandimenta hæc abiecerint tm̄ in cognoscēda ad medicinā herba dānanda herbariorū incuria: quibus de ea nihil pro cōperto cōstat: eamq; ob cām nos quo plures licebit ex antiquis scriptoribus notas eius hoc loco numerabimus: ut facilius earū ope cognosci & ostēdi aliquādo possit. Numerauit cōiūxitq; cā Theophrastus libro. viii. de plantarū historia coronopodi quā cornicis pedē uocauimus. Chamæmalo: & plerisq; aliis quæ ἐπιγειόφυλλα ille uocat. i. folia per terram spargentia: quod hic ait περιπεπλασμένα τῇ γῇ quod est p terrā sparsa. Nicander quod & ab hoc dicit Lactucæ similia ostendit. Versiculus eius est. δὴ περὶ τ' ἀγχούσης θριδακηΐδα λάζεο χαίτην quod ē lactucæ similia. Plinius inter aculeatas numerata cæteris in foliorū positura discrepans. Locus est. xxi. uolumine capite xvi. Aculeatarū caules aliquarū per terram serpunt ut eius quam Coronopon dicunt: & ex diuerso stans Anchusa. Stantem Anchusam dicit: quam Theophrastus ἐπιγειόφυλλον uocauit. Nec refert q Plinius caules dixerit. Io caulibus enim folia. Omnes postremo sanguinei coloris habere radicē testanť non toto quidem anno sed æstate tm̄: quo tpe colorē illū natura in ea decernit. Ex qua tpis nota quod passim in cūctis græcis legebať. ἐν τῷ θέρει γεννωμένην. i. æstate nascentē ex antiquissimi

codicis nostri fide γυναικοιδῶν instaurauimus & uertimus. Quod enim hic ait eo ptinet ut pręstatem tñ eo colore sit: tuncq; cognosci & deprehendi tuto possit. Fuisse aût colorem ex anchusæ huius radice in pcio & honore quodã: nihilq; nõ eo colorare ueteres cõsueuisse græci: latiniq; passim oẽs testant. Pliniusq; quo diximus loco. Inficiendo ligno cerisq; radice apta Nec multo post. xxii. uolumine capite. xx. Manus inficit sanguineo colore: lanasq; præparat præciosis coloribus. Hic ipse in rosaceo monuit unguẽtarios ad bonitatem coloris Anchusam illi addere: & ne lõgiores simus nihil non Anchusæ radicis sanguineo succo colorabat. Eamq; ob cãm iniectus mihi scrupulus est quod in extremo capite legit ad unguentorum spissationem non ad hoc sed ad colorẽ potuisse quondam pertinere. Rara hæc in aliis plantis coloris nota: eamq; ob cãm diligentius in hac erufcanda. Nobis hactenus uidere eam non licuit: & præter ab antiqs dicta nihil oculati testes addere illi possumus. Eadem in tribus aliis eius generibus fortuna ẽt utentes. Audiuimus tñ in pascuis quæ ad populoniã amplissima sint nasci herbã quã gregibus suis noxiã pastores uitẽt omnibus iis notis ab eis descriptã: psertimq; sanguineo radicũ succo: sed nihil p cõperto nobis aliud de ea est. Breuissime itaq; dicemus quos nã totiens hactenus sacros ignes nominauerimus eos. s. quos græci ἐρυσιπέλατα dicunt: quæ a Galeno in diffinitionibus suis describuntur igniti rubores cũ inflãmatione aliquando ẽt febre & febris horroribus. Late patet hoc malũ; nullaq; pars corporis interior ẽt est: in qua inflãmationis genus hoc nõ fiat. Patiunt id fœminæ in locis suis: patiunt hoies in sede: in iecore: cerebroq; & aliis locis. Sed quod cõiter dicit & plerũq; fit in hoie Erysipelas in extimo corpore ẽ in genere inflãmationis a ueteribus positũ: qui oẽs calidos cũ dolore & inflãmatione tumores simpliciter inflãmationes uocare cõsueuerunt: mox ex materia qua cõstent aliis appellationibus distinguere. Confluente. n. in locũ aliquẽ non corruptu & mediocris crassitudinis sanguine priuatim & per se dictã inflãmationem uocari: quẽadmodũ flaua bile alicui parti inhærente: quem herpeta græci idest serpens ulcus uocauerunt: sanguine aût bileq; flaua simul confluente Erysipelata hæc fieri. Galenus tñ auctore Paulo Aegineta tumorem ex feruente tenui sanguine factum priuatim & pprie Erysipelas uocans eum: qui ex bile simul & sanguine fieret Ex abundante altero humore noiare solitus erat: Si sanguine inflãmationem Erypelaceam: si flaua bile Erysipelas inflãmatum. Totũ hoc genus antiquiores latini sacros ignes uocauerunt: presertimq; Plinius infinitis pene locis. Celsus & si de sacro igne eiusq; generibus aliter docere uideatur: non longe tamen a prima cõmuniq; illa Erysipelatum rõne discessit. Quæ quoniam ut diximus multiplex est: diuersasq; habet causas a medicis ex remedii uiribus tractanda erit.

Erysipelata Sacri ignis

DIOS. DE Altera Anchusa. Cap. xxv.

a Nchusam alterã quam aliqui Alcibiadium aut Onocheles uocanerũt. Differt hæc a priore sola foliorum breuitate. Asperitas. n. eadem est. Habet hæc exiles ramulos in quibus purpureus inclinato ad puniceum colore flos est: Radices oblongas: graciles: rubentes: per messem sanguineo succo fluentes. Nascitur sabulosis locis. Succurrunt uenenatorum presertimq; uiperarũ morsibus folia radicesq; eius. In quem usum comeduntur: bibũtur & alligãtur: Tãtaq; est uis ut si quis cõmanducatam in uenenati animalis os expuerit mori id ferant. Est & tertia Anchusa similis huic: minus tñ & puniceum semen habet. Huius etiam siquis cõmanducatum semen in serpentis os expuerit eum enecabit. Eius radix acetabuli pondere additis Hyssopo & Nasturcio pota latos lumbricos pellit.

INTERPRES.

q Vatuor fuere antiquis Anchusæ tres dictæ hactenus: & quæ statim sequitur cognomento lycopsis: & si postremam hanc priuatim aliqui & per se docuerint. Oẽs cõe aliquid & in quo conueniant hñt ideoq; cognomines. Id aût maxime rubens radicis succus est: alioquin in medicina uires diuersæ & inæquales illis sunt. Siquidẽ quæ Onoclea dicit prima in earum censu adstringentem & sub amarã habet radicem: ideoq; lienosis & cũ urinæ malo aliquo doloribus mederi dicta est. Eadem cũ polenta emplastri modo imposita: sacris ignibus accomodata credebat. Eiusdem folia quoq; minus q̃ radix refrigerant & siccãt cõtra fluores alui quos diarrhiam uocãt quondam bibebant. Quæ uero lycopsis dicta est: de qua mox aget maiore adstringẽdi ui q̃ illa sacris ignibus magis accomodata erat. Quæ onocheles siue alcibiadios dicitur maiore reliquis omnibus in medendo ui uiperarum morsibus in cibo potuq; & alligata in usu erat. Quarta omnium aliarũ breuior sine nomine maiore q̃ Alcibiadios illa amaritudine pellendis uentris animalibus i usu fuit. Et hæc in antiqnis græcorum medicis Anchusarum omnium decreta fuerunt omnia ut uidetur ab hoc scriptore accæpta.

Lycopsin

DIOS. De Lycopside. Cap. xxvi.

L Ycopsin. Romani pariter græcis Lycopsin dicunt. Sunt qui & hanc Anchusam uocauerint. Folia habet lactucæ: longiora tñ crassioraq́ & latiora ad sũmum radicis caput in terram decidua. Caulis exit lõgus: rectus: asper: adnatis multis cubitalibus & asperis: In q̃bus flores sunt purpurascentes. Radix illi est rubens: adstringendi ui. Nascitur campestribus locis. Medetur uulneribus emplastri modo imposita ex oleo radix eius: Sacris uero ignibus cum polenta. Eadem trita ex oleo corporibus inuncta sudores cit.

INTERPRES.

P Riuatim seorsumq́ a reliq̃s Anchusis Plinius de lycopside hac. xxvii. uolumine capite. x. ægit. Nihil tñ illi tribuit quod ab hoc scriptore accæptum non fuerit. Idem & Nicander in Theriacis suis fecit post Anchusam lycopsidem cum plerisq́ aliis numerans. Antiquiores aũt græci Anchusæ congenerem fecerunt: Secũdamq́ in eo censu numerabant. Hic ultimã docuit. Licetq́ Anchusam esse non dicat sed ab aliquibus uocari: Historiæ tamẽ ordo & quæ illi tribuuntur notæ Anchusis aliis congenerem merito faciunt.

DIOS. De Echio herba. Cap. xxvii.

E Chion. Sunt qui Aridan: qui Alcibiadion: Romani Alcibiacum uocant. Folia habet Echion oblonga: aspera: albicantia ad Anchusæ ruborem aliquem accedentia: minora tñ illis & pinguia. Habet & aculeos breues: exiles: foliis adiacentes & hirsutos. Coliculos plures gracilesq́: & ab utraq́ eorum parte tenuia foliola pennata: colore nigro: hisq́ minoribus & decrescẽtibus cõtinue ad sũmum caulis cacumen: Flores iuxta folia purpureos: in quibus semen est uiperino capiti simile. Radix illi est digito gracilior: nigricante colore: Quæ non solũ serpentium morsibus cum uino pota succurrit: Verum præpota morsus eorum arcet. Idem præstant semen & folia. Sedat eadem lumborum dolores: & cũ uino sorbitione ue alia sumpta lac proritat.

INTERPRES.

E Rit nobis nunc & ut credo legentibus posthac semper in Echio certior dux Nicãder q̃ tot seculis fuerit Plinius: Qui libro. xxv. capite. ix lõgius tractata Echii historia paulopost xxvii. capite. v. Alcibion qualis herba esset apud auctores nõ repperisse se dixit: Cũ nõ hii tñ sed omniũ apertissime Nicander eãdẽ duobus noĩbus dictã fuisse quõdam ostendant: Altero a uiperis quas græci Echis uocant quia aut earũ morsibus medetur aũt quia semina uiperinis capitibus similia habet: Altero ab inuentore primoque remedii huius ex ea auctore: quem Nicander aliiq́ Alcibion uocarunt. Nicandri de Echio inuentoreq́ eius uersiculi hi sunt. ἐσθλὴν δ' ἀλκιβίου ἔχιος περιφράζεο ῥίζαν, τῆς καὶ ἀκανθοβόλος μὲν ἀεὶ περιτέτροφε χαίτη, λείρια δ' ὡς ἴα κεῖνα περιστέφει, ἡ δὲ βαθεῖα, καὶ ἀδρανὴς ὑπένερθεν ἀέξεται οὐδ' ἐπὶ ῥίζα. τὴν μὲν ἔχις βουβῶνος ὑπὲρ γνάμπτοιο χαράξας, ἀλκιβίου ... ἄλωος ... ἐκ καμάτοιο βίη ... ὁ γαίης, ῥίζαν ... ἀμφιβρυχᾶτο ... ὄντων, ... τὸ δὲ πώχις ... κάββαλεν ... & cætera. Quorum sensus idem fit qui a Dionysio chloro in Theriacis suis quondam relatus fuerit: fuisse quendam nomine Alcibium qui secus aream dormiens a uipera dente sub genu ictus fuerit: excitatumq́ a somno ex herba hac succum commanducando expressisse expressumq́ bibisse: mox quod reliquum erat expressæ herbæ corpus uulneri imposuisse cõtra dolorem. Quod posteriores græci latiniq́ a Nicandro Dionysioq́ accipientes Echion a uiperis quibus medetur & a remedii auctore possessiua forma Alcibiacum & diminutiua Alcibiadion pariter dixerunt. Ageremus de his longius nisi multu ante hæc tpa Nicolaus Leonicenus inter cætera Plinii errata hoc ẽt numerasset: qui in nominibus magis q̃ rebus occupatus: Quæ in diuersis scriptoribus diuersis nominibus alioqn eadẽ legebantur diuersa credens multa in medicæ materiæ disciplina miscuit. Nihil autẽ Nicandri in hac re historia certius audiri põt. Nõ uertimus nos uersiculos illos satis fore opinati quæ ex interprete eius a Dionysio accæpta breuiter retulimus. Duo Echii siue Alcibii huius genera antiquiores fecerunt: presertimq́ Nicander utrunq́ his uerbis describens ἔνθα δ' ὑ ὡ ἔχιεια πιφαύσκω, τῆς δὲ τὸ μὲν που ἀγχούσῃ προσέοικεν ἀκανθῆεν πετάλειον παῦρον ἐπεὶ τυτθόν τε καὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνει. ἡ δ' ἑτέρη πετάλοισι καὶ ἐγκαλύκεσσι θάλεια ὑψηλή. ὀλίγῳ δὲ πέριξ πορφύρεται ἄνθει. βλάστη δ' ὡς

ἔχιος σφετ' αὐτοῦ ἐφύπερθε κάρηνον. Quorum sensus sit. Esse duo Echia habereq; alterum spinosa Anchusæ modo folia uerũ parua & per terrã sparsa. Alterum maioribus foliis & purpureo flore esse: Aspero lanuginosoq; caule: Capitulis uiperarum figura quod Plinius ait. Itẽ altera quæ lanugine distinguit spinosa: cui & capitula sunt uiperæ similia. Nicandri interpres ex Numenii antiquissimi scriptoris Theriacis duo Echii gña itidem facit: Vocariq; alterũ quod breuius est Ocimoides qm̃ ocimo similia habet folia: alterũ uero spinoso folio priuatim echion: Quod primum a Dios. descriptũ est: mox aũt describet alterum nõ sub echii sed ocimoidis noĩe. Diximus in extremo hoc capite lumborum dolores sedare Echion non satis proprie lumbos uocantes quam hic ὀσφὺν dixit in posteriore homine mediam renum partem quã Galenus in descriptione humani dorsi ait esse quo loco cinguntur homines: uocariq; non ὀσφὺν tantũ sed ἰξὺν etiam. Pars ea deficiente latina appellatione lumborum nomine indicata est.

ὀσφὺς Lumbi ἰξὺς

DIOS. De Ocimastro berba. Cap. xxyiii.

o Cimoides. Sunt qui & hanc echion appellent. Sũt qui scorpiuron: q sparganion: qui Altbæam: qui Amaranthida: qui Probatæam: qui Elaphiõ: q Antimimon: qui Porphyrida: qui Augion: qui Nemesion: qui Phileterion: qui Hyenopsolon: qui Thyrsitin: qui Thermitin: qui Misopathos. Romani Ocimastrum dicunt. Folia habet Ocimastrũ ocimo similia: Dodrãtales ramulos: eosdemq; birsutos: Apollinaris herbæ siliquas semine nigro plenas: Nigellę uasculis similes. Medetur in uino potum semen eius uiperarum & aliorum serpentium morsibus. Datur idem contra coxendicis dolores cum myrrha: uino: & pipere. Radix illi est gracilis & inutilis.

INTERPRES.

q Vo siluestris ad satiuum discrimine mentastrũ apiastrũq; latini ueteres dixerunt: eadem naturæ & natalium analogia Ocimastrũ ab iisdem dictũ fuisse uerisimile est. Plinius tñ siluestre Ocimũ cõtentus dixisse paucis medicinã & historiam eius absoluit. Hic in maiore honore ueteribus fuisse Ocimastrũ ex tam multis eius appellationibus indicat: quarum plures ex alicuius partis ad alias berbas similitudine illi a gentibus per tpa accreuerunt. Nec difficilius hoc tempore quicq̃ est q̃ earum multiplices huiuscemodi rõnes inuenisse: presertim non bene semper similia inter se cõparantibus impitis herbariis aut ex una altera ue simili parte neglectis maioribus & quæ magis ex re sint differentiis medicam materiã aliis atq; aliis appellantibus. Cur aũt echion ocimoides diceret satis superiore capite dictũ est. Cur aũt Scorpiuron: Sparganion: althæa: amarãthis & Phileterion: quæ omnes in scriptore hoc plantæ sunt: ex earum similitudine uidendum est. Probatæa deinde & Elaphios ut conijcere licet ouilla & ceruina herba dicta est: uel q quadrupedes hæ libẽter ea uescantur: uel q natura docuerit uel homines inuenerint uenenatorum maleficia hoc remedio ab illis arcere. Porphyris mox a colore floris: quemadmodum & augion ab eius splendore. Thyrsitis postremo ab hirsutis ramulis quos Thyrsorum figura profert.

DIOS. De Aquatico Ocimo. Cap. xxix.

e Rinon. Sunt qui Ocimoides: qui Hydreron. i. aquaticam herbam: Romani Ocimum aquaticũ dicunt. Nascitur secus profluentes aquas & fontes. Folia habet Ocimi: minora tñ. & in superiore parte incisuris diuisa. Ramuli exeunt dodrantales quinq; aut sex. Flores candidi sunt: nigrũ uero semen: sapore acerbo. Lacteo liquore abundant caulis & folia. Eius semen drachmarũ duarũ põdere quatuor cyathis mellis temperatum contra oculorũ destillationes inungitur: sistitq; eas. Aurium dolores finit addito sulphure & nitro instillatus succus.

INTERPRES.

s Ecutus græcorũ nomen Plinius aquatici ocimi huius historiã & medicinam inter ficos libro. xxiii. capite. viii. tractauit. Lõgeq; a congeneribus suis herbã intee arbores descripsit: cõtra scriptoris huius præcæpta & leges: qui in totius opis proœmio grauiter damnauit qui Isarũ ordinem sequentes cognata a cõgeneribus suis diuellerent manifesto argumento in tractanda medica materia indicibus librorũ magis q̃ totis cõmentariis usum fuisse eum scriptorem. Posteriores rem magis q̃ nomẽ secuti inter ocima de eo tractauerunt: neglectaq; lactei & qualis in

fico est liquoris una nota: ex qua Plinius ficis id adnumerauit: ex aliis quæ multæ inter herbas describi herbam cogebant aquaticum ocimum aut ocimoides quod ocimo simile significat appellauecunt. In quo habent grauissimum testem hũc scriptorem: qui inter cõgeneres herbas & statim a uero ocimoide eam tractauit. Nec si græci a ficulnei lactis liquore eã appellauerant: ideo separãda a congeneribus suis erat. Illi. n. non quia ficus arbor ue sit Erineon. i. caprificum eam uocauerunt. Sed q̃m caprificorũ modo lac sectus eius caulis & expressa folia stillant. Laudauit aquaticũ ocimũ hoc contra uenenata in Theriacis suis Nicander quod in scriptore hoc non legi demiretur aliquis presertim testante id Plinio Versiculus Nicandri est καὶ κλώθοντος ἐν ἀμπέλοισιν ἐρίνου. Quod ẽ Et uirentis ad radices montiũ Erini. Tradidit Diocles a quo Plinius multa accepit Ocimo simile eẽ: nasci prope flumina & fontes: & præter id apricis locis & ad radices montiũ. Est illud etiã animaduertendum credere nos quod in extremo capite est finire aurium dolores instillatum succum: de lacteo liquore illo intelligendum esse Is enim eius herbæ succus est. Nos tamen χυλὸν inueniẽtes ex instituta a principio in his nominibus a nobis lege nihil detorsimus incorruptam in hoc scripto re uocum & eandem semper significationem seruantes.

DIOS. DE Gramine. Cap. xxx.

Grostin. Sunt qui Aegichon: qui Amaxitin: qui Asyphylion: qui Sanguinalem herbã: qui uniolam uocent. Hispani Aparian: Daci coticta: Aphri Ebal: Aegyptii Anuphi: Romani Gramen appellant. Cognoscitur ab omnibus gramen. Geniculatæ gramen uiticulæ sunt: per terrã serpentes: & ex ramulis suis: dulcibus & geniculatis radicibus se ipsas radicantes. Folia habent acuminata: dura: lata: paruæ arundinis modo: boues iumentaq; alia nutriẽtes. Glutinat uulnera graminis radix concisa & emplastri modo imposita. Facit ad tormina potum decoctum eius. Prodest idem urinæ angustiis & lapidosa uessicæ excremẽta frangit.

INTERPRES.

Vlgatissimũ inter herbas Gramẽ est. A capris Aegicon: A iumentis Amaxitim antiqtas nominauit q̃ capræ. s. & iugo carpentisq; securẽtia iumẽta eo passim uescant. Sanguinalẽ uero q̃ humano eruore pcreari ueteres falso crediderint. Angustiis urinæ opitulari hic ait: cõuenitq; in eo antiquis medicinæ auctoribus: q inter diuretica simplr id numerãt: ultra qd̃ hic lapidosa ẽt uessicæ excrementa frãgere ait Extrema tñ hæc pars in aliqbus græcis aliter legit̃ ἕλκη. s. καὶ λίθους θρύπτει. Quod ẽ facere gramen ad urinæ angustias uessicæq; ulcera & calculos frangere. Quæ oĩa a Pli. xxiiii. uolumine capite decimonono totidẽ & iisdẽ uerbis reddita fuerunt.

DIOS. DE Gramine quod græci Calamagrostrin idest harundinaceum gramen uocant. Cap. xxxi.

Alamagrostin. Gramine in cunctis maius hoc gramen est. Iumenta in cibo enecat: presertimq; in Babylone secus uias & itinera nascens Quod uero in Parnaso nascitur gramen multo aliis ramosius folia fert hederæ similia: Florem candidum odoratũq;: Semen exiguũ: non tñ inutile: Radices quinq; aut sex: crassitudine digiti: candidas: molles: dulcesq;. Quarum succus cum uino & melle quæ satis sint decoctus addiris myrrhæ dimidia totius portione: piperis uero & turis tertia parte egregiũ oculis medicamentũ faciũt: Factumq; in ænea pyxide seruat̃. Facit eaq; decoctũ ad ea ad q̃ herba. Egregie urinam cit parnasii graminis semen. Vomitiones & fluuidam aluum reprimit. Quod nascitur in Cilicia gramen: quodq; incolæ cinam uocãt frequens in cibo recensq; sumptum boues unit.

INTERPRES.

Ontraxit Plinius ad Camelos quæ hic iumenta dixit enecare gramen in babylonis regiõe iuxta uias nascens. Nec facile est nobis modo ratiocinari camelosne ille dixerit: quia multo hoc & quasi solo ad uecturam iumento semp usa ea regio fuerit: an quia gramini illi & animali huic ex naturæ antipathia discordia sit. Huic idem aut simile uidet̃ esse: quod a Parnasio gramine statim hic ait Natum in Cilicia gramen in cibo sumptũ boues exurere: Facereq; id alter ex interpretibus ait impositum; alter uero in Sicilia: Cum tamen antiqua & uera lectio sit ἐγκιλικία & βρωθεῖσα. i. in Cilicia & in cibo sumptum. Plinius lõgissime de oĩ gramine quo diximus loco pauloante longius egit; neq; ab hoc scriptore adeo diuersus ut de his ultra agere nos opotteat.

DIOS. DE Omni Sideritide herba. Cap. xxxii.

s Ideritin. Sunt qui Heraclean uocent. Magi genituram aut sanguinẽ Titani uel scorpionis caudã: Aegyptii Sendionor: Aphri Vdedenim: Pythagoras Parmiron: Andreas medicus xanthophanea: Osthanes Bouis oculũ: Romani Vertemnũ siue Solastrũ appellant. Marrubii folia habet: longiora tamẽ ad Saluiæ aut quercus figuram accedentia: uerum minora his & aspera. Caules erigit quadrangulos: dodrantales: & aliqñ maiores: gustu non iniocundo cũ adstrictione aliqua: in quibus per interualla uelut in marrubio in orbẽ circũacti uerticilli sunt: & in his nigrũ semẽ. Nascitur lapidosis locis. Possunt folia emplastri modo imposita glutinare uulnera & a uulneribus inflamationes arcere. Est & alia Sideritis bicubitalibus gracilibusq; ramulis. Folia habet longis pediculis hærentia filicis similia: numerosa: in sũmo utrinq; incisuris diuisa. Habet & ex superioribus alarũ cauis erumpentes ramulos alios: longos: graciles: in summo cacumine globi figura asperum caput habentes. In quibus betæ simile semen est: rotundius tñ & durius. Huius ẽt foliorũq; eius uulneraria uis est. Fertur & tertia sideritis esse quam Crateias Heraclean pariter uocat in parietibus uinetisq; nascẽtem. Numerosa hæc ab una radice folia Coriandro similia circa dodrantales: teneros: & cum læuore rubore q; albicantes caules habet: Flores puniceos: paruos: sapore amaro & glutinoso. Huius etiam uis est ut imposita noua & cruenta glutinet uulnera.

INTERPRES.

c Lausimus uno eodẽq; capite ueterum codicum lectione & fide admoniti tres ab aliis seorsum tractatas Sideritides: Nec satis certa a ueterib⁹ ẽt historia descriptas. Quo minus miretur aliquis nostra ætate incertas eaꝝ notas: & inter similes herbas & eiusdẽ ptãtis uagos medicoꝝ usus: miscentibus eaꝝ genera herbariis & inuicem cõmutantibus. Factũ hoc iampridem est: quodq; Plinii ætate incertũ erat ignorari sæculo nostro nullus mirabitur. Nos qdem ingenue fatemur in tanta ueterũ & iuniorũ diuersitate nihil habere qđ ꝑ cõperto tradere ualeamus. Quæ Plinius multis locis nunc de toto Sideritidũ genere: nũc priuatim in hac aut illa tradiderit facile est oĩbus uidisse & cum uiderint censere. Nolumus nos labori eorũ parcere: neq; ingenii iudiciiq; sui gloriã illis auferre. Quod aũt nos in melioribus græcis obseruauimus tacendũ nõ est: Duo esse illis præcipua Sideritis genera Heracleã. i. priorem illam: & Achilleam quæ mox dicenda erit: Nec aliter Paulus Aegineta in vi. tradidit. Eam græci a ferro Sideritin dixerunt qñ glutinandis uulneribus apta præcipuũ in bello haberet usum: Quod sæpe ab eo metallo in græcis scriptorib⁹ indicatur ex eadem. s. cã ex qua quæ sequitur Achillea militaris etiã dicta fuit. Dubitamus nos in priore Sideritide quo loco hic ait hẽ Marrubii folia longiora tñ ad saluiæ aut quercus &c. Abundare earum notarum alterã: Fuisseq; ex alio Sideritidis genere ab imperitiore aliquo additã. Non n. possunt querna Saluiæ foliis in cõparatione alterius coniũgi: tam dissimilia inter se sunt.

DIOS. De Achillea. Cap xxxiii.

a Chilion. Sunt q Myriomorphon: qui Chiliophyllon: qui Stratioticen: qui Sideritim herculeam & qui Achilleam Sideritim uocẽt. Aphri Asterchilloth. Romani Supciliũ ueneris: Siluestrem acoꝝ: militarem herbam: & millefoliũ appellant. Dodrantales urgas maioresq; aliqñ fusoꝝ figura fert: & circa uirgas ea tenuia foliola ex obliquo crebras incisuras habentia: coriandro similes: subamaras: glutinoso lentore molles: multo non iniocũdo sed medicamẽto so odore. Circinatam in summo umbellã sustinet. Flores uario inter purpureum: candidum: & aureum colore. Nascitur pingui & fœcundo solo. Concisa huius etiã comæ: crueuns q; imposita uulneribus ea glutinat & inflammationes arcet. Sanguinis omnes priuatimq; ex fœminaꝝ locis eruptiões sistit apposita. Quin ẽt decocto eius mulíebres fluctiones utiliter fouentur. Bibitur idem & contra intestinoꝝ tormina.

INTERPRES.

c Elebrauit æterno carmine Homerus Achillem:nihilq; tota Iliade Herois eius fortitudine gloriosius auditur:Nec quod maiore legẽtium animos:nunc etiam admiratiõe suspẽdat: Vixq; unus aut alter inueniatur:qui non ex bello & cædibus primam & maximam illi deferat laudem:Magna humanæ mentis consiliorumq; nostroꝝ infœlicitate:qui ad opes & gloriam uulnera & mortes prius magisq; q̃ ad sanitatẽ & uitá remedia & medicinã extollamus:& in eodem heroe quæ crudeliter ꝑ alterius uoluptate & odio q̃ quæ ꝑ cõi hoium salute innocenter egerit in honore magis illi faciamus.Debuerat militaris heros & fortis Achilles laudari.Debuerat & medicus:nec a minore poeta ob hoc etiam celebrari.Sed sic homines sumus nobis ipsis & naturæ ingrati Non tñ beneficioꝝ omnes eousq; ĩmemores:ut inter tot bellicæ uirtutis monumenta quæ illi ab Homero tribuunt a reliquo humano genere breuem pro medicina quam generi humano aliquádo ille fecit laudẽ & honoris in ea titulũ nõ inuenerit Quæ in Achillea herba hac seruat ab eo primũ eius inuentore sic dicta:qua uulneribus medebatur:ne tñ cuspidis suæ laus ea esset. Didicerat hæc in Thessalia Centauri Chironis discipulus:noueratq; herbam minoribus q̃ fœniculi folijs uestitam:ideoq; Chiliophyllõ.i.millefolium a multis uocatam:Eandẽq; Stratioticen.i.militarẽ q; in castris & bello.s.multus eius usus esset.Nouisset ẽt si tpa paterent dictam a Romanis supercilium ueneris ꝑpterea q; ut in ea parte humani uultus crebris p̃lis uestita ueluti linea ẽ:sic ĩ Achillea herba minuta folia capillamẽti modo caules eius uestiunt.Diximus hactenus quæ satis ad hãc rem fore credidimus.Cætera poterunt uolentes a Plinio lib.xxv.capite.v.audire.

DIOS. DE Rubo. xxxiiii.

b Aton.Sunt qui Cynosbaton:qui Selinortiõ:qui Asyntrophon:qui Ametron uocant.Magi Ibeos aut Titani sanguinem:Daci Manthia: Aegyptii Hæmoos:Romani Sentem siue rubum:siue mora uaticana appellant. Adstringit siccatq; Rubus quẽ uulgo oẽs nouerunt.Capillũ denigrat.Bibit ad sistendam aluũ ramoꝝ eius decoctũ.Muliebres idẽ fluctiones cohibet.Præsteris morsibus ꝓdest.Gingiuas confirmant:& oris sanãt ulcera quas uocant aphthas cõmanducata eius folia.Cõpescunt eadẽ quos herpetas uocant. Capitis manãtia ulcera: & procidentes oculos sanant.Sanant & cõdilomata:hæmorroidasq; emplastri mõ imposita.Cibũ in stomacho non continentibus:cardiacisq; cõcisa mox imposita ꝓsunt.Quin etiã succus ex folijs caulibusq; expressus mox in sole densatus prædictis oĩbus efficacius medetur. Fructus præterea succus in integra maturitate expressus ad oris medicamenta accomodatus est. Sistit præterea aluum in media maturitate in cibo sumptus.Potus postremo flos eius in uino aluum sistit.

INTERPRES.

a On genuit rubos ad maleficia tñ natura:Sed ut solita semper est noxiis utilia coniungere ex eis(ne remedia maloꝝ modo tractemus)mora ĩ solitudine uel hominibꝰ cibos dedit:q̃bus inter Cyclopas potuerit Achemenides dum a Troianis exciperet inter lustra domosq; ferarum uitam trahere:& q̃bus maturescentibus primas decliui iam ad Autumnũ æstate uigilias rustici auspicentur.Cõmune græcis Batos ruboꝝ omniũ nomen est:quo in toto hoc genere utẽtes additis notis aliquibus species eius distinguũt Chamæbaton uerbi causa : Cynosbaton ue aut Idæũ batum uocantes:quæ tria sunt uniuersi generis huius discrimina. Latini modo Rubũ ut Plinius: modo sentem ut Columella appellant:Idæũ rubum uel sentem:Canisq; sentem & simpliciter sentem seu rubum:quẽ auctore Theophrasto lib.iii.de plantarũ historia Chamæbaton.i.humilem & terrestrẽ uocauimus.Verba eius quo diximꝰ loco hæc sũt ἔτι δὲ καὶ τοῦ βάτου πλείω γένη, μεγίστην δὲ ἔχοντα διαφορὰν ὅτι ὁ μὲν ὀρθοφυὴς καὶ ὕψος ἔχων. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ εὐθὺς κάτω νεύων. καὶ ὅταν συνάψῃ τῇ γῇ ῥιζούμενος πάλιν ὃν δὴ καλοῦσί τινες χαμαίβατον ὁ δὲ κυνόσβατος τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥοιᾶς. ἐστὶ δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺ καὶ παρόμοιον ταῖς ῥοιαῖς: τὸ δὲ φύλλον ἀγνῶδες. Quorum sensus est.Ruboꝝ item plura genera:præcipuá uero habent differentiam:q; alter recta & in altitudinem erigit. Alter deorsum & in terrã uergit: & cũ primũ terrã attigit iteꝝ radicatur:uocantq; hunc aliqui humilem seu terrestrem rubũ.Qui uero Cynosbatos .i.canis sentis dicitur fructũ fert rubentem:punicæ cytino similẽ.Estq; inter fruticem & arborem medius:punicæ similis:folio uiticis.Et hæc Theophrastus de duobus rubi generibus:quoꝝ alter primo uolumine a Dios.descriptus est:alter modo docetur.Estq; hic Chamæbatos i.humilis ille rubus & sentis uel rubus a latinis simpl̃r appellatus.Cuius mora extrema æstate maturescentia aui-

bus grato & hoibus non inutili cibo in sepibus nigrescunt. Quæ inter Romanas rubi appellatiões in Dios. nunc leguntur: Vaticanaq; dicuntur augustiore unius Romani collis q̃ ex reliqua Italia nominis nota. Diximus hoc capite in maloꝝ censu procidentes oculos quod Dios. ὀφθαλμῶν προπτώσεις ait: eam oculi labẽ Galenus in diffinitionibus suis descripsit fieri quotiens ex uiolento ictu aut laqueo facta strangulatione cum continua febre aut capitis dolore oculus in anteriorem partem p̱ciderit. Idem præterea in Isagoge sua breuius eandem oculi iniuriam diffiniuit Proptosin (sic eñi græci id malum uocant) esse dicens cum oculus a sua positura motus cum inflãmatione prociderit. De eadem Paulus Aegineta lib. iii. longius: & ut nobis uidetur certius his uerbis egit. Proptosis uueæ tuniculæ procidentia est: quæ erosa aut rupta cornea tunicula fit. Ea cum nondum creuit q̃ muscæ capiti similis ẽ Myocephalon. i. muscæ caput nominat̃. Cum uero amplius & eousq; creuit ut acino uuæ similis sit Staphyloma quasi uuatio dicit̃: Cum deinde magis adhuc & eousq; creuit ut palpebras transiliat malum. Dico aũt malum pomum uocatur: Et si obcalluerit clauus tunc dicitur. Procidentis oculi genera omnia hæc sunt: quæ in Galeno suas habent diffinitiones huic rõni coniunctas omnes & ob id non ultra a nobis tractatas.

ὀφθαλμῶν προπτώσεις

Procidentes oculi

Myocephalon

Staphyloma.

Malum

Clauus

DIOS. DE Rubo Idæo. Cap. xxxv.

b

Aton idæum. Romani rubum idæum uocãt. Quoniam multus in Ida mõte nascitur hic Rubus montis eius discrimine appellatus est. Multo tenerior antedicto hic est. Spinas habet breues: Inuenitur & sine spinis aliquãdo. Potest antedicto eadem omnia: & hæc amplius. Inungitur ex melle utiliter oculorum inflammationibus tritus flos eius. Sacros ignes idem extinguit: Daturq; cũ aqua in sorbitione cibum in stomacho non continentibus.

INTERPRES.

i

Dæus rubus hic dictus est: qm̃ in Ida nec alibi copiosior nascit̃ tenerior: paruis aculeis: & aliquando ut hic ait nullis: tertium genus in superiore illa diuisione nostra faciens. A loco græci appellauerunt ob eam quam diximus causam.

DIOS. DE Helxine. Cap xxxvi.

h

Elxinen. Sunt qui Alitin: qui Canocersæan: qui Amelxinen: qui Eusinen: qui Amorginen: qui Scurhacon: qui Psychuacon: qui Melampelon: qui Cittampelon: qui Cissanthemon: qui Anatetamenõ: qui Parthenion: qui Sideritim: qui Heraclian: qui Agrian: qui Clibodion: qui Polyonymon uocent. Aegyptii Apap. Romani Buiutulaparu appellant. Nascitur in septis parietibus & uinetis. Coliculos habet aliquo rubore coloratos. Folia Mercuriali herbę similia & hirsuta. Circa caules ueluti exigua semina aspera uestibus hærentia: Habent folia refrigerandi & astringendi uim. Ea propter sacris ignibus emplastri modo imposita medentur: Ambustis itidẽ: condilomatis: incipientibus furunculis: tumoribusq; & inflammationibus cunctis. Inungunt̃ etiam succo eius utiliter addita cerussa facti ignes & quæ gręci ulcera herpetas uocant. Idem hircino adipe subactus aut ligustrino unguento coacta cera podagris utilis est. Quin etiam contra diutinas tusses cyathi pondere utiliter sorbetur. Contra inflammatas tonsillas etiam gargarissatur forisq; inungitur: & aurium doloribus cum rosaceo instillatur.

INTERPRES.

p

Luribus & inter eas aliquot plantis aliis cõmunibus Helxine appellationibus quondam indicata est. Testantur in græcis id Græcoꝝ medici qui Helxinen primo Perdicium: Parthenium: Sideritim & Heracleã uocariarunt: mox & Cissampelũ. Duobusq; capitibus de eiusdem nominis herba agentes: neq; easdem utiq; uires tribuentes duas manifeste Helxines eodẽ nomine: sed diuersa natura constituisse uident̃. Præter eos Nicander etiam in Theriacis suis Parthenii primum mox Helxines facta mentione utranq; contra uenenata laudauit. ἠὲ καὶ ἑλξίνην τὴν τε κλύβατιν καλέουσι. Quo loco interpres eius Clybatim: Sideritim: Parthenium & Perdiciũ & omnibus his unã eandemq; plantã uocari ait: iteꝝq; καὶ μὴν παρθενίοιο &c. Iterumq; idem interpres testatus est Partheniũ a quibusdam Helxinem & Perdicium nominari. In latinis Plinius libro xxii. capite. xvii. his uerbis græcos secutus est. Helxinẽ aliq̃ Perdiciũ uocant: qm̃ Perdices ea præcipue

nefcantur:alii Sideritim:nõnulli Parthenium.Nõ licet in tam concordi tot teſtiũ fidē tam multis appellationibus dictam fuiſſe quondam Helxinem non fateri;Nõ ideo tñ̃ credendũ unã duas eſſe plantas notis & uiribus diuerſas Oportet.n.in cognominibus unum eſſe quod primo: uere.& per ſe nomine illo indicetur:tum ex ſimilitudine ad id nomen alia admitti.Quæ genus ſuum ſet tantia in parem nominis tñ̃ ſocietatem cõionemq; adoptione illa ueniant.Eſſe aũt duas Helxines diſſimiles naturæ inter ſe notæ oſtendunt:& poſt naturam antiquiores græci: preſertimq; Paulus Aegineta priuatim ſeorſumq; his uerbis de utraq; in.vi.agēs ἑλξίνη, ἣν οἱ δὲ περδίκιον, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡρακλείαν. δύναμις δὲ αὐτῆς ῥυπτική τε καὶ ἀτρέμα μεθ᾽ ὑγρότητος ὑποψύχρου. Quod eſt.Helxine;ſunt qui Perdicium:qui Parthenium:qui Sideritim:qui Heracleam uocent. Vis eius eſt abſterſione purgare:& cũ frigida humiditate aliqua ſenſim leniterq; adſtringere.Eſtq; hæc Helxines capite hoc a Dioſc.tractatæ ex Paulo hiſtoria & medicina. Poſtquã ſtatim idem ait ἑλξίνη ἡ καὶ κισσάμπελος διαφορητικῆς ἐστι δυνάμεως.i Helxine quæ Ciſſampelos dicitur diſcutiendi uim habet.Huius nulla eſt in Dioſ.hiſtoria Hñt quidem impreſſi & pleriq; alii codices in fine capitis additam magiſq̃ a principio deſcriptam breuiſſimam eius hiſtoriam & medicinã: & quæ huic ſcriptori accreuiſſe manifeſte uideatur.Eam alii interpretes ſuis editionibus coniunxerunt. Nobis qui opus hoc eo conſilio ſuſcæpimus ut ex melioꝝ fide omnia in Dioſ. inſtaurentur contra ueruſtiſſimos eoſdemq; optimos teſtes uertere ea nõ placuit:Preſertim diſcordi eius ab antiqs medicina:quã in diſcutiendo Paulus Aegineta:codices uero illi in ſoluẽda aluo eſſe dixerũt. At duæ ſunt Helxinæ:fatemur id qdem:nõ ideo tñ̃ in Dioſ.legenda quæ illi parum cõueniant & aliis diſcrepent Potuit.n.huic ſcriptori ſatis eſſe inter alterius appellatiões huius generis meminiſſe: aut qd in pleriſq; aliis factũ eſt periiſſe huic capiti altera hæc Helxine. Ex his duas eſſe Helxines ratiocinari facile eſt:Alteram Mercurialis herbæ foliis ut hic ait;ut autem Plinius mixtæ ſimilitudinis inter plantaginem & marrubiũ:Alteram hederæ in uinetis naſcentem ideoq; Ciſſampelon uocatam.Illam primo & per ſe ſic dictam:hanc illi cõgenerem aut ſimilem ſaltē:ſimilemq; ut nos opinamur in tenaci ueſtium nexu illo.Hæc.n.Helxines præcipua nota eſt & unde factũ illi nomē fuit.Quærendũ poſt hæc ēt unde tot aliæ illæ appellationes ad Helxinem irrepſerint:nõ utrãq; ſed ut nos credimus priorem illam quæ ſemina fert in capitibus lappaceis ueſtibus adhærentia. Poſſunt euentus eius in aliis plures eſſe cauſæ Sed cur perdicium dicta fuerit nulla præter a Plinio & Theophraſto allatam:q̃ f.ſemine eius perdices;notiſſimæ aues ueſcuntur:herbamq;fodiũt & in ea uolutant.Iuſſit hoc nomine uocata ut i Abſyrtus ueterinariæ medicinæ græcus auctor cõtra iumētoꝝ tuſſim. Verba eius ſunt. βοτάνην ἣν Ῥωμαῖοι περδίκιον καλοῦσι.Celſus ēt ſecũdo medicinæ ſuæ libro muralem herbã nominans hanc intellexiſſe creditur:qm̃ parietes & muros natalem ſibi locũ fecerit.Ob quã cauſam a multis aliquot locis parietaria nũc etiã dicitur.Hic etiã ἐν φραγμοῖς καὶ τοίχοις.i.maceriis & muris naſci ait.Sunt hactenus appellationes hæ priori huic Helxinæ propriæ ex diuerſis cauſis illi aſſignatæ Sideritis uero & Parthenion aliis plantis ꝓpriæ huic uere additæ & ex ſimilitudine aliqua recæptæ.Credimuſq; nos Helxinem ideo Sideritim dictã q utraq; Marrubii folio ſit.At hic Mercurialis herbæ folio Helxinem deſcribit:Alii tñ̃ preſertimq; Plinius mixtæ ſimilitudinis inter plantaginē & marrubiũ. Vtraq; folio aſpero eſt Sola.n aſperitate ueſtes tenaci nexu hæc retinet. Vtraq; etiam inter ſaxa naſcitur. Cur aũt Parthenios quondã diceretur non ſatis modo nobis cõſtat. Quæ hoc nomine dicta proprie fuerit Anthemidi congener herba eſt:ſuperiore uolumine inter Chamæmalũ & bouiſoculũ tractata.Cæteris quæ plures in medicæ materiæ diſciplina ſunt;addita & ex ſimilitudine recæpta ea appellatio eſt Siqdem & Artemiſia Parthenion dicta ēt.Eſſe aũt Parthenion Helxines appellationē non genus manifeſte indicat Paulus Aegineta:q cũ de Helxine egiſſet non multo poſt ꝓpoſita Parthenio id tñ̃ ait εἴρηται ἐν τῇ ἑλξίνῃ. Quod eſt:Dictum in Helxine:quaſi per ſe Parthenion nulla eſt:ſed ex multis una helxines appellatio. Vulgo fere nota muralis parietariaq; hæc Helxine:Quẽadmodũ contra cognitu difficilis q̃ Ciſſampelos primo eamq; obcãm nominata eſt q hederæ folio in uinetis naſcitur:ex qua eius natura factæ aliæ illæ appellationes etiã ſunt Melampelon & Ciſſanthemon. Oẽs.n. cõiunctum ſibi hederæ nomē habent natalis loci & folioꝝ eius index.Obſeruatũ pluribus locis in ſcriptore hoc a nobis eſt plantarũ genera nõ nomina appellationibus his ab eo numerari. Factũq; id hoc loco credimus:qm̃ ſunt quæ in nominibus his utriq; generi Helxines ſeorſum cõpetãt; diſcreuiſſeq; eas ex his quæ hactenus dicta ſunt nõ erit legẽtibus difficile. Adiiciemus illud etiam quam hic Polyonymon.i multinominis appellationem Helxines eſſe ait ad priorem illam pertinere.Ea.n.eſt quæ tam multis nominibus indicatur.

DIOS. De Elatine. Cap. xxxvii.

Latinen.Romani pariter græcis Elatinem dicũt.Folia habet Elatine Helxinæ ſimilia:minora tñ̃ rotundioraq; & hirſuta.Ramulos graciles:dodrantales:quinq; ſex ue ab una radice:ſapore acerbo foliorũ plenos quę adſtringēte ſapore ſint.Naſcitur in ſegetibus cultiſq; locis. Poſſunt folia emplaſtri modo

e

cum polenta imposita oculorum inflammationes: destillatiõesq; lenire. Sistit intestinorum tormina herba etiam tota elixa mox in sorbitione decocto eius dato.

INTERPRES.

Similis Helxinæ elatine est non simpliciter sed ei quã folio hederæ Cissampelon uocari diximus. Eãq; ob causam ab helxine statim tractata. Eam ueteres græcorum medici mediocriter adstringere & refrigerare dixerunt.

DIOS. DE Eupatorio. Cap. xxxviii.

e Vpatorion. Sũt qui Hepatorion: q Hepatitin uocẽt. Romani inuolucrum maius appellãt. Fruticosa herba ẽ Eupatorium. Singularis exit ex eo uirga: gracilis: lignosa: recta: nigra: pilosa: cubitalis & aliqñ maior. Folia habet p interualla: partibus diuisa quinq; fere: aliqñ tñ pluribus: Quinquefolii cannabisue foliis similia. Nigricant & hęc ẽt serræ modo in extremitatibus incisa. Semẽ fert singulari illi uirgę deinceps adnascens in terram annuens adeo asperum & hirsutũ ut uestibus siccatum hęreat. Medentur eupatorii folia cõcisa: suilloq; adipe coacta mox imposita difficile cicatricem contrahentibus ulceribus. Bibitur uero semẽ herbaque ipsa cum uino utiliter Iocinorosis: intestinorum torminibus: & serpentium morsibus. Argemonem eupatorium aliqui uocauerunt: uerũ decępti & falso. Alia enim diuersaq; ut præmonstrauimus Argemone est.

INTERPRES.

f Verunt quondam & adhuc sunt magnæ inter auctores & medicos litis Eupatorii & Argemone. Nec persuaderi adhuc pñt aliqui nõ eẽ Argemonẽ Eupatoriũ: ex tam multo tpe tamq; antiquæ fidei in medicina auctoribus ea multorum animis opinio insedit. Licetq; hic iampridẽ in Anemone & nunc in Eupatorio dixerit decipi plerosq; falsoq; credere Argemonem Eupatoriũ esse: Nõ desinũt tñ quotidie pro ea re uiolẽter aliqui certare. Verba eius in Anemone sunt qualia poterunt uolentes cũ libuerit uidere: ea nunc ẽt repetita ab eo sunt. Nosq; illorũ memores necessario locum in extremo hoc capite emendauimus: & pro Artemisia Argemonem uertimus. Quod.n. hic ait quosdam Artemisiam hanc uocasse decæptos: Alia.n. est ut præmonstrauimus: in artemisia non legit: at in Anemone manifeste id inuenitur. Sunt Dios. in Anemone uerba hæc ἔνιοι δὲ μὴ δυνάμενοι διορίζειν ἀπὸ τῆς ἀγρίας ἀνεμώνης τὴν λεγομένην ἀργεμώνην καὶ τὴν ἐοικυῖαν μήκωνα περὶ ἧς ἐν τοῖς μήκωσιν ἱστορήσομεν διὰ τὸ τῶν ἀνθῶν ὁμόχροον φοινικοῦ ὑπάρχον πλανῶνται τὴν ἀργεμώνην εὐπατόριον ὀνομάζοντες &c. Quorum sensus est qui in Anemone redditus a nobis fuit: cui & hic respondet locus: Neq; Artemisiam sed Argemonem falso inquit Dios. credere quosdam eupatorium esse. Neglexerunt hoc alii interpretes quod alioquin multifaciendum erat ut quale uerum eupatoriũ esset aliqñ cognosceret. Vidimus nos in maioris ciuitatis nostræ nosocomii hortis natã plantam: quæ omnibus a Dios. traditis notis uerã Eupatorium se ostenderet: presertimq; semine in terrã decliui & postq̃ aruerat uestibus herente. Nihil in quotidiana multarum plantarum obseruatiõe certius antiquæ historiæ respondere aliqñ mihi uisum est: Surculosum genus: Singularis uirga: Lignosa postq̃ aruit durities: Plumosa undiq; asperitas. Color liuẽs magis q̃ niger: & folia p interualla sed cõtrariis pediculis pendentia. Quod non penitus huic scripturi respondere uidebatur comparatio tñ erat: qua Cannabis aut quinquefolii foliis ea comparabatur. Cætera naturæ & Dios. eadẽ oia erant. Regiæ dignitatis herba eupatoriũ ẽt ẽ ab Eupatore rege inuẽta: Et qm iecori præcipue medeatur qd græci hepar dicũt: iõ hepatorium & hepatitis ab aliquibus dicta.

DIOS. De Quinquefolio. Cap. xxxix.

p Entaphyllon. Sunt qui Pentapetes: qui Pentatomon: qui Pentadactylõ: qui Pseudoselinon: qui Callipetalon: qui Xylolothon: qui xylopetalon: qui Asphalthon: qui Pentacænon: qui Thymiatitin uocant. Magi Ibis unguem uel alam: aut Mercurii digitum: Aegyptii Orphitebeocen: siue Enothron: Galli Pempedula: Daci propedula: Romani quinquefolium appellant. Ramulos habet festucarum modo graciles: dodrantalesq;: in quibus semen. Folia mentæ similia. & in singulis pediculis quina: raroq; plura: per ambitũ serræ modo incisuris

diuisa. Florem in pallido candidũ:auri modo flauescentem. Nascitur aquosis locis & secus aquarũ canales. Radix illi est rubescens:oblonga:nigro Elleboro crassior: quæ multos in medicina usus habet. Potest radicis quinquefolii decoctum quousque ad tertias decreuerit si ore contineatur dentium dolores finire. Colluuntur eodem utiliter contra oris exedẽtia ulcera:sistitq; ea. Faucium asperitates gargarissatũ emendat: Fluenti aluo & intestinoꝝ torminibus subuenit. Subuenit & coxendicis articuloruũq; doloribus:in quos usus bibitur. Eadem in aceto elixa radix tum concisa & emplastri modo imposita compescit quæ a serpendo ulcera græci herpetas uocant. Strumas discutit. Quinetiam tumores:abscessus:& in tumorũ genere q̃ græci uocant aneurismata.i. dilatationes:sacros ignes:digitoꝝ pterygia: condilomata & scabiles sanat. Facit & radicis recentis succus ad iecoris pulmonumq; uitia & letalia uenena. Bibuntur folia ẽt in dulci aqua aut diluto uino addito exiguo pipere contra circulares febres: Quartanas quidem ex quatuor quinquefolii ramulis: tertianas tribus:quotidianas aũt uno. Succurrunt præterea comitialibus eadem folia triginta diebus tricena quotidie pota. Sanat & foliorum succus celerrime suffusos felle pondere trium cyathorum aliquot diebus potus. Medentur uulneribus etiam folia: Medentur & fistulis cum sale & melle emplastri modo imposita. Succurrit quinque folium intestinorum ramici: Sanguinis eruptiones sistit:in quos usus bibit̃ & emplastri modo imponitur. Carpitur postremo ad lustrationes & purificationes quinquefolium.

INTERPRES.

n Ouerũt rura omnia quinquefoliũ: Soloq; hoc nomine maxime cognitũ ubiq; in honore aliquo est. Theophrastus.ix. de plantarũ historia non Pentaphyllon tñ uocari sua ætate dixit uerũ pentapetes ẽt facto ab aliquibus illi noĩe a pennis auium ut credidit Gaza: Vt aũt nos opinamur quia in quinquefolia se pandit & extendit. Fecit eadem ẽt folioꝝ forma ut Pentatomon.i. in quinq; partes diuisum diceretur: Sic pẽtadactylon q̧ ut in hominis manu quinq; digiti sunt; sic in ea planta totidem folioꝝ diuisiones. Pseudoselinon dictum etiã quod apium mẽtiatur: Sitq; illi in folioꝝ sectiõibus illis quadãtenus simile. Quæ itidem illi a gentibus aliæ appellationes fuerunt aliquã huiuscemodi cãm habuerunt; Quales Gallipetalon & Xylopetalon sunt a folioꝝ specie & duritie factæ: Quemadmodũ uerisimile est in barbaris illis latere incognitã mõ nobis ex figura aut uiribus eius rõnem aliquã. De radice folioq; eius libro.ix. de plantarum historia agens Theophrastus addidit nigrescere quinquefolii radicẽ effossam siccatãq;. Quod a Dioscoride dictum non est: qm̃ satis fore sibi hic scriptor credidit si qualis ea esset cum foderet̃ dixisset. Post id n tempus medicis certo loco signatam seruari relinquebat. Adiecit ẽt Vitigineum quinq; folii folium esse; nõ quantitate: pusillum.n.est: sed colore & forma:& quasi naturam uitis sequere aut augeri simul & tabescere cum ea: Caules per terram spargi:graciles:crebras habentes ut ille ait κνήμας nõ crura sed a cturis humani forma inter duos geniculos interualla: quæ κνήμας ille qua diximus ratione uocat. Videndum illud etiã quo modo hic mente illæ uitis folio quinquefolium esse dicat. Nobis male inuicem comparari posse plantarũ illarum folia inter se uidentur: Quemadmodũ & floris color in pallido albus simul & auri flauo colore dici. Hoc tamen non adeo difficile ut illud. Videmus enim aliquando in pallore hominis utrũq; colorem illum. Decreuit inter cætera hic scriptor sanare quinquefolii radicẽ ἀνευρίσματα: quæ a nobis deficiẽte latina uoce uerti aliter non potuerunt: diximusq; quæ aneurismata.i. dilatationes græci uocant: non satis ut uidetur ab aliis interpretibus expressum malum. Siquidem alter distentiones contrario; alter collectiones nimis cõmuni sensu & intellectu dixerunt. Ob eamq; causam non pigebit nos ex Galeno primum eius mali diffinitionem mox ex aliis græcis certiorem uocis & rei rationem docere. Esse itaque aneurisma in diffinitiõib' suis Galenus ait. φλεβώδους ἀγγείου ἀνεύρισμα ἢ πνευματικῆς ὕλης παρ᾽ αὐτοῦ τῆς σαρκὸς κατὰ διαπνοήσιν ἀναδιδομένης: quod est: Venosi uasculi.i. uenæ dilatationẽ: aut spiritus materiæ p carnẽ dissipationẽ: q̃ dissiliens spargat̃. Ex his rõcinari licet dilatationis huius cãm & materiã sanguinẽ & spiritũ eẽ: ex q̃bus ὄγκος nõ tumor ut plerũq; tumor cũ inflãmatiõe intelligit̃. Sed simpl'r tumor erigat̃ q̧ tractabilis sit & digitis cedat. De quo auctore Paulo Aegineta Galenus alibi dicat: aperta arteria malũ fieri quod aneurisma dr̃: fieri ẽt & uulnerata eadem: quotiens cicatricẽ duxerit exterior cutis: sine cicatrice aũt & apta relicta fuerit arteria: tñ nec ipsa coa-

ἀνευρίσματα aneurismata

fuerit:aut caro eam nõ obstruxerit:cognoscią id malum arteriarũ pulsu:cognosci & tactu. Siquidem cũ digitis pressæ dilatationes huiuscemodi fuerint refugit omnis tumor redeunte in arterias omni quæ id malũ faciebat materia: Quorpe audit̃ ẽt refugientis materiæ eius ueluti strepit' quidã. Fuerunt ẽt qui aliter de his docerent dicerentq;: Quæ apertis arteriis fierẽt dilatationes oblongiores uideri: pfundioremq; concretionẽ habere: hasq; tñ admotis digitis resonare: Cũ contra in his quæ uulneratis arteriis fiunt nullus audiat̃ strepitus: esseq; has rotundiores & in superficie cutis sentiri. Et hæc pro dilatationibus quæ græci Aneurismata uocant satis dicta sint.

Dilatatio

DIOS. DE Phœnice berba quam Romani Hordeum murinum dicunt. Cap. xl.

p Hœnica. Sunt qui Rhun: qui Anchinopa: qui Phœnicopteron: q̃ Rhun spicæ: qui Osthalen uocent. Aegyptii Aphnu. Romani loliũ uel hordeum murinum appellant. Hordeo folia similia habet: breuiora tñ & angustiora. Spicã lolio similem. Sedigitales in orbem circa radicem ramos. Septemq; aut octo spicas. Nascit̃ in aruis & recẽs cõfectis tegulis. Bibitur in uino austero utiliter cõtra fluores alui quos diarrhiã uocãt: Sanguinis ex fœminarũ locis eruptiones & abundantiorem urinam. Feruntaliqui ẽt sistendo in uulneribus sanguini accomodatam, si quis punicea lana inuolutam corpori alligatam gestauerit.

INTERPRES.

h Erbæ nomẽ fecit color qui nõ dissimilis in ea maturis palmulis ẽ. Eamq; ob cãm Phœnicopteros a puniceei coloris aue dicta ẽt ab aliquibus fuit. Nascit̃ hæc in tegulis frequentior q̃ in aruis. Dico aũt tegulas nunc a tegendo oẽm qua domus tegitur & himbris stillicidia deriuantur materiã στέγη n. hic non κέραμον dixit: qua uoce græci indicauerunt quæcunq; familiam a cœlesti aqua tuent̃: siue fictiles tegulæ siue ex materia tabulæ siue straméta sint. Hordeum murinũ Plinius uocari a latinis ait: q hordeaceo folio sit & seminib' ei' inter tegulas mures uescãt̃ hic loliũ murinũ a spicæ figura; uterq; idẽ sed diuersa rõne. Quot ramuli uel poti' culmi illi sũt tot ẽt spicæ. Diximusq; nos sedigitales culmos illos lõgitudinẽ nõ crassitudinẽ eorũ itelligẽtes.

DIOS. DE Idæa radice. Cap. xli.

i Dæam radicem. Romani pariter græcis idæã radicem dicunt. Rusco similia haber folia. Secus ea ueluti uinculæ paruæ sunt: ex quibus flos exit. Adstringit radix eius efficacissime: omnibus quæ adstringi oporteat accomodata: eamq; ob causam contra alui & fœminarum muliebres fluctiones utiliter bibitur. Quinetiam sanguinis eruptiones omnes compescit.

INTERPRES.

r Adieẽ Dios. Plinius herbam idæã uocat: alter a tota natura: alter a potiore eius parte: & qua sola medicinæ inseruit eã appellans Peregrina Italiæ planta est: peregrinitatemq; suam natalis loci cognomine indicat. Rusco de qua in extremo uolumine hoc aget̃ oẽs eam cõparauerunt: cuspidatis iõ foliis herbã intelligere oportet: sed non tam solidis' rigentibusq; ramulis ut ruscus est: qñ helices secus folia hẽ hanc Dios ait: Plinius uero eiusdẽ rei significatione pampinos. Quid aũt ἕλιξ græcis sit in uite primũ mox ab ea in multis aliis facile erit cognoscere obseruantibus quæ in eius gentis poetis scriptoribusq; aliis passim legunt̃: ἀπὸ τ̃ ἑλίσσεσθαι a circũagẽdo .s. & inuoluendo se sic appellati Plinius pampinos uocauit: quos hic in uite helices q̃nto uolumine noĩauit Theocritus in hedera helicem uocauit capreolum magis q̃ pampinum. Vitruuius lib. vii. suæ architecturæ uolutas helices hos noĩauit. Sunt aũt uiticularũ in plantis extremæ partes: in quibus clauiculæ sunt & folia simulq; a duoluendi & implicandi se propinquis plantis natura.

ἕλιξ
Helix

DIOS. DE Rhodia radice. Cap. xlii.

r Hodiã radicem. Sunt qui rhodiada. Romani rhodiã pariter græcis appellãt. Nascitur in Macedonia Costo similis rhodia radix: Leuior tñ costo & inæqualis est. Cũ terit̃ rosarũ halitu & odore sentitur. Vtilis in dolore capitis est: in quem usum cũ nardo tenuis imponit̃: frontiq; & temporibus inspergitur.

INTERPRES.

r Osæ quas græci Rhoda nominant nō Rhodus insula radici huic nomen fecerunt. Qualis aūt & cuius plantæ radix ea sit legisse me hactenus nō memini. Nec integrū undiq; caput hoc uidetur Desideratur enim in eo aliquid: presertimq; quo loco hic ait. Imponitur cum nardo tenuis: & mox fronti temporibusq; inspergitur. Duplex remedii ratio docetur: ut imponatur capiti. s. & inspergantur ea frons temporaq;. Verum in utroq; desideratur aliquid: quo. s. addito liquore inspergenda sit fronti & temporibus ἐμβρεχομένη enim participium quo hic usus est id exigit. Humores. n. ἐμβρέχεσθαι. i. inspergi tantum dicuntur. Præterea quem habet sensum tenuis imponitur nisi tenuē intelligat aliquis tritam & in puluerem friatam? Sed hic λεπτὴν nō λεῖαν ait: quæ uox laminam potius & bracteam q̃ puluerem significat. Nos quales in græcis omnibus inuentæ uoces illæ sunt tales etiam uertimus. Non tacebimus tamē in latino Dios. remedium hoc pcipi Nardino oleo tractari. Quod si recipiatur facilis tunc rei intellectus erit.

DIOS. DE Equiseto herba. Cap. xliii.

h Ippurin. Sunt qui Trimachion: qui Anabasin: qui Charadranō: q̃ Ephydron: qui Ireandendron: qui Gis: qui Schœnostrophon appellent. Aegyptii Pherphra: Magi Saturni nutrimentū. Romani equinalē herbam aut salicem equinalē uocant. Nascit̃ aquosis locis & fossis. Coliculos hēt inanes: modice rubentes: duros: leniter asperos geniculis inuicē insertis dissectos: & circa coliculos illos folia iuncoꝝ figura densa graciliaq;. Augetur in altitudinem ꝓpinquas stirpes adscendens: penderq; ex illis circūamplexa multis nigrisq; comis ceu equina cauda. Radix illi lignosa est & dura. Adstringit herba. Ob quā cām sanguinis ex naribus eruptiōes sistit succus eius. Bibit̃ idē cū uino utiliter cōtra intestinoꝝ tormina: & urinā cit. Glutinant cruēta uulnera trita & inspersa folia eius. Succurrit radix & herba pariter tussientibus: nō nisi recta ceruice spirantibus: & ruptis. Quin ēt intestinoꝝ diuisiones: uessicam dissectam: & intestinoꝝ ramices glutinare ferūtur folia cum aqua pota.

INTERPRES.

f I uideat nascentē aliquis Equiserū herbam: exeuntēq; ex terra aliquot diebus contempletur nunq̃ unde futura sit equina cauda in ea intelliget: Tam breui nudo: cōcretoq; oritur asparago & scapo. Nullibi dissimiliorem natura finē q̃ in hac plāta a suo principio fecit. Orit̃. n. humani pollicis lōgitudine crassitudineq; in acutū fastigiata: mox ꝓcedēte tpe pandit̃ cōcret⁹ ille scapus pādēsq; se p interualla & inter ea certis spatiis iuncea folia & quasi capillamēta q̃dā ꝓfert: quæ dū augent̃ undiq; ad terrā ferunt̃ eadem gracilitate qua in eqna cauda pili sunt: quam nō pōc ostēdere nisi cū aut uiuens ꝓna pendet ex alto: aut secta ad terrā inuerso cacumine descendentibus iunceis & capillatis foliis illis totā equinæ caudæ imaginē reddit. Nota omnibus planta & qua nulla in fossis ꝓpe aquas umbrosis locis frequentior nascitur. Anabasin ab ascendendo aliq cā dixerunt q̄m infirma aliis stirpibus libenter hæret. Charadranon itidē q, in fossarū faucibus q̄s græci χαράδρας uocant ortus & uita illi sit. Nec minus Ephydron ob eādem cām: nihil enim aliud q̃ ἐπὶ τῷ ὕδατος i in aqua Ephydron significat. Vocauerunt aliq ēt Schœniostrophon q, iuncea eius folia illa non aliter q̃ cannabis aut linum in funes texunt̃. Græci salicē arborē & Romani salicē eqnalē ob hanc ipsam cām uocauerunt Plinius lib. xyiii. capite. xxyii inimicā fœnisecis & inutilem pratis dixit: mox lib. xxyi capite. xiiii. iterū de ea agēs nō cōuenire īter græcos nec cū græcis latinos ait Vulgatistū descripta a Dios. hoc loco herba est: oībus locis cognitu & inuētu facillima.

DIOS. DE Altera equiseto. Cap. xliiii.

h Ippurin alteram. Sunt qui Equitium: qui Charadranō: q Gynon. Romani salicem equinam dicunt. Rectus caulis Hippuris altera est: æqualis: cubito maior: concauus: comas per interualla habens breuiores q̃ supior: candidiores: molliores q;. Hæc ēt concisa ex aceto eadē potestate uulneribus medetur.

INTERPRES.

Differt a priore Eqseto posterior hæc sola comaꝝ breuitate: candore & mollitie: q̃ maiores ī hac q̃ in illa notæ sīt: sīoq; facillimæ utraq; cognitōis. desiderat̃ solū cui æqlē si caulē ei⁹ dicat ꝯgnīsne sibi an dictæ an alteri⁹ plātæ alicui⁹. Incertū id ē ἴσον. n. si tm̄ ait eāq; ob cām uitti nota signat⁹ loc⁹ a nobis ē.

DIOS. DE Grano quod tingendo est. Cap. xlv.

Occon qui tingendo est. Romani pariter græcis coccum dicunt. Surculosus paruus frutex est: cui grana ceu lentes adiacent. Ea collecta reponunt & seruantur. Probatissimus Coccus in Galatia & Armenia nascitur: post hunc in Asia & Cilicia: postremæ notæ hispan⁹ est. Adstringendi uires coccus habet uulneribus simpliciter & neruos: uulneribus accomodatas: In quę usum trit⁹ ex aceto emplastri mō imponit: Nascit & in roborib⁹ in Cilicia exiguis cochleis similis quem incolæ mulieres ore euulsum colligunt coccum uocantes.

INTERPRES.

Q Felicior humano gñi & utilior si uitæ commodo℞ numerus æstimetur q̄ uitis aut olea quercus erit: Tam multa præter glādem fert: Gallā & hāc multiplicē numerosamq;: Viscum: fungos: Cachryn: Iulū: Pilulas: pluraq; alia quæ Theophrastus tertio de plantarū historia sigillatim ꝓsecutus est. Sed nihil p̄ciosius & in maiore fortuna honestius q̄ coccū: quo reges quōdam a priuatis: nūc nobilitas a plebe uix discernit: In p̄cio & honore merito habendū: nisi corrupta morū disciplina: calcatisq; sumptuariis legibus ꝓmiscuū plebi eū colorem nr̄a tpa fecissent. Nasci i ilice Theophrastus eodē loco dixit: καὶ ἡ πρῖνος τὸν φοινικοῦν κόκκον Et ilex puniceū coccū Quē Plinius secutus li. xxiiii. capite. iiii Coccū ilicis ait. Idē tñ multo antea li. xvi. capite. ix. dixerat Seruaro ilicis genere priuatimq; ceu species frutices paruos aquifoliæ ilicis. Ex quo genere hic fruticem paruū surculosum dixit: qualem & nr̄a ætas in legendo Cocco in Romano℞ prouincia quotidie uidet. Barbarus q̄ græcos codices secutus fuerit quos nos eruidimus in qbus nō legeretur μικρὸς eā reliquit partē. Nos ex aliis græcis Pliniiq; historia admoniti eam seruauimus uocem. Paruos. n. frutices ille ait quem hic θάμνος ἐστὶ μικρὸς φρυγανώδης dixit. Quod aūt Dios. ait hærere coccū fruticib⁹ his ὡς φακοί. i. lenticularū mō: non ad formā grani sed hærendi modum referendū est. Nota mō & uulgaris res. Quæ ēt ex aliis natiōibus laudet. Quod postremo hic ait in Cilicia nascentē in roboribus coccū minimis cochleis similē ab incolis mulierib⁹ ore auelli aut excipi parū certā & uerisimilē nobis habet historiā: Neq; intelligimus in quē usum id fieri op⁹ fuerit. Corruptū credimus esse locū & pro illo τῷ στόματι quod ore significat: aliter quōdam legi potuisse, pertinereq; ad tempus quo legendus Coccus esset.

DIOS. DE Tragio frutice. Cap. xlvi.

Ragion. Romani pariter græcis Tragium dicūt. Sola creta Tragiū gignit. Folia: uirgas: & semen lentisco similia habet: breuiora tñ & minora oïa. Liquorem fert gūmi similē. Surculos cunctaq; corpori infixa extrahunt folia: semen: & liquor ex uino emplastri modo imposita. Medent eadē urinæ stillicidio: calculos uesicæ frangunt: & menses trahunt: Sumuntur autē drachmæ pondere. Quin etiam ferunt sagittis uulneratas siluestres capras hoc sibi frutice mederi: pastuq; eo decidere cuspides.

INTERPRES.

P Eregrino Italiæ gentibusq; aliis frutici nomē in creta insula tm̄ caprinum pecus fecit: Ob eam quā hic in extremo capite cām reddidit. Plinius Terebintho primū libro. xiii capite. xxi. mox Iunipero. xxvii. uolumine ultimo capite similē fecit Ex qua hominis diuersa eiusdē rei historia facile est cōncere mō hos mō illos delibasse eū auctores: ideoq; multis locis nō esse earundem rerū eandē illis historiā. Idē liquorē eius lacteū eē & in maritimis nasci dixit. Nos in peregrino & ob id incognito frutice nihil habemus aliud quod monere legentes ualeamus.

DIOS. DE Alio Tragio frutice. Cap. xlvii.

T Ragion aliud. Sunt q Tragocerota: qui Scorpiō: qui Garganon: qui Bituensa appellent. Daci saliam: Aegyptii sober: Aphri: Achæosim. Romani Cornulacā dicunt. Scolopendrio similia habet folia: radicem gracilem: candidam: agresti raphano similem. Quæ cruda elixaq; intestino℞ torminibus in cibo opitulatur. Hirci odorem per Autumnum folia eius spirant: eāq; ob cām sic nominata est. Nascitur montanis & præruptis locis.

INTERPRES.

P Riori posteriorẽ hunc Tragion cognominẽ tñ faciunt Galenus:Paulus Aegineta: græcorũq; alii herbarii oẽs & medici:Neq; immerito. Siqdẽ folioꝝ figura differt:q in hoc Scolopendrii in illo lentisci sunt. Differt natalibus q̃ ille natiuum sibi solũ hẽt cretã insulã. Hic ut Paulus Aegineta ait φύεται πολλαχόθι:quod est multis locis nascit̃. Differt postremo uiribus: q̃ in illo ἑλκτικαί.i.extrahẽdi sunt:in hoc astringentes:ĩõq; fluidis affectionibus cũctis accõmodatus. Accedit his q̃ hic amariore sapore est:q in illo nõ sentitur. Cur aũt illi idẽ factũ a gentib⁹ nomẽ fuerit hyrcinũ folioꝝ uirus fuit. Hũc ipsum Dios. Tragocerota.i. hircinũ cornu dictũ testat̃. Facileq; est ex græca hac uoce Romanã illam cornulacã quæcunq; ea est factam fuisse. Scorpii deinde appellatio male ex Trago quæ mox dicenda est ad hanc translata fuit.

DIOS. DE Trago herba. Cap. xlviii.

T Ragon. Sunt qui Scorpion:qui Tragonon uocent. Romani pariter græcis Tragũ dicunt. Marinimis locis maxime nascit̃ Tragus. Exiguus frutex p terrã spargit̃:oblõgus:nõ tñ grandis:dodrãtalis fere aut paulo maior. Folia non hẽt:Ex ramis tñ pendent parui ueluti uuaꝝ acini:numerosi : rubentes magnitudine tritici:acuminatis cacuminibus:sapore & gustu maxime adstringente. Eius fructus numero decem acini cœliacis & muliebribus fœminarũ fluctionibus opitulantur cum uino poti. Quidã tundentes eos in pastillos conformant:seruãtq; & seruatis eodem modo utuntur.

INTERPRES.

P Eregrina & hæc Italiæ planta est si Plinio credimus:q natale solũ Asiã illi assignauit duobus locis eã describens. xiii. uolumine primũ capite xxi. mox. xxvii capite. xii. Quæ poterunt uolentes certius in eo uidere. In iuncoꝝ gñe aliqui eã numerant nec dissimilem Marino iunco in aliqbus faciunt. Plinius ueprẽ uocat:sine foliis:ramis rubentibus:semipedem altam:fruticosam:racemis rubentibus:grano tritici:Acuto cacumine:in maritimis nascẽtẽ : Quæ eadem fere huic scriptori historia est. Animaduertendũ tñ illud quos Plinius racemos uocat hic ῥᾶγας dicit nõ paruo discrimine qñ in racemis plures in unũ collecti uuaꝝ acini sunt. In his aũt quas græci ῥᾶγας dicunt unius tñ uuæ & acini æstimatio est. Videturq; hic acinos nõ racemos intellexisse dicens κατὰ μέγεθος πυροῦ idest triticei grani magnitudine. Quod non nisi ad singulos acinos referri potest. Sunt alia etiam quæ græcarum litterarum peritis censenda relinquimus.

ῥᾶγες Racemi

DIOS. DE Iunco quẽ Oxyschœnum uocant. Cap. xlix.

O Xyschœnon. Sunt qui a læuore læuem schœnũ:qui Oxypternon: q Solis supciliũ uocent:Aphri cadua:Romani iuncũ marinũ siue iuncũ mannalẽ appellant. Duplex eius genus est: Vocat̃q; alter a læuore læuis iũcus: alter uero oxyschœnus.i. acuminatus iuncus in sũmo cacumine acut⁹. Duplex indẽ huius genus. Est. n. alter sterilis:alter uero semẽ nigrũ circinatũ fert. Crassiores huius culmi carnosioresq; sunt. Est & tertiũ genus multo duobus illis carnosius & asperius qđ Oloschœnũ uocãt. Habet hoc ẽt in sũmo cacumine semen antedicto simile. Vtriusq; frixũ semẽ mox in diluto uini potiõe haustũ Aluũ rubrasq; fœminarũ fluctiones sistit:& urinã cit. Capitis tñ dolores facit. Quæ aũt ad radicẽ tenera illi folia sunt Phalangiorum morsibus utiliter emplastri modo imponuntur. Qui uero Euripicus dicitur iuncus soporiferum habet semen:ideoq; in potione ne soporem faciat copiam eius uitare oportet.

INTERPRES.

N Ihil de toto ad mare nascentiũ iuncoꝝ gñe Plinius. xxi. uolumine capite. xviii. latinos docuit qđ nõ ex Theophrasti plãtarum historia trãslatũ fuerit. Nihil post Pliniũ cæteri et cuius nõ sit illis auctor idẽ scriptor. Egissem ego in cõmẽtariõibus his nr̃is lõgius de toto eoꝝ gñe nisi nouissime oĩa ex illis scriptorib⁹ in Corollariũ suũ Barbarus deriuasset. Quæ parata oĩb⁹ & exposita sine desiderio a nobis relinquunt̃ Nõ relinquẽdũ tñ illud quæ tria a Theophrasto & ab hoc numerant̃ iũcoꝝ gñia aquosis locis nasci oĩa intelligi oportere. Et qđ Barbar⁹ idẽ ait semẽ oloschœni tostũ & in aqua potũ &c. non in aqua bibẽdũ dici a Dios. sed μετὰ κράματος .i. in

dilutã uini potiõe quæ qualis sit in cerasis iãpridem primo uolumine dictum a nobis ẽ. Vidimus nos ex hoc iuncorum genere quẽ Theophrastus a nigro seminis colore Melẽcranin uocat pluribus a radice statim foliis: Singulari scapo & ut ille ait carnosa crassitudine egregium.

DIOS. DE Lichene herba. Cap̃. l.

l Ichena petris adhęrentẽ. Sunt qui Muscum. Romani pariter græcis lichena dicunt. Muscus roscidis petris adhęrens lichen est. Hic emplastri modo impositus sanguinis eruptiões sistit; inflãmationes cõpescit & iperigines sanat. Inũgit̃ idẽ utiliter ex melle suffusis felle: & i os linguãq; destillatiões cohibet.

INTERPRES.

e Odem nomine malum & mali remediũ græci appellauerunt. Lichen.n. impetigo simul & qui impetigines sanat herbosus in petris hærens muscus ab eis uocat̃: Magno argumento nullo magis præsidio contra eas usuros esse homines. Sciendum tñ propriũ hęc genus hunc muscũ ab eo quo muscant̃ in torrẽtibus lapides diuersum Hic.n. in aridis nascit̃ petris: Crassior aquatico illo & procerior: umbrosis plerũq; locis in saxosis rupibus hærens. Vis illi est ut ueteres græcorũ medici decreuerunt exterendo purgare: mediocriterq; siccare & refrigerare. Iidẽ quasi ꝑ cõperto illis nõ eẽt: de cõpescẽdis sanguinis eruptiõibus in scriptoris hui⁹ fidẽ id retecerunt.

DIOS. DE Paronychia herba. Cap̃. li.

p Aronychian. Sunt qui Adoceron: qui Neuradã: qui Phrynion. Romani unguinalem herbam uocant. Nascitur in petris breuis frutex peplo herbæ similis: longitudine tñ breuior: sed foliis maioribus. Sanat tota herba concisa & emplastri modo imposita durities & digitorum reduuias.

INTERPRES.

f Ecerunt & huic nomen abscessus qui ad radices humani unguis fiunt paronychiæ a græcis dicti. His.n. præsenti remedio herba ẽ: eãq; ob cãm honoris huius prærogatiua ab antiquioribus herbariis & medicis ornata: nec alio noie quõdam in uetere medicina cognita est Describũt effigiantq; eam nr̃æ ætatis herbarii petrosis locis nascentem ut hic ẽt ait foliis latifoliæ lauri: duobus aut cũ pluribus quatuor ramulis. inter quæ spicatus flos exit: crassitudine pollicis & longitudine: colore inter flauum & luteũ Hanc ex ueteribus aliqui nõ abscessus illius noie Paronychian: sed adiectiua forma Paronychæam dixerunt. Quæ mox illi accreuerunt ab aliis appellationes adocetos: siue ut in aliqbus legitur acedotos: Neuras & Phrynion ex earũ plantarum similitudine aliqua ad hanc uenerunt. Quæ quales sint suis locis dictum a nobis est. Quemadmodũ & Paronychiã abscessum esse q ad radices unguiũ coit. Dico aũt abscessum qđ græci Apostema uocãt: a Galeno i suis diffinitiõib⁹ dictũ Mutationẽ seu trãsitũ corpis ex iflãmatiõe ad pus esse.

παρωνυχία Paronichia
ἀπόστημα Abscessus

DIOS. DE Chrysocome herba. Cap̃. lii.

c Hrysocomen. Sunt qui Chrysitin: qui Chrysanthemon: qui Amarãthon: qui Diospogona.i. Iouis barbam uocent. Aphri Dubath: siue Bucbromat. Romani Iouis barbam appellant. Dodrantalis exiguus frutex est. Corymbaceam hyssopo similem comã habet. Radicẽ hirsutam: & ueratri nigri mõ gracilem: gustu saporeq; non insuaui: qui qualis in cypero est sentiat̃ in dulci leniter austerus. Nascitur Chrysocome umbrosis & petrosis locis. Habet calefaciendi & adstringendi uim radix Iocinorosis & Peripneumonicis accomodatam: Sumitur ea etiam in mulso elixa ad muliebrium locorum purgationem.

INTERPRES

q Vod hactenus in Plinio latinisq; aliis legerim nulla ĩter flores herbasue Iouis barbæ noie plãta numerat̃ Inter arbores qdẽ. xvi. uolumine capite xix. a Plinio his uerbis arbor describit̃. Odit aquas & q appellat̃ Iouis barba: i ope topiario tõsilis & in rotũditatẽ spissa. Inter flores aũt in uiolarũ gñe. xxi. uolumine capite x & . xi. Iouis flos apte ab eodem uocat̃ Coronat folio tñ Iouis flos. Pauloq; post. Succedũt illis æstiui lychnis & Iouis flos & alterũ genus lilii &c. Quin ẽt. xxvii. uolumine capite iii. idẽ Plinius aut eũ dẽ aut aliũ i uiolarũ tñ gñe florem Iouis flãmã uocat. Qualiter flos quẽ Iouis flãmã appellauimus in uiolis. Dicimus aũt aliũ aut eũ dẽ eo noie significari a Plinio florẽ: qm̃ Theophrasto diuersi flores sint Διὸς ἄνθος & φλόξ i. Iouis flos & flãma Plini⁹ aũt sæpenumero huiuscemodi miscet & i tãta naturæ uarietate non semp illi rñdet. Quæ hactenus dicta a nobis sunt ut ostendatur qđ in Diosc. nunc legit̃ Iouis barbã dici a Romanis

Chrysocomen

Chrysocomon in antiquis nõ inueniri. Plinius.n. inter arbores manifeste Iouis barbam numerat: Seorsumq; a Iouis flore & flãma Chrysocomẽ describit: Negat hẽ latinã appellationem. Quodq; magis animaduertendum sit Iouis florem flãmamq; inter uiolas censeri & sine odore eẽ: quod & Theophrastus itidẽ testatus est. Cuius floris nota omnibus figura est longe a corymbis diuersa: q bus hic & alii oẽs Chrysocomem florere dixerũt. In uiolis enim singuli flores singulis pediculis & aliqñ ramulis nitunẽ: in corymbis uero uno pediculo plures: Illi singulares & plerũq; grandio res: in his aceruus magis & ueluti grumus florum q̃ flos aliquis est: licetq; in utroq; genere discri mina hæc passim uidere. Ex his cõstituendum est ꝓpriũ & aliud a uiolis genus hẽ Chrysocomẽ: quã Plinius Chrysitin uocari ẽt ex eo ait q̃ comantibus fulgore auri corymbis floret. Et hæ tantũ plantæ huius legitimæ appellationes sunt: cæteræ falso & ab imperitis illi accreuerunt. Qui enim põt Amaranthos aut Chrysanthemos dici flos qui auri fulgore comãtibus corymbis splẽdet? Cũ amarãthus spica uerius purpurea q̃ flos sit: & Chrysanthemus alius undiq; a Chrysocome descri batur quemadmodũ nõ multo post a Dioscoride tradeẽ. Infœlix ꝓ cõfecto ætas hæc nr̃a quæ nec antiqua in plantis seruauerit noia: nec nouis appellare & nouisse eas gaudeat: patiaturq; sine hono re aliquo nũc esse quæ in naturæ maiestate antiquitas admirata est. Qualis Chrysocome hæc fu it: nullibi nõ in pratis & incultis locis nascens quã fœnisecæ cũ reliquo fœno demetunt: cubitalib magis q̃ dodrantalibus herbã surculis: iisdemq; fere nudis: pilosis: & in sũmo comam quã hic no minat gerentẽ: flosculis plenã: coaceruatis & in globũ cõferctis: luteo colore. Quã cum uiderit ali quis mirabitur a p̃ciosiore omniũ metallo factũ ei nomen quæ nũc sine gratia & sine dignitate ali qua a pueris ẽt negligaẽ. Plinius radicẽ nigram Chrysocomes ait esse: hic gracilẽ ueratri nigri mo do. Reliquit uterq; aliqd qđ ad itegram eius historiam pertineret: Ille gracilitatem: hic colorem: sed ueratro nigro similẽ dicens colorem ẽt dixit. Sunt.n. ueratri nigri radices graciles ut hic in eo ostendet & nigræ. Quod sequiẽ deinde gustu nõ insuaui esse κυπαρίσσῳ ἴσην ὀδὸν nõ satis certũ ha bet intellectũ: presertim uariantibus antiq̃ssimis græcis latinisq; huius scriptoris codicibus: nec cy pero sed ciparisso manifeste ostendentib Plinius nihil aliud q̃ radice nigra sapore ex austero dul ci dixit. Nec nos satis censere audemus utri ex duabus plantis illis in sapore magis respondeat. Re linquimus ideo hoc peritioribus cognoscendum cõmuniorem secuti lectionem.

DIOS. DE Chrysogono. Cap. liii.

c Hrysogonon. Sunt qui Chrysospermon: qui Daspin: qui Origanon: q Ar cophthalmon: Romani Arilariam uocant. Folia hẽt quernis similia. Fru tex densus est. Flos coronario uerbasco æqualis. Radix rapo similis intus rubẽs: foris nigra. Cõcisa hęc & ex aceto imposita muris aranei morsib subuenit.

INTERPRES.

q Vale Chrysogonon hoc sit & unde facto illi noẽ sic appelletur nullibi legisse me memi ni. Cæteri ẽt græci presertimq; Paulus Aegineta quo libro oẽm numerat medicam mate riam Chrysogoni hui ad medicinã nullibi meminit. Plinio itidẽ nulla inter plãtas chry sogoni uox est: similem tñ Chrysocomæ & aliis a colore auri appellatis nomen facit: & ex quo hic ipse ait Chrysospermon a quibusdam ẽt uocari Cõiicere licet non in flore sed in semine auri colo rem esse. Idem enim Chrysogonon & Chrysospermon est aurei.s. seminis herba. Satis ex historia eius patet qualis hic frutex sit & qua notarum obseruatione deprehendi possit.

DIOS. DE Heliochryso. Cap. liiii.

h Eliochryson. Sunt qui Chrysanthemon: sunt ẽt qui & hũc Amaranthum uocent. Romani quemadmodũ & gręci Helichrysum & Heliochrysum ap pellant. Simulachra deoꝶ eo coronantur. Virga est breuis: recta: uirens: so lidaq;. Folia habet ex interuallo angusta: Abrotono similia. Comam in orbem cir cumactã aureum colorem ostendentem. Vmbellã circinatã ueluti corymbos are scentes. Radicem gracilem. Nascitur asperis locis & aquosis cõuallibus. Angustiis urinæ: serpentium morsibus: coxendicis doloribus: & ruptis opitulatur Heliochry si coma cum uino pota. Menses eadem trahit: concretumq; in grumos in uessica & aluo sanguinem cum mulso pota absumit. Destillationes a capite in subiectas par tes compescit trium obolorum pondere ieiunis in diluta uini albi potiõe data. Mi scetur eadem uestibus: integrasq; ab erosionum noxis tuetur.

INTERPRES.

h Elichrysum Plinius in historia pluribus locis: in medicina lib.xxi.capite.xxv. Heliochrysum eandem aurei floris plantam appellat. Habetq; utriusq; uocis certam primū ex natura cām: tum ex græcis scriptoribus poetas Theophrastūq; auctores: quorū illi Helichrysum hic uero semper heliochrysum in plantarū historia nominat. Diuersitatis huius causa est q̄ qui Helichrysum uocant aquosis & palustribus locis quæ græci ἕλη dicūt nascentē florē indicant: Qui uero Heliochrysum q̄m ἥλιος Sol græcis est ad solis repercussum aurea luce fulgentē significant: Quæ illi natura est nō aliter q̄ multis aliis quæ accedēte Solis luce colores suos uariant & eos qui nō sint habere uident. Quod hic significauit dicens χρυσοφανῆ.i.quæ aureo colore & luce se ostendant. Sunt tñ qui utcoq; mō enunciatū hunc florē a palustribus locis dictū fuisse uelint: neq; ἡλιόχρυσον: in qua uoce Sol est; Verū ἑλειόχρυσον: in qua palustres loci audiunt: scribendum esse: Quibus litteris in Theophrasto scripta ēt nunc ea uox plerūq; inuenitur. Sed nos in melioribꝰ obseruauimus a Sole id nomen factum. Acceditq; naturæ causa quæ illi est ut Plinius ait ad Solis repercussum aurea luce fulgere: Quodq; hic ait χρυσοφανῆ i.aureo colore uideri. Cuius euentus nō nisi in Sole causa est. Chrysanthemon eundē hic uocari a q̄busdam ait ab eodē auri colore sed ex alio flore de quo mox dicet accæpta appellatione: Quod sola nominis & coloris similitudo fecit. Addidit præterea Amaranthū ab aliquibus Helichrysum etiā dici non q̄a spicatus flos sit qualis est qui ꝓprie Amaranthus dicitur de quo in Chrysocome dictū paulo ante est: Sed ab eadē lōgioris sine detrimento uitæ natura. Quæ n. ꝓprie Amaranthus a græcis noīata est spica ut præmonstrauimus uerius q̄ flos est colore purpureo: sine odore: Augusto mense proueniens: in Autumnū durans: & qui quod mirū sit postq̄ defecere cuncti flores madefactus aqua reuiuiscit. Ideoq; antiquis hibernas faciebat coronas. Sūma tñ eius natura in nomine est ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι .i.quia non marcescit a græcis appellati. Ex qua naturæ uī hic ēt nō ob similitudinē aliquā Helichrysum uocari ait: quia s. corymbi eius nunq̄ marcescunt: eamq; ob cām deorū simulachra ad longioris tēporis ornatum hoc flore antiquitas coronabat: quod cunctis gentibus adeo tunc cōe erat: ut hic inter notas eius dixerit esse Helichrysum quo deorū imagines in tēplis coronant. Galenus Amaranthi nomine ob eā quam diximus cām semper hūc uocauit: queādmodum & spicam illam purpuream: ideoq; diligentius ex uiribus & usu in medicina discernendus in eo uterq; hic flos erit. Florere Helichrysum Theophrastus uere ait una cū uiola nigra. Estq; locus ad extremū sextū eius de plantarū historia uolumē idē lōgius li.ix.de eodē his uerbis egit. δοκεῖ δὲ καὶ ἐάν τις τῷ ἑλειοχρύσου ἄνθει στεφανῶται μύρῳ ῥαίνων ἐκ χρυσίου ἀπύρου. ἔχει δὲ ὁ ἑλειόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδὲς, φύλλον δὲ λευκόν: καὶ τὸν καυλὸν δὲ λεπτὸν καὶ σκληρόν: ῥίζαν δ᾽ ἐπιπόλαιον καὶ λεπτήν. χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ δάκετα ἐν οἴνῳ, καὶ πρὸς τὰ πυρίκαυστα κατακαύσαντες καὶ μίξαντες μέλιτι: Quæ paulo minus q̄ omnia a Plinio reddita iisdem fere uerbis libro xxi.capite.xi fuerunt. Et quorum sit sensus. Gratiam & uitæ gloriam sibi etiam acquirit qui Helichrysi flore coronatus unguento ex auro qđ ignem non senserit se insperget. Habet aūt Helichrysus florem auri colore: candidum folium: coliculum tenuem & durum: Radicem in superficie terræ candemq; gracilem. Vtunt ea contra morsus uenenatorū in uino. Vtunt & ad ambusta cinerem eius melle excipientes. Non sunt quæ a Theophrasto dicuntur eadem penitus huic scriptori: ideoq; nos cōmentationibus nostris ea addidimꝰ: ut ex duorū scriptorū diuersa historia & medicina deprehendendæ ueritatis cognoscendiq; floris maior legentibus occasio sit. Habet hoc caput ēt in extrema coronide quod Barbaro & nobis idem non fit. illic. s. quo loco hic ait ἴσχει δὲ καὶ καταῤῥοῦν ὅσον τριώβολος &c. Quod ab eo redditum est. Profluuia mulierū pondere &c. Videtq; ille in Dios. ῥοῦν tm̄ legisse: nosq; ēt græcos uidimus codices: in quibus sine præpositione κατὰ simplex ea uox sit. Potuit ēt & Plinium habere editionis suæ ducem lib.xxi.capite xxv. docentem folia Heliochrysi trium obolorū pondere mulierū profluuia in uino albo sistere: quæ tota scriptoris huius si ῥοῦν legendū illic fuerit summa est. Nos colorem & meliorum in græcis codicum fidem secuti nō ῥοῦν quæ uox muliebres fœminarū fluctiones significat: sed addita præpositione καταῤῥοῦν legimus: uertimusq; ex uocis illius captu & significatione: sistere Helichrysum a capite in subiectas partes destillationes. Id.n. catarrhus significat ut in Cinnamomo iampridē præmonstratum est. Habemusq; editiōis nostræ auctores primū antiquiores & probatioris fidei græcorū codices: mox Paulū Aeginetam: quem & si Plinio in cæteris nō cōparauerim in medicina tñ nō minus illi crediderim lib.vi in Helichryso diceñ. καὶ ποθὲν καταῤῥόοις βοηθεῖ Quod est. Potus ēt Helichrysus Catarrhis. i. a capite in subiectas partes destillatiōibus prodest. Persuasit ēt sic locum uertere & remedium docere q̄ sola illic uox est ῥοῦν per se solum fluctionē indicans: quæ tñ multiplex esse pōt. Consueuit præterea hic semper muliebres fluctiones ῥοῦν γυναικεῖον uocare contracto adiectione illa ad fœminas malo

DIOS. DE Chrysanthemo. Cap. lv.

c Hrysanthemon. Sunt qui Chaclam: qui Chalcitin: qui Chalcanthon: qui Chalcanthemon: qui Buphthalmon appellent. Thusci Garuleum: Aphri

Curzeta

Curzeta: Romani Caltam dicunt. Tenera & fruticosa tota herba est. Habent caules eius læuorē. Folia incisuris diuisa. Luteos & egregii splēdoris flores: instar oculi in orbē circulares. Ob quā cām sic appellata ē. Nascit circa urbes: Eiusq; caules olerū mō in cibos admittunt. Coacti cū cera flores Chrysanthemi & folia abscessus: quos ab adipe græci Steatomata uocāt discutere dñr. Reddit bonitatē coloris ad tps suffusis felle Chrysanthem' a balneo digressis post lōgiorē i eo morā pota.

INTERPRES.

Mendari ut in carmine suo Martialis cecinit hoc totū poterat & debuerat una litura caput tam multa in eo obstrepunt: & legentes merito remoratura sunt. Dicetq; forte aliquis non tanti flores esse oēs: ex quibus nil dat in corpus pter simulachra fruendum: ut debuerit tot horis Chrysanthemus siue hic iu generis flos: siue buphthalmos sit: siue quem uoluerit aliū quispiam a meliore agenda realia & nos & alios distrahere: Nec æquo animo audiet: quæ nulla nouæ rei delectatione blandiri aut pdesse legentibus possint. Neq; ab re forsan. Quando si tota æstimet res uideri alicui possit eadem Buphthalmo. i. bouis oculo: de qua tertio uolumine actum ē Chrysanthemos hæc esse: Soloq; noīe ab ea differre: & quæ in historia medicinaq; illustradita sūt paucis exceptis eadem licet diuersis uerbis in Chrysanthemo hac legi. Nosq; aliqñ cogitauimus quasi nulla eēt Chrysanthemus: aut si sit eandē Buphthalmo esse: nullam capitis huius habere rōnem: & quod nullum in re esset nullū in labore hoc nostro ēt fore. Sed in contrariā traxere partē Chrysanthemi primum nomen: quod a Bophthalmo aliud Dios. & Plinio est: Mox quæ i Chrysanthemo alia a Buphthalmo sunt: habere. s. caules eius læuorē: folia incisuris diuisa: nō ut illa fœniculi figuras & capillata: postremo olerū modo in cibos admitti: quod Buphthalmo neq; a scriptor hoc neq; ab aliis tribuit: & quod in medicina relinquendū non est Buphthalmi foliis cum cera sanari durities tumoresq;: Chrysanthemo aūt priuatim Steatomata. Accessit his ēt q qui nobis est pbatissimæ & antiquissimæ fidei græcus Dios. multa toto hoc capite diuersa habet. Quam enim cæteri codices a Romanis Acantham uocari Chrysanthemon ostendūt: Ille Caltam habet: Et quæ illi πολυσχιδῆ φύλλα hic προσχιδῆ. Quodq; in floris pictura passim legitur καὶ ὀφθαλμὸν κυκλοτερῆ in eo non est. Sic ēt in medicina & remediis: qui soli flores felle suffusis mederi dicunt; in eo folia & flores legunt. Tantaq; est uarietas: tantaq; ex uarietate suspitio orit ut esse Chrysanthemō a bouis oculo aliā credamus: & quæ ex bouis oculo illi accreuerint ab impitis & ex similitudine diuersas plantas miscentibus accreuisse. Variāt enim in sermōis ductu: rerūq; serie scriptoris huius exēplaria: & quo antiquiora sunt eo certiorem coniecturam faciunt fuisse quondam per se & adhuc esse Chrysanthemon a bouis oculo diuersam. Accedit his Plinius etiā xxvi. uolumine capite. viii. Chrysanthemū priuatim nominans: perisseq; huic capiti quæ ppria Chrysanthemi erant: successisseq; illis ex bouis oculo: quæ eius ppria erant facile crediderit aliqs: Plinius n. Chrysanthemo ad uesicæ uitia utitur: quoq; nulla in hoc capite inter alia Chrysanthemi remedia rō habita est. Qualia obsecuari a nobis hæc potuerūt talia ēt docent. Cupimus tñ cuncta a nobis hoc capite dicta suspitiones coniecturasq; nō decreta haberi: Neq; enim alio cōsilio dicta lōgius a nobis fuerunt q̄ ut labore hoc nostro quicūq; is est ad ueritatis eruscationē cæteri facilius pficiant. Qui illud ēt meminerint credere nos cunctas Chrysanthemo adiectas appellationes a uoce illa chalca incipientes alterutram habere rōnem & cām. Aut enim ob luteum medii floris colorē a simili & concolori æris metallo: quod græci chalcon dicunt: factæ fuerunt: Aut qood nos magis pbamus: qm̄ Buphthalmo pariter & eadem Chrysanthemos chalca a quibusdā credita & dicta fuerit ex eo noīe cæteræ illæ oēs Chrysanthemi appellationes corruptæ tñ fluxerunt. Vocari aūt Buphthalmon chalcan testis Alchman poeta est. Cuius audit adhuc uersiculus. χρύσεον ὄρμον ἔχων ῥαδινᾶν πετάλοισι χάλκαν. Relictus is in Buphthalmo a nobis cui primū ea cōpetit uox repetit mō. Monemus pterea in Chrysanthemo hac legentes: Quā nos diximus chrysanthemi Romanā eē appellationē caltam cōtra q̄ in græcis fere oībus legitur: in qbus ἄκανθα est. Haud sane q a p comperto aliqd in calta nobis sit sic dictā fuisse: sed qm̄ Acanthā Romanā nō eē uocē sciebamus: quæ græcis spinam significat neq; i ea gente ēt Chrysanthemo cōpetere posse: q nullas a quoq̄ descripta ē hēc neq; habet spinas. Sed q q mihi sunt unus & alter uetustissimi & pbatissimi oium græci Codices nō acantham: sed alter acaltā: alter caltā manifeste ondebāt: Quæ cū certa Romana eēt uox facile in se nos conuertit Credimus. n. ex coloris saltē similitudine ad chrysanthemū græcā Romanā caltā ab aliquo in scriptore hoc cōtractā fuisse. Et hæc p nō satis certa re satis dicta sint. Dicemus in medicina nunc q nā græcis medicis Steatomata sint: qb' hic mederi flores & folia cū cera dixit. In gñe abscessuum a cūctis ea numerant; noméq; illis ab adipe qué græci στέαρ dōt factū fuit: Nec aliud Steatoma ē q̄ si latine dicas adipatio Galenus i diffinitiōib' suis ait Steatoma eē adipis cōtra naturā collectū aliquo loco icremētū Sciēdūq; illud ē i toto hoc abscessuū gñe quot sūt clausæ & latētes i eis hūorū substātiæ tot ēt græcis roz noīa eē: haud sane q a in illis substātiæ illæ sint a qbus nomē inuenerūt: sed

στεατώματα
Steatomata

sola eatum similitudo Dico aũt Meliceridas: Steatomata hæc: Atheromataq;: & siqua alia his similia in græcis audiunt: nunc n de Steatomatis tm̃ sermo est & Atheromatis: de Meliceride. n. actũ iampridem fuit: Quæ ut græce loquamur apostemata sunt tuniculis clausa & contẽta Et qm̃ quæ clauditur & continetur in illis caro aut carnosum corpus mutata ex corruptione natura modo adipescit modo pultescit: ideo hoc aut illo noie censet: Dico aũt adipescere & pultescere in adipi aut pulti similem habitũ mutari: ideoq; illud Steatoma: hoc Atheroma a græcis dictum fuit. Est eni Atheroma ab athara: qua uoce pultis triticeæ: aut ex alia fruge genus græci uocabant quasi pultatio. Quod genus idem Galenus diffiniuit dicens Neruosam esse tunicã atheroma in qua pultaceus humor cõtinetur. Et ex hoc genere abscessibus Steatomatis hic Chrysanthemi folia mederi ait eaq; discutere. Quod miretur aliqs dicente Paulo Aegineta in his oĩbus Medici consilium fore discutere qd tunica illa cõtinet: aut medicamẽtis exedere: aut sectiõe auferre: Quidã n ex his tumoribus triplici hac rõne curant: hi. s. q tenuiorem humorem cõtinent: qualis Meliceris est: Aliq duplici tm̃ ut atheroma: qd & sectione aufertur & medicamẽtis exeditur: Aliq una tm̃ quale steatoma hoc est: quod nec discuti nec exedi potest: sed ad chirurgiam tm̃ referendum est.

Atheroma

DIOS. DE Agerato herba. Cap. lyi.

a

Geraton. Romani pariter gręcis Ageratum dicũt. Surculosus frutex & dodrãtalis Ageraton est: Humilis per terrã spargit: simplex: origano similis: umbellã habens in qua flos auri fulgore splẽdet bullaꝝ figura: helichryso minor. Quoniã incolumis & sibi ipsi similis diu seruetur: nec senescat Ageraton dictus est. Habet decoctum eius calefaciendi cum feruore uim. Bibitur herba hæc ẽt ad ciendas urinas. Potest idem & suffitu: muliebresq; locos mollir.

INTERPRES.

o

Ptabilis agerati natura oĩbus merito sit: Si quod uox ipsa indicat: & hic scriptor de ea testatur nunq̃ aut sero senescat Quid n deus natura ue hoi fœlicius dederit q̃ integra semper aut diu saltem ætate senectutis tam multa mala & incõmoda uitasse: Sed frustra id aliqs a natura petierit: quæ i perpetuo motu stare nequeat: & cum non possit in melius moueri necessario in deterius ferat. Nescimus nos quatenus i agerato hac floris uita duret. Herbam. n. ignoramus. Sed licet diuturna ea sit ut florum tñ oĩum natura est q cito dilabuntur: non adeo longa eẽ potest. Nisi forte i flore hoc rõcinetur aliqs oĩa peride ut cuiq; data sunt pro rata parte uitæ longa aut breuia dici Non aliter q̃ naturales docent ad Hipanim fluuium q ab Europæ parte in pontum ifluit nasci bestiolas quasdam quæ unam diem uiuant. Et ex his eam quæ octaua diei hora mortua sit ꝓuecta ætate decessisse: Quæ uero occidente sole decrepita: multoq; magis sit ẽt solstitiali die: Nec alia rõne non senescere Ageratum: & ad multum tempus icolumem sibiq; similem seruari florem eius hic dixerit. In latinis sub hoc noie nulla quæ nota nobis sit plantæ huius historia est. Græci uires discutiendi habere eam tradiderunt: & præter id leniter iflammationes arcere.

DIOS: DE Verbenaca recta. Cap. lyii.

p

Eristereona rectum. Sunt qui Peristerion: qui Trigonion: qui Bunion: q Sacram herbam: qui Phitrodorem uocent. Aegyptii Pempfempre. Magi Iunonis lachrymam siue mustelæ sanguinẽ: aut Mercurii itidem sanguinẽ. Romani Cristã gallinaceam: Feriam: Trixalim: Exuperam: & herbã Sagminalem. Nascit aquosis locis: crediturq; ex eo sic nominari: ꝙ colũbæ libenter inter eã uersent. Dodrantali altitudine & aliqñ maior herba est. Folia babet incisuris diuisa albescentia: ex caule exeuntia. Singulari plerunq; caule & radice herba inuenitur. Creduntur folia Verbenacæ ex uetere suillo adipe apposita muliebrium locorum facere indolẽtiam. Ipsa etiam ex aceto emplastri modo imposita herba sacros ignes cohibet: & exedentia compescit. Vulnera eadem glutinat: & uetera ex melle ad cicatricem perducit.

INTERPRES.

n

Vlla in toto herbaꝝ cẽsu Romanæ nobilitatis plus habet q̃ Verbenaca. Vna. n. hac domus purgabat: lustrabat familia: & Iouis mẽsa ad sacrificiũ & epulas uerrebat. Vna auctorib⁹ Romani imperii cõditoribusq; imensum quiddã dedit. Nõ aliũ de Sagmina in remediis publicis & in sactis legationibus uerbenæ q̃ ex hac genti illi fuere: qua coronati ad hostes fœciales

mitterentur: ideoq; sacra herba uulgo dicta & cognita. Romani Verbenacā q; sola & per se uerbenas faceret: dixerūt. Gētium iura & publicæ utilitatis cām secuti. Græci qbus nulli fœciales erāt: nec idem in legatis ritus naturā contēplati peristereona nominauerūt a colūbis: ut hic ait facto nomine: q; hæc auis libenter inter eam uerset. Vtraq; gens duo eius cognouit genera; diuersis tñ notis ea discreuerunt. Latini a sexu marem & fœminam: Græci a plantæ habitu rectā & supinam dicētes. Addiderunt per tēpora & ex aliis causis alias aliæ gentes appellationes. Romani ēt Cristā Gallinaceam dicere potuerunt: q; folia illi serrata sint: qualis in ea aue cristatus apex ille est. Sic ēt herbam Sagminalem: q; inter Sagmina primū hæc honorē haberet. Relinquimus q d sagmina sint docere: quid Verbenæ ēt: qm̄ in latina re iampridē oībus hæc nota fūt. Habuit & alias i posterioribus Latinis appellationes Verbenaca: quarū numerauit aliquas Apuleius in Cōmentariolo illo de herbis: numerauerunt & alii: q qm̄ a Barbaro repetitæ longius in corollario suo sunt a nobis relinquūtur. Multæ laudis & magni uotum ambitus herba hæc semper fuit: multisq; locis religione consecrata: Quod raro factum historia & experientia ostendit in his quæ natura oībus cōia fecit: qualis uerbenaca hæc recta est nullis non fere locis nascens: & rusticæ plebi ubiq; nota.

DIOS. DE Verbenaca supina. Cap. lyi.

Peristereona supinum. Sunt qui & hanc sacram herbam nominēt: q Erigēnion: qui Chamæleucon: qui Sideritim: qui Curitim: qui Persephonion: qui Iouis colum: qui Dichiomō: qui Callesin: qui Ciparisson: qui Demetriada appellent. Aegyptii Pemphtemphtham: Pythagoras Erysisceptrū: Romani Cincinnalem herbam dicunt. Cubitales Verbenaca hæc pfert uirgas: aliqn̄ etiā maiores & angulosas. Circa quas folia sunt per interualla quernis similia: Angustiora tñ minoraq;: sed per ambitū secta: colore quadātenus glauco. Radicē habet oblongā gracilemq;: Flores purpureos tenuesq;. Aduersantur serpentibus folia huius Verbenacæ: in quē usum bibenda danť: aut emplastri mō imponunť. Bibunť contra fellis suffusiones eadē folia utiliter drachmæ pondere cū turis obolis tribus: & uini ueteris hemina una ieiunis quadraginta diebus. Quin ēt ueteres tumores & īflāmationes leniunt emplastri modo imposita: & sordida purgant ulcera. Ipsa ēt tota herba cum uino tonsillarū crustas erumpit: & oris depascentia ulcera gargarissata compescit. Fertur tricliniis inspersum uerbenacæ dilutum lætiores conuiuas facere. Datur contra tertianas bibendus cum adiacentibus foliis tertius a terra geniculus eius: contra quartanas uero quartus. Sacram herbam Verbenacam ideo uocāt qm̄ fœlicem habeat usum in lustrationibus suspensa alligata ue.

INTERPRES.

Vperiorem Verbenacam græci q; recto caule riget rectam: Hanc q; deiectis in terram ramulis quasi iacet Supinam uocauerunt. Nec solu inter eas hoc discrimē obseruatū ab illis est: sed ut ex utriusq; historia licet cognoscere plura alia sunt: qbus inter se discōueniant: p sertimq; numerus & longitudo ramulorū. Quod idē ambabus est: & quod cognomines eas fecit foliorum figura & in foliis pares incisuræ sunt. Vidimus nos quā nunc rectā uerbenacā dicunt multo maiore altitudine q̃ dodrantali: Contraq; Supinam longe breuioribus q̃ cubitalibus uirgis: & in utraq; quod in scriptore hoc nō legitur quadrangulis ramulis: Rectam itidem singulari caule sed nō singulari radice: nisi hic unā eius radicē forte dixerit: quæ crassior aliis est: Cæteras uero fibras & capillamenta magis q̃ radices esse uoluerit. In utraq; aūt quod pauloante diximus eadem serrata & quernis similia folia sunt. Visæq; nobis plantæ hæ sunt magis ad Plinii q̃ ad scriptoris huius picturam accedere. Fuerunt quondam ut Plinius idem testatur: & ut licet ex tam multis noībus q̃ in scriptore hoc leguntur conijcere magis in magno honore Verbenacæ: q omnia ad suspēdendos uana superstitiōe plebis animos diuina rōne aliqua augentes multum illis detulerūt. Credimusq; nos quod in extremo capite legitur illatā tricliniis alterā Verbenacā hanc lætiores conuiuas facere & in lustranda familia purgandisq; domibus suspendi eam & alligari ex eorū disciplina & cōmentis fuisse. Poterunt plura cognoscere in huiusmodi re uolentes Plinium .xxv. uolumine capite nono audire. Nos interim monebimus dubitare nos non bene in scriptore hoc legi decoctam in uino Verbenacam hanc ἐσχάρας τὰς ἐν παρισθμίοις περιῤῥήσσειν: idest crustas in tonsillis frangere & erūpere. Ignoramus enim mali genus hoc. Scimus qdem inflāmari locum: sed fieri in iteriore illa parte Escharas ut proprie Eschara a Medicis dicitur nullibi hactenus legisse me memini Censebunt

certius medici quale quod hic dixit intelligendum sit. Nos seruata uocum significatione tonsillarum crustas erumpere diximus.

DIOS. DE Astragalo berba. Cap. lvii.

Stragalon. Sunt qui Chamæsycen: qui Onycha. i. unguem: qui Galatem:
a Romani Pinum Tribium: Ficum terræ: Glandulam & Nonariam uocãt. Paruus breuisq; frutex Astragalus est: Spargitur per terram ciceri foliis & ramulis similis. Flores habet purpureos paruos: radicem rotundam: ualde grandẽ: raphano similem: nigris adnatis multis: durisq; cornu soliditate sibi inuicẽ implicitis: adstringẽte gustu. Nascit̃ uẽrosis & niualibus locis: copiosaq; in Arcadiç Pheneo. Sistit radix in uino pota fluẽtẽ aluũ. Vrinas eadẽ pellit. Facit ad uetusta ulcera q̃b⁹ trita inspergit̃. Quin ẽt sanguinẽ sistit: sed ob duritiẽ suã difficillime tunditur.

INTERPRES.

X Arcadia si forte adhuc noĩe hoc illic cognoscit̃ Astragalus repetẽda. Italiæ enim aut nulla aut tam rara modo est ut a nullo cognoscat̃. Nomen illi ut uidetur radix fecit rotunda duraq;: & ob id animalium talo similis. Id enim Astragalus græcis est: a quo quibus pueri quondã luderẽt nõ cubi tesseræ ue dicti sunt: sed tali q̃bus Ganymedẽ & Cupidinem Apollonius finxit in cœlo colludentes: & Plinius Astragalizontas Polycleti opus appellauit: In quo si Apollonii carmẽ lib. iii. in Medeæ amoribus diligenter aliquis ludiq; genus obseruauerit uictoriæ p̃miũ potius q̃ fortunæ & ludi instrumentũ Astragalos esse intelliget. Locus in eo poeta uidendus his q̃ in antiquitatis cognitione diligentiores haberi uolunt. Cur aũt Astragalũ hanc Chamæsycen græci: Latini uero ficũ terræ dixerint in Chamæsyce certius itelliget̃. Radicis enim similitudo cognomines diuersas alioq̃n plantas fecit. Vocarũt p̃terea ab eadẽ rotũda crassitudine Romani glandulam manifesta rei indicatione. Nasci eam nos in Phæneo Arcadiæ non in Memphi diximus: q̃m nulla est Memphis Arcadiæ. Et Plinius in Phæneo prouinciæ eius oppido nasci testatur: & præter Plinium uetustissimi & optimi græcoꝝ codices ἐν φαινεῷ adhuc habent.

DIOS. DE Hyacintho. Cap. lviii.

Yacinthon. Sunt qui Heloniada: qui Porphyrãthes: Romani Vacciniũ
h dicunt. Bulbo folia similia Vacciniũ babet: Caulem cui supincurrit lçuor dodrantalẽ minimo hominis digito graciliorem: gibbosam comã sustinẽtẽ purpureo flore plenã: Radicẽ & ipsam bulbosam: Quæ infantibus ex uino albo emplastri modo imposita pubertatẽ coercet: nec patitur erumpere. Sistit eadem pota aluum: Vrinã cit & Phalangioꝝ morsibus subuenit. Semen maiore adhuc adstringendi ui cœliacis succurrit. Purgatq; cũ uino potum fellis suffusiones.

INTERPRES.

ὑ ὑ ὐ ἀκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα. Libet enim græci poetæ uersiculo florem nunc alloqui: precariq; hoĩem quondam ut suas modo nobis litteras resonet: Nõ fabulosas illas q̃bus in poetis inscripti nomina Regum nascuntur flores: Nec quibus littera cõis mediis pueroq; uiroq; Inscripta est foliis hæc nominis illa querelæ: sed quibus ex antiquoꝝ historia liceat mõ tanti nominis quondam florem cognoscere: presertim cœlestis numinis Hyacinthũ appellante eũ Columella sui operis x. uolumine capite. iiii. Quod nostra ætate parum facile est: mixtis: mutatis: & ad alia translatis antiquis reꝝ appellationibus: eousq; ut Palladius primo sui operis uolumine capite. xxxvii. Hyacinthum cum Iride his uerbis miscuerit. Hyacinthũ qui Iris uel Gladiolus foliorũ similitudine dr̃. Obiiciet forte mihi hoc loco aliquis non esse multũ Palladio tribuendũ Nec posteriori scriptori & qui degenerante iam: decliuiq; latini sermonis candore scripserit contra antiquorum dicta fidem habendam. Multa enim in eo sunt præter multa ẽt cõtra Romanarũ uocũ p̃prietatem dignitatemq;. Fatemur id nos concedimusq;: Non tñ adeo negligẽdus scriptor: nec tam longo interuallo ab antiquitatis candore illo distans ut non uestigia saltem in eo & coniecturæ aliquæ supersint: quibus deprehendi antiqua ueritas possit. Accedentibus presertim melioꝝ & antiquioꝝ scriptoꝝ testimoniis aliq̃bus & rerum necessitatibus. Cogitandũ illud ẽt in nominũ mutationibus: quæ quotidie a gentibus fiunt: sic plerũq; priora nouis cedere ut aliquæ semper supersint in nouitate uetustatis reliquiæ: aut mutationis saltem causæ in illis intelligantur. Neq; ut inq̃t Hesiodus penitus uanam perire famã illam: quã ut ipse ait multæ famigerant gentes. Isq; ego sum qui

non facile psuadear: quæ de Iride & hyacintho dicta a Palladio eo loco sũt temere penitus dicta existimari debeant: Sed ut in huiuscemodi fit mutata penitus nõis potius q̃ rei æstimatione: quod fuerat cõe Iridi & alteri flori Hyacinthi nomen aliqñ: Quo tpe ille scribebat ad solã Irim contractũ fuisse. Vtorq; ad hanc rẽ huiuscemodi cõiecturis: Columellæ primũ auctoritate: q eo quo diximus libro & capite de Apiũ pastionibus agens: & qbus floribus pcipue gaudeant: & generosum mel cõficiãt: Inter cætera hyacinthũ numerauit: addiditq; cœlestis numinis: q̃ duæ uoces in graui scriptore nõ aliã ut credimus hñt rõnem q̃ ut hyacinthum: quẽ ille apibus circa aluearia cõseri iubebat ab alio uulgariq; hyacintho & inutili apibus ea honoris nota distingueret: Appellasseq; hyacinthum cœlestis numinis: quẽ Palladius dixerat Hyacinthus q Iris & gladiolus dicit: neq; imerito male ue Irim Hyacinthum cœlestis numinis dixisse credi põt: qñ Iris cœleste numẽ ẽ Iunonis nũcia & ĩter cœlestia phænomena ex admiratiõe hoĩum diuinitatis particeps. Nec aliud iudicio nostro intellexisse ea nota Columella uidet q̃ nõ esse simpliciter hyacinthum circa aluearia cõserẽdũ: sed hyacinthũ cœlestis numinis. i. is q cœlestis numinis noĩe ẽt indicat. Rõcinariq; (si sic itel ligendus Columella sit) oportet cõe hyacinthi quõdã nomẽ & Iridi & hyacintho priuatim dicto fuisse. Nec tñ duob⁹ his floribus: sed figura Iridi similib⁹: licet colore diuerso plerisq; aliis. Quod ex eodem Columella in carmine suo manifeste cognoscit cum ait. Nec nõ uel niueos uel cœruleos Hyacinthos: quo colore flores hyacinthi noĩe indicati pprie nõ pñt. Siqdem purpureo flore hyaciothus non candido aut cœruleo est. Credimusq; nos in hyacinthis quõdã euenisse quod ĩ uiolis: in qbus quẽadmodũ in Iasme primo uolumine testati sumus figura florisq; forma nõ color gen⁹ faceret Sed hoc latius patet q̃ res nrã mõ exigit. Quærimus. n an cognomines quondã iris & Hyacinthus fuerint: Poteratq; satis esse quod ex Palladio & Columella dictũ hactenus fuit. Quibus tuti (uererer maiorem q̃ forte deceat genti nrãe antiquitatis memoriã & obseruationẽ tribuere dicerem superesse adhuc in gente nrã aucipitis & antiquæ illius appellationis non negligenda inditia. Siqdem parũ deflexa ab hyacintho antiqua uoce irim Florentia adhuc passim hyacinthiolũ nominat: nec alio noĩe in iride nunc plebs & officinæ oẽs nrãe utunt Sed uetustioribus & certioribus inditiis docere id conamur: Nõ eo tñ consilio & aĩo ut miscere cũ hyacintho iridẽ cogitemus: & q̃ duo sunt in unũ cõtrahere: sed ut quæ scribimus gentiũ in duo℞ florum uocibus placita fuisse aliqñ ostendamus. Nisi enim sic fuisse quondam cogitauerimus: Qui poterit in hyacinthi floris descriptione quotidianæ rei ignarus haberi Naso: qui lilii forma hyacinthi florem aperte descripserit dicens. Ecce cruor qui fusus humi signauerat herbas Desinit esse cruor: tyrioq; nitentior ostro Flos oritur: formamq; capit quam lilia: si non: Purpureus color his argenteus ẽt in illis Formam habere lilii hyacinthum Naso ait. Falsumq; id in eo hyacintho erit: qui a Dios. hoc loco describitur. Siquidem Calathi figura florem lilium habet: Hiacynthus uero hic Comã flore plenã: Quæ comparari inuicem notæ non possunt. Lilii formã nouerũt oẽs. In floribus uero comã ex humani capilli & comæ figura rõcinari facile est: longã deinceps eo℞ seriẽ & multo℞ simul congeriẽ. Ex qbus colligi illud oportet: aut male hyacinthũ lilio cõparasse poetã: aut si lilii figura hyacintho tribuenda est nulla aptior q̃ iridis erit. Foliis enim amplitudineq; sua similis illi præ omnibus aliis ẽ. Accedit his quod Vitruuius libro suæ Architecturæ septimo de coloribus agens in Vaccinio fieri iubet: cui simile nostra ætate pictores in iride faciunt. Verba eius sunt. Itaq; pictores cũ uolunt sil atticũ imitari uiolam aridã conicientes in uas cũ aqua cõferuescere faciunt ad ignem: Deinde cum est temperatũ cõiciũt in Ahenũ & inde manibus exprimentes recipiũt in mortariũ ex uiolis aquã coloratã: & eo cretam infundentes: & eã terentes efficiunt silis attici colorem. Eadem rõne Vacciniũ temperantes & lac miscentes purpuram faciũt elegãtẽ. Quod licet rõne hac pictores nri nõ faciãt: exprimũt enim ex foliis succũ: idem tñ color efficit Dicet hoc loco aliqs cõtra Nasonẽ nõ semper naturæ rñdere poeta℞ testimonia. Quod nos ẽt fatemur: nec dicere Vitruuiũ ex iride purpurã illam elegantem: sed ex Vaccinio qui hiacynthus est iridi concolor fieri: Neq; scriptoris eius dicta ad rem nostram fidei aliqd afferre. Fatemur & hoc ẽt. Verũtameo in quotidiana & uulgari re nõ spernenda deficientibus aliis quorũcunq; scripto℞ testimonia: Et quod ad Vitruuiũ ptinet posse in eo Vaccinium quod nomen latinis hiacynthum refert ad iridem si hyacinthus ad eã referat pariter referri. Testatus pterea Plinius est lib. xxi hyacinthum eximie in Gallia prouenire: quod in iride ue℞ est. Nullibi. n. speciosior ob regionis frigiditatem puenit. Scimus qdem nõ colligi ex his quod suspicamur Cognomines potuisse quondã duos flores esse: Ad eã rem tñ cõiecturæ aliquæ sunt: quæ licet ueritati ubiq; nõ respõdeant putæ tñ & ueluti duces ad inueniẽdã eã homini aliqñ sunt. Nec nos alio consilio eas collegimus q̃ ut p hyacintho moneremus q̃ uagũ in antiqs scriptoribus nomen eius fuerit: q facile diuersus ab iride deprehẽdit: radice quæ illi bulbosa est cum iridi torosa & geniculata sit: Scapo q gracilis hyacintho est iridi uero crassior: Foliis quæ in illa gladioli sunt in hoc bulbi: & post oĩa flore: q in iride singularis in singulis caulibus lilii amplitudine floret. In hyacintho paruus comosus & a medio caule ad summum confertus. Facilis inuentu flos & his notis passim in aruis & segetibus cognoscendus. Floret primo uere cum Viola nigra nulla elegantiore specie q̃ colore: q illi nigricantis purpuræ est. Ob quam cãm (neq;. n. dixisse iterũ id inutile fuerit) nunq̃ ego crediderim in tanto fabula℞ ambitu fuisse tam negligendum florem: In quo

nulla litteraꝝ uestigia:nec lineaꝝ notæ aliquæ cognosci possunt. Et hæc pro hyacintho satis hactenus dicta sint:ex quibus collegisse id satis sit potuisse quondam ob ea quæ hactenus diximus hyacinthi nomen pluribus floribus:& inter eos iridi cõmune esse:licet diuersi generis plãtæ diuersas etiam notas ostendant.

DIOS. DE Erratico papauere siue Papaueralide:quod græci. Rhœada papauer dicunt. Cap. lviii.

m Econa Rhœada. Sunt qui Oxygonon:Aegyptii Anti. Romani papaueralidem dicunt. Protinus deciduum florem papauer hoc amittit:eamq; ob cãm id nomen inuenit. Vere in aruis & in hordeacea segete nascitur:quo tpe etiam decerpitur. Folia habet Origano Erucæue aut Cichorio:aut Thymo similia incisuris diuisa:longiora illis tñ & aspera. Caulem lanuginosum:asperũ altitudine fere cubitali. Florem puniceum & aliqñ candidũ siluestris anemones flori similem. Caput illi est oblongũ:minus tñ q̃ anemones. Semen ruffum. Radix oblõga:albicans:humani minimi digiti crassitudine & amara. Papaueris huius quinq; sexue capita in uini cyathis tribus decocta usq; dum duæ tñ partes:aut altera supsint bibenda his dantur quos sopire uoluerimus. Semẽ uero acetabuli mensura cũ mulsa aqua ad molliendã leniter aluũ utiliter bibitur. Addit̃ idẽ in mellita:dulciariaq; in eũdẽ usum. Medent̃ inflãmationibus cũ uasculis suis folia emplastri mõ imposita. Quin etiam inspersum eoꝝ decoctũ soporiferum est.

INTERPRES.

e Omparantur in scriptore hoc inuicem papauer erraticum hoc & anemone de qua secundo uolumine a Diosco. & a nobis actum longius est:Et ut in similibus fit:quorum reciprocæ notæ sunt papaueri huic eadem dicta & credita anemone est:Anemoneq; contra papauer hoc. Illa agreste nigrumq; papauer & meconium uocari dicta est:hoc manifeste siluestri Anemonæ simile dicitur:Præsertim nec negligenda dubitatione:quales duo hi flores sint:qbus locis inueniendi:quibusq; nominibus priuatim indicandi:& quod tota hæc res modo exigit quodnam papauer hoc erraticum sit. Diximus in Anemones cõmentationibus nostris longius:quæ tunc pro illa dici potuerunt. Inter quæ præcipuum illud fuit non uideri nobis priuatim anemones uoce rubrum papauer(sic enim modo erraticum hoc appellamus)indicari posse:Quoniam quæ de anemone in antiquorum cõmentariis legerent̃ rubro papaueri non omnia competerent:ideoq; credere nos aliam ab illo anemonem esse. Visq; post multa alia ad eam rem sumus capitis huius & in eo erratici papaueris historia & descriptione. Quæ tota eius esse floris manifeste cognoscit̃:q russo colore & aliqñ candido paucissimis foliis:sed his amplioribus quocunq; pulsu & iniuria deciduis in triticea & hordeacea segete Maio presertim mense floret. Nihil enim naturæ exẽplari illi in hoc scriptore deest:qui multa breuitate complexus oĩa est:Deciduũ ptinus florẽ:Vernos ortus Natalẽ locũ:Arua & segetes:& quæ alia illi ab eadẽ natura accepta adscribunt̃ Quodq; animaduertat aliquis sponte sua nasci:cũ plerunq; papauer omne satiuum sit. Quod solum afferri contra possit:crediq; utilius aliquod papaueris hoc genus esse illud est quod hic ait Quo tpe etiã colligitur:Cuius laboris & operæ nulla est in erratico hoc nostra ætate rõ & usus. Sed nõ est ex usu hominum rõ in natura accipienda. Mutant̃ enim quotidie quæ hoĩes agunt:placuitq; quondã qđ nunc in nullo honore est. Rursusq; multa in honore mõ sunt:q futuris seculis aut nulla aut inutilia hẽbunt̃. Præterea si seruandũ semen eius ad medicinam & dulciaria fuerat:tũc legi oportebat cum maturuisset Meminisse illud ẽt necesse erit:cũ ab anemone diuersum papauer hoc ostendere aliqs cogitabit in toto papauerũ genere florem in purpureo candidum eẽ:abũ dareq; in eo cãdorẽ in hoc aũt russum aut albũ colorem totũ esse:In hoc oblongũ caput describi breuiusq; & minus q̃ i anemone. Quod si recipiendũ est manifeste indicat papauer hoc ĩ aruis & ĩ segetibus nascẽs illud esse. Nullum enim inter papauera omnia minore capitulo est. Quod intelligens Theophrast⁹ magnitudine humani unguis esse dixit Meminerit ẽt in anemone plures numerari colores:in hoc aũt tñ duos tñ russum & cãdidũ:& ne lõgiores simus plura alia inueniet discrimina:quæ collata inuicem duoꝝ florum duplici historia facillime deprehendent̃. Nos interim ex Theophrasto lib. ix. de plantaꝝ historia monebimus iisdem notis omnibus idẽ hoc papauer & his uerbis describi. ἑτέρα δὲ μήκων ῥοιὰς καλουμένη· παρόμοια κιχωρίῳ ἀγρίῳ διὸ καὶ ἐσθίεται· ἐν ταῖς ἀρούραις δὲ φύεται· καὶ μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς. ἄνθος δὲ ἔχει ἐρυθρόν, κωδύαν δὲ ὅσην ὄνυχα τοῦ δακτύλου. συλλέγεται δὲ πρὸ τοῦ θερισμοῦ τῶν κριθῶν ἐγχλωροτέρα δὲ μᾶλλον. Quoꝝ fit sensus. Alterũ uero papauer qđ Rhœada

uocant filuestri Cichorio simile est: eamq; ob cām comeditur. Nascit̃ in aruis: maximeq; inter hordea: Florem habet rubentem. Vasculũ quantitate unguis digiti. Colligitur ante demessum hordeum uiridior adhuc. Nō pōt Theophrasti historia hac aptius qcq̃ ad hanc rẽ excogitari. Cur autẽ græci Rhæada papauer hoc nominauerit cām hic attulit: Quia ꝓtinus folia illi decidant non plãtæ sed floris: Nihil eõi minus hoc flore tenax est: & ἀπὸ τοῦ ῥεῖν: qđ est fluere ῥοιάδα papauer hoc dictũ fuit. Latini ut hic inquit papaueralida diminutiua in græcis forma appellauerunt. Sed hæc posterior uox est & in latino nomine a græcis formata. Plinius erraticũ papauer uocauit eadem ratione qua cætera in plantis erratica a latinis dicta fuerunt: Sponte sua passim incultisq; locis: & nullo humano opere nascentia. In cõparatione folioꝝ deinde credimus abundare insertas imprudenter ab aliquo plãtas aliquas. Theoprastus enim filuestri tm̃ Cichorio cõparauit. Quẽ præterea bic ut in græcis omnibus legitur ait χαυλὸν σχοινώδη .i. iunceũ caulẽ χνοώδη .i. lanuginosum legi oportere credimus: Talis.n.ẽ. Ideoq; a cõi lectiõe mutata nobis uox ea fuit & pro σχοινώδη χνοώδη uertimus. Superest tm̃ nũc ut dicamus quæ nã hic ἴτρια uocat modo sic scribenda ea uox sit qbus papaueris huius semẽ ad soporem inspergi in extremo capite dicitur. Diximus aũt si scribenda sic ea uox fuerit: qm̃ si ἰτρίοις legat̃ oportebit ἀπὸ τοῦ ἤτρου: quæ inter umbilicum & pubẽ in hoĩe pars est: in quadrupedibus aũt sumen a latinis dicit̃: Non placentæ dulciarii ue genus aliquod: sed sumen aut ex ea pte ofellam tomaculumue aut obsoniũ intelligere: Quod papaueri simile est: nec certam ex antiquis ganeæ institutis rõnem habet. Eam ob cām nos nõ ἰτρίοις uerum ἰτρίοις legi oportere censemus. Quæ aõt fuerint antiquis ἴτρια osum certissime docuit Athenæus. xiiii. sui dipnosophistæ libro. Cuius uerba sunt: ἴτριον πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γεγονός .i. Itrium tenuis placenta est additis sesamo & melle confecta. His q; nõ ex semine obsoniis credimus nos iubere Dioscoridem ad soporem inspergi papaueris huius sumen. Fuerunt qui crederẽt Itria hæc ea esse quæ Festus Summalia a sumine appellat. Sed ut nos ꝑmonstrauimus in prima eius uocis litera rei discrimen est. Nos in cunctis græcis pro placenta & dulciario ἴτριον scribi semper inuenimus: & in hanc partem inclinat animus: qm̃ uero similius est panificiis his ad soporem q̃ obsoniis inspergi semina huiuscemodi. Græci Sesamo pariter utebant̃. Et Plinius lib. xix. capite. yii non de papaueris huius semine: sed eius quod candidum semen habet inquit. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur adfuso ouo inhærens.

ἤτρον

ἴτρια

DIOS. DE Satiuo Papauere. Cap. lix.

m Econa satiuum. Sunt qui Chamæsicen: qui Papauer thæada: qui Oxygonon: Aegyptii Nanti: Romani Satiuum papauer dicunt. Duplex papaueris genus est. Satiuum & hortense alterum. Cuius semẽ in sanitatis usu pani compinsitur: & cum melle pro Sesamo eo utuntur. Vocaturq; papauer hoc Thylacite. i. utricularium: oblongo uasculo: semine albo. Alteꝝ filuestre: sessili uasculo semine nigro: quod Pithite a dolii forma quasi doliare nominatur. Aliq etiã Rhœada papauer hoc uocant: ꝓpterea q; liquor ex eo defluit. Est & tertium papaueris genus duobus his filuestrius: medicamentosius & longius oblongo uasculo. Cõis refrigerandi uis omnibus est. Ideoq; folioꝝ & uasculoꝝ in aqua decocto ad somnũ fouentur. Bibitur ob eandem cãm contra uigilias idem decoctum. Quin etiam ad emplastra contra inflãmationes: sacrosq; ignes concisa papauerum uascula polẽtæ utiliter & apte miscentur. Sed oportet cum adhuc uirent ea tundentes in pastillos cõformare: Siccatosq; reponere & uti. Per se etiam in aqua ad dimidias decocta eadẽ uascula mox in melle rursus decocta donec oĩs humor denset̃: crassescatq; eclegma sunt: quod somno dolorem leuet contra tussim: destillationes in fauces & cœliacas affectiones. Efficaciusq; idem fit admixtis ei hypocistidis & Acaciæ succo. Dat̃ bibendum nigri papaueris tritum semen in uino contra destillationes in aluũ & muliebres fœminaꝝ fluctiones. Idem contra nimias uigilias & ubi sopire opus fuerit emplastri modo frõti & temporibus ex aqua imponitur. Eiusdem papaueris liquor maiore refrigerandi crassescendi & siccandi ui exigua mensura: erui fere quantitate sumptus somnificus est. Somno dolorem leuat: maturat: tussibus & cœliacis affectionibus subueniẽs. Idem maiore copia potus nocet. Inexpugnabilẽ somni necessitatem quam lethargum dicunt usq; ad mortem faciens. Facit & ad capitis dolores

cum rosaceo inspersus. In aurium doloribus cũ amygdalino oleo: croco: myrrhaq; utiliter instillatur: In oculorũ autem inflãmationibus cũ tosto oui uitello & croco. Prodest idem uulneribus sacrisq; ignibus cum aceto. Podagris uero cum humano lacte & croco. Quinetiã sedi pro balano subditus somnũ facit. Probatissim⁹ liquor hic papaueris qui densus ponderosusq; est: Odore caput in soporem trahens: gustu amarus: & qui facillime in aqua liquescit. In quo læuor candorq; sit & omni asperitate careat: Non grumosus sit: neq; dum per colum traiicitur ceræ modo durescat: Qui in sole itidem positus diffunditur & lucernæ admotus non caliginosa ardet flãma: Qui q; postquam extinctus fuerit odoris uim suam seruat. Adulteratur mixtis Glaucio aut gũmi aut agrestis lactucæ succo. Verũtamen qui Glaucio adulteratus fuerit diluto croci colore cũ diluitur fit: Qui uero agresti lactuca odore infirmo & asperior est: Qui postremo gũmi ignauus & pellucidus. Quidam in adulterio hoc eo ignorantiæ peruenerunt ut adipem illi etiã misceant. Crematᵉ liquor hic etiã ad oculorũ medicinam in noua testa donec mollior & magis rutilo colore uideatur. Testatus quondam Erasistratus est in auriũ doloribus oculorũq; malis reprobasse eius usum & damnasse Diagorã qñ hebetudinem oculorũ faceret & caput in soporẽ traheret. Quinetiam Andreas medicus futurã nisi adulteraretur ait cecitatem his qui eo oculos inũxerint. Mnesidemus præterea solũ liquoris huius usum in olfactu & naribus ad faciendum somnum ꝓbauit: alioquin noxium esse. Quæ omnia falsa eẽ experientia redarguit: quæ remedii medicamentiq; huius uim ex euentu testatur. Non fuerit abre ẽt colligendi liquoris huius rõnem docere. Quidam igiᵗ papauerum uascula cũ foliis tundentes torculari exprimunt: mox in mortario terentes pastillos conformant. Vocaturq; quod hoc modo expressum est a papaueribus meconium Viribus liquore quẽ opon dicunt multo ignauius. In colligendo aũt liquore oportet cũ aruerint rores cultello stellulam in sũmo papauere sic scarificare ne altius ad interiora uulnus descendat. Oportet itidem & uascula ex obliquo rectaque in summa superficie secare: destillantemq; lachrymam digito in conchulam detergeᵉ: Rursusq; non multo post redire. Inuenitur enim continue concrescens. Idemq; sequenti die faciendum. Oportet præterea in uetere mortario collectum liquorem terere conformatumq; in pastillos reponere. Oportet postremo in sacrificandis secandisq; papaueribus retrogrado itinere ingredientes incidere ne uestibus plagæ plagisq; inhærens liquor deteratur.

INTERPRES.

n

On sentiebat quondam rustica plebs quantum fato totis agris papauere segetibus suis & futuræ annonæ officeret. Sed religionis fortunæq; cereris rustici numinis ignara q cereale a poetis suis uocari aliqñ papauer audierat: gestareq; manu deam papauer in templis quotidie uideret facile credidit propitium sibi rusticum fore numen: Si quo coli & ornari dea posset copiosum sibi in aruis cresceret. Eamq; ob cãm nulla fruge magis q̃ papauere consitos agros & hortos suos habuit antiquitas. Nec prius desiit in tam multos uitæ usus malam frugem serere: semineq; eius in cunctis fere secundæ mensæ dulciariis uti q̃ a rusticæ rei peritis frugis eius maleficiũ cognouerit: & poetam nostrum ex meliore ruris disciplina inclamantem omnibus audierit: Vrunt lethæo perfusa papauera somno Hisq; nõ ad cibũ sed ad leuandum somno pro amissa filia dolorẽ deam usam fuisse: & in luctus fortunæq; suæ memoriã mortalibus semper ea subinde ostẽdere. Poetã uero nõ hoc tm̃ sed totius naturæ peritissimũ hominẽ lethargici somni uim illis & ꝑtãtẽ assignasse. Neq; enim Iathæos obliuiosos simpliciter aut ab inferis repetitos potestate papaueris factos somnos uocasse eum credimus: Sed quod in plerisq; aliis idem fecerat cõcinna breuitate quæ fiat a liquore papaueris malam quietem significasse. De qua qñ iã pridẽ polliciti sumus dicturos nos quæ satis interpreti sint non ultra rem differemus. Sciendumq; illud est complexos in lethargi uoce fuisse græcos obliuionẽ & desidiã: esseq; lethargũ ex tota uocis æstimatione uel obliuiosam desidiam

Lethargus

desidiam uel desidiosam obliuionē. Fieriq; id malū in capite: & ut Celsus ait Phrenetidi cōtrariū.
Siquidē in illo difficilis somnus: pmpta ad oēm audaciā mēs est. In hoc ueru marcor & inexpugna
bilis pene dormiēdi necessitas. Descripsit in diffinitiōibus suis Lethargū Galenus: aitq; καταφορὰν
i. delationē in somnū pfundū & inexcitabilem esse. In qua constituti oium quæ dicunt & audiū
tur: pariter obliuiscant. Locum mali caput esse: circa membranas cerebri. n. fit: cām uero pituitam
frigidā humorem frigore humiditateq; sua in somnum cogentē. Quo continue conniuent: nec ni
si ægre quocūq; modo interpellentur: excitātur. Obliuiscuntur usum quasi amentes. Oscitant cre
bro: & oscitantes aperto ore aliq̄ diu stant: quasi claudere id obliti. Et hæc Lethargi fere tota histo
ria est. Sequitur coniunctusq; lethargo & similis describitur deinde Caros. Sic. n. græci a capite in q̄
parte fit: eum noīauerunt: & ab eo καρoῦσθαι uerbum & καρωτικὰ ea dicta sunt: quæ in pfundā &
malam quietem hanc hoiem trahunt. Hunc græcoꝝ medici ex eadem Lethargo materia. i. pituita
fieri dixerunt. Differreq; ab illo tm̄ q̄ in Caro præcedit febris uehementior: In lethargo ignauior
sequitur. Differre etiā q̄ Carus aliquot aliis affectionibus superuenit: febrium uerbi cā accessiōi
bus: comitialibus: cerebri in angustum coarctationibus fracta calua aut læsis aliis circa id partib⁹.
Lethargus aūt pprium habet cām. Differunt præterea & notis aliis quas nouecunt medici. Neq; eni
docenda a nobis illa sunt: quibus in constitutione noium satis est causas eorum & rōnes indicare.
Sunt itaq; græcis male quietis & inexpugnabilis dormiendi necessitatis duo hæc præcipua genera
ex eadem materia sed diuersis temporibus & rōnibus facta. Latini parum certas in his appellatiōes
instituerunt primum: mox etiam obseruauerunt. Plinius ueternosos aliqñ plerunq; autem sopitos
& soporem totum hoc genus: tanta est eei cōmunio appellat. Indicauit id manifeste cum ait. Curan
dom autem ne somnus sopor fiat. Qua distinctione monuit manifeste soporem in malo esse. Usi &
soporis uoce alii sunt p longiore & pfundiore somno. Poetæ non tantum malam quietem hanc ue
ternum dixerunt; sed quam græci νωθρότητα uocant: de qua in Oleo melle diximus. Sic Maro.
Nec torpere graui passus sua regna ueterno. Columella tm̄ octauo sui operis libro capite. x. de medi
cina suum agēs ait. Solet etiam uniuersum pecus ægrotare &c. Mox productumq; in pascua medio
campo p. umbit & quodam ueterno pressum somnos æstiuo sub sole captat: Ueternū uocauit uel
lethargum uel Cacum. Scimus etiam Festo ueternosum esse qui graui premitur somno. Omniaq;
ueteꝝ testimonia altecutrum ueterni uoce indicant aut desidiam torporemq;: aut grauiorem som
num: qñ. i. in græca uoce utraq; uis sit & somni obliuio quam descripsimus; & extrema desidia: tor
porq; eousque ut aperto ore aliquando diutissime cessent in eo malo constituti. Solus. M. Cato Hy
dropem hac uoce descripsisse uidetur cum ait: Cum plurimum uetertiosus bibit tom maxime si
it. Non negligenda quidem antiqui auctoris sentētia & descriptio illa est; non tm̄ sic recipienda ut
diuersi generis mala in una appellatione misceant. Potuit. n. antiquo ceilla ætate cōmunior ea uox
esse: nec tm̄ somnis his competere: sed ex notarum & euentuum similitudine aliqua aliis etiā com
municari. Quale fuerit si qñ albet Hydrops & lethargus hic μετ' ἀχροίας auctore Galeno fit. i. cū
malo & pallido colore: nondum certis ex græcorum disciplina ut postea factum est morborū ap
pellationibus Romana gens aliter usa sit. Comicus certe noster in Eunucho sua cum senem descri
beret: qui amātis iuuenis amores in itinere remoraretur ueternosum ridicule magis q̄ pprie uoca
uit: & cum uietum ueteremq; uocasset ex eodem uocis principio ueternosum etiam dixit. Nec nisi
ad risum; ut nos credimus tam multæ illic ab eadem syllaba incipientes senilis habitus notæ nume
rantur: non aliter q̄ si quis iocose pannos panesq; in re hominis numerans παρὰ προσδοκίαν. i. præ
ter expectationem panos postea intulerit. Illa homini utilia. Hos aūt in genere abscissuum noxios
numerans; Qualia in Theatris quotidie ex plebeis iocis multa audiebantur. Cōstituendū itaque
eiusdem loci causæq; & eiusdem euentus; sed non eiusdem temporis mala seē quietes & somni ne
cessitates lethargum & Caron: a latinisq; promiscue soporē utrunq; fere appellari. Priuatim tm̄ Ca
ron soporem: Lethargum uero ueternum dici; & in Lethargo ex græcæ uocis significatione nō som
num tantum indicari: sed nimiam & inutilem homini socordiam & ignauiam; oportereq; rōnē pri
us & magis necessitatemq; eorum quæ leguntur contemplari: mox ueterni & soporis latinarum uo
cum discrimina constituere. Alioquin in ancipiti uocis significatione cogemur in ueterno somnum
& ignauiam aliqñ miscere. Adiicienda his etiam καταφορὰ quæ pro mali somni genere aliqñ accipi
tur sed falsū. Nullum. n. huiuscemodi genus somni cataphora facit: Sed in omnium huiuscemodi
malaꝝ quietum diffinitionibus genus est. Sic Galenus Lethargū dixit esse Cataphoran. i. in somnū
delationem. Sic idem in Isagoge. λήθαργος καταφορά ἐστι βαθεῖα καὶ δυσανάκλητος &c. Quod est. Le
thargus in somnum delatio pfunda & inexcitabilis est. Sic & Paulus Aegineta cum numerat quæ le
thargum sequuntur ait παρέπεται δὲ τοῖς ληθαργικοῖς πυρετὸς βληχρὸς οὐ πάνυ δακνώδης μετὰ κα
ταφορᾶς. Quod est. Accidit aūt lethargicis febris lenta & ignaua non adeo cōmouens cū Catapho
ra. i. cū somno. Estq; nois ratio q̄ qui sopiuntur κάτω φέρονται. i. deorsum feruntur. Neq; enim cū
somno corripimur stare possumus. Languent manus & crura: cōniuēt oculi oīaq; deorsum ferunt.
Eāq; ob cām græci oēm hūc ad altiorē qetē motū sic noīauerūt. Nec nos in græcoꝝ medicis aliud
Cataphorā significare inuenimus q̄ grauiorē somni impetum & accessum. Volumus anteq̄ a malis
soporibus his discedamus de malis etiam uigiliis dicere: haud sane furiosis quales in Phrenetide

Lethargus
Caros
Ueternusi
Sopiti
Sopores
Ueternum
νωθρότης
καταφορὰ
Cataphora
Malæ uigi
liæ

κατόχοι
Catochi
κῶμα
Coma
ἄγρυπνον κῶμα
Coma uigilans

Catolichos
Catechomenos
κατοχὴ
κατάληψις
κάτοχος
ὑπνώδης
κάτοχος
ἄγρυπνος
φρενῖτις λη
θαργική
τυφωνία
μώρωσις
Logistice

fiũt. Sed de his q̃ nec sõni nec uigiliæ dici ꝓprie pñt: & ĩ uigilia sõni imaginẽ hñt q̃les sũt quos græci Catochos dñt: & uigilãs coma. In q̃bꝰ illud añ oĩa sciẽdũ κῶμα græcis in cõi æstimatiõe dormitionẽ significare: sicq̧ poetæ sic alii ẽt ea uoce usi sunt: Græcoꝝ tñ medici Comate hoc in mala quiete usi sũt: addiderũtq̧ illi uigilã ἄγρυπνον κῶμα .i. uigilãs coma uocẽtes: qm̃ aliq̃d hẽt qd ad somnũ aliq̃d qd ad uigiliã ptineat. Nec facile est catochon a uigili comate secernere. Cões.n. notas & euentus multos hñt Græcoꝝ tñ medici tradiderũt quotiẽs in Phrenetide pituitosus hũor bilioso mixtus fuerit: queãdmodũ hẽt mixtã cãm id malũ sic ẽt cõposito noĩe uigilans coma uocari. In uniuersum n. supante bilioso humore uigil phrenitis fit: Pituitoso aũt cõtra grauioris somni mõ sopiũt. Vnũq̧ hoc malũ antiq̃ores Galeno medici Catochon uocauerũt. Posteriores nũc Catochon nunc uigilans coma duabus appellatiõibꝰ idẽ in capite malũ ĩdicãtes: & in quo cõia uidere licet Phrenitidis & lethargi signa multa numero: sed euẽtu ex ea q̃ superauerit materia uariantia. Quæ repetere hoc loco in uiris & fœminis lõgius fuerit. Tradiderũt iidẽ ẽt priuatim diuersumq̧ a uigili comate Catochõ fieri cũ simplicẽ nõ mixtã cãm hẽbit frigidiorẽ .s. & sicciorẽ materiã q̃ oppleto posteriore cerebri uẽtriculo hoc fecerit malũ. Eo repẽte correptꝰ aliq̃s qd agẽs tũc erat in eo ꝑmanet: Stãs uel bi cã: sedens: clausis oculis aut respiciẽs. Quã ob cãm antiq̃ores græci ἀπὸ τοῦ κατέχεσθαι qd ẽ occupari detineriq̧ catochõ & in eo cõstitutos Catechomenos noĩauerũt. Posteriores fœminino gñe sed pari eiusdẽ rei significatiõe catochon & catalepsin q̃si detẽtionẽ & dephensionẽ. Descripsit Galenꝰ in diffinitiõibꝰ suis Catochõ: aitq̧ sensuũ priuationẽ in aĩa cũ motus corpis eoꝝ q̃ gelant mõ concretione eẽ. Addidit p̃terea tria catochi gñã eẽ. Primũ qd Hypnodes .i. sõniculosum lethargo ꝓpiquũ uocat. Secũdũ uigilãs qd ad naturã & imaginẽ rigoris quẽ Tetanũ græci dñt accedit. Tertiũ postremo qd nõ male ut ille ait Phreniticũ lethargũ aliq̃s noĩauerit. Siqdẽ mixtis simul Phrenitide & catocho fit. Nec aliter fieri mixtis cõtrariis hoc malũ fieri idẽ Galenus tradidit q̃ typhonia malũ sic ĩ græcis appellatũ fit: qd auctore eodẽ Galeno furiosus delirusq̧ lethargus aut lethargicus furor & delirũ est. Sequũt mala hæc ĩ eodẽ capite fcã: mẽoriæ labes: & quã iidẽ græcoꝝ medici morosim uocãt. Nos in tãtis Romani sermõis angustiis fatuitatẽ eã dicamꝰ. Fit aũt ut ab illis lõgius tradit memoriæ labes iacturaq̧ illa p se. Cõiũgit illi aliq̃n ẽt rõcinatiõis & mẽtis labes dico aũt rõcinatiõis & mẽtis eã intelligẽs hoĩs ptẽ & uim quã a rõcinando græci logisticen uocãt meliorẽ & principẽ nr̃i aĩ ptẽ. Queãdmodũ & mẽtis labes ipsa p se pariter solaq̧ aliq̃n fit: nõnũq̃ cõiunctã hẽt memoriæ iacturã Vocaturq̧ id malũ μνήμης τῆς ἀπώλεια .i. memoriæ iactura: hoc aũt mẽtis. Sed cũ utraq̧ ps mens .s. & memoria male affecta fuerit tũc morosis .i. fatuitas illa est & dr̃. Hñt mala hæc oĩa capitis cognitas medicis ex nouo eodẽq̧ malo tẽperamẽto illic hærente cãs. Quod si humidum tm̃ fuerit mẽtis: mẽoriæq̧ labẽ pariter facit: torporesq̧ quos græci νωθρότητας uocãt & ĩ sõnũ lõgas ꝓfundasq̧ delatiões. Si uero humori frigiditas ẽt accesserit Sopores & lethargos. Eodẽq̧ mõ si sola fuerit siccitas uigilias tm̃. Si uero siccitati accesserit calor deliria & phrenetides faciet. Et hæc q̃ licuit breuitate in difficili re a nõ medico hoie dcã fuerint: nõ ut doceamus qualia hæc mala & q̃bus remediis curãda sint: sed ĩ q̃bꝰ affectiõibꝰ his aut illis noĩbꝰ græcoꝝ medicina quodã usa fuerit. Quibꝰ absolutis cõtra q̃ fcm̃ hactenꝰ a nobis est q in postremis cõmẽtatiõibꝰ de his agere cõsueuimꝰ ad papauera reuertemur: quoꝝ tãta & tã pñs ad sopores uis ẽ ut Plutar. iii. sui Symposii cõmentario testatꝰ sit solo halitus & udoris fluxu sopitos cõcidisse aliq̃n q in cauti liquorẽ eoꝝ qd opion est colligerent. Et nos nõ imerito uẽm malaꝝ qꝫtũ rõnẽ illis hactenꝰ dilatã reddiderimus. Tria papaueꝝ gñã hic faeit: Satiuũ qd utriculare hic & alii ab utris lõgitudine & forma uocauerũt, Agrestia alia: sed alteꝝ a sessili uasculi forma doliare: alteꝝ sine noĩe: sed lõgiꝰ: agrestius: medicamẽtosiusq̧: aliis dcm̃: nec ulla ulteriore eoꝝ tradita historia. Quod demiret aliq̃s tria faciẽte Plinio .xix. uolumine cap. vii. Satiui papaueris gñã: & inter agrestia nũerãte Theophrasto .ix. de plantaꝝ historia q̃ Plinius Satiuo gñi adscribit. Et qd in hac re negligendũ penitus nõ sit duo tm̃ cõstituente papaueꝝ gñã ĩ Theriacis suis Nicãdro. Cuiꝰ uersiculi sũt μηδέ τι πολυβάτεια περιβρίθουσά τε μήκων ἠυλακὶς ἢ ἐπιτμηλὶς ἐπὶ χειόμησιν ἀπείη. Quæ mi uũero ráq̧ diuersa a tãtæ auctoritatis scriptoribus tradita nõ sine cã legẽtiũ aĩos suspẽdẽt nisi didicerimꝰ oium papaueꝝ primã eẽ diuisionẽ ĩ satiuũ & agrestia dico aũt satiuũ numero singulari: agrestia uero plurali: qm̃ hæc multa: illud uero ꝓprie unũ tm̃ ẽ: qd hic oẽsq̧ alii cãdido semine eẽ dixerũt & crustis panũ ĩ panifiro subiici solitũ. Agrestia uero cætera oĩa siue nigro semine sint siue aliis notis ĩter se & ab illo differãt. Vnũ .n. hoc p se satiuũ ut diximꝰ primo & uere dr̃. Quæ deĩde agrestia sunt duplicẽ hñt rõnẽ aut .n. sic agrestia sũt ut nunq̃ satiua sint q̃lia ab hoc nũerãt: Erraticũ de quo supior capite dcm̃ ẽ: cornicularẽq̧: & heraclũ de q̃bꝰ mox dicet: Aut agrestia qdẽ nã: humano aũt ope & usu satiua: q̃le nigrũ ẽ a semis colore sic ĩdicatũ: qd hic sessili uasculo & dolii figura eẽ dixit: & tertiũ lõgiꝰ: agrestiꝰ & medicamẽtosiꝰ ab hoc scriptore tm̃ dcm̃. Quæ satiua ab aliq̃bus dcã quõdã fuerũt nõ natura sed qm̃ ad colligẽdũ ex eis liquorẽ sererent nec minore gr̃a utilitate uel ĩ hortis q̃ prĩo & p se satiuũ illud crescebãt. Fcm̃q̧ ex hac cã ẽ ut Pli. xix. uolumĩoe capite. vii. tria satiui papaueris gñã eẽ dixerit: cãdidũ cuiꝰ semen tostũ ĩ scda mẽsa cũ melle apud antiquos edebat: qdq̧ panis rustici crustæ inspgebat ad fuso ouo inhærẽs: alterũ nigrũ cuius scapo ĩciso lacteus succꝰ exprimit. Tertiũ genꝰ cõtra q̃ hic tradiderit rhæada uocauit. Theophr. aũt li. ix de plãtaꝝ hist. excepto priore illo cũcta alia his uerbis agrestia fecerit μήκωνος δ' ἐστὶ γένη πλείους ἡ μὲν κερατῖτις καλουμένη ἡ δὲ μέλαινα. quod ẽ. Plura aũt agrestia papauera sũt

quod corniculare uocatur & quod nigrum. Mox descriptis aliis erraticum & spumeum in eodem hoc genere numerat. Ex quibus colligere licet oîa Theophrasto agrestia: excępto satiuo illo papauera esse: & inter ea quæ Plinio satiua sunt quemadmodû præmonstrauimus. Secutus ille naturã est: Plinius uero mores hoium & studia: Qui ad opium satiua in hortis facerent: quæ natura in aruis per se nascentia & agrestia fecerat. Et hæc nobis tota in antiquis scriptoribus papauerû historia est: Quoꝝ erraticû dictum iã est: Satiuû siue id candidû siue nigrum: siue aliud sit nûc dicit: Corniculare & spumeû siue heraclium mox dicet. Quæ nouisse totius naturæ Maro peritissimus uidetur: cum in Georgicis suis cecinit. Vrunt lethæo perfusa papauera somno. Et cû in Didonis amoribus: modo uera sint quæ Seruius grãmaticus illic docet: ad amoris obliuionem & somnum quæ iussit. Pubêtes herbas nigri cum lacte ueneni. In eodem papauere nigredinis notam & opii quod uenenum merito uocatur maleficium indicans Omniû satiuoꝝ quocunq; modo. s. eãdem in refrigerando & sopiendo uim hic esse ait: ideoq; omnia ab eo in eû usum remedia ex papaueribus docentur: quoꝝ multiplex rõ est: omnisq; a Plinio ex hoc scriptore. xx. uolumine capite. xviii. tractata. Ob quam cãm in describendis cæteris legentium: & nostro parcemus labori. Monebimus ñ illud quem hic Andream uocat: & cuius auctoritate creditum fuisse ait: nisi adulteraret opium fore ut excæcarent eo oculos ungêtes: Plinius Androna uocat. Locus est quo diximus capite & libro. Quærendû illud êt cur lectum liquorem papauerû hic dixerit terendû in mortario uetere & ex q̃ materia mortarium intelligi uoluerit ligneum ne an lapideum: neq; n. sine cã credendum est id iuberi Si in ligneo mortario poterit ea esse ut uetustate & multo usu oppleta materiæ raritas; neq; ipsa liquoris aliquid combiberet; neq; importunum odorem saporem ue aliquem remitteret quo uiciaretur opium. Si in lapideo uel eadem hæc: uel alia quæpiam ex usu tunc cognita.

DIOS. DE Corniculari papauere. Cap. lx.

m Econa ceratitim. Sunt qui Paraliû papauer: qui Marinû: Aphri Simacha. Romani fabiolû marinû uocant. Folia haber colore candido: hirsuta: Verbasco similia: per ambitum serræ modo incisuris diuisa eodê quo agrestis: papaueris modo cui caulem similem habet. Florê pallidû: Fructû breuê: cornu modo inflexum: fœnogræci corniculis similem: Vnde & nomen inuenit. In quo semê exiguum est: nigrum: papaueris seminibus simile. Radicem in summa terra hærentem: nigram crassamq;. Nascitur maritimis asperis locis. Sanat radix eius usq; ad dimidias in aqua decocta mox pota coxendicis dolores & iocinorum affectiones. Prodest eadem crassas: araneosas & asperas remittentibus urinas. Quin etiam potû acetabuli mensura semen in mulsa aqua aluum leniter purgat. Folia pręterea floresq; ex oleo emplastri modo imposita ulcerum quales in adustis sunt crustas erumpût. Eadem iumentorum albugines & nubeculas inuncta emendant. Foliorum similitudine decæpti aliqui falso crediderunt ex hac Glaucium fieri. Siquis autem corniculare hoc papauer comederit: liquorem ue eius biberit non minus q̃ ex potu opii periclitabitur: iisdemq; seruabitur remediis. Colligitur æstate semen eius cum iam aruit. Bibiturq; radicis decoctum cum uino contra intestinorum tormina.

INTERPRES.

u Nus satis Theophrastus est ut cornicularis papaueris huius historiã & tot nominum eius in græcis rõnê intelligamus: q. ix. de plantaꝝ historia inter agrestia numeratû his uerbis describsit. ταύτης τὸ φύλλον ὡς φλόμου τῆς μελαίνης ἔστιν δὲ μέλαν. τοῦ δὲ καυλοῦ τὸ ὕψος ὡς πυγωνιαῖον. ἡ ῥίζα δὲ βραχεῖα καὶ ἐπιπόλαιος ὁ δὲ καρπὸς καμπύλος ὥσπερ τῶν κερατίων συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίαν. δύναται δὲ καθαίρειν τὴν κοιλίαν. τὸ δὲ φύλλον ἄργεμα προβάτοις ἀφαιρεῖ. φύεται δὲ παρὰ τὴν θάλατταν οὗ ἂν ᾖ πετρώδη χωρία. Quoꝝ summa & sensus est. Huius folium nigro Verbasco simile. Minus tñ nigrû. Caulis altitudo cubitalis est Radix breuis & in sûma terra hærês. Fructus inflexus: siliqs quas græci Ceratia uocât similis. Carpit per messem Aluum purgat. Pecoris albugines folium exterit. Nascit ad mare petrosis locis. Ex his dubitauerit merito: quæsieritq; aliqs ceratite ne hoc papauer a cornuû figura simpliciter ut hic ait græci nominauerint: An ut in Theophrasto audit a ceratiis quas latini siliqua græcas dixerunt: de qbus primo uolumine actû a nobis est: q̃ & ipsæ inflexæ sunt & cornuû figura p lõgitudinê incuruant. Multi faciêda scriptoris huius auctoritas aliorûq; oium q eû secuti corniculis fructû eius cõparauerunt. Non spernendus etiam

Theophrastus grauis auctor & in disciplina plantarum cunctis aliis merito anteferendus. Nobis in Theophrasti sententiam inclinat animus. Et si nullum in re discrimen sit: Nec si cornibus aut ceratiis cõparauerit papaueris huius fructum aliquis diuersam rem ostenderit. Ambo.n. cornua scilicet & ceratia in longitudinem producta inflectunt: nec siliquæ illæ aliunde q̃ a cornibus ceratia a græcis dictæ sunt. Ex eodem Theophrasto nouerit aliqs ẽt agreste papauer hoc recte dici commu ni tñ agrestibus aliis appellatione. In eo[rum] enim censu est. Nec minus qm̃ ad mare nascitur paraliõ: Id.n. ea uox significat. Quã naturæ nataliumq; eius notam secuti Latini fabiolum marinũ uocauerunt: qm̃ ad mare nasceretur fabaceisq; siliquis in longitudine similia uascula sua ferret. Habere hoc Dios. ait folia λευκά.i. candida. Barbarus quasi qui non λευκά.i. candida sed λεπτά.i. tenuia legeret folia habere tenuia id dixit. Nescimus nos an ex suo[rum] codicum lectione sic uerterit: an potius a Plinio in ea re monitus candorem ad tenuitatem transtulerit. Verba Plinii sunt. xx. uolumine capite. xviii. Folia minora tenuioraq; q̃ cæteris siluestribus. Nos cõmunem omniũ quotquot uidimus græco[rum] codicum fidem secuti candido colore folia eius esse diximus: Indicare id Theophrastum opinati cũ ait folio esse hoc papauer uerbasci nigri sed minus illo nigro. Sentimus quidem leui argumento hoc niti. In ambigua tñ re monuisse oĩa inutile non fuerit. Discrepat inter nos illud ẽt in papaueris huius natalibus: q̃ ille nasci in afflatu maris gracili solo: Nos maritimis asperis locis nõ leui discrimine presertim inter asperũ & gracile. Quarũ uocũ in latina re tam manifesta æstimatio est ut nihil dixisse nos de ea oporteat: qui in uertendis scriptoris huius uocibus neglecta omni ornatus ambitione quales illæ erant eas reddidimus: Audientesq; dicere hunc φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις καὶ τραχέσι: & Theophrastum φύεται δὲ παρὰ τὴν θάλατταν οὗ ἂν ᾖ πετρώδη χωρία nihil certius dici posse credimus q̃ nasci maritimis asperis locis. Quæ enim Theophrastus uocat πετρώδη χωρία hic τραχέα: aptius aũt iudicio nostro petrosis respõdent aspera q̃ gracilia. At Plinius in afflatu maris nasci dixit. Scimus id qdem: sed nos in labore hoc nostro candore fidem & easdem græcis uocũ ideas conceptusq; magis q̃ aliena amauimus. Nasci ẽt Plinius papauer hoc ait nitroso loco: quod in Dios. Theophrastoq; nõ legitur. Nec nos scimus an integra in eo uox illa sit & petroso legi oporteat. Sumusq; in eam partem propensiores qm̃ quæ ab eo illic docentur oĩa ex Theophrasto relata sunt. Idem etiam in medicina ait dari ad lumbo[rum] & iocinorum uitia: quæ hic ἰσχιάδας & ἡπατικὰς διαθέσεις dixit: Coxendices scilicet & iecoris uitia: iocinorososq; intelligẽs: Secutusq; Plinium Barbarus & ipse uertit. Radix ad dimidias cocta datur ad lumbo[rum] uitia: uidẽturq; ambo ἰσχιάδας lumbos uertisse. Nos græco[rum] nominũ antiquã æstimationem secuti coxendices non lumbos ἰσχιάδας uertimus. Nec uolumus mõ in manifesta re Plinio aduersari. Potuit enim ille alios in eo remedio auctores sequi. Quod monemus illud solum est: differre lõgo interuallo in natura & animaliũ partibus primum mox in græco[rum] indicatione coxendices & lumbos. Illas enim ἰσχιάδας hos ψόας illi uocant. Nouimusq; oẽs utriusq; partis diuersam in animalibus posituram.

ἰσχιάδες ψόαι

Tamq; omnibus hæc patent ut signasse quod inter nos discrepat satis sit. Sequitur in scriptore hoc deinde quasnam hic urinas asperas uocat nouisse. Nobis in urinarum discriminibus & notis nulla τραχύτητος.i. asperitatis uox inuenta est. Inuenimus tñ in sedimentis eius candidũ: æquale: multũ: & quod græci dicũt λεῖον: quod asperitate caret & læuorem habet: cui cõtrarium possumus asperum intelligere. Id nos medicis censendum relinqmus qui quotidiana eo[rum] discriminum experientia qualis asperitas hæc in urinis dici possit certius intelligent. Nos rem tñ signauimus qm̃ i ea uoce sola est asperitatis æstimatio. Monebimus illud ẽt anteq̃ a papauere hoc discedamus quæ in extremo capite legunt. Siquis aũt corniculatũ hoc papauer &c. in antiquissimis iisdẽq; optimis græcis nulla esse: Manifesto argumẽto non fuisse ea quondã in censu scriptoris huius q̃ adhuc ueluti addita legunt. Absoluto.n. clausoq; illic toto capite sequit ἐν ἄλλῳ: quod est: In aliis codicib[us] &c. Fueratq; animus nobis quemadmodũ sæpe alias fecimus relicta penitus ex hoc scriptore omnia illa eiicere: Verũtñ doceri in ea parte duo uidentes alterũ quod a Theophrasto monet carpi papauer hoc per messem & eodẽ maleficio eẽ & iisdẽ remediis curari qbus est & curatur opium quod in. vi. inter uenena manifeste ab hoc docet mutato consilio pariter aliis ea uertimus & reddidim[us]. Quæ.n. in alio[rum] papaue[rum] genus hoc traxerũt cãæ folio[rum] similitudo & par opio maleficiũ sunt.

Vrinarum discrimina quædam

DIOS. DE Spumeo papauere quod græci Aphrodes dicunt. Cap. lxi.

m

Econa aphrodẽ. Sunt q Heracliũ papauer. Romani pariter græcis Aphrodes & Heraclium dicũt. Caulem habet dodrãtalem: Breuissima folia: Lanariæ herbæ similia: & circa ea fructũ candidum. Tota ẽt herba candida est & spumea: cui radix candida est in sũma terra herens. Legit semen eius æstate cũ toto incremento integrum fuerit: siccatumq; ceciderit. Purgat uomitionibus acetabuli pondere cum mulsa aqua sumptum. Priuatimq; cõmitialibus purgatio ea congruit.

Heraclium

INTERPRES.

Eraclium uocari papauer hoc tãtum Theophrastus eodem libro testatus est. Nec nos scimus ab Hercule ne sic uocatum fuerit an ex tam moltis quæ toto orbe aliqñ fuerũt urbes Heraclia aliqua ad quã frequens aoi speciosum papauer hoc nasceret̃ nomen illi fecerit. Plures alii a candore & raritate spumæ quas habet notas spumeum nominauerunt. Theophrasti historia de eo hæc est. ἑτέρα δὲ μήκων ἡρακλεία καλεῖται· τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οἷον στρουθίον ᾧ τὰ λίνα λευκαίνουσι, ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπολαίαν, τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. καθαίρει ἄνω ταύτης ἡ ῥίζα. χρῶνται δέ τινες πρὸς τοὺς ἐπιλήπτους ἐν μελικράτῳ. Quod est. Aliud ẽt papauer heraclium uocatur folium habens struthio.i.lanariæ herbæ qua lintea dealbantur simile: radicem candidam in superficie terræ: Fructum itidem candidum. Purgat per superna radix eius: utunt̃ ea aliqui ad comitia in mulsa aquã Quæ non ideo dicta a nobis sunt ut quæ parum fœliciter Plinius ex Theophrasto in hoc papauere reddidit redargueremus. iampridem.n.a Leoniceno & a͛b aliis deprehensum id est. Sed ut concordem antiquoꝝ duoꝝ scriptoꝝ in hac planta historiam & medicinam ostenderemus: Simulq; moneremus quæ mutata ex cõmuni lectione a nobis fuerunt auctore Theophrasto mutata fuisse: Nec illud ẽt relinqueremus accedere nos eoꝝ iudicio qui Plinium in descriptiõe papaueris huius redarguunt: nec posse a quoq̃ in tam manifesta re satis defendi.

DIOS. DE Hypecoo herba. Cap. lxii.

Ypecoon. Sunt qui Hypopheon. Romani pariter græcis Hypecoon nocant. Nascitur in Triticea segete & aruis Hypecoon. Rutæ folia habet breuesq; ramulos. Papaueris lacti uiribus proportione respondet.

INTERPRES.

De Hypecoo sunt inter latinos Plinio omnia eadem. Nasci in segetibus.n.ait rutæ foliis: & eandẽ papaueris succo naturam illi esse.

DIOS. DE Apollinari herba. Cap. lxiii.

Yoscyamon. Sunt qui Dioscyamon: qui Pythonion: qui Adamanta: qui Adamenon: qui Hypnoticon quasi somnificam: qui Emmanes quasi furiosam: qui Atomon: q Dithyambrion appellent. Pythagoras Magi & Osthanes xeleona: Zoroaster Typhonion: Magi Rha põticum: Aegyptii saphtho: Tusci Fabuloniam: Galli Belinuntiam: Daci Dieltan: Romani Inaoẽtariam uel Apollinarem dñt. Frutex crassis coliculis est. Folia habet lata: oblõga: incisuris diuisa: colore nigro & hirsuta: per caules autem deinceps flores punicæ cytinorum figura calicolis in medio obstrusos semine ceu papaueris plenos. Triplex discrimen & genus Apollinaris herbæ est. Purpureo enim flore altera est foliis hederæ Smilacis: semine nigro: durisq; & aculeatis cytinis: Flore altera luteo foliis & siliquis teneriorib⁹: semine subflauo ceu Irionis. Insaniam soporemq; ambæ hę faciunt: infœlicis in usu euentus. Vtilis: & ad medicinam placidissima tertia: tenera: pinguis: lanuginosaq; flore albo & semine. Nascitur hæc ad mare & iter ruinas & rudera. Quod si uti hac non licebit utendum lutei seminis illa. Nigra q͂ omnium pessima ex omni usu abdicanda erit. Colligitur ex tenero semine foliisq; & coliculis succus. In quẽ usum tunduntur omnia: expressusq; in sole siccatur succus. Vsus eius ad annum tantum: Facile enim putrescit. Colligitur priuatim etiam succus ex semine iam sicco adfusa cũ tunditur calida aqua & expressus. Est autem sic expressus succus priore illo innocẽtior & ad arcendos somno dolores aptior. Ipsa etiam tunduntur folia inspersaq; ex trimestri tritico farina in pastillos conformantur & conformata seruantur. Vtilis prima & ex sicco semine succi altera expressio collyriis ad arcendos somno dolores confectis. Vtilis & contra acres calidasq; in oculos destillationes: dolores aurium & muliebrium locorum uitia. Cum farina autem polenta ue contra podagras: oculorum inflammationes: aliasq; omnes. Facit ad eadem & semen. Bibitur idem utiliter etiam contra tussim: A capite in subiectas partes destillationes. Oculoꝝ itidem

destillationes: Graues eorum dolores: Muliebres fluctiones: aliasq; sanguinis eruptiones. Bibiturq; oboli pondere in mulsa aqua addito papaueris semine. Confert idem podagris: testium inflationibus & mammis a partu tumentibus tritum & ex uino emplastri modo impositum. Miscetur utiliter & aliis quæ ad arcendos somno dolores conficiuntur Cataplasmatis. Quin etiã & folia in pastillos conformata omnibus ad arcendos dolores confectionibus polentæ mixta utiliter adduntur: Per se etiam utiliter emplastri modo imponuntur. Recentia itidem folia emplastri modo imposita omnium aliorũ remediorũ efficacissime dolores oẽs arcent. Sanant hæc ipsa etiam ter quater ue pota febres quas hepialos uocãt. Elixa eadem & in cibo sumpta triblii mensura mediocre delirium faciunt. Ferunt præterea siquis ulcus in crassiore itestino qđ colon dicunt habenti clystere infudent eandẽ fieri insaniã. Radice eius postremo in aceto elixa utiliter in dolore dentes colluũtur.

INTERPRES.

h Aec est Hyoscyamos illa contra cuius maleficium hic ipse scriptor pluribus remediis . yi. uolumine pugnabit. In qua nõ male damnauerit aliquis naturam quæ humanæ mẽti noxiam & in furorem homines agentem herbam tam sagaci artificio cõtra cœli iniurias oẽs munierit & ornauerit. Nec minus etiam demirabitur gentes quæ tam multis tamq; honestis appellationibus optabilem ignaris & admirabilem fecerint plantam quæ alioquin ob eam quam diximus cãm ableganda ultra Sauromatas fuerat & glacialem Occanum: Vt alsiosis locis illic nascens ante maturum semen tota aliquãdo periret. Nisi forte cõtra uota hæc nostra intulerit aliquis tam grauem noxam nõ minore bono eam rependere: Optãdamq; in orbe nostro plantam quæ tam efficaci remedio contra dolores qbus tota aliquando perit uita hominis pugnet. Nec quia menti noceat idro doloris lenimenta quæ habet abiicienda. Parum sapienter enim quia malo cõiũctũ sit bonum ex altero utrunq; damnatur: cum liceat distractis in diuersa contrariis malo prudenter caerere: bono autem fœliciter uti. Quod in Apollinari herba presertim faciendum. Quã græci Hyoscyamon. i. suum fabam idro uocauerunt ꝙ ut in historia sua retulit Helianus pastu eius conuellantur sues præsenti mortis periculo nisi ropiosa aqua statim se foris & intus proluerint: Aliui fit in desiderio salutis & suauiore uoluptatis sensu cum ope eius a dolore ad indolentiam quasi diuino quodam beneficio restituti fuissent nõ ultra Hyoscyamum a Suibus sed a Ioue Dioscyamũ. i. Iouis fabam dixerũt. Vsi eadem nominis ratione illi etiã sunt qui a medicinæ auctore deo Apolline Apollinarem herbam & Pythonion eam dixerunt. Phœbeum. n. & illud a Pythone nomen est. Fuerunt contra qui a maleficio eius Emmanes. i. in insaniam & furorem agentẽ eã nominauerint: & a somno quem facit hypnoticon: Somnificum. n. ea uox significat. Thusci græcos imitati & quoniam in caulibus non aliter q̃ in fabalibus Siliquæ cytini eius deinceps dispositi hærent fabuloniã nõ aliter q̃ multa alia in re latina uocauerunt. Superstitiose postremo sed incertis nunc nominibus Magi etiã Hyoscyamum hanc nominauerunt. Sunt & inter latinos scriptores qui Symphoniacam herbam etiam uocauerint. Palladius Octobri mense capite. xii. & Apuleius in commentariolo illo de herbis. Credimusq; nos idro Symphoniacam dictam ꝙ quemadmodum ad musicẽ quæ Symphonia constat & Symphonia etiam dicitur in Hydraulicis organis quæ a Vitruuio libro. x. suæ architecturæ descripta sunt Regulæ duæ scalari forma erectæ cymbala quædam deinceps disposita sustinebant: quibus deinde spiritus & aquæ impetu pulsis modulatio fiebat. Sic in caulibus herbæ huius cytini illi dispositi deinceps Symphoniaci instrumenti illius imaginem aliquam ostẽderent. Quod si liceret nunc hydraulica illa organa uidere quemadmodum Hyoscyamum licet qđ suspicari nos dicimus facilius intelligeretur. Vulgaris notaq; omnibus hyoscyamus est: Nescio tamen q̃ multi in ea naturæ diligentiam obseruauerint: quam hic duobus tantom indicat uerbis: Clipeolis obstrosos &c. In cytinorum descriptione ea sunt quos hic ait punicæ similes esse clipeolis in medio obstructos. Addidimusq; nos in medio ut qua parte inueniendi clipeoli illi sint certius indicaretur. Floret Hyoscyamus: floremq; profert punicæ cytino figura tantum non quantitate coloreq; similem. Dico autem cytinum florem simul & pomi in punica principium quem primo uolumine in ea arbore descripsimus. Et in quo cũ defloruit in inferiore globosioreq; eius pre semen natura concipit tenuissimaq; membrana inuolutum maturat; numerosum & minimum. Mox quoniam in cytino oscitant superiores partes in aliquot lacinias diuisæ: rectæq; rores & imbres aperto continue ore intra se recipere possunt cõsulens seminibus illis natura qua parte in medio cytini ueluti angustæ fauces se coarctant inuersum ueluti acetabulũ lignea soliditate iã artificiose ferruminauit ut nullo hũori trãsitus ad semẽ illac sit. Et hos hic uocat clipeolos nõ dissĩles his qbus in gladiatura sinistræ manui isertis & qbꝰ sola uideat̃ uix posse manꝰ tegi gladiatores nr̃æ ætatis utunt̃.

Suntq;

Suntq; clipeoli illi ab inferiore sui parte qua semina contingunt luteo: Superiore uero aeri & coelo obuersa colore nigricante. In coloribus florum deinde ex quorũ diuersitate hic tria ueluti genera Apollinaris huius herbæ constituit: Quæ in secũdo censu hic uocat αἰγικ μηλοειδῆ: uertitq; Barbarus Floribus mali effigie: A nobis luteo colore red dita sunt. Secutiq; in eo sumus naturã in cuius obseruatione pro cõperto habemus luteo colore flores alterius hyoscyami huius esse: quæ in parietũ rimis plerũq; nascitur multo minoribus cytinis q̃ alia & lanuginosioribus foliis. Videtur idem etiã uniuersæ plantæ tribuisse quod hic ait ἡ δὲ χλόη κοπεῖσα &c. Dicens herba quoq; ipsa uirens tũditur & in farina trimestri diuiditur in pastillos &c. Cum tamẽ hic non uirentem herbam dicat sed χλόην tantũ. Est aũt in plantis χλόη quod in eis uiret. Intelliguntq; græci in ea uoce frondes tãtum & folia. In eo nos ẽt frequentem huic scriptori rationem secuti sumus: Qui χλόην aliquot locis nihil aliud q̃ frondes & folia intelligi uult. Discrepat inter nos illud ẽt quod Dios. ait ὄρχεις πεφυσωμένους: Vertitq; ille testium tumoribus: nos aũt testium inflationibus. Significari. n. ea uoce credidimus testiũ quotidianum malum: quod græci a spiritu circa eos in scroto collecto πνευματοκήλην quasi uentosum ramicem dicũt: quodq; in dilatationis genere quam αἰδέισμα uocant Leonides & græcorũ medici alii cõstituerunt, & quem idem Leonides negauit a Chirurgo curandum eẽ. Posteriores tñ sic a Chirurgo curandum esse præcæperunt ut in eodem scroto cirsocele curatur. Secutiq; in eo uim uocis sumus. Scientesq; φυσᾶν & φυσοῦν uerbum in spiritu & flatu tñ intelligi mali cãm in spiritu constituimus: presertim audientes in græcis πνευματοκήλην .i. uẽtosum ramicem describi. In tumoribus aũt ultra spũm multiplicem aliam substantiam intelligi posse.

πνευματοκήλην Ventosus ramex

DIOS. DE Pulicari herba. Cap. lxiiii.

P Syllion. Sũt qui Cataphysin: qui Cynocephalon: qui Cristalion: qui Cynomyau: qui Psyllerin: qui Siculã herbam uocẽt. Siculi Conidiida: Aphri Vargugũ: Romani Siluacium siue herbam Pulicarem appellant. Folia cornicis pedi herbæ similia habet: hirsuta sed longiora: Dodrantalesq; ramulos. Tota aũt herba fœni mõ foliosa surculosaq; est. Incipit coma ei⁹ a medio caule. Capitula in summo habet duo tria ue: in angustum contracta. Semen pulicibus simile: nigrũ durumq;. Nascitur locis incultis & aruis. Vis illi & natura ẽ mollire: adstringere refrigerareq;. Prodest ex rosaceo aceto ue aut aqua emplastri modo imposita articulorum doloribus: Abscessibus secundũ aures quos parotidas dicunt: Panis: tumoribus: cõuulsis & capitis doloribus. Eadẽ ex aceto emplastri mõ imposita intestinorũ ramices in pueris & procidentes umbilicos sanat. Oportet autẽ acetabuli pondere tusam in aquæ heminis duabus madere: cũq; densata cõcreuerit aqua illinire. Egregie enim refrigerat. Eadem in feruentem aquam demissa feruorem eius retũdit. Facit itidem ad sacros ignes. Feruntq; si uiridis in domum feratur generari in ea pulices prohibere. Tunditur eadem tusaq; addito adipe sordida & malefica repurgat ulcera. Facit succus ẽt cum melle ad uerminosas & destillantes aures.

✠

INTERPRES.

Euocanda in hunc locum quæ superiore uolumine de Conyza constituta fuerunt. Cauẽdumq; legentibus quoniam duæ pulicares herbæ in hoc opere nobis sunt ne difficili utriusq; intellectu earum simul nomina misceantur. Illa. n. Conyza pulicaris: hæc simpliciter Pulicaris dici tunc iussa est. Cur autem diuersas eodem indicauerimus nomine non leuis fecit causa. Non poterant huic ex græci nominis ratione nota hæc deesse. Græci enim a Psyllis quæ pulices in ea gente sunt psyllion. i. pulicarem uocauerunt. Non poterat græca uox etiam aliter uerti. In illa cogebat omnium hactenus scriptorum consensus qui pulicarem eam in commentariis suis passim uocauerant a pulicibus pariter indicare. Accedebat deinde his q utraq; causam aliquam cur sic uocari posset ostendebat: Illa q hærentes sibi pulices enecat: Hæc q semine ut Plinius ait puliceo est & si uerũ sit quod hic ait uiridem in domum illatam pulicum generatiõem prohibere. Descripsit hanc pulicarem Plinius li. xxv. capite. ix. Pluresq; & ille ex adiectis his appellationibus numerauit Crystalion: Sicelicon: Cynomyam & Cynoides. Quarum aliquæ non satis certam modo cãm hñt: aliquæ a uiribus notisq; eius factæ sunt: qualis Crystalion est: qua indicarunt qui ea usi sunt crassescendi densandique uim quam ea habet Crystallum enim glaciem græci uocãt: quæ in lapidis duritiem concreta densataq; frigore aqua est. Illi simile aliquid pulicaris huius herbæ liquor habet ut ex eius in scriptore hoc historia & ex Plinio patet. Retulit idem Plinius foliis canino capiti: mõ

integer locus ille fit non dissimilibus esse: contra q̄ hic: qui Cornicis pedi herbæ cōparauit. Quo fit ut uitium in Plinio suspicemur. Nec tamen habemus unde Cynocephalium & cynomiam: in q bus uocibus ex cane aliquid est dictam fuisse significemus. Sicelicam deinde a Sicilia uocatam cōii cere facile est. Sarmentosam quam hic χορτώδης Plinius esse dixit. Nos feni modo foliosam surcu losamq; potius diximus: longo interuallo distare latinorum sarmenta a græcoꝝ χόρτω scientes qua uoce illi significant oēs quæ ad fenum in pratis nascuntur herbas. In uiribus eius etiam non parum uariant antiqui scriptores Hic mollire: adstringere & refrigerare eam dixit. Plinius illi ad refri gerandum & discutiendum ingentem uim assignauit: Paulus Aegineta in secundo ordine refrige rare & præter id medias hēre in siccando & humando uires testatus est: quæ qm̄ non sunt oībus eadē signare legentibus placuit. Quēadmodum & quo loro corruptæ nec bene rn̄dentis lectionis notā adiecimus legentes monemus uideri nobis quod & Plinius indicat præcipi a scriptore hoc cōtra ca pitis dolores ex aceto aqua ue aut rosaceo fronti temporibusq; imponi semen. Mox in aliis affectio nibus: Intestinoꝝ ramicibus uerbi cā: aut procidentibus umbilicis habendum in duabus aquæ he minis tritum idem semen: & cū aquam ueluti in gelu & glaciem densauerit: quod ui eius fore intel ligendum est tunc concreto seminis eius diluto illo antedicta uitia inungere. Sed parom certus in scriptore hoc sensus hic est. Cui ēt in antiquioribus & melioribus græcis deest quod ultimum in hoc capite & ab eo loco legitur. Eadem in feruentem aquam admissa &c. Et hæc pro historia puli caris herbæ satis sint. In medicina nūc dicemus quosnam græci ἐξομφάλους latini procedentes um bilicos dixerint: malum quod multiplicem cām habet. Siquidem procidit hominum umbilicus aut disrupta eo loco interiore membrana: quam qm̄ interaneis omnibus extensa adiacet græci pitone nui uocant: procidenteq; illac aut omento aut intestino: & nōnunq̄ ocioso humore umbilicū sub eūte. Aliquādo etiam caro eodem loco augetur. Sepenumero itidem sanguis disrupta uena aut ar teria illic coit ut in dilatationibus præmonstrauimus: Nonnunquam etiam solus spiritus. Omnib⁹ his præcedentibus causis procidit homini umbilicus: cuius curatio ad Chirurgiam præcipue per tinet. Hic tamen pulicaris huius semine reprimi posse ostendit.

ἐξόμφαλος
περιτόναιον

DIOS. DE Solano. Cap. lxy.

Trychnon nigrū hortensem. Sunt etiam qui satiuum pro hortensi uocēt. Aegypnj Allelo: Galli scubulū: Aphri astrismurū. Romani strumū aut Cacubalum appellant. Non adeo grandis frutex est Solanum quod eden do est. Alarū caua mulra habet: Folia nigra ocimo maiora: latioraq;: Fructum rotū dum: ante maturitatem herbaceo colore: cū maturuit deinde ruffum nigrumq;. In nocens in cibo est: refrigerandiq; uires habet. Eamq; ob cām folia emplastri mō im posita sacris ignibus & ulceribus quæ a serpendo herpetas uocant cum polētæ pol line accōmodata sunt. Concisa etiā & per se oculoꝝ in maiore angulo fistulas quas dicunt Aegylopas sanant. Prosunt eodem modo imposita & capitis doloribꝰ. Sto machi ardoribus subueniūr. Abscessus secūdum aures quos parotidas nominant discutiunt. In quem usum concisa cū sale emplastri modo imponunt̄. Facit & succ⁹ ad sacros ignes: & quæ a serpendo ulcera herpetas uocant cum cerussa: rosaceo: & argenti spuma. Facit & ad oculoꝝ fistulas quas ægylopas uocant cum pane imposi tus. Inspergunt̄ eodem utiliter addito rosaceo infantes in capitis ardore quē Siria sim dicunt. Quinetiam pro aqua ouo ue collyriis contra acres oculoꝝ destillatiōes factis ut eo inungant̄ miscet̄. Auribus in dolore utiliter īstillatur. Sistit muliebres fœminarum fluctiones in lana appositus. Contra oculorum in maiore angulo fistu las quas Aegylopas uocant itidem cum gallinarum rubente fimo subigit̄: & laci niæ iniectus utiliter imponitur.

INTERPRES.

Efficarias in Theophrasti plantis Gaza Strychnos duas appellauit: sopores alteram: furo res facientem alteram: quæ huic scriptori in quatuor eius generibus postremæ sunt. Vide turq; ex Plinio uolumine. xxi. capite. xxxi. cōmune id nomen oībus fecisse. Cum tñ Plini us secundum eius genus tm̄ cognomento Halicaccabum uesficariam uocet: causamq; afferat q̄ uesi ficæ & calculis prosit: in qua ut subscribentem sibi habet hunc scriptorem: qui [illegible] aut Stry chnon eū esse. Verūtamen dubitari facile potest an alia nominis eius causa quondā fuerit: qualis in

eo mox a nobis dicet. Vessicarias ut præmonstratum est strychnos oẽs ille dixit. Celsus contra ul- timo secũdi libri capite cum numeraret quæ reprimunt simul & refrigerant post multa his uerbis Solanũ Strychum uocauit. Siser: apiũ: solanum: quam strychnũ græci uocant: hanc intelligens cui & a Dios. præcipua in refrigerando uis assignatur. Nosq; latinæ rei antiquum auctorem secuti So- lanum non uessicariam strychnum hortensem: siue satiuam diximus: quæ nigris foliis & in extre ma maturitate nigro semine ab hoc & ab aliis describitur: pingui cultoq; solo ꝑueniẽs: cuius nostra ætate nullus in cibis usus est: & si hic hortense; satiuũ: edentio esse: & in cibo innocens dicat. Qui- bus conicere aliquis merito possit fuisse quondam in sanitate aliquem eius usum. Solani hu⁹. ix. de plantaꝝ historia Theophrastus duo tñ facit genera ὑπνῶδες καὶ μανικόν. i. quod soporem & qđ furorem gignit. Suntq; de utroq; multa ab eo dicta: quæ suis locis ex eius historia a nobis repetent. Cæteri oẽs auctore ut nos credimus Dioscoride quatuor strychnos deinceps numerauerunt: Sati- uum: Hortensemq; hunc & Cibarium: quem omnes nigrum a colore fructus uocauerunt: mox Ha licacabũ cognomento: quem priuatim nos uessicariam a Plinio uocari credimus: rubente fructu uuæ acini figura: Tertiũ somnificũ: quem fruticosum describunt. Postremo insaniam facientẽ: di- uersis in medicina & uiribus: quæ ab hoc scriptore statim patebunt. Obseruauimusq; nos ad refri- gerandum plerunq; usum solani fuisse: & ex tam multis eius generibus hortẽse ad eum usum ma- xime ꝓbasse antiquos. Cæteris. n. malefici periculum magis q̃ remedium inest. Facilis cognitu her ba: nunq̃ decæptura incautos si quas habent tot eius genera discretas foliis: fructu: colorcq; notas di ligentius obseruauerint. Vtitur hortensis huius solani succo Paulus Aegioeta in primo ad refrige- randos in infantibus capitis ardores: quos græci Syriasim uocauerunt.

DIOS. DE Solano Vessicaria quã Halicaccabũ dñr. Cap. lxvi.

Sñ & alteꝝ Solanum quod priuatim Halicaccabũ: quidã uero uessiculam appellant: foliis antedicto simile: latioribus tñ. Eius coliculi cũ creuerũt p terrã sternuntur. Fructũ fert in foliculis rotundis uessicis similibus: ruben tem: & cum læuore rotundum: uuarum acinis similem: quo coronarii utunt in coro nis texentes. Vires usūsq; hortensi Solano: præterq̃ in cibis easdem habet. Potestq; fructus eius ciendæ urinæ aptus fellis suffusiones potu emendare. Exprimit ex utri usq; solani huius herba succus: siccatusq; in umbra in eosdem reponitur usus.

INTERPRES.

Oronaria quod hic & Plinius testant Vessicaria hæc quondam herba fuit. Damnarunt tñ ambo eius in cibis usum: nec ad coronas amasse ueteres aliud in ea uidentur q̃ uessicas fol- liculosq; illos: qui per ambitum capitis ex coronis pendentes grato spectaculo ruberẽt: tur binati grandesq;: & Isiaci sistri ex quo crepitacula pendebant imaginem reddentes. Nascitur Vessi- caria hæc multa in uineis in Italia herba uerius q̃ frutex: profertq; uessicas illas Septembri mense colore primũ uiridi: mox paulatim rubescente turbinatas ut Plinius ait: semen ciceris magnitudi- ne intra se claudentes: rubro colore; nec nisi extremo autumno maturescens: in nullo nostra ætate honore aut usu. Vessicariãq; nos credimus a uessicis his potius q̃ quia prosit uessicæ: & si Plinius id testet dictã fuisse. ἐκ τῶν φυσαλῶν. n. ex uessicis folliculisq; his factũ illi nomen est. Nec aliter herbã intuentibus uidebitur; tam similes animalium uessicis folliculi illi sunt.

DIOS. DE Solano somnifico. Cap. lxvii.

Trychnon Hypnoticon. Sunt qui Halicaccabũ: qui Derceon: qui Furio sum Solanum: qui Dorycnion: qui Calliada uocẽt. Daci cycolida: Aphri acabũ. Romani Apollinarem minorem siue herbã uaticanam: siue opsagi nẽ appellãt. Frutex est. Ramulos habet numerosos: densos: surculosos: lentore suo difficile fragiles: pinguibus foliis plenos: Cotonei mali foliis similes. Florem rubẽ- tem: grandem. Semen in siliquis rubro colore croci. Radicem rubente cortice: grã demq;. Nascitur in petris non procul a mari. Sõnificus radicis eius cortex est drach mæ pondere in uino potus. Lenius tamen q̃ papaueris liquor sopit. Egregie urinã cit semen eius. Danturq; corymbi eius fere duodecim cõtra cutem subeũtes aquas. Verum maiore numero poti furorem quem dicunt Ecstasim faciunt. Remedio est copiosa mulsa aqua potui data. Miscentur & his quæ somno dolorem leuant: pa

stillisq; cortex eius & succus. Quinetiam contra dolores dentium in uino decoctū Solanum hoc utiliter ore continetur. Et contra hebetes oculos radicis succus cum melle eadem utilitate inungitur.

INTERPRES.

Longe & in multis diversa a Diosco. Theophrasti est Solani huius medicina & historia. Hic qualem ex eo uertimus tradidit ille his uerbis soam docuit. τῶν περσεύγνων ὁ μὲν ὑπνωτικὸς ὁ δὲ μανικὸς καὶ ὁ μὲν ὑπνωτικὸς ἐρυθρὰν ἔχων τὴν ῥίζαν ὥσπερ αἷμα ξηραινομένην. ὅταν ἐξορυττῆ δὲ λευκὴν, καὶ καρπὸν ἐρυθρότερον κόκκου· φύλλον δὲ τιθυμάλλῳ ὅμοιον ἢ μηλέᾳ τῇ γλυκείᾳ καὶ αὐτὸ δασύ. τούτου τῆς ῥίζης τὸν φλοιὸν κόπτοντες λίαν καὶ βρέχοντες ἐν οἴνῳ ἀκράτῳ διδόασι πίνειν καὶ ποιεῖ καθεύδειν, φύεται δὲ ἐν χαράδραις καὶ τοῖς μνήμασιν &c. Quorū sūma est. Solanorū aūt somnificum alterū: furiosum alterū. Rubentem sanguinis modo cum aruit radicem habet somnificum: quo tpe aūt effoditur candidā. Fructū grano quod tingendo est rubriorem. Foliū lactariæ herbæ aut malo dulci simile, pilosum & ipsum. Huius radicem tundunt: tusamq; meraco uino miscētes bibendā ad somnū dant. Nascitur inter sepulcra & circa stantes humiliore aliquo loco aquas. Non sunt ut uidet duobus antiquis scriptoribus in Solano hoc eadem omnia. Parū certa ēt Theophrasti historia est: dubitabitq; aliquis merito quānam in genere malorū dulcem malum ille uocauerit. Scimus quidem Glycymela ab hoc ipso primo uolumine descripta fuisse: uerum nō dulci malo sed cotoneæ cōparant a Dios folia eius: Non leui inter has arbores discrimine. Desiderauerit in eo ēt aliquis cū plures lactariæ herbæ sint cui nā ex tam multis solanū comparauerit. Sed quocūq; modo se res habeat inuentu & cognitu facilis herba est. Obseruauimusq; nos inter petras & congestos alicubi lapides plerūq; erūpere & florere: Nec nisi ad extremū autūnum fructus suos maturare: quo tpe tm̄ rubent magnitudine ciceris Noxiam menti oēs herbā tradunt: eiusq; uires certi⁹ hic describens monuit haustos ultra duodecim fructus eius quos corymbos uocat Ecstasim facere: mētis alienationem furoremq; intelligēs: nō oēm simpliciter ue. Sed quam priuatim Græci Ecstasim uocant: quamq; Galenus in diffinitionibus suis ὀλιγοχρόνιον μανίαν. i. ad breue tēpus isaniam diffiniuit uatum & poetarū enthusiasmo simile. Qualis est cum audito tibiarū tympanorū ue aut cymbalorū sonitu circa templa discurrentes aliq uaticinant. Quod genus hominū phanaticos antiquitas uocauit: & in seruis uitiū pro quo tanq morbosi & inutiles redhibendi essent antiqui iureconsulti decreuerunt. Appellauerunt q; græci ecstasim ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι q extra se ipsum egrediat & stet aliquis: nō aliter q lepidissimus græcorū comicus in fabula quæ inscribitur Achaines Euripidem iocabat intus non intus esse: corpore quidē domi & intra domesticos parietes mente aūt & animo foris. Significareq; hoc loco priuatim ad breue tempus insaniæ genus hoc nō perpetuam mētis alienationem testis Plinius quo paulo ante diximus libro & capite est: qui Strychnos hos græcorū describens ait: Halicaccabi radicem bibunt qui sunt uaticinandi callentes q furere ad confirmandas superstitiones aspici se uolunt: Docēs & ipse longius quod hic una ecstasis uoce significauit. Nec demiretur aliquis eum auctorem Halicaccabum somnificum hoc solanum uocantem. Vagis enim & cōmunibus nominibus quatuor & congeneres hæ plantæ indicabantur.

ὀλιγοχρόνιον μανίαν

ἔκστασις

DIOS. DE Solano furioso. Cap. lxviii.

Trychnon manicon. i. furiosum: Quē aliqui Perisson uocāt. Sunt etiam qui Thryoron: qui Anydron: qui Penthadryon: qui Eneron: qui Orthogion. Romani solanū furiosum appellant. Erucæ folio solanū hoc est: maiore tn̄: ad acanthi quā pedærotha uocant figurā accedente. Caules a radice exeunt proceriores decem duodecim ue numero: altitudine quantū protensa hoīs utrinq; brachia ab altero sūmo medio digito ad alterū traiecta per pectus longitudine patent. In qbus oliuarū figura supposita sunt capitula pilosiora ueluti in platanis pilulæ: uerū maiora latioraq;. Florē fert nigrū: & post florē racemosum fructū: rotundū: nigrū decem duodecim ue acinorū numero: hederarū corymbis similē: & uuarum modo mollem. Radicem habet candidam: crassam: concauam: cubitalem. Nascitur montanis & uento perflatis locis. Nascitur & in litoralibus petris. Potest radix eius drachmæ pondere in uino pota non illepidas rerum species & imagines uanas animo & menti repræsentare. Duplicatum id pondus in triduum Ecstasim facit: perimunt autem quatuor drachmæ. Aduersatur huic maleficio: remedioq; est maiore copia pota mulsa aqua mox uomitionibus reddita.

INTERPRES.

Escripsit & quartum Solanũ hoc eodem libro Theophrastus & a furore quem facit mani con uocauit. Verba eius hæc sunt. ὁ δὲ μανικὸς οἱ μὲν θρυόρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ δὲ περιττόν. λευκὴν δὲ ἔχει τὴν ῥίζαν καὶ μακρὰν ὡς πήχεως καὶ κοίλην. δίδοται δ' αὐτῆς ἐὰν μὲν οὕτως ὥστε παίζειν καὶ δοκεῖν αὑτῷ κάλλιστον εἶναι δραχμῆς σταθμόν. ἐὰν δὲ μᾶλλον μαίνεσθαι καὶ φαντασίας τινὰς φαίνεσθαι δύο δραχμάς. ἐὰν δὲ ὥστε μὴ παύσασθαι μαινόμενος τρεῖς. καὶ συμπαραμιγνύναι ὥς φασιν τὸ κενταύριον. ἐὰν δὲ ὥσπερ ἀποκτεῖναι τέτταρας. ἔχει τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον εὐζώμῳ πλὴν μεῖζον. τὸν δὲ καυλὸν ὥσπερ ὀργυίας κεφαλὴν δὲ ὥσπερ γηθύου μείζω δὲ καὶ παχυτέραν, ἔοικε δὲ καὶ πλατάνου καρπῷ: Quorũ sensus hic sit. Furiosum uero Solanũ alii Thryoron: alii Perittõ uocant. Candidam longamq; & concauam cubitali fere longitudine radicẽ habet. Datur bibenda drachmæ pondere siquis per iocum efficere uoluerit ut pulcherrimos sibi uideat qui biberit. Si uero furere adhuc magis hoiem uisaq; aliqua animo eius obuersari duarũ drachmarũ. Et si ne furor desinat triũ: & ut aiunt Centaurium admiscere. Postremo si hominem perimere quatuor. Folio erucæ est uerũtamẽ maiore. Caulẽ altitudine quantum protensa utrinq; brachia ab altero sũmo medio digito ad alterũ traiecta per pectus longitudine patent. Caput Gethyo simile: maius tñ crassiusq; & platani fructui simile. Et hæc de furioso solão Theophrastus. Quæ iisdem uerbis ideo reddita a nobis sunt ut collata Dioscoridi faciliorem eius historiam faciant; & quæ a Plinio traduntur faciliorem intellectũ habeant. Nouerintq; oẽs oium quæ ille retulit Theophrastũ hre auctorem. Nec minus etiam ut quæ in appellationibus Solani huius a cõi lectione mutata a nobis fuerunt scriptoris illius auctoritate mutata fuisse. Desiderauimus aũt Theophrasti locũ hũc uertẽtes floris Solani huius figurã colorẽq; Quod.n.hic ait colore nigro eẽ parũ uerisimilẽ historiã nobis habet.

DIOS. DE Dorycnio. Cap. lxix

Orycnion Crateias Halicaccabũ uocat. Romani pariter græcis Dorycnion appellant. Frutex nup nascẽti oleæ similis est. Ramulos hẽt cubito breuiores. Nascit in petris non pcul a mari: Folia colore oleaginis similia: minora tñ angustioraq; & asperrima. Florem candidũ: & in summo densos folliculos ceu ciceris: in quibus exigua: rotunda: numero quinq; aut sex minimorũ eruorũ quãtitate: dura & cum lęuore uaria semina sunt. Radicẽ crassitudine digitali: lõgitudĩe uero cubitali. Creditur & hoc Somnificũ eẽ: Sumptoq; maiore copia repręsentari mortem. Ferunt quidam ẽt facere semen eius ad amoris ueneficia.

INTERPRES.

Vlla uidet Plinio per se Dorycnii planta esse. xxi. uolumine capite. xxxi. in solanorũ historia priuatimq; furiosi illius scribenti. Hoc est uenenũ quod innocentissimi auctores Dorycnium appellauere: ab eo q; cuspides in prœliis illo tingerent. Cæteri oẽs sui generis plantã descripserunt: hic priuatim inter plantas sua illi cum suis notis assignata historia: mox Paul' Aegineta in. vi. plantam esse monens papaueri mandragoræq; temperamento suo similẽ extremæ frigiditatis Cuius exigua dosis soporem: multa mortẽ repræsentet. Ideoq; inter somnificas alias ab hoc scriptore numeratam: qui nihilominus. vi uolumine inter uenena furiosum Solanũ ab aliquibus uocari Dorycnion hoc ẽt dicet: Sed non caret rõne uagum Dorycnii nomen inter cuncta illa fuisse opinari qbus tela in bello & uenationibus medicarent: Quæ sane multa nostra ætate numerari ẽt possunt: & ex eo usu non magis certi generis plãtam q̃ cũctas illas: qbus ad medicanda tela ueteres uterent eo noie indicari quondã consueuisse: siue solanũ: siue alia quæpiam esset. Licetq; id sibi psuadere q; hic inter uenena & hoc loco ait Dorycnion uocasse aliquos furiosum Solanũ nõ aliũde ut nos credimus q̃ qm̃ eius succo tela ferrumq; ut poeta cecinit ueneno armaret. Secutusq; Plinius herbarii Crateiæ aliorũq; in huiuscemodi re decreta: quod paulo ante diximus Dorycnion furiosi Solani succum tradidit esse ex usu non ex naturæ historia id docẽs. Credẽdũq; quod dicim' ex eo ẽt est: q; Nicander in Alexipharmacis suis Dorycnion per se simpliciterq; uocans sui generis plãtam intellexisse uidetur. Nullibi enim Solani notarũq; eius in Dorycnũ maleficio & remediis meminit. Licetq; ex silentio hoc eius necessario qd' dicimus nõ cõstituatur: Nihilominus ut erat poeta ille in huiuscemodi diligẽs non debuisse ab eo relinqui uerisimile est: quæ imperitos fallere tam præsenti periculo possent. Iterum inter uenena sexto libro de Dorycnio hoc agetur.

DIOS. DE Mandragora Cap. lxx.

Andragoram. Sunt qui Circeam: qui xeranthen: qui Antimnion: qui Autimion: qui Bombochylon: qui Minon: qui Aloiten: qui Thridacian: qui

Cammaron uocent. Pythagoras Anthropomorphon: Zotoaster Diamonon siue Archinen: Magi Hemionas siue Gonogeonas. Romani canina aut terrestria mala appellant. Qui circeam uocarunt nomen illi a Circe fecerunt quoniam creditur radix eius amatoriis ueneficiis utilis esse. Mandragoras alter mas: alter fœmina. Niger fœmina: qui Thridacias idest lactucinus uocatur: Minoribus tamen angustioribusque quam lactuca foliis: iisdemque uirosis & in odore grauibus: per terram sparsis: Secundumque folia pomis ouorum uitellis æqualibus: pallidis: odoratis: In quibus semen quale pirorum est. Radices habet hic grandes duas tres ue sibi inuicem implicitas: foris & in superficie nigras: intus candidas: crassique corticis. Caulem non fert Mandragoras fœmina. Maris uero & candidi quem morion aliqui etiam uocauerunt folia sunt grandia: lata: cum læuore candida: betæ foliis similia. Poma duplo quam fœminæ maiora: luteo colore croci cum grauitate aliqua odorata: quę comedentes pastores quadamtenus & leni sopore soporantur. Radix huic est antedicto similis maior tamen candidiorque. Caret hic etiam Mandragoras caule. Colligitur ex radicis cortice uirentis adhuc succus & ut colligatur tunditur: tususque prælo subiicitur: & exprimitur. Oportetque insolatum cum iam densatum concreuerit in picato fictili reponere. Colligitur itidem ex pomis succus. Ignauus tamen qui ex his expressus fuerit. Quin etiam delibrata radice cortex funiculo traiicitur: suspensusque seruatur. Quidam Mandragoræ radices in uino ad tertias decoquunt: traiectasque per colum seruant utentes cyathi unius mensura contra uigilias & grauissimos dolores in his quos sine doloris sensu secare aut urere uoluerint. Potus obolorum duorum pondere cum mulsa aqua Mandragoræ liquor pituitam: nigramque bilem ueratri modo uomitionibus purgat: Maiore tamen copia potus mortem facit. Miscetur idem oculorum remediis & his quæ somno dolorem leuant & ad molliendum pessulis. Per se semioboli pondere appositus menses & fœtus trahit. Somnum facit sedi pro balano subditus. Fertur præterea concocta ebori sex horis radix eius mollire id: & in quam uoluerit aliquis formam fingi & conformari facilem reddere. Imponuntur emplastri modo utiliter oculorum & ulcerum inflammationibus recentia cum polenta folia. Discutiunt eadem duritics omnes: abscessus: strumas: panosque quinque aut sex diebus leniter confricata. Stigmata citra exulcerationem delent. Seruantur condita Sale in eosdem usus eadem folia. Radix trita ex aceto sacros ignes sanat: contra serpentium uero ictus cum melle aut oleo. Strumas panosque ex aqua disiicit: & cum polenta articulorum dolores sanat. Conficitur præter hæc ex radicis cortice sine coctura uinum. Opotretque in uini dulcis cadum corticis eius pondo tria coniicere: & ex eo cyathos tres dare his quos ut ante dictum est: sine doloris sensu secare aut urere uolueris. Neque enim in somnum delati dolorem sentiunt. Sopiunt poma etiam in cibo & naribus olfactu admota. Potest idem & eorum succus. Verum largiore utroque modo usu uescentes olfactantes ue obmutescunt. Purgat muliebres fœminarum locos potum pomorum semen: & cum uiuo sulphure admotum rubras fœminarum fluctiones sistit. Colligitur ex radice liquor in profundiorem recessum circumsecta & excauata: defluenteque in cauum recessum liquore illo. Verum tamen liquore hoc efficacior succus est: sed non ferunt omnibus locis liquorem radices. Idque experientia ostendit. Ferunt & alterum esse Mandragoram quem morion dicunt: in umbrosis nascentem & circa antra: Folia candido Mandragoræ similia habentem: minora tamen: dodrannis fere longitudine: candida circa radicem exeuntia: Quæ candida itidem teneraque est: paulo dodrante maior: crassitudine humani pollicis. Eam dicunt potam drachmæ pondere aut cum polenta in obsonio placenta ue sumptam fatuitatem quam morosin dicunt facere. Dormit. n. qui eam ederit sic ut erat eam co-

medens omni sensu tribus quatuor ue horis ex quo eam hausit carens. Vtuntur & hoc medici secturi usturi ue aliquid. Ferunt præterea Antidotum esse radicem cum furioso solano potam.

INTERPRES.

Qui Mandragoram quotidie circunferunt Agyrtæ: iactantq; tanto periculo effodi humana forma ignaræ plebi eam ostendentes: ex uno ut nos credimus Pythagoræ nomine eius Anthropomorphos mendacii sui occasionem arripuerunt. Neq; n. uox illa aliud q̃ humanæ formæ plantam significat. Accessit & Pythagoræ Columella qui ex eadem ueluti nominum superstitiosa ostẽtatione in carmine suo cecinit. Quãuis semihominis uesano gramine fœta Mandragoræ pariat flores: mestamq; cicutam &c Non defuerunt illis etiam in iactãda cũ foditur Mãdragoras religione Theophrastus in græcis: in latinis uero Plinius. Quos nõ puduit in tanta rerũ grauitate quas scribebant: nequid cõtra cõem sensum dixisse uiderentur: populares & sine ratiõe ritus huiuscemodi posteris tradere. Quæ aũt Theophrastus pro Mandragoræ fossura docuit huiuscemodi sunt. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν μανδραγόραν εἰς τρεῖς ξίφει: τέμνειν δὲ πρὸς ἑσπέραν βλέποντα τὸν δ' ἕτερον κύκλῳ περιορχεῖσθαι καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ ἀφροδισίων. Quorũ sensus sit. Circunscribunt & Mandragoram gladio ter: secantq; ad occasum spectantes. Iubent & alium saltãtem tripudio circumagi. Multaq; de ueneris usu & re dicere. Plinius lib. xxv. capite. xi. pleraq; eadem Theophrasto: & his non dissimilia quædam. Cauent fossuri contrarium uentum & tribus circulis ante gladio circunscribunt: postea fodiunt ad occasum spectantes. His auctoribus & quasi per manus translata huiuscemodi superstitione uerisimile est uanis periculorũ religionisq; & humanæ formæ mendaciis celebrari: nunc etiam Mandragoram: Cũ tñ id potius quærẽdum fuerit: cur a sapiente illo Samio honestiore hominis nomine indicata fuerit. Neq; enim uerisimile est; quia bina radice & hominis crura imitante nitatur: plerunq; in terra fic dictam ab eo fuisse: trinis n. aliqñ hæret: multæq; aliæ stirpes huiuscemodi bifida radicis diuisione uidentur. Abstrusiorem ex religione cuius ubiq; magnus ille auctor erat cãm habuisse id nomen oportet. Nos illud ignoramus relinquimusq; inueniẽdum peritioribus & docendum: Neq; hoc tñ: sed tam multas appellationes alias quibus Mandragoram antiquitas indicauit. Quæ. n. inter eas notiores sunt Circeon & Thridacias ab hoc ipso scriptore declaratæ & per se satis patent. Sunt toto hoc capite aliqua per se: & qm̃ nõ sunt nobis cũ aliis eadem legentibus aiaduertenda. Quale est quod hic ait poma Mãdragoræ ouorũ uitellis similia eẽ a Plinio auellanæ nucis similitudinem describi. Non leui inter utranq; formã coloremq; diuersitate. Theophrastus. vi. de plantarum historia nisi uitium in lectione eius sit quod suspicamur contra utrunq; uidet de pomi huius colore & magnitudine tradidisse. Verba eius sunt. ἴδιος δὲ ὁ καρπὸς τοῦ μανδραγόρου. τῷ μέλανι καὶ ῥαγώδης καὶ οἰνώδης εἶναι τῷ χυμῷ. Quod est. Priuatim uero Mandragoræ fructus: q niger acinosusq; & sapore oinosus est: colore nigrum: acino uuæ æquale: & uinoso sapore pomum Mãdragoræ Theophrastus describit. Hic aũt ouorũ uitellis qui orbiculati sunt cõparat: & ὠχρὰ. i. pallida dicit: quam descriptionem natura magis confirmat. Discrepant non leuiter etiam iidem auctores: q hic utrunq; Mandragoram caule carere ait. Theophrastus contra eodem loco cũ ferulam descripsisset subiecit. τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν ὁμοιότερον τούτῳ τὸν καυλὸν ἔχει καθάπερ ὁ μανδραγόρας καὶ τὸ κώνειον. Quorũ uerborũ sensus est. In reliquis aliæ quidem similiorẽ huic caulẽ ferunt: qualis Mandragoras est & Cicuta. Plinius ẽt quo diximus loco idem testatur dicens. Succus fit & e malis & e caule deciso cacumine. Palamq; ambo hi caulem Mãdragoræ tribuũt: quẽ Diosc penitus aufert. Non ausim ego inter tam graues auctores tertius ueluti arbiter censere. Sensus id faciet: poteruntq; uolentes uel a peritis audire: uel ipsi totam Mandragoræ naturam obseruare. Nos interim monebimus quod ex interpretibus alter dixit Grauedinem capitis afferre pastoribus Mandragoræ poma sopire dictum a nobis esse: Quod nõ tam ex ui & potestate Mandragoræ qui soporiferus est: acceptum fuit q̃ ex uerbi necessaria significatione. ὑποκαρῶσαι. n. hic ait: quo uerbo ut nos in papauere diximus de lethargo agentes in sopore & mala quiete græci tantum utitur. Capitis aũt grauedines & caput aggrauantia quæ græci καρηβαρίαν & καρηβαρικὰ uocant ut aliã habent in maleficio cãm: sic alios etiam euentus afferunt. Sequitur hoc quod non eodem modo in antiquis græcis legitur. κυλίζεται δὲ καὶ τὰ μῆλα ὁμοίως Quod ẽ ut nos uertimus Colligitur itidẽ ex pomis succus. Sunt enim in quibus non poma sed folia legitur. In quo & si Plinio auctore prior illa lectio & quam nos secuti sumus probari debeat. Non tñ inutile fuerit cogitasse potuisse quondam legi folia eo presertim argumẽto: q hic statim ait expressum ex foliis succũ ignauiorem esse. Veri simile quidem minus folia posse q̃ poma. Sed hoc signasse tantũ satis sit. Suspicamur etiam qm̃ cõtra aliorũ liquorũ rõnem & naturam est Vitium esse quo loco hic ait efficaciorem succum liquore esse. Oportereq; contra legi: qm̃ in cæteris liquores succis potẽtiores plerunq; sunt. Quomodo autem inter se differant liquor & succus satis in totius operis procemio dictum a nobis est. Discrepat præterea a nobis cum Barbaro: totoq; genere in morbis diuersum est. Quod ille ait. Mala ipsa & succus ex iis etiam olfacto adeo magis æsu uertiginem cient. Nos aũt soporem facere diximus magno inter uertigines & soporẽ discrimine. Nec nos augurari scimus unde ille quæ a Diosc καρωτικὰ uo-

cat ad uertigines traxerit: quæ nihil simile aut cõmune soporibus hñt: quos τὰ καρωτικὰ manifeste significant. Idq; tam notum medicis patet ut docere id certius superuacaneũ oĩno sit. Transferetur ob eam cãm nunc sermo hic noster ad id quod in scriptore hoc legit̃ ὀπίζεται δὲ περιχαραττομένης τῆς ῥίζης ut fere in cunctis legitur πολυειδῶς: ut aũt in uetustioribus & melioribus græcis θολοειδῶς. Id cæteri interpretes & multifariam & aperta punctis circũscatificataq; radice uerterunt. Quod Plinius breuius dixerat radice punctis aperta. Videt̃ enim & ille πολυειδῶς eo loco legisse. Nos in pfundiorem recessum excauata radice diximus θολοειδῶς illud sic interpretati. Est enim θολοειδῶς tholi instar & modo Quid aũt græcis tholus sit: nouerunt ex Maronis lectione latini etiã cũ cecinit poeta ille suspendit̃ ue tholo &c. Nominaueruntq; græci in templis deoꝝ publicisq; ædibus circumactam in orbem primũ testudinem: mox abusiue in acutum fastigiũ desinens domicilii culmen: ex qua similitudine inuerso fastigio hic iubet excauari radicem recessu ex superiore parte in orbem latiore. Ex inferiore autem in angustum desinente. Credimusq; sic legendum esse locũ ob id quod sequitur statim. καὶ τοῦ συῤῥέοντος εἰς τὴν κοιλότητα συλλεγομένου. i. collectoq; qđ in cõcauitatẽ confluxerit. Quod in punctis aperta & scarificata radice fieri non poterit. Sũt hæc humilia & medicis ut forte aliquibus uidebit̃ negligenda. Verũtñ interpreti necessaria & maiore diligentia curanda. Est & in postremo illo Mandragoræ genere: quẽ Morion hic uocari ait uerbum ἀπομωροῦν. Id ab aliis & a nobis ad fatuitatem relatũ est: ꝓpterea q̃ nihil significare aliud põt. Barbarus infatuare simpliciter dixit. Alter longius non memoriam tñ sed usum quoq; rõnis intercipere: quæ tota μωρώσεως descriptio in ueteribus est. Nos fatuitatẽ quam morosin dicunt uertimus. Seorsum a iactura memoriæ morosin hanc facientes: ut in papauere de lethargo agentes longius diximus: a cõi græcoꝝ oium lectione discedere non ausi. Coniuncti enim loco sopor: lethargus & morosis tantopere sunt: tamq; similes habent cãs ut quod alteꝝ facit: possit & alterũ facere. Viderurq; id in carmine suo significasse Columella cũ cecinit. Quãuis semihominis uesano gramie foeta Mãdragoræ pariat flores: mestãq; Cicutã &c. Dubitauimus tñ potuisse quondã aliter legi: neq; ἀπομωροῦν quod est: fatuum fieri: Sed ἀποκαροῦν quod est sopire: & soporem a græcis Caron dictũ facere. Hæc. n. præcipua oĩs Mandragoræ uis est: & hic soporis euentũ non fatuitatis statim reddidit. Siqdem ait. Dormit. n. homo sic ut erat eã comedens: tribus quatuor ue horis: ex quo eũ hausit: nihil sentiens. Et hæc ex multis quæ pro Mandragora dici poterant: satis dicta hactenus sint.

DIOS. DE Aconito. Cap. lxxi.

Coniton. Sunt qui Pardalianches: qui Cãmaron: qui Theriophonõ: qui Myoctonon: qui Thelyphonon. Romani Aconitũ pariter græcis uocãt. Folia habet tria quatuor ue Rapoterræ herbæ aut siluestri Cucumeri similia: minora tñ & quadamtenus aspera. Caulis illi est dodrantalis. Radix scorpionis caudæ similis: alabastroꝝ modo nitens. Ferunt radicem eius scorpiõi admotam torpore eum resoluere: & e diuerso admoto ueratro excitari. Miscetur oculorum remediis: & his quæ somno dolorem leuant. Enecat Aconitum pantheras: sues: lupos: bestiasq; omnes inspersum carnibus & illis in cibo appositum.

INTERPRES.

Ontra Grãmaticoꝝ oium decreta poetarumq; fidem: quorum illi rationẽ nois secuti ἀπὸ τῶν ἀκονῶν. i. a cautibus in quibus nascitur Aconitũ dici passim testant̃: hi presertimq; Naso in transformationibus suis cecinerunt. Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute agrestes aconita uocant Theophrastus. ix. de plantaꝝ historia ubiq; nasci aconitum testatus est: neq; a cautibus: quas græci aconas uocant nomen illi factũ fuisse: sed ab Aconis Periandynoꝝ pago qui ad Heracliam ponti est aconitũ uocari. Amare qdem & nasci plerũq; in petrosis: nõ tñ a petris nomẽ inuenisse. Verba eius sũt quo diximus loco φύεται δὲ πανταχοῦ καὶ οὐκ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον ἀφ᾽ ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὕτη δ᾽ ἐστὶ κώμη τις περιανδύνων φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεις τόπους. Quorũ sensus ille est: quem pauloante diximus. Duo hic scriptor Aconiti genera eodem nomine tradit. Theophrastus tñ eodem de plantarum historia uolumine alterũ hoc quod modo docet̃ simpliciter noie Thelyphoni tradidit. Suntq; eius de eo hæc uerba. τὸ δὲ θηλυφόνον οἱ δὲ σκορπίον καλοῦσιν. διὰ τὸ τὴν ῥίζαν ὁμοίως ἔχειν τῷ σκορπίῳ καὶ ἐπιξυόμενον ἀποκτείνειν τὸν σκορπίον· ἐὰν δέ τις ἐλλεβόρου λευκὸν καταπάσῃ πάλιν ἀνίστασθαί φασιν. ἀπόλλυσι δὲ καὶ βοῦς καὶ ὑποζύγια καὶ πρόβατα καὶ ἁπλῶς πᾶν τετράπουν ἐάν εἰς τὰ αἰδοῖα τεθῇ ἡ ῥίζα ἢ φύλλον αὐθήμερον. χρήσιμον δὲ πρὸς σκορπίου πληγὴν πινόμενον. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον κυκλαμίνῳ τὴν δὲ ῥίζαν ὥσπερ ἔλεγχον σκορπίου. φύεται δὲ ὥσπερ ἡ ἄγρωστις καὶ γόνατα ἔχει. φιλεῖ δὲ χωρία σκιώδη εἰ δὲ ἀληθῆ τὰ περὶ τῶν σκορπίων &c. Estque sensus Thelyphonon uero qđ Scorpium aliqui nominant: quia radicem illi similem habet derasum in puluerem: scorpiõibusq; inspersum eos enecat. Siquis autem e diuerso ueratrum albũ illis

insperserit resurgere iterum ferunt. Enecat. Eadem die Thelyphonon boues: iumenta: oues: in uniuersumq; quadrupedes oẽs: si genitalibus eoꝝ indita radix eius aut folia fuerint. Vtilis contra scorpionũ ictus potu herba est: quæ rapo terræ herbæ similia habet folia: radicẽ uero qualis dicta est. nascitur graminis mõ geniculata herba: amatq; umbrosa. Si aũt uere de scorpionibus dicunť &c.
In his ut uideť Theophrasto & huic oĩa fere eadem sunt. Discrepãt tñ q hic aconitum: ille Thelyphonon primo uocat noĩe: neoter tñ manifestam noĩs eius aliquam indicat cãm. Quo fit ut suspicari aliqs possit in utroq; corruptam esse hanc uocẽ: nec Thelyphonon quod est fœminas: sed Theriophonon quod est bestias enecans: quas multas in capitis fine hic numerat legẽdum esse locum: Nisi quod Theophrastus ait plantæ huius radicem genitalibus omnium quadrupedum inditam eadem die eas enecare de fœminarum genitalibus intelligendum tantum sit: in quam partem inclinat animus nobis: dicente Plinio lib. xxvii. capite ii. tactis quoq; genitalibus fœminini sexus animalium eodem die inferre mortem. Quod magis ad hoc miretur aliquis sciens: neq; in altero aconita huiuscemodi aliquid testari Theophrastum. Plinius quo diximus loco tractata simul utriusque rei historia unum tñ uidetur Aconiti genus fecisse: eiusq; appellationes aliquod palam indicasse: Pardalianchesq; ab enecandis Pantheris uocari ostendisse cum ait. Tangunt carnes Aconito: necantq; gustatu earum Pantheras nisi hoc fieret repleturas illo situs: ob id quidam Pardaliãches uocauere Thelyphonon etiam ut diximus: qm̃ fœminini sexus animalia enecet Myoctonon alii ab enecandis muribus: qm̃ e longinquo mures odore eocet Cãmaron a radicis flexura quam Carydi .i. marinæ squillæ similem habet: quam in historia eius hic scorpionis caudæ similem fecit: & Alabastroꝝ modo splendere ait. In qua uoce non lapidem eo nomine nunc passim & oĩbus cognitũ intellexit: sed ex eo lapide facta uascula: seruandis odoribus ob soliditatem frigiditatemq; suam pcipue accomodata. Intelligendumq; lapidis: quem nunc alabastrum uocant non fuisse id primũ nomen: sed quoniam ex eo alabastra fierent: sic deinde uocari cœptum Sunt autem græcis alabastra seruandis odoribus ex solidissima & frigidissima materia facta uascula sic dicta: qm̃ ob læuorem suum capi tenerięq; manibus non facile possent: lubricaq; dilaberenť a priuatiua particula. a. & eoꝝ capiendi uerbo composito nomine: quæ qm̃ ex pellucido candidoq; lapide illo qui onyx diciť: fierent: ideo nomen illi dedecunt. Nec alabastrum sed alabastrites lapis ob hãc cãm dictus est. Sic Plinius aliqñ appellauit: sic semper meliores & antiquiores græci.

Alabastra alabastrites lapis

DIOS. DE Altero Aconito. Cap. lxxii.

a Coniton alterum. Sunt qui Cynoctonon: qui Lycoctonon: qui Cyamon leucon .i. fabã candidã uocent. Romani Columestrũ appellãt. Huius tria genera sunt. Vnũ quo uenatores: duo quibus medici utuntur. Omniũq; horum tertiũ quod Ponticũ uocant. Plurimũ in Italia Iustinis montibus nasciť antedicto illo efficacius. Platani folia habet: pluribus tñ q̃ Platanus incisuris diuisa: multoq; breuiora & nigriora. Caulẽ filicis glabro pediculo similem: altitudine cubitali & aliqñ maiore. Semẽ in siliquis quadamtenus oblongis. Radices cirris marinarum squillarum similes & nigras: quibus ad uenationem loporũ utuntur crudis eas carnibus imponentes: quæ in cibo ab illis sumptæ eos enecant.

INTERPRES.

q Vale Thelyphonon Aconitum descripserit Theophrastus satis superiore capite dictum a uobis fuit. Superest modo alteꝝ hoc. Quod quale in scriptore hoc sit parum nobis constat.
Dicimus aũt quale integrum ne an corruptum & decurtatũ. Demiramur. n. nihil quod ad hominis salutem aut maleficium pertineat in eo tradi: presertim docente multa Theophrasto de maleficio eius & remediis: & præter Theophrastum Paulo Aegineta easdem priori uires illi decernente: Priuatimq; lupos enecare: quemadmodum illud Pantheras: ideoq; Lycoctonon hoc ut illuď Pardalianches seorsum uocari: & pter hos Plinio libro. xxvii. capite. iii. unũ tñ genus utriusq; nominibus indicante: multoq; aliter q̃ Theophrastus qui. ix. de plantaꝝ historia alterum hoc Aconitũ his uerbis descripsit. τὸ δὲ ἀκόνιτον ὥς φασι γίνεται μὲν ἐν κρήτῃ καὶ ζακύνθῳ. πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστον ἐν ἡρακλείᾳ τῇ ἐν τῷ πόντῳ. ἔχει δὲ φύλλον μὲν κιχωριῶδες. ῥίζαν δὲ ὁμοίαν τῷ σχήματι καρίδι. τὴν δὲ δύναμιν τὴν θανατηφόρον ἐν ταύτῃ. τὸ δὲ φύλλον καὶ τὸν καρπὸν οὐδὲν φασὶ ποιεῖν: καρπὸς δ' ἐστὶ πόας καὶ οὐχ ὑλήματος. βραχεῖα δὲ ἡ πόα καὶ οὐδὲν ἔχουσα περιττόν. ἀλλὰ παρόμοια τῷ σίτῳ. τὸ δὲ σπέρμα οὐ σαχυρόν, οὐ γένεται δὲ οὔτε πρόβατοι οὔτε ἄλλο ζῷον οὐδέν. Quoꝝ sensus est. Nascitur ut ferunt Aconitũ in Creta: zacynthoq;. Plurimũ autẽ & optimum in Heraclia põti. Folium habet Intibi qď uocãt Cichorium figura. Radicem figura coloreq; marinæ squillæ similem: & in hac lætalem uim esse. Contraq; folioꝝ & feminis nullas ad mortẽ uires esse. Herbæ aũt semen est nõ surculosæ materiæ. Breuis tñ herba ipsa: nec quicq̃ egregiũ habens: tritico similis: non tñ semen illi in spica ma-

turescit. Non uescitur aconito ouis: nec aliud quidpiam animal. Adiecit his alia quædam scriptor idem quæ uolentes relinquimus: neultra q̃ opus sit legẽtes remoremur. Monemus tñ in cognoscẽdis illis non fore inutilem eorum laborem. Nobis.n. satis est ꝑ Aconiti historia breuiter hæc signasse: ut quod paulo ante diximus cunctis certius fieret non cõuenire penitus in Aconitorum historia græcos latinosq; antiquos scriptores. Qui tñ omnes excæpto Plinio duo eius genera fecerunt. Alterum quod Pardalianches a Theophrasto Thelyphonon priuatim dictũ est. Alterũ quod lycoctonon: illud ab enecandis Pantheris hoc a lupis: & hæc auctore Paulo Aegineta cognomina utriusq; & notæ quondam fuerunt. Siquidem ait. ἀκόνιτον τὸ μὲν παρδαλιάγχες σηπτικῆς καὶ δηλητηρίου δυνάμεώς ἐστιν, ὅθεν μὲν αὐτὸ οὐ ληπτέον ἔξωθεν μέντοι ἐπὶ τῶν σαπεινομένων σαρκῶν χρηστέον αὐτῷ· τὸ δὲ λυκοκτόνον τῆς αὐτῆς ὂν τῷ προτέρῳ δυνάμεως ἰδίως τοὺς λύκους ἀναιρεῖ ὥσπερ ἐκεῖνο τοὺς παρδάλεις. Quod est. Et aconitum quidem cognomento Pardalianches exedẽtẽ & letalẽ uim hẽt. Eãq; ob cãm intus cauendum est. Foris tñ in carnibus quas exedi oporteat uti licet. Quod uero a lupis lycoctonon dicit̃ easdem priori uires habens priuatim lupos ut illud Pantheras enecat. Et hæc ꝑ altero Aconito hoc ex Theophrasto & aliis inuenta & obseruata hactenus a nobis fuerunt. Ex quibus rõcinari facile erit: quod a Theophrasto Thelyphonon ab enecandis fœminini sexus animalibus dicit̃ a scriptore hoc Aconitũ dici: diuersa quidem uoce: sed nullo rei discrimine. Mox in secũdo hoc quæ Dios. folia similitudine Platani describit a Theophrasto κιχωριώδη uocari. i. cichorio similia: qua nota scriptor ille plerunq; in plãtarum foliis amplitudinem significat. Quodq; a Paulo Aegineta traditur foris usum aconiti in exedendis carnibus esse a Theophrasto pariter idicari. Cuius paulo post ꝑdicta uerba sunt. διὸ καὶ τοὺς ἰατροὺς οὐκ ἐπισταμένους συντιθέναι σηπτικῷ τινι χρῆσθαι. Quod est. Quam ob cãm & medici ꝑparare nescientes exesiuo remedio utunt̃ &c. Quod in Diosco. desiderari potest: nobisq; non sine causa suspitionem uitii in hoc capite iniecit.

DIOS. DE Cicuta. Cap. lxxiii.

Onion. Sunt qui Angynon: qui Ethusan: qui Apolegusam: qui Dolian: qui Amaurosiu: qui Paralysin: qui Aphrona: qui Creidion: qui Coiten: qui Catheomenion: qui Ahroton: qui Apseudon: qui Ageomoron: q Timoron: qui Polyanodynon: qui Dardanida: qui Catapsyxin uocẽt. Osthanes Babaty: Aegyptii Apemphi. Romani Cicutam dicũt. Geniculatum ꝑfert Cicuta fœniculi modo & grãdem caulem. Folia ferulæ similia habet: angustiora tñ & grauiter odorata. In cacuminibus ramos & umhellas hahet: Florem subalbidũ: Semen Aniso æquale sed candidius. Radix fistulosa illi sed non profunda est. Inter letalia numeratur cicuta frigiditate enecans. Succurrit remedioq; contra eam meracum uinũ est. Colligitur ex suprema eius coma succus antequam arescat semen: cuius causa tũditur: dẽsaturq; in sole expressus succus. Multos hahet in medicina usus. Collyriis quæ somno dolorem leuant additus. Extinguit idem sacros ignes & quæ serpunt. Quin etiam concisa herba comaq; eius mox testihus emplastri modo imposita nocturnas lihidinum imagines in somno auertit. Languent genitalia emplastri modo imposita cicuta. Lac extinguit & in uirginihus mãmarum incrementa compescit: & puerorum testes nutrimento augeri prohihet. Efficacissima Cretensis: Megarica: Atticaq; & quæ in Chio & Cilicia nascitur Cicuta.

INTERPRES.

Vxerunt Cicutæ famam Athenienses succo eius ad mortem in publicis & capitalibus iudiciis utentes. Alioquin indigna erat herba quæ in omnium poetaꝝ carminibus & sapientiũ cõmentariis inueniretur. Vulgaris ubiq; fere nascens & homini præcipue noxia. Sed hæc est omnium fortuna rerum ut aliqñ ex usu gentium honorẽ & quã possunt gratiã inuenerint. Factum id tunc in Cicuta est: quæ neglecta modo & incognita multis iacet. Mutatæq; leges & pœnarũ in sceleribus rationes pecori herbam relinqui coegerunt: quæ quondam malo hoĩs fato nascebat̃. Et ut testatus Theophrastus est iu quotidianos usus ex Susis frigidissimisq; aliis locis maiore diligentia repetebat̃. Non erimus ob eam cãm nos in eius historia longiores. Quod.o. satis sit ab herbariis oĩbus cognoscit̃: fœniculi caule: folio ferulæ: aliisq; a Dios. descriptis notis. Plures a principio legunt̃ in capite hoc Cicutæ appellatiões: Sed q̃ uetustæ illæ sint ꝑ cõperto nobis oon est. Paucæ.n. ex tam multis facilem intellectũ habent: nec nos id ꝓfitemur: præterq̃ Amaurosin ab euentu malefícii eius dici potuisse. Significat.n. ea uox: quod extenuãdo minuendoq; perimit: Idq; in calore & sensu omni

omni intelligendũ est. Frigiditate.n.sua calorem sensim extinguit: extinctoq; eo minuitur sensus & extenuatur. Timoros deinde quod est punitor & ultor q; pro pœna & flagitii publica ultione lucus eius esset. Catapsyxis uero quasi refrigeratio ab euẽtu & ui eius: qua ut in Ranis suis Aristophanes ait ἀλῶς ἀποψύγουσι ταῖς κνήμαις. Quod est ut Plinius ẽt dixit. Incipiunt algere qui Cicutam biberint ab extremitatibus corporis. Et hæc p Cicutæ appellatiõibus dicta satis a nobis sint. Quod aũt in medicina uel ut rectius loquamur in uiribus eius dictum a nobis est. Et puero₴ testes augeri phibet a Dios. his uerbis cõcæptum fuit. καὶ διδύμους ἀτρόφους ποιεῖ ἐπὶ παιδίων. ἀτρόφους testes uocauit ille qui nõ nutriunt neq; incremẽtũ sentiũt: eadem aut saltem nõ dissimili naturæ iniuria quam græci in toto corpore & oculo ἀτροφίαν dixerunt. De qua dictũ longius iampridem a nobis est in liq̃da pice & Sycomoro. Pertinebat id quõdã ad tẽpo₴ illo₴ instituta & mores qb' cõsueuerãt multiplici naturæ iniuria ad turpitudinẽ differre saltẽ nisi penit' tollerẽt i marib' uirilitatẽ.

DIOS. DE Smilace arbore: quæ latinis Taxus est. Cap. lxxiiii.

f Milaca. Sunt qui Thymion. Romani Taxum appellant. Magnitudine foliisq; abieti similis & æqualis arbor ẽ in Italia & Hispaniæ Carbonia nascẽs. Nigrescunt Gallinacei fructu Italicæ uescentes. Qui etiam hauserint homines: alui fluoribus: quos uocant diarrhias uexantur. Tantas itidem uires hẽt quæ ĩ Carbonia nascitur ut sedentibus dormientibus ue sub ea noxam & sæpe mortem afferat. Relatum a nobis de ea est uitandi tm̃ periculi causa.

INTERPRES.

c Ecinit quondam Maro primus idẽ maximusq; Bucolici carminis latinis auctor Iuniperi solet esse grauis cãtantibus umbra: Monuitq; pastores sub spinosam dẽsiorisq; umbræ arborem uocandas homini non esse musas. Mox pro apibus præcæpit. Et tua Cyrneas fugiãt examina taxos: nullibi æqua maleficii dispensatione: Siquidem taxos fugisse potiusq̃ iuniperos homines oportebat: si ut hic & alii tradiderunt letalis homini ea₴ umbra est. Plinius. xvi. uolumine capite. xi. de ea ait. Et esse in Arcadia tam præsentis ueneni ut siqui dormiant sub ea cibum ue capiant moriant. Et præter Pliniũ Plutarchus sui Symposii tertio cõmentario quo capite quærit: Si in conuiuio florum coronis utendum sit ἱστοροῦσι γὰρ ὅτι καὶ ἡ σκιὰ σμίλακος ἀποκτείνει τοὺς ἐγκαταδαρθέντας ὅταν ὀργᾷ μάλιστα πρὸς τὴν ἄνθησιν. Quod est Feruntn. & Smylacis umbram in ea dormientes perimere: Quo tpe p̃sertim ad nouos flores turget. Contraxitq; umbræ eius noxam ad id tempus maxime Plutarchus: quod ab re nõ est ob eam quã ille tradidit cãm dicens ueluti telis sagittisq; aliquibus uulnerari cerebrũ halitu flo₴ per nares attracto: qui cũ in hac arbore semper letalis sit in noua florũ productione ob acriorem maioreq; eius copiam magis nocet. Descripsit Plinius quo diximus loco arborem longius: Barbarus ẽt in Corollario suo ex græcis latinisq; scriptoribus oẽm eius historiam collegit: & præter eos uulgaris notaq; cunctis nũc ẽt arbor est. Quæ una tãtũm mutata lr̃a pro Taxo Naxus nobis uocat. Durissimæ materiæ arbor & ob id in fabrica expetita ad ea quæ diuturniora futura sunt. Balistæ arcusq; nunc ẽt ex ea fiunt: Sed quondam in frequentiore eius teli usu & ipsa in maiore usu fuit. Fluores alui baccas eius uescentibus fieri hic scriptor ait: ex eademq; cã Maronem nos credimus monuisse fugiendam apibus eẽ arborẽ: ne cita aluo cui malo obnoxiæ sunt perirent. Qua enim ui homini nocet eadem illis nocere credendum est. Noluimus & illud tacere qd nobis & Barbaro idem non est in cunctis græcis legi carboniam in Hispania: idq; nos uertimus: Barbarus contra certos natales illi assignare uolens qm̃ nullibi in geographis carbonia in Hispania legitur Narbonensem Hispaniæ prouinciam uertit: non animaduertens in prouincia Romana nõ in Hispania Narbonẽ esse. Tamq; id patet ut probari non oporteat. Nos qualecũq; id erat uertere maluimus. Et nihilominus uitium illic esse suspicamur presertim testante Plinio in Arcadia letalem esse arboris huius umbram.

DIOS. DE Apocyno. Cap. lxxv.

a Pocynõ. Sunt qui Cynangon: qui Pardalianches: qui Cynomoron: q Cynocramben. i. brassicam caninam: qui Phalcon: qui Cynoctonon: qui Oligoron: qui Hippomanes: qui Oniscin: qui Aphroscorodon: qui Cynaricẽ: qui Elaphoscorodon appellent. Magi Paralysin. Romani Brassicam rusticam siue caninam uocant. Frutex est uirgis longis: uinlium modo lentis: graueolentibus: nõ facile fragilibus. Folia hẽt hederæ similia: molliora tm̃ & in sũmo cacumine acutiora: graui odore: quadamtenus glutinosa: luteo liquore plena. Fructus fabar₴ siliqs

similis digitali fere longitudine: folliculorum figura: in quibus semina sunt: dura: exigua: nigraque. Enecãt canes folia eius cum adipe pani cõmixta: & illis apposita: Enecant & lupos: uulpes: pantherasque. Statim. n. eorum coxendices resoluit.

INTERPRES.

i Nutilis medicinæ huic scriptori Canina brassica est. Posteriores tñ græci calidam sine sic candi ui eam descripserunt. Eamque ob cãm emplastri mõ impositã discutiendi uim hre. Plinius præterea li. xxiiii. capite. xi. Suspiriosos pleureticos & oẽs lateris dolores ex aqua semen eius sanare testatus est: quo loco iisdẽ notis & paulominus q̃ iisdẽ huic scriptori uerbis eã effigiauit: Canes & oẽs quadrupedes necare in cibo datam Dios pariter testatus. Quæ nominis fruticis huic præcipua cã est. Pluresque ex appellationibus eius nõ aliũde q̃ ex eo usu cãm habent. Dico autẽ ex eo usu qm̃ sæpe fit a uenenatoribus & aliis quibus siluas aut alienas domos ingrediẽtibus adlatrari incõmodum sit: ut cũ odisse canes incœperint uenenato aliquo cibo eos intercipiant: quale apocynon hoc est: qd̃ Paulus Aegineta in. vi. ait rõ cynocramben. i. caninam brassicam & Cynomoron. i. canũ mortẽ uocari q eos celerrime enecet: eadẽque ui maleficiũ & letalis homini sit Quod pariter indicat Apocyni uox: nihil aliud græcis significans q̃ qd̃ abesse canes facit. Quẽadmodũ cynangos qd̃ canes angit & strangulat: & Cynoctonon qd̃ canes enecat. Quæ oẽs eiusdẽ rei indices uoces eãdẽ hñt cãm. In cæteris non tam facilis nobis intellectus est: ob eãque cãm peritioribus relinquunt.

DIOS. DE Nerio siue Rhododaphne herba. Cap. lxxvi.

n Erion. Sunt qui Rhododaphnẽ: qui Rhododendron: qui Spongon: qui Hæmostarida: lucani Ichmanẽ: Aegyptii Scinphẽ: Aphri ✠ Romani pariter græcis rhododendrũ uocant. Notus frutex rhododaphne est: Amygdalæ foliis: longioribus tñ asperioribusque: Flore rosarum figura. Fructũ fert amygdalæ nuci æqualẽ: & ueluti cornu cũ dehiscit lanis plenum: acanthi spinę pappis similibus. Radix illi ẽ acuminata: longa: lignea: gustu salsa. Nascitur maritimis locis & secus amnes. Enecant folia floresque eius iumenta quadrupedesque oẽs. Eadẽ hoĩ contra uenenatorum morsus medicinã faciunt: pͤsertimque addita ruta. Quin ẽt infirmiores quadrupedes quales oues & capræ sunt poto tñ eorum diluto pereunt.

INTERPRES.

f Ecerunt græcis Rhododaphnẽ rosæ flos: & lauri foliũ: quæ fruticis huius præcipuæ notæ sunt. Fecit idem rosæ flos & arbor eidem genti Rhododendrũ. Sic enim fruticem hunc ẽt uocarunt. Pliniusque hac sæpius q̃ illa pluribus locis uoce usus est, Nec refert q hic Amygdalæ foliis folia eius cõparauerit. Lauro. n. & Amygdalæ nõ dissimilis magnope foliorum figura est: longa eiusdẽ fere latitudinis & in cuspidem acuminata. In cæteris eius appellationibus parum certa nobis rõ est: ideoque indescriptæ relinquuntur. Illud tñ monemus qd̃ alii interpretes ex cõmuni lectione uerterunt ab Aphris Rhododaphnẽ uocari nõ placuisse id nobis qm̃ græce nõ loquuntur Aphri: uoxque illa ex ea gente manifeste est: Obseruauimusque deesse eo loco Aphrorum uocem: & qd̃ sequebaẽ Rhododaphne sequentis mẽbri principium esse: in quo Dios iterum incipiens diceret: Rhododaphne notus frutex est &c. Sic ẽt qd̃ legebaẽ a Romanis dici Rhodandrũ Rhododendrũ diximus monẽte Plinio lib. xxiiii capite. xi. ne nomẽ qdem latinũ inuenisse: Rhododendrum illic & alibi appellãte. Videnẽ. n. Romani ob fruticis magis q̃ herbæ in eo naturã ex græcis hanc potius appellationẽ elegisse. Nasci maritimis locis & secus amnes rhododendrũ Dios. ait. Quod res ipsa ẽt nunc indicat. Et nos scimus aliquot locis rhodanem corrupta uoce appellari plantam quæ quoniam pastu animalia enecet pro toxico habeatur & toxicum pariter uocetur. Cætera huic scriptori & Plinio eadem sunt quo paulo ante diximus loco & libro. xvi. capite. xxi.

DIOS. DE Fungis. Cap. lxxvii.

Mycetas. Romani Fũgos dñt. Fungorum duplex differẽtia: aut. n. edẽdo sunt aut letales. Fiuntque multifariam letales quotiẽs aut clauis rubiginosis: aut putridis pannis: aut serpẽtiũ latibulis & cauis adnascũẽ: aut arborib⁹ priuati noxios ferẽtib⁹ fructus. Habẽt q tales sũt cõcretũ supra se lẽtorẽ quẽdã: relictique cũ e terra auulsi fuerint putrescẽtes corrũpunẽ. Qui cõtra tales nõ fuerint i cibos idonei suauesque sũt: & nihilo min⁹ maiore copia sũpti nocẽt & ipsi: Difficilis stomacho cocturæ: strãgulãtes: & malũ qd̃ græci Cholerã dñt afferentes. Succurrũt remedioque oibus contra eos sunt

potum

potum nitrum: aut lixiuia cum oxalme (salsum acetum ea est). Satureię decoctum aut origani: Gallinaceorũ itidem fimum addito aceto: aut copiosum in Eclegmate mel. Iidem tñ nutriunt uerũ ægre resoluuntur: Integriq; & quales hausti fuerũt plerunq; cum reliq̃s excrementis redduntur.

INTERPRES.

d E tota fungorũ natura: quos tãtope ad cibos & ganeam mortalitas expetit breuissime & uno carmine decreuit Flaccus eũ in sermonibus suis cecinit. Pratensibus optima fungis natura est: aliis male creditur. O sapientem poetã: qui dũ ganeã: multosq; eius sapores didicisse uideri uult: humanæ uitæ tãutiliter consuluerit. Græcorũ medici ẽt exceptis boletis: & quos Paulus Aegineta suorũ ut nos credimus tẽporũ noĩe Amanitas uocat: oẽs una sñia damnauerunt. Frigidos: pituitosos: & crassioris humoris in cibo cõstituẽtes. Pli. tñ xxii. uolumine eiusdẽ numeri capite: pximoq; illi longiore historia bonitates eorũ uitiaq; & totã naturã psecutus est. Quæ poterunt uolentes certius in eo cognoscere. Fuerunt medicorũ & sapientiorũ de fungorũ natura & ui decreta: quæ pauloante dicta sunt. Poetæ tñ boletos pcipue laudarunt. Et inter antiquos medicos Paulus Aegineta primo uolumine de fungis boletisq; sic dicẽs. οἱ δὲ μύκητες ψυχροί τε εἰσὶ καὶ φλεγματώδεις καὶ κακόχυμοι. τούτων δὲ αὐτῶν οἱ μὲν βωλῖται ἀβλαβέστεροι καὶ ἄποιοι καλῶς ἑψηθέντες. οἱ δὲ ἀμανῖται δευτέρας εἰσὶ τάξεως. τῶν δὲ ἄλλων μυκήτων ἀπέχεσθαι δεῖ. πολλοὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν θανάσιμοι. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ βωλῖται ὠμότεροι ἐσθιόμενοι κινδύνου παραίτιοι πολλάκις γίνονται. Quorum sensus est. Fungi uero frigidi pituitosi & mali succi sunt: oĩum minus nocẽtes boleti sunt. Ad sũmũ elixi. Qui uero amanitæ dicunť sm post boletos ordinem hñt. A cæteris abstinendũ est. Plures. n. eorũ mortiferi sunt. Quinẽt boleti ipsi si minus elixi comedanť periculi mortisq; cãm hñt. Et hæc pro fungorũ maleficio tutoq; usu satis sint. In quibus uidendũ sint ne Pauli Aeginetæ Amanitæ Flacci pratenses. Boletos. n. credimus nos ἀπὸ τοῦ βώλου. i. a bolo dictos fuisse. Significat aũt græcis Bolos non simpliciter tñ glebam: sed priuatim rubricã illam qua pictores aurum operibus suis inducunt: a quo colore fungos eos boletos nominasse ueteres Romanos & græcos uerisimile est: qui intra terram concepti candida uolua primum sunt: & ante q̃ ex cãdido inuolucro suo prodeãt ouorum figura & colore. Cũ aũt dehiscere cœperunt rubro in superiore parte colore inferiore autẽ luteo & striati in pileoli ambitũ aperiunť. De Amanitis aũt Pauli non est quod dicamus præter q̃ credere nos posteriorẽ græcorũ eam esse uocem: quales tot aliorum nostra ætate diuersis locis in fungis audiuntur. Flacci posttemo pratenses uulgo noti: ideo salubriores q; procul ab arboribus nati meliore ex terra succo q̃ ex arborũ pituita cõcreti supiore sui parte candidi: inferiore primum nigricante purpura; mox nigro penitus colore rectis per longitudinem pectinibus & striis.

DIOS. DE Colchico. Cap. lxxviii.

c Olchicon, Sũt qui Ephemeron: qui Bolbon agrion. Romani Bulbũ agrestem uocant. Albicãtẽ florem crocino similẽ autumni exitu pfert Colchicum. Post florem folia Bulbo similia: pinguiora tñ. Caulẽ dodrantalem: Ruffo semine. Radicẽ hẽt cuius cortex ruffo in nigro colore est. Quæ cortice suo nudata candida: tenera: dulcis & liquore plena ĩuenit. Habet Bulbus eius ĩ medio diuisionem ex qua flos erumpit. Nascit Colchicũ in Messania plurimũ & Colchis. In cibo sumpta radix fungorũ mõ enecat. Ne fallar p Bulbo sumptũ descriptumq; a nobis id est. Ignati. n. suauitate eius magno pere trahunť. Remedio sunt his qui comederint: quæ contra fungos opem ferunt. Remedio itidem bubulum lac tam præsenti ope: ut ubi id sit: nullo alio remedio uti oporteat.

INTERPRES.

m Isceri in antiquis scriptoribus inuicẽ Colchicon & Ephemeron aliq credideruut. Nicãdrũ in Alexipharmacis suis dicentem audientes εἰ δὲ τὸ μηδείης κολχηΐδος ἐχθόμενον πῦρ κεῖνο ποτὸν δέξηται ἐφήμερον. Quod est. Si uero Colchidis Medeæ infestum ignem poculum illud hauserit Ephemeron Mox Plinium inter uenena colchicũ & inter medicas herbas Ephemeron numerantẽ. Quin ẽt hunc ipsum hoc loco priuatim de utroq; agentem: & inuicem utrunq; colchicon & Ephemeron uocãtem. Post hos Paulum Aeginetam Ephemeron in quinto inter uenena constituẽtem: mox iterũ in. vi. Ephemerũ his uerbis describẽtem. Ἐφήμερον οὐ δηλητήριον ἀλλ᾽ ὅπερ ἶρις ἀγρία καλεῖται. Quod est. Ephemeron nõ quod noxium & letale: sed quod agrestem Irim uocant. Et ne longiores simus in cunctis græcis modo uenenum: modo utilem dentibus & tumoribus herbam Ephemeron inuenientes: præsenti & periculosa semper dubitatione: Nisi cognouerit

aliquis duo quondã Ephemeri gña fuisse: alterũ quod Colchicon a natali solo diceretur; Flore albicante: crocino simili: radice bulbi sed pinguiore: Caule dodrantali: notisq; aliis quæ a scriptore hoc in historia eius numerant. Quod Colchicon Plinius simpliciter nominauit libro. xxyiii. capite. x. & Paulus Aegineta in quinto Ephemeron: cuius uerba sunt τοῖς δὲ ἐφήμερον λαβοῦσι ὃ ἔνιοι καλοῦσι κολχικὸν διὰ τὸ ἐν κολχίδι φύεσθαι: quorũ sensus est. His aũt qui ephemerũ hauserint qđ quidam q in Colchide nascit Colchicon uocant. Quodq; hic idem scriptor in sexto inter uenena nõ Colchicon sed Ephemerũ uocabit quo loco cũ hic plantam descripsisset maleficii eius & ueneni potas remediaq; certius illic docet. Alterũ quod simpliciter Ephemerũ dicitur innocens & ut paulo ante nos diximus dentibus & tumoribus utile. Cuius meminit Plinius lib. xxy. capite. xi. his uerbis. Ephemeron folia hẽt lilii: sed minora: caulẽ parẽ &c. Quod hic ipse scriptor mox describet: & ut rem totã absoluamus: quod Paulus Aegineta in. yi. descripsit hęq; ait repercutiẽdi discutiẽdiq; uires: esseq; ephemera duo: & qualia nos diximus uenenũ alterũ: Innocens alterũ satis idem Paulus Aegineta indicat q de innocente hoc agere incipiens ait ἐφήμερον οὐ τὸ δηλητήριον Quod est. Ephemeron nõ quod noxiũ & letale &c. Manifesto ex ea ppositione diuisioneq; argumẽto duplex eius genus esse alterũ quod ueneni & alterũ quod remedii rõnem hẽt. Factũ iõ est dum in antiqs græcis uaga appellatione utrũq; Ephemeron dicit: ne fine cã crediderint aliqui misceri iouicem Colchici & ephemeri appellationes: uerũ tñ quantũ similitudo aliqua nois cõmunionẽ in illis fecit tãtum natura uiribus ea discreuit: eãq; ob cãm in ueterũ scriptorũ lectione obseruanda diligentius ea uox erit ut noxiũ ab utili & uenenũ a medica materia secerni possit. In quo non parũ proderit de quo agatur & quõ obseruasse. Fuerunt qui maleficũ illud Ephemerũ dictum putauerint q hausto eo una tantum die superstites sint qui id hauserunt; & a similitudine eius deinde alterum illud: Nos tamen profiteri non audemus utrius similitudo alteri nomen fecerit.

DIOS. DE Ephemero. Cap. lxxix.

e Phemeron. Sunt qui agrestem Irim. Romani Ephemerum pariter græcis uocant. Caulem foliaq; lilio similia hẽt: tenuiora tñ. Flores candidos amarosq;: Semen molle: Radicẽ unã crassitudine digitali: longã odoratã & adstringentem. Nascit quercetis & umbrosis locis. Radix dentiũ doloribus remedio est: in quem usum decocto eius colluuntur. Foliis in uino decoctis & emplastri mõ impositis tumores paniq; nondum intra se collecto pure discutiuntur.

INTERPRES.

f Atis in colchico superiore capite de Ephemero hoc dictũ a nobis fuit. Quærendum mõ peritioribus relinquimus sint ne quos medici & herbarii nũc Hermodactilos uocant ephemeron hoc an colichon illud pauloante descriptũ. Nihil. n. mõ sup est q̃ monere legentes dicere Barbarũ hẽre ephemeron hoc florẽ ceruleũ quẽ nos candidũ ex cõi eadẽq; oium quotquot uidimus codicũ lectione. Pliniũ ut ut in floris eius colore potius q̃ Dioscoridem quẽ uertebat secutus ille est. Sunt. n. in historia Ephemeri huius Plinii hæc uerba. Ephemeron folia hẽt lilii sed minora: caulẽ parẽ: florẽ ceruleũ. At hic ἄνθη λευκὰ ait q uoces nisi ad cãdidũ colorẽ trahi non pñt; Signasse hoc ẽt placuit ut qbus auctoribus quod diuersum sit uterq; nẽm uerterit legentes sciant.

DIOS. DE Palustri lente. Cap. lxxx.

p Hacon quæ in lacustribus. Sunt qui siluestrem lentem: qui Epipteron: qui Bipteralin: qui Iceosmigdolon appellent. Romani palustrem lentem uocant. Inuenitur in stagnantibus aquis muscus lenti similis: natura & ui refrigerandi. Ob quam causam cunctis inflãmationibus: sacris ignibus: podagrisq; emplastri modo utiliter per se & cum polenta imponitur. Glutinat & in pueris intestinorum ramices.

INTERPRES.

q Vemadmodum in cognomine legumine secũdo libro illud describens Dios. φακὸς ὁ ἐσθιόμενος. i. lens quæ comeditur dixerat ut ab hac & ab Elelisphaco eam separaret: eadẽ rõne de palustri hac docens φακὸς ἐπὶ τῶν τελμάτων, quod est, Lens q̃ in lacustribus inuenit dixit. Cognomines. n. sed natura diuersæ separari discrimine aliquo debuerãt. Id acceptum est in illa ab usu: in hac a natalibus. Secutiq; posteriores omnes hunc scriptorem in discriminibus his sunt. Muscum non herbam hic dicit inueniri: in aquis non fluentibus. Vnaq; uoce illa satis naturam eius indicauit. Fluitat. n. in sũma aqua lentis figura a cuius similitud ine nomen inuenit.

DIOS. DE Maiore fedo. Cap. lxxxi.

Izoon maius. Sunt qui Aithales. i. femper uirens: qui ab imortalitate Am-
a brofiam: qui ab aureo feminis colore Chryfofpermon: q ab oculoꝝ in ani-
malibus fimilitudine zoophthalmon: qui a rotũditate fua Bouis oculũ:
qui ab amore quẽ credit̃ cõciliare Stergethrõ: qui ab æternitate Aeonion: qui Ai-
chyrfon: qui Olochryfon: qui Chryfanthemon: qui Protogonon: qui Boion: qui
Norion: qui Chryfitim: qui Leapetes: qui Sedumam uocẽt. Magi Paronychiam:
Aegyptii Pamphanes. Romani Ceracufiã & Iouis oculũ appellant. Nomẽ maiori
fedo ab æterna folioꝝ uiredine factũ eft. Caules ꝑfert cubitales: & aliqñ maiores:
pollicis craffitudine: pingues: egregie uirentes. Incifuris quales in uallari lactaria
herba funt. Folia habet pinguia: pollicis humani magnitudine in fummo linguarũ
figura. Quæ tñ in inferiore parte funt: refupinantur: Quæ uero in capite cõcreta in-
ucẽ globũ figura oculi conformãt. Nafcit̃ mõtanis locis & fictilibus uafculis. Cõ-
ferunt quidam & in tectis. Refrigerandi uis & natura illi eft: Adftringit: Facit ad
facros ignes: ulcera quæ a ferpendo herpetas dicunt. Quę itidem pafcendo ferpũt.
Oculoꝝ inflãmationes: Ambufta: podagrafq;. In quem ufum per fe & cum polen-
ta emplaftri modo folia eius imponuntur. Quinetiam fuccus addito rofaceo cõtra
capitis dolores infpergitur. Datur idem contra phalangiorum morfus bibendus.
Datur & contra fluores alui quos Diarrhiam uocant: Inteftinorumq; tormina. Pel-
lit rotundos uentris lumbricos cum uino potus. Fœminarum fluctiones fiftit ap-
pofitus. Inunguntur poftremo utiliter eo lucis oculorum factæ a fanguine pertur-
bationes.

INTERPRES.

Itet ubiq; fedum in tegulis: nec alibi nunc facile inuenitur: inuafitq; iampridem aliquibus
a locis plebis animos indigna cœlo opinio non percuti fulmine domum: in cuius tegulis ui-
reat fedum: frigoreq; fuo plantam cœleftibus illis ignibus aduerfari. Quod minus miret̃
aliquis memor ob eam cãm Laurea femper contra eafdem iniurias muniffe caput Romanos Cæfa-
res. Sed ignaui nihilq; timendi ignes illi erunt: fi tam exiguæ plantæ frigore mortalis fiet flãmarũ
illarum fulgor. Non tanta cœleftibus infirmitas eft: nec contra Iouis tela: quibus poetæ uti deum
ad pœnam finxerunt tam facile præfidium mortalibus eft. Inuenit natalem locũ fibi fedũ in quo
procul ab aliis plantis cœlo ꝓpinquior & foli cuius radios non timeret: copiofo fucco ipfe abũdãs
eodemq; frigidiffimo terræ humore ad uitam non indigeret. Non aliter q̃ qui in meliore fortuna
fibi ipfis ut Lucretius cecinit ualere & uiuere poffunt: nec alioꝝ ope ad uitam indigent: & ab aliorũ
iniuriis per fe tuti iocundo animi fenfu pereuntes ubiq; alios contemplantur. Non q̃a iactari quẽ-
quam fit dulce uidere: fed quibus ipfe malis careas: quia cernere fuaue eft. Quæ fedi fortuna fem-
per fuit: uirenfq; ipfum in tegulis æterna uita pereuntes quotannis tota terra nunc æftu nũc frigo-
re: nunc aliis cœli & naturæ iniuriis plantas alias fpectat. Ob quam cãm in tãto nominum ambitu a
ueteribus fuit: prefertimq; græcis qui non contenti a uitæ æternitate Aizoon & Aeoniõ uocaffe: tot
aliis fimilibus appellationibus id ornauerunt. Eaꝝ nos aliquas obiter Diof. uertentes interꝑtati fu-
mus. Sufceptufq; tũc labor ille expeditiores ad reliquamõ nos trahit. Non relinquemus innume-
rari a Plinio et plerafq; ex illis: Buphthalmon: zoophthalmon: ftergethron: ambrofiam: & prætere
illas Hypogeffon: q̃m in Suggrũdiis fere nafcit̃: & Amerimnon: Sed oẽs græcas: Italicas aũt & Ro-
manas: fedũ magnũ: Oculũ: & Digitellũ: quæ a Diof. nõ numerant̃: Cũ tñ in antiquis latinis fcri-
ptoribus paffim legant̃. Iuffitq; Columella in carmine fuo ante hortẽfiũ femẽtẽ: latices plantis
infundere amaros Marrubii: multoq; fedi cõtingere fucco. Quod multo ante eũ rufticæ rei græci
fcriptores ꝑcæperant. Docueratq; idẽ Columella lib. xiii. inter ruris falgama digitellũ ẽt condire.
Credimus tñ ea uoce non fimpliciter fedum fignificari: fed cõgenerẽ illi portulacã carnofis fuccíq;
plenis & ipfam foliis quale fedũ ẽ: & hæc ꝓ maioris fedi hiftoria hactenus dicta a nobis fint. Qui-
bus adiicere placuit q̃d in extremo capite legentes forfan fufpẽderet nifi fciant: quænã lucis oculo-
rũ factæ a fanguine ꝑturbatiões nobis fint. Diofc inũgi fucco fedi ait ὠφελίμως πρὸς ὀφθαλμιῶντας
ἀπὸ αἵματος: fed eft illud prio fciẽdũ nõ ꝓbaf nos penitus illud a fanguíe factas: q̃m i aliqb⁹ græcis
nec poftremæ fidei nulla ea uox fit. Simpliciterq; ὀφθαλμιώντων legat̃. Quale tñ id in plurib⁹ lege-
bat̃: tale ẽt redditũ eft. Relinqmufq; cogitãdũ medicis quales lucis oculoꝝ ꝑturbatiões a fanguine

Ophthalmia

ταραξις ὀφθαλμοῦ

fieri possint: qua descriptione in Ophthalmia nos ex græcorum medicorũ decretis usi sumus: Inter quos Galenus in Isagoge sua ait oculi ophthalmiam esse quotiens ubercandida oculi pars: extollunt Cilia simulq; fit ne possint sine dolore coniungi palpebræ & tractatus manibus oculus dolet. Alii altius repetentes perturbationem: ταραξιν græci uocant: humiditatem oculi esse dixerunt: simulq; cum rubore præter naturam calorem non ex intrinsecis causis factum sed foris adueniente cã aliqua: uerbi causa: sole: fumo: puluere aut oleo. His n omnibus ταράττεται .i. perturbatur oculus Quæ omnes causæ leues sunt: ideoq; cognita causa facillime soluitur perturbatio illa. In genere perturbationis huius Ophthalmia etiam est: perturbatio quidem uerũtamen non foris tm̃ ingruens: sed ex iteriore causa etiam absq; manifesta causa: permanetq; ad tertiam quartam ue aut quintam plerũq; diem. Curatur ea facillime præcautione omnium quæ foris accedentia turbare lucẽ possint: exiguo cibo itidem potu aquæ & deiecta aluo.

DIOS. DE Minore sedo. Cap. lxxxii.

Izoon minus. Sunt qui q; in petris nascitur Petrophyes: qui Brotion: qui Theobrotion: qui Crobisson: qui q; hyemes tolleret Chimetinen. i. Hyemalem: qui q; fulminibus aduersari credatur Ceraunia.i. fulminarẽ herbã uocent. Aegyptii Epiicelta. Romani uitalẽ herbã aut semperuinã appellent. Nascitur in parietibus: petris: murorũ coronis & umbrosis sepulcbris. Coliculi excũt ab una radice multi: graciles: circinatis: pinguibus & in summo acuminatis foliolis pleni. Exit & ex medio caulis dodrantis fere altitudine: umbellam habens: Floresq; tenues: colore pallido. Habent folia sedi minoris antedicto easdem uires. Creditur et tertiũ sedi genus esse quod pleriq; portulacam agrestem aut Telephiũ uocant. Romani uero illecebram. Foliola haber latiora & hirsuta: ad portulacæ figuram accedentia. Nascitur petrosis locis aliquando autem in hortis: Folia habet oliuæ: multo tñ minora: numerosiora & tenera: Coliculos rubẽtes ab una radice multos: in terram procliues qui commanducati succo abundant: glutinosiq; & salso sapore sunt. Calefaciendi uis & natura illi est. Acrimoniam habet: exulcerat & strumas cũ axungia emplastri modo imposita discutit.

INTERPRES.

Euocanda in hunc locũ sunt quæ secũ do' uolumine relicta & in hunc locũ dilata a nobis de portulaca fuerunt Vbiq;.n. eadẽ erãt: nec debuerat duobus locis idẽ doceri. Aptior autem uisus hic locus nobis q̃ ille in quo de omni sedo ageretur. Poterunt legentes cõsilii diuersitatisq; huius nostræ ex aliorũ editionibus rationem cognoscere si quæ ab illis reddita & uersa fuerunt cum nostris contulerint. In quibus antiquorum & meliorum codicũ fidem nos securi nusquam diminuta re eadem illis quamuis non eodem loco diximus. Quæ autem in appellatiõibus sedi huius relicta a nobis fuerunt ex eorum codicum fide relicta sunt: nulla rei iactura: sed nominum diminuta tantum copia quæ per tempora uerisimile est huic scriptori accreuisse.

DIOS. DE ACETABVLO SIVE VENERIS umbilico herba. Cap. lxxxiii.

Otyledona. Sũt qui Scytalion: qui Cymbalion: qui Veneris hortum: qui terræ umbilicum: qui Stechiden: qui Stergethron uocent. Romani umbilicum ueneris appellant. Folia habet acetabuli figura: in orbem circumacta: sensim: leni & ut sensum fallat in concauitatem descensu. Coliculum in medio itidem breuem: in quo semen est. Radicem oliuæ modo rotundam. Cuius foliorumque succo præclusa genitalia addito uino utiliter inunguntur: eademq; utiliter idem infunditur. Quin etiam contra inflammationes: sacros ignes: perniones: strumas: stomachiq; ardores emplastri modo utiliter herba imponitur. Frangunt calculos etiam & urinam cient folia cum radice in cibo sumpta. Dantur eadem contra cutem subeuntes aquas in mulso. Vtuntur postremo & ad conciliãdos amores.

Rara

INTERPRES.

Ara & nesciu an in totu plantarum censu similis inuenienda alia urbicularis & concaua su-
blocum in umbilico ueneris figura nomen illi in græcis Cotyledonis: in latinis uero umbi-
lici fecit. Licetq; Plinius græca uoce Cotyledona semp uucet: res ipsa tñ & Apuleius in cō-
mentariolo illo de herbis uersimilem: temporibusq; illis congruā eam appellationē indicant. Per-
suademurq; facile nos & his & aliis inditiis fuisse græcæ cotyledonis Romanam appellationem ue-
neris umbilicum: Quales in plerisq; aliis ea gens habuit capillum ueneris: supercilium ueneris &
plerasq; alias. Libenter. n. ab ea dea quæ totius generationis symbolum in gentium religione quon-
dā habuit: & quæ leporibus & blanditiis uitæ pfecta esset ad naturæ partes: quæ grata aut utili ali-
qua specie nascerent noium auspicia ueteres Romani sumpserunt. Ex qua obseruatione uidētes in
græcoꝝ cotyledone circūacta in orbē folia leni in concauitatem descensu humani umbilici formā
describere Vmbilicum primo: mox ut rei maiestatem aliquam adderent Veneris umbilicum uo-
carunt. In orbem. n. circūagitur & in cōcauitatem descendit hominis umbilicus. Eadem sed nō tam
honesta rō fuit in ombilico terræ. Adiecit hic ēt κῆπον ἀφροδίτης .i. Veneris hortum dici cotyledo-
na. Idq; Apuleius ille etiam testatus est. Significat aūt κῆπος græcis iu cōi significationis æstimatiōe
hortum: eamq; ob cām nos ueneris hortū uertimus. Oborta tñ suspitio nobis ē posse κῆπον hoc lo-
co non hortū idicare: Sed tōsuræ & ornatus capitis capilliq; antiquā in Perside rōnē. Qua forte Ve-
nus a pictoribus fingeret: & qm circūageret in ea ante frontē in orbē capillus: ideo aliqui nō ab um-
bilico quæ pars in hoie presertimq; fœmina saluo pudore ostendi non pōt. Sed a capite honestio-
re & aperta cunctis parte appellare maluerint. Hoc enim nos magis ꝓbamus q̄ si ea uoce significari
ēt moneamus mulierū τὸ ἐφήβαιον .i. pubem quod græcoꝝ grāmatici docent. Fuisse aūt græcis κῆ-
πον tonsuræ genus in eius gentis scriptoribus notissimū est. Suspitio tñ coniecturaq; non decretum
hoc sit. Eadē cā fuit cur cymbalion a cymbaloꝝ consimili forma ēt diceret. Cōcaua. n. pariter & ro-
tunda cymbala sunt. Contra aūt scytalion non satis certam habet rōnem: nec nobis rōcinari facile ē
quō scytale quæ longior erat ad rotunditatem per similitudinē transferri potuerit. Supest in ap-
pellationibus his ut dicamus nec tm̄ ꝓ herba hac: sed ꝓ multis aliis qd græcis sit: & quot significet
cotyledon Quid latinis ēt & quot Acetabulum. Quæ uoces tam frequentes & tam multas utrisq;
habent significationes: & tā diuersaꝝ reꝝ inditia: ut inutile legentibus futurum omnino non sit lō-
gius de his semel audisse. Primumq; illud sciendum factum in his fuisse: quod fere io tota uocū
rōne factum ubiq; est: ut abūdantibꝰ rebus: deficientibusq; ꝓpriis nominibus translatis similibꝰ cō-
positisq; reꝝ appellationibus uti oportuerit. Quod in græca cotyledone & Rumanoꝝ acetabulo fa-
cillime deprehendit. In quibus altrea cotyledō. s. facta est a cotyla græcoꝝ in poculis & cōuiuio mē-
sura uini & uasculo. Quā Plinius aliqñ heminam nōnunq̄ sextarium ex græcis uertit. Eius forma
erat: qualis nunc ēt in fictilibus poculis uidetur: quibus in paupertate & cœnobiis utuntur: & coty-
lam nostra gens adhuc uocat Fuitq; hoc eius nomen primum semperque in poculis & liquidorū
mensura. Quotiens aūt seruata eiusdem uasculi forma in alium trāsferebat usum uxybaphū uo-
cabat q; in cœna aceto plenom ad intinctus poneret. Et hæc græcæ cotylæ & oxybaphi prima rō
& usus fuit Romani in priore illo poculoꝝ usu & liquidoꝝ mensura sextariu aut bemina usi sūt.
Cum uero ad intinctus eo uterent: ab aceto acetabulum dixerunt. Cuius forma urbicularis esset:
ꝓfunda: & sine marginis latitudinē. Ab his deinde utraque gens suū uomen ad alia quæ similē ha-
berent concauitatē trāstulit. Primumque græci scriptores concauas partes in polypoꝝ flagellis qui-
bus uitit & sorbet cotyledonas noīauerunt. Sic Aristoteles in aīalium historia: sic Plinius in latinis
ait. Sorbere eū acetabulis: acetabula intelligēs concauas in cirris eios piscis partes. Translata ēt uox
ad fœminaꝝ locos. Vocaruntque græcoꝝ medici cotyledonas in ea parte quibus ea nitit & hæret.
Trāslata itidē ad aialiū ossa: & ossiū artus quales in coxendicibus sunt: in qbus cōcauū os a crure
ꝓgrediens in superiorem partem: aliud os excipit iungitq; simul & copulat nō aliter q̄ siquis inuer-
so fictili ab inferiore parte rotūdū qdpiam inserat: ut in eo ueluti cētro circumagi possit Sic The-
mistius quo loco agit de motu appellauit: licetque quotidie in bruto ꝝ & hoīum coxendicibus cō-
cauā eius ossis lacunā uidere: quā aliq solā coxendicem dici uoluerunt. Inter quos Plinius aliquan-
du est. Transtulerunt postremo eandem hanc cotyledonis uocem græci. Romani uero suum aceta-
bulum ad plura alia quæ rotuuda concauitate cotylæ & acetabulo uasculis similia essent: in quo-
rum numero & cotyledō herba hæc folio ut hic descripsit io orbem circumacto: sensimque sic ut
sensum fallat in cōcauā lacunā descendente. Eamq; ob cām nos Acetebulū herbā diximus & aceta-
bulu folia hr̄e similia. Barbarus per Plinii uestigia ingrediens coxendicis figura uertit. Eius enim
de cotyledone hac libro xxv. capite. xi. uerba sunt. Cotyledon paruula herba cauliculo tenero &c.
mox pingui folio cōcauo: ut coxendices. Præclusa genitalia laxare acetabuli huius folia & succum
inqt Dios. nihil aliud q̄ φίμους ἐν αἰδοίοις dicens: quæ uox utrique sexui cōpetit: nec nos secernere
audemus: Medicoꝝ hic erit labor. In maribus enim & fœminis pariter φίμοι & αἰδοῖα idest præ-
clusiones & genitalia sunt. Celsus in maribus libro. vii. capite. xxv. labem hanc his uerbis descripsit.
Contra si glans ita cōtecta est ut nudari non possit: quod uitium græci Phimosin appellant apien-
da est &c. Vocauit Phimosin Celsus in maribus cum colis glans ita cōtecta ē ut nudari non possit.

κῆπος

κοτυληδὼν
Cotyledon
Acetabulū
ὀξύβαφον

Cotyla

Præclusa
genitalia
φίμος

φ'μωσις

περιφ'μωσις

φ'μος

Contra græcoꝝ medici Phimosis duplicem rõnem tradiderunt. Aliqñ enim sic glandem præpu-
tium tegere docuerunt: ne nudari possit: aliqñ semel deductum reduci iterũ non posse. Sed hoc
genus priuatim periphimosin uocant. Descripsit periphimosin Galenus in diffinitionibus suis fie-
ri dicens cõtracto eiusq; glandis neruo ne possit amplios deduci præputium. Monuit p̃terea Pau-
lus Aegineta fieri primũ illud genus: Aut ob cicatricem quæ in præputio concreuerit: Aut ob car-
nis iocrementũ quæ illic coaluerit: Secundum uero in genitalium inflãmationibus: quotiens dedu-
cto præputio glans intumuerit: nec ultra reducto eo operiri ea possit. Et hæc Phimosis in marib⁹
est: Cuius licet eodem noĩe contrarius euentus describatur eadem tñ ratio est. Neq; enim græcorũ
uoces illæ φ'μος: φίμωσις & uerbũ φιμοῦν nudare aut operire significant: sed prima & per se earũ si-
gnificatio est claudere & in angustũ quod laxũ est contrahere. Vocatq; ea gens Phimon nexum p̃ci-
pue in peris & sacculis a supiore parte: quotiens toto sacculi oris ambitu in angustum collecto fu-
niculo religaẽ: Cui nexui simile hoc malum eam in græcis appellationem inuenit. Nec refert fiat ne
operta præputio glande in summa præputii parte an deducto eo citra glandem. Vbi.n. contractus
præputii ambitus φιμοῖ.i. angit: claudit: & ut io sacculis fit in angustum contrahiẽ. Contractoque
eo fit ne possit operta glans nudari cum operta ea factũ id malũ est: nec operiri cum semel ea nuda
ta fuerit. Fit in fœminarum genitalibus idem hoc malum: Clauditurq; eodem modo muliebriũ
locoꝝ hostiũ: Causasq; habet aut exulceratioñe quæ præcesserit: aut duratã inflãmationem. Fitq;
aliqñ altius nonnunq̃ in sũmo ore: sæpe ẽt in medio spatio. Testati præterea græcoꝝ medici sunt a
principio per se & natura fieri hoc malũ Sed id patientes ἀτρήτους potius q̃ Phimos uocant. Signi-
ficatq; ea uox non perforatas & in utroq; graue fieri impedimentũ in coitu: in conceptu: in puerpe-
rio: & mensium aliquando purgatione: si quæ locum obstruit Caro aut membrana totum occu-
pauerit spatium: & hæc pro Phimis in utroq; sexu dicta hactenus sint.

DIOS. DE Altero Acetabulo seu Veneris umbilico. Cap̃. lxxxiiii.

St & alteꝝ Acetabuli seu Veneris umbilici genus: qd̃ Cymbalion aliq uo-
cant: latioribus antedicto foliis: iisdemq; pinguibus: lingularum forma: cir-
ca radicem densis: maioris sedi modo ueluti oculum describentibus: Sapo-
re astringente: coliculo gracili. & in eo floribus seminibusq; Hyperico similibus sed
maiore radice. Facit ad omnia ad quæ sedum.

INTERPRES.

On est quod in altera Acetabulo hac legentes moneamus. Satis enim per se patet historia
eius: a Plinio iisdem uerbis tradita. In medicina autem & remediis eadem illi omnia quæ
maiori Sedo hic tribuit: & ex eo repetenda sunt.

DIOS. DE Vrtica. Cap̃. lxxxv.

Calyphen. Sunt qui Cnidem: qui Adicẽ uocẽt. Aegyptii Selepsion: Daci
Dyn: Romani Vrticam appellãt. Duplex urticæ genus est. Alterum enim
agrestioribus: hirsutioribus: latioribusq; & nigrioribus foliis: Semine lini
semini simili: uerumtamen minore. Alterum quod Cniphen uocant: Romani ue-
ro Vrticã mollem: exili semine: Sed non adeo ut antedictũ aspeꝝ. Medenẽ utriusq;
folia addito sale emplastri mõ imposita rabidoꝝ canum morsibus: In Gangrenã trã-
seuntibus: maleficis & dolosis: cancrescentibusq; & sordidis ulcetib⁹: luxatis: panis
post aures abscessibus quos parotidas nocãt: furunculis & abscessibus: Lienosis im
ponitur cum cera utiliter urtica. Sanguinis per nares eruptiones compescunt con-
cisa urticæ folia: mox cũ suo succo naribus indita. Menses eadem cient concisa & cũ
myrrha apposita. Procidentem uuluam resilire cogunt admota recentia Vrticæ fo-
lia. Venerem stimulat semẽ in passo potum. Idem fœminarum locos aperit: Cũ mel-
le in Eclegmate in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus prodest.
Prodest & laterali dolori quem pleuritim dicunt pulmonatiisque. Excreatione pe-
ctus purgat. Miscetur emplastris quæ exedendo sint. Aluum molliunt urticę folia
marinis conchulis concocta. Inflationes soluunt & urinam cient. Cum ptisana de-
cocta eadem excreationes adiuuant. Ducit fœminis præterea menses foliorum urti

cæ decoctum addita exigua myrrha potum. Et inflâmatam oris columellam repri/mit gargarissatus urticæ succus.

INTERPRES.

u Rtica nihil in cēsu olerum inuisius nascitur igneo prurituurens:& inde facto nomine. Vescebantur nihilominus ea antiqui. Suntq; eius in cibo usus testes antiqui in latinis poetæ:q bus iocundum erat ocimo se & urtica recreare. Vbiq; & oibus tam nota herba est ut nihil monere in ea opus sit:præterq̄ a græcis Cnidem ab eoꝝ uerbo κνίζω dictam fuisse. Significat id cū dolore pungi uexariq;. Vocauit Acalyphas etiam Aristotelesin mari urticas tactu eadem in urēdo ui. Medetur ea multis in humano corpore morbis plurimisq; scatet remedis. Eaq; ob causam nō minus ad medicinam q̄ ad cibos medicis & olitoribus curanda.

DIOS. DE Galiopsi. Cap. lxxxvi.

Aliopsin. Sunt qui Galeobdolon:qui Galephos: Aegypti Anthepi. Romani Vrticam Labeonem dicunt. Totus cum caule & foliis frutex Vrticę similis est. Maiorem tñ habent folia læuorem & grauem odorem cum teruntur reddunt. Flores illi sunt tenues purpurascentesq;. Nascitur in sepibus: secus itinera:& in domorum areis ubiq;. Est uis & natura foliis:succo:cauli: & semini dis/siciendi durities:carcinomata:abscessus post aures quos parotidas uocant:& furū/culos. Oportetq; ex aceto bis per diem tepida emplastri modo imponere: Fouētur & decocto eius utiliter. Faciunt ad ea quæ pascendo serpunt:gangrenas:& exedentia cum sale emplastri modo imposita.

INTERPRES.

t Otam Galiopsis huius medicinā & historiam iisdem huic scriptori uerbis,psecutus.xxvii. uolumine capite.ix. Plinius est. Discrepant solū q̄ Plinius Galactobdalon uocari ait: quā hic Galeobdolon dicit:& nihilominus lactis candoris ue in ea nihil ē:qd Pliniana illa uox significare uidet̄. Ignoramus:& illud ēt quod hic Vrticā labeonem a Romanis dici testatur.

DIOS. DE Gallio herba. Cap. lxxxvii.

g Allion. Sunt qui Gallerion:qui Galation:Romani Gallion pariter grę cis appellāt. Quod,p coagulo lacti herba hæc est:idq; coagular Gallion noīata est. Rectos ramulos foliaq; Aparinę simillima habet. Florem in summo luteum:densum:exilem:numerosum:odore grato:qui ambustis emplastri modo impositus medetur:& sanguinis ex naribus profluuia sistit. Miscetur itē ceratis rosaceo subactis:insolaturq; donec albescat:quo ad acopa utunt̄. Radix uenerem stimulat. Nascitur palustribus locis.

INTERPRES.

l Acteo non luteo flore Galion hanc posteriores aliqui tradiderunt:testati nomen illi lactis candorem:qui in flore sit non in coagulando lacte uim eius ut hic ait fecisse: Describuntq; eam binis foliis per interualla toto caule usq; ad summum uestitam lauro similibus. Verū tamen scriptori huic græcisq; aliis in historia eius magis credendum:presertim his uerbis docente eam in sexto sui operis Paulo Aegineta. γάλιον ὠνόμασθαι μὲν ἀπὸ τοῦ γάλα πηγνύειν. παραπλήσιον δὲ ἐστιν ἀπαρίνῃ. ῥυπτικόν τε καὶ ὑπόδριμυ. τὸ δὲ ἄνθος αὐτοῦ πρὸς αἱμορραγίαν ἁρμόττει καὶ πρὸς τὰ ἐγκαύματα. Quorum sensus est. A ui coagulandi lactis dictum Galion est Aparinæ simile. Siccandi uim mediocremq; acrimoniam habet. Flore eius ad ambusta & sanguinis ex naribus eruptiones utuntur. Et hoc solum est quod pro Gallio hac dici a nobis possit. Poterit ex notis suis cognosci & a pastoribus sicubi pro coagulo lactis ea utantur.

DIOS. DE Senecione herba. Cap. lxxxviii.

e Rigeronta. Sunt qui Erechtbiten. Romani herbulum aut Senecionē appellant. Coliculus cubitalis Senecio est: quadamtenus rubens:cōtiguis inuicē exiguisq; foliis erucæ modo in extremitatibus incisuris diuisis: sed lō/

ge minoribus q̃ Eruca: Luteis floribus cito dehiscentibus & in pappos deflorescentibus. Vnde & Erigeron dictus est: q uere. s. flores humani capilli modo in eo canescant. Radix illi est inutilis. Nascitur plerũq; circa urbes & oppida in aggeribus murorum & septis. Refrigerãt cum foliis flores: eamq; ob cãm imposita utraq; simul emplastri modo per se aut ex uino dulci testium & sedis inflãmationes sanant. Cũ thuris aũt polline non aliis tm̃ uulneribus cunctis sed neruorum ẽt medent̃. Possunt idẽ præterea per se Senecionis pappi ex aceto emplastri modo impositi. Recentes cõtra poti strangulãt. Totus etiam caulis in aqua elixus mox in musto potus biliosos stomachi dolores sanat.

INTERPRES.

Intẽpestiua canicies

e Redet facile aliquis audito tantũ græci Erigerontis nomine intẽpestiuã canitiem quã Galenus diffinitionum suarũ libro πολίωσιν nominauit significari: dico autẽ πολίωσιν sic ab eo diffinitam humani capilli ante legitimã ætatem in candidũ colorem mutationẽ. Neq; .n. Erigeron aliud græcis significat q̃ quod uere senescit. Est aũt uer anni nouitas ut Naso ait queãdmodum & iuuentus uitæ: Næc uidet̃ legitimo naturæ ordine fieri ut in uitæ nouitate & uere senescat aliquis & si fiat naturæ uitio fieri. At non fuit græcis in cõpositione eius nominis hæc ratio nec uere senescentem herbam indicare uoluerunt. Sed tẽpus simul quo floret & floris cito deflorescẽtis euentũ una uoce ignaris ostendere: Vt quo tẽpore quærenda & quibus notis inuenienda eẽt oẽs scirent. Nec senectutis ratio aliqua in ea est: sed canescẽtes humani capilli modo post florem eius pappi ut a senectute denominaretur effecerũt: Eamq; ob cãm Romani ẽt Senecioẽ eã uocauerũt: facilem inuentu & cognitu herbã: qua urbani & in agro agentes passim in acetariis utunt̃: Nasci eã hic ait ad radices parietum & in eorum rimis: iuncturisq;: Verũtamen incultis locis & aruis copiosa ẽt inuenitur Theophrastus. viii. de plantarum historia Inter κιχωριώδη eã numerauit. Sed uidendum in eo Cichoriodes ne ille plantas eodẽ mõ semp & ubiq; appellet Et an satiuo intybo aut erratico similes ea nota significet. Si Senecionis i scriptore hoc historia expendat̃. In qua exigua & longe q̃ erucæ minora eius folia describunt̃ erratico intybo similia intellexisse oportebit. Sin contra Cichoriodes Theophrasto erit quod longo & lato folio & ob id satiuo intybo simile, aliam comparatiõis & similitudinis rõnẽ in eo inuenisse opus erit. Aut in alterutro diuersam suspicari plãtam. Quale nõ multo post in hoc capite ẽt erat. Quo loco. s. passim & in cũctis fere legebat̃ ἐν ὀλιγωοίνῳ. i. in exiguo uino. Non. n. sic legendum erat sed in dulci uino. Quod uetustiores & meliores græci habebant.

DIOS. DE Thalictro herba. Cap. lxxxix.

t Halictron. Romani pariter græcis Thalictrum dicunt. Coriandro similia habet folia: pinguiora tamẽ. Coliculum rutæ crassitudine in quo folia sũt: quæ concisa & emplastri modo imposita diutina ulcera ad cicatricem pducunt. Nascitur plerunq; in campestribus.

INTERPRES.

f Vnt Plinio & huic de Thalictro exceptis paucis eadem omnia. Hic rutæ coliculũ ille papaueris habere ait. Ille ulceribus cum melle hic simpliciter concisa eius folia mederi dixit. Hic cõtra diutina ulcera ille ulcera simpliciter sanari eo pcæpit Paulus Aegineta de eo tantum ait. Siccandi sine erosione uim habet Thalictrũ Diutina. n. ulcera ad cicatricem perducit.

DIOS. DE Musco marino. Cap. xc.

b Ryon Thalassion. Sunt qui Ballarin: qui Iranen: Romani Gnomeusilon appellant. Nascitur in lapidibus & piscium testis prope mare capillata herba gracilis: sine caule: egregia adstringendi ui. Facit id inflammationes podagrasq; quas adstringi oporteat.

INTERPRES.

n On facile persuadeor esse Bryon hoc loco a Dios. tractatum idem a Plinio lib. xxxii. y. capite descripto. Hic. n, capillatum esse hoc suũ dicit ille lactucæ foliis quæ grandia & latiora sunt suum describit. Quæ itidem alia in historia huius tradunt̃ omnia musco magis q̃ herbæ congruunt. Capillata species: gracilitas: natales in saxis & piscium testis. Ob quam causam nobis muscum uertere potius q̃ herbam intelligere placuit. Cætera utrisq; eadem sunt ideoq; a nobis ulterius non tractata.

DIOS. DE Marino Phyco.i.Matina alga. Cap. xci.

P Hycon Thalassió. Romani Marinũ phycum & Algam maris dicũt. Plura sunt eius genera. Aliud siquidem latũ: aliud oblongum puniceũq; est: Præterea candidum quod in Creta ad terrã nascitur: egregie floridum nec putrescens. Refrigerandi uim omnia habent podagris emplastri modo imposita & inflãmationibus accomodata sunt. Sed oportet cum suo humore eis uti & antequã arescant. Venenatis Nicander puniceum ait ꝓdesse. Idq; crediderunt aliqui fucum esse quo mulieres utuntur. Cum tamen exigua radix illa sit æquiuoco Phyci nomine appellata.

INTERPRES.

Q Væ de Marino phyco hoc quarto de plantarum historia longius a Theophrasto docentur cuncta a Plinio. xiii. primũ uolumine capite. xxv. mox pluribus aliis locis: & post Plinium a Barbaro in Corollario suo prætérito tñ scriptoris eius nomine repetita fuerunt: Nec ultra a duobus antiquis scriptoribus illis tractata quicq̃ toto eo capite relatum ab illo ẽ. Nos ideo labori huic parcimus: ne totiens idem a tam multis repetatur. Vocauit hoc Plinius plerunq; phycon aliqñ tñ maris algam. Ideoq; nos utroq; noie caput hoc inscripsimus: & si au⁊tor ille dixerit li. xiii. quo diximus capite nõ habere Phycos alia lingua nomen: qm̃ alga herba sit: ille aũt frutex. Nos tñ & Plinii qui algam maris aliqñ uocauit: & alioꝝ auctoritatem secuti non ueriti sumus algam et nominare. Quod deinde hic ait Nicandrum contra uenenata Puniceo uti sic in eo poeta se habet ἔτι καὶ φοινίκεον δ' ἢ κατὰ βάλλεο φῦκος.

DIOS. DE Potamogetone quam Romani Fontinalem berbam dicunt. Cap. xcii.

P Otamogerona. Sunt qui Srachvten: Aegyptii Ethenchin. Romani pariter græcis Potamogetona fontinalẽ herbã & betæ foliũ appellãt. Betæ foliũ simile hẽt: hirsutũ: paulum extra aquã supereminẽs. Refrigerat & adstringit: pruritibus: & his quæ pascẽdo serpũt: & uetustis ulceribus accomodatum. Nomen illi ex eo factum est: ꝙ in lacustribus & aquosis locis nascitur.

INTERPRES.

E Ongrua & in antiquissimis græcis a nobis inuenta Potamogetonis appellatio Betæ foliũ et est. Nos etiam Fontinalem emendauimus: quod in omnibus fantalis legebatur. Naturã n. herbæ oẽs hæ uoces sequunt. Quẽadmodum & Stachytis quasi spicata ob caulem quem ex se mittit floribus & semine spicatum. Græci autẽ Potamogetona a fluminũ uicinitate ꝑpe quæ nascitur: appellauerunt. Vbiq; in aquosis nascitur Betæ folium hoc Oleris eius egregia similitudine: in cuius foliis maculæ quædam ueluti puncta intercurrunt colore inter puniceum & luteũ.

DIOS. DE Aquatico Stratiote herba. Cap. xciii.

S Tratioten in aquis nascentem sunt qui fluuiatilem Stratiotem: Aegyptii Tibus: Magi sanguinem felis. Romani in aquis nascentẽ stratiotem uocant. Cognominatus ab aquis stratiotes hic est ꝙ aquis supernatat: & sine radice uiuit. Sedo simile folium habet: maius tamẽ: refrigerandi ui. Sistit potũ sanguinis ex renibus eruptiones. Vulneꝝ inflãmationes arcet: sacrosq; ignes & tumores ex aceto emplastri modo impositum.

INTERPRES.

I N Aegypto & Nili inũdatione nasci tñ stratiotem hanc testati oẽs alii sunt. Hic quod non ab re miretur aliquis in homine: qui diu illic fuisset ĩ aquosis simpliciter puenire. Nullus etiam quod hactenus legerim cãm nominis reddidit: aut rõne aliqua indicauit Nec quõ a castris & militia ad herbã id nomẽ transierit docere nos audemos. Stratiotes enim græcis miles est. Obseruauimus tñ in antiquis græcoꝝ lexicis non eadem militi penitus uoce eam scribi: sed in grata græcorum nominum declinatione & fœminino genere stratiotida. Quod licet multifaciendũ non sit in re tñ quæ legentes suspendere posset non penitus inutilem hanc ẽt fore diligẽtiam credi

mus. Descripsit Stratiotem hanc Plinius libro .xxiiii. capite .viii. iisdem fere huic scriptori uerbis. Variat tñ q sanguinis ex renibus fluentis remedio eius ille masculũ tus addit Verba eius sũt. Sanguinem quoq; qui defluit a renibus pota cũ ture masculo mirifice sanat. Quod negligendũ in scriptore hoc nõ est: presertim congrua turis ad hanc rem ui: & quod uerisimile est Pliniũ cætera oia eadem huic scriptori docẽtem ex eodẽ fonte etiam illud hausisse Nec racum difficileq; est scriptoribus a librariis aliquid aliquando periisse & Dioscoridi posse id hac parte deesse.

DIOS. DE Millefolia Stratiote altera. Cap. xciiii.

STratiotes cognomento Millefolia exiguus & breuis frutex est: dodrantalis: & aliqñ maior. Habet hæc folia auicularũ pennis similia. Suntq; foliorum illoꝝ eruptiões admodũ breues incisuris diuisæ: breuitate asperiateq; sua siluestri Cymino maxime similiũ. Quin ẽt densior & uegetior umbella huius ẽ. Habet. n. paruas in summo festucas: in quibus Anethi modo umbellæ sunt. Parui flores & candidi. Nascitur asperioribus agris presertimq; secus uias. Mire laudat cõtra sanguinis eruptiones: uetusta nouaq; ulcera & fistulas.

INTERPRES.

OStendũt pro Millefolia Stratiote ætatis nostræ herbarii coliculũ breuibus & exiguis foliis undiq; uestitũ Rñdentq; historiæ huius oĩa: exceptis umbellis illis: quas hic dicit anethi modo in summo eius esse Quas enim nos uidimus flores magis longiusculis pediculis pẽdentes q̃ umbellæ sunt: pediculosq; illos credimus nos esse quæ hic καρφία. i. festucas uocat: & quibus umbellam sustineri ait. Sed singuli potius flores q̃ in umbellam plures cõgesti sunt. Cætera ut diximus historiæ huius egregie respondẽt. Nulla est quod meminerim modo Stratiotes millefolia hæc Plinio: neq; hoc nomine descriptam in eo nos inuenimus Græci tñ oẽs utcunq; hoc gen⁹ cõstituerunt: iisdemq; huic scriptori notis discreuerunt Stratiotem aquaticam & terrestrem: Millefoliam. s. hanc frigidamq; & humidam priorem illam: posteriorem uero hanc præter humorem & frigus habentem aliquid quod adstringat describentes.

DIOS. DE Verbasco. Cap. xcv.

PHlomon. Sunt qui Pheminalẽ. Romani Verbascum appellant. Summa Verbasci diuisio duplex est. Candidũ. n. alterũ: nigrum alterũ est. Rursus in candido alterũ fœmina: alterum masẽ. Habetq; fœmina brassicę similia folia: multo tñ latiora: hirsutioraq; & candida. Caulem cubitalem & aliqñ maiorem leniter hirsutum: Flores candidos: pallescentes ue. Semẽ nigrum: Radicem lõgã: acerbi saporis: crassitudine digitali. Nascitur in campestribus. Quod contra masculum & a folioꝝ candore Leucophyllon quasi albifolium uocatur: lõgiusculis & angustioribus foliis & graciliore caule est. Nigrum candidis in cunctis simile: Latioribus tamen & nigrioribus foliis est. Nascitur & quod siluestre Verbascum uocãt excelsis & arborescentibus uirgis Saluiæ similibus foliis. Habet siluestre hoc Verbascum in uirgis Marrubii modo ramulos: Florẽ uero luteũ fulgore auri. Sũt ẽt Verbascula duo hirsuta: terræ inhærentia: rotundis foliis. Est præter hæc & tertiũ Verbasculum quod Lychinitim. i. lucernare: Quidã uero Thryallida appellant tribus quatuor ue & aliqñ pluribus foliis uirẽs: hisq; crassis: pinguibus: hirsutis: ad lucernarum funiculos utile. Adstringit prioꝝ duoꝝ radix. Eamq; ob cãm contra fluores alui quos Diarrhiam uocant tesseræ quantitate utiliter in sorbitione datur. Subuenit p̃terea eorundem decoctũ ruptis: conuulsis: contusis & diutinis tussibus. Colluuntur eodẽ utiliter in dolore dentes. Denigrat capillũ quod luteos fert flores: & quocunq; loco positum fuerit blattas ad se contrahit. Quin etiã elixa in aqua folia contra tumores & oculoꝝ inflãmationes utiliter emplastri modo imponunt. Imponuntur & sideratis ulceribus ex melle aut uino: ex aceto etiam ulceribus medentur. Succurrunt & scorpionũ ictibus. Siluestris Verbasci folia etiam ambustis em-

plastri modo utiliter imponuntur. Ferunt præterea fœminæ Verbasci folia caricis interposita incorruptas eas seruare.

INTERPRES.

Q Vale Verbascum omne sit: & quibus notis tot eius genera cognosci possint: satis ex historia Dioscoridis patet. Plinius etiā lib. xxv. capite ix. non minus in cognoscendis his præsidii legentibus afferet. Paucis. n. mutatis eadem ambobus omnia sūt. Paulus Aegineta etiam post hos multiplex Verbascū esse testatus; & inter ea quam græci θρυαλλίδα. Thryallim uocāt utriusq; decreta uidetur confirmasse. Lōgius ob eam cām de Verbasco non agemus presertim uulgari & nota omnibus herba: & in cuius genere quæ fœmina dicitur flore candido aut pallescēte: Semine nigro radice longa: & ut hic ait στρυφνή est: quam uocem Barbarus uertit acerba radice quod pomorum est. Neq; n. herbarum radices acerbæ dicuntur: nec στρυφνὸν acerbum primo & per se significat; sed in saporibus est: qualis ex acerbis pomis sentitur. Indicatq; id Plinius lib xxvii. capite. ix. Quod eni hic scriptor de Elatine στρυφνὴν ait Acerbā gustu ille uertit: esseq; στρυφνὸν saporis genus manifeste docet Theophrastus in. vi. de causis plantarum: septem ꝓprie & per se saporum discrimina numerans: dulce; pingue; amarum: austerum: acre; acidū: & acerbum; mox ait addere aliquos octauum: salsum. s. & præter hos credere quosdam uinosum saporis discrimē & genus esse: qm̄ in multis terræ fructibus inueniatur: & ex terris aliquibus effluat hic sapor. Verūtñ ut in lacteo sapore accidit q ad dulcis genus refert: sic ēt uinosum ad aliqd ꝓdictorum referendū eē. Siquidē dulcia uina: austera & acida inueniuntur. Plinius numerum eorum auxit: generaq; fecit xiii dulcis: suauis: pinguis: amari; austeri: acris: acuti quē nos acidū diximus: acerbi: acidi: & salsi; & ꝓter hæc tria genera alia. Vnū in quo plures sentiunt sapores ut in uinis: namq; in his & austerus: & acutus: & dulcis: & suauis. Oēs alieni ut ille ait. Alterum itidem in quo sit & alienus quidem: sed & suus qdam & peculiaris ut i lacte: qm̄ ut idē ait inest ei; quod tñ iure dici non pōt dulce & pingue & suaue obtinente lenitate; quæ ipsa succedit in saporis uicē. Et hæc Plinius ꝓ saporibus quo diximus loco. Ex quibus rōcinari facile ē quatenus & quo a Theophrasto discrepet. Suauem. n. & acutum nō numerat Theophrastus: Sed oxyn tātū. Videturq; Plinius æquiuocam ad acutum & acidū saporē uocem illam nō ad alterum sed ad utrunq; explicuisse. Verūtñ credendū est in dulci suauem intellexisse Theophrastum. Non ꝓbauit ꝓterea Theophrastus salsum saporem dici: cuius manifesta est causa; qm̄ alterius qualitatis cōicatione nō ꝓpria ut tale dicitur; & qm̄ in nullo fructu inuenitur. Octauum tñ fieri hūc ab aliquibus dixit. Vinosum deinde per se saporem nō esse & lacteū ad dulcem referri: & quem Plinius lenem uocat in dulci numerandum fuisse ab eo uerisimile est. Adiecit idem præterea Plinius eodē loco nullū eē aquis saporem nec succum quidem: ita tñ ut eo ipso fiat aliquis ac suū genus faciat. Quæ uoces nos monent: ne ultra differamus quod ad græcorum chymos pertinet: quos plerūq; succos latini uocant: tū qm̄ maioris ambitus ea uox genti illi sit: nec succum tñ sed succo mixtū & coniunctum saporē significet. Indicatq; id Theophrastus: quo diximus nō multo antea loco: chymos ubiq; sapores appellans. Indicat Plutarchus qui in naturalibus causis (sic. n. cōmentariolum eius inscribitur) chymos sapores & ipse semper uocat: presertimq; eo capite quo quærit: cur ex octo saporibus: Salsum. n. inter sapores ille numerat. Solus salsus in nullo plantæ alicuius fructu inueniatur. Nec minus etiam in cōmentario quo docuit quo modo quis adulatorem ab amico secernat com paratiōe a coquis accepta usus quos ille ait ad minuendam aliqñ nimiam saporum dulcedinem: quam cito fastidiunt oēs πικροὺς χυμοὺς τοῖς γλυκέσι. Quod est: amaros sapores dulcibus miscere &c. Indicant postremo plures alii ne longiores simus. Licetq; habeant iidem græci γεῦσιν qua uoce certius saporem significant; nō minus tñ certa in ea significatione chymus etiam est. At græcorum medici chymos passim nō sapores: sed humani corporis notissimos humores quatuor uocant. Nec quicq̄ in eorum cōmentariis frequentius est. Qua rōne multa passim dicunt Euchyma & cacochyma. Ea intelligentes quæ bonos contra ue malos in nobis alterutra qualitate humores hos faciant. Licetq; in eis sapores sint dulcis in sanguine: amarus in bile & in aliis alii pariter. Non tñ sapores uerū humores quibus sapores illi accedunt intelligi uolunt. Repetenda igitur altius res: diuersitatemq; significationis in eadē uoce temporibus & artiū ꝓfessione factam meminisse oportet. Siquidem Hippocrates cuius ætate ea etat uocis huius æstimatio ubiq; in humani corporis humoribus chymi appellatione utit: Sanguine. s. pituita & duplici bile. Secuta post Hippocratem ætas: Platoq; in primis & Aristoteles chymi uoce in qualitate gustabili usi sunt. Nec minus tñ antiquiorem illam Hippocratis significationem etiam seruauerunt: uocaruntq; Chymos sapores pariter & humores eos nostros. Factumq; ob hāc cām est ut medicina medicinæq; ꝓfessores chymos humores eos quibus animantium corpora stāt semper appellent: coqui uero alii q; omnes ea uoce sapores intelligant. Accedit his alia etiam ex natura rei obseruata ratio: q nunq̄ aut rarissime non coniuncta simul sunt humor & sapor: estq; humorum omnium sapor paulo minus q̄ inseparabile consequens. Docentur a Theophrasto. vi. de causis plantarum uolumine in tota hac re plura alia ꝓsertim de causis omnium huiuscemodi saporum. Docentur & a Plutarcho quo diximus loco; sed nō possunt tam multa a nobis coaceruari. Licebit tñ uolentibus ex scriptoribus illis multiplices causas & mutationes illas cognoscere.

στρυφνὸν
Acerbus sapor

Sapores & eorum discrimina

χυμοὶ

γεῦσις

DIOS. DE Aethiopide herba. Cap. xcvi.

a Ethiopida. Romani pariter græcis Aethiopida appellant. Et hæc Verbasco similia habet folia hirsuta ualde & densa: circa radicis caput in orbē uirentia. Quadrangulum caulem: crassum: asperumq; : Apiastro quod Melissophyllon est: aut Arctio herbæ similem: alarum cauis multis. Semē Erui magnitudine in singulis uasculis geminum. Radices ab eodem cespitis capite numerosas: longas: crassas: sapore glutinoso. Euadunt hæ cum aruerunt nigræ: duræq; animalium cornibus similes. Nascitur plurima hæc Aethiopis ad Mesenem Arcadiæ & Idam Troadis montem. Coquitur radix eius: medeturq; potum decoctum illud coxendicis doloribus. Laterali dolori: Cruentis sputis & faucium asperitatibus. Sumitur & cum melle in eclegmate.

INTERPRES.

i N Aethiopia ꝓbatissimā nasci Aethiopidem hanc testati alii sunt: neq; ab re forsan quando consueuerint homines multa simili ratione indicare. Hic tamen nō magis in Aethiopia q̄ alibi nasci tradit. Ex eo non male aliquis suspicabitur a colore: qui in radicibus eius cum aruerunt uidetur: uocari sic potuisse. Sunt enim nigri Aethiopes: quales hic eius radices esse dixit. Hoc nostrū conicimus Illud aūt testantur ex ueteribus aliquot. Eamq; ob causam nos magis illud probamus: quoniam non est par pondus suspitionis & testimonii Egit de ea Plinius. xxvii. uolumine capite tertio: iisdemq; omnibus notis indicata ab eo est. Videndum in eo tamen sit ne hæc illi eadem quā. xxvi. uolumine capite quarto inter magicas uanitates Aethiopida pariter uocat: monetq; polliceri & iactare magos coniecta Aethiopide herba amnes & stagna siccari. Addidimus nos locis in quibus ea nascitur Mesene. s. & Ida eorum locorum regiones: ut certius historia eius omnis pateret. Plures enim Idæ montes sunt: & Plinius ad Idam Troadis contraxit. Mesene autem antiquissima Arcadiæ ciuitas ē lubrico noīe ad Messanā Siciliæ: iōq; certiore indicatiōe signata a nobis.

DIOS. DE Arctio herba. Cap. xcvii.

a Rction. Sunt qui Arcturum. Romani pariter græcis Arction uocant. Habet hæc etiam Verbasco similia folia: hirsutiora tamen: rotūdioraq;. Radicem teneram: dulcem: candidamq;. Caulem lōgum: mollemq;. Semen Cymino simile paruumq;. Decoquitur radix & semen eius in uino. Contineturq; utiliter in ore decoctum id contra dentium dolores. Imponitur eadē ambustis pernionibusq; emplastri modo pari utilitate. Bibitur & contra coxendicis dolores & urinæ angustias Arctii radix in uino.

INTERPRES.

a Nimaduertit docuitq; iampridem Nicolaus Leonicenus miscere Plinium uicinitate nominis ut creditur decæptum Arction quam mō uertimus cum Arcio quæ uertenda mox erit: personaciamq; appellare: cum tamen Arcii non Arctii propria sit personaciæ appellatio. Nouisseq; id ex scriptoris huius historia facillime omnes possunt Diuersæ enim plantæ sunt diuersis notis & uiribus descriptæ. Id eoq; græcorum medici & herbarii omnes priuatim seorsumq; utranq; descripserunt; & alteram folio cucurbitæ: alteram Verbasco similem fecerunt.

DIOS. DE Personacia. Cap. xcviii.

a Rcion. Sūt qui Prosopida: qui Prosopion: qui Aparinen. Romani Personaciam uel Lappam uocant. Cucurbitæ folia habet Personacia: minora tamen: duriora: nigriora: & hirsuta. Caulem albicantem: & si aliquando caulem non proferat. Radicem grandem: intus candidā: foris nigrā. Quæ drachmæ pondere cum pineis nucleis pota sanguinem expuentibus & purulentis excreationibus opitulatur. Sedat factos membrorum fractis ossibus circa articulos dolores cōcisa: tum emplastri modo imposita. Quin etiam folia uetustis ulceribus eodem modo utiliter imponuntur.

INTERPRES.

o Tebantur Personacia hac quondá ad personas tota græcia & Italia gentes omnes: quotiens in Theatris aliis ue locis qui cognosci a populo nollét egisse quidpiá uolebát: facili sed nō toto anno ad eá rem ex incultis & pinguibus locis apparatu. Extrema siqdē hyeme quo tpe nunc expletis totius anni uoluptatibus ludis & epulis a ieiunio & cinere aliá uitam & alios mores Christiani auspicant̃ amissis per gelicidia foliis; nullus pōt hic eius usus esse. Maio: Iunioq; mensibus frequētē fuisse palilibus & floralibus uerisimile est: tribus dereptis foliis: quo℞ uno frontē duobus aliis utrinq; malas uestirent: relictis inter eo℞ spatia liberis uidendi: spirandi: loquendiq; meatibus. Est.n. folio℞ Personaciæ tanta amplitudo ut longe maius q̃ humana facies est tribus uestiri spatiū possit. Neq; īmerito hic cucurbita℞ foliis cōparauit Figura.n. illis r̄ndent: & si pinguiore loco nascant̃ magnitudine ēt superant. Causaq; hæc est; cur græci ēt ab eodē persona℞ usu Prosopida & prosopion uocauerint. Neq;.n. uoces illæ aliud q̃ personá indicant. Fuerūt pterea ut ī hoc scriptore legit̃: q̃ in græcis Aparinen: in latinis uero Lappá uocauerint: qm̃ illi cōgener est. Nascit̃ ubiq; Personacia; & qm̃ desierunt uti ea ad personas ob eá quam diximus cám Christiani: nec alios hét in sanitate usus pa℞ hoc noīe nūc cognoscit̃. Habuit quondá Personacia in ludis & feriis quem diximus usum; habuit & in medicina quos hic numerat: & inter cætera τὸ παύειν τὰ ἐκ τῶν λυγισμῶν περὶ τὰ ἄρθρα ἀλγήματα. Quá partē uerterūt antiquiores Arthreticos dolores; nouissimi uero interpretes ur in altero legit̃ doloribus articulo℞ q ex euersionibus atq; collisionibus cōtrahūtur. Vel ut alter uertit dolores in artubus adstrictius uinctis; uideturq; is qd̃ est ἐκ τῶν λυγισμῶν ad nexus & uincula quæ uitilibus fiunt cōtraxisse. Alter plures eo℞ dolo℞ causas numerasse: si forte eam quæ eēt; dicere cōtigisset. Nos qm̃ eadē in cunctis græcis lectio esset factos mēbro℞ fractis ossibus circa articulos dolores sedare eá diximus. Nō q id penitus placeret: sed qm̃ nihil aptius dici posse uidebat̃. Inuenimus.n. λυγισμὸν in antiqs græco℞ lexicis ἀνάκλασιν τῶν μελῶν dici. i. membro℞ fracta ossa. Intelligēdaq; membra sunt: quæ græci κῶλα dicūt crura. s. & brachia: alioqn λυγισμὸν a nexu & uitiliū nodis græci quod uinciat appellát. Volumusq; hoc tēporariū esse donec certius aliqd inueniat̃. Sumus.n. in aliá sententiá, ppensiores; credimusq; στρέμματα. i. luxata significari hoc loco: quoniam λυγίζειν στρέφειν sit: unde στρέμματα facta sunt: quæ latini luxata uocant Sed in re non satis certa illud maluimus; quod græco℞ scriptorum fide aliqua defendi posset.

λυγισμὸς κῶλα

DIOS. DE Petasite herba. Cap. xcix.

P Etasiten. Romani pariter græcis Petasiten dicunt. Pediculus cubitalis & aliqñ maior Petasites est: pollicis crassitudine: in quo petasi figura folium est: grande fungi modo superpositum. Facit ad malefica dolosaq; & phagedęnica ulcera concisum & emplastri modo impositum.

INTERPRES.

g Ræca uox Petasus est Mercurii & Augusti Cæsaris usu in antiquis scriptoribus celebratá. Vterq;.n. Petasatus describit̃. Sed alter dum cœlo pcipitem se mittit aus similis. Alter dū p diē in sole est: radiosq; eius munito capite Petaso hoc toto anno uitat. Est.n. Petasus Galerus: cuius forma inter græciæ ruinas in Mercurii imaginibus adhuc uidet̃: ex Homeri & Maronis uersibus descriptis antiqtatis studiosis nota Ornauit eadē uox herbam: Vocarūtq; græci Petasiten quasi galeritam herbam: in qua foliū pediculo superpositū non aliter in medio q̃ in fungis passim uidetur hæret.

DIOS. DE Epipactide siue Elleborine. Cap. c.

e Pipactida, Sunt qui Elleborinen: qui Borien. Romani Epipactida & Elleborinen uocant. Breuis frutex Epipactis est, Foliola habet minima q̃ contra uenena & iocinorum mala bibuntur.

INTERPRES.

p Eregrina Italiæ auctore Plinio Epipactis est: qui inter Græciæ & Asiæ frutices eā. xiii. uolumine capite xx. numerauit. Nō satis ut cognosci nostra ætate possit: nec cur Elleborinen uocauerit eā antiquitas descripta. Si nomen ipsum tm̃ expendat̃ nō ab re fuerit Elleboro similem aut cōgenerem credere. Si cōtra Theophrastū aliquis audiat lib. ix. de planta℞ historia pro candido ueratro de ea sic tradentem μίσγεται δὲ πρὸς τὴν πόσιν, ὅπως αὖ ἐμέσῃ τὸ τῆς ἐλλεβορίνης σπέρμα; τοῦτο δέ ἐστι πωάριον Quo℞ sensus est. Miscet̃ aūt in Ellebori potulo ut uomitiones adiuuet Elleborines semen. Herbula aūt hæc ē. Siquis inq̃ hæc dicentem Theophrastum audiat suspicari poterit non tam quia Elleboro congener sit Elleborinen dici; sed quod Ellebori uim augeat coniunctaq; illi faciliores uomitiones faciat. Vtraq; enim ex Theophrasto colligi causa potest.

DIOS. DE Capno.i.fumaria herba. Cap. ci.

c Apnon. Sunt qui Coridalion: qui Corion.i. Coriandrũ: qui Corion agrion.i. coriandrũ agreste: qui Capnon in segete hordeacea nascentẽ: qui Capniten.i. fumariã: qui Marmaritem: qui Capnogorgion: qui Chelidonion minus: qui Peristerion: qui Cãtharida: qui Chalcochrun: Aegyptii Cynx. Romani Apium siue Fumariã herbam appellant. Fruticosa herbula est Coriandro similis egregie teneritudinis. Folia habet candida: cineracei coloris: & numerosum undiq; purpureum florem. Habet succus eius acrimoniam. Facit oculorum claritatẽ: sed lachrymosus est: unde & nomen inuenit herba. Prohibet idem renasci euulsos palpebrarum pilos addito gummi inunctus. Pota herba etiam multam & biliosam urinam trahit.

INTERPRES.

f Vmariæ herbæ notissima res fumus nomen quondam fecit: haud sane quia tricliniorum parietibus: eorumq; cameris inducta nigredine noceat: Aut quia ut Poeta cecinit suspensam exploret: duretq; ad fabricã materiam: Sed qm̃ uis illi contra hominis oculos lachrymosa sit qualis in fumo est: ob quam Flaccus lachrymosum in carmine suo fumum appellauit: & Aristophanis seruus in scenam redisse se dicebat fumo coactum: nec potuisse domi cum cæteris esse: ὅτι ἔδακνε τὰ βλέφαρ᾽ αὐτοῦ: quod ẽ. Quoniam eroderet palpebras eius & oculos. Quod maximũ a fumo huic parti ædium est: Cui potens idem fumariæ herbæ succus a fumo iodicata in græcis fuit. Nec tantum capnon æquali fumo appellatione eam uocauerunt: sed capnitim etiam.i. fumariam dixerunt Quemadmodum a similitudine Coriandrum: quæ uox in scriptore hoc multifariã creuit. Aliis simpliciter coriandrum: aliis agreste coriandrum: aliis diminutiua forma coriandrion uocantibus. Nasci hic in segete hordeacea ait. Plinius tamen adiecit & hortis: nec male: quoniã frequentior in hortis q̃ in segetibus inueniatur. Passim nota & ob id non longius tractãda. Monuit idẽ Plinius emendandum in capitis huius & fumariæ herbæ medicina locum in quo passim in cũctis græcis legitur διπλᾶς τρίχας: quæ uoces duplices palpebras significant uitium quidem quod in oculis fit: sed non recipiendum hoc loco: siquidem quod sequitur renasci prohibet euulsa primũ indicat oportere esse: quæ iterum nasci prohibentur. Credimusq; nos non διπλᾶς sed τιλθείσας.i. euulsas legi oportere.

DIOS. DE Satiua loto. Cap. cii.

l Oton satiuam. Sunt qui Trifolium: qui Tripodiõ appellent. Romani pariter græcis Lotum satiuam uocant. Nascitur in hortis. Repurgat oculorũ nubeculas: argemata: albugines: & quæ claritati oculorum officiunt expressus ex ea succus addito melle.

INTERPRES.

m Onnit grauis diligensq; in plantarum historia auctor Theophrastus oportere quemadmodum præmonstrasse se sæpius ait in cognominibus plantis τὰς ἰδιότητας θεωρεῖν καὶ τὰς διαφορὰς πρὸς τὰ ἄλλα. τὰ μὲν γὰρ πλείοσιν ἰδίαις ἐστὶ καὶ σχεδὸν οἷον ὁμωνύμοις ὥσπερ ὁ λωτός. τούτου γὰρ ἤδη πολλὰ διαφέροντα καὶ φύλλοις καὶ καυλοῖς καὶ ἄνθεσι καὶ καρποῖς Quod est. Proprietatem & quas habent inuicem differentias contemplari. Quædam enim multiformia sunt quamuis æquiuoco nomine indicentur: qualis lotus est Eius enim plures species sunt folio: caule: flore: & semine discretæ. Idem nos etiam monemus. Nisi enim id fiat non poterunt in antiquis scriptoribus multoq; magis in natura quales tam multæ loti fiot cognosci Diximus primo uolumine de arbore quam ueteres Romani Celtim uocabant Loton a græcis dictam: ex cuius materia fistulæ quõdam fiebant. Dicendum de herbis hoc loco: quarum prima satiua lotos est: in hortis quondam uirens: & in delitiis habita: quoniam ampliore longiorisq; nitæ folio in hortis tota æstate uireret. Plinius foliato caule eam tradidit: & antiquiores poetæ inter herbas deorum uoluptati nascentes numerauerunt. Quæ omnia hic in una ratione tantũ indicauit in paradisis & hortis nasci dicens. Qui deprehendisse eam se iactant: humilem ostendunt herbam in pratis nascentem: numeroso folio: trifolio paulominus q̃ undiq; simili. Discrepat q in trifolio lõgiora minora & acuminatiora folia sunt. In loto tria quidem numero: sed longe maiora: nec in acutum ut in illo desinẽtia: uerum paulominus q̃ in orbem circumacta. Quæ si satiua lotus sit uulgaris & cognitu facilis herba est. Fecit trium foliorum eius numerus ut trifolium & tripodium diceretur.

Loton

DIOS. DE Siluestri loto. Cap. ciii.

I Oton siluestrem. Sunt qui trifolium: qui Libycam. Romani Trifoliũ minus uocant. Nascitur plurima hæc lotus in libya. Caulem fert bicubitalem & aliquã maiorem numerosis alarum cauis. Folia trifolio quod in pratis nascit̃ similia: Semen fœnogræco: multo tñ minus: sapore medicato. Calefacit Siluestris lotus: adstringit leniter & uultus maculas: asperamq; & discolorem ceu a sole cutẽ ex melle inuncta exterit. Bibitur per se ẽt cõcisa aut cũ maluæ semine in uino: passo ue contra uesicæ dolores utiliter.

INTERPRES.

S Imilior cõmuni Trifolio lotos hæc q̃ antedicta est: facilis inuentu inter nos ẽt herba: & si hic plurimam nasci in libya testetur: ideoq; libycam a quibusdam dictã. Longo.n & atuminato folio quali trifoliũ passim uidet̃ hæc est: ideoq; a Romanis ut in Dios. legit̃ trifolium minus appellata. In qua uoce uitium esse oportet. Quoniam non põt nostrati trifolio rñdere duoꝝ cubitorum altitudo & minus uocari. Nouimus enim omnes trifolium: ratiocinariq; facillimum est falso minus trifolio nostro dici aliquid quod bicubitale sit. Vetustiores Dios. latini codices non minus sed uirus habent; quæ uox certum non habet intellectum nec uos augurari aliquid in ea re uoluimus: ob eam cãm quale in aliis erat tale relictum a nobis ẽt est. Folia loto huic Diosc. ait simpliciter pratensi trifolio similia esse: non ut Barbatus uertit loti trifoliæ. Non animaduertit ille quis in uerborum cursus in Dios. esset. Neq; enim pratense trifolium loton ille uocat. Sed loti huius folia pratensi trifolio similia esse testatur. Diximus hoc capite etiam medicato sapore semen loti huius esse. Parum certo intellectu nisi monuerimus medicata a nobis dici quæ medicas hñt uires & a græcis φαρμακώδη uno nomine omnia uocantur & in medicis uiribus purgandi uim. Auctor significationis eius Theophrastus libro. ix. de plantaꝝ historia φαρμακώδη appellans lac: succos: liquores: seminaq; illa oĩa quæ uim medicam hñt priuatimq; ad purgationes per inferna.

φαρμακώδη Medicata.

DIOS. DE Cytiso. Cap. ciiii.

C Ytison. Sunt qui Telinon: qui grandem lotum: qui Trifolium. Romani trifolium maius appellant. Frutex est cytisus: albetq; totus ueluti spina quam Rhamnum uocant. Cubitales: maioresq; aliquando ramos ex se mittit: circa quos folia exeunt fœnogræco: loto ue aut Trifolio similia: Minora tñ: & in mediis extante dorso: quæ si digitis terantur erucam olent: Sapore nondum maturitate siccis ciceribus simili. Refrigerandi uim folia cytisi habent. Discutiunt incipiẽtes tumores concisa mox cum pane emplastri modo imposita. Bibitur & ad ciẽdam urinam eorum decoctum. Conferunt aliqui circa aluearia cytisum intelligentes grato eius sapore allici & retineri apes.

INTERPRES.

L Onge maior & honestior in cæteris q̃ in hoc scriptore cytisi historia est. Numerauerantq; Pli. & Colu. tã multas fruticis huius dotes: Vt aut abũdasse in eius laudibus illos aut parce laudasse hunc tam utilem homini & pecori fruticem credibile sit. Omittimus quæ ad saginã pecoris oẽs illi tribuerunt. Pertinet.n. ad rem pecuariam non medicinã quam hic agit lõgus ille cytisi laudũ census & ordo ab illis tractatus. Quod tacendum huic scriptori nõ fuerat: Lactis copia est quã in homine facere cytisum testati oẽs sunt Columella ultimo septimi libri capite his
» uerbis ad acopiam lactis cytisum laudat. Mulieres qdem si lactis inopia ꝑmuntur cytisum in aqua
» macerari oportet: & cũ tota nocte permaduerit postero die expressi succi ternas heminas permiscee
» ri modico uino atq; ita potandũ dare. Sic & ipsæ ualebunt: & pueri abundantia lactis confirmabuntur. Pli. itidem lib. xiii, capite. xxiiii. de cytiso hæc ait. Quin & nutricibus in defectu lactis aridũ atq; in aqua decoctũ potui cum uino dari iubent: & firmiores celsioresq; infantes fore. Paulus Aegineta ẽt comam cytisi iubet præcordiis ꝑgnantium cõtra uomitiones ex uetere uino imponi: Nec minus q̃ malua discutientis & tepidæ naturæ esse. Notissimus quondam frutex hic omnibus agris cõsitꝰs & quo macrioribus eo citius eum cõp̃hendentibus. Nũc quod sciam nullibi in Italia est: aut si sit incognitus sine honore iacet. Prima eum mortalibus ostendit Cytnus ex Cycladibus una: & ex ea oẽm peragrauit Græciam & Italiam: Vbiq; carus & in honore habitus Post quod tẽpus in antiquũ & natale sibi solum reuersus non paruum antiqua amantibus desiderium sui reliquit.

DIOS. DE Loto Aegyptia. Cap. cv.

l Otoni Aegypto nascentẽ, Romani lotum Aegyptiam uocant Lotus quæ in Aegypti inundatis aqua campis nascitur caulis est Aegyptiæ fabæ caulĩ similis, Florẽ hẽt paruũ candidũ lilio similem. Ferunt florem hunc sole oriente explicari: occidente uero claudi: totoq; capite sub aqua condi: & rursus oriente sole emergere. Simile caput eius papaueris maximo uasculo est. In quo semen milii quantitate: quod Aegyptii siccatum in panificio panibus compinsunt. Radicẽ cotoneo malo similem habet: quæ cruda pariter & cocta estur. Respõdetq; elixa pari saporis qualitate ouorum uitellis.

INTERPRES.

n Ecessarius uniuerso animantium generi a labore ad ocium: & a uigilia ad somnum quotidie motus est: nisi forte glires & quæ longiora hñt mortis potius q̃ somni tpa excæperit aliquis. Neq; n. põt quod alterna tempoꝝ huiuscemodi uicissitudine caret lõgiore uita foeliciter uti. Idq; sentiens natura ut quod in animãtibus uigilia languebat' somno instauraretur: rursusq; quod quiete instauratũ fuerat uigilia ad uoluptates & labores uitæ exerceret'. Somnum quo ab extremis corpoꝝ partibus anima ad principiũ suum reuertẽs in eo quiesceret: Rursusq; uigiliã qua ab eodem principio in oẽs partes & mẽbra corporis eadem extenderet' opeq; sua oĩbus adesset animantibus dedit: Tã necessariũ oĩtæ coꝝ & sanitati utrũq; intelligens ut in plãtaꝝ gñe aliquas eẽ ẽt uoluerit: quæ quod uix credat aliquis somni uigiliæq; certa & discreta tpa haberent: Ne si forte alioꝝ brutoꝝ exemplo lucis tenebrarũq;: & ex his uigiliæ & somni certa intelligeremus discrimina q̃d cunctis seculis sæpe fecerunt multi per nocte alea ut cecinit Aqnas poeta in Satyra: aut ptractis in lucẽ coenis & spectaculis naturæ tpa cõmutãtes ex eis id saltem cognosceremus: qescẽtibusq; & sopitis somno plãtis qesceremus dormiremusq; nos ẽt. Argumẽto eius rei ubiq; sunt tã multi flores ad uesperã cõnuentibus foliis & ueluti clausis oculis dormientes ut a noctu mogelu tuti matutino reuersum solẽ dehiscẽtes lætius admittãt: sed nulla in toto plantaꝝ cẽsu certiorẽ somni & uigiliæ p sua tpa rõnem habet Aegyptia hac loto: quã admirata oĩs antiquitas est: neq; ĩmerito Eodem siqdem aĩantibus sensu claudi dehiscere cõdi & ex aqs emergere a cũctis tradit': quasi & ipsa quadrupes aliqua matutino ex caulis in pascua surgat & egrediat': Vespere aũt noctis iniurias timẽs eodem reuersa se cõdat. Lõgissime Plinius xiii.vii.& viii. supra decimũ capite de ea egit. Nihil tamẽ nõ a Theophrasto antea dictũ retulit. Cur' lõgior ẽt q̃ Plinii de Aegyptia hac loto historia ẽ: Multa tñ reliquit quæ nouisse p Dioscoride necessariũ sit. Eamq; ob cãm nos quæ a Theophrasto dñr iisdem uerbis repetemus nõ græcis: lõgius. n. id esset sed qualia in decursu uertere licebit: Ea huiuscemodi sunt. Quæ uero lotus in Aegypto appellat' plurima in cãpis nascit' cũ inundata fuerit regio. In ea caulũ natura eadẽ quæ fabæ Aegyptiæ similiter & folioꝝ quæ ille petasos quasi galeros uocat: Verũ tñ minora ea & tenuiora sunt Nascit' lotus Aegyptia fabæ Aegyptiæ similiter. Candidũ hẽt florẽ: Cuius folia sunt angusta longitudine lilioꝝ foliis similia Nascit' numerosus: densus: & sibi inuicẽ confertus flos ille: cũq; sol occidit claudit': simulq; uasculũ sub aqua condit: mox oriente sole aperit' & supra aquã emergit: agitq; id donec uasculũ perficiat' & flos defluxerit. Vasculi magnitudo est quãta maximi papaueris & eiusdẽ papaueris modo incisuris intus diuisum. Veꝝ in loto crebrius semen est milio simile. Ferunt in Euphrate hoc amplius uasculũ & flores uespe usq; in medias noctes mergi descẽdereq; altius. Neq; n. demissa manu inueniri põt. Cũ uero illucescit rursus surgit subrigiturq; & ad exortũ solis supra aquã apparet ac florẽ patefacit: patefactoq; etiã num exurgit ut plane absit ab aqua. Coaceruãt in unũ uascula hæc Aegyptii putrefaciũtq; tũ putrefactis corticẽ in flumine lauantes semen auferunt: siccatũq; & tostum in panẽ pinsunt: eoq; utuntur cibo. Corsion uocant loti radicẽ hanc, ea rotũda est magnitudine cotonei mali: cortice nigro foris uestita quali in castaneæ nuce est: intus candida q̃ tosta elixaq; uitellis ouoꝝ similis sapore est: gustu suauis. Estur eadẽ & cruda. Et hæc Theophrastus quarto de plantaꝝ historia p Aegyptia loto. Ex quibus intelligent facile oẽs male in Dios. legi: Similẽ hordeo eẽ: nec sic sed lilio uertendũ fuisse. Cui manifeste Theophrastus eũ cõparat. Et Plinius ait Flos qui candidus est &c. Quo colore lilia sũt. Accedit his qd̃ parũ uerisimile est tã grãdis plantæ & q̃ κωδίαι papauraceũ uasculũ fert flores hordeaceis similes esse: qui nulli fere sunt. Barbarus in Corollario suo suspicatus id est: & nihilominus in Dios. suspitionẽ illam penitus neglexit. Facilis & lubricus in græcis lapsus fuit a crithe qd̃ hordeum ad crinon quod lilium significat'.

DIOS. DE Millefolio herba. Cap. cvi.

Myriophyllõ. Sũt q̃ Melophyllõ: q̃ Stratioticen: q̃ Achillion uocẽt. Galli Beleocãda: Romani Millefoliũ aut supciliũ ueneris appellãt. Singularis coliculus ẽ: tener: singulari

circa quę cum læuore numerosa folia sunt:fœniculo similia:a quibus nomen inue, nit. Habet caulis ruborē aliquē. Per totū densus est & uelutiarte expolitus. Nasci, tur palustribus locis. Arcet uulnerū inflāmationes. Millefoliū ex aceto uitide sic, cūq; emplastri modo impositū. Bibit & ex alto pcipitatis cum aqua & sale.

INTERPRES.

m Illefoliū Plinius græcam myriophillon uocat:haod sane qa in græca uoce certa eius nu meri uis & significatio sit:sed q aptius nō poterat in latinis nomen fingi: Nec referebat in re incerta mille potius q̄ decē milia infinita ue folia illi tribuisse. Quod mutato tm̄ accē tu in græcis μύρια significāt:quēadmodum nec male penitus dixerit aliqs mille pluribus ue aut in finitis pilis cōstare hois superciliū:ex cuius similitudine Veneris supercilium hæc ipsa ē uocata a plerisq fuit:qm̄, quēadmodū minuti densiq; pili eā hois partem uestiunt:Sic millefolii huius co i culos minuta densaq; uestiunt folia:q licet hic fœniculo cōparauerit nō tm̄ eadē lōgitudine sunt. Huius.n.breuia admodū:fœniculi uero lōgiora & quasi capillata. Quod cōparat copia & exilitas cog- tm̄ est. Eadē rō Stratioten & Achillean uocari fecit. Breuib⁹.n.& numerosis illæ ē foliis descri bunt & sunt De stratiote non multo ante dictū in hoc ipso scriptore a nobis fuit:& de Achillea lō ge prius repetendaq; legentibus ex illis comparatio ad hanc est. Relinquimus constituendū in hoc capite peritioribus qđ ultimū in eo legit. Bibi ex alto pcipitatis utiliter millefolium: pcipitatis ne an aliter legi oporteat. Nos πτώματι in cunctis fere græcis inuenimus quæ uox nihil aliud q̄ ex alto casus & lapsus significat. Nobis inclinat aīus πνεύματι.i.inflatiōes posse legi. Vidimusq; in quo πνευματιζομένους;quod est inflationibus laborantes legeretur.

DIOS. DE Myrride herba. Cap. cvii.

m Yrrida. Sunt qui Myrrham:qui Conilam uocent. Romani pariter græcis Myrrhida appellant. Cicutæ foliis & caule similis Myrrhis est. Radicē ha bet longā:teneram:rotundā:odoratam:quæ suaui gustu ē esitur. Phalāgio rum morsibus eadem succurrit in uino pota. Purgat deiceps a puerperio fœminas: Trahit & menses. Quin etiam in melle elixa tabidis sorbenda utiliter datur. Ferunt præterea aliq bis ter ue pota in uino quotidie in pestilentia radice eius incolumes a pestilenti morbo seruari qui biberint.

INTERPRES.

u Erisimile est a myrrhæ odore myrrhida & myrrhā dictam fuisse quōdā quā mō tracta mus herbā. Nullus tm̄ qđ hactenus inuenerim apte id testatus in græcis aut latinis ē: Odo rata tm̄ radice ab hoc & a cūctis aliis describit. Potuitq; illi ab ea nota nomen hoc factū fu isse. Cicutæ similē oēs tradiderunt. Eāq; ob cām crediderunt aliq cicutariā nunc eam dici. Purgare eā ἔμμηνα καὶ λόχια Dios. ait: q uoces tā notas in græcis & in cōmentationibus his nr̄is significatiōes hn̄t ut lōgius dixisse de eis nō oporteat. Quod tm̄ monemus illud est factū fuisse dum alter ex in terptibus Pliniū nimis q̄ in scriptore hoc opus erat amat & sequit, p græcoꝝ lochiis partus uerte rit Plinii uerba sunt. Cit menstrua & partus cū uino: cū tm̄ lochia nihil ad partū ptineāt mō partus qđ in cōi significationis æstimatione hēt significet. Sintq; lochia secūdaꝝ & deiceps a puerperio fœ minaꝝ purgationes:quēadmodū ni fallimur in Aristolochia diximus. Idē supiore capite de Mil lefolio caulē eius indiuiduū uocauit quē ille μονοφυῆ:nō q diuidi nequeat:sed qui singularis non numerosus a radice surgit. Hæc nos leuia quidem sed interpreti non contemnenda signamus.

DIOS. DE Myagro herba. Cap. cviii.

m Yagron. Sunt qui Melampyron. Romani Myagrū uocant: Fruticosa & bi cubitalis herba est. Folia hēt rubiæ foliis similia colore pallido. Semē fœno greco simile:pingue & oleosum:quo utuntur tundentes crematum & uir gas eo circumlinentes:mox pro lucerna utentes. Crediturq; seminis pinguitudo il la cutis aspetitates excquare omnes & leuigare.

INTERPRES.

Si melāpyro eadē myagros ē quod græci oēs testant binominē herbā faciētes in triticea segete nasci auctore Theophrasto cōstituendū ē q viii. de plātaꝝ historia uolumine Sic hæc melāpyrū prima tum assignat:& cōtra q̄ in auena & lolio fit inocēte & tritico nihil officiētem describit:nec uox aliud

indicat q̃ nigri coloris triticũ: quẽadmodũ forte Myagros qđ mures uenatˀ & perimit: in illo niger in plerisq; seminibus color rem certã facit: in hoc rarus euentus præterq̃ ex historia constitui non põt. Quæ nobis nulla est: nec nos nisi ex uocis significatione rei coniecturam hanc facimus. Corrupta in hoc capite & aliena illi penitus uox erat in seminis similitudine & cõparatione: in qua ut fere i cunctis legitur τραχηλωειδὲς est: quod simile collo significat. At non collo sed fœnogræco legendum & uertendum fuerat τήλ. i.n. non τραχήλῳ in antiquioribus iisdemq; melioribus legitˀ. Habetq; certiorem rationem ut semen semini q̃ hominis aut animantium collo comparetur: cui nec forma nec quantitate aliquod in plantis semen simile aliquis forte uidit.

DIOS. DE Oenagran herba. Cap. cix.

Enagran. Sunt qui Oenotheran: qui Oenotherin. Romani pariter græcis oenagram uocant. Grãdis hic frutex est & arborescit. Folia hẽt Amygdalæ similia: latiora tñ: liliorũ foliis similia: grandes & roseos flores: Radicẽ candidã & lõgã: q̃ siccata uini halitu & odore sentitˀ. Nascitˀ montanis locis. Habetq; uim dilutũ radicis ut potu eius ferocientium oĩum aĩalium feritas mitigetur. Lenit eadem emplastri modo imposita: dolosa & malefica ulcera.

INTERPRES.

Iscrepant nõ leuiter in radicis oenagræ historia Theophrastus & Diosc. Candidam hic: ille rubentem tradit. In reliquis eadem ambobus omnia: & Theophrasto huiusmodi sont. ἡ δὲ τοῦ οἰνοθήρα ῥίζα δοθεῖσα ἐν οἴνῳ πρᾳότερον ποιεῖ καὶ ἱλαρώτερον τὸ ἦθος. ἔχει δὲ ὁ οἰνοθήρας τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδάλῃ. πλατύτερον δὲ. τὸ ἄνθος ἐρυθρὸν ὥσπερ ῥόδον. αὐτὸς δὲ μέγας ὡς θάμνος. ῥίζα δὲ ἐρυθρὰ καὶ μεγάλη. ὄζει δὲ αὐανθεῖσα ὥσπερ οἴνου. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία. Quorũ sensus est. Radix uero oenotheræ mitiores & hilariores mores facit in uino pota: Habetq; folium amygdalæ simile: uerũ tñ latius Florem rubentẽ ceu rosam. Ipse grandis ut inter frutices est Radix illi grãdis & rubens quæ siccata uinum olet Amat montana loca Ex his multa in impressis scripturis huiˀ codicibus emendare licuit: primũq; nõ γλυκύτερα. i. dulciora eos folia: sed πλατύτερα. i. latiora legi oportere: mox in radice nõ μικρά. i. paruã uerũ μακράν. i. longam Nomen illi ab euentu factum. Quodq; Theophrastus ait mitiores & hilariores mores facere eodẽ ptinet quo hic ait poto diluto eius leniri ferucientium oĩum aĩaliũ feritatem. Nomenq; id significat: siquidem οἰνάγρα & οἰνοθήρα siue οἰνοθήριον ex eadem ui capiendi tenendi & domandi uoces sunt. Significatq; οἰνάγρα quemadmodum & podagra aliaq; huiuscemodi quæ uino capiat uenetˀ & domet ἀγρεῦειν. n. in uenatione capere est: nec minus ẽt θηρᾶσθαι: a qbus uerbis græci trãsferentes multa huiuscemodi finxerunt. Et inter cætera οἰνάγραν hanc & οἰνοθήραν. Egit de ea Theophrastus cũ numeraret q̃ diuersis locis uina aut uinosa alterutrã hoĩs partẽ corpus. s aut aĩum mouent. Videturq; Theophrastus non tñ ad mulcẽdam brutorũ feritatẽ uim illi esse ostendere: Verũ inter hoies ẽt uelur inducta nõ ebrietate sed quã græci οἴνωσιν uocant tristitiæ ex uino remissione usum eius quondã fuisse. Hic tñ ad ferocentia tm̃ animalia cõtraxit: neq; ab re qñ in iuuẽcorũ domitura Columella pcepit eorũ tergora tractare & respergere mero: quo familiariores bubulco fiant, Idẽq; a mellariis ẽt in apibus seruari. Rationem ex natura uini colligere facile est. Theophrastus ẽt quo diximus loco eam breuiter reddidit. Nõ male in ferocia & tristitia hominis: sine ebrietate & poculorum sumptu radice oenagræ huius uteremur: si quemadmodum inuentu sic cognitu etiam facilis esset.

DIOS. DE Cirsio. Cap. cx.

Irsion. Sunt qui grandẽ Buglossum. Romani spinã mollem appellant. Caulis tener est: bicubitalis fere triquetrusq;. Habet ab inferiore parte foliola rosaceorũ figura: aculeatis per interualla angulis: sed mollibus aculeis. Folia Buglosso quã linguã bubulam uocant similia hẽt leniter hirsuta: longiora tñ: albicantiaq; & in extremitatibus aculeata. Quod uero in caule sũmum est circinatũ hirsutumq; capitula habet in sũmo purpurea: q̃ postremo in pappos euanescunt. Eius radicẽ tradidit andreas herbarius religatã qua parte sentiantˀ uaricũ dolores finire.

INTERPRES.

Arices quos græcorũ medici oẽs cirsos uocãt Cirsio de quanũc agimus nomẽ fecerũt: illis enim medetˀ Alioqn Aristoteles multis locis: priuatimq; Plutarchus in Mario Ixyas eos uocauerunt. Suntq; uarices (in quorũ sectione quẽadmodũ Cicero in Thusculanis q̃stionibus testatus est. C Marios rusticanus homo & plane uir ligari seuetuit cum nullus ante eum solutus diceretˀ sectus fuisse) uenarũ dilatationes quæ aliqñ in tpĩbus: nõnunquã sub umbilico: in imo;

uentre

uentre:sæpe circa testes:frequentissime aūt in cruribus fiunt. Cōstantq; plerūq; & fiunt ex atræ bilis materia. Et qm̄ uaricū huiuscemodi doloribus impositū Cirsion hoc medet:id eo a beneficio nois honorē eū inuenit. Credimusq; nos ex his quæ obseruata in antiqs scriptoribus a nobis fuerūt medicoꝝ uocem esse Cirsos quo totū hoc genus toto corpore dilatātiū se uenarum cōplectuntur: Ixyas aūt alioꝝ scriptoꝝ qua in cruribus tm̄ factas easdem dilatationes indicāt. Latinis certe nescio ego an alib q̄ in cruribus facti uarices inueniant. Quotidianū & uulgare malū:frequēsq; in' his q diutius stare aut onere aliquo graues iter facere coacti fuerint. Hāc ut in Dios. legit grā de Buglossum de quo mox dicendū erit aliq uocauerunt: Nō leui inter hāc & illā dubitatiōe utra uerū Buglossum:& quænā Buglosso cōgener cirsion hæc sit. Sunt.n. multæ inter se similitudinis cirsion & buglossum: licet illa a boum linguis indicata fuerit:hæc a uaricibus de qbus pauloante diximꝰ:notumq; oibus modo buglossum est. Quæ si sit qualis in hortis & agris fodit necessario relinquit eē Cirsion quā nr̄a æ as Borraginē uocat. Veꝝ quēadmodū Nicolaus Leonicenus in hac ipsa re commentatus iampridem est nō importune dubitauerit aliqs cōmutatas inuicē duarū herbaꝝ appellationes fuisse:esseq; antiquā buglossum nr̄am borraginē:cirsion uero hoc nouā & nostram buglossum. Quæ.n. huic & illi notæ utrisq; tribuunt mutatis hac rōne plantis magis cōuenient. Purpurea.n. floꝝ cacumina quæ in cirsio hic describit eius potius sunt quæ buglossum nūc dicit q̄ borraginis quæ ceruleos habet flores. Quodq; buglosso hic paulo post tribuet letitiā & hilaritatē facere in uini porula demissam borragini passim tribuit. Iactatq; quotidie gens nr̄a ad cordis hilaritatem multo eius cibo utendū esse. Quin etiam quæ eodem loco describunt folia aspera & nigriora borragini magis q̄ buglosso competunt:quæ albicante folio penitus est. Sunt præter hæc alia ēt quibus significari id poterat:sed in re iampridem ab aliis tractata satis hæc sint.

κιρσοὶ ἰξίαι Varices

DIOS. DE Astere Attico siue inguinali herba. Cap̄. cxi.

a Stera Atticon. sunt qui Asteriscon: qui Asterion: qui Bubonion: qui Hyophthalmon uocent. Daci Rathybida. Romani inguinalem herbam appellant. Lignosus caulis inguinaria herba est. Purpureū & luteum hēt in summo florē ueluti Chamęmali capitulum: undiq; per orbem incisuris diuisum: foliolis stellæ similibus. Quæ uero circa caulem folia sunt oblonga & hirsuta sunt. Prodest æstuanti stomacho emplastri mō imposita: Prodest & oculoꝝ inflāmationibꝰ īguinibus: ꝓcidentiq; sedi. Ferunt p̄terea quod in flore eius purpurescit anginis cū aq̄ potū præsidio esse: ꝓdesse & comitialibus infantibus. Contra inguinū inflāmationes recens utiliter emplastri mō imponitur. Sicca eadē quæ tm̄ sinistra manu eius q remedium sibi quærit decerpta fuerit inguini adalligata dolores inguinū finit.

INTERPRES

f Olioꝝ in flore inguinalis herbæ numerus positura & forma qbus stellæ mō radiāt cognominem stellis uulgarem alioquin & in sepibus nascentē herbam fecerunt. Vsus deinde medicoꝝq; cætus utilē inguinibus cognitā in græcis bubonion in latinis inguinalem appellauit. Nec ausim ego cōstituere nū illi maior laus & nois honestior æstimatio fuerit. Gloriosum siqdē est e cœlo sideribusq; eiꝰ honorē inter gētes inuenisse: Nō minoris faciendū tn̄ potuisse aduersus naturæ iniurias nullo ēt hois sensu eū tueri. Tanta siquidē tamq; p̄sens cōtra inguina eorūq; dolores uis inguinalis herbæ ē: Vt adalligata solū in eo malo medicinā faciat Idq; grauissimi græcoꝝ medici testati sunt: Galenus: Paulus Aegineta: Plinius ēt & hic ipse cui nō minus curæ fuit hæc inuenire q̄ docere. Sit ergo illi asteris nomē a folioꝝ in floribus figura & situ: sint & Asteriscos & asterion. In cūctis.n. stellæ uis & significatio est quā græci astera uocant. Solaq; hæc nois huius cā habeatur. Nō qa noctu & in tenebris stellaꝝ mō fulgeat: ut posteriores græci ēt crediderūt: quoꝝ aliq inutiliter in extrema capitis huiꝰ coronide addiderūt q̄ in aliis interp̄tibus leguntur ab eo principio. Nascitur aūt media inter petras &c. Oīa.n. ex eo loco usq; ad reliquū caput ex hac opinione illi accreuerūt. Nos ea reiecimus nullibi in antiqssimis & optimis græcis latinisq; inuēta Quodq; nec Plinius huiuscemodi aliqd nō relicturus nec Paulus Aegineta nec Serapion nec antiqua huius scriptoris interp̄tatio oñdūt. Acceditq; his oībꝰ ut cū supstitiosum aliqd aut qđ ad religionē nr̄am ptineat in hoc scriptore legit p̄suaderi nō possumꝰ eius eē ut sæpe alias testati sumꝰ. Aster itaq;.i. stella ob eā quā prius diximus cām dicta herba īguinalis ē: Adiecerūt illi ab Atheniensiū agro notā ueteres græci q; illic ob soli tenuitatē frequētior aut melior forte nasceret. Bubonios easdē ab iisdē græcis deinde dicta ē qm̄ īguinibꝰ q bubonas illi appellāt tā p̄nti remedio medet ut adalligata tm̄ medicinā in eo malo hoi faciat. Hy opthalmos postremo q̄si suis oculus q; totꝰ eiꝰ flos aīalis illios oculum referre uideat. In quo aiaduertēdū ē qđ hic ait hr̄e inguinalē herbā purpureū & luteū florē ad di

uersas floris partes referẽdũ eẽ. Sunt.n.in eo purpurei coloris folia. Quod uero mediũ inter ea folia capitulũ est Chamæmali mõ lutescit. Et hæc ꝓ nominũ & floꝝ historia satis sint. In reliqs poterũt legẽtes qualia cuncta sint ꝑ se æstimare. Et in inguinibus quæ græci una appellatione bubonas dicunt meminisse: Omnium generũ præter naturã tumores in quacũq; corporis parte factos sua uoce græcos bubonas quondã uocasse: paulatim deinde ad certa aliqua gña cõtractam fuisse uocẽ: priuatimq; bubones dictos q aut offensa ꝓpinqua pte: aut ulceribus aliis: aut doloribus sine periculo plerũq; adnasci cõsueuerunt: Aut qui per pestilentiam in febribus præsenti periculo ignuere solent in fœmoribus: alis: colloq;. Latini cõtra inguina sua ad certã fœmoꝝ partem angustius q̃ decebat adhuc contraxerunt: qm̃.s. frequentiores illic fiant tumores & ueluti abscessus huiuscemodi: Quibus mederi inguinariã hanc Paulus Aegineta his uerbis testatus est. ὁ δὲ ἀττικὸς ἀστὴρ ἥ πόα ἥ καὶ βουβώνιον δι᾽ αὐτὸ τοῦτο καλοῦσιν οὐ μόνον καταπλαττόμενον ἀλλὰ περιαπτόμενον ὠφελεῖν πεπίστευται. Quod est. Atticus aũt Aster herba quam bubonion.i. inguinalem ob hoc ipsum uocant non tm̃ emplastri modo imposita uerum adalligata etiam prodesse creditur.

βουβῶνες Bubones

inguina

DIOS. DE Isopyro herba. Cap. cxii.

I Sopyron. Sunt qui Phasiolon. Romani Isopyron appellant. Vocant Phasiolon aliqui qm̃ in sũmo cacumine foliũ eius in phasioloꝝ clauiculas torq̃tur. Sunt & in sũmo eius tenuia capitula: exiguis seminibus plena: nigellæ sapore. Folium Aniso simile est: Bibitur utiliter semen eius cum mulsa aqua ad pectoris uitia tussimq;. Idem cruentis sputis iocinorosisq; accomodatum est:

INTERPRES.

Q Vi Isopyron hãc deprehendisse nſa ætate uideri uolũt herbam a radice statim foliosam ostendunt & ex medio surgentem coliculũ: in quo anteq̃ in ultimũ cacumẽ desinat quoddam florem & sub eo plenũ seminis uasculum sustinet utrinq; uolutæ duæ se spargunt phaseloꝝ clrris & clauiculis similes: quas hic ἕλικας ut in uitibus uocat: foliis quadamtenus rubentib⁹ cõtractioribus q̃ plantaginis sed eadem latitudine & in aliquibus maiore Quo fit ne credamus Isopyron scriptoris huius eam esse: si Dioscoridi: Plinio: græcisq; aliis credendum est qui omnes Anisi folio eam describunt. In cæteris non dissimilis species diligẽtiam eorum probat. Nobis in neutrã partem inclinat animus & quale a græcis traditur Isopyron tale redditum a nobis etiam est.

DIOS. DE Viola nigra. Cap. cxiii.

I On melan. Sunt qui Dasypodion: qui Periapeion: qui Violam siluestrem: qui Cybelion nocent. Romani setialim murariam uel purpuream Violam appellant. Folia habet minora tenuioraq; q̃ hedera: nigriora itidem nec dissimilia. Medii inter folia coliculi a radice exeũt in q̃bus flosculi sunt egregii odoris: colore purpureo. Nascitur umbrosis & asperis locis. Refrigerandi uim habet. Succurrunt folia emplastri mõ iposita ꝑ se & cũ polenta æstuanti stomacho oculorũq; inflãmationibus & sedis procidentiis. Ferunt præterea quod purpureũ in flore eius est cum aqua potum anginis & in infantia comitialibus opitulari.

INTERPRES.

Q Væ ferrugineos hyacinthos: & nigra uaccinia uocari a latinoꝝ poetis fecit Nigricans purpura: uel ut aptius loquamur in nigro purpureus color: Eadem Theophrasto græcorũq; aliis scriptoribus cã fuit ut uiola quæ nũc tractanda a nobis est nigra diceret: tam frequẽti receptoq; passim in ea coloris discrimine huiuscemodi ut multis locis Theophrasti in plantarũ historia nihil certius intelligat: ubiq; μέλαν ἴον dicenti Violam quæ nigricante purpura ad muroꝝ radices hortoꝝ marginibus & sepibus florens prima aut cũ primis aduentũ ueris mortalib⁹ nũciat nota uulgo & ubiq; inuẽtu facilis: q̃ toto anno uireat: & flores tenui qdẽ sed longiore coliculo altius a terra inter folia erigat, q̃ hic merito hederæ cõparauit: qm̃ ꝓxime ad eã figurã accedunt. Murariã uiolã a latinis uocari in Dios. legit. Nescimus tñ q̃ uetusta ea uox sit: sed q̃cũq; ea est naturæ eius rñdet: qm̃ ut diximus ad muroꝝ radices umbrosis locis frequẽs & speciosa nascit. Eadẽ cã fuit cur siluestris uiolã itidẽ diceret qm̃ locis nõ cultis nascit: nec uiolaria in hortis ut cæteræ illi cognoĩes hẽt. Potuit quõdã ẽt religiõe aliq̃ & numinis gra cõmendari: iõq; Cybelios uiola ab antiquissima dea cybele dicta laudẽ poti⁹ q̃ nomẽ id ĩuenisse: sed nobis nulla ẽ ei⁹ noĩs certa rõ aut cõiectura. Quẽadmodũ & reliq̃ aliæ penit⁹ ignotæ: nisi Priapeios nõ dissimili rõne q̃ cybelios ab antiquo ruris & hortoꝝ numine dicta fuerit. Descripsit eã Theophrastus lib. vi. de plãtaꝝ historia: dixitq; προσρίζόφυλλον καὶ ἀειφυλλον εἶναι καὶ ὥς τινες φασὶ δύναμθαι δι᾽ ὅλου φέρειν, τὸ ἄνθος ἐὰν τράττω τινὶ θεραπεύηται

ἐκπεταλίζειν Quod est. Exire & uiuere folia eius in radicis capite tm̄ perpetuaq; uirere frōde. Id. n. uoces illæ duæ significāt. Facileq; est uidere foliosum uiolæ huius cespitem nullis caulibus aut ramulis a terra surgentem: quod cæteræ habent uiolæ: nec æstu anni arescere aut hyeme quod aliæ patiunť: sed post amissos flores uirentibus foliis medicinæ toto anno ēt inseruire. Adiecit præterea testari quosdam posse hanc uiolam cōtinue toto anno florere: si aliqua rōne curetur: quam tm̄ ille nō rettulit: nec quibus locis id excogitauerint homines. Adiecit eodem libro idem scriptor differre hanc a reliquis uiolis in reliqua natura præcipue aūt ὅτι πλατύφυλλος καὶ ἐγγειόφυλλος καὶ σαρκόφυλλος ἐστιν q. s. latiore folio q̄ reliquæ uiolæ sit: intelligitq; reliquas uiolas Leucoia ab oībus appellatas: eodemq; folio sit ἐγγείῳ. i. terrestri quod a terra non surgat: & præter id carnoso & pingui. Quæ omnia longius forte dicta aliquibus uidebunť: Sed nos rerū certitudini consulentes obscuriores breuitate nolumus fieri. Quo consilio in uiolæ huius signando colore a principio statim usi fuimus: & contra aliorū interpretum æditiones nigram nō purpuream uiolam ꝓposuimus: Ne si purpuream diceremus miscerenť diuersi coloris cōgeneres flores Sunt. n. in Leucoiorū genere purpureæ uiolæ quas Columella Sarranas ab eadē purpura & Sarrano ostro appellat in censu earū & ordine quæ surculosæ sunt; in parietibusq; & hortis nascunť aliter q̄ hæc dispositis in flore foliis: & plures uno pediculo pendētes: Quæ proprie & uerius purpureæ uocanť. In illis enim uera est purpura quemadmodū in his in nigro purpureus magis color q̄ purpura. Et hæc pro notissimi floris historia satis sint. Quibus adiiciemus mutasse nos titulū capitis huius: & de nigra uiola inscripsisse qm̄ res id exigebat: & in melioribus græcis aut nulla coloris nota addita fuerat; simpliciterq; de uiola caput inscribebatur; aut ἴον μέλαν in aliqbus legebatur. In quo nunq̄ satis demirabitur lamentabiturq; aliquis librariorū omnibus sæculis incuriam & professorum tam supinam negligentiā: quæ non solum huic capiti a principio statim nocuerint: sed maiore iactura postremam eius partem in qua de remediis & medicina agebať ex superiore inguinariæ herbæ ut nos credimus capite acceptam iisdem uerbis in nigra uiola reddiderint. Nolumus nos decernere (medicorū. n. id ē) an adro pares in medicina uires nigræ uiolæ & inguinariæ herbæ sint: Vt iisdem in homine malis pariter inseruiant Fieri. n. id pōt. Sed quod suspicari uitium nos cogit idem uerborū ductus est: eadēq; nullis mutatis rerū omniū series: quod nec necessarium erat: & parū uerisimile in scriptore hoc est. Accedit his ēt testis in latinis Serapion qui in postremo uiolæ huius capite reddit & ipse æstuanti stomacho: oculorūq; inflāmationibus & procidenti sedi folia eius prodesse: Statimq; subiicit flores eius anginis & puerorū Epilepsiæ utiles esse. Quæ oīa in inguinaria herba eodē ordine legūtur: Idemq; uerborū ductus & series in antiquissimo Longobardis litteris scripto quē habemus Latino Dios. etiam audiť. Græci oēs itidem quos hactenus uidere licuit utrobiq; eandem lectionem ostēdunt. Discrepant tantū a latinis q. in illis legitur φασὶ δὲ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους. Quod est. Ferūt præterea quod in flore purpurescit &c. Florem aūt latini oēs simpliciter dicūt non quod in flore purpurescit. Videbaturq; auctoritate eorū posse florem simpliciter dici: Verūtamē in græcis uoces illæ non florē simpliciter sed quod in flore purpureū est significant; diuq; in ea re anxii: Qualia in scriptore hoc omnia erant tandē uertimus; ita tm̄ ut moneremus ex nimia rerū & uocū i hoc capite cū illo similitudine latinorūq; scriptorū in ea parte uarietate suspicari nos uitium qm̄ parum uerisimile est & si similes & pares ēt uires habeant diuersæ plantæ tondem & iisdem penitus uerbis doceri debuisse. Poterūt uolentes quæ dicimus utrobiq; totidem & eadem collatis inguinariæ herbæ & nigræ uiolæ huius extremis partibus & medicina cognoscere. Cur aūt in flore nos a uocibus scripturis huius usq̄ discedentes: Quod in flore purpurescit q̄ florem simpliciter uertere maluerimus cā & rō non leuis fuit auctore Throphrasto indicanda: qui totius naturæ ꝑsertimq; plantarum disciplinæ peritissimus lib. i. de plantarū historia in florū censu & ordine monuit esse flores quos ille διανθῆ quasi duplicis floris uocat: & iure forte tunc parum certa his uerbis eam docet, λέγω δὲ διανθὲς ὅτι ἕτερον ἄνθος ἐν τῷ ἄνθει ἔχει κατὰ μέσον ὥσπερ τὸ ῥόδον καὶ τὸ κρίνον καὶ ἴον τὸ μέλαν. Quod est. Dico autē duplicis floris qm̄ mediū alterū florē in flore habet: qualis rosa liliūq; & nigra uiola est Oībus his alterū flori florē inesse Theophrastus monet. Intelligendiq; sunt flores in in alio flore apices capillamentaq; illa q̄ croceo colore in mediis liliis & rosis sunt. Dico autē rosas non oēs sed puniceas & quæ latiore gyro se explicant: in qbus apices illi medii certius & altius surgunt. Eadē spēs & in nigra uiola est, haberq; & ipsa in medio apices luteos: sed non tam manifestos ut Liliū & rosa: q cōparati reliquo flori inutiles forte sunt. Potuitq; Dios. certiore disciplina docere nō esse in medicinæ usum summē dos totos nigræ uiolæ flores: sed quod tm̄ purpurescit. Ea aūt folia de secto ungue sunt, non aliter q̄ in rosaceo hic ipse ēt monuit auferendos ex rosis ungues qm̄ inutilis medicinæ ea pars sit. His nos causis & auctoribus ꝑsuasi nihil a cōi omniū græcorū lectione mutauimus: & si qd̄ testati antea sumus: non aliter q̄ in iudiciorū q̄stionibus & testiū dictis eadē in duobus capitibus omnia suspectam nigræ huius uiolæ medicinam fecerint & adhuc faciant.

ἄνθη διανθῆ.

DIOS. DE Cacalia. Cap. cxiiii.

c Acalian. Sunt qui Leonticen. Romani pariter græcis Cacaliā uocant. Folia fert candida grādiaq;. Caulis ex medio exit rectus: cādidusq;: Flore can-

dido musco aut oleæ simili. Nascit̃ in montibus. Radix in usu medicinæ ē: quā spinæ hircinæ modo in uino madentem in Eclegmate dant: aut per se commanducant contra tussim & asperas fauces. Quæ uero cum defloruit subnascuntur grana cera coacta: mox inuncta sine rugis & extenta cute humanam faciem seruant.

INTERPRES.

c Acaliam descripsit Plinius.xxv.uolumine capite.ix. leonticemq; uocari & ipse ait: Minutis margaritis simile habere semen inter folia grandia pendens: natalesq; illi plerūq; montes esse: nec ultra in historia eius quicq̃ tradidit. Nos uero descriptum ab eo florem fuisse optabamus: ut quod in antiquis græcis hoc capite uariat certius cōstitueret̃. In cunctis.n. uno excepto qui nobis uetustissimus & ꝓbatissimus codex Dios. est legitur. ἄνθος ἔχων ἐοικὸς δρυὶ ἢ ἐλαίᾳ. Quod si uerbum de uerbo fiat significat florē habens quercui aut oleæ similem: eamq; lectionē secuti cæteri interp̃tes querno aut roboris flori similem fecerunt. Nos musco aut oleæ uertimus ueteꝝ & melioꝝ codicum fidem secuti: in q̃bus ut nos credimus antiqua & uerior lectio est. λευκὸν ἄνθος ἔχων ἐοικὸς βρύῳ ἢ ἐλαίᾳ. Quod est ut nos diximus flore candido musco aut oleæ simili. Sumusq; ad hanc interpretationē præter græcoꝝ fidem latinoꝝ ēt antiquissimis monumentis usi: inter quæ longobardis lřis scriptus Dios. nobis est in quo manifeste Bryo similis legitur. Est autē græcis Bryon qui in torrentibus aut arboribus cōcrescit muscus. Cui in cōparatione rñdēt oleagini flores qui passim a cunctis muscosi dicuntur. Quæ ratio ēt nos monuit muscum magis q̃ quercū aut robur hoc loco uertere. Nihil.n. muscoso oleæ flori simile habent querni aut robusteı flores. At cōtra bene ad tertii floris similitudinem alter nant̃ muscus & oleagini flores. Est præter hæc in extremo capite quod nobis & Barbaro non conueniat. Quod.n. hic ait τετανὸν καὶ ἀρρυτίδωτον τηροῦσι τὸ πρόσωπον. Rigores neruoꝝ perunctis molliunt & rugas a facie defendunt uertit ille. Sed indignum eo hoie id est qui alioqui.n continuus & diligens Plinii auditor erat. Obseruare.n. & meminisse debuerat.xxvi. uolumine capite.xvi. his uerbis eū scriptorē Dios. decreta hæc uertentē. Cacaliæ grana mixta ceræ liq̃dæ extendunt cutem in facie eruganta;. Nihil quod ad rigores pertineat in Cacaliæ remediis aut hic aut alii docuerunt. Neq; græca uox τετανός hoc loco substātiua forma rigorem sed adiectiua quod tendit̃ & plenum succo sine rugis asperitate ue aliqua nitet significat. Indicatq; qui acuitur in fine accentus. Aliter.n. græci τέτανον.i. rigorem scribunt: aliter τετανὸν.i. extensum & sine rugis. Sic docent græcoꝝ grāmatici; licetq; humiliora hæc sint ignorata tñ aut nō obseruata rigores ꝓ nitore cutis audire alios cogunt: & in medicina remedioꝝ disciplinam miscent.

τετανὸν

DIOS. DE Napo quod Bunion dicunt, Cap̃.cxv.

b Vrion. Sunt qui Aron: qui Arction: qui Anemosphoton: Magi paradacry: Aegyptii Erxoen: Aphri Zigar siue Thepso. Romani scopam regiam uocant. Caulem ex se mittit Bunion quadrāgulum: & ex eo ramulos plures foliolis tenuibus & floribus plenos: longitudine digitali. Folia ad radicem illi sunt apio similia: multo tamen tenuiora ad Coriandri figuram accedentia. Flos Anethi illi est: Semen odoratum Apollinaris herbæ seminibus minus. Calefacit Bunii semen. Vrinam cit. Secundas trahit: lieni: renibus & uessicæ accomodatum. Vtunt̃ eo recente pariter & sicco. Vtuntur & succo ex eo expresso: radicibusq; & caulibꝰ & foliis cum mulsa aqua.

INTERPRES.

a Lteꝝ & primum in diuisione napoꝝ genus Bonion hoc facit: Describiturq; a cunctis iisdē huic scriptori notis & uiribus Non tñ in sanitatis usu receptum agentibus ut alterum & secundū illud est. Quod fœminino genere Buniada græci uocant: secūdo uolumine a rapis statim quasi eiusdem illis generis ab hoc scriptore tractatū. Vtriq; radix crassior; sed contra q̃ in rapis acuminatæ longitudinis: huic ēt exilior q̃ Boniadis & minor. Egit de eo Plinius libro.xx. capite.iiii. cū de reliquo napoꝝ genere ageret. Nomen ambobus factū aliqui tradiderunt ἀπὸ τῶν βουνῶν. Vocant aūt græci inter alia Bunos tumentia & quæ in amplitudinem creuerunt: quæ naporum radicis forma est. Cur aūt in Dios. legat̃ scopam regiā Bunion a Romanis dici ignotum nobis est. Nihil.n. habet planta hæc quod scopis congruat: nō surculosam naturam nō usum nō folia nō aliud quidpiā quod scoparū rōnem indicet aliquam. Ignotæ aliæ appellationes ēt. Sola arction ex similitudine facta est: quam nos Pauli Aeginetæ auctoritate instaurauimus. Non legitur in Barbari editione hoc caput. Nec nos scimus relictum ne a librariis imprudenter in excribendo fuerit: An

potius

potius quia de Napis secundo uolumine actum fuerat ratus abundare uolens ipse & prudēs id reliquerit. Siqdem in Corollario ēt nihil actū de Bunio ab eodem est. Verū tñ auctoribus græcis omnibus recipiendum & cū cæteris uertendū fuerat. Qui.n. de pseudo bunio agi mox poterat nisi de uero bunio actū prius fuisset? Veræ.n. alicuius oportet falsam & mētientem in plantis esse. Calido temperamento Bunion esse Paulus Aegineta decreuit; ideoq; urinam & menses ciere.

DIOS. DE Pseudobunio.i.falsa & mētiente bunio. Cap. cxvi.

p Seudobunion. Romani pariter græcis Pseudobunion uocant. Dodrātalis frutex in Creta nascitur: Napi quod bunion uocāt folia habet & ramulos: ea acria sunt: possuntq; cum aqua poti quatuor fere eius ramuli tormina: uessicæ stillicidia & lateris dolores finire. Quinetiam strumas discutit Pseudobunion cum sale ex aqua tepidum emplastri modo impositum.

INTERPRES.

q Vale Pseudobunion sit præter Dios. Plinium: cunctosq; alios qui oēs Napo similem tradiderunt nomen ipsum etiā indicat. Neq;.n. mentiri uerā Bunion; nec fallere carpentes posset nisi similis illi esset. Eaq; similitudine fallens falsum & mendax Bunion a græcis dictū est. monere aliud legentes in eo nō oportet. Peregrina.n. Italiæ herba: & ex Creta repetenda est. Noluimus tñ relinquere quod Dios. & Plinio in uiribus & medicina eius idem non est πλευρᾶς πόνους ἀφαιρεῖν hic ait: quæ uoces in cōi significationis æstimatiōe lateris dolores tñ indicant. At ille ait cōtra præcordiorū dolores bibi ramos Bunii: nō leui discrimine inter πλευρὰν καὶ ὑποχόνδρια. i. latus & pcordia: quemadmodum ex Anatome & partium humani corporis historia cognoscere facile est. Vtrinq;.n. latera præcordia aūt quo loco nouerunt omnes sunt.

DIOS. DE Terrestri Hedera. Cap. cxvii.

c Hamæcisson. Sunt qui Chamæleucen: qui sterilem hederā: qui Terræ coronam: qui Selinitin uocent. Romani siluaticā Hederam appellant. Folia hederaceis similia habet terrestris hedera; longiora tñ tenuioraq;. Ramulos dodrantales foliis plenos per terrā sparsos quinq; aut sex. Flores uiolis quas leucoia dicunt similes: minores tñ: egregie in gustu amaritudinis. Radix illi est gracilis & inutilis. Nascitur locis cultis. Contra coxendicis dolores trioboli pondere in aq̄ cyathis tribus quadraginta quinquaginta ue diebus folia eius utiliter bibunt. Quī etiam fellis suffusiones quinq; aut sex diebus pariter pota emendant.

INTERPRES.

s Imilem tñ nō cōgenerem hederæ Chamæcisson sua appellatione græci fecerūt; licetq; terrestrem & humi serpētem hederā ea uox significet; nō tñ hederam intelligere oportet: sed herbam cultis locis nascentem; hederaceis foliis neq; his tota figura. Fastigiant.o. in lōgitudinem quod in hedera nō fit. Spargit per terrā ramulos hæc suos nō plures quinq; aut sex; quēadmodū omnes tradiderunt. Nullos fert corymbos; ideoq; sterilis hedera a plerisq; dicta quondam fuit. Eadem terræ corona quōdam uocabat: qm̄ ramulos suos per eam spargens folioso ueluti serto terrā coronare uidet. Ea ob floris colorem Plinius ait uiolam albā existimari posse cū floret. Cæteri lutei coloris florem illi assignant; nec male forsitan: qm̄ leucoiorū uox quibus flores eius hic cōparat non albū magis q̄ reliquos eius floris colores indicat: eamq; ob causam uos seruata græcorū uoce uertimus uiolis quas leucoia dicunt similes eius flores esse.

DIOS. DE Chamæpeuce. Cap. cxviii.

c Hamępeucen latini pariter græcis Chamæpeucem dicūt. Facit ad lumborū dolores chamæpeuce; in quē usum cōcisa in aqua bibit. Sūt q herbā colore undiq; herbaceo describant foliolis ramisq; inflexis & tosco flore.

INTERPRES.

n Vlli inueniunt in græcis antiq scriptoris huius cōcordes in hoc capite codices duo saltem: tam male & infeliciter actū cū illis etiam in bonis artibus ex multo tpe est. Sed Chamæleucem alius tractandam in hoc capite proponit; alius pro ea Chamæpeucem habet; In aliis

nullū est hoc caput:in qbusdā cū Buglosso quæ sequitur & in extrema eius parte chamæleuce miscetur. Et præter id alii breuissime rem:longius alii absoluunt:tam confuso,intellectu & rei incōstantia ut qd reddendū nobis esset diu dubitauerimus. Accessit tandem anxiis animo Plinius monuitq; lib xxiiii.capite.xv.in ancipiti Chamæpeucē potius legendum esse:qm̄ qd̄ hic ait ποιεῖ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα ἐν ὕδατι λεῖα πινόμενα ille dixerit lumbo℞ & spinæ doloribus propria est: Eodem rei sensu & uerbo℞ ductu. Verisimileq; est ex his q̄ Plinius eadem Dioscoridi reddidit Chamepeucem legisse & hanc fuisse eius ætate capitis huius lectionem. Chamæleuces.n.aliæ uires & alia remedia sunt. Descripsitq; idem Plinius eodem loco Chamæpeucē Laricis foliis. Suspēdit animo nos tn̄ Paulus Aegineta lib.vi.nullibi tractata Chamæpeuce Chamæleucem describens: eāq; in tertio ordine calefacere:in primo aūt siccare dicens: quo fit ne pro cōperto cōstituere aliqd audeamus. Multis.n.iisdemq; magnis indiciis & auctoribus pugnatur:nosq; in tanta uarietate id elegimus qd latini scriptoris saltem deficientibus græcis auctoritate fetueref. Id certe non tacebimus uideri nobis non esse integrū Dioscoridis hoc caput. Quale ēt est qd̄ statim sequitur Buglossum.

DIOS. DE Buglosso. Cap. cxix.

Vglosson Magi felis genituram : Osthanes Zanuchi : Aegyptii Autucorinbesor: Aphri Ansanaphi: Romani Bouis linguam: bubulam linguā aut Libanion appellāt. Nascitur sabulosis & exæquatis in planiciem locis. Colligitur Iulio mense: feruntq; cōtra febrium in accessiōe cum tremore algores utilē: non tn̄ simpliciter: Sed ad tertianas eam quæ tres tn̄ caules protulerit totā cum radicibus ad tertias decoctam bibendam dant: ad quartanas uero quæ quatuor. Quidam ēt decoctum eius contra abscessus ferunt in uino utiliter bibi. Verbasco similia folia habet: & in terram decidua: aspera: nigrioraq;: bubulæ linguæ similia : quæ in uinum deiecta uoluptates animi & lætitiam facere creduntur.

INTERPRES

Iximus non multo ante in Cirsio qd alii de ea & Buglosso hac nostra ætate sensissent: diximus etiā qd nobis in ea re magis placeret & qbus coniecturis mutata inuicē duarū herbarū noia crederemus: Polliciti p̄terea sumus in Buglosso hac addituros esse aliqua: Quæ nullo modo alia sunt q̄ propēsiores cōtinue in eā partem fieri ut credamus quā ueteres Buglosson dixerunt nostræ ætatis Borraginē esse: Vtimurq; ad eā rem hac ēt coniectura q, M Cato. xl.capite operis sui de re rustica insitionem arbo℞ docens cū instituisset quatenus & q̄uo surculos inserimisse & circūligasse oporteat addidit. Insuper lingua bubula obtegito si pluat ne aqua in librum permanet: eā linguam insuper librum alligato ne cadat &c. Verisimileq; est in operiendo truncæ & insitæ stirpis rotunda sectione rotundiore potius q̄ longiore folio uti præcepisse. At Borraginis tale est. Eius uero quæ nūc Buglossus habet longa folia sunt: ideoq; operiendæ rotundæ stirpi minus apta. Scimus qdem non posse nec debere rem certā docentes tam incertis & ambiguis uestigiis niti: potuisseq; antiquos insitores illa ēt uti: qm̄ satis esset insitam stirpem quocūq; operimento a pluuia defendere: & quod primū inserenti se obtulisset luto palea aliisq; huiuscemodi uti. Non tn̄ negligendum qualecūq; id fuerit ignotæ rei uestigiū. Nec nos alio cōsilio id rettulimus q̄ ut haberent legētes hanc ēt eruscandæ ueritatis ansam: Scirentq; antiquæ Buglossi quā Cato omnesq; alii a boū linguis quas imitatur bubulam linguā dixerūt: hunc ēt fuisse in rustica re usum: In urbana aūt præcipuū quod in scriptore hoc postremū est: Deiecta in uinū Buglossi folia uoluptates animi & lætitiam augere: neq; ultra hunc usum Buglosso aliud multi faciendū ab antiquis scriptoribus tribui. Plinius.xxv.uolumine capite.viii. Sic de ea egit. Iungitur huic Buglossos boum linguæ similis cui præcipuū q, in uinū deiecta animi uoluptates auget & uocaf Euphrosinon: mox. xxvi. xii. capite. Buglosso inarescente. Siqs medullā e caule eximat: dicatq; ad quē liberandū febre id faciat & alliget ei septē folia ante accessionem aiunt a febre liberari. Quod amuleti potius q̄ medicinæ rōnem habet. Paulus itidem Aegineta in.vi.de Buglosso hæc tm̄ monet. βούγλωσσον ὑγρόν τε καὶ θερμόν ἐστι τὴν κρᾶσιν· ὅθεν τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενος εὐφροσύνην ποιεῖν λέγεται. Quod est. Humidum calidumq; temperamento Buglossum est. Eamq; ob cām uino iniectū lætitiam animi facere dicitur. Nec ultra hæc quicq̄ de Buglosso tradidit. Galenus ēt nihil dictis ab aliis aliud addidit q̄ tussibus & faucium asperitatibus utilem esse. Nullusq; non ex antiquis lætitiæ & uoluptatis spem in Buglossi usu legentibus proponit quod in Borragine nūc passim fert. Verisimileq; est quasi per manus traditā seu opinionē seu famā ad nos peruenisse & adhuc seruari. Non utimur ad hanc rē populari oino sensu & iudicio plebis: Nō tamē negligimus penitus. Quodq; nos magis urget Cirsii historia est in qua flores ἀκροπόρφυροι.i.in summo purpurei describunf: qui color p̄prius floris eius est quam Buglossum nūc passim uocant. Vrgent lōgiora folia quæ in Borragine decurtatæ rotūditatis sunt. At

dicet aliquis boum linguis simillior nostræ ætatis Buglossus q̃ Borrago est. Non negamus id: Verũ m̃ illud etiam monemus nescire modo nos quæ fuerit antiquis græcis comparationis huius rõ: & quidnam boum linguæ illi cõparauerint: uerbi cã asperitatẽ: latitudinẽ: colorẽ: lõgitudinẽ ue. Pro nostræ ætatis Buglosso longitudo p̃cipue & color est: Pro borragine contra tam multa hactenus numerata inditia: quæ diligentius cæteri ẽt excutient. Nos n. pro deprehendenda ueritate cogitanda aliis hæc tm̃ pponimus: Nec laboramus pro re: cũctis n. nota est: sed p medicæ materiæ antiqs nominibus & historia: quæ a posterioribus græcis in hoc capite male habita est. Credimusq; nos ex obseruatis hactenus non esse Dios. quæ a principio capitis longius legunt̃ usq; ad Verbasco similia habet folia &c. Quæcũq; n. a Serapione antiqua scriptoris huius interpretatione; & aliquot græcis Buglosso huic tribuunt̃ nulla alia sunt q̃ Verbasco similia habere folia: Folio in terram deciduo esse: eodemq; aspero & nigriore boum linguæ simili; idq; in unum coniectum lætitiam augere credi. Cætera nulla in antiquioribus græcoꝝ codicibus & latinis scriptoribus sunt. Et Plinius quæ nũc in scriptore hoc legunt̃ dandam esse. s. Buglossum hanc; quæ tres caules protulerit ad tertianas; q̃ uero quatuor ad quartanas non buglosso sed Cynoglosso tribuit. Verba eius sunt lib. xxv. cap. viii. Iungit̃ & Cynoglossos caninas imitãs linguas; aiuntq; quæ tres thyrsos seminis emittat eius radicẽ potam ex aqua ad tertianas pdesse: Quæ quatuor ad quartanas. Accedit his ẽt carpendi buglossi hanc Iulio mense præcæptũ: quem hic scriptor Romana uoce ἰούλιον uocat; quod in græcis antiqs scriptoribus nunq̃ aut raro inuenit̃. Dico aũt antiquos nõdũ penitus obliterata græcoꝝ re; qm̃ post Cæsares romanos latinis mensium appellationibus potius q̃ græcis suadente id fortuna eius gentis & maiestate usi oẽs sunt. Quodq; coniunctũ huic est non consueuisse Dios. tẽpoꝝ notas ex mẽsibus accipere; sed ex anni tẽpestatibus; uerbi cã Solstitiis: uere: autumno: hyemeq; & æstate. Scimus medicinæ hæc nihil aut paꝝ conferre. Sed nos herbariã tractamus: conamurq; in hoc scriptore minus corruptã saltẽ latinis eã reddere: qm̃ integram in tanta posterioꝝ incuria & imperitia impossibile est. Effugerat pene nos quod ad buglossum & Borraginẽ earũq; notas adhuc ptinet. Id huiuscemodi est. Cirsii Buglosso hic similia esse folia dixit: mediocriter hirsuta: lõgioraq; & albescentia: ĩ extremitatibus aculeata. Buglossi aũt φύλλον χαμαιπετές. τραχύτερον μελάντερον. Quod est. Folium in terrã deciduũ: asperũq; & nigrius Conferat̃ nũc cũ naturæ exemplaribus utriusq; historia: captasq; ex horto Buglossum & borraginẽ diligẽtius cõtemplemur. Mihi sane prior illa Cirsii historia nr̃æ ætatis Buglosso r̃ndere: Posterior aũt Borragini undiq; ur̃. Sunt n. Buglossi folia lõgiora q̃ Borraginis: albicant illa. Hæc contra nigricant; illa surgunt & per se stant in altum nitentia: Borraginis in terra iacent. Estq; illi pprium qd̃ hic ait χαμαιπετές i. humi stratum folium.

DIOS. DE Canina lingua. Cap. cxx.

c Ynoglosson. Sunt qui Phyton: qui Caballation: qui splenion: qui Scolymon: Romani Canis linguam: aut caninam linguam appellant. Folia latifoliæ plantagini similia habet: angustiora tñ minoraq; & lanuginosa: Sine caule canina lingua est; per terrã sternitur. Nascitur sabulosis locis. Concisa & cũ ueteresuillo adipe coacta eius folia rabidoꝝ canũ morsibus: Capilli defluuiis quę uocant alopecias & ambustis medent̃. Aluũ mollit elixa eadẽ & cũ uino pota.

INTERPRES.

c Anis linguã herbã nouit Ethrusca oĩs rustica plebs. Vtitur. n. ad ulcera & minora uulnera: Ostenditq; eã sine caule & paulo minus q̃ cũctis iisdem huic scriptori notis. Nascit̃ plerũq; inter uites; uiretq; tota hyeme. Nos eã sæpe uidimus folioso cespite radice pollicis humani crassitudine; albicãte colore: & supercurrẽte asperitate quã credimus noĩs & cõparationis ad caninam linguã cãm fuisse. Est. n. cani qualis plerisq; aliis animalibus Scobinæ modo asperior lingua.

DIOS. DE Phyteumate herba. Cap. cxxi.

p Hyteuma. Romani pariter græcis Phiteuma dicunt. Lanariæ herbæ quã Struthion uocant folia similia habet: minora tamen: Semen copiosum perforatumq;. Radicem longam gracilem in superficie terræ uirentẽ: quã ueneficiis amorum utilem aliqui tradiderunt.

INTERPRES.

p Oteramus exẽplo Plinii nihil Phyteumati addere: præfatiq; solũ quod ille ait: qm̃ sit usus eius tm̃ ad amatoria superuacuũ existimare aliqd̃ pea monuisse. Verumtñ non adeo insensi amoribus sumus ut utilem eis herbam negligere penitus cogitemus: sed pertinebit quod

monemus ad radicem eius: quam cæteri interpretes μικρὰν legētes exiguā aut breuē dixerūt. Nos antiquiorū in græcis codicū fidē secuti lōgā uertimus: μακρὰν n. in illis fuenimus Ignota nobis herba est: nfamis amorū ueneficiis: eáq; ob cām a melioribus neglecta: qui quod Naso ait sciētes philtra nocere animis & furoris habere uim ignorari quod bonis moribus obesset: uoluerunt.

DIOS. DE Leontipodio herba. Cap. cxxii.

Eontopodion. Sunt qui Zoonychō: qui Aetonychon: qui Camon: qui Damnameneo: qui Idiophyton: qui Phytobasiliō: qui Crossioo: q Crossophthoon uocant. Magi sanguinem crocodili siue crocomeriō. Aegyptii Daphnænes. Romani Mineruium siue Neumatus: siue Palladium: siue flammulā appellant. Digitalis herbula est. Foliola haber angusta: longitudine trium quatuor ue digitorū: hirsuta: ab radice lanosa & albicantia. In summis caulibus capitula suot quasi incisuris diuisa. Flores fert nigros. Semen habet: sed ob supetcurrentem illi lanuginem ægre deprehendi potest. Radix illi parua est. Feruntq; hanc amorum ueneficiis utilem corpoti adalligatam.

INTERPRES.

Sse Leōtopodio eandēm Camon: de qua Plinius. xxvii. uolumine capite. viii. negauit se q̄quam scripturū: qm̄ ad amatoria tm̄ usus eius esset: pro cōperto nobis ē. Vidimusq; nos antiquissimos & optimos græcorū codices: in q̄bus non Leontopodion: sed camos capitis huius titulus est. Habemus & uetustissimum longobardis litteris scriptum latinum Dios. in quo pariter non Leontopodion sed Camos est: iisdemq; omnibus hoc capite aliis. Sola in græcis & latinis tituli capitis: & plantæ appellationis diuersitas est: Magno argumento non differre leōtepodion a Camo nisi sola appellatione. Prosuit plantæ huic binominem esse. Periisset. n. tota nisi amisso altero noie superfuisset alterū quo indicaretur. Infamis amorū ueneficiis ea quondam fuit. Credimusq; nos Camon dictam quasi frenū. Est enim κημός græcis inter cætera reticulatum: aut ex uiminibus textū freni genus. De quo quotidie in Psalmo auditur: In camo & fremo maxillas eorum cōstringe: quo quemadmodum uinciuntur iumentorum ora sic in amore amantium animi retinerent: eoq; noie magis q̄ Leontopodii nota ab his qui pro religione bonisq; moribus amorū ueneficia hæc odissent exagitata appellationem eam in posterioribus amisit. Sequata tn̄ illi a diligentioribus altera est: auctusq; noium eius numerus: sed cūcta nostra ætate parū certam habent rōnem. Nec cur Mineruiū & Palladium a Romanis dici Leontopodion in Dios. legatur dicere nos audemus. Possemus q̄dē in compositis uocibus illis & simplicibus aliquid excogitare: sed sine auctore omnia essent. Et quā possumus nos: eandē poterunt legentes in eorū causis ēt coniecturam facere. Et hæc p leontopodio eademq; illi camo dicta hactenus satis sint. Relinquimus aūt cogitandum aliis: An scriptoris hui[9] Leontopodion hoc eadē sit qua Plinius. xxvi. uolumine. viii. xiii. &. xv. capitibus ad medicinam utitur. Amatoriis. n. hic utilem indicauit: & in eum usum solū cōmendat. Addimus & illud in historia eius præter dicta a Dios. ab aliis Camon siue Leontopodion malis appellare roseo flore describi: in quo folia albicent: quod uetu inter folia medium est nigrescat. Quin etiā herbæ ipsius folia quæ in caulibus altius pendent: in extremitatibus incisuris diuisa esse: & aliqua sui parte cū cādore rubere Quæ oīa periisse ex historia eius credimus dū ignorari ad amores accomodatā herbā aliqui uolunt: relictisq; huiuscemodi notis facile (qd' factū ēt est) posse id fieri crediderunt.

DIOS. DE Hippoglosso. Cap. cxxiii.

Ippoglosson. Sunt qui Antirrhinon: qui Anarrbinon: qui & hāc lychniden agrestem uocent. Romani pariter græcis Hippoglossum appellant. Exiguus frutex ē. Folia siluestri & teoui myrto similia babet. Aculeatam comam & in sūmo exiguas ueluti lingulas secus folia exeuntes. Creditur coma eius utiliter io dolore capitis adalligari. Malagmatis radix & succus miscetur.

INTERPRES.

Vsci quæ siluestris myrtus est folia hēe Hippoglosson omnes testantur. Ee nō adeo grādia sunt: & præter id in cuspidem acuminata desinont: eamq; ob causam siue magnitudinem sine equorū linguæ figuram in ea uoce intelligas: nulla in foliis rō eius erit Nec sic ēt ut in Plinio adhuc legit græcam p̄positionem hypo coniunctā linguæ a græcis fuisse credideris scriptoris

huius historiæ rñdebit. ἐπ' ἄκρου .n. id est in summo linguas exire hic ait παρὰ τοῖς φύλλοις . i. secus & sm folia: quæ hic intelligit in caule suprema: qui desinēs nō folia pfert: sed confertæ lanuginis potius q̃ foliosæ comæ in latitudinem se aperiens inuolucrum: non aliter q̃ in spicatis aliqb⁹ s..mi nibus & floribus fit. Differt tñ a spica q̨ rotundæ quatuor ue plerunq; angulis spicæ surgunt: in hac quod ultimum in caule exit: in latitudinē se explicat. Et qm̃ humanam linguam imitatur: ideo factō a græcis noie Hippoglosson quasi grandis lingua dicta est. Ex hæc nobis origo nominis & cā est. Quæ licet historiæ Plinii diuersa forte aliquibus uideatur. Ille n. ait. Et in iis ceu linguas folio par uo exeunte de foliis. Meminerint tñ omnes sequi nos græcos scriptores: præcipueq; hunc: & in uertendis uocibus eius quā debemus illi fidem præstare: qui ἐπ' ἄκρου παρὰ τοῖς φύλλοις pdire līguas ex hippoglosso dicens quod est in summo & sm folia: non ex foliis sed ex summo caule qua parte desinunt folia exire ea dixit. Id. o. ἐπ' ἄκρου aperte significat. Cæteræ appellationes ex similitudine aliqua uel importune illi accreuerunt: ideoq; non tractandæ a nobis. Verterunt in hoc capite cæteri interpretes Plinium secuti: quod in scriptore hoc est δοκεῖ δὲ ἡ ῥίζα ... περίαμμα εἶναι χρήσιμον κε φαλαλγοῦσι. Capitis dolorem corona ex comis eius imposita cōmiouit &c. Quodq; ī eo περίαμμα est coronam intellexerunt. Hūt sane ille grauem auctorem Plinium. Nec rō usus & remedii aliena est ut contra dolorem capitis imposita corona subueniatur. Verūtñ alia est περιάμματος in græcis & στεφάνου rō. Hæc per orbem capiti circūposita tuetur id aut ornat: illud corpori adalligatum præsertimq; ex collo suspensum amuleti & tutelæ tñ rōnem babet. Indicantq; id passim græci qui περιάμματα & περίαπτα unum idemq; genus appellant: quæcūq; s ad arcendas maloꝝ noxas aliqua corporis parte: præsertimq; collo adalligantur & suspēdunt. Indicatq; id uox ipsa. Neq; n. περιάπτεσθαι aliud est q̃ nexu appendere. Sit ne igitur Hippoglossi huius contra capitis dolores in corona: an in periammate remedium alii censebunt. Nos hæc diximus ne forte aliqs nr̃am ab illis diuersā æditionē demiretur. Secuti n. sumus auctores nr̃i uoces & eaꝝ cōem æstimationem.

περίαμμα στέφανος

DIOS. DE Antirrhino. Cap. cxxiiii.

a Ntirrhinon. Sunt qui Anarrhinon: quidam & hanc siluestrem Lychnidē uocant. Romani pariter græcis Antirrhinon dicunt. Anagallidi caule: foliisq; similis herba est. Flores habet purpureos uiolis quas Leucoia uocāt similes: minores tñ: eamq; ob cām silnestris lychnis nocata ē. Semē fert uituloꝝ naribus aspectu simile. Aduersari ueneficiis malisq; medicamētis adalligatū fert antirrhinon: uenustioresq; fieri & gratiā iuenire punctos eo ex lilino ligustrinoue oleo.

INTERPRES.

p Lures in græcis Anarrhinon q̃ Antirrhinon uocant: a uitulorū naribus: quarum figura semen est facto nomine herbam: Quæ folio paulominus q̃ hederaceo tota figura est: Flore qualis uiola purpurei coloris: ut nostræ ætatis herbarii ostendunt: qui deprehendisse nobiseam uidentur. Multi faciendum & in honore habendum Anarrhinon hoc erit: Siquod hic Pliniusq; & ante eos Theophrastus testati sunt ad gratiam & uenustatem homini pficiat. De eo Theophrastus libro. ix de plantarum historia his uerbis egit. εὔκλειαν γάρ φασιν ἀεὶ ποιεῖν τὸ ἀντίρρινον καλούμενον· τοῦτο δ᾽ ὅμοιον ἐστὶν ἀπαρίνῃ, ῥίζαν δ᾽ οὐκ ἔχει ... ὁ δὲ καρπὸς ὥσπερ μόσχου ῥῖνας ἔχει ... τούτου ἀλειφόμενον εὐδοξεῖν. Quoꝝ sit sensus. Gloriā enim ferunt continue antirrhinon facere. Aparine simile id est. Radicem non habet. Semen uituli naribus simile: & qui eo unguntur ad gloriam proficere. Quæ omnia iisdem fere uerbis a Plinio reddita sunt. xxv. uolumine capite. ix. Discrepāt tamen Theophrastus & Dios. aliquatenus. Ille πρὸς εὔκλειαν καὶ εὐδοξεῖν facere antirrhinon dixit. i. ad gloriam & honorem: hic ἐπίχαριν fieri eo perunctos: quod ad gratiam tantum pertinet. Plinius uenustiores fieri dicens Dios. potius q̃ Theophrastum secutus hac parte est. Comparauit Plinius etiam Anarrhini flores hyacintho non purpureis Leucoiis: magnitudinem eorum seruato colore indicans. Sunt enim uiolis illis minores: ideoq; hyacintho similiores.

DIOS. DE Catanance. Cap. cxxv.

c Atanancem. Sūt qui Damnamenen: qui Dionysiada: qui Thyrsion: qui Carnon: qui Crotion: qui Arcopodion uocent. Magi Archaras: Daci Crēpulam: Romani herbam filiculam: uel Iouis radium appellant. Duo catanances genera sunt. Habetq; alterum folia longa Cornicis pedis herbæ similia. Radicem gracilem iunceamq;. Capitula uero sex aut septem: in quibus Eruo simile semen est: quod cum siccatur ad speciem unguium exanimati milui cōtrahitur. Altē-

rum exigui mali magnitudinem habet. Radicem exiguam oliuæ magnitudine. Folia figura colore[q;] oleaginis similia: mollia per terrã strata: incisutis diuisa. Semẽ in uirgis exiguũ multis foraminibus terebratũ figura Ciceris. Ferũt utroq; genere uti ad amorũ ueneficia Thessalas mulieres: amoribusq; accomodatũ utrũq; esse.

INTERPRES

Amnauit Naso in amoribus suis Philtra & amorũ ueneficia oĩa: satisq; uno uersiculo qualia ea essent: indicauit cũ cecinit. Philtra nocent animis uimq; furoris habent. Damnauerũt & alii sapientiam inter gentes & bonos mores professi. Nullaq; ætas: non aliquem habuit q contra malas amorũ huiuscemodi causas pugnaret. Omnium aũt maxime a salutari exortu religionis nostræ Christiani principes & ecclesiæ auctores. Magicas uanitates quotidie & ubiq; exagitantes. In quibus perierunt quidem antiqua: sed aliunde noua irrepserunt: tam uana mortalitas est: & in amoribus affectibusq; aliis suis plus posse herbam q̃ formam: uirtutem: laborem: industriamq; & opam hominis credit Certioreq; spem ab anu: agyrte ue aliquo in uotis suis cõcipit: q̃ a natura muribusq; & industria sua. Libet hoc loco narrare quod factũ aliqñ est. Amabat Philippus Macedonũ rex puellam e plebe: facileq; impar amantis & amicæ fortuna morigeram regi eã fecerat. Dolebat id Olympias Philippi uxor: quæ plures cõiugi suo Alexandros parere cuperet: qm̃ nõ caperet uous tantam Maredonicæ fortunæ gloriã. Licetq; non sollicitu tm̃ timoris: ut idẽ Naso ait: sed multo magis in intercæpta debita sibi uoluptate grauissimi doloris plena res amor sit. Nihil tñ in alieno coniugis sui amore æque dolebat: q̃ q̃ audiret a uenefica puella amatoriis Philtris intercipi sibi uoluptates suas. Perireq; regis famam: perire fortunam: & agendarum rerum tẽpora. Eãq; ob cãm sibi & cõiugi consulens irata iussit clam domo extractã ad se puellã duci. Eo qdem aio ut carcere aliquo clausam: aut in longinquas regiones transmare relegatã male hẽet. Paruerunt regiæ uxori q busad mandatum fuerat. Productamq; ante se puellam: cõ speciosam: uenustam: igeniosam & undiq; amabilem cõtemplata hoiem homo esset: Mutato cõsilio tãta uis pulchritudinis & gratiæ est: hẽre illam in corpore suo Philtra: qbus oĩbus merito placeret dixit: Nec iam amplius coniugi suo aut illi irascebatur: cui quod sibi ẽt placeret tantopere placuisset. Hæc uera amoris ueneficia eẽ dicens: a natura aut si id absit ex se uirtute aliqua grãm & amoris cãm sibi fecisse: quæ omnia dicta ideo a nobis sunt: ne quis malis artibus potius q̃ uirtute aliqua amorem suum quibus optat conciliare conet. Habemus.n. oẽs si id excolamus quod ĩ nobis amabile sit: neq; camon catanãcen ue aut utiles philtris creditas herbas alias ob eam cãm per montes aut siluas quæsisse oportebit. Idq; intelligẽtes sapientiores multas huiuscemodi plantas adeo neglexerunt: & ut ab aliis ẽt negligerentur auctores fuerunt: ut incognitæ plures carũ nostra ætate sint. Factum aũt bene an male id fuerit cẽseodũ: aliis relinquimus. Quod ad rẽ nrãm pertinet: illud testamur corruptis maleq; habitis ob eam causam hoc loco capitibus aliquot inextricabiles oriri difficultates. Qualis ea ẽ ubi hic ait in altero Catanances genere μήλου μέγεθος ἔχειν. i. pomi magnitudinem hẽre. Caret.n. rõne herbam pomo cõparare. Eodẽq; loco ῥίζαν μικρὰν ὅσον ἐλαίας χύματικὴν χροιᾷ ἐοικότα ἐλαίᾳ. In quibus nullus erat uerborum certus sensus. Indicatq; id a singulari ad pluralem numerum nulla intercedente alia uocẽ transitus: nisi uaticinati omnes fuissemus de foliis agi eo loco. Verumtamen in cunctis græcis quos hactenus uiderim eadem lectio & eodem modo currupta est.

DIOS. DE Tripolio herba. Cap. cxxvi.

Ripolion. Sũt qui Psychen: qui Merida: qui Potamogetona: qui Stachyiten. Romani Caliumarem appellant. Nascit̃ maritimis locis: non tamẽ in arida: neq; in mari: sed quo fluctus peruenit & regreditur. Folia habet Glasto similia crassaq;: uerũ latiora. Caulem dodrantalem in summo se diuidẽtem. Fertur flos eius ter quotidie mutato colore uideri. Maturino enim albet: meridie purpurescit: uespere puniceo colore fit. Radix illi est cãdida: odorata: gustu feruida. Ea pondere duarum drachmarum pota per inferna aquas & urinam trahit. Carpit̃ Tripolium ad amuleta contra ueneficiorum noxas & Alexipharmaca.

INTERPRES.

Ogimur post tot secula amissis ueterũ scriptorũ cõmentariis antiquarũ obseruationũ & eorũ quæ in his diligentius tradita ab eis fuisse uerisimile est: ueluti post desectam messem Spicilegium facere Vtinamq; in reliquis græcorũ latinorũq; scriptoribus tuto id conari liceret nec miscuissent aliquando magni nominis auctores: quæ toto genere inter se differunt: decuratisq;

antiquis noibus inversis ue: aut aliorũ uicinitate cõmutatis nihil certum nobis reliquissent. Aiad-
uertit multo ante nos Nicolaus Leonicenus: cuius diligentia: iudiciũ & ingenium nunq̃ satis a q̃ullo
q̃ laudabitur: ui cinitate nominis decæptum Plinium Tripolium: quod nũc tractamus cum polio
iampridem dicto miscuisse: & quæ alterius erãt alteri tribuisse. Quod nos modo relinquimus di-
ctis ab eo id tantum adiiciẽtes non solum miscuisse ea Plinium. Verum in Theophrasti plãtis Ga
zæ eiusdem lapsus causam & auctorem fuisse. Qui in eo Tripolium legens plus Latino scriptori
quod mireꝛ aliquis q̃ græco græcus homo detulit. Quodq; in Theophrasto erat Tripoliũ polium
uertit. Theophrasti. ix de plantaꝝ historia uolumie: ad finẽ. Verba hæc sunt. καὶ ὥς φασι τὸ τρι-
πόλιον καθ' Ἡσίοδον καὶ μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι &c. Ille aũt uertit. Ad de po
lium quod Hesiodo & Musæo auctoribus ad oẽm rem seriam magoꝝq; faciendã perutile ꝑdicaꝛ.
Esseq; Tripolium nõ polium in Theophrasto legendũ multa indicant: presertimq; quod ꝓcedit
de Periaptis & Alexipharmacis. i. amuletis ab eo dictũ. Poterant utriq; quod dicimus multa osten
dere: quod scriptor hic. s. & quod Theophrastus testati sunt: sed oium euidentissime nomẽ. Neq;
.n. Tripolii uox aliud q̃ qđ ter uersatur mutaturq; significat. Quæ rara & miraculi instar in eo uis
est. Fueratq; hoc magis in Theophrasto & aliis optandum: q̃ quod ille ait. ἀλλὰ τὰ ἀληθέστερα καὶ
ἀπιθανώτερα τά τε τῶν περιάπτων καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς οἰ-
κίαις καὶ ὥς φασι τὸ τριπόλιον καθ' Ἡσίοδον καὶ μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι.
διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ σκηνὴν πηξάμενοι &c. Quoꝝ sensus est. Illa aũt minus credibilia & fa-
tui hoïs erunt. quæ de amuletis: & quæ ueneficiis aduersanꝛ tam corporibus q̃ domibus alligata &
apposita. Quemadmodum auctoribus Hesiodo & musæo dicũt Tripolium ad oia quæ digna stu
dio sunt utile esse. Eamq; ob cãm noctu erecto ꝓpe tabernaculo effodiunt. Et hæc Theophrastus
quo diximus loco. Coloris aũt mutationẽ cuius cãm docuisse decebat ad eas referri causas ut cre-
dimus oportet: quæ ab eodem de cõuersione folioꝝ: claudentibusq; se & dehiscentibus floribus q-
busdam referunꝛ. Quoꝝ oium una in sole cã est: ab eoq; credendum fieri in Tripolio tertiam per
diem coloris mutatioem. Quo.n. plus minus ue humoris impetu solis ex flore exuctum fuerit: eu
obscuriore dilutiore ue colore fieri credeodum est; mixtionibus.n. exceptis primis cæteri colores
constant. Diximos nos in extrema capitis clausura secari Tripolium Ad amuleta & cõtra ueneficio-
rũ noxas: contra alioꝝ interpretum æditiones: qui ex Plinio ad medicamenta quæ Alexipharma-
ca græci uocant: rem tm̃ cõtraxerunt. Nos non id tm̃ Alexipharmacoꝝ uoce significari hoc loco cre
didimus: qua uoce Nicander priuatim ueœnoꝝ remedia appellat: Sed Amuleta ẽt oïa & quæcũq;
fenestris hostiisue domoꝝ cubiculorũq; aut ante domũ suspensa uel apposita excantationũ uene-
ficiorũq; oium maleficia arcere credunꝛ. Quoniã & hæc Alexipharmaca quondã uocabantur: &
Theophrastos ut paulo ante præmõstrauimus Tripolio hoc uti homines tradidit εἰς τε περίαπτα καὶ
ἀλεξιφάρμακα τοῖς τε σώμασι καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις. Quod est ad Amuleta & Alexipharmaca in corpo-
ribus & domibus. Sunt aũt ut præmonstratũ a nobis est Amuleta ab amoliendo dicta quæcunq; su
perstitiose corpori adalliganꝛ: aut e collo suspendunꝛ ad arcendas oaturæ aliq̃n sæpissime aũt for
tunæ iniurias herbaꝝ radices: religione consecratæ præces: aut sideꝝ obseruatiõe factæ imagines:
& id genus mille alia. Alexipharmaca aũt quæcũq; ἀλέξουσι τοῖς φαρμάκοις. Est aũt græcis ἀλέξειν
pellere fugare & longius arcere. Pharmaca aũt non tm̃ ea significant: quæ uenena aut maleficio ue-
neni noxia bibuntur: sed excantationes: diras: execrationes: & quæ data iniecta ue alicui amare: fu-
rere: tabescere ue hoiem cogunt Hincq; φαρμακεύειν græcis uerbum est: & φαρμακεὺς qui id agit.
Hacq; tm̃ significatione Theocritus rusticã mulierẽ excantationibus huiuscemodi reuocantẽ ad se
quẽ amabat Pharmaceutriã uocauit: & ex ea carmẽ suũ inscripsit. Vtrũq; genus ob eam cãm cõple
xi: auctore presertim Theophrasto diximus carpi Tripoliũ ad amuleta & cõtra ueneficioꝝ noxas
& Alexipharmaca. Et si inclinet animus nobis prius: illud tm̃ Amuletoꝝ genus significari. Quos.n.
ille citat Hesiodũ & Musæũ auctores id potius q̃ ueneno ꝝ remedia docuisse uerisimile est. Lege-
baꝛ in hoc capite ẽt ubi de Tripolii foliis agitur male ξηρὰ quæ uox siccata uel arescentia significat:
quod in eoꝝ historia nullã habet rõnẽ. Nos ex melioribus græcis & ex Plinio qui. xxyi. uolumĩe ca-
pite. yii. folio satis crassiore Tripolium describit παχέα. i. crassa uertimus.

Amuleta

ἀλεξιφάρμακα

DIOS. DE Adianto. Cap. cxxyii.

Dianton. Sũt qui Polytrichon: qui Callitrichon: qui Trichomanes: qui
a Ebenotrichon: qui Argion: qui Coriandrum aquaticum uocãt. Aegyptii
Eper: Daci Phithophthetela. Romani Cincinnalẽ herbã: terræ capillũ: &
supciliũ terræ appellãt. Foliola hẽt Coriandro similia: exigua: & in extremitatib⁹ in
cisuris diuisa. Coliculos quibus ex ea exeũt nigros: extremæ gracilitatis; dodranta-
les: nitentesq;. Folia filici similia. Non caulem non florem non semen fert. Radix
illi inutilis est. Suspiriosis Adianti herbe decoctum unliter bibitur. Bibitur & in an

gustia spiritus : suffusis felle: lienosis: urinæ angustiis & calculos uesicæ frãgit. Si/
stit idem aluum: Succurrit & contra uenenato℞ morsus: destillationesq; in stoma/
chum in quem usum addito uino bibitur. Quin etiam mẽses & quæ a puerpio pur/
gantur trahit. Sistit sanguinis excreationes. Cruda uenenatorum morsibus empla/
stri modo imponit̃ herba. Capilli defluuia quas Alopecias uocant explet. Strumas
disiicit. Furfures & manantia capitis ulcera cum lixiuia exterit. Cum ladano autem
myrtheo ue & lilino oleo uel hissopo etiã: Addito & uino capillum fluentem com
pescit. Facit etiam ad omnes capitis & reliqui corporis furfures decoctum eius cum
lixiuia & uino: in quem usum eo absterguntur. Facit & ad Gallos Coturnicesq; pu/
gnaciores. n. eos reddit: cibariis eo℞ admixtũ. Ouibus utile Adiantum circa ouilia
ea℞ serit̃. Nascit̃ umbrosis palustribusq; locis: humentibus muris: & prope fontes.

INTERPRES.

Oronat interiores puteo℞ parietes & fontium margines Adiantum: & quasi sitiens quas tñ
c odit & respuit: pronus q̃rit aquas: Non aliter q̃ qui opes sedulus cõtinue querit & inuẽtis
miser abstinet. Miraculũ in eo Plinius id iactat: quasi nõ multa alia passim uideant̃: quæ
naturali corpo℞ dissociatione misceri simul quacunq; ẽt illata nequeunt. Ex eo nois illi causã
quam duobus uersiculis in Theriacis suis Nicander tradidit. Ea est huiuscemodi. λιχραῖς τ᾽ἀδίαν-
τον δ᾽ οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος λεπταλέη πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει. Quod est. Purumq; adian/
tum in quo nec descendente imbre minimũ e cœlo cadens stillicidium foliis insidet. Docuit idem
Theophrastos viii. de plantarum historia. τὸ, περὶ τοῦ ἀδιάντου συμβαῖνον· οὐδὲ γὰρ ὑγραίνεται τὸ
φύλλον βρεχόμενον οὐδ᾽ ἐπὶ πλεῖον ἐστὶ διὰ τὸ τὴν νοτίαν μὴ ἐπιμένειν ὅθεν καὶ ἡ προσηγορία. Quo℞ sen/
sus est. Et quod in Adianto accidit. Neq; enim madet soliũ eius aqua conspersum: neq; humoris ali/
quid in eo uestigium remanet. Vnde & nomen illi factum est. Plinius ẽt. xxii. uolumine capite. xxi.
Aliud adianto miraculũ æstate uiret Bruma non marcescit: Aquas respuit perfusum: mersumq;
sicco simile est: tanta dissociatio deprehendit̃: unde & nomen a græcis. Omniũ græco℞ latinorũq;
eadem in nois origine rõ & sententia est. Vox ipsa ẽt indicat. Neq; enim adiantum aliud est q̃ quod
οὐδιαίνεται i. non madescit. Testatus idem Plinius est Polytrichon & Callitrichon Adiantum dici:
Sed diuersa rõne: polytrichon q dem quia capilli defluuia explet. Callitrichon aũt quia eos tingit
& speciosiores reddit: utrũq; enim effectum habet. Theophrastus nihil ultra q̃ χρήσιμα εἶναι ἀμφό-
τερα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. Quod est. Vtilia ambo gña eius esse ad ex/
plendũ capillo caput ex oleo inuncta. Sequitur appellationes has Trichomanes quæ secũdo generi
de quo mox agendũ erit priuatim cõpetit. Succedit illi ẽt quæ in cũctis græcis pariter legitur. Ebe/
notrichon: ex qua nos credimus in latinis factum nomen quod in cõmuni usu est Capillus ueneris:
Id in antiquioribus inuentum hactenus a me non est. Dico aũt antiquiores Theophrastũ: hunc ip/
sum: Plinium: & his æquales alios: ideoq; oborta suspitio est ex corrupta uoce illa Ebenothricon
Veneris capillum factã fuisse. Be. n. syllabam græci ue pronunciant. Facilisq; potuit lapsus eẽ ab au
dito Euenotricho in ueneris trichas. i. capillum. Suspitionem tñ hanc non decretum uolumus esse.
Alioquin ex Ebeno quæ nigro colore est factum id nomen fuit: & ad Adianti trichomanisq; nigros
coliculos translatum: neq;. n. aliud Ebenotrichon q̃ Ebeni capillum. i. nigrum & quali colore Ebe/
nus est significat. Cæteræ adianti appellationes quæ in Dios. legunt̃ satis certam habent cãm & ori
ginem: ideoq; a nobis relinquuntur. Sed non relinquenda quæ Theophrastus eodem libro retulit.
γένη δ᾽ αὐτοῦ δύο· τὸ μὲν λευκὸν τὸ δὲ μέλαν. χρήσιμα δ᾽ ἀμφότερα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐ-
λαίῳ τριβόμενα· φύεσθαι δὲ μάλιστα πρὸς τὰ ὕδρηλά ὡς δὲ οἴονταί τινες καὶ πρὸς στραγγουρίαν τὸ
τριχομανὲς ποιεῖν· ἔχειν δὲ τὸν καυλὸν ὅμοιον τῷ ἀδιάντῳ τῷ μέλανι· φύλλα δὲ μικρὰ σφόδρα καὶ
πυκνὰ καὶ πεφυκότα κατ᾽ ἀντικρὺ ἀλλήλων· ῥίζα δ᾽ οὐχ ὑπάρχει· χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά. Quorum sũma
hæc est. Genera aũt eius duo alterũ quidem candidum alterũ nigrum. Vtrũq; tñ explendis in ca/
pite capillis utile: in quem usum ex oleo confricat̃. Nascuntur a quo sis locis & ut opinant̃ multi fa/
cit ad uesicæ stillicidia quod Triclomanes uocat̃: Habetq; caulem nigro adianto similẽ: folia par/
ua: densaq;: contrariis inter se pediculis pendẽtia: Radix illi nulla est: amatq; umbrosa loca. Et hæc
p adianto & Trichomane Theophrastus: quæ a Plinio iisdem fere uerbis reddita sunt quo dixi/
mus loro: longe diuersa ab his quæ Dios. tradit: qui Adiantum Coriandri folio describit: neque in
eo candidum aliquod genus numerat: sed nigris coliculis & hoc & Trichomanes describit. Sed nec
Theophrastus etiam in qua parte candidum id genus sit retulit. Verũtamen ut obseruasse licuit
& ex his quæ Theophrastus indicat totius generis nomen Adiantum est: Idq; statim diuiditur in
candidum & nigrum. Vocaueruntque candidum: quod comparatum alteri albicantibus foliis fit.

Quod

Quod enim ad coliculos pertinet totũ genus nigros habet: in candido tñ augentibus se coliculis cõtinue minus nigrescũt: desinũtq; in sũmo colore uiridi. Sed certius discrimẽ in foliis est: q̃ in nigro minora pennata & filicis mõ disposita sunt. In candido qualia in coriandro incertis interuallis prodeuntia: & in extremitatibus incisuris diuisa: Lõgius itidẽ candidũ nigro est: hancq; rõnẽ secutus Plinius ait. Duo genera eius candidius & nigrũ breuiusq;. Id quod breuius ẽ polytrichon aliq Trichomanes uocãt. Quæ mira est huius scriptoris historia: qui primo cãdidũ hoc Adianti appellatione mox nigrũ Trichomanis indicat. Non est difficile utrũq; inuenisse. Sed q͞m frequẽtius illud nascit: habetq; easdem huic uires: iõ notius & in frequẽtiore usu: Idq; tñ Veneris capillũ nũc uocãt: Facillime in Diosc. oĩa ĩtelliget q oculatus testis fide sensus ad ea utet. Neq;. n. dubitare poterit qualia in Adianto coriandri folia dicaut: & qũo ἐπ' ἄκρου ἐχισμένα: quæ alii interpretes ferrata & cacuminibus diuisa dixerunt. Cũ tñ impares folioꝝ incisuræ sint: & aliter sectæ q̃ in serra dẽtes: neq; in cacuminibus tm̃: sed undiq; per extremitates diuidant. Credimusq; nos q̃d in Adianti foliis legit filici similia abũdare: & ex altero genere ad historiã huius trãslatũ esse: ideoq; uitii nota eo loco adiecta ẽ. Nihil. n. filicis folio adiãtũ hoc simile hẽt: neq; si tota folia aut eaꝝ segmenta inuicem cõpares. Fuerat ob eã cãm aĩus duas tres ue illas uoces tanq̃ inutiles relinquere: sed in cũctis græcis latinisq; inuẽtas seruauimus: p̃sertim dicẽte Plinio utriq; ramuli nigro colore nitẽt foliis filicis. Verũ tñ ut pauloante p̃mõstrauimus nõ p̃nt simul coriãdro & Filici eiusdẽ plantæ folia cõparari. Suspicatiq; sumus & adhuc suspicamur nõ eẽ integrã primã huius capitis partẽ: periisseq; uoces aliq̃s q̃ certiorẽ totius Adianti historiã facerẽt: & q̃ nũc tã incerta legunt relliqas illius esse: q̃ trũcæ ĩtellectũ miscent: cogũtq; legẽtes incertis animis inter Adiantũ & Trichomanes eẽ. Sed qualẽ nos diximus pauloante ut credimus utriusq; historia ẽ. Adianti appellatiõe in mto hoc gñe antiqua medicina usa semp est: & q̃ generis ea uox est: & q̃ oĩs Adianti eædẽ uires ad oĩa sunt. Paulusq; Aegineta cũ de Adianto egisset de Trichomane nihil tradidit præfatus in Adianto dictum de eo fuisse.

DIOS. DE Trichomane. Cap. cxxviii.

T Richomanes. Sunt qui Pterion: qui Eupteron. Romani capillatẽ herbã: siue pinnulã: siue filiculam uocant. Sunt ẽt qui Adiãton & hoc appellãt. Nascitur iisdem locis filici simile: multo breuius. Ex utraq; parte folia deinceps habet: tenuia: lenti similia: contrariis inuicẽ pediculis in gracilibus nitentibus & nigrescentibus ramulis. Credit hoc etiam antedicto eadem omnia posse.

INTERPRES.

S Vspicari ex Trichomanis historia facile diligẽtioribus erit: quod pauloante dicebamus: Credere nos in Adianto uitiũ eẽ: relictasq; a librariis uoces mẽbrũ ue aliq̃d quo ille Theophrasti exẽplo totũ adiantũ diuideret: Trichomanesq; hoc nõ illud filici similia hẽre folia diceret. Huius. n. non illius iudice sensu similitudo ea est. Ideoq; Pterion quasi filiculam a q̃busdã dici Diosc. ait. Pterin. n. græci filicẽ uocant: cui folia similia pariterq; in ramulis nascẽtia hoc genus habet: Euterõ alii itidẽ dixerũt: q͞m pennatũ foliũ eius sit: nec aliter q̃ in alis auiũ pennæ folia deinceps in eo sint. Eas oẽs uoces imitati Romani capillarẽ quæ Trichomani r͞nderet: pinnulã q̃ Euptero: filiculã quæ pterio r͞nderet: dixerũt. Græci hoc genus a ui sua Trichomanes uocauerũt: q̃ raracute fluentẽ capillũ explet: & subnasci facit. μανὸν enim ea gens rarum uocat.

DIOS. DE xanthio herba. Cap. cxxix.

X Anthion. Sũt qui Phasganion: qui Antithesion: qui Caschanon: q Chæradolethron uocent. Sunt etiam qui & hanc Aparinen: Romani Lappã appellant. Nascitur pinguibus locis & siccatis æstate paludibus. Cubitalẽ habet caulem: pinguem: angulosum: & ex eo prodeuntia alarum caua multa: Atriplici folia æqualia: incisuris diuisa: Nasturcii odore. Fructum rotundum: grandi oliuæ æqualem: aculeatum: figura pilularum platani: tenaci contractu hærentem uestibus. Potest fructus hic anteq̃ penitus arescat lectus: tususq; & in fictili seruatus flauum capillũ facere siquis cũ eo uti destinauerit tryblii põdus ex eo sumẽs: tepidaq; aqua diluens nitro prius p̃parato, capite emplastri mõ imposuerit. Quidã tusum uino miscent seruantq;. Idẽ ẽt cõtra tumores utiliter emplastri mõ imponitur.

INTERPRES.

Plura Lappaꝝ genera: folio: semine & natali solo diuersa. Obseruatũq; a nobis est quæcũq; hamatis uncis aculeatisq; & uestiũ tenacibus seminibus plantæ sunt in græcis & latinis eodem aliq̃n noĩe in-

dicari: in illis aparines in nostris lappæ. Quæ ueluti gñis uox omnibus his est. Inter eas & Xanthion hæc est numeratis ab hoc scriptore notis satis cognoscenda: sic dicta a græcis ὅτι ξανθὰς τρίχας ποιεῖ. i. flauũ capillum facit. Habet & alias appellationes sed nobis parum certas: & ob id aliis relictas. Circa rusticas domos pingui ut hic ait sed frequentius humido solo nascit. Idq; est quod hic ait arescentibus paludibus. Paludes. n. appellat loca ẽt in quibus per hyemẽ aqua fuerit æstate uero aruerint. Omnium aũt notarum quæ Xanthio huic a Dios. tribuũtur nulla certior fructu eius est. Dico aũt fructum lappam in qua semen est: quẽ figura grãdis oliuæ & aculeatũ hic describẽs facillimam eius deprehensionem fecit. Sed nihil frequentius præmonstratis nascitur locis.

DIOS De Aegylope herba. Cap. cxxx.

Egylopen. Sũt qui Sitospelton: qui Siphona: qui Bromõ. Romani Auenam dicũt Herbula est folia tritico similia habens: Molliora tñ. In summo aũt capite gerit duo triaue colore rubro semina: inter q̃ aristæ ueluti capilli exeũt. Sanat herba eius cũ farina emplastri mõ ĩposita oculoꝝ fistulas quas Aegylopas uocãt. Durities eadẽ discutit. Seruat succꝰ eiꝰ ad eadẽ farinę mixtꝰ tũ siccatꝰ.

INTERPRES.

Quiuoca in græcis ad Auenã cũctis notã & obiq; nascentẽ frugẽ: & eam quã mõ tractamus herbam Aegylopis appellatio latinis aliquot ut uĩ presertimq; Plinio & posterioribus græcis miscendi cã fuit quæ alioqn separanda & in diuerso gñe cõstituenda fuerãt. Idq; nõ leui periculo usus: & turpi rerũ ĩcertitudine factũ est. Qui. n. poterit pro aoena fruge mõ cognosci quæ hoc capite a Dios. describitur Aegylops: duobus tribus ue seminibus in sũmo rubentibus & inter ea exeuntibus aristarum modo capillis: quæ secũdo uolumine ab hoc ipso scriptore Bromos dicta descriptaq; est: pendentibus in sũmo paruolis ueluti locustis duplici crure diuaricatis: in qbus semen: quæ tota auenæ frugis pictura & ꝑsens imago est? Qui ẽt poterit idem utriusq; usus esse: cum huius ad oculoꝝ fistulas quas Aegylopas dicunt præcipuus usus tradatur: illiꝰ ad pultes quæ tussientibus inseruiant? Qui ẽt poterit nõ imperitus medicæ materiæ hñi Paulus Aegineta antiquus & medicinæ grauis auctor seorsom de utraq; agens? Bromonq; similẽ hordeo oiribus tradens: Aegylopẽ uero discutiendi uim hñe? Pluraq; alia quæ lõgius repetenda mõ non sunt. Satis. n. est ut diuersæ sint & cõstituant plãtæ Aegylops & Bromos historia & auctoritate eius scriptoris intellexisse. Quẽadmodũ in hoc ipso uidere facillimũ est: q inter fruges auenam describẽs Bromon eam uocauit: Inter herbas autẽ Aegylopa hoc loco numerans diuersam ab auena herbam non frugem descripsit. Qualis aũt auena inter fruges sit facile est secũdo uolumine uolentibus cognoscere. Qualis aũt Aegylops hoc loco cognoscenda erit. In cuius descriptione nihil est quod ad auenam frugem ptineat. At Theophrasto Aegylops multis locis nulla alia q̃ auena ẽ: & quæ ab eo illi tradunt frugi nõ herbæ cõpetere uident. Nolumus nunc nos in ambigua re tanq̃ de comperta agere. Quæ enim de Aegylope ab eo octauo de historia & qnto de causis plãtarũ dicunt: huiuscemodi sunt. ἀλλ' ἴδιον γοῦν τοῦ βολβοῦ λέγεται, τὸ μὴ ἀπὸ πάντων βλαστάνειν ἅμα τῶν σπερμάτων ἀλλὰ τοῦ μὲν αὐτοετές, τοῦ δὲ εἰς νέωτα, καθάπερ τὴν αἰγίλωπα φασὶ καὶ τὸν λωτόν. Quorum sensus est. Sed ꝓpriũ hoc bulbi est nõ nasci simul ex totis seminibus: sed alteram eius partem eodẽ alterã sequenti anno: qualẽ Aegylopem dicunt & lotũ. Quod Plinius. xxi. uolumine: capite. xvii. reddidit. Mirũ loton herbã & Aegylopa nõ nisi post annũ e semine suo nasci: quod aliqui rusticaq; presertim plebs auenæ frugis ꝓpriũ credũt esse. Idẽ Theophrastus qnto de plantarũ causis cũ ageret de pestibus & inioriis frugũ ait καὶ ὅσα δὴ συγγεννᾶται καθ' ἕκαστον σπέρμα οἷον αἶρα καὶ αἰγίλωψ ἐν πυροῖς καὶ κριθαῖς. Quod est. Et quæcũq; singulis seminibus cõnascunt ueluti loliũ & Aegylops in triticea & hordcacea segete. Qui locus a Plinio ẽt lib. xviii. capite. xvii. his uerbis redditus est. Triticũ simili mõ æra & hordeũ festuca q̃ uocat Aegylops. Quã fœliciter aũt ab eo uersum id foerit poterunt uolẽtes collatis Theophrasti græcis uocibus cum latinis eius uidere. Nos illud monemus festucã nõ frugẽ Aegylopa a Plinio nũc auenã dici; quæ nihilominus pauloante auena ab eodem dicta fuerat. Videtorq; uagus in græcorũ Aegylope nũc frugem nũc herbã describere. Suspicet merito aliqs ẽt Aegylopa frugẽ auenã esse Galenũ primo de alimẽtis dicentẽ audiens: In triticea & hordeacea fruge cũ ĩpedimẽto aliquo infœliciter egerit in loliũ alterũ: alterũ in Aegylopẽ sæpe mutari: qđ passim in re rustica & agrorũ disciplina iactat. His multisq; aliis ceterũ scriptoꝝ decretis & auctoritatibꝰ facile receptũ ẽ Aegylopa ĩter fruges auenã ĩdicare Nec nos in re q̃ iãpridẽ tantope inoleuit cõtra niti decreuimꝰ: & si nõ desint qbus ꝓbare id liceret: Sed qđ ꝓ Dios. auena & Aegylope dicimꝰ huiuscemodi ẽ. Auenã frugẽ Bromon illi ẽẽ: traditũq; de ea iãpridẽ secundo uolumine fuisse. Aegylopẽ uero herbã oĩbus facile cognoscẽdã eẽ si in naturæ cõtẽplatione diligẽtiores fuerimꝰ: & quas hic illi tribuit seminis in sũmo coliculo nũeri & coloris notas obseruauerimus. Cubitali fere altitudine colicul⁹ ex foliis q̃ i sũma radice sũt exit ægylops: primũq; florẽ i cãdido rubẽtẽ ꝓfert mox cũ defloruit capillamẽta potiꝰ q̃ aristas molles ꝓciduasq; mittit ĩter grana semi

nis ꝓdeuntes

nis pdeütes duo triaue ut hic ait sed frequētius tria cū maturescūt rubentia maioꝝ locustāꝝ corneis oculis sītia femina illa sunt; nec minus nitēt. Quoq; in punicis grana ēt tactu hærent eodē & in capso Aegilopis femina illa: Nascit macro terreni gñe; frequētiss. ma in uineis. Inuenit tñ & in triticea hordeaceaq; segete: quæ causa ēt fuit ut eodem noie & hæc & auena indicatæ fuerint. Plinius post ea quæ aliis locis dixerat & ex Theophrasto uerterat. xxy. uolumine capite .xi. ex hoc scripto re totam his uerbis descripsit. Et Aegilopas sanat eodem noie herba quæ in hordeo nascitur tritici folio semine cōtrito cū farina permixta impositaq; uel succo. Exprimitur hic e caulibus foliisq; pgnantibus dempta spica & in trimestri farina digerit in pastillos. Et hæc de Aegilope obseruata a nobis in græcis & latinis sunt. Relinquimus aūt cogitandum legentibus: An satis ad constituendam inter fruges Aegilopem auenāq; existimandam Theophrasti de ea historia sit. Quod .n. ad Plinium pertinet manifeste deprehendit frugem in Theophrasto Aegilopē existimasse in Dios autem herbā paulo antea nobis descriptā: Non esse aūt Dios. Aegilopa auenā historia eius apertissime indicat. Quæ .n. in summo eius duo triaue grana rubentia & inter grana illa exeuntes ueluti aristas hēt ueq; sunt in auena neq; esse pñt. At in Dios. legitur Bromon dici & a Romanis auenam Imperitoꝝ additamēta illa sunt. Ab his huic scriptori adiecta qui alteram illam Aegilopis significationē cum hac miscuerint & ubiq; eandem esse crediderint: propterea q hic ait tritici folio esse Aegilopem & Theophrastus ea tradiderit quæ paulo ante lōgius dicta a nobis fuerunt.

DIOS. DE Bromo herba. Cap. cxxxi.

b — Romon herbā. Sūt qui Siphonion: qui Acrospelton. Romani Auenam dicunt. Herba est Aegilopi similis. Natura & uis siccandi illi est. Decoctā igitur una cū radicibus in aqua donec ad tertias decreuerit per colū traiicito & mellis tantundem misceto. Coquitoq; iterum usq; ad liquidi mellis crassitudinem. Facit ad narium Ozenas: in quem usum linteolo imposita naribus superponitur. Potest & per se idem. Quinetiam tritam Aloem aliqui miscent: eoq; mō utuntur. Facit & cum siccis rosis in uino decocta ad oris grauεolentiam.

INTERPRES.

f — I descripta hoc capite Bromos herba in frugum gñe auena est ut in Dios. legitur Bis nec suo loco actum ab eo de ea fuerit: quod in scriptore hoc absurdū & historia medicinaq; eius indignū. Si in herbarū gñe equiuoca frugi est non dissimulabo ignorare me eā palā fateri: Barbarus in Corollario suo siluestris fere habitus hanc esse dixit multoq; ante inter fruges secundo uolumine dixerat: illic de grano & semine: hic aūt de herba tradi: discrimenq; obseruasse in prima eius nois syllaba ait; qm nunc per u nunc per ω scriberet. Nos in ignota re fidem penes auctorem uolumus esse. Nō tñ tacebimus nō legi hoc caput in antiquioribus & melioribus græcis Nec q nobis est uetustissimus latinus Dios. hoc hēt. Obseruauimusq; nos eiusdē fidei concordesq; in cūctis & hunc & illos esse magno argumento nulla quondā in Dios. fuisse quæ hoc capite leguntur. Non uerebimur & illud addere si diligentius capitis huius phrasis expēdat ab ingenio & usu uocū Dios longissime abesse uidebit. Quinetiam Paulus Aegineta oēm ex hoc scriptore medicam materiā percurrens unam tñ Bromon & eā frugem numerauit. Ob quæ inclinat animus nobis ut credamus adulterinū esse hoc caput: & a posteriore aliquo huic scriptori additum. Scio fore ut audacior multis in censura hac uidear: & contra alioꝝ oīum placita & codicū fidē petulantius de his censere: sed nihil timere nos persuadet studii huius nostri fides & cōsciā: q sine alioꝝ criminatione & rerum iactura suspitionibus faltē (qm forte alia rōne nō pōt) prodesse conatur.

DIOS. DE Glauce herba. Cap. cxxxii.

g — Lauca. Romani pariter græcis Glaucem dicunt. Cytiso aut lenticulæ folia habet similia: In quibus auersa pars candida; superna herbaceo colore est. Ramuli per terram serpunt quinq; aut sex dodrantales a radice prodeuntes. Flores illi sunt uiolis quas leucoia dicunt similes: Minores tamē colore purpureo. Nascitur prope mare. Ea cum farina hordeacea sale & oleo cocta: tum in sorbitione data extinctum lac nutricibus reuocat.

INTERPRES.

Eugalacton a copia lactis quā facit uocasse ueteres græcos Glaucē hāc testat⁹ Plinius ē i iisdem aut parū diuersis notis cā. xxyii. uolumine capite. ix. describēs. Nec alia figura nřæ ætatis herbarii cā ostēdūt. Relictū i historia ei⁹ id tñ ab hoc scriptore ē q folia i ramulis deinceps disposita sūt bina: contrariis pediculis & exiguis iteruallis pēnata. Legebat in hoc capite corrupte κλαιτα & ἀπὸ γῆς &c.

Quod est ut cæteri interp̃tes uertunt. Ramuli a terra. Id nos ueteꝝ græcoꝝ fide adiuti & rei necessitate admoniti ἐπὶ γῆς: quod est per terrã mutauimus. Fecimusq́ȝ id primũ auctore Plinio q aită Rami in terrã serpunt: sed multo magis ꝙ incõcinnum erat bis idem dixisse: primũ a terra mox a radice ramos exire. Satis. n. alteꝝ est: nec differt dixisse a terra & a radice aliquid surgere.

DIOS. DE Polygalo herba: Cap̃. cxxxiii.

p Olygalon. Romani pariter græcis Polygalon dicunt. Dodrantalis frutex Polygalon est. Lentis folia habet: gustu leniter acerbo. Credit̃ & hoc potum lactis abundantiam facere.

INTERPRES.

q Vam habet solam p̃tãtẽ Polygalon herba ipsum statim indicat nomẽ in quo sola est multi lactis significatio. Breuissime & hãc Plinius eodẽ libro sed capite. xii. descripsit. Breuis herba ea est: singulari caule: in quo bina folia deinceps figura lentis: ueꝝ maiora paruis interuallis prodeunt. In summo ueluti spicatum foliosum cacumen est.

DIOS. DE Osyride herba. Cap̃. cxxxiiii.

o Syrin. Romani pariter græcis Osyrim dicunt. Singularis surculus: niger & gracili uirga Osyris est. Idem lentore suo difficillime frangit̃. Circa eũ foliola sunt. Lini foliis similia a principio nigra: sed paulatim mutato colore rubescentia. Decocto eius fellis suffusiooes emendantur.

INTERPRES.

l Axandi iecur in medicina uires habere Osyrim ueteres græcoꝝ medici testati solũ sunt: In reliquo uitæ usu mulieribus cognitam herbã dixerũt quæ ad exterẽdam læuigandãq́ȝ cutem ea utebantur. Nominis cãm & originẽ nos ignoramus Nec scimus unde ex Aegypto in qua gente priuatim Osyris nõ cõtemnendũ tunc numen colebat̃ ad herbam transierit. Ostẽdũt hanc etiam herbã ii modo uera Osyris ea sit: intelligiturq́ȝ facile quæ hic ait folia a prĩcipio nigra mutato deinde colore rubere maturitate & quasi siccitate cũ cõtrahere colorẽ: q̃m superiora continue nigro colore uirent; Inferiora aũt quasi humore destituta rubente colore illo uidentur.

DIOS. DE Smilace aspera. Cap̃. cxxxv.

s Milaca tracheam. Sunt qui Hepatitim: qui Lycanthemon: qui Canis sentẽ: qui Anicetum: qui Heliophyton: qui Anatolicon: qui Dyticon: q Elidem appellant: Aegyptii Lyathe: Thusci Rhadia: Romani Merginã uocant. Folia habet Periclymeno similia: habet & numerosas uiticulas: graciles: paliuri aut catiroi sentis modo spinosas. Aduoluitur arboribus supra infraq́ȝ se circum agens. Fructũ fert uuæ: racemiq́ȝ modo qualis est quem græci Epiphyllida uocant eũ maturuit rubentẽ: leniter in gustu adstriogẽtẽ. Radicem habet durã: crassamq́ȝ. Nascitur palustribus & asperis locis. Folia eius & fructus contra letalia uenena prius postq́ȝ pota antidotum sunt. Traditum præterea est si tritum eorum aliquid nuper genito infanti bibendum detur: nullum illi postea nociturum uenenum.

INTERPRES.

t Ractata in Croco fabulosa Smilacis historia a nobis est. Fueruntq́ȝ tunc ex antiquis aliquot scriptoribus repetita quæ in Plinii & Nasonis lectione nouisse pro Smilace hac oẽs oporteret. Eo labore nũc & ut poeta ait fasce leuati: nec habentes quod illi aliud adiiciamus (Oĩa enim ex Theophrasto & Plinio Barbarus in Corollario suo coaceruauit) breuiores in cõmẽtatiõe eius erimus: Presertim nascente ubiq́ȝ inter stirpes & in sepibus Smilace: cunctisq́ȝ ob eam causam noto sarmẽtoso frutice. Cuius flos candidus est & egregie odoratus. Quæ duæ eius notæ in Diosc. non legunt̃ in deprehendenda stirpe non minus tot aliis ab eo numeratis necessariæ: quæ aut forte in hoc scriptore periere aut in uulgati stirpe neglectæ ab eo fuerũt. Nihil ꝓ cognoscẽda Smilace certius Theophrasti historia est quã multis toto ope locis sed lõgissime ad finẽ tertii de plã. histo. uoluminis tractauit. A quo didicisse facile fuit: quã nã hic i fruct⁹ descriptõe ἐπιφυλλίδα uocat & nos uertim⁹ racemi mõ quẽ græci Epiphyllida dñt: q̃m latina illi uox reddi nõ poterat. Eã alii interpretes

ἐπιφυλλίς

terpretes parum curasse uidentur: alioquin præcipua est Smilacis nota. Nec sine causa Theophrastus quo diximus loco ait καὶ κατ᾽ ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τὸν καυλὸν &c. pluribus quidẽ sed certioribus uerbis rem describens. Pro qua sciendum est Epiphyllidem a græcis dici ultimũ in summo uitis palmite racemũ: Qui plerunq; paruus rarisq; acinis sero maturescit quoniam postremus cõcæptus est. Ideoq; inutilis & in uindemia plerũq; neglectus. Diffiniuntq; græci Epiphyllidem βοτρύδιον μικρὸν ἐπὶ τέλει βλαστάνον. Quod est. Racemulum paruũ in sũmo germinantem. Testis eius significationis Aristophanes in ranis suis est de poetis aliquot dicens. ἐπιφυλλίδες ταῦτ᾽ ἐστὶ καὶ σωμυλματα. Quod est Epiphyllides hi sunt & dicaces. Quo loco interpres eius auctore Callistrato aliisq; ait τὰ ἐν κορυφαῖς τῶν κλημάτων βοτρύδια. i. in cacuminibus palmitũ racemulos sic uocari quoniam nõ sub foliis ut alii sed ἐπὶ τῶν φύλλων. i. supra folia nascãt. Et quoniam smilax hæc racemosum fructũ in summo palmite fert: ideo hic ab Epiphyllidibus his accæpta comparatione rem indicauit. In quo animaduertendum & illud est auctore eodem Theophrasto fructũ ẽt a lateribus uiticularum ferre smilacem: Sed præcipuũ & oĩum speciosissimum in sũmo palmite & nihilominos oẽm Epiphyllidi similem esse. Poterant dici & alia multa: sed paulominus q̃ omnia a Barbaro collecta ante nos fuerunt & nos ambitiosius fore credimus si ab aliis dicta a nobis dicerentur.

Epiphyllus

DIOS DE Leni & sine aculeis smilace. Cap. cxxxvi.

Milaca læan. i. Smilacem sine aculeis. Romani pariter græcis Smilacẽ non aculeatam dicunt. Hederæ similia hẽt folia: molliora tñ tenuioraq;: & maiore læuore. Viticulas itidem antedictæ similes sed aculeis carentes. A duo luitur & hæc ut antedicta arboribus. Fructũ fert lupino similem: nigrũ: paruumq;. Supra quẽ numerosi colore cãdido per totã smilacem orbiculati flores exeũt. Scenæ tabernaculaq; smilace hac æstate fiunt. Autũno folia amittit. Eius semen cũ dorycnio & utrũq; triũ obolorum põdere potũ multa & tumultuosa isõnia facere creditur.

INTERPRES.

Vatuor in scriptore hoc: & in reliquis græcis smilacis genera numerantur. Verum duo hæc primo per se & uere smilaces dicunt. Quæ. n. secũdo uolumine a Dios. tradita & hortensis dicta ab eo & ab aliis est: Ex eadem ui uestiendi sepes murosq;: & ut hic ait scenas faciẽdi in cẽsum & nomẽ harum uenit. Licetq; hederaceo folio illa ẽt describatur: fructu tñ & semine penitus diuerso est. Hæc. n. lupinis illa fœnogræco cõparatur. Præterea in censu medicæ materiæ q a Paulo Aegineta sexto sui operis uolumine tractatur quatuor eodem noĩe smilaces numerantur: Asperam hæc & sine aculeis alteram quas Galeni exemplo Milaces non smilaces & ipse uocat: quemadmodum in croco nos ẽt diximus: Tertiã hortẽsem illã cuius fructus lobia. i. siliquas uocari & hic & ille ait: Quartã postremo Taxũ arborem: quã aliqui per. y. discriminis cã scribi uoluerunt. De qua dictũ a nobis hoc ipso uolumine fuit: totaq; smilacũ oĩum in antiquis græcis historia hæc est. Nec cõtra codicũ oĩum fidem: ueterũq; medicorum auctoritatẽ nouare aliquid nos audemus. Nõ tamen credimus legentibus fore inutile monere eos: dubitasse nos & adhuc aĩo pẽdere: hortensem illam lenemq; & sine aculeis eandem hãc esse: & pro una duas in hoc scriptore legi. Vtimurq; ad hanc dubitationẽ his cõiecturis. Vtraq; hederaceo folio describitur. Illa graciles caules & clauiculas qbus propinqs fruticibus se implicet: Hæc uiticulas eiusdẽ rei significatiõe hr̃e dicitur. Illa multo incremẽto augetur eousq; ut scenas & tabernacula faciat: Idem & hæc facere traditur. Illa semen hẽt δυσόνειρον idest insomniosum: hæc ἐνύπνια πολλὰ καὶ τεταραγμένα. i. multa & tumultuosa isomnia facere dicitur. His nos cõiecturis & obseruatiõibus moniti dubitauimus eandẽ eẽ & pro una duas numerari. Sed tanti apud nos merito est ueterũ medicorum auctoritas ut eos sequi potius q̃ solus importune sapere uoluerim: presertim uocãte Plinio aliquot locis hortensem illã græcorum exẽplo siliquã: Dico aũt græcorum exemplo quoniam illi discernẽtes eã ab aliis smilacẽ quidẽ proponũt: sed statim addũt cuius fructus siliqua uocatur. Verisimileq; est hortẽsem illã in Smilacũ nomen ut diximus sola similitudine trãsisse: & hæc pro smilace omni satis dicta hactenus sint: meminerintq; legẽtes quã nos mõ tractamus frequentiorẽ esse & in usu coronarũ quondã ob floris speciem & odorem fuisse.

DIOS DE Rusco quã siluestrẽ myrtũ græci uocant. Cap. cxxxvii.

Ytsinen agrian. i. siluestrem Myrtum. Sunt qui Myrtacantham quasi aculeatam: qui Hieromyrton quasi sacram: qui Oxymyrsinem. i. acuminatam myrtũ: qui Myacãthã. i. Murinã spinã: qui Agonon: qui Scingũ: qui Minthen: q Catãgelõ: q Anãgelõ: q Acorõ: q Ocnerõ: q Cinen: q Lichenẽ: q Chamæpytin: q Chamæmyrtũ q̃si humilẽ & terrestrẽ myrtũ appellent. Boetii Gyreniada:

Magi Herculis genituram. Romani Ruscum uocant. Myrto simile folium habet: minus tñ: lanceæ figura: in sũmo acuminata cuspide. Fructum fert in medio folio hærentem: rotundũ: cum maturuit rubẽtẽ ossea intus duritie. Ramulos uitiliũ modo lentos numerosos: ab ipsa radice statim: infragiles: cubitali longitudine: foliis plenos. Radicem gramini similem: sapore acerbo amarescenteq;. bibuntur in uino folia fructusq; ad ciendas urinas: ducendos menses & frangendos in uessica calculos: prosunt eadem fellis suffusionibus: urinæ stillicidio & capitis doloribus. Nascitur asperis locis & præruptis rupibus. Potest idem & radicis decoctum cũ uino potum. Quin etiam noui eius caules pro asparagis olerum modo eduntur: amaritudinem tamen habent: sed urinam cient.

INTERPRES.

Vscum notisse omnibus facile erit tam certas in scriptore hoc eius notas ruri inter sepes & rupes obseruãtibus. Potuit cuspidatus magis q̃ spinosus frutex in usu medicinæ aliquo & sanitatis quondam ut hic ait fuisse. Nunc in nullo honore est. Aliquibus locis tñ scopæ ad purganda pauimenta ex eo fiunt. Pueri et rubentes baccas ex foliis eius decerpentes ceu corallis per ludum se illis ornant. Rustica postremo plebs in carnario suspendit: tueturq; eo a murum iniũ pernas & casei sui fiscellas. neq;. n. acuminata in cuspidem folio2 eius cacumina penetrare animalia illa audent: Quam ob cãm myacantham. i. murinam spinam dictam fuisse etiam credimus Ethruria certe modo nonaliunde sacto nomine appellat. Theophrastus etiam præter hæc lib. iii. de plantarum historia [illegible]. i. cuspidatam myrtum uocauit.

DIOS De Laure Alexandrina. Cap. cxxxviii.

d Aphnen Alexandream. Sũt qui Idæam Laurum: qui Danaen: qui Hypoglotton: qui Zaleã: qui Stephanen: qui Daphnõ: qui Samothraciã Lau2: qui Mythrion: qui Hypoglossidion uocent. Romani Laurũ Alexandrinã dicunt: Folia Rusco similia habet: minora tñ molliora & candidiora. Fructũ in mediis foliis fert: rubentẽ magnitudine ciceris. Ramulos per terrã spargit dodrãtales & aliqñ maiores. Radicem rusco similem: maiorem tamen: odoratam: mollioreq;. Nascitur montanis locis. Succurrit in difficili puerperio pondere drachmarũ quinq; pota cum dulci uino radix eius. Succurrit & stillicidio uessicę & menses trahit.

INTERPRES.

u Idimus aliquando ex Gallia in Italiam aductum hominis in natura mõstrũ: Quod per urbes ad spectaculum quæstus causa a plerisq; circũferebatur. Id puer nõdom plenæ pubertatis erat: cui ab anteriore parte inter imum pectus & umbilicum eiusdem sexus paulominus q̃ integer alios pendebat homo: alterius illius & integri ex quo pendebat tertia fere pars. Caput illi tantum & superiores humerorum partes deerant: Quæ ueluti insitione quadam in integro illo latentes tam apte quo diximus loco coaluerant ut sine labore uitæq; tædio duo simul paulo minus q̃ tota corpora in uno homine uiuerent. Brachia incœpta illi tantum uidebãtur: reliquũ undiq; integrum corpus erat: Quod ad alterius sensus necessitatesq; omnes etiã moueretur. Simile illi Alexandrinæ Lauri folium est. Habet enim integræ quantitatis folio supernatum a superiore parte paulo supra longitudinis dimidium minus aliud folium: quod ueluti monstrũ aliquod in eo supernascitur & uiuit: eiusdem excæpta magnitudine prorsum figuræ: Neq; ab re hic utrũq; hoc foliũ Rusci foliis cõparauit: acuminata enim sunt: folaq; ut hic ait magnitudine mollitieq; & candore differunt. Habet præterea Alexandrina Laurus hæc aliud quod Rusco simile sit ἐπιφυλλόκαρπος. n. ut Theophrastus ait. i. in foliis contra aliarum stirpium naturã fructũ fert. Quod hic breuius indicauit dicens. καρπὸς δὲ ἐν μέσοις &c Nosq; uertimus fructum fert in mediis foliis. In quo animaduertendum est fructum ferre Alexandrinam hanc Laurum: in medio quidem folio quemadmodum & ruscus: non tñ simpliciter ut ille sed in geniculo alterius eius folii qđ nos maiori folio super nasci diximus. Illic. n. hæret fructus: eamq; ob cãm potuit hic scriptor ἐν μέσοις dicẽs nõ media folia sed inter folia mediũ nasci fructũ testari. Quẽadmodũ Theophra. li. i. de plãtarũ historia his uerbis indicauit καὶ ἔνια καρποφόρα μεταξὺ περιειληφότα τὸν καρπὸν ὥσπερ ἡ ἀλεξανδρεία δάφνη. Quod est Sũt & folia quædã fructum ferẽtia & inter se fructũ amplexa qualis Alexandrina Laurus est. Inter se fructũ amplexa ait paucis qđ dicimus manifeste indicans Esse autẽ

ἐπιφυλλόκαρπος

Alexandrinam

Alexandrinā Laurū ἐπιφυλλόκαρπον. i. in foliis ferre fructū pluribus locis testatur Teophrastus idem: pſertimq; .iii. de plantaꝶ historia uolumine. Idæa Laurus ēt dicta hæc ab Ida monte est quo loco speciosior & copiosior forte nascitur. Stephanon itidem. i. coronā ꝙ pro lauro ad coronas for te uteretur: Credimusq; nos Alexandrinā Laorum dictam ꝙ Alexander uictor ea usus fuerit & si Plinius Daphnoidi id tribuat. Sciendū illud ēt inueniri aliqñ in ea simplicia folia quæ superna-rum alterū illud minus foliū non hñt. Sed steri lia ea sunt: Manifesto agumēto supernasci alterū illud foliū fructus cā. Hypoglotton & hypoglossidion uocari a qbusdam eandem hic ait. Idē mo-nuit & Plinius. Factūq; id nomē a lingua est; nec aliud significat ꝙ quod sub lingua habeſ aut hu-iuscemodi quodpiam. In quo nō facile persuaserit mihi aliquis a similitudine humanæ linguæ di ctam fuisse. Acuminato .n. mucrone folia eius sunt: a qua figura longe humana lingua abest. Quo fit ut credamus potuisse quondā sic dici qm̄ ad siccandā linguæ nimiā humiditatē in pueris forte uterenſ. Est .n. illi acrimonia & calefaciēdi uis. Id tñ in antiqs hactenus inuentū a nobis nō est. Ve-rūtamen scimus insubres aliasq; gentes aliquas in balbutientibus pueris uti ea: iuberiq; sub lingua habere mares duplex eius folium & fœcundum: simplex uero & sterile illud fœminas. Veruntamen ut diximus in græcis nullum eius usus habemus auctorem.

DIOS. DE Daphnoide. i. Laureola herba. Cap̄. cxxxix.

Aphnoides. Sūt qui a speciosa folioꝶ pulchritudine Eupetalon: qui Chamædaphnēq; Peplion uocent. Romani pariter gręcis Daphnoides dicunt Cubitalis frutex est. Ramulos habet multos: a medio in superiorem partem iunceo lentore flexiles: in quibus folia sunt. Cortex ramuloꝶ eoꝶ egregii lētoris est. Folia lauro similia habet: molliora tamen ualidioraq;: nec facile fragilia erodente & feruido in ore & faucibus sapore. Flores candidos. Fructū cum maturuit nigrum. Radicem inutilem. Nascitur montanis locis. Ducit per inferna pituitam recens siccatum ue potum Daphnoidis folium. Vomitiones idem & menses cit. Quinetiam cōmanducatū pituitas oris purgat. Sternutamenta itidem cit. Purgant etiam feminis eius pota grana numero sexdecim.

INTERPRES.

On Laurum sed lauri formā & spēm: neq; eam toto corpore ueꝶ in foliis & fructu tm̄ habentem herbā græci Dapnoides dixerunt. Plinius præter nomina quæ in Dios. leguſ Stephanon. i. coronā Alexandri uocari ēt dixit. Nostræ ætatis peritiores herbarii hanc priuatim Laureolam uocant: Ostenduntq; Laurinis foliis surgentem a terra surculosum fruticem confertis coaceruatisq; sub foliis seminibus quæ laurinaꝶ baccarum figura sunt: nigris: ut hic ēt ait in maturitate Florem uidere nō licuit. Eamq; ob cām nihil pro cōperto de eo testamur: Sed euidentibus naturæ cæteris notis uerisimile est respōsuros ēt & flores. In qbus damnauimus nos & explosimus quod a capitis pricipio statim legebaſ Alypo simile Daphnoides: & florem nymphææ habere: & quod seqtur: in medio floris esse cono simile qddam: in quo semen: qm̄ non uiderent Daphnoidis historiæ: & nullibi in antiqssimis græcis & Latinis ea legerenſ: Et paulopost de flore eius legitimo loco ageretur. Nasci multū Daphnoides hoc Teophrastus in Arcadia testatus est. Numeraturq; ab eo inter ea quæ præcipuam purgandi uim hñt. Quod hic ēt indicat monēs per aluum pituitas ducere: uomitiones ciere: mensesq;: & cōmanducatū pituitas oris purgare. Quinetiā sternutamenta facere quæ omnia eiusdem potestatis sunt.

DIOS DE Chamædaphne. i. humili & terrestri Lauro: quam Latini uincamperuincam. Cap̄. cxl.

Hamædaphnen. Sūt qui & hanc Alexandrinam Laurum: qui Daphnitin: qui Hydragogon: Galli Vsibim: Romani Laureolam siue lauraginem uocant. Virgas ex se profert: singulares; nullisq; ramulis cubitales: rectas & cū læuore graciles. Laurinis hui⁹ ēt folia siīa: maiore tñ læuore uiriditateq; sunt. Fructum fert rotundum: rubentem: foliis adnatum. Capitis doloribus & æstuanti stomacho concisa eius folia emplastri modo imposita succurrunt. Sedant tormina cum uino eadem pota. Quin etiam potus cum uino succus eius menses & urinas trahit. Idemq; in pessulo appositus præstat.

INTERPRES.

h Vmilis & terrestris Laurus Chamædaphne est sola folioꝝ similitudine græcoꝝ adoptione in nomen Lauri & honorem adscita: topiaria herba si Plinio credimus: & a latinis herbaris sua ætate uinca peruinca appellata. Quæ si ea est quam Ethruria nunc uincam herbam uocat qua defunctæ uirgines in gente nostra ad sepulturã coronatæ efferunt: & qua familiæ apud nos aliquæ gentili iure suo primũ ingredientẽ urbem Archiepm̃ coronatæ ad portam excipiunt stipãtq; & per urbẽ comitant. Cognitu facillima est: in hortis passim nascens: tenuissimis uiticulis potius per terram serpens q̃ uirgis ut Diosc. ait a terra se extollens: foliisq; oleaginis magis q̃ laurinis similibus. Verũ a Dioscoridis Chamædaphnes historia longe ea differt ob eas quas paulo ante numerauimus & plerasq; alias notas quas uolentibus obseruasse facillimum erit. Meminit Theophrastus Chamædaphnes ad extremũ tertium de plantarũ historia uolumen: sed tam breuiter ut nihil possit ab eo aliud intelligi q̃ ferre Chamædaphnem fructũ foliis adnatum: quod a nostræ ætatis uinca lõgissime abest. Ea ẽt in nullo ciboꝝ usu mõ est: qđ ueteres græcoꝝ medici in chamædaphne fuisse quondã testant. Siquidem Paulus Aegineta in sexto de ea agens ait αὐτὴ καὶ ἐσθίεται. Quod est: hæc ẽt comeditur. Præterea libro primo quo capite docet de omniũ olerum asparagis cum longius de pluribus egisset subiecit. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ τῆς χαμαιδάφνης ἀσπάραγος. i. Nutrit similiter ẽt & Chamedaphnes asparagus. His nos idinis auctoribusq; persuademur non esse Chamædaphnem Ethruriæ uincam herbam: Et nihilominus quæ a Plinio uinca peruinca. xxi. uolumine capite. xi. describitur nr̃æ gentis uincæ satis respõdet. Siquidem uincam peruincam ait semp uirere in modũ lineæ foliis geniculatim circũdatã: topiariam herbã: & inopiam florum aliquãdo supplere. Quæ omnia nostræ huic competunt: in Chamædaphne autem inueniri nequeunt. Quærendum itaq; qualis Chamædaphne sit folio lauri: cubitalibus uirgis: fructu rotundo rubenteq; & foliis adnato: Cuius asparagus in ciborum usu esse possit.

DIOS DE Veratro Albo. Cap. cxli.

Lleboron album. Sunt qui Ascidem: qui Ectomon: qui Pignatoxarim: qui e Polydes: qui Anaphiston: qui Vrne appellent. Magi herculis genituram: Aegyptii somphiam: Galli laginon siue anepsa. Romani ueratrum album uocant. Plantagini aut siluestri betę folia similia babet: breuiora tñ: nigrioraq;: colore aliqua parte rubro. Caulem palmi altitudine: cõcauum cum siccati incœperit cortices ceu tunicas dimittentẽ. Radices illi sunt numerosæ: graciles ab exiguo capite & oblongo cẽparũ modo prodeuntes. Nascitur montanis & aspetis locis. Carpendæ per messem radices eius sunt. Probatissimum in toto ueratri albi genere ẽ quod mediocriter tiget: albetq;. Quod itidem carnosum: fragile: non adeo acuminatum: iunceũq; aut cum frangit pulueruientũ: sed quod interiorẽ medullã exilem habet: quod linguã feruido gustu incẽdit: nõ ualde tñ neq; uniuersim: quodq; saliuam proritat. Quod. n. huiuscemodi non fuerit strangulat. Primam boniratis progatiuam Cyrenaicũ ueratrum haber. Quod enim in Galatia & Cappadocia nascitur candidius: puluerulentũ & maiore strãgulandi ui est. Purgat uomitionibus ueratrũ album diuersa & multiplicia trahens. Miscet collytiis quæ claritati oculorũ officiẽtia repurgare possunt. Ducit idem mẽses: fœtus in utero appositum enecat: sternuramẽta cit: Quinetiã melli cum polenta maceratũ mures necat. Carnibus cõ coctum eas minuit. Dat ieiunis per se & cum Sesamo aut Thapsiæ succo: aut alica: aut mulsa aqua: aut pulte: aut lenticula: aut sorbitione aliqua alia. Pani ẽt compinsitur & torret. Mensura dispensatioq; eius ab his tradita est: quibus præcipuum fuit studiũ de ea docere. Nosq; siculo ab Etbna Philonidæ in ea re subscribimus. Longum enim fuerit medicam materiam ex ꝓposito tractãtes faciendæ medicinæ rõnem docere. Dant siquidem aliqui ueratrũ album in sorbitione pultis aut alicæ: Quidam cum modicũ antea dederint cibum ueratrum albũ statim superinferunt: Presertimq; his in quibus suspecta timenda ue erit strangulatio aut corporis imbecillitas impedier. Tuto. n. sic ea purgatio pagit: ꝓpterea q; importuna corpori non aduenit. Sedi ẽt ex ueratro albo appositæ balani cum aceto uomitiones faciunt.

Etimus

INTERPRES.

Rimus in re nota & qua in latinorum poetis frequentior nulla alia sit merito breuiores. Nullus enim humaniores lr̃as aliquando auspicatus nõ audiuit quæ Flaccus & post eum Satyrarũ scriptores alii de Antycira; nascẽteq; in ea elleboro in suis carminibus cecinerũt. Qui deinde magis profecerunt meminisse poterunt quæ Plinius in latinis & in græcis Theophrastus de utroq; ueratro tradiderũt: Qui in describenda re toraq; nigri & cãdidi historia siue traditam per manus in carpẽda hac planta superstitiosam & magicæ uanitatis plenã obseruationẽ negligere non ausi: Seu uires eorum admirati presertimq; nigri maiestatẽ eius nec minus q̃ diuinas uires noua & admirabili rõne gratam mortalibus & amabilẽ utrãq; plantã facere conati sunt. Postremoq; si aut hactenus auditum nihil de ueratro alicui fuerit pigeatq; Pliniũ & Theophrastũ legisse parat⁹ cunctis Barbarus erit collectis & in corollariũ suũ reuocatis omnibus antiquorum de ueratro obseruationibus & dictis. Et si tam nota medicinæ res modo sit ut nulla noua cõmentatione indigeat. Rarum ubiq; nascit̃ ueratrũ: aliquot locis tñ abundat: nec difficile cognitu est: discrimen coloris in radice presertim. Folia candidi hic scriptor plantagini aut siluestri betæ cõparauit: mox excipiens breuiora nigrioraq; esse intulit: subiiciens statim ἐρυθρὰ τὴν χρόαν. Quo loco uitium necessario oportet suspicari: Neq; enim simul nigrũ & rubens aliquid esse põt. Plinius lib. xxv. capite. v. folia eius describens ait. Hæc quoq; nigriora & canaliũ dorso rubescentia; signauitq; certam quæ juberet partem. Sed nos non satis certe colligimus quosnã in foliis canales uocet. Dorsum q̃dem nouimus in foliis a tergo partem quæ per longitudinẽ spinæ animaliũ mõ extendit̃: & a reliqua supficie eminet. Barbarus deficiente alio sensu ex Plinio eas arripuit uoces. Nos simplicius aliqua parte rubentia diximus obseruandã aliis eã relinquentes. Inclinat. n. aĩus nobis quos in Plinio nunc canales legim⁹ cauium quodã potuisse legi: Sed sine auctore nihil mutare ausi sumus. Suspicamur & uitiũ illic esse quo loco in pbatione ueratri hic ait ἄριστος δὲ ὁ μετρίως τεταμένος. Quæ uoces nihil significant aliud q̃ optimũ esse qd̃ mediocriter extensum stat: & riget. Neq; n. bonitatis huiuscemodi notã quãpiam in plantis hactenus inuenimus. Sed qm̃ in cũctis pariter ea uox legebat̃ qualis erat eam reliquimus. Obseruauimus ẽt uariare antiquos græcos in ueratri pbatione: quæ p gẽtes & natiões ab hoc scriptore fit: & q Cyrenaicus in primo ordine passim & in plurib⁹ laudatur Anticyrenus in illis p̃poni Quod fere abre nõ fuerit credidisse. Monere illud ẽt uolumus quod legit̃. Datur ieiunis ẽt p se & cũ sesamo nõ cũ sesamo sed cũ sesamoide forte meli⁹ legi. Sesamoide. n. nõ sesamo admixto ut mox patebit tẽperabat̃ ueratrũ: Sed in cõi oium lectiõe nihil mutari a nobis debuit.

DIOS. DE Veratro nigro. Cap. cxlii.

Lleboron nigrũ. Sunt qui Melampodion: qui Ectonion: qui Polyrrhizon, i. multiradicem: qui Proetion: qui Melanorrhizon, i. nigri radicẽ: qui Cyrthaniõ: qui Elaphinẽ: qui Celinen: qui Saraca appellent. Magi Zomaritĩon: Aegyptii Isaiam: Daci Prodiorna. Romani ueratrũ nigrum dicunt. Dictum a græcis Melampodion ueratrũ nigrum est: qm̃ creditur Melampus pastor quidam furentes Prœti filias primus eo purgasse: & ad sanitatẽ mentis restituisse. Herbacei coloris folia habet platano similia: minora tñ ad uerticilli herbæ figurã accedentia pluribus preterea q̃ platanus incisuris: Nigrioraq; cũ scabritie aliqua. Caulis illi est scaber. Flores in candido purpurascentes figura racemosi: Semen cnico simile: quod in Anticyra sesamoides uocat̃: Vtunturq; eo ad purgatiões. Radices subsũt graciles: nigræ ueluti ex ceposo capite aliquo exeũtes quarũ usus est. Nascitur asperis tumulis & siccaneis locis. Probatissimum quod ex huiuscemodi locis foditur. Quale in Anticyra est. Nigrũ. n. probatissimũ in ea nascitur. Eligito qd̃ carnosum speciosumq; sit: exili medulla: gustu acri & feruido. Tale autẽ est quod in helicone parnasoq; & Aerolia nascit̃. Antecedit tñ bonitate heliconium. Purgat superiorem uentriculũ; pituitã trahens & bilẽ: daturq; per se & cũ Scamonio saleque drachmæ aut trium obolorũ pondere. Coquit̃ cum lente ẽt esculẽtoque iure aliquo ex his q̃ ad purgationem sumuntur. Prodest comitialibus: melãcholicis: insanientibus: articulorum doloribus: & resolutis. Trahit menses idem appositũ. Fœtus in utero enecat. Fistulas purgat inditũ & post tertiã diem exemptũ. Indit̃ eodẽ mõ & auribus in eas difficili auditu: nec nisi post biduũ triduũ ue eximit̃. Sanat scabies etiam: in

quem usum cum ture cæra ue: piceq; & cedrino liquore inungitur. Ex aceto per se emplastri modo impositũ uitiligines: impengines: leprasq; emendat. Contra dolores deutiũ in aceto decoquitur: colluũtutq; decocto illo utiliter. Miscetur emplastris quæ exedendo sint. Cõtra cutem subeũtes aquas cũ farina hordeacea uinoq; emplastri modo utiliter imponitur. Seritur ad radices uitium ueratrũ nigrum: fitq; ex eis uinum quod purgando est. Inspergunt eo etiã domos purgationibus aptum existimãtes. Eamq; ob cãm effossuri illud stantes Apollinem & Esculapium precãtur aquilam identidem obseruantes nõ sine periculo ut ferunt aduolantem. Mortẽ siquidem fodientibus affert auis illa: si nigri ueratri succisionem uiderit. Celerrime itidem succidi ueratrum oportet. Caput.n. halitu suo aggrauat. Quapropter qui effodiũt præsumptis alliis se muniunt uinumq; bibunt. Sic.n. tutius effodiunt. Eximitur ex nigro Veratro quemadmodum & ex candido interior medulla.

INTERPRES.

Quæ in extremo capite fabulosa: & ad augendam rei admirationẽ potius q̃ medicinæ aut historiæ ueratri necessaria a Dios. referuntur: oĩa ex Theophrasti ix. de plantarũ historia uolumine paucis mutatis repetita sunt: Et si ab eo ἐπιθέτα. i. adiecta & ob id falsa uideri omnia hæc dicanť. Longiores in opere hoc nr̃o presertimq; in re nota erimus si ex eo scriptore cõmentationibus his nr̃is addere ea uoluerimus. Satis sit græcarum litterarũ peritis locũ in Theophrasto signasse: ignaris uero Plinium li. xxv. capite quinto audire: Eadem illa oĩa isdẽ fere uerbis narrantem. Quæ licet plura nec penitus eadem huic scriptori uideantur non ideo tñ ex uarietate uitium suspicari oportebit. Aliter enim hic herbariam q̃ illi fabulosam historiam docet. Diximus superiore capite candidi nigriq; coloris in ueratro discrimen in radicibus esse quas alterũ candidiores alterũ nigriores hẽt: ideoq; hoc priuatim Melanorrhizon. i. nigræ radicis uocari in Dios. legitur. Quemadmodũ a radicum numerosa copia utriq; cõmunis appellatio est polyrrhizon. Ectomon uocari itidem ueratrũ Dios. ait antiquissima appellatione qua usus Hippocrates sæpissime est: & post eũ eiusdem gentis medici aliquot. Adiecit uocari et ueratrum nigrũ Proetion & Melampodion: diuersis sed eodem tẽpore & ex eadẽ cã factis appellationibus: Quoniam. s. Melampus siue pastor: siue catharta: siue Vates is fuerit Argiuus in Arcadia Proeti insanientes filias remedio hoc ad sanitatẽ restituerit Nouerunt id facile qui in poetarũ lectione aliqñ occupati fuerũt Et præter poetas qui Victruuii de architectura libros legerunt. Qui sui operis lib. viii. cum ageret de quarundam aquarũ monstrosis uiribus: inter cætera ad clitorem Arcbadiæ ciuitatem fontẽ eẽ ait apud quem Melãpus sacrificiis purgauisset furorem Proeti filiarum: restituissetq; earũ uirginum mentes in pristinã sanitatem: testariq; id Epigrãma quod ad eũ fontem scriptũ erat. Quod nos primi ex Isigono antiquissimo de aquis scriptore e tenebris in lucem traximus: in cuius extrema clausura uersiculi quatuor sunt. φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα μελάμπους· λουσάμενος λύσσης προιτίδας ἀργαλέης· πάντα καθαρμὸν ἔκαψεν ἀπόκρυφον εὖτ' ἂν ἀπ' ἄργους· οὔρεα τρηχείης ἤλυθ' ἀρκαδίης: Quod est Fogito & meũ fontem qui uitibus aduersatur: in quo Melãpus lotas proeti filias difficili rabie liberauit qñ ab argis in asperos Arcadiæ montes uenit. Ex hoc euentu a medicinæ auctore Melampodion dictũ ueratrũ nigrum est: προίτιον aũt. i. proetion a proeti filiabus: Quæ eo remedio ab insania conualuerunt. In cuiꝰ curationis genere & si diuersa testari uideať magni nominis auctores q̃ ille lotas in fonte: hic ueratro purgatas uirgines eas dicit: rei tñ nulla est diuersitas Siquidem hic ueram naturalemq; purgationẽ ueratro nigro factam ostendit: ille quod simulata religione ad augendam curationis admirationẽ a Melampode factũ fuerat. Is.n. ut plerũq; hoc genus hominum consueuit factis sacrificiis solẽniq; & ut Theophrastus ait κατ' εὐχήν. i. præcedentibus deorũ p̃cibus ueratri effossione: mox monstrosa fontis eius aqua lotas in antiquam mentis sanitatem restituisse proetidas uideri uoluit. Quod poetæ & in fabulosa historia plures quondã iactauerãt. Eosq; secutus Victruuius: religione sacrificiisq; & aquæ eius ui factũ a melampode dixit: quod ueratri nigri potestate factũ tũc fuerat & passim adhuc fit. Id in Anticyra Sesamoides uocari etiã Dios. ait haud sane ueratrũ cum his quæ statim sequunť Sesamoide miscens. Alia enim a ueratro ea sũt ut mox patebit. Sed qñ figura & specie sesami semẽ illi sit: Quod nono de plantarũ historia Theophrastus indicauit quo loco de ueratro agens inquit. καθάπερ οἱ ἐν ἀντικύρᾳ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσιν· ἔχει δὲ σησαμώδη τοῦτον. Quod est: Quemadmodũ qui anticyram incolunt: semine ut aiunt purgant. Habet autem id figura sesami: ex qua anticyrenĩ sesamoides ueratrum uocabant. Diximus inter ueratri remedia & uires melãcholicis & insanientibus mederi ueratrum: non intelligentes simpliciter insaniam furorem ue: Neq; ut in cõi significationis æstimatione in melancoliæ uoce est dolorem animi tristitiamq;. Sed in altera uoce quã priuatim græcorum medici

Melãcolici
Insanientes
μελαγχολικοὶ
μαινόμενοι

μανίας & posteriores eodem nomine maniam & maniacos uocauerunt. In censu malorum a Galeno primum in diffinitionibus suis descriptam Mentis alienationem siue ut ille ait Ecstasim: mutationemque sine febre ab hominis moribus & in sanitate consuetudinibus. Mox in Isagoge certius: cuius uerba hæc sunt. Duo autem præcipua sunt alienatæ mentis genera: Insania & Melancholia: pluresque in his differentiæ sine nomine. Causa uero insaniæ flaua bilis est. Eamque ob causam in ea constituti tumultuosi: præcipites: audaces: manu prompti: contumeliosique fiunt. In altera uero quam iidem græcorum medici priuatim in indicatione mali eius a nigra bile melancholiam & melancholicos dixerunt. Quod mali genus in diffinitionibus suis idem Galenus esse ait affectionem quæ menti noceat: fiatque sine febre cum profunda animi tristitia & a charissimis sibi auersione. Idem etiam in Isagoge præter pauloante dicta melancholiæ causam in nigra bile constituit frigido & turbido humore: ideoque strepitus omnes horrere qui in eo malo sint tristes animo fieri: suspicari omnia: odisse homines & solitudines quærere. Qualem ab Homero fictum Bellerophontem idem Galenus testatus est. Errabat ille quidem per campos suum crucians animum frequentiam hominum uitans. Et quoniam ut premonstratum est ex nigra bile malum id fit ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς melancholia dicta est: & ex similitudine eius in quotidiano gentis nostræ sermone omnis tristitia animi melancholia improprie tamen uocatur. Posteriores græcorum medici desipientiæ genus sine febre melancholiam uocauerunt: quæ occupante cerebrum melancholico humore præcipue fit. Habet enim alias etiam id malum causas. Et ex his totidem genera medicis nota: Quæ prosequi neque operis neque consilii nostri est. Illud tamen monemus præter tristitiam: odium metumque hominum: mortis desiderium: rursusque eiusdem mortis metum & fugam: in aliis risum: in aliis luctum: quæ omnia quotidiana sunt: Sæpe fieri etiam ut credant se maiore ui aliqua defendi & ornari: qui in ea affectione sunt. Vaticinenturque futura. Et hoc genus ἐνθεαστικοὺς ἐνθεάζοντες priuatim græci dixerunt quasi deo plenos: non aliter quam uates diuinaculosque omnes: ἐνθεάζοντας eadem ἐνθεαστικοί gens etiam appellauit Atræ bilis euentus omnes. Tradiderunt præterea posteriores iidem græcorum medici: Si exusta supra modum flaua bile in nigram mutatio facta fuerit: tunc quam Maniam uocant fieri in qua non ut in melancholia timide ignaueque: sed ferocius desipiant: eousque ut qui incautius circa eos fuerint sæpenumero male habeantur. Vtrumque hoc genus significauit Diosc. μελαγχολικοὺς καὶ μαινομένους purgare ueratrum dicens nosque alteros maniacos. s. insanientes alteros græcorum seruata uoce melancholicos diximus: quoniam deficerent in re latina uoces priuatim id significantes: & Plinius sic usus fuerit. Celsus tamen phrenitim: duoque hæc uno insaniæ nomine indicauit.

DIOS. DE Maiore Sesamoide herba. Cap. cxliiii.

Esamoides maius. Sunt qui Sesamitem: qui Sesamida: quidam Leucoscytalion: qui candidum elleborum: qui Anticyricum: Anticyreni elleborum. Romani pariter græcis sesamoides uocant. Quia in purgationibus candido ueratro miscetur Elleborum Anticyreni Sesamoides hoc uocauerunt. Senecioni herbæ aut rutæ similis herba est. Folia habet longa: florem candidum: radicem gracilem inefficacemque. Semen sesamo simile: gustu amarum. Purgat id superiorem uentriculum: pituitam bilemque pondere quantum tribus digitis tritum in puluerem capere aliquis possit: bibiturque in mulsa aqua cum ueratri albi obolo & semisse.

INTERPRES.

Esamoidi quemadmodum uox: & præter uocem hic ipsæ scriptor Pliniusque testantur nomen sesami similitudo fecit: Neque enim sesamoides aliud quam quod sesami speciem & figuram habet significat. Pliniusque sesamoides a similitudine nomen accepisse ait: & hic σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ .i. semen sesamo simile habere. Duorum generum præter Diosco. auctore eodem Plinio & in græcis Paulo Aegineta planta hæc est. Siquidem Plinius cum primum descripsisset genus lib. xxii capite. xxv. subiecit statim. Est etiam num aliud sesamoides &c. Paulus uero Aegineta colore candido alterum indicans suas illi uires assignauit: mox alterum maius appellans ueratrum passim uocari ait. Nec dubitandum tam certa ueterum scriptorum testimonia sunt duo sesamoide esse. Vtque hoc constat sic contra parum certum est. Sint ne eorum in colore an in magnitudine discrimina. Antiquissimi græcorum codices quos uidere licuit colore discernunt: uocantque prius hoc μέλαν .i. nigrum: posterius λευκόν .i. candidum. Qui uero passim circumferuntur a magnitudine & breuitate notas & discrimina rorum ostendunt μέγα καὶ μικρόν idest magnum & paruum appellantes. Paulus Aegineta alterum λευκόν: idest candidum: alterum μέγα idest grande & maius uocat. Contrariorum tamen ratio exigebat: ut si candido colore alterum signaretur: Nigro alterum e diuerso indicaretur quemadmodum in quantitate factum in aliis codicibus est: in quibus grande primum mox breue sesamoides describitur. Pendemusque nos in ea re animo tam facilis & lubricus lapsus in græcis est unius tantum literæ mutatione ex nigro ad magnum: & e diuerso μέλαν enim nigrum μέγα grande græcis significat. Receptoque in primo sesamoide semel huiuscemodi uitio facilis in secundo error fuit. Potuitque hoc & in Diosco. & in Paulo Aegineta pariter fieri. Egre

enim persuademur proposito cãdido nõ reddẽdũ illi fuisse nigrũ. Et si recipienda a colore discrimina hæc fuerint rõcinari tũc oportebit. Qua parte colores illi in alterũ to sesamoide inueniendi sint. Quod difficillimũ erit. Ob eam cãm inclinat animus nobis in alterã partẽ: probamusq; ex magnitudine magis q̃ ex colore in sesamoide sumi discrimina. Duplicem n. colorem illũ ueratri exẽplo tributum Sesamoidi fuisse ex eo opinamur: quod quemadmodũ duplex ueratrum est candidum. s. & nigrũ, pmiscueq; sesamoides ueratrũ: & ueratrũ sesamoides ob cam quam mox dicemꝰ cãm quondam diceref. Sic ẽt ab imperitis rei creditũ fuerit cãdidum, & nigrũ oportere sesamoides dici. Non quatenus diuersa a ueratro herba sesamoides est. Sed quod illi ob promiscuũ ex usu nomen eadẽ esse credebat. Fuisseq; usum sesamoidis in purgationibus ueratro cõiunctum indicãt fere oẽs. Hic primũ dicens. οἱ δὲ ἐν ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον καλοῦσι διὰ τὸ μίγνυσθαι αὐτὸ ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ. Quod est. Qui aũt anticyram incolunt Elleboꝝ sesamoides q̃m in purgationibus candido Elleboro misceť: appellant. Idẽ testatus & Plinius est lib. xxv. capite. v. in Anticyra insula tutissime sumitur: q̃m ut diximus sesamoides admiscẽt. Testatus & Strabo. ix suæ geographiæ uolumine in descriptione Thessaliæ: priuatimq; Anticyræ quo loco sic de Elleboro agit. Postea Anticyra quo noĩe & alia est ad sinum latens Maleacũ & Oetã montem. Illhic mitem elleboꝝ nasci ferunt. Hic aũt optime præparať. Quo circa frequentes huc aduenæ confluunt purgationis & curationis ergo. Et enim in Laconica pharmacũ nasci quoddã sesamoꝝ semini perq̃ simile cui permixtum p̃parant oetæũ elleboꝝ. Paulus Aegineta tñ certiorem eius rei cãm in. vi. attulit. Cuius uerba hæc sunt σησαμοειδὲς τὸ μέγα ὅπερ καὶ ἄντικρυς ἐλλέβορος ὀνομάζεται διὰ τὸ ὁμοίως ἐλλεβόρῳ καθαίρειν αὐτοῦ τὸ σπέρμα. Quod est. Sesamoides maius quod palam elleborus nominať: quia semẽ eius pariter Elleboro purgat. Ex his rõcinari facile est diuersam a ueratro Sesamoides herbã esse: Et quia misceretur illi in purgationibus aut easdem habet uires elleboꝝ creditam a multis fuisse: ideoq; nigri & candidi: utriusq; ueratri modo discrimina ab imperitis inuenisse: Sui generis tamẽ herbam: & quia sesamo simili semine sit sesamoides appellatam.

DIOS. DE minore sesamoide. Cap. cxliiii.

Esamoides paruum. Sunt qui Coronion: qui Siluestre sesamũ. Romani sesamoides minus appellãt. Dodrantales coliculi sunt. Folia hi habẽt coronicis pedi herbæ similia: hirsutiora tñ minoraq;. In sũmo coliculoꝝ capitula floꝝ pene purpureoꝝ sũnt: quoꝝ medium albicat. In quibus semen sesamo simile est amarũ ruffumq;. Radicẽ habet gracilẽ. Purgat bilem pituitamq; potum acetabuli semisse cum mulsa aqua minoris sesamoidis semen. Idẽ ex aqua emplastri modo impositum panos & tumores discutit. Nascitur asperis locis.

INTERPRES.

Vperest pro sesamoide dicendum quod superiore capite imprudenter relictum a nobis ẽ. Nasci sesamoides io Anticyra: Ideoq; ut hic & Plinius dixerũt anticyricon uocari. Quæ ẽt causa fuit ut in rei æstimatione misceref ab imperitis ueratrũ & sesamoides: q̃m idem natale solum haberent. In quo uidendũ diligentius erit. Quoniam duæ anticyræ quondam fuerũt: altera Phocidis urbs: altera in Maleaco sinu insula: Vtrobi sesamoides hoc nascať. Ex antiquis enĩ scriptoribus plures ad purgationes ueratro faciendas insulam magis laudauerũt in Maleaco sinu q̃ in Phocide urbem. Alii in phocidis Anticyra tutius sumi ueratrũ dixerunt: q̃m sesamoides hoc illi admisceref: manifesto argumento in hac non illa Anticyra nasci sesamoides. Animaduertẽdũ & illud miscere Pliniũ utriusq; sesamoidis historiã & medicinã: & quæ alterius sunt alteri tribuere. Quod nominis similitudo & æquiuoca eoꝝ appellatio uidetur fecisse. Locus est. xxii. uolumine capite. xxv. In cuius rei indicatione locus in eo scriptore corruptus adhuc est Granũ sesamæ dari dicens in uino dulci ad detractiones quantum trinis digitis capiatur. Sesamoides. n. non sesamæ legendum auctore Diosco. illic est: a quo cuncta illa Plinius accæpta latinis reddidit. Poterunt uolentes utriusq; scriptoris dicta inter se conferre:

DIOS. DE Siluestri cucumere & Elaterio. Cap. cxlv.

Icyn agrion. Sunt qui Elaterion: qui Grynon: qui Balidem: qui Synchrisin: qui Bubalion: qui Scopion: qui Pherembron: qui Peucedanõ: q Notion uocẽt. Aphri cusimezara. Romani anguinum: erraticum: & siluestrẽ cucumerem uocant. Solo fructu a satiuo cucumere differt: quẽ longe minorem oblongis glandibus similẽ fert. Folia tñ uiriculæq; satiuo similia sunt. Radix candida

illi est & grandis. Nascitur sabulosis locis & in domorũ areis inter rudera: totusq;
frutex amarus est. Auribus in dolore utiliter foliorũ succus instillatur. Veteres tu-
mores oẽs discutit radix eius cum polenta emplastri modo imposita. Eadẽ cum Te
rebinthina resina imposita panos erũpit. Quin etiã i aceto elixa mox emplastri mo-
do imposita podagras discutit. In dolore coxendicis præterea clystere decoctũ illud
utiliter infunditur. Eodẽ ẽt in dolore dentes pari utilitate colluuntur. Sicca e diuer
so tritaq; uitiligines: lepras: impetiginesq; exterit. Nigras itidem cicatrices: uultusq;
maculas quas spilos græci nocãt: repurgat: Eiusdẽ præterea radicis succus sexquio
boli pondere minima dispensatione datus: & corticis quarta acetabuli parte pitui-
tã purgant & bilem: presertimq; in subeũtibus cutem aquis: purgãtq; nulla stoma-
chi iniuria. Verumtamẽ in cutem subeũtibus aquis sumenda radicis selibra ẽ: duo-
busq; uini presertim libyci sextariis miscenda: rum pondere cyathorũ triũ duo dan-
da donec tumor satis subsederit. Quod uero Elaterion uocat̃ ex fructu cucumerũ
huiuscemodi hoc modo fit. Sumito cucumeres hos: eligitoq; tempestiuos. Id autẽ
erit cum solo tactu humorem ex se ꝓfundent: repositosq; per noctem dimittito. Ma
tutino deinde cribrũ non adeo densis & angustis foraminibus crateri superponito:
supinoq; cultro. i. auersa eius acie sigillatim cucumeres illos utraq; manu nitens di
uidito: & per cribrum in subiectum craterẽ humorem eorũ exprimito. Superexpri
mito etiam quod carnosum ex eis cribro hærebit ut illud ẽt descẽdat. Cum uero to
tos expresseris sinito subsidere in cratere humorem: tum in paratum peluim expssa
oĩa coniicito: coaceruatisq; in cribro oĩbus quæ incisa antea fuerint dulci aqua con-
spergito: & cũ expresseris abiicito quod supererit: liquorem uero in pelui miscens
& subigens linteolo operculatũ in sole ponito. Cũq; subsederit omnem supernatan
tem aquam cũ eo quod in spumã concreuerit excolato. Facitoq; id sæpius q̃diu sup
natabit aqua: quã cũ excolaueris diligenter coniectũ in mortariũ sedimentũ terito
& in pastillos cõformato. Quidã ut celerrime humorẽ exiccent cribratum cinerẽ
in terra sternunt: cauumq; in medio excauantes triplici extenso linteolo Elaterion
eum suo liquore illi inspergunt: siccatumq; in mortario ut præmonstratũ est terũt:
Sunt ẽt qui pro dulci aqua mare adspergunt. Quidã ꝑterea ultimæ loturæ mulsam
adspergunt aquã. Creditur ꝓbatissimũ esse Elateriũ quod cãdido colore humescit:
Quod leuitatẽ simul & læuorẽ habet: Gustu amarissimũ est: Quodq; lucernis ad-
motũ facile accendit̃: Alioqn quod uirescit asperũq; & turbidũ aspectu est medio
inter Eruũ & cinerẽ colore: ponderosumq; improbat̃. Miscent aliqui etiã cucume-
ris huius succo amylum ut cãdorẽ leuitatẽq; eius imitetur. Bimũ usq; ad decenniũ
purgationibus accomodatũ Elateriũ est. Integra & maxima in usu mensura integer
obolus: minima Semiobolus: infantibus æreí duo. Maiore. n. copia potum pericu-
losum est. Purgat per inferna pariter & superna bilem & pituitam trahens. Purgan-
turq; eo utiliter qui spiritus angustiis laborant. Quod si purgare per aluum uolue-
ris duplum salis misceto: Sebiq; quantum satis sit: dilutasq; aqua Erui magnitudi
ne pilulas dato: facitoq; tepidæ aquæ cyathum superbibat. Ad uomitiones ẽt aqua
diluitur: pennaq; eo madente q̃ maxime intimo sub lingua loco inunguntur. Quod
si ad uomitũ difficilis qui curatur erit oleo aut Irino unguento diluetur. Arcendi
etiam a somno erunt qui curant̃. Oportet ꝑterea his qui supra modũ purgabuntur
uinũ oleo mixtũ continue bibendũ dare. Superaccedẽte. n. uomitu desinũt purga
ri. Non cessante autem uomitione danda frigida aqua: polenta: posca: pomaq;: &
quæcunq; stomachum densare possunt. Ducit Elaterium menses & fœtus in utero

necat appositum. Fellis soffusiones idem emendat naribus cum lacte instillatum. Quin etiam diutinos capitis dolores finit. In anginis utiliter inungitur cum oleo melle ue ex taurino felle.

INTERPRES.

P Riuatim seorsumq; duobus capitibus de siluestri anguino ue aut erratico cucumere (his enim oibus appellationibus inter latinos censetur) cõfectoq; ex eo medicamẽto: quod oẽs Elateriũ uocant cæteri interpretes egerunt. Nos rẽ & ueteꝝ græcoꝝ codicum fidem secuti cõtinuata historia de utroq; tradidimus. Quod fuerat ꝑterea in extremo totius capitis calce inutiliter & temere adiectũ de satiui cucumeris radice totum reliquimus. Neq; in eo alioꝝ interpretũ qui oẽs erratico satiuũ cucumerẽ importune miscuerunt remorata auctoritas est. Memineramus enim cũ id ageremus in secũdo uolumine ab hoc ipso scriptore eadẽ oia iisdẽ uerbis in satiui cucumeris fine tradita fuisse: Superfluũq; nunc fore iterum de eadem re agi. Poterunt hoc uolentes facillime deꝑhendere. Obseruauimus etiam uariare in extrema capitis huius parte uetustissimos græcorũ codices: & quo loco legit' συναγχικοῖς τὸ διάχρισμα πρακτικόν. qd est efficaciter cõtra anginas inũgi &c. Nõ πρακτικὸν qd a faciendo efficax siue actiuũ aliqs dicat: sed πταρμικὸν i. ciendis sternutamentis aptum legi: aliosq; id ad anginas alios ad diutinos capitis dolores referre: Serapionẽq; in suffusis felle fieri id dicere. Verba eius sunt. Et qñ fit sternutatoriũ cũ eo & lacte cõfert Ictericiæ &c. Quod remediũ simpliciter a Dios. descriptũ est Neq; n. aliud tradidit q̃ fellis suffusionem emendare Elaterium naribus cũ lacte instillatum: & capitis diutinos dolores finire Cui autẽ malo ex tribus his sternutamenta ciere utilius fuerit medici censebunt. Nobis signasse locum & suspitionem satis sit: Qui de siluestri anguino ue aut erratico cucumere hoc nihil quod nõ omnibus in quotidiano spectaculo sit dicere possumus. Vbiq; n. nascens ubiq; ẽt notus est: presertimq; ueterinariam medicinam tractantibus: quibus inter alia iumentoꝝ remedia præcipuũ ex hoc cucumere est: pepunculosq; in gente nostra appellant Satiuo neq; immerito cõparauit erraticũ hũc cucumerem Dios. Foliis n. uiticulis & flore simillimus illi est. Solo differt fructu qui in hoc pilosus & grandioris lõgioris q; glandis specie est. Differt & eo ẽt q cæteri cucumeres oẽs nõ tam facile ut hic humores suos remitunt: qui uix tactus clausum intra se liquorẽ quasi maiore aliqua ui pulsum eiaculatur. Idq; est quod hic ait ἅμα τῷ ἅψασθαι ῥύς σικύας [illegible] ἐκλέγων. Quod non satis uidentur nobis cæteri interpretes expressisse dicentes. Decerpti cucumeres qui tacti ꝓtinus exiliunt seruantur nocte una &c. Et cucumeres eligis qui simul tanguntur exiliunt reseduntq; a pediculo. Neq; n. res ipsa id ostendit: Sed quod nos diximus solo tactu ꝓsiliente eorũ liquore Ea siqdẽ fructus eius natura est. Docetq; Dios. tunc tẽpestiuos ad elaterii cõfectionem esse cũ solo tactu ꝓsilientem ex se humorẽ remittunt. Barbacus priuatim quod a Dios. dicitur. τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν σικύων σκευάζεται. Ex semine uertit fieri Elaterium: cũ tñ hic καρπὸν dicat. Quæ uox & si aliqñ in scriptore hoc semẽ significat ꝓpria tñ eius significatio est in his quæ causa seminis a natura fiunt. Verbi causa in pomis ꝓprie semina dicunt' interiora grana: καρπὸς aũt tota cũ seminibus poma. i. claudentẽ ea exteriorẽ illam carnem. In leguminibus itidem semina quæ siliquis claudũt' καρποὺς uero. i. fruct' cũ seminibus integras siliquas: Et ne longiores simus quodcunq; seminis cã factũ est id ꝓprie καρπὸν græci uocant. Miscentur tñ aliquãdo hæc qñ alteꝝ alterius cã est. Nec male penitus καρπὸν fructũ. s. aliqs semen appellat. Verũtamen in aliquibus distingui ea oportet. Idq; in Elaterio presertim quod non ex semine: sed ex toto fructu fit: quẽadmodũ ex confectione eius omnibus patet. Ferit id Barbarus Pliniũ imitatus qui lib. xx. capite. i. de confectione Elaterii sic egit. Ex eo medicamentũ fit quod uocatur Elateriõ succo expresso e semine: cuius cã nisi maturius incidatur semen exilit oculorũ ẽt periculo. Nolumus nũc cõtra Pliniũ de uocum ꝓprietate agere: neq; si latinis fructus & semen idẽ sunt: aut si quõdã scribẽte eo naturæ historiam alia q̃ nunc sit uocũ illarum æstimatio erat. Relinquimus n. id peritioribus cẽsendũ Quod autem in Dios. monemus illud est quoniam hic manifeste ex fructu Elaterium non ex semine fieri docet rei incertitudinem fugiendã interpreti fuisse. Eamq; ob causam nos fructum non semen in cõficiendo Elaterio dixisse. Quæ. n. a Dios. fieri deinceps præcipiunt' nõ aliter q̃ de toto fructu intelligi posse manifestũ est. Oẽs ex siluestri cucumere factũ medicamentũ Elaterion uocãt: Nullus tamẽ quod hactenus inuenerim nominis certã indicauit rãm Gaza in Theophrasti plantis cõmunem uerbi ex quo deflexa uox illa est significationem secutus agitatorium uocauit: sed hoc latinis incertius q̃ si Elaterium simpliciter dixisset. Potuit quidem ob acrem purgandi uim quã habet ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν quod est pellere quasi expulsoriũ dici: Sed hoc cõmune illi cum multis aliis est. Paulus Aegineta in. vi. fructus agrestis cucumeris succum esse Elaterium ait: nec minus etiam radicis & folioꝝ quasi ex aliis etiam his partibus fieret. Quosq; hic diutinos capitis dolores in remediis & medicina curari eo dixit. ille simpliciter Cephalæas ait eiusdem rei significatione quãdo nihil aliud cephalæa q̃ diutinos & permanẽs capitis dolor est. Nolumus illud relinquere quod Dios. ait a bimatu ad decennium esse Elaterii usum aliter a Theophrasto tradi quemadmodũ longius in cõmentatione proœmii scriptoris huius dictum a nobis est.

καρπός. Fructus
σπέρμα. Semẽ.

DIOS. DE Siluestri Staphide. Cap. cxlvi.

S Taphida agrian. Sunt qui trifoliũ: qui Stesion: qui Astaphida: qui Pthiroctonon.i.pediculos enecantem: qui Phthirion.i.pedicularem: q Apanthropon: qui Polyides: qui Pseudopathes: qui Arsenotẽ uocẽt. Aegyptii Ibesasdem: Romani herbam pedicularem appellant. Labruscæ folia habet: incisuris diuisa. Coliculos rectos: molles: nigrosq;. Florem fert Glasto similem. Semen in folliculis herbacei coloris ceu ciceris: triquetrum: asperũ: in nigro subrufum foris: intus cãdidũ: gustu acre. Eius grana decẽ aut quindecim siquis trita in mulsa aqua dederit crassa uomitionibus purgabit. Spatientur tñ qui biberunt. Quin ẽt adhibẽda continue mens: dandaq; mulsa aqua ob strangulationis periculum quod imminet: & ardoris uim quo exurunt fauces. Trita eadem contra pediculationes: pruritus & scabies ex oleo utiliter inunguntur. Plurimã trahunt cõmanducata pituitã. In aceto elixa contra dentium dolores præsenti remedio colluuntur. In gingiuas destillationes reprimunt & oris ulcera quas aphthas uocant cum melle sanant. Miscẽtur præter hæc malagmatis quæ fouendo sint.

INTERPRES.

Q Vam græci agrian Staphida siluestrem passam uuam sua uoce intelligentes dixerunt. Romani Taminiam uuam: pedicularẽ herbã: pituitariãq; uocauerunt. Et si Plinius cõtra Celsum aliam a græcoꝝ Staphidagria Taminiam latinoꝝ uuam esse restatus bis fuerit. Est sane græcis Staphis: & ut Athenienses dicere cõsueuerãt Astaphis passa uua. Ex cuius siltudine hæc siluestris tñ habitu ab ea discreta est. Vocat ũtq; latini Pituitariã: pedicularẽq; ex uirib⁹ quas habet Feruore.n.suo cõmanducata multã pituitã trahit: & et ũpentibus e corpore pediculis ex oleo iuncta aduersat. Quin ẽt ut Plinius ait in aceto decocta ẽt uestes eo tædio liberat. Facilis cognitu herbatã certis notis a Dios. describit: parũq; a græca uoce deflexa appellatiõe gens nostra adhuc eã indicat. Folia habet plerunq; septem aliquãdo tamẽ pluribus nõnũq̃ ẽt paucioribus icisuris diuisa. Vtebant ea ueteres græcoꝝ medici inter alia in his q uenerẽ exercere nõ ualerẽt ex adipe cui uuæ huius admixtũ semen fuisset genitalia inungi iubentes. Vtebant & in purgando capite cõmanducandam dantes: eaq; rõne pituitas eius partis pos trahẽtes: efficacissimæ.n.acrimoniæ ẽ. Plini⁹ quẽadmodũ ꝑmonstrauimus falso Tamioiam uuam.xxiii.uolumine capite.ii his uerbis uocari ait.
» Astaphis agria siue staphis quã aliqui uuam taminiã uocãt falso. Suũ n.genos habet &c. Idẽ xxvi.
» capite.xiii. taminiæ uuæ uires describẽs: quæ Staphidagriæ sunt palã illi tribuit. Verba eius sunt.
» Item Phthiriasi qua Sylla dictator cõsumptus est. Nascunt quoq; in sanguine ipsu hoĩs animalia
» exesura corpus. Resistit uuæ Taminiæ succo: aut Veratri cum oleo perunctis corporibus. Tamioia
» qdem i aceto decocta ẽt uestes eo tædio liberat: quæ omnia ex ui Staphidagriæ huius dicta sont: qua pediculos enecantẽ & pedicularẽ dici in Dios. legit. Monere legentes hoc tñ uolumus ut inuenisse & ipsi conent an de eadẽ uoa Taminia a Plinio duobus locis diuerse traditum fuerit. Cur aũt Staphida potius.i.passam uuam q̃ Staphylen.i.simpliciter uuam ueteres græci dixerint folliculoꝝ figura fecit: qui rugosam uuã magis q̃ integros uuaꝝ acinos referunt. Ob quam cãm & Plinius ait folliculos magis q̃ acinos eam ferre. Videbimur forte aliqbus cõtra q̃ cæteri antiquiores: & iuniores fecerint: & ipsi in raphanino oleo prio uolumine incœperimus audacius & incõstãtius græcoꝝ phthiriases pediculationes hoc capite noua uoce indicasse Siquidẽ Plinius & post eũ fere oẽs alii græcã seruantes uocẽ phthiriases sordiũ & labis hoc oẽ genus dixerunt: & nos tunc scaturientibus a longa ualitudine pediculis mederi oleũ illud uertimus. Sed non est q audaciã aut incõ
» stantiã nostram demirent. In uocũ enim nouitate licuit semp si Flacco credimus: Semperq; licebit
» signatũ ꝑsente nota ꝓducere nomen. Vtq; illis quondam placuit græca uti uoce omnibus forte tũc notissima: nõ dissimili rõne concesserit nobis ẽt necessitas non augẽdæ latinæ rei studio; sed ut certius quod docemus modo intelligat præsente nota.i.certa significatione: nec absurda analogia nomen finxisse: quo manifestius quod dicimus legentibus pateat. Neq;.n.hoc loco Dios. ut in raphanino oleo dixerat a longa ualitudine pediculationibus mederi pedicularẽ herbam ait. Sed simpliciter φθειριάσεις. Quæ uox multiplex & uniuersum pediculoꝝ genus: & in quacunq; corporis parte factos hoc capite colligit: sunt.n.plura ut in aĩalium historia legitur pediculoꝝ genera: quæ longius ꝓsequi nolumus diuersa forma lõgiores: latiores: pluribus paucioribusq; crurib⁹: diuersis ẽt corpis ꝑtibus nascẽtes: & in illis hærẽtes aut mobiles. Fiũt in capite: fiunt in pilosis aliis corpis partibus: & in iis diuersi: fiũt & in toto corpore. Omnium discrimina nouerunt medici: nouerunt & naturæ auctores alii priuatimq; Galenus in isagoge sua pediculationem: Phthiriasem ille uocat:

Pediculatio

φθειρίασις

Plura pediculorum genera

palpebrarum. Vocari ait quotiens. Circa pilosas ciliorum partes lati: exigui & copiosi innascunt pediculi Paulus Aegineta et p iis pleraque alia tertio suæ medicinæ cōmētario monuit. Quæ breuitatis cā reliquimus. Idē longius de iis qui in capite nascunt primo uolumine etiam egit: Plinius & plerique alii de iis qui toto corpore scaturiunt: præsertimque. vii. uolumine capite. xliii. cum de dictatore Sylla agens inquit. Age nō exitus uitæ eius oium pscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit erodēte se ipso corpore & supplicia sibi gignente. Quod tñ certius ab eodem dictum postea est. xxvi. uolumine capite. xiiii. Item phthiriasi qua Sylla dictator consumptus est. Nascuntur quoque i sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. In quo uidendum est an magis ex natura & re dicturus fuerit Plinius: Nō in sanguine: sed ex sanguine ea nasci animalia siquidem Theophrastus lib. ii. de plantarum causis ait ἡ γὰρ ἐπιθυμία πᾶσι τοῦ συγγενοῦς ὥσπερ οἱ φθεῖρες ἐν αἵματος ἐξ οὗ διαφθαρέντος γένεσις. i omnibus enim cognati nutrimenti desiderium est. Quemadmodum pediculis sanguinis quo corrupto generatio eorum est. Pediculantur ut uidetur: & id quidem diuersis pediculorum generibus diuersæ corporis partes: iisque omnibus ut ueteres græcorum medici docent: medetur Staphidagriæ semen Eam ob causam ne hoc magis q̄ illud genus pediculorum: & hac potius q̄ illa corporis parte nascentes intelligerentur. Vna pediculationis uoce omnia pediculorum genera & omnes humani corporis partes nos complexi sumus.

DIOS. DE Thapsia. Cap. cxlvii.

Hapsiam. Sunt qui Hypopion: qui Pancranō: q Scāmonion: qui Thelypterida appellant. Aphri Bæden: Romani Ferulaginem siue siluestrē ferulam dicunt. Thapsia dicta quondā est q in Thapso cognomine insula primum inuēta fuerit: ferulæ tota specie similis. Gracilior tñ caulis eius est: Folia fœniculo similia. Vmbellas in singulis geminibus in summo habet Anetho similes: in quibus luteus flos est. Semen modice latū ferulæ seminis simile. Verūtñ minus. Radix grandis: intus candida: foris nigra: crassiore cortice uestita & acris. Colligit ex ea liquor effossa circa cā terra uulneratoque cortice: aut ipsa in seipsam in girum incisa testudinis modo aut fastigii excauata: & ut purus sit liquor operculata. Sequenti dein die auferendus ois qui cōfluxerit liquor: Exprimitur ex ea succus etiā: in quē usum tunditur radix: tum ex uiminibus qualo iniecta torculari exprimitur: & in picato crasso fictili in sole siccatur. Quidam simul etiam folia exprimunt. Verum inefficax qui additis foliis expressus fuerit succus. Discernitur q qui ex radice expressus erit uirosiore odore est: & humidus pseuerat: Qui uero ex foliis: Siccatur & teredines sentit. Oportet liquorē colligentes auersos a uento stare: aut cessante omni uēto potius id facere. Intumescit. n. uehementer colligentis hominis uultus: Bullātque ambustorum modo nudæ corporis eius partes ob halitus eius acrimoniā. Eamque ob cām cerato liquidiore aliquo ex adstringentibus & densantibus præunxisse nudas partes oportet: munitoque hac rōne corpore ad opus accedere. Purgandi uim habet radicis cortex succus & liquor: in quem usum bibitur cū mulsa aqua: Bilem enim p inferna & superna purgant: Dantur utque radicis oboli quatuor cū tribus Anethi seminis drachmis: Succi tres: Liquoris postremo unus. Maiori. n. copia datum mortis periculum fert. Purgantur eo apte suspiriosi: diutini laterum dolores & difficiles excreationes. Datur in difficili uomitione in cibariis & obsoniis. Habent præterea ex alto in summū extrahendi uires liquor pariter & radix. Omniumque aliorum maximas quæ similes habere uires tradunt: siquādo ex alto quidpiam trahendū sit aut meatus cutis mutasse laxasse ue oporteat. Eāque ob cām contra defluuia capilli quas alopecias uocant succus utiliter inungitur aut radix confricatur. Explet. n. capillos: sugillata liuoresque emendat trita radix aut succus additis pari portione ture & cera. Oportet tñ nō ultra duas horas eo remedio uti: Tum calida maris aqua locū fouere. Quin etiā ad asperā & ceu ab æstiuo sole discolorē curē cū melle utiliter inungitur. Lepras pellit: panosque erumpit cum sulphure inunctus Thapsiæ succus. Inungitur etiam

gitur etiã utiliter in diutinis Laterũ: pulmonũ: pedũ: articulorumq; affectionibus. In apellis præterea sed non ex circũcisione præputiis utilis est tumorem excitans: q deinde fotus pinguibusq; emollitus quod genitali deest sarcit & explet.

INTERPRES

Cognomines diuersis locis Thapsi urbes: insulæ: Chersonesiq; aliquot Thapsiæ huic quam mõ tractamus ab earũ aliq̃ primo quondã sic appellatæ diuersos natales & diuersas bonitates laudis fecisse uident̃. Nicander in Theriacis suis ex Sicilia Thapsiã in primis cõtra uenenata laudauit νῦν δ' ἄγε τοι ἐπίμικτα νόσων ἀλεξήρια λέξω θρινακίην μὲν ῥίζαν ἑλὼν γυιαλθέα θάψου μίξας &c. Quod est. Nunc age composita te malorũ remedia docebo Trinactiã sumito Thapsi radicẽ q̃ corpori medet̃ &c. Plinius cõtra. xiii. uolumine capite. xxii. Thapsiã in Africa uehemẽtissimã esse ait. Hic scriptor quẽ plures alii secuti sunt in Thapso insula primũ inuentã fuisse ait: nec bonitatis maiorisq; in ea efficaciæ discrimina aliqua numerauit. Ex eo fit ut credamus primã Thapsiæ inuentionẽ Thapso q̃ una ex sporadibus insulis est deberi: & in ea herbario Crateiæ: q primus illic plãtã & eius uires obseruasse dictus est: potuisseq; alios ex aliis locis eã potius laudare q̃ natale solũ Africã Siciliam ue aut alia loca illi assignare. Hãc ueteres græci Hipopion uocarũt ancipiti nisi uitium in Theophrasto sit & rei & noĩs significatione. Pro qua intelligendũ est significare græcis hypopion: cui in ultima syllaba i. non. y. sit. Sanguinis ex ictu fuctu ue: aut iniuria aliqua alia in q̃piã corporis partẽ cõcursum. integraq; cute in eo loco cessantẽ: & q̃ extra uenas sit q̃si mortuũ. Audita q; hypopii huius uoce nihil aliud græci intelligũt q̃ cessante sanguine nigrescẽtẽ cutẽ. Nec dubiũ ẽ his mederi Thapsiã: & ab eo remedio nomẽ id factũ illi eẽ. Siq̃dẽ hic ait ὑπώπιά τε ἄρει καὶ πελιώματα Quod est. Hypopia & liuores delet. Et Plinius rẽ augẽs eodẽ libro & capite ait. Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperii nocturnis grassationibus uerberatã faciẽ illinens sibi cũ ture ceraq; & sequẽti die cõtra famã cutẽ sincerã circũferẽs. Solus Theophrastus lib. ix. de plãtarũ historia aliter hypopia q̃bus ea medet̃ intellexisse credit̃. Verba eius sũt. ἡ δὲ τῆς θαψίας ἐμετικὴ· ἐὰν δέ τις κατάσχῃ καθαίρει καὶ ἄνω καὶ κάτω. δύναται δὲ καὶ τὰ πελιώματα ἐξαίρειν. ὑπώπια δὲ ποιεῖ τὰ λευκά. Quorũ sensus est. Thapsiæ autẽ uomitoria uis est. Quod siq̃s eã retinuerit per inferna pariter & superna purgat. Facit & hypopia uerũtñ cãdida. Ex his nisi uitiũ in eo scriptore sit maculas q̃ in cute albicant hypopia intellexisse oportet. Neq;. n. significare aliud põt quod dr̃. Facit & hypopia uerũtñ cãdida. Estq; hoc qd' pauloante diximus Ancipiti. i. ad utranq; partẽ significatiõe hypopion uocari thapsiã potuisse. Et si recipiẽdũ in Theophrasto id est ad aliã Thapsiæ naturã referẽda res erit ad pallorẽ. s. a quo Thapsinus color ĩ Phociõe a Plutarcho dictus ẽ: & a Theocrito in Pharmaceutria καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ Quod est. Et corpus meũ Thapso simile factũ est: nulla alia q̃ palloris significatiõe: q color thapsia fiebat. Cõsueueratq; ueteres ad excusandã ualitudinẽ corporisq; morbos nõ aliter nec alio euentu q̃ cymino Thapsia se inungere. Potuitq; Theophrastus hypopia cãdida pallores thapsia factos indicare. Quod legentibus significasse satis sit. Et si sciamus Theocriti interp̃tes & alios græcorũ scriptores Thapson Chrysoxylon. i. aurei coloris lignũ nõ herbã hãc interp̃tari solitos. Scãmoniã uocari ab aliq̃bus thapsiã in Dios. legit̃. Verũtñ nõ potuit ad Thapsiã Scãmoniũ nisi ex pari in purgãdo ui trahi. Romani ex totius plãtæ similitudine q̃m ut Plinius ait Thapsia sine dubio ferula ẽ ferulaginẽ & siluestrẽ ferulã eã uocauerũt. Fœnicoli folia hr̃e eã Theophrast⁹ dixit: Verũtñ latiora: caulẽ ferulaceũ: radicẽ cãdidã: liquorẽ eius efficaciorẽ eẽ: p superna pariter & inferna purgare: semĩ oĩs nullũ eẽ usum: Nasciq; thapsiã alibi qdẽ: sed ĩ Attica nõ uesci ea indigenas pecudes: p̃egrinas aũt uesci ea q̃dem: sed aut p̃ire aut diarrhia uexari. Barbarus in colligẽdo thapsiæ liquore quorũdã codicũ: quos & nos uidim⁹ fidẽ secut⁹ qd' in Dios. passim & uerius legit̃ ἀνορύξαντες τὴν ῥίζαν συλλέγουσι τὸν ὀπὸν uertit succidũt eã & tollũt: αὐτὴν ut in illis legit̃. i. radicẽ nõ ὀπὸν. i. liquorẽ interp̃tatus. Nobis cõis lectio uerior & aptior uisa est: q̃m nulla est ad colligẽdũ liquorẽ succidendæ & auferẽdæ radicis necessitas. Præterea nõ semel tñ sed sæpius uerisimile est colligi posse liquorẽ eũ: & si colligẽdus est ex uiuẽte adhuc in radice sua plãta colligẽdũ esse. Idẽ qd' erat κυρτίδες fiscũ uertit a quo & fiscella dicta ẽ: Nec male qdẽ: nisi fisci uox nostra ætate ad alterius rei æstimationẽ trãslata penitus iãpridẽ eẽt. Monem⁹ id ne q̃s discrepare nos putet. Nulla. n. rei sola uocis inter nos dr̃ia est. Quodq; organis ille ait exprimẽdũ radicis thapsiæ succũ scriptoris huius uoces secutus prælũ torcular ue in ea uoce intellexisse oportet.

DIOS. DE Sparto. i. Genista. Cap. cxlviii.

Sparton. Sũt q Lobõ. i. Siliquã. q̃ Lygõ. i. uimẽ. Romani spartũ uel genistam dicũt. Frutex ẽ: breues: duras: & sine foliis uirgas hñs: easdẽq; natiuo lẽtore infragiles: q̃bus uites ligãt. Siliquas Phaselorũ mõ fert: in q̃bus semẽ ceu lẽtis est. Florẽ luteum qualẽ uiolæ hñt quas leucoia appellãt. Bibũt flores: semẽq; ei⁹ ĩ mulsa aqua põdere obolorũ q̃nq;: purgãtq; p superna egregie ueratri mõ sine p̃iculo. Solũ semẽ itidẽ p in

ferna purgat. Quin etiam maceratis in aqua uirgis eius: mox tusis & exp̃ssis contra anginas coxendicisq; dolores succo illo cyathi pondere ieiunis poto auxiliantur. Quidam etiam muria aut mari eas macerantes clystere expressum succum cõtra coxendicis dolores infundunt cruenta simul & intestinorum ramenta trahentem.

INTERPRES.

u

Vlgarem Genistam passim & incultis locis nascentem: cuiusq; in re rustica ad nexus quotidianus usus est: non Hispaniæ spartũ descripsisse hoc capite Dios. uidet. Quas enim sparto huic breues sine foliis uirgas & natiuo lentore infragiles: quasq; in ligandis uineis usus sit phaselorũ figura siliquas: & in his lenticulæ semen: luteumq; leucoiorũ colore florem scriptor hic tribuit. Integram genistarũ quas diximus & iconiam imaginẽ ostendunt. Nec nos in re alioquin ex scriptoris huius descriptione satis certa suspicari miscere ue aliquid audemus. Et si sciamus a Plinio xix. uolumine capite. ii. spartum aliter descriptum: & medicinã remediaq; omnia quæ hoc capite a Dios. docent sparto non genistæ cui debebant. xxiiii. uolumine capite. ix ab eodem tributa fuisse Res. n. nos. sequimur: & quæ in antiquis scriptoribus uaga aut ambigua sunt ad certam quatenus licet significationẽ contrahere conamur. Credimusq; ex his quæ in græcis latinisq; diu obseruauimus monere tuto legentes posse: duo fuisse græcis sparti genera: quæ in alicuius notæ adiectiõe distinguerent. Quod. n. in Dios. nunc forma diminutiua legit nouũ discrimen est: ideoq; a nobis nõ seruatũ. Alterũ quod in Hispania nasceret. xix. uolumine capite secũdo a Plinio descriptũ: alterũ quod genistæ appellatione a cunctis latinis censetur. Indicantq; quod dicimus hic ipse primũ scriptor: qui intelligẽs alterũ esse sparton nullius (quod hactenus inuenerim) in medicina usus: ut certius cognosceret ait quo uites ligant: eandemq; rõnẽ secutus in vi. Paulus Aegineta eandem & ipse adiecit discriminis notam dicens σπαρτὸς ᾧ τὰς ἀμπέλους δέουσι Quod est. Spartus quo uites uinciunt: nulla addendæ eius notæ necessitate nisi alterũ esset: quod æquiuoca appellatione fallere audientes posset. Estq; ex cõi oĩum usu adiecta discriminis nota illa: neq;. n. Hispaniæ sparto uti omnes possunt: At sparto quo uites ligantur uti oẽs p̃nt. Vbiq;. n. nascunt genistæ & eundem inter ruris utilia ubiq; usum habent. Quod Plinius in Hispaniensis sparti historia nusq̃ testatus est. Quodq; illi p̃cipuum ab eo tribuit ad funes ptinet. Totamq; habet Hispaniæ spartus ne lõgiores simus diuersam penitus a Genista historiam. Esseq; sparton genistam præter hactenus dicta: indicat etiam Theophrastus primo de plantarũ historia linospartũ inter Polylopa numerãs. Sunt aũt Polylopa quæ plures sibi inuicem superpositas tunicas seu cortices hñt. Eũ Plinius genistã eodẽ libro capite primo appellauit. Asiae genista facit lina ad retia p̃cipue quod linosparti uox indicat nihil aliud q̃ lineũ spartũ significans. Erant & alia qbus ostẽdi poterat duplicem græcis esse spartũ peregrinũ illum Italiæ & in Hispania tñ nascentẽ: & quẽ latini genistã uocauerũt. Cõsueuisseq; Romanos peregrinũ illũ spartũ semp appellare. Nostratẽ uero & oibus cõem alterũ illũ genistã. Et si Plinius tractata multis locis cõis & uulgaris Sparti historia quosq; usus in coronis & in re rustica hẽret: sempq; sub genistæ noĩe: medicinã. xxiiii uolumine capite. ix. non sub genistæ latini noĩs sed græcorum sparti indicatione tractauit. Quæ cũ multis fuit: ne alterũ ab altero discernere in eo & in scriptore hoc cognoscere genistã possent. Esseq; hoc loco intelligẽdã genistã nõ Hispaniæ spartum quæ ex natura & usu adiectæ illi appellatiões fuerũt facile ostẽdũt λόβον. n. aliq quasi siliquã a lõgioribus & inflexis siliqs: quas cũ defloruit fert merito dixerũt. Ab usu itidẽ lygon quasi uimen. Quid aũt lygos græcis sit in uitice longius dictũ a nobis ẽ: qm̃. s. adnexus uitilium aliorũ mõ usus eius ĩ agro sit: qđ hic apte declarauit dicẽs uites eo ligari: quæ tantope auxilio hoc indigent: ut Columella penultimo tertii libri capite præceperit circa uineã seri genistas oportere aliogn spõte sua locis incultis nascẽtes ut palmitibus idonea p̃beãt oincula. Quæ postremo dicta a nobis in extremo capite ramẽta ab aliis uero strigmenta sunt eiusdẽ rei intellectu exigua adipis & carnium frustula sunt: quæ ui medicamẽti hu⁹ derasa ab intestinis pellunt. Qualia ĩ lignorũ rasura ferramẽtis ramẽta deradũt.

Polylopa
πολύλοπα

Ramenta

DIOS. DE Silybo herba. Cap. cxlix.

f

Ilybon. Romani pariter græcis Silybum dicũt. Latior spina est. Chamæleoni albo similia habet folia. Estur ea nup nata cũ sale & oleo elixa. Facit uomitiões potus drachmæ pondere cum mulsa aqua radicis liquor.

INTERPRES.

n

Egauit Plinius Silybi huius esse aliquẽ in medicina usum: maiore tñ q̃ hic apparatu ad cibos coq indicauit. Siqdẽ cũ oleo & sale elixã comedi Dios. ait: ille uero ne in Cilicia qdem aut Syria: aut phœnice ubi nascit coquere tãti esse ait: ita operosa eius culina tradit. Ex qbus rõcinari illud facile est peregrinam Italiæ herbã silybum esse & diligentiore cura & opera coqui solitam. Qui descripserunt eã posteriores latissimis foliis: & in foliis p extremitates latis spinis eã tradunt. Nos in peregrino frutice quod aliud moneamus non habemus.

DIOS. DE Glande unguentaria. Cap. cl.

Alanon myrepsicen. Romani unguentariã glandem uocant. Myricæ simi
b lis arboris fructus unguẽtaria glans est: Auellanæ nuci quã ponticã uocãe
æqualis. Cũ exprimunť quæ intra eam sunt eodem quo amatæ amygdalæ
modo liquorem ex se remittunt quo in pretiosioribus unguentis pro oleo utunť.
Nascitur in Aethiopia: Aegypto: Arabia & ad Petrã Iudææ oppidũ. Antecedit bo
nitate quæ recens: plena: candidaq; est: & q̃ suo cortice facillime spoliať. Trita hæc
drachmę pondere in posca pota lienem minuit: In quẽ usum ẽt eidẽ patti cum lolia
cea farina emplastri modo imponiť. Imponiť & cũ mulsa aqua: & præter lienẽ po
dagris iridẽ. Eadem in aceto elixa scabies exterit lepramq;. Addito nitro aũt uirilu
gines cicatricesq; nigras: & cũ urina lẽtigines: uaros: asperã: discolorẽq; ceu ab æsti
uo sole cutẽ: & in uultu eruptiones oẽs. Vomitiones præterea cit: Aluũ soluit cum
dulci aqua pota. Stomacho grauiter nocet. Quin ẽt potũ q̃d ex ea exp̃ssum oleũ est
aluum deiicit. Cortex contra maiore adstringendi ui spissat. Misceť p̃rerea quod ex
tusa exp̃ssaq; superest his q̃ ad exterendas scabies & pruritus conficiuntur.

INTERPRES.

Appari magnitudine figuraq; unguentariã hãc glãdem comparauit Theophrastus. iiii. de
e plantarũ historia uolumine: Vtiq; ea unguentarios & ipse testatus est: Eãq; ob cãm Plini⁹
xii. li. capite. xxii. Myrobalanon uocauit eadẽ eiusdẽ rei significatõe cũ scriptore hoc: Qui
myrepsicen balanon eã inscripsit q̃. s. unguentistm̃ inseruiat. Diximus primo uolumine de palmu
lis agentes quod ad Balanos græcãq; balanoꝝ uocẽ ptineret: ideoq; relinquẽdũ hoc loco qď dictũ
semel est ne totiens idẽ repetať. Quod p̃ re ipsa ẽt dicendum fuerat a Barbaro undiq; collectũ in
corollario eius expositũ oĩbus est. Iisdẽ n. uerbis ut erat in cũctis diligẽs ex Theophrasto Plinioq;
uĩa de unguentaria hac glande reddidit. Signauitq; diligenter in q̃bus antiq scriptores illi in ei⁹ hi
storia discrepẽt Nobis monuisse tm̃ superest augure uateq; aliquo opus esse ut itelligamus quonam
modo unguentaria hæc glans a priore libro q̃ pprius illi inter unguenta aut aromata locus erat in
quartũ & ad uulgares herbas trãsierit qd cõiicere hactenus nobis non licuit. Monemus & illud etiã
nõ esse nobis cũ Barbaro idẽ quod Dios. ait οὗ τὸ ἐντὸς ἐκθλιβόμενον. Quoꝝ uerboꝝ: si integra ea lectio
sit: sensus est. Cuius qď intus est exp̃ssum &c. Ille adr quasi ἐκτὸς, i. extra legi oporteret ex cortice ex
presso uertit Nec scimus an alioꝝ codicum lectionẽ secut⁹ id fecerit: an potius auctore Theophra
sto crediderit extra non intus legendũ eẽ. Siquidem Theophrasti in ea re uerba sunt. τοῦ καρποῦ
δὲ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες· εὐώδης γὰρ ἔχει, τὸν δὲ καρπὸν αὐτοῦ ἀχρεῖον. Quod
est. Cortice aũt fructus utunť unguẽtarii tundẽtes eũ: odoratũ. n. habet hanc p̃tẽ fructũ uero inu
tilem. Quẽ scriptorẽ secutus ẽt Plinius quo diximus loco. Cortices inq̃t unguẽtarii exprimũt: me
dici nucleos tundunt adfusa paulatim aqua. Graues hi sane auctores sunt: nec male eoꝝ fidẽ aliq̃s
sequeť. Facilis e diuerso & lubricus in una tm̃ lr̃a ad uitium lapsus est ab ἐντὸς εἰς τὸ ἐκτὸς. Inclinat
q; aius nobis in hãc ptem: Verũtñ in una eadẽq; omniũ græcoꝝ lectione nihil mutare ausi sumus:
presertim dicente Plinio unguentarios cortices: medicos uero nucleos tundere &c. Posseq; si desint
cætera hoc medicoꝝ usu saltẽ defendi qd in Dios. legiť: presertimq; adscita ab amaris amygdalis
cõparatione in q̃bus nuclei nõ cortices tusi exprimunť. Arbitrariũ id legentib⁹ relinq̃mus. Contra
fidem. n. græcoꝝ omniũ & uetustissimoꝝ latinoꝝ quos hactenus uidienus notare aliqd ipiũ nobis
• uisum est. Contra lienis tormẽta utiť glãdis huius remedio Celsus lib. v. capite. xviii. his uerbis. At
• si Lien torquet glandis quã Balanoo græci uocãt cortex & nitrũ paribus portionibus contundunť:
• resperguntq; aceto q̃ acerrimo. Vbi cerati crassitudinẽ hñt lintro antea in aqua frigida madefacto
• illinunť & sic imponunť: Supraq; farina hordeacea iniiciť: sed manere ibi nõ amplius sex horis de
• bent ne lienẽ absumãt Satiusq; est id bis aut ter fieri. Volum⁹ & Pauli Aeginetæ de unguẽtaria hac
• glande decreta q̃ Galeno eadẽ sunt breuiter addere. Ea huiusmodi sont. Quæ intra unguentariã
• glandẽ ceu carnosa sunt abstergendi incidendiq; cũ adstrictione aliq̃ uim hñt. Eãq; ob cãm põdere
drachmæ unius pota uomitiones cient & aluũ deiiciunt. Cum posca aũt laxandis extis accomoda
ta sunt: Cutis præterea ex aceto iuncta exterunt uitia. Cortex alioquin egregia adstringendi ui est.

DIOS. DE Narcisso. Cap. cli.

Narcisson. Sunt q̃ Anydrõ: q̃ Autogenes: q̃ Bulbũ Emeticõ: q̃ Liriõ: Romani Bul
bũ uomitoriũ appellant. Quidã & hũc nõ min⁹ q̃ liliũ lirion uocãt. Folia hẽt porra
cea multo tñ tenniora minoraq; & angustiora. Caulẽ concauũ sine foliis altitudine

supra dodrantē:in quo cādidus flos est in medio croceus:in aliq̄bus autē purpuræ aspectu. Radix illi intus cādida:rotunda:bulbosaq́3. Semen ceu in mēbrana clausum nigrum & oblōgū. Nascitur ꝓbatissimus mōtanis locis graro odore. Reliquū genus porraceū & herbæ halitū ex se mittit. Cit uomitiones elixa tum in cibo sumpta aut pota radix eius. Facit ad ambusta eadem ex melle trita. Neruoꝝ præcisiones glutinat emplastri modo imposita. Luxatis talis:diutinis articuloꝝ dolorib⁹ ex melle itidem emplastri mō prodest imposita. Quin ēt uitiligines: asperáq́3 & discolorē ceu ab æstiuo sole cutē cū urticæ semine & aceto repurgat. Cum Eruo aūt & melle ulcerum sordes:quiq́3 ægre maturant̄ abscessus erumpit. Surculos præterea extrahit cū loliacea farina & melle emplastri modo imposita.

INTERPRES.

Ilio cōgenerē Narcissum antiqores oēs faciūt. A lilio statim cōtinuata historia de eo agētes Omniūq́3 certissime Theophrastus lib.vi.de plātaꝝ historia his uerbis inter cætera de eo agēs. ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δὲ ἐκεῖνο καλοῦσιν. Quod est, Narcissus aūt aut Lirion. Sunt.n.q̄ hoc & q̄ illo noīe appellent. Manifesto argumēto cōgenerē aut similē saltē lilio Narcissum esse. Ex quo Liriō qua uoce lilia ueteres appellauerunt & ipse quondam dici poterat; & si ex antiqs græcis testati aliquot fuerint Lirion priuatim Narcissum indicare; Quemadmodum Crinō solū liliū. Addiderūt qdam ēt ab Homero flores oēs una lirii appellatione indicari. Quod & Aristophanes in Comœdia ēt seruasse credit̄. Sed quēadmodū nos in scriptore hoc & in aliis obseruauimus uaga hæc noīa similitudo & pene eadē natura fecit. Vocariq́3 solitū liliū a græcis lirion manifeste hic scriptor ostēdit cū ait. Quidā ēt quēadmodū liliū liriū Narcissum uocāt. Videnturq́3 latini una tm̄ mutata lr̄a & ut balbutiētes solēt pueri ꝑ.r.l. ꝓnūciasse: Sicq́3 ex græcorū Lirio suū liliū fecisse: eodē mō quo lepidissimus græcoꝝ comicus in Eqtibus suis blesa lingua in cōcione loquentē Alcibiadē finxit ὁλᾷς θέωλος κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Cū tm̄ in eo qđ intelligi uolebat ubi.l.lr̄a audit̄ intelligenda.r.erat ὁρᾷς θέωρος κεφαλὴν κόρακος ἔχει. Sed ut rem nostrā agamus ꝓ cōpto sit cōgenerē lilio aut illi penitus similem Narcissum esse; & q̄m dolores & torpidas capitis grauitates faciat a narce qua uoce græci torporē indicāt nōa fabuloso puero ut poetæ finxerūt narcissum græcis dictū fuisse. Testes in eo noīe rōnis eius sunt Plinius.xxi.uolumine capite.xix.& Symposii sui.iii.cōmentario capite.i.Plutarchus. Cuius obiter de Narcisso uerba hæc sunt. καὶ τὸν νάρκισσον ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις. διὸ καὶ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν τουτέστι τῶν χθονίων στεφάνωμα προσηγόρευκε. Quod est. Et Narcissum appellauerunt quasi neruos hebetantē & torpidas facientē grauitates. Quapp & Sophocles magnoꝝ deoꝝ.i.subterraneoꝝ coronamentū eū uocauit q.s.defuncti & morte torpidi torpido flore merito coronarētur. Anydron uocasse quosdā Narcissum ēt in Dios.legit̄: idq́3 nos factō illi nomē credimus q̄ longe ab aqs in mōtanis floret. Quod ēt illi adiectum est autogenes: quæ uox a seipso genitum: uel per se nascēs significat rōnem eam habet quā Theophrastus his uerbis indicauit. οὗτος δ᾽ ἐκ πιπτόντων ποιεῖ βλαστὸν αὐτόματον: de flore & semine dicta ea sūt: significātq́3. Hic aūt decidēs spōte sua germinat & nascitur. Et si idē scriptor statim testet̄: Colligi semē eius seriq́3 opere humano. Nec minus ēt ut in cæteris bulbis plantari radicē. Vocari a qbusdā ēt uomitoriū bulbū in Dios. audimus; haud sane q̄a idē uomitorio bulbo sit q̄ secūdo uolumine descript⁹ est: sed q̄a bulbosæ radicis simulq́3 uomitorius ut ille est: quē in antiqua medicina habet ꝑcipuum usum. Serebat̄ quondam in hortis ad coronamēta Narcissus: nunc montanis locis in qbus nascitur quærendus est non difficilis inuētu si diligentius q̄ratur. Tutā.n.excæpta caulis altitudine & calathi ambitu q̄ duo minora q̄ in lilio sunt liliōꝝ spēm referre eū testati oēs sunt. Et ꝑter id serotinus flos (post arcturū.n.augusto mense & ad Autūni æqnoctiū floret) inter lilia floresq́3 alios q̄ fere oēs tūc defecerūt latere nō pōt. Hēt & alias in scriptore hoc notas qbus deprehendi possit: Folia porracea: q̄ Plinius in radice esse illi aut: minoratū & angustiora: Cōcauū caulē & sine foliis dodrantali altitudine: Postremoq́3 florē candidū in medio croceō: & quod alteri eius generi cōpetat necesse est in aliqbus purpureū. In qua descriptione nisi in cunctis græcis quos hactenus uidere licuit uitiū sit rōcinari oportet doplicē esse Narcissum. Quod Plinius sane manifeste indicat duobus locis primū.xxi.uolumine capite.v.in liliorū historia dicens. Narcissum uocāt: hui⁹ alteꝝ genus cādido flore: calice purpureo Mox eiusdē libri capite.xix. Narcissi duo gn̄a i usu medici recipiūt. Vnū purpureo flore: & alteꝝ hecbaceū. Nō leui utut̄ in docēdis his uarietate. Siqdē in priore illa descriptiōe alteꝝ Narcissum flore candido & calice purpureo: in posteriore alterū purpureo flore alteꝝ uero herbaceū esse dixit. Theophrast⁹ qđ hactenus in eo obseruauerim cum sæpius Narcissi meminerit nulla huiuscemodi generū diuisione usus est: Semperq́3 tanq̄ unus Narcissus sit de eo docet: nunc folia: nunc florēdi tempus: nūc caulem describens: a quo credimus Plinium alterū genus herbaceum uocasse. Siquidē in eius histo-

ria inter

ria inter cætera auditur τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μὲν ποώδη δέ. Quod est. Caulem q̃dẽ sine foliis uerũ tñ herbaceum. Ex quo potuit Plinius. Non a flore herbaceum alterũ id genus appellare. Non iõ tamen non recipiendum duplicem Narcissum esse: Hoc n. a Dios. Plinioq; & ab aliis traditur. Sed q̃ eorũ discrimina in flore docentur non satis & in scriptore hoc & in Plinio certa sunt. Cætera q̃dẽ ut ex Theophrasto pater eandẽ hñt historiæ ueritatẽ. Ille. n. vi. de plãtarũ historia Narcissum his uerbis descripsit. ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον· οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δ' ἐκεῖνο καλοῦσι· τὸ μὲν ἐπὶ τῇ γῇ φύλλον ἀσφοδελῶδες ἔχει πλατύτερον δὲ πολὺ καθάπερ ἡ κρινωνία· τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μὲν ποώδη δέ· καὶ ἐξ ἄκρου τὸ ἄνθος καὶ ἐν ὑμένι τινὶ καθάπερ ἐν ἀγγείῳ καρπὸν μέγαν σφόδρα καὶ μέλανα τῇ χροιᾷ, σχήματι δὲ προσμήκη. οὗτος δ' ἐκπίπτων ποιεῖ βλάστησιν αὐτόματον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συλλέγοντες φυτεύουσι καὶ τὴν ῥίζαν φυτεύουσιν. ἔχει δὲ ῥίζαν σαρκώδη στρογγύλην μεγάλην. ὄψιον δὲ σφόδρα. μετὰ γὰρ ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις καὶ περὶ ἰσημερίαν. Quorum sensus est Narcissus uero aut Lirium: Sunt. n. qui hoc & qui illo nomine appellent: folium Asphodeli figura terræ proximum habet: Latius tñ q̃ Asphodeli & quasi liliaceum. Caulem nudũ quidẽ foliis: uerũ tñ herbaceũ: in summo cuius flos est. Semen ueluti in uasculo membrana quadã clausum: grande: nigrũ & figura oblongum. Id decidens sponte sua germinat. Verũ tñ id colligentes ẽt in terra depangunt. Serunt & radicẽ: quã rotũdam: carnosam & grandem habet. Serotinus flos est. Post arcturũ. n. & circa æquinoctium floret. Idem eodem libro i foliorũ disciplina ait Narcissum angusto: numeroso: & pingui folio esse. Nec multo post de caulibus plantarũ agens ait. θαυμαστὸν δὲ ἐπὶ πάντων ὃ περὶ ἔτι τῆς σκίλλης καὶ τοῦ ναρκίσσου συμβαίνει. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς φυτευομένων καὶ τῶν βλαστανόντων καθ' ὥραν τὸ φύλλον ἀνατέλλει πρῶτον εἶθ' ὕστερον ὁ καυλός. ἐπὶ δὲ τούτων ὁ καυλὸς πρότερος τοῦ ναρκίσσου δὲ ὁ τοῦ ἄνθους μόνον, τῆς δὲ σκίλλης &c. Quod est. Mirabile aũt in cũctis q̃d in Scylla & Narcisso accidit. In aliis. n. & q̃ a principio cõseruntur & p se regerminant uere folia primũ prodeunt dein caulis. In his aũt. i. Scylla & Narcisso caulis p̃cedit: & in Narcisso floris tñ caulis. Post q̃ cũ longius descripsisset scyllæ caulis & floris ortũ subiecit. Cũ aũt caulis hic cõsenuerit tũc post aliquot dies folia p̃deũt. Similiterq; & ĩ Narcisso fit. πάλιν οὔτε καυλὸν ἕτερον ἔχει παρὰ τὸν τοῦ ἄνθους ὥσπερ εἴπομεν οὔτε καρπὸν φανερὸν ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθος ἅμα τῷ καυλῷ καταφθίνει καὶ γίνεται αὐαθέντων τότε τὰ φύλλα ἀνατέλλει. i. Verũtamen nullũ alium caulem p̃ter q̃ floris cã p̃latum ut præmonstrauimus Narcissus habet. Manifestũ itidem nõ hẽt semen. Flos aũt ipse una cũ caule arescit & cũ aruerit tũc folia emergunt. Præterea florere prius scyllam postea uero Narcissum idẽ paulopost testat̃ scriptor. Nosq; tã multa ex eo collegim⁹ ut facilius & certius deprehendi possit tanti nois in antiquorũ coronamentis flos. Quæ enim Plini⁹ diuersis locis de eo tradidit ex Theophrasto q̃dem deflexa sunt: sed tanta breuitate ab eo tractata ut obscuriora legentibus aliq̃n sint. Et ut r̃ndere sibi inuicem Theophrastus & Dios. uideãtur. Cũcta. n. de foliis: caulib⁹: & semine ambob⁹ eadẽ sunt. Floris color: & coloris discrimen in Theophrasto tñ desideraẽ idq; obseruasse & discreuisse legẽtes oportet: p̃sertimq; q̃d hic croceũ & purpureũ ĩ medio describit: quod Plinius florem appellat: nõ satis certo intellectu totũ ne florem sic uocet an quæ crocata in eo sunt & purpurea ut hic mãifeste docet. Põt. n. utraq; pars flos dici quemadmodũ in uiola nigra de duplicis floris ex disciplina Theophrasti floribus diximus. Nos in apenninis mõtibus his nostris frequentẽ uidimus florem augusto & Septẽbri mensibus florentẽ: figura lilii dodrantali altitudine: foliis q̃lia in narcisso hoc describunt: singulari caule: iisdẽq; aliis oĩbus excepto colore qui nec cãdidus nec purpureus ut Plinius docet sit sed inter candidũ & luteũ colorẽ nullius aut exigui odoris. Vidimus & in mitioribus collibus natũ sed nõ tam speciosum & magis albicantẽ: diuq; credidimus Narcissum eũ esse: neq; ab opinione ea longius adhuc discedimus. Inclinat. n. animus potuisse antiq̃s uagum Narcissi nomẽ esse: & ut in plantarũ disciplina sæpe alias testati sumus cõgeneribus similibusq; multis cõem eã appellationẽ fuisse. Tñq; abest ut cõstituamus luteo colore narcissum rẽ ut inueniendũ hunc florẽ legentibus relinquamus q̃ cãdido colore sit croceis intus staminib⁹ & in aliq̃b⁹ purpureis: quod unũ in colore eius a Dios. discrimen traditur. Nobis. n. hactenus uidere nõ licuit candidos liliorũ figura flores: capillamẽtis aut staminib⁹ intus purpureis. Relinq̃mus ẽt peritioribus cogitandũ p̃bauerit ne hic scriptor Narcissum simpliciter mõtanis locis nascentẽ: ut a satiuo & hortẽsi secerneret: an desiderari ultra aliq̃d possit q̃le. s. Plinius ait p̃batissimũ nasci in lyciæ mõtib⁹ in quã ptẽ p̃pensiores trahimur. Suplatiuũ. n. illud κάλλιστος certiores sibi nescio q̃uo natales locos exigere uẽ: & p̃positiuus ille articulus eodẽ sensu rẽ ẽt ĩdicare credi potest. Suspitio tñ hæc sit nõ decretũ. Qualis ẽrẽ in uerbo πρασίζει q̃d statim seq̃t significet ne uirescere & herbaceo colore eẽ: an poti⁹ a porro uerbum factũ fuerit: Significetq; porri odore sentirĩ. Quod tñ nullibi ĩuẽtũ ĩ antiq̃s a nobis ẽ. Quæ oĩa diligẽti⁹ obseruãda & cõstituẽda aliis reliquũ ẽ.

DIOS. DE Hippophae herba. Cap. clii.

Ippophaes. Sunt qui Hippophyes: qui Hippophanes: q̃ Hippion: q̃ Pelecinon uocent. Romani lappaginẽ siue lappulã minorẽ appellant. Vestes ea uellicãdo poliũt. Nascit̃ maritimis & sabulosis locis. Surculosus frutex: dẽsus: frondosus: Folia hẽt lõga oleaginis silia: angustiora tñ molliora q;: & iter ea du-

ras albicantesq; & angulorũ figura spinas a se ipsis distantes. Flores corymborũ hederæ mõ ceu racemos inuicẽ sibi adiacentes: minores tñ mollesq;: & in candido colore ex parte rubentibus acinis. Radix illi est crassa: mollis: liquore plena: gustu amara: & ex qua thapsiæ modo liquor colligit: qui per se & cũ erui farina cõformatus & siccatus seruatur. Purgat purus & p se seruatus p inferna biliosa: aquosa: pituitosaq; integri oboli pondere: cum farina erui aũt seruatus pondere quatuor obolorũ cum mulsa aqua. Quin ẽt frutex ipse cum radicibus tunditur siccatus: daturq; tritus heminæ & semissis pondere. Exprimitur præterea ex radice & herba succus non aliter q̃ ex thapsia; daturq; ad purgationes drachmæ pondere.

INTERPRES.

Desiderauimus lanariam radicem & herbã quam græci struthion uocãt in cõmentatiõib' d his nřis secundo uolumine describentes: Ut certius ex antiqua appellatione cognosci nũc posset: haberemusq; paratam herbã qua lanæ candorẽ traherent: Nõ perisse nobis usum eius: Nec mutatã faciendi in lana candoris a posterioribus rõnẽ fuisse. Sentiebamus.n.q̃ difficilem medicæ materiæ disciplinã quotidie facerent mutatæ pter alia multa in gẽtibus artes aliquæ & artium illarũ instrã: Quibus si nřa ætas adhuc uteref quemadmodũ similibus aliis utif facilia cognitu & inuentu parata ubiq; multa essent: Presertimq; hippophaes hoc quod modo tractamus: quu Dios. ait τὰ ἱμάτια γνάφεσθαι: uertitq; ex interpretibus alter interpolant: Alter conciunant: nos aũt uellicãdo poliunt: rei simul & uerbi aptiorẽ (ni fallimur) rõnẽ secuti. Pru qua sciẽdũ primu ẽ spinosum fruticem esse hippophaes: neq; a Dios. tñ hoc habitu describi: uerũ a Theophrastu Plinioq; ẽt: quorũ alter spinis albis esse dixit: alter ἀνάκανθον τοῖς φύλλοις descripsit. i. nullas habere in foliis: Sed ut hic ait inter folia spinas: quales ab eodem plures aliæ numerant. Idq; in eius historia tã manifeste patet: ut nihil de spinis dubitandum sit. Mox ope spinarũ quas habet ad usum uestium translatum a ueteribus fuisse: nec aliud significare Dioscu cum ait ὧ γνάφουσι τὰ ἱμάτια. i. ut nos uertimus quo uestes uellicando poliunt. Id.n.est γνάπτειν & ut Athenienses dicere consueuerant κνάπτειν. i. καταξαίνειν: quod uellicando expolire significat. Quæ aũt uestiũ expolitio hæc spinis facta esset facillimã hẽt coniecturã: eandẽ.n. aut illi similẽ quam carduis aut hamis ferreis ætas nřa in nouis & obsoletis uestibus quærit: Iacentẽ aut longo usu attritã pilum erigens: & si in textura flocci festucæue aut alterius coloris aliqd inhæserit ope spinarũ illarũ extrahens. Eamq; ob cãm Galenus Hippophaes hoc Gnaphon ẽt uocat: Græcorũq; grãmatici eã exponentes uocem dicunt κνάφοι ἄκανθαι ἐξ κναμπτεται τὰ ἱμάτια. i. Gnaphæ spinæ sunt qbus expoliunt uestes: quasi non sola hæc spina eũ quondã hẽret usum sed plures honoris eius prærogatiua gauderent. Sic ẽt κναμπτόμενα ξαινόμενα dixerunt. i. quæ uellicant. Galenus tñ ut diximus priuatim Hippophaes hoc Gnaphon appellauit Quã cã ẽt fuit ut quẽadmodũ in Dios. nunc legit Romani lappaginẽ id dicerent. Nec aliud significasse nobis Plinius uf eũ ait lib xxvii. capite. x. Hippophæston nascit in spinis ex qbus fiunt æneæ fulloniæ. Aeneas enim ut credimus uocauit ad eundem usum æneũ instrumentum aliquod hamatũ sorficulatũ ue: quod primo ex ære factum nomẽ in spinis postea seruauerit: audi/toq; æneaꝝ noie instrm: additis deinde fullonis materia & usus intelligeref. Credimus fore ut uideanf aliquib' nřa hæc duriora presertim cũ fullonicã & fullones recæperint iampridẽ in latina re oẽs pro his q uestes purgant: & lotura aut infectione candorẽ illis aliũ ue aliquẽ colorem acqrunt. Quod nos nõ negamus: neq; his quæ nos p hippophae hoc dicimus aduersanf q̃ illi de fullonibus dicunt. Põt.n utrũq; ab iisdẽ tractari: nec repugnat posse eũ qui uestes lauet: aut inficiat eadẽ qua diximus rõne expolire Nos enim antiquæ uocis rationẽ & ueterem auctoritatem secuti quales κναφεῖς quondam fuerint: & quæ uerbi κνάφειν significatio sit demonstrauimus: quæ nulla alia ẽ q̃ ut græce loquamur τοῦ ἀποξύειν καὶ ἀποξαίνειν: idest deradendo expolire uellicareq;: & si id patiuntur grammatici expilare. Nasci fruticem hunc Plinius ait sabulosis maritimisq; locis scriptorẽ hũc secutus. Theophrastus sabuloso quidem sed tenui solo: qui pter ea quæ paulo ante ab eo accepta diximus q̃rendas cognoscẽdasq; facile notas has illi tribuit μονόρριζον δὲ ἱππόφαες ἐπίγειον καὶ χαμαίκαυλον. βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ τοῦ θέρους καὶ διαμένει τὸ φύλλον χλωρὸν ἄχρι πλειάδος χαίρει ψαμμώδεσι καὶ λεπτογείοις χωρίοις. λέγεται δὲ ὡς ἐν τοῖς ἐργασίμοις οὐ θέλει φύεσθαι καὶ ταῦτα περὶ τὰ ἄστη καὶ ἐν εὐηλίοις τόποις φυόμενα. Quorum sensus est. Singulari radice nititur in terra hippophaes: terrestre est: & caules per terrã spargit: per æstatẽ germinat & floret: pmanetq; uiridi folio usque ad pleiadẽ autũni. Sabulosum & tenue solũ amat: dicitq; locis cultis nasci nolle: cum tñ circa oppida & apricis locis nascaf. Hæ hippophais notæ a Theophrasto numerant: quæ iõ a nobis repetitæ sunt ut pluribus ueluti testibus deprehendi latens frutex possit: & cuius nõ satis certa nobis origo ẽ. Plinius cõpositũ ab equo nomen opinatus ait. Debẽt (de Hippophae & hippophæsto sermo illi ẽ) accomodatæ esse equorũ naturæ: neq; ex aliis cãis nomẽ accæpisse. Quippe qdã aialiũ remediis nascuntur

κνάπτειν
γνάφειν

κναφεῖς
κνάφειν

scunt locupleti diuinitate ad gerēda remedia &c. Quod si recipiatur poterūt eandē cætera q̄ pariter cōposita in græcis fuerint hēre rōnē. Nos qd in Hipposelino monuimus idē hoc loco ēt monemus: Obseruasse nos in p'ātaꝝ disciplina magnitudinē significare cōiunctā eis hippo uocē. Neq. nos Pli. auctoritas mouet Nihil n. cōstituit dicēs. Debent accomodatæ esse equoꝝ naturæ &c. Nos. n. annquoꝝ scriptoꝝ testimoniis ad eā rem usi sumus. Nec aliud hoc loco significare credim⁹ Hippophaes & hippophæston q̄ in eo genere grādius. Poterunt tñ legentes quam maluerint rōnem sequi.

DIOS. DE Hippophæsto herba. Cap. cliii.

h Ippophæston. Romani pariter græcis hippophæstū dicunt. Sunt q & hanc Hippophaes uocāt. Nascit̃ iisdē qb⁹ & hippophaes locis. Genus hæc ēt fullomæ spinæ est. Serpit hæc per terram: foliola tñ parua capitulaq; spinosa hñs. Nō caulē nō florē fert. Radicē crassam mollemq;. Colligit̃ ex foliis radiceq; & capitulo eius expressus succus: qui siccatus triū obolorū pōdere cum mulsa aqua datur quibus opus erit. Aquas. n. & pituitā purgat. Priuatim nō nisi recta ceruice spirantib⁹: comitialibus & neruoꝝ affectiōibus q̄ fit ope eius purgatio accomodata ē.

INTERPRES.

m Isfuerunt in græcis & in latinis aliquot quod p̄monstratū mō est Hippophaes: & qd nunc tractamus hippophæston nois similitudine decæpti. Persuasisseq; id eis uident̃ iidē amboꝝ natales & in artibus usus. Vtraq;. n. fullonia spina: eadēq; in morbis utriusq; plura remedia sunt. Verū tñ seorsum a prioribus actū de utraq; est. Neq;. n. oīa penitus eadē utriq; in historia & medicina sunt. Quin ēt Paulus Aeg. li. vi. cū de Hippophae primū egisset non multo post de Hippophæsto agit. Nec ut Hippophaes cōposito a uoce hippo noie scribit: sed a p̄positione ὑπὸ hypophæston. Quā rōnē secutus ēt lib. xxvii. cap. viii. Pli. est: quāuis antea lib xxii. capite. xii. & hāc & hippophaes dixisset debere equoꝝ naturæ accomodatæ esse. Nos ut illius sic ēt huius nois rōnem ignoramus. Oportet tñ & hanc aculeatam intelligere: ex quo hic ait & hāc fulloniæ spinæ genus eē. Rōcinariq; facile erit ut supiore capite p̄monstrauimus: oēs qbus possent uestes qua rōne diximus expoliri: cōsueuisse ueteres κνάφους & κναφικὰς ἀκάνθας. i. fullonias spinas appellare: & ex earū censu hanc etiam esse: quæ non difficilis inuentu erit tam certis notis ab hoc scriptore describitur.

DIOS. DE Ricino frutice. Cap. cliiii.

c Ici siue Crotonē. Sūt qui agreste sesamū: qui Seseli Cypriū: q Crotona. i. ricinum: Aegyptii Systāna siue trixin: Magi sanguinē pyretu: Romani Ricinum appellāt. Ricinus ob seminis ad aial illud similitudinem frutex hic dictus est: Arbor paruæ fici magnitudine. Folia habet platano similia: maiora tamen nigrioraq;: & maiore læuore mollia. Caudicē uero ramosq; harundinis modo concauos. Semen in racemis asperis: quod cortice nudatū ricino aiali simile ē: ex quo colligitur qd' ricininū oleū uocant: In nullo sanitatis & ciboꝝ usu: alioq̄n tñ lucernaꝝ luminibus & emplastris utile est. Purgant seminis huius triginta grana trita potaq; pituitā: bilēq;: & aquas per inferna purgāt. Vomitiones ēt cient. Verū tñ laboriosa ingratissimaq; huiuscemodi purgatio est. Stomachum. n. ualidissime subuertit. Varos asperāq; & ceu ab æstiuo sole discolorē cutē tusa eadē semina & emplastri mō imposita emendāt. Quin ēt trita folia cū polenta oculoꝝ tumores & inflāmationes finiunt. Fœminarum præterea māmas a partu copia lactis inflāmatas & sacros ignes extingunt per se & ex aceto emplastri modo imposita.

INTERPRES

e Opiosus in Aegypto quōdā nasci ricin⁹ hic dicebat̃. Idq; uerisimile est: qm̄ luminū necessitas sine qb⁹ uitæ nullus est p tenebras usus faciēdis lucernaꝝ funiculis & oleo aptū deficiente al o oi optabilē genti illi fruticē fecerat: Et si Plinius li. xxiii. capite. v. testet̃ Elychnia qdē ex eo fieri claritatis p̄cipuæ: ex oleo tñ pp nimiā pinguitudinē lumē obscuꝝ. Nec aliud hic idē scriptor prio uolumine significauit dicens Aegyptios multum indigere & copiose uti ricinino oleo. Cogebant̃. n. qd' comicus ait: si nō possent qd uellēt: id uelle qd possent. Plini⁹. xv. uolumine capite vii altitudine oleæ in Aegypto & hispania puenire ait caule ferulaceo: folio uitium: semine uuarū graciliū pallidaꝝq;: quas hic βότρυς τραχεῖς dixit. i. racemos aspos. Theophrastus duob⁹ locis pri

mo de historia mox secundo de causis plantarũ nihil æque in eo admiratus est q̃ ut ille ait foliorũ ἀνομοιότητα καὶ μετασχηματισμόν.i.inæqualitatem siue dissimilitudinem & transformationẽ: Numerauitq; primum inter ea quoq; folia diuersis temporibus diuersa figura uidentur: uerbi causa a principio rotunda mox cum creuerint angulosa aut e diuerso: Qualia ostendunt hedera: populus alba: & ricinus hic. Suntq; de eo scriptoris eius hæc uerba. τὰ δὲ φύλλα τῶν μὲν ἄλλων δένδρων ὅμοια πάντων αὐτὰ ἑαυτοῖς. τῆς δὲ λεύκης καὶ τοῦ κιττοῦ καὶ τοῦ καλουμένου κρότωνος ἀνόμοια καὶ ἑτεροσχήμονα, τὰ μὲν νέα περιφερῆ τὰ δὲ παλαιότερα γωνοειδῆ. καὶ εἰς τοῦτο ἡ μετάστασις πάντων. Rursusque ὁ δὲ τῶν φύλλων μετασχηματισμὸς καὶ ἑτέρων κοινός. ἐπεὶ καὶ τὰ τοῦ κρότωνος περιφερῆ φυόμενα τὴν ἀρχὴν ὕστερον ἐπιγωνιοῦται καθάπερ διαρθρούμενα. Quoq; sensus est. Aliarũ uero omnium arborũ folia ipsa sibi ipsis similia sunt: populi uero albæ: hederæ: & eius quem uocant ricinũ dissimilia & alterius figuræ Noua.n.& a principio circinata: adultiora deinde angulosa. Et omniũ mutatio talis est &c. Rursus. Foliorũ uero transformatio & alius cõis est; qm̃ eius qui ricinus nominatur a principio nascentia folia circinata sunt: tpe deinde angulosa fiunt: quasi dearticulentur. Quam rõnem ex Theophrasto a cæteris relictam addere placuit ut hac nota ẽt dephendi ricinus possit. Et si uulgaris iampridem hic frutex sit: Seraturq; passim in hortis ad spectaculum. Neq;.n.ætate hac nostra alium quem sciamus in medicina aut reliqua uita usum habet. Vocatq; Ethruria phaselum Romanum. Diximus de eo ẽt in ricinino oleo: eamq; ob cãm non erimus in descriptione eius longiores. Id tm̃ testamur uera esse quæ hic ait Vomitiones ciere & per inferna laboriosa purgatione purgare. Scimus.n.pueros aliqñ deuoratis incaute seminibus eius aliquot integram cum sua nocte diẽ paulominus q̃ ad mortem eo cibo periclitatos. In quo monemus & illud non dicere Dios ut Barbarus uertit uomitiones mouere cici admodum iniocunda fastidiendaq; potione. Quod n. laboriosum καὶ ἀηδῶς esse hic ait purgatio non potio est: quod sequit.f.non eoq; cibus κάθαρσιν siquidem.i.purgationem hic: non πόημα.i.potionem inquit. Nec illud ẽt reliquisse uolumus ferulaceũ caulẽ aliter q̃ hic tribuere illi Plinium qui φελέχη κοῖλα καλάμου τρόπον ἔχειν.i.caudices calami mõ concauos h̃re dixit: quæ rõ longe distat a ferulaceis. In ferulis.n.medulla ẽ sed fungosa & eximiæ leuitatis: ναρθηκώδη q; Theophrastus plerunq; appellat: quæ similem ferulæ medullam habent: quale fœniculum multaq; alia in plantarum censũ sunt. In arundinibus aũt pura internodia nullo sarctu plena. Poterunt uolentes naturam contemplari & ex fide eius alterius historiam ꝓbare.

DIOS. DE Omni Lactaria herba quam græci Tithymalum uocant. Cap̃.cly.

Ithymalum. Romani herbam lactariam siue marinam lactucam aut caprinã appellãt. Tithymali numero genera septem. Primus mas ẽ: Characiasq; quasi uallaris dicit. Idẽ ab aliqbus ob comã quã in summo caule iunci modo gerit Cometes: uel a folioq; figura q̃ amygdalæ similia habet Amygdaloides: uel a longitudine eoq; qua Gobium piscem referunt Gobios ẽt noiatus est. Secundus fœmina aut a myrti folioq; figura Myrtites quasi myrtaceus uocat. Idẽ a nucibus quibus similẽ fructũ fert Caryites aut myrsinites ẽt dictus est. Tertius parali .i. maritimus quẽ quidam diminutiua forma & genere fœminino Tithymalida iridem quasi lactariolã herbã uocauerũt. Quartus Helioscopos.i.Solisequus. Quintus a cupressi similitudine Ciparisias. Sextus a ramorum copia & q; fere arborescit dendrodes. Septimus a latitudine folioq; platyphyllos.i.latifolius. Eius quæ uallaris lactaria herba appellat caules cubito longiores sunt: rubentes: acri & lacteo liquore pleni. Folia circa uirgas habet oleaginis similia: longiora tñ & angustiora. Radicem crassam: lignosamq;: & in summis caulibus comã qualis in iuncorum uirgis pendet. Sub ipsisq; caua peluibus similia in quibus semen. Nascit asperis & mõtanis locis. Natura & uis lacteo eius liquori est per inferna aluũ purgare pituitãq; & bilẽ trahere. In quẽ usum pondere duoq; oboloq; in posca bibit. Idẽ cũ mulsa aqua potus uomitiões cir. Colligit lacteus ex lactaria herba liquor per uindemiã. Oportetq; in fascem collectas tum sectas eius uirgas in uas ut defluat lac ꝓnas deflectere. Quidam Erui farinam miscentes Erui magnitudine pastillos cõformant. Aliqui ẽt siccatis eodem tẽpore Caricis tria quatuor ue stillicidia eius istillãt: Siccataq; simul omnia reponunt. Per se ẽt lacteus liquor hic in mortario confricatur: diuiditurq; in pastillos

pastillos & seruatur. In colligendo liquore hoc a uento oportet auersum stare homi
nem qui id agit: neq; referendæ ad oculos manus sunt: & anteq̃ ad agendum id acce
dat adipe oleoue cum uino corpus ungẽdum est: Presertimq; facies: collum: & scro
tum. Exasperat idem fauces: quapropter quę ex eo conformata deglutienda sunt: ce
ra aut decocto melle illeuisse oportet: sicq; illita dare. Caticæ duæ tres ue satis p se
ad purgandum sunt. Depilat liquor hic recens capillum ex oleo in sole inunctũ: sub
nascentemq; alium flauum & exilem facit: tandemq; omnem expellit. Cauis dentiũ
inditur: doloremq; leuat. Verumtñ cera dentes antea illeuisse oportet: ne defluẽs
fauces aut linguam lædat. Pellit idem quas græci in uerrucarũ genere formicas uo-
cant: uerrucas: thymos: clauos: & condilomata: impetiginesq;. In quem usum mala
hæc eo inunguntur. Vtilis & contra oculorũ pterygia: carbũculos: phagedenas: gã
grenas: fistulasq;. Legitur & autumno semẽ: siccaturq; in sole: mox leuiter tusum pu
re conditur & seruatur. Seruant & folia pariter siccata: præstantq; lacti eadem om-
nia semen & folia semissis acetabuli pondere pota. Sale condiunt ea aliqui etiã: Le-
pidio cum lacte & tuso caseo miscentes. Radix eius præterea in pastillos conforma-
ta drachmæ pondere cum dulci aqua pota per aluum purgat. Coquitur eadẽ in ace-
to: decoctoq; eius utiliter in dolore dentes colluunt. Quæ aũt fœmina lactaria her
ba dicitur: quam quidam Myrsinitem aut Caryitem dixerunt Laureolæ quã Daph
noides dicunt gustu similis est: colore albicanre. Folia habet Myrto similia: maiora
tñ & solida in summo acuminata & spinosa. Viticulas a radice mittit dodrantales an
nuum fructum inuicem alternantes iuglandi nuci similem: leniter linguam erodẽ-
tem. Nascit & hæc asperis locis. Possunt lac eius: radix: fructusq; & folia antedictæ
omnia eadẽ. Maiore tñ ui ad ciendas uomitiones illa est q̃ hæc. Quæ deinde Parali
os. i. maritima dicitur Lactaria herba: quam aliqui Tithymalida uel papauer uoca-
runt: maritimis nascitur locis. Ramulos habet dodrantales: rectos: rubentes: qnq;
aut sex a radice statim. Circa quos folia deinceps sunt parua: angusta: oblõga lino si-
milia. Habet in summo præterea circinatum capitulum: in quo semen est Eruo simi
le: colore uario. Flores candicant. Totusq; frutex & radix multo lactis liquore abun
dat. Similis ideq; antedictis usus eius est: seruaturq; pariter. Quæ itidem Helioscо-
pos. i. solisequa Lactaria herba dicitur portulcæ similia habet folia: graciliora tñ cir
cinatioraq;. Ramulos a radice statim mittit quatuor aut quinq;: dodrantales: graci-
les: rubentes: copioso lactis liquore plenos. Capitulũ huic est anetho simile in quo
semẽ ceu foliis clauditur. Circũagitur & huius coma ad solis cursum: unde & nomẽ
inuenit. Nascitur præcipue in ruinarum rudenbus & circa urbes & oppida. Colligi
tur ex hac etiam aliorum Tithymalorũ mõ lac: habetq; antedictis easdem uires non
adeo tñ efficaces. Quæ etiam Cyparissias nominatur dodrantalem: & aliqñ maio-
rem & rubentem caulem profert: ex quo germinant folia picearum foliis similia: te-
nuiora tñ gracilioraq;. In uniuersum autem nuper nascenti picee similis est: idq; no
men ex eo inuenit. Abundat hæc etiam lacte & easdem antedictis uires babet. Na-
scitur præterea in petris Lactariæ berbæ genus aliud quod dendrodes. i. arborescẽs
uocant: superinre sui parte frondosum comosumq;: lacte plenum: rubẽtibus ramis:
circa quns folia sunt tenui Myrto similia. Semen simile priori: quem Characiam. i.
uallarem uocauerunt. Seruatur eodem modo & bic ęquali antedictis potestate. Est
postremo quæ latifolia Lactaria herba appellatur Verbasco similis. Eius lac: tadix:
& folia per aluum aquosa trahunt. Quin etiã pisces herba enecat: tusa & aquæ mixę
ta. Neç minus præmonstratæ omnes idipsum possunt.

INTERPRES.

Atis uno uersiculo & in eo una tñ uoce in Theriacis suis monuit Nicãder: quod cõe Tithymalis omnibus esset: & unde potuerint posteriores latini nomen illis apte & fœliciter facere. Is aũt est. σαμψύχου κύτισόν τε καὶ αἰγλαγέας τιθυμαλλίδας .i. Sampsucũ Cytisumq; & copioso lacte plenas Tithymalides. γλάγος .n. eius gentis poetæ lac aliqñ appellant. Eamq; rationẽ secuti ueteres Romani Lactariam herbam cõi appellatione ob cõe oĩbus lac uniuersum hoc gen⁹ uocauerunt. Mox ut plerunq; io his fit: qui parum didicerunt quantopere undiq; cõia esse oporteat: qbus cõstituendum genus aliquod est: uidentes aliqui non aliter q̃ ex lactuca secta Tithymalis lac fluere: lactucam uocare incœpecunt: cum tñ nullius Tithymali folium ad eius similitudinem accedat. Licetq; lactuca a lacte quod secto eius caule defluit: nomen inuenerit: non ideo tñ hac una in re tñ illi similes plantæ aliæ eodẽ illi nomine indicãdæ fuerant. Nullus. n. audita lactuca nõ foliorum eius similitudinem quæret: quæ inueniri in Tithymalo aliqua non poterit. Nec refert: addiderit ne illi quispiã ex re aliqua discrimen: caprinamq; aut marinam uocauerit. Semper. n. audito lactucæ noĩe similem foliis illi herbã aliqs cogitabit. Idq; sentiens Celsus lib. v. capite. vii. cũ lactucam marinam appellasset: adiecit statim quæ Tithymalos a græcis nominatur. Intelligebat enim q̃ late pateret lactucæ nomen & qoatenus fallere quærentes Tithymalõ id nomen posset. Multa .n. ad mare nascunt: nec si lactuca ẽt uocari Tithymalus possit: totũ genus ea uox indicabit. Quæ. n. a græcis Paralios nominat: sola ad mare nascitur: & sola uere marina dici põt. Cæteræ .n. montibus: campestribus locis: inter rudera & circa oppida nascunt. Verisimileq; est fuisse id uomen tñ in usu his qui aut nullã aliã Tithymalum apud se nascentem haberent. Aut medicoꝝ qui ea tñ ad remedia uterent. Eadem aut nõ dissimilis in caprinæ lactucæ nomine rõ est. Vescunt. n. capræ nõ Tithymalis his tñ uerum iosinitis pene aliis. Nec facile erat ex eius animalis cibo tam multiplicem herbã deprehendere. Eamq; ob cãm nos auctore Plinio: multoq; magis suadente id rõne ne Tithymalis aliæ miscerentur plantæ ex tot aliis eius appellationibus lactariam herbam elegimos: quæ tam multis eius generibus inseruiret: & cõmunẽ oĩbus haberet ex cõi omnibus lacte indicationem. Et hæc ꝑ lactariæ herbæ appellatione satis dicta hactenus sint. Quibus adderem doceremq; longius quæ priuatim per singulas species fecerit illi nomina antiquitas: nisi qua licuit breuitate obiter interpretes ea docuissem: Vallaremq; primum eius genos uocari dixissem: non aliter q̃ & harõ dinis genus quoddam Characiam: Plinius ẽt uocauit q̃ uallis septisq; muniendis idonea sit: qua similitudine lactariæ herbæ primum hoc genus Characiã hic ẽt uocari ait altitudine (ut hic inquit) supra cubitum: ut pleriq; aũt alii bicubitali & crassitudine digitali: quæ tota quãtitas erigendis uallis satis est. In cæteris ex historia eoꝝ per se rõ nominis patet. Nec nos aliud habemus quod ad eam rem certius afferre ualeamus. Eãq; ob cãm relictis huiuscemodi ex Theophrasto monebimus lactariæ herbæ tria tñ genera ab eo describi: eam. s. quæ prima ab hoc numeratur: Characiã siue marem: Myrsinitem mox aut fœminã: postremãq; Paralium quæ tertia Diosc. est. Cuius descriptiõis qñ multa erit pro scriptoris huius historia utilitas non pigebit lõgius iisdẽ uerbis ex eo omnia repetere. Quæ huiuscemodi sunt. τῶν δὲ τιθυμάλλων ὁ μὲν παράλιος καλούμενος κόκκος φύλλον ἔχει περιφερές: καυλὸν δὲ καὶ τὸ ὅλον μέγετος ὡς σπιθαμιαῖον: ἔχει δὲ καρπὸν λευκόν. ἀμᾶται δ' ὅταν ἄρτι περκάζῃ σταφυλή. καὶ ξηρανθεὶς ὁ καρπὸς δίδοται πιεῖν τριφθεὶς ὡς τρίτον μέρος ὀξυβάφου. ὁ δ' ἄρρην καλούμενος τὸ μὲν φύλλον ἐλαιῶδες ἔχει. τὸ δὲ ὅλον μέγεθος διπηχυαῖον. τοῦτον ὀπίζουσιν ἅμα τρυγητῷ, καὶ θεραπεύσαντες οὕτω χρῶνται. καθαίρει δὲ κάτω μᾶλλον. ὁ δὲ μυρτίτης καλούμενος τιθύμαλος, λευκός, τὸ μὲν φύλλον ἔχει καθάπερ ὁ μύρρινος πλὴν ἀκανθῶδες ἐπ' ἄκρου. κλημάτια δὲ ἀφίησιν ἐπὶ γῆν ὡς σπιθαμιαῖα. ταῦτα δ' οὐχ ἅμα φέρει τὸν καρπὸν ἀλλὰ παρ' ἔτος τὰ μὲν νῦν τὰ δ' εἰς νέωτα. πεφυκότα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία. ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρυον. ἀμῶσι δ' ὅταν ἁδρύνωνται αἱ κριθαί. ξηραίνοντες δὲ καὶ ἀποκαθαίροντες αὐτὸν τὸν καρπὸν πλύνοντες ἐν ὕδατι καὶ πάλιν ξηραίνοντες διδόασι πιεῖν συμμιγνύντες δύο μέρη τῆς μέλαινος μήκωνος, τὸ δὲ συναμφότερον ὅσον ὀξύβαφον. καθαίρει δὲ φλέγμα κάτω. ἐὰν δὲ τὸ κάρυον αὐτὸ διδῶσι τρίψαντες ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διδόασιν ἢ ἐν σησάμῳ πεφρυγμένῳ καταφαγεῖν. Quoꝝ sensus est. Tithymaloꝝ aũt maritimos qui Coccos uocat circinata habet folia. Caulẽ totãq; plantam altitudine fere dodrantali. Semen candidũ. Demetit cũ primũ incœperit uua maturitate nigrescere. Daturq; siccatũ semen & tritũ tertia fere acetabuli parte. Qui deinde mas Tithymalus dicit oleaginũ habet foliũ: tota est planta bicubitalis lac ex eo io uindemia colligunt: & cũ id curauerint: utuntur. Purgat aũt magis per insema. Qui ẽt Myrtites uocatur Tithymalus colore candido: foliũ habet Myrto simile: sed in sũmo aculeatũ. Spargit hĩc ꝑ terram uiticulas longitudine fere dodrãtales quæ annuõ fructũ alternãt. Aliæ s. nũc. Aliæ uero sequẽti anno ab eadẽ radice exeuntes: Montana amat loca Tithymalus hic uocaturq; fructus eius caryon .i. nux. Demetitur cũ ad plenam crassitudinẽ hordea in spica matoruerint. Cũq; siccauerint purgauerintq; semẽ eius aqua lauant. Siccatũq; rursus dant bibendũ: additis nigri papaueris partibus duabus: ita ut sit totũ unius acetabuli pondos. Purgat aũt per inferna pituitam. Si oero nucem ipsam dederiot tritam in uino dulci bibendã: aut in frixo sesamo comeddẽdam dant. Hæc sunt quæ Theophrastus de tribus Tithymaloꝝ generibus quo diximus loco docuit longius ideo a nobis repetita: ut ex eius historia tantiq; auctoris testimonio pleraq; in Diosc. certius cognosci possint: colla-

tiusq; simul duorum scriptorum decretis uideant legentes: signa aliter ab aliis reddita a nobis fuerunt auctore Theophrasto & antiquorum græcorum ope reddita fuisse. Quale est quod in secundo genere fœminam myrtitem & caryitem diximus laureulæ: quã Daphnoides uocãt gustu similé esse: colore albicante. Qui color quõ in impresso aliisq; aliquot non legit̃: relictus ab aliis est: & quod ad Daphnoides pertinebat nõ plene expressum. Legitur.n. in antiq̃ssimis τῷ δαφνοειδεῖ τῇ γεύσει καὶ τῷ εἴδει λευκός. Quod est: ut nos uertimus: Laureolæ quam Daphnoides uocãt gustu similis colore albicãte. Fecimusq; id cõfidentius Theophrasto adiuuante: qui in Tithymali huius historia ait. ὁ δὲ μυρτίτης καλούμενος τιθύμαλος λευκός. Quod est. Qui aũt myrtites dicitur candidus Tithymalus Declarat idẽ Theophrastus ẽt q̃d in Dios. & in secũdo tithymali genere est τὸν δὲ καρπὸν φέρει παρ' ἐνιαυτόν. Quod alter ex nouissimis iterpretibus uertit: Fructũ fert alternis annis similem nuci. Alter Fructum fert post annũ nuci similẽ. Nos aũt annuũ fructũ inuicem alternantes. Manifeste.n. id docet Theophrastus Cuius in ea re uerba sunt κλημάτια δ' ἀφίησιν ἐπὶ γῆν ὡς σπιθαμιαῖα. τούτων δ' οὐχ ἅμα φέρει τὸν καρπὸν ἀλλὰ παρ' ἔτος τὰ μὲν νῦν τὰ δὲ εἰς νέωτα. Quibus nihil certius audiri põt. Viticulas aũt per terram spargit dodrantali fere longitudine. Hæ aũt non simul ferũt fructum: sed annua tẽporum uicissitudine: aliæ q̃dem nunc: aliæ uero sequenti anno. Sentiens.n. Theophrastus nõ satis intelligi illud παρ' ἔτος ut certiorem faceret rem addidit: alias q̃dem nunc ferre alias sequenti anno. Idemq; est Dios. παρ' ἐνιαυτόν: quod Theophrasto παρ' ἔτος: Græcæ præpositionis uis id facit qua carentes latini nõ possunt una uoce id exprimere. Plinius ex Theophrasto locũ interpretatus lib. xxvi. capite. viii. ait. Fructus non pariter maturescit: sed pars anno sequente. Cũ tñ Theophrasti uerba ea sint quæ nos ꝓposuimus: neq; ex cõi uocũ illarum æstimatione ut nobis uidetur locus ille aliter intelligi poterit. Idẽ ẽt Paralion. i. maritimũ Tithymalũ coccon uocari ait. Quod forte ex Diosco. perit. Est aũt græcis Coccos non simpliciter oẽ granũ: sed quod rotundũ est: & si non semper in laudatis scriptoribus ea rõ seruet̃. Pertinet ea appellatio ad capituli aut seminis in Tithymali hoc figurã quã in altero Dios. περιφερῆ. i. circinatam: in altero ὡς ὄροβος. i. erui figura & magnitudine ostẽdit. Sunt alia ẽt quæ Theophrasto & huic scriptori nõ penitus eadẽ sint: & q̃ in medicina aliter doceantur. Ea cognitu legentibus facilia erũt. Tria ut uidetur Tithymali genera tm̃ Theophrastus cognouit. Eaq; sunt quæ prima a Dios. numerantur. Cætera nec illi neq; herbariis antiq̃s in hoc censu fuerunt. Siquidem Crateras & Micton antiq̃ssimi herbarii quẽadmodum Nicandri interp̃s testatur: primũ genus masculũ dixerunt: appellariq; Cobiũ: fruticẽ exiguum: rubentibus uirgis: Secũdũ Myrrhinem: & tertiũ Tithymalida qui Paralios est. Cætera.n. solo lacte quo abundant a posterioribus in censum Tithymalorum recæpta fuerunt. Paulus Aegineta scriptorẽ hũc secutus totidem illi genera numerauit. Discreuitq; q̃bus uiribus & qua natura cõiter priuatimq; singula sunt. Quæ omnia quõ non erit inutile audisse ex eo iisdem uerbis tradentur. Quæ huiusmodi sunt. Prædominantem aliis uiribus acrimoniã hñt lactariæ herbæ oẽs. Inest eis etiã ualida amaritudo. Primas habet partes lac: tum semen: mox folia. Particeps & radix earum qualitatum. Eamq; ob cãm i aceto elixa: excisorum dentiũ dolores sedat. Lac uero cauis eorum inditur. Quod si os tetigerit q̃primũ urẽdo exulcerat: ideoq; cæra id antea inuoluũt. Secũdi.n. ordinis in calefaciendo est: quẽ causticũ esse dicunt. Eadem rõne defluunt lacte Tithymalorum inuncti capilli: sed quõ uehementius est oleo miscetur. Et si sæpius radices capillorum aliquis inuoxerit: exustæ penitus pereunt: glabrũq; relinquunt locũ. Eadem potestate pterygia: formicas: uerrucas: & thymos tollunt. Quin ẽt scabies: impetigines: carbunculãtia: phagedenica: & cancrescentia sanant. Oĩum tithymalorum efficacissimus maximasq; habet uires: qui Characias. i. uallaris dicitur: quem etiam marem uocãt. Fœmina itidẽ qui & myrsinites uocatur. Quin ẽt in petris nascẽs & arborescẽs. Post hos qui Verbasco similis ẽ: Cyparissias & maritimus postremus oĩum Solisequus est. Proportiõe his oĩbus respondet eorum cinis & lixiuius cinis. Hæc sunt antiquorum medicorum de omni Tithymalo decreta: ex q̃bus multa poterunt & paulo minus q̃ omnia in scriptore hoc deprehẽdi. Superest nũc ut moneamus ẽt ex antiq̃s græcis: quo loco in Dios. legitur prodesse lac Tithymali formicis uerrucis & thymis legi ẽt clauis: & quod in quarto genere quod Solisequũ uertimus legitur καὶ ὁ καρπὸς δὲ ὥσπερ ἐγκεφαλίοις. Quod est: & semen ueluti in capitulis: in antiquioribus iisdemq; ꝓbatioris fidei græcis legitur ὥσπερ ἐν φύλλοις. i. ueluti in foliis: alii cõem lectionem secuti in capitulis reddiderunt: nos meliorum codicũ fidem magis amauimus: presertim confirmãte eam qui mihi uetustissimus est latinus Dios. Quem ob multa amamus: sed ex eo presertim q̃ melioribus græcis in oĩbus conuenit: & ubi aliquid uariet: semper illis rñdet. Multa sunt quæ Plinio & Dios. in Tithymalorum historia eadem non sunt. Quales aũt priuatim singulos hic describat: nouisse facile est. Plinius primo generi tribuit quæ in Dios. nõ leguntur: in ramis digitalẽ crassitudinem: in iisdemq; rugas & quinq; aut sex numerum: & in asperis maritimis natales: quos Dios. montanos tm̃ dicit magno locorum in q̃bus nasci dicat̃ discrimine. Sũt & in medicina quæ inter eos uarient. Ea poterunt uolentes collatis simul utriusq; decretis certius intelligere. Est illud ẽt aiaduertendũ nõ dicere Dios. ut Barbarus uertit in colligendo Tithymali lacte opuetere faciem collum & inguina adipe aut oleo cũ uino ꝑunxisset sed ὄρχιον: quorum longe aliam ab inguinibus indicationem habet: Si Galeno in diffinitionibus suis credendum est dicenti: Hernias fieri omnes in Oscheo: quam partem nos auctore Celso & aliis Scrotũ uocauimus: neq; Hydrocelen

,i.aquosam herniam aliud esse q̃ humoris collectionẽ in aliqua Oschei parte: Sic hydrenterocelẽ & hygrocirsocelem & plerasq; alias. Multoq; certius in Anatome sua in qua cum dixisset lõgius de tota maris utilitate subiecit καὶ ὀσχεὸν τὸ περὶ τοὺς διδύμους i.& quod circa testiculos est Oscheon .i.scrotum. Quæ pars inguinum appellatione indicari a latinis non potest. Diximus hoc obiter: & ut aliud moneremus: Non uidere nos .s.quam ob causam hic iubeat adipe aut oleo muniri hãc partem quæ in homine pudoris cã semper tecta nullum potest ex halitu contactu ue lactis Tithymali periculũ sentire. Quod n.in co nocet caustica uis est. Eamq; ob cãm pingui aliquo iubentur muniri corpus. Est n.oleo & pinguibus aliis natura aduersari causticis ut in oleo uolumine primo dictũ ab hoc & a nobis est. At non possunt sua ui nisi per contactum nocere corpori caustica hæc. Ideoque nos rem pa℞ pbamus: presertim nihil Plinio & antiqua scripturis huius interpretatione huiuscemodi indicantibus. Idcoq; uitii nota signatus locus a nobis est. Serapion tñ eam cum reliquis partibus numerauit: & nos qualem in cunctis græcis inuenimus: uertimus. Cogitandũ peritioribus relinquentes quam habeat rõnem & necessitatẽ in colligẽdo tithymali lacte alioquin munitam tectãq; in homine partem cõtra lactis eius maleficiũ pingui aliquo muniisse. Siq̃dẽ facies & collũ q̃m i homine nuda semper & aperta sunt: lædi contactu & halitu eius facile pñt. Quæ uero amictu aliquo munita sunt: lædi posse non uidenť. Neq;.n.lactis huius cadẽ quæ gladii uis est. Discrepat & i secũdi generis historia a Dios. Plinius. Quæ n hic maiora q̃ Myrti folia illi tribuit: Plini⁹ molliora uocat: non leui discrimine nisi in Plinio pro maioribus mollioribus corrupta sit lectio Id nos expẽdẽdum peritioribus relinquimus. Lõgior ẽt ille q̃ hic in reliqua eius historia & medicina est. Sunt & in tertio genere quæ plura Plinius q̃ hic docuerit ex Theophrasto tñ accæpta: presertimq; qđ ait semen habere albũ Paraliũ Tithymalũ: quod colligitur incipiente uua. Theophrasti uerba sunt. ἁμᾶται δὲ ὅταν ἄρτι περκάσῃ ἡ σταφυλή Vertitq; Plinius περκάζειν uerbum incipientem uuam: & fœlicissime q̃dem. Quoniã non nisi maturescens: aut matura, pprie uua appellatur: ante.n omphax a græcis dicitur: cui parem simplicem uocem: quam sciam Latini nõ hñt: sed adiecta acerbitatis aut immaturitatis nota eam indicant: proprieq; & apte Plinius id ex Theophrasto uertit. Est.n. περκάζειν græcis μελαίνεσθαι ποικίλλειν καὶ πεπαίνεσθαι i.nigrescere: uariari & maturescere. Neq; aliter hic ipse scriptor.γ.uolumine dicet in agresti uite οὐ περκάζειν τὴν σταφυλήν.i.non nigrescere uuam maturitate. Quod placuit cõmẽtationibus his nostris addere ut non satis certa res in eo scriptore intelligeretur. Scirentq; re℞ græca℞ ignari quid Plinio incipiens uua sit. Nos id ex Theophrasto explicãtes uertimus. Demetitur cum primum incœperit uua maturitate nigrescere. Habet & quartum genus in Plinio multo breuiorem q̃ in Dios. historiam. Adiecitq; ille quod in hoc non legitur. Stantibus surculis. Neq; enim Dios. stantes magis q̃ iacentes describit: sed simpliciter κλῶνας ἀφίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης.δ.ἢ ε. Quo magis Barba℞ demiramur q stantibus & ipse adiecerit: uolueritq; Pliniũ ubiq; Dios. miscere. In quinto deinde quod Cipariſſiam a cupresso ueteres græci nominauerũt nõ est qđ miretur aliquis a cupresso nomen factum illi esse: mox piceæ folia eius cõparari. Vtrũq;.n. ex re factum est. Neq;.n. simpl̃r folia eius piceæ cõparantur: sed piceæ nuper nascenti: quæ cupresso tũc similiora q̃ piceæ sunt: breuiora & simul implicita. Hocq; Plinius non superius illud nasci circa oppida ait. Mox quæ sequunť ultima duo genera non eodem ordine ab eo numeranť: sed sextum latifolium illud facit: quod hic septimum numerat: priuatimq; hoc amygdalitem non primũ Characiam dictum: ut hic a similitudine foliorum uocari ait contra q̃ Dios qui Verbasco folia eius cõparauit: & nihilominus nullius latiora esse folia Plinius testatus est: quæ sibi inuicem aduersari uidentur. Miscuit præterea in septimo pleraq; alia uocariq; cõtra ueterum oĩum decreta Cobiũ hoc non primum dixit. Et præter alias appellationes contraria latifolio ratiõe leptophyllon quod est tenuifolium etiam nominari. Quæ omnia poterunt peritiores in eo certius expendere.

Incipiẽs uua Omphax

DIOS. DE Pityusa frutice. Cap. clyi.

P Ityusam. Sunt qui Clema.i.sarmentum uel uiticulam: qui Crambion: q Paralion: qui Canopicon. Romani pariter græcis Pityusam uocãt. Specie a Cypariſſia Lactaria herba differre credit. Vnde inter lactarias herbas alias & hanc numerant. Caulem ex se mittit cubito maiorem: multis geniculis intersectum: acuminatisq; & tenuibus foliolis uestitum piceæ similibus. Flores habet paruos colore pene purpureo. Semen latum figura lentis. Radicẽ cãdidam: crassam: lacteo liquore plenam. Inuenitur aliquibus locis grãdis hic frutex. Purgant per inferna radix duarum drachmarum pondere cum mulsa aqua pota. Semen unius: Lac cochlearis. In quem usum farina excæptum & in pilulas conformatum degluttiendum datur. Foliorum postremo drachmæ tres.

INTERPRES.

Nter arbores libro.xxiiii.capite.yi.Pityusæ meminit Plinius: & a Picea statim breuissime qoam ille credidit satis fore oēm eius historiã & medicinã ꝓsecutus est:nulla alia q̃ nominis occasione fretus.Neq; n.Pityi quã piceã uocauimus congener pityusa est. Frutex siquidē hæc:illa uero arbor:totoq; genere inter se diuersæ. Ille tñ ne cognata a cōgeneribus suis separare uideret cognomines potius q̃ cōgeneres plantas simul & cōtinuata historia descripsit. Hic contra naturam magis q̃ nomina secutus lactariis aliis herbis ram statim subiecit:qm̃ parem lactis ubertatē & similem in purgando uim habet:nec tãti folia eius Piceæ similia fecit:ut reliquam naturã negligeret. Quod.n.pityusa piceæ simile habet foliũ tm̃ est. Cætera lactariæ herbæ similiorē & cōgenerem faciunt. Ideoq; ait a quibosdam inter Tithymaloꝝ species & hanc numerari:solaq; specie a cyparissia lactaria herba differre. Aiaduertit hoc ante nos etiã Nicolaus Leonicenus:longiusq; de tota hac re in cōmentariolo suo egit. Eã uocari a qbusdam hic Clema ait.i.uiticulã & sarmentũ: qm̃ forte quos habet caules aliaꝝ modo quæ uiticulas habent per terrã spargit. Paralium uero qm̃ Tithymalo ob lactis copiam similis sit. Quod deinde cæteri interpretes in radice dixerũt uocari eã turpet adiectum Diosc a posterioribus fuit. Id.n.in nullis ueteribus græcis aut latinis legitur:nec legi ēt debet:quando barbara ea uox est:& a posterioribus medicis quæcunq; ea sit sic appellata. Ob quas cãs nos libenter & merito ex hoc scriptore eam eiecimus.

DIOS. DE Lathyri. Cap. clyii.

Athyrin. Sunt qui & hanc Tithymalũ:idest Lactariã herbã uocent: & inter Tithymalos numerent. Caulē ꝓfert altitudine cubitali: inanem: digiti crassitudine:in summo cuius ex alaꝝ cauis exeunt germina. Folia habet ex caule exeuntia oblonga:amygdalinis similia:latiora tñ & maioris læuoris. In summis aũt ramulis longiora Aristolochiæ figura:aut oblōgæ hederæ. Fructũ fert in sũmis ramis tribus loculamentis diuisum:circinatũ:capparis figura: in quo tria sunt semina utriculis inuicem discreta:rotunda:eruis maiora:quæ ablato cortice: candido colore & sapore dulci sentiuntur. Radix illi est gracilis & inutilis. Totus frutex lacte lactariæ herbæ modo plenus est. Purgant aluum semina eius numero septem aut octo deuorata aut in cibo sumpta:potaue cum caricis aut palmulis frigida superpota aqua. Ducunt quocũq; modo sumpta pituitam:bilem:& aquas. Quinetiam lacteus liquor & lactis lactariæ herbæ modo conformatus idem præstat. Coquuntur præterea cum Gallinaceo oleribus ue in eundem usum folia eius.

INTERPRES.

Emonstratam pauloante Pityusam & quam modo tractamus Lathyrim ob eãdē lactis notam & purgandi uim Paulus Aegineta in.yi. Tithymalis aliis adnumerauit. Sũtq; de Pityusa eius hæc uerba. Et hanc aliq Tithymali speciem dicũt:qm̃ simile lac habet:& ut ille purgat. De Lathyri aũt quæ sequunt. Priuatim hanc quidam Tithymalũ uocant: qm̃ pariter illi lac eius purgat. Et si in Lathyri præcipuam purgandi uim semen habet. In qua descriptiōe animaduertendum in primis illud est:quod dicitur priuatim quosdam Lathyrim Tithymalũ uocare eo ptinere quasi nō lathyris sed certiore Tithymali noīe ab illis indicetur. Credimusq; nos ex hac descriptione:posteriorũq; tēpoꝝ usu Cataputiã minorē a nostræ ætatis medicis Lathyrim appellatã fuisse. Nihil de Lathyri hac quod hactenus in eo inuenerim Theophrastus. Masculino tñ genere Lathyron inter legumina lib.yiii.de plantarum historia numerauit. Vertitq; Gaza Cicerculã:quæ nihil ad Lathyrim hãc pertinet. Plinius.xxyii.uolumine xi.capite Lathyrim diuersa penitus ab hoc scriptore historia tradidit:presertimq; in foliis quæ hic amigdalæ ille lactucæ similia fecit. Magno ut uidetur figuræ discrimine inter lactucæ & amygdalæ folia. Sunt præter hæc & alia quæ poterunt uolentes inuicem conferre. Nobis satis sit locum signasse: interimq; illud moner:enon repugnare scriptoris huius historiæ quod tradit:folia Lathyris in caule oblōga esse amygdalinis similia:quæ uero in summis caulibus μακρότερα.i.longiora:ideoq; contra fidē oīum græcoꝝ: quod alter ex interpretibus fecit:non longiora sed minora uertere oportuisse:quasi μικρότερα una tãtum mutata littera legendus locus esset. Neq; n.aliud hic docet q̃ in summo caule augeri & extendi folioꝝ longitudinē:patetq; id maxime ex eo quod statim subiicit Aristolochiæ aut oblōgæ hederæ similia fieri. Nolumus quod medicinæ inseruiat ulterius differre. Quæ hoc capite totq; aliis hactenus hic scriptor ὕδατα trahi medicamento aliquo dixit:& nos aquas semper aut aquosa uertimus. Subeuntes cutem aquas: & malum quod græci hydropem dicunt ea uoce plerunq; indicari: de-

ὕδατα Aquæ & aquosa

prehendiq; & cognosci facillime id a medicis ex ui remediorum poterit: ab aliis aũt ex his quæ Plinius quo diximus loco scriptori huic respondentia tradidit dicens. Hæc uicena(de seminibus aũt sermo ill(est)in aqua pura: aut mulsa pota hydropicos sanant. Nihil aliud intelligens q̃ quod hic ait ἄγει καὶ ὕδωρ. Possunt quidem in ea uoce aquosæ aliæ sobstantiæ intelligi: sed ad hydropicos plerunq; ea uox pertinet.

DIOS. DE Peplo herba. Cap. clviii.

P Eplon. Sunt qui Sycen. qui Spumeũ papauer. Romani pariter græcis Peplum dicunt. Exiguus frutex est cãdido lacte plenus: paruo folio: rutę simili: uerũtñ latiore. Tota eius coma dodrantalis fere est: in orbẽ circũacta: in terra iacens. Habet sub foliis minutũ semẽ: rotundũ: minus q̃ papaueris albi. Multos habet usus herba: una tñ radix illi est eaq; inutilis: a qua totus exit frutex. Nascitur in hortis & uinetis. Colligitur messibus: siccaturq; in umbra cõtinua uersatiõe. Seruatur semen eius tusum & feruenti aqua aspersum. Trahit acetabuli pondere pituitam & bilem in dulci aqua cyathi mensura potum Pepli semen. Herba etiam obsoniis mixta aluum turbat. Sale & hæc etiam inter alia ruris salgama seruatur.

INTERPRES.

M Econion meconitimq;. i. papauer aut papaueraceã herbã uocasse Peplon hanc Hippocratẽ testis est Galenus. Idem & Dios. testatur spumeũ papauer ab aliqbus dici affirmans: postq; hos oẽs Plinius lib. xxvii. capite. xii. Quod non aliunde q̃ ex seminis similitudine factũ est: quod oẽs albi papaueris esse dixerunt: Paulus Aegineta præter id habere Peplon lac etiã ait: Tithymalorumq; modo purgare. Oẽs itidẽ Sycen uocari dixerunt. Quæ uox græcis ficũ significat: & quũ lacte arbor ea abundet: ideo lactariæ herbæ cõicasse suum potuit nomen. Plinius quo diximus loco iisdem notis descriptam facile cognoscendam diligentioribus reliquit.

DIOS. DE Peplide herba. Cap. clix

P Eplida. Sunt qui agrestem portulacam. Hippocrates Pepliõ. Romani pariter græcis Peplin uocant. Nascitur maritimis præcipue locis frutex frondosus: lactis liquore plenus. Folia habet hortẽsi portulacæ similia: circinata: & ex inferiore parte rubentia. Quin etiam sub foliis rotundum eodem quo Peplus modo semen habet sapore feruido. Radix illi est una: gracilis & inutilis. Colligitur peplis: reponitur: datur: & inter salgama sale conditur eodem quo Peplus modo: easdemq; uires habet.

INTERPRES.

N Eutro genere sed eadem diminutiua forma Galenus Peplion peplida hãc uocat: & ad ducendam pituitam & bilem semen eius cõmendat: auctoreq; Hippocrate difficiendis iflationibus utilẽ prædicauit. Paulus Aegineta a decretis scriptoris huiusmoo discedens feruidi saporis semen habere peplida hanc ait: peploq; pariter purgare. Quamob cãm eandem Peplo esse aliqui crediderunt. Solumq; in declinatione nois discrimen esse. Verũtñ certis discriminibus duæ inter se plantæ differunt: presertimq; foliorum quæ in altera rutæ in altera portulacæ sunt. Ex quo factum ẽ ut tertium genus siluestris portolacæ hæc credita fuerit. Et sane similis illi paulominus q̃ tota figura est: adeo ut facile pro portulaca fallere legentes possit.

DIOS. DE Chamæsyce. i. humili & terrestri fico. Cap. clx.

C Hamæsycen. Sunt qui Sycen: q̃ Spumeũ papauer appellent. Romani pariter græcis Chamæsycem dicunt. Ramulos pfert Chamæsyce longitudine digitorum quatuor: per terrã stratos: in orbem circumactos lacte plenos. Folia lentis figura peplo similia habet: parua: tenuia: in terra iacentia. Semẽ illi sub foliis rotundũ Pepli modo est. Non florẽ non caulẽ habet: radice gracili & inutili. Finiũt muliebriũ locorum in fœminis dolores ramuli eius cõcisi & ex uino p pessulo appositi. Idẽ emplastri mõ impositi tumores: uerrucas: & quas in uerrucarum genere

formicas uocãt disiciũt. Quin ẽt elixi in cibo sumpti aluum soluunt. Põr idẽ & lac ex eis collectum. Scorpionũ ictibus utiliter etiam inungitur: hebetibus oculis: eorũ caliginibus: incipientibus suffusionib⁹: cicatricibus: nubeculisq; apte & utiliter idẽ inungitur. Nascitur Chamæsyce petrosis & squalentibus locis.

INTERPRES.

Quæ a Lactariis herbis deinceps a scriptore hoc numeratæ tractatæq; sunt Pityusa: Lathyris: Peplos: & Peplis. Vno quũs cætera desint lactis liquore quem fractæ oẽs destillant facile cõgeneres nulla intercedente herba frutice ue alio cõiũctã merito descriptionẽ in eo habuerunt. Nec aliunde humilis iacensq; in terra terrestris ficus hæc quæ tota Chamæsices græcis significatio est: in ordinem & numerũ illarũ uenit. Soloq; lacte quod ficis simile habet honestiorem q̃ decebat ab arbore appellationem inuenit. Neq, n. ramos: folia: fructus ue ficulneos habet. Quod fico cõmune habet lac tm̃ est. Quam ob cãm parũ pprie pumilã ficum quod aliq fecerunt eã aliquis dixerit. Aliud n. est pumilam platanum & cerasum dicere coactæ breuitatis Arbores & aliud quas græci Chamæsycem Chamæcisson & alia huiuscemodi. Illæ siquidem suum genus seruantes sola breuitate ab aliis differunt. Hæ similitudine aliqua tm̃ & alicuius solum partis in alio genere cõstitutæ deficiente omni alio noie ab arbore planta ue aliã: cui in ea parte similes sunt id ĩpetrarunt. Quod facillime in Chamæsyce hac deprehenditur: quæ ramulos suos per terrã spargit: & folia lentis habet parua ut hic ait: tenuiaq; & in terra iacentia: quæ longissime a fico arbore absunt: nec relinquitur unde sic uocari debuerit q̃ lactis liquor: quo multis oculorũ uitiis & morbis medeẽ. Inter quos hic incipientes suffusiones numerauit eas intelligens: q̃ ueteres græcorũ medici ὑποχύματα & ὑποχύσεις dixerunt: diffinierũtq; esse pigri humoris concretionem in cornea tunicula ad oculi pupillam qua uisus impeditur: aut saltem uidendi perspicua claritas. Addideruntq fieri frigiditate aut infirmitate spũs quo uisus peragitur. Ideoq; senibus aut post longã ualitudinem frequentius accidere. Fieri ẽt ex uiolento uomitu: ex ictuq; & ob alias cãs: differreq; ab albuginibus quas græci glaucomata dicũt: q̃ albugines cristallini humoris uitiũ sunt. Quo mutatur in glaucũ colorẽ humor ille. Suffusionẽ uero fieri subeuntibus cõcretis humoribus inter corneam & cristallinã: esseq; oẽs albugines incurabiles. Suffusiones contra curabiles: sed non oẽs: ideoq; curandas anteq̃ inualuerit malum. Idq; est quod hic ait incipientes suffusiones: qm̃ cũ inualuerunt neq; hoc neq; aliis remediis curari iam pñt: sed ad Chirurgiã transeũdum: q̃uis & ea nõ oẽs ẽt suffusiões has curare possit. Quod certius ex Galeno aliisq; græcorũ medicis poterunt qui hoc nouisse cupient audire. Lõgius. n. omnẽ hanc albuginum & suffusionum rõnem illi docuerunt Nos. n. ad alia festinamus.

Suffusiones oculorum

Albugines

DIOS. DE Scammonia. Cap. clxi.

Scãmoniã. Sunt qui Scãmoniæ radicẽ: qui Colophoniã radicẽ: q Dactylion: Magi Apopleumenon. Aegyptii Sanilũ. Romani Colophoniũ appellant. Numerosos ab una radice ramos mittit Scãmonia trium & aliqñ quatuor cubitorũ longitudine: pingues quadãtenus pilosos. Folia itidẽ pilosa Helxinæ aut Hederæ similia: molliora tñ & triangula. Flores candidos in orbẽ circumactos: calathorũ modo cõcauos & graue olentes. Radix illi est longior: crassitudine cubitali: colore candido: grauissimi odoris liquore plena. Colligitur liquor desecto radicis capite tum in profundũ tholi modo excauata radice ut liquor in cauum cõfluat: qui deinde conchulis excipietur. Quidam effossa eodem modo terra substratisq; iuglandis nucis foliis liquorem excipiunt: siccatumq; auferunt: Probatur qui pellucidus: non ponderosus: fungosus: taurino glutini colore similis. Qui tenues habebit discurrentes uenas: spongiosusq; erit: qualem ex Mysia Asiæ afferunt. Neq; est in pbatione id solum animaduertendum ut linguæ admotus albescat. Sequiẽ enim hoc etiam in adulterino admixto illi lactariæ herbæ lacte: Sed obseruandæ potius præmonstratæ notæ sunt: & ne multo feruore linguam incendat: quod admixta illi lactaria herba fit. Reprobantur qui in Syria & Iudæa nascuntur Scammoniæ liquores uirosi: densi: lactaria herba & Erui farina adulterati. Est Scammonio liquori uis & natura cum mulsa aqua simpliciue aqua sumpto drachmæ aut obolorum quatuor pondere per inferna bilem & pituitam purgare. Ad soluendam uero aluũ satis sunt

cum sesamo semineue aliquo alio sumpti oboli duo. Dant & ad efficaciorem purgationem Scammonii liquoris tres. Veratri uero nigri oboli duo & Aloes drachmæ. Conficitur & sal qui purgãdo sit additis in cyathos salis sex Scammonii liquoris uiginti drachmis. Sumitur habita uirium sumentis ratione: maxima mensura cochlearibus tribus: media duobus: minima uno. Purgat radicis etiã drachma una duæ ue cum his quæ præmonstrata sunt. Quidam & decoctum eius bibunt. Eadem in aceto decocta concisaq; cum hordeacea farina coxendicis doloribus emplastri modo imponitur. Fœtus enecat liquor in lana fœminarum locis appositus. Quinenã panos discutit cũ melle aut oleo inunctus. Decoctus hic ẽt in aceto mox inunctus lepras pellit: & cõtra capitis diutinos dolores cũ rosaceo & aceto inspergitur.

INTERPRES.

c Rimus ueterum & iuniorum exẽplo in Scãmoniæ & Scãmonii cõmẽtatione breuiores. Quotidiana.n.in medicina usus res est: Nullusq; nõ audito alterius noĩe intelligit quod ad purgationes præsentẽ & maximã uim habet: nouerunt q; oẽs quem uendũt officinæ concretũ ex radice herbæ liquorem: quæ multis qdem locis puenit. Probatissima aũt transmarinis regionibus: præsertimq; Asia & toto Colophonio agro. Ex qua regione factum illi aliqñ fuisse nomen hic a gẽtibus testatur: quæ dum pbatissimum Scãmoniũ quærunt: & ex Colophone Asiæ id petũt paulatim fecerunt: ut quæ bonitatis nota erat: in nomen & appellationem transierit. Verũtñ facile id nomẽ periit: seruato ubiq; quod primum & aptius illi fuerat a principio factum: quod uos credimus rõnẽ a fossura habere: quam hic ad excipiendum liquorem fieri docet. σκάπτειν n. græcis fodere est. Vocauitq; gens illa fœminino genere scãmoniam herbam: masculino aũt aut neutro exceptum ex secta radice eius ὀπὸν aut ὄπισμα.i.liquorem. Fecitq; usus qui plerunq; liquoris eius est ut miscerentur quondam: & adhuc misceantur in appellationibus simul liquor & planta. Probatiores tñ græci neutro genere semp Scammoniũ liquorẽ uocauerũt. Sic Plutarchus in cõmẽtario quo docet quibus notis secernendus ab amico adulator sit: cum moneret nõ esse in calamitate & infortunio castigandum hoĩem: qm non aliter reiecturus tunc præcæpta illa esset: q̃ si ægroto assidẽs medicus diceret. Ob præteriti tpis uoluptates: nimiam uenerem: longiores cœnas: & quotidianã ebrietatẽ oĩa illi ea mala adesse. Fieri.n.ut respondeat dolens iratusq; παρασκευάζεταί μοι καστόριον καὶ σκαμμώνιον σὺ δὲ νουθετεῖς καὶ φιλοσοφεῖς. Quod est. Præparatur mihi Castoreum & Scãmonium: tu aũt mones & philosopharis. Protulitq; genere neutro Scãmonium: ὄπισμα.i.collectũ & seruatum in medicinæ usum radicis scãmoniæ liquorem intelligens. Descripsit longiore historia Plinius Scãmonium & scammoniã li.xxvi.capite.viii. Hortamurq; nos bonarum litterarum studiosos omnia eius scriptoris dicta: singulasq; uoces cũ Dios. conferre. Neq;.n.erit ad utranq; partem negligendum operæpretium. Siquidem intelligent in radicũ descriptione: quam hic ait βαρύοσμον: quæ uox græcis graueolentem simpliciter significat ab eo nauseosam dici: & quam hic ὀποῦ μεστὴν.i.liquore abundantem: madidam: multaq; alia: quæ Barbarus Plinium imitatos ab aliquibus forte longius a scriptoris huius sensu discessisse uidebitur: madidã.n.& ille uertit. Nos qm post mt sæcula sentimus mutatã in multis uocibus antiquã significationis æstimationem: aut si ea adhuc seruetur apertiorem tñ docẽdi rõnem ineundam in his esse. Vertimus graueolentem & multo liquore abundantem: iisdẽ uocum uestigiis huic scriptori per plantas eius ingredientes. Non pbamus ẽt quod in florum Scãmoniæ pictura Dios. ait ἄνθη λευκὰ περιφερῆ κοῖλα ὡς κάλαθοι uersum ab eo fuisse florem candidũ: maleolentem: rotundum: & cauum ceu qualus. Calathis.n.eos Dios. comparat: quorum figura longe a q̃lis diuersa. Estq; omnibus facile qualis Calathorum forma sit ex Plinio audire & immutabili naturæ exemplo cognoscere. Lilia.n xxi.uolumine capite.v.scriptor ille describens ait. Candor eius eximius foliis foris striatis & ab angustiis in latitudinẽ se laxantibus effigie Calathi. Qua descriptiõe nihil p Calathi figura certius audiri potest. At non possunt har forma quali esse si Maroni poetarũ oium in re latina merito principi credendum est in Georgicis suis ad deprehendendam salsuginẽ & amaritudinem terræ iubenti fumosis diripi tectis Cola & spisso uimine qualos in quibus terra aq̃ madens calcetur: pro quo usu oportet in orbem patere qualos non ab angustiis in latitudinem se laxare: quales Plinius calathos describit: qui siue recti siue inuersi constituantur: non poterũt aptæ eum habere usum. Videbunt hæc forte aliquibus leuiora: neq; nos id negamus. Verumtñ in cognoscenda medica materia necessaria. Non leui.n. discrimine calathi figura flos dicetur: qui quali erit & e diuerso. In altero siqdem lilii spẽs in altero rosæ aut alterius in orbem circumacti floris intelligetur. Non uertimus & nos eodem aliis interpretibus modo: quod in Diosco. legitur: καὶ θολοειδῶς τεμνομένης εἰς κοιλότητα. Quod est. Tholi modo secta in concauitatem radice. Id alter eorum uertit. Radix in testudinis spẽm cultro excauatur. Alter uero in modum testudinis cauerna incisa: nõ male qdem testudinis uoce illi usi sunt. Græci.n. Tholon camerã.i.testudinẽ priuatim & pprie

Calathus
Qualus

uocant

uocant. Verũtamẽ eadẽ hac uoce indicauerunt ẽt rotundũ ædificiũ: cuius finis in acuminatũ culmen & fastigium paulatim decrescit & desinit. Pro cõperto itaq; sit significare græcis tholon ædificii cameram testudinemq;: aut eam structurá quæ altius crescens rotunda forma in fastigiatũ culmen desinit: & utrãq; altius se extollenté nõ in cõcauitatem: quæ in colligendo liquore necessaria oĩno est. Negauit.n. natura aquis humoribusq; aliis oĩbus p se sursum ferri: tantumq; abest ut possit in testudiné aqua cõfluere ut nihil æque portentosum sit: si uideatur per se aqua altiora petere loca: & nihilominus hic θολοειδῶς .i. testudinis modo ait secandam esse radicem eius ut in eam cõfluat liquor qui humiliora semper loca naturæ suæ ui quærit. Non est igitur in illo θολοειδῶς simpliciter intelligenda testudo sed cõiungendæ simul uoces illæ duæ sunt θολοειδῶς εἰς κοιλότητα .i. cõcauæ: descendentis: & quasi testudinis iouersæ modo: Illud.n. εἰς κοιλότητα .i. incõcauitatem conuexæ testudinis formá & rõné mutat. Est.n. oĩbus testudinibus cõuexa forma sed in sectione radicis Scámoniæ est ea qdem secanda testudinis modo: sed nõ ut cõuexa sit ea testudo uerũ cõcaua.i. descendens inuersaq; & ut apertius dicamus in lacuná excauãda: Neq; aliud huic scriptori hoc loco & alibi aduerbiũ θολοειδῶς in radicũ sectione ad excipieodũ liquoré significat q̃ eẽ excauandã radicem ea forma ut a superiore parte maiore giro & laxius cauũ illud fit: descendensq; paulatim in pũctũ ut sic loquamur desinat nõ aliter q̃ ea q̃ terebro pforãt. Idq; ut credimus Dios. est θολοειδῶς εἰς κοιλότητα: Eãq; ob cãm nos nulla testudinis adiecta uoce uertimus in ꝓfundũ excauata radice ut humor in cauũ cõfluat. Suspicamur deinde & quasi ꝓ cõperto habemus uitiũ in põdere liquoris huius esse quo loco de cõficiẽdo Scámoniæ sale in scriptore hoc legit. Iubet.n. salis cyathis sex misceri Scámonii liquoris drachmas. xx. quod pondus lõge maius est q̃ exiguæ salis mensuræ cõpetere posse uideat. Auxitq; suspitioné hanc nostrã ueterũ græcorũ latinorũq; codicũ ionumeris & põderibus his multiplex uarietas: in aliqbus.n. par salis & Scámonii põdus legit: in aliqbus impares qdé portiones sed multo minores his quæ nũc in Dios. legunt. Satis sit monuisse hoc qm cõtra omniũ græcorũ fidé mutare aliqd nõ bonæ fidei interptis erat. Videndũ itidé an deesse possit aliqd eo loco ẽt quo legit datur & ad efficacioré purgationé Scámonii qdem &c. Veratri uero nigri &c. Adiectũ n. Scámonio ueratrũ & utriusq; rei certa discretio priuatim nobis certũ aliqd mali genus exigere uidet. Quod nos peritiorib⁹ augurãdũ relinqmus. Nihil.n. in cũctis græcis quos hactenus uidere licuit aliud legit. Meminit Scámoniæ Theophrastus. ix. de plãtarũ historia monuitq; primum ex sola radice eius liquoré excipi mox cõtra q̃ hic decreuit unius tm̃ liquoris usum in Scammonia esse: Hic aũt radice & radicis decocto in quibusdam utitur.

DIOS. DE Oleastello siue oleagine frutice qué græci Chamæleã uocãt. Cap. clxii.

Hamælean. Sũt qui Pyrosachnen: qui Achneston: qui Heracliã: qui Bdelyran: qui Cnidiũ granũ: Romani Citocaciũ: oleaginé aut Oleastellum appellant. Dodrãtales hẽt ramulos Oleastellus surculosus frutex. Foliis oleę similibus: tenuioribus tñ: amaris: gustũ erodentibus: & fauces scarificantibus. Purgant p inferna folia eius pituitã & bilẽ. In quẽ usum deglutienda dant uni foliorũ parti duabus absynthii additis: cõformanturq; in pilulas mulsa aqua. Non conficiuntur ea in stomacho: sed qualia sumpta fuerunt reddũtur. Repurgant cum melle concisa itidem folia sordida & quæ crustas quales igne fiunt contraxerunt ulcera.

INTERPRES.

On ausim ego dicere quod fecisse uident aliq ꝓ cõperto mihi esse græcorũ Chamæleã capite hoc a Dios. tractatã Columellæ Cilibracã oleã esse quã. xiii. uolumine capite. xlix. Scriptor ille pp similitudiné Oleastellũ a qbusdã uocari ait. Quæ.n. numerant ab eo illic ad Sirapæ cõfectionem oliuarũ genera ex arboribus nõ fruticibus legi præcipiunt: poseæ: liciniæ & culminiæ oẽs in oliuatũ cẽsu inter primas laudatæ: Quibus uerisimile est cõnumerari debuisse eã q̃ egregiæ bonitatis pariter esset: presertim dicẽte eodé Columella. Verũtamé habet pcipua in hos usus olea Cilibraca: quã qdã ꝓpter similitudinem Oleastellũ uocant. Ratiocinari n. ex his oportet melioré ꝓbatioremq; Cilibracã oleam præmonstratis illis esse: quod parũ uerisimile est io Bacca oliuaq; illa quæ sola similitudine: oõ qa cõgener oleis sit incẽsum earum uenerit. Nec obstat dicer Columellã pp similitudiné oleastellũ uocari. Põt.n. ad totius arboris formã id referri. At Plinius. xv. uolumine capite. vii. oleum ex Chamælea fieri testat expresso ex oleastris simillimũ. Scimus id qdé: & nisi aliud doceat: ex oliuis oleũ ẽt exprimi: oportereq; si exprimẽdum ex Chamælea oleũ sit oliuas baccas ue in ea intelligi: qd tamé hic in Chamæleæ historia nõ testatur: & si Plinius apte id dicat: Nõ cõstituimus ob eã cãm Cilibracã Columellæ oleã: Et si oleastellũ uocari a qbusdã ille dicat Dioschoridis Chamæleam omnino esse Siqdem oportet ad cõficiẽdã Sirapã. (Sic enim ab eo appellat oliuarũ cõditura antiquũ genus) meliores ꝓbatioresq; oliuas eligi: q̃

si I Chamælea sint quemadmodum ex Plinio ratiocinari licet immaturas aspasq; & quales in oleastris sunt intelligere oportet Non enim olea Chamælæa est: sed a foliorum similitudine surculosus & dodrantalis frutex sic appellatus. Eãq; ob cãm si baccas aut oliuas fert Quales diximus eẽ eas uerisimile est Patetq; id ex eodem Plinio quo diximus loco dicente post descriptum ex oleastro oleum. Simillimum huic est ex Chamælæa frutice: foliis oleastri baccisq;: frutice saxoso non altiore palmo. Quæ tota descriptio lõge a scriptoris huius historia diuersa est His nos rationib⁹ usi quod in Dios. legitur aliqui uero Citocaciũ Chamæleam uocant nõ mutauimus: & si ea uox nihil modo nobis significet: Sed qualis in cũctis græcis est seruata a nobis fuit Barbarus litterarũ prima uestigia secutus Cilibracam ex Columella interpretatus est: Neq; aliam ob cãm longius dicta hæc a nobis sunt q̃ ue diuersitatis huius & seruatæ a nobis cõmunis lectionis ratio omnibus pateret. Heracliam mox .i. herculeam uocari eẽ Chamæleam in Dios. legitur. Credimusq; nos factum id nomen ex antiqua fabula fuisse: quã ex Pindaro in Oleastro primo uolumine retulimus ꝗ. s. hercules ex Scythia coronatus Oleastro in græciã redierit: & qm̃ similis Chamælææ oleaster sit & oleastro Chamælæa: ideo similitudine decæpti aliqui nõ oleastrũ sed Chamælæam herculeam uocauerint fruticem & coronam. Reliquimus etiam contra alioꝝ interpretum ratiõem quod inter has appellationes auditur οἱ δὲ χαμαιλαία μέλαινα. Quod est. Aliqui aũt Chamælæam nigram. Error enim id eoꝝ est qui græcarũ uocum similitudine decæpti Chamæleonẽ cum Chamælæa miscuerunt. Neq; enim nigredo Chamælææ cõpetit: Qui colore nigro a candido discernit Chamæleon est. Et qm̃ nihil in Chamælæa id causæ haberet inutilites eas uoces expunximus. Errasse autem in duabus his plantis non græci tm̃ sed latini & hi quidẽ inter medicos probatissimi Auicẽna & Serapion uident. Qui Mezereon quæ Chamælea hæc Barbaris est describentes multa quæ Chamæleoni debent illi tribuerunt: & e diuerso. Poteruntq; uolentes id certius in Chamæleone & mezereon posterioꝝ scriptoꝝ uidere. Sunt Chamælææ huius appellationes aliæ uerũtamẽ impropriæ & ex aliis plantis importune ad hãc relatæ. Quemadmodũ in Thymelæa quæ mox sequit̃ patebit. Ea.n. ꝓprie pyrosachne & Cnidiũ granũ uocatur si Plinio & antiquis græcis credendum est.

DIOS. DE Thymelæa. Cap. clxiii.

Hymelæam. Sunt qui & hanc Chamælæan uocent: qui Pyrosacbnen: qui Cnestron: qui Cneoron. Romani pariter græcis Thymelæam appellant.

Ex hac cnidium granũ quod semen eius est colligitur. Id syri Apolinon uocant: quidam ẽt linon propterea ꝙ frutex natura similis latiuo lino sit. Speciosas ex se uirgas mittit: gracilesq; & bicubitales fere. Folia Chamælææ idest antedicto Oleastello similia habet uerũtñ angustiora pinguioraq; & in cõmanducando gummosa glutinosaq;. Flores candidos: & in eis semen myrto simile: paruũ: rotundum: a principio uiride mox rubens. Operimentũ cuius foris durum nigrũq;: intus uero candidum est. Purgant per inferna pituitam: bilem & aquas pota uiginti eius seminum interanea. Fauces tñ urunt: eamq; ob cãm in pane pulteue danda sunt: aut acino uuæ inclusa: aut decocto melle inuoluta. Vnguntur trito eo etiam additis nitro & aceto quibus ægre sudores euocantur. Folia quæ priuatim Cneoron uocant per messem carpenda sunt: Post quod siccantur in umbra & seruantur. Ea cum danda erunt tundenda prius & auferendæ omnes eoꝝ fibræ. Purgant corporis aquas põdere acetabuli in dilnta uini potione pota. Mitiorem tamen purgationem faciunt elixæ lenti aut concisis oleribus mixta. Seruantur etiam trita ompbacio .i. acerbæ uuæ succo in pastillos conformata. Noxia stomacho herba est. Eadem fœminis ꝑ pessulo apposita fœtus in utero enecat. Nascitur montanis & asperis locis. Errãt q Gnidion granum oleastelli quam Chamælæam græci dicunt semen esse existimant foliorum similitudine decæpti.

INTERPRES.

Ntiquæ & antiquoꝝ scriptoꝝ auctoritate receptæ appellationes oẽs thymelææ huic scriptori adiectæ sunt. Quãdoq dẽ Plinius .xiii. uolumine capite xxi. his uerbis de thymelæa egit. Fruticem uero thymelæã: alii chamæleã alii Pyrosachnẽ: alii Cnestron: aliĩ Cneoron. Qui uocũ & noĩom numerus idẽ huic scriptori est. Theophrastus itidẽ prĩo de plãtarũ historia de foliorũ diuersitate agẽs cneorõ Thymelæã uocauit. Eius uerba hæc sunt. τὰ δ᾽ οἷον σαρκόφυλλα ... δ᾽ ὅτε

ἃ δ' ἔτι σαρκώδη ἔχουσι τὸ φύλλον, οἷον κυπάριττος, μυρίκη, μηλέα· τῶν δὲ φρυγανικῶν κνέωρος, στοίβη· τῶν δὲ ποωδῶν ἀείζωον &c. Quod est. Carnosi folii quædam etiam: & id quidem quĩ carnosum id habent qualis cupressus myrice & malus est. In surculoso itidẽ genere cneoros & stœbe: & in herbaceo sedum. Quæ ex scriptore illo repetita & cõmentatiõibus his nostris addita sunt ut qualis Thymelæa hæc sit certius adhuc cognoscatur Surculosi generis herba & carnosi folii: quæ in Diosco. conicienda magis q̃ manifeste intelligenda sunt. Siqdem uirgas in ea dixit & lino cõparauit & folia pinguia gũmosaq; descripsit. Quod totum Plinius ex Theophrasto accæptum eodem loco retulit similem oleastro thymelæam faciens: foliis angustioribus gũmosis si mordeantur myrti magnitudine &c. In quo laudandus ẽt Theophrastus qui folium thymelææ describẽs Cneoron eam uocauit: quasi sciret & ipse quod Dios. testatur folia tm̃ ea uoce censeri. In. ix. deinde remedia & uires eius tractaturus Cnidium granum uocauit. Easdẽq; huic scriptori uires illi assignauit ὁ δὲ κνίδιος κόκκος στρογγύλον, ἐρυθρὸν τῇ χροιᾷ, μείζον δὲ τοῦ πεπέρεως, ἰσχυρότερον δὲ πολὺ τῇ θερμότητι· διὸ καὶ ὅταν διδῶσι κατὰ ποτόν, διδόασι γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν, ἐν ἄρτῳ ἢ στέατι περιπλάττοντες, καίει γὰρ ἄλλως τὴν φάρυγγα. Quod est. Cnidium uero granum: rotundum: coloreq; rubens semen fert pipere maius multoq; ad calefaciendum pipere ualidius. Quam ob cãm cum dant (Datur autem ad soluendam aluum) in pane aut adipe inuolutum dant: alioquin fauces urit. Et hæc nominũ diuersitas in Theophrasti Thimelæa est. Quibus addiderunt alii alia: uocaruntq; aliqui pyrosachnem ab urendi ui quam habet. Pyr enim græci ignẽ uocãt: Nec aliud pyrosachne compositum ex igne & tenui stipula nomen indicat: q̃ quod egregie urit. Chamælæa eadem dicta fuit quoniam ut Plinius ait oleastro similis sit: Vt hic scriptor autẽ qm̃ Chamælææ quæ superiore capite præmonstrata est folia similia habet: quod totũ eodem redit. Quod enim simili simile est eandem similitudinis cãm & principium habere oportet. Cnestron postremo eandem hanc thymelæã uocarunt ꝓbatissimi græcoꝝ scriptores Hippocrates Galenus & pleriq; alii: Nobis tñ ignota uocis eius origo & cã. Comparauit eã Dios. λίνῳ σπαρτῷ: neq; aliud uoces illæ in cõi significationis æstimatione significant q̃ satiuum linum. Quærendũ tñ & eruscandũ diligentius opinamur lino ne satiuo simpliciter: an surculoso frutici quẽ sparton oẽs uocãt & hic eodem hoc libro descripsit similem Thymelæam dixerit. Nobis in hanc partem inclinat animus: & si alioꝝ interpretũ modo & nos satiuũ linum uerterimus: Genistæ enim similior q̃ lino ex historia descriptioneq; eius uideri potest. Vniuersæ plantæ nomen factum uidetur ab olea cui similis est & a thymo herba cuius hẽt flores. Paulus Aegineta præter ea quæ nunc in Dios. leguntur radicem eius contra sanguinis profluuia cõmendauit: uiribus saporeq; acerbo: eiq; malo prodesse potam & foris impositam.

DIOS. DE Sambuco & Ebulo. Cap. clxiiii.

Cten. Sunt qui ursi arborem qui satiuam actem dicunt. Galli Scobiẽ: Daci

a Scba. Romani Sambucũ appellant. Duplex genus eius est: arborescit alterum: Virgas harũdinum forma habet: rotundas quadãtenus: inanes: albescentes & longas. Folia tria quatuorue aut quinq; aut sex aut septem per interualla ex uirgis exeuntia: iuglandi nuci similia: graueolentia & maioribus incisuris diuisa. Habet & in sũmis uirgis circinatas umbellas: flores cãdidos: fructum terebintho similem: in nigro purpurascentẽ: racemosum copiosi uinosiq; succi. Est & alterũ eius genus Chamæacte id a græcis uocat: quasi humilis & coactæ ad terram breuitatis sambucus: quẽ aliqui heliosactem: aliqui siluestrẽ: aliqui euboicam sambucũ: Galli Ducone: Daci Olma: Romani Ebulum dicunt. Humilis & coactæ ad terram breuitatis sambucus Ebulũ est minus antedicto: & herbæ q̃ arbori similius. Caulẽ habet ebulum quadrangulum multis ĩtersectum geniculis. Folia per interualla ex singulis geniculis exeuntia pennata amygdalæ similia per ambitum secta: longiora tamen & graueolẽtia. Vmbellam in summo fert Sambuco similem floresq; itidem & fructum. Radix illi est lõga: digiti crassitudine. Eadem Sambuco & Ebulo uis est. Siccant: adstringunt: refrigerantq;: & aquas ex corpore pellunt: Stomacho tamen nocent. Purgant pituitam & bilem elixa olerum modo utriusq; folia. Quin etiam teneri adhuc caules in fictili elixi eadem præstant. Radix in uino decocta subeuntibꝰ cutem aquis auxiliatur. Prodest & contra uiperarum morsus: in quos usus decoctũ eius id pariter bibitur. Decocta eadem in aqua fœminarum locos insidentibus mol

lit & aperit: & quæ in eis sunt mala emendat. Potest idem & fructus in uino potus. Inunguntur eo etiam ad nigrum colorem capilli. Leniunt oculorum inflāmatiões folia tenera & recentia cum polenta emplastri modo imposita. Prosunt ambustis iti dem & canum morsibus eodem modo. Cauernosa glutinant ulcera. Podagris opi tulantur cum taurino hircinoue adipe emplastri modo imposita.

INTERPRES.

P Rimū & in templis religioneq; maximū Sambuco & Ebulo honorē fecerunt sanguineæ utriusq; baccæ: quibus ante inuentū minium & excogitatam coloris eius rōnē superstitio se deos colentes homines nō ante ad aras & sacrificiū accedebant q̄ rubente natiuo aliquo colore qualis in anchusa: moris: sambucoq; & Ebulo est, facies eo℞ colorassent quasi placere sibi si ne coloris eius lenocinio numē nō posset: aut fœminarū modo nollet deus nisi purpurisso fucat⁹ uideri. Fuisseq; hunc gentibus morem antiqtatis maximus auctor testis Verrius quondam fuit: cu ius auctoritati credere necesse est dicentis Iouis simulachri faciem diebus festis minio illinire so litos & a censoribus in primis miniandum Iouem locari institutum fuisse. Verum non fuit hic Ro manis usus: nisi aucta urbis maiestate & cum iam incœpisset minium in p̄tio & honore haberi. Ru di aūt adhuc seculo & in mundi nouitate natiuis herbarū & pomorū coloribus ad eandem relli gionem usi sunt. Idq; in Buccolicis suis Maro rerū oīum & antiqtatis peritissimus indicauit canēs ad lamentandos Galli amores uenisse Pana Arcadiæ deū quē uiderat ipse sanguineis Ebuli baccis minioq; rubentē. Quod ex quotidiano deo℞ imaginū in tēplis spectaculo fictum ab eo est. Cœpe runt deinde post inuentū miniū negligere hoīes quod paratū ubiq; erat: translatūq; ad ruris disci plinam & necessitates Sambucus & ebulum est: priuatim uero Sambucus in castra ēt peruenit scu tis faciendis utilis ꝓpterea q̄ uulnerata eius materia cōtrahit se ꝓtinus uulnusq; suū claudit & ob id cōtumacius trāsmittit ferrū. Habuit & alios in rustica re usus quos lōgius eius disciplinæ aucto res tradiderūt. Inuenit & inter pastores gratiā canoras buccinas tubasq; ex ea cōficiētes: utilioresq; in eo usu existimātes: quæ cæsæ illic fuissent ubi gallo℞ cantus frutex ille nō exaudiat. Fuit in ho nore & Ebulū haud sane q̄a utilitatis aliqd colono afferat sed q̄a sperādæ utilitatis notam & indi tium facit. Siq̄dē in ꝓbatione agri & dulcem terrā & frumētis habilē copiosum & spōte nascens in dicat: Idq; dulcis saporis & frumentarii agri certissimū inditiū sibi fecerunt semp agricolæ si Co lumellæ & antiqoribus aliis credimus Nūc ēt sunt qui per uindemiā uina sua Ebuli maturis bac cis colorent. Quæ oīa citra remedia: quæ multa utrunq; hoc genus habet cōparata nihili facienda sunt. Satis descripta a Dios. utriusq; spēs est. Vtrunq; ēt passim nascens & cognitum nulla longiore historia indiget. Et si Theophrastus. iii. de plantarū historia longissime totam Sambuci naturā & spēm ꝓsecutus fuerit: possimq; ex eo scriptore multa quæ huic nostro usui sint audiri. Ea nos libē ter cōmentationibus his nostris adiecissemus nisi in re nota parū necessaria fore censeremus: & li ceat omnibus quæ nos obseruauimus non multo labore pariter obseruare. Hortamur tamen natu ræ studiosos scriptorē illū audire presertimq; q̄ id p̄nt græce loquentē. Multa. n. parū apte latinis reddita in eo sunt: presertimq; quod ab oībus uersum est Caudicum crassitudo galeæ ex eo quod ille ait τῶν δὲ τριλέχων πάχος ὅσον περικεφαλαίας. Crediderūt illi περικεφαλαίαν græcis tm̄ milita rem galeam significare: Vero in ornatu capitis muliebris capilli spiras ea uoce aliqui etiā intellexe runt: & earum crassitudini non galeis cōparat ut nos credimus Sambuci caudices Theophrastus. Nullam enim militares galeæ qualiscunq; earum forma fuerit cum caudicibus plantarum simili tudinem habent. Sunt & pleraq; alia quæ cognoscenda peritioribus relinquimus. Nos in Dios. tem nostram agentes monemus in numero foliorum Sambuci quintum sextum & septimum addidis se folium: non tam quia antiquissimi græcorum codices id haberēt q̄ quia natura id palam facit. Plures enim uirgæ ultra quartum folium quinto sextoq; & septimo uestiuntur. Intelligitq; hic fo lia quæ per interualla disposita uno pediculo pendent: & mox in plures quasi pennas diuiduntur. Cuius rei diligentissimus pictor Theophrastus fuit: q hoc multaq; alia aliter potius q̄ alia ab hoc scriptore tradidit. Qualia deinde sint quæ hic πτερυγώδη & nos pennata folia diximus facile ē ex re ipsa deprehendere.

DIOS. DE Pycnocomo herba. Cap. clxv.

P Ycnocomon. Romani pariter græcis Pycnocomum dicunt. Erucæ similia habet pycnocomum folia: aspera tamē: crassioraq; & acriora. Caulem qua drangulum: Florem ocimi: porri semen. Radicem nigram: rotundam: lutei coloris: exiguo malo æqualem: terram olentem. Nascitur petrosis locis. Grauia tu multuosaq; facit semē somnia potum drachmæ pondere. Idē cū polenta emplastri

modo

modo impositum tumores omnes discutit: Surculos præterea extrahit & cuspides. Quin etiã folia emplastri mõ imposita panos & furũculos discutiunt. Radix aluũ soluit: bilemq; exinanit. Datur in mulsa aqua drachmarũ duarum pondere.

INTERPRES.

f Vnt Plinio & scriptori huic nostro de Pycnocomo oĩa eadẽ: tantũq; non iisdẽ uerbis cuncta latin⁹ scriptor ex græco genti suæ reddidit. Locos est. xxvi. uoluminis. viii. capite. A foliorum cõferta densitate nomen illi fecerunt græci. Neq;.n. aliud Pycnocomon indicat q̃ quod densa & cõferta coma est. Herbarũ aũt comæ folia sunt: q̃ hic a Plinio relictũ aspera cõstituit. ille.n. crassiora tñ & acriora q̃ erucæ sint dixit. Nõ indicauit ẽt Plinius quale semen Pycnocomi sit: nõ dico aũt quale uiribus sed figura & specie. Desiderauimusq; nos id magnope hoc agẽtes ut uariã in græcis lectionẽ teste & auctore eo tutius eligeremus. Sunt.n. in q̃bus Marrubii: in q̃bus porri seminibus cõparetur Pycnocomi semẽ: una id discrimen faciente littera. Cæteri interpretes eam secuti lectionẽ Marrubio simile fecerunt. Nos ,pbatiores & uetustiores græcos & quem habemus egregiæ antiq̃tatis Latinũ Dios. secuti porro cõparauimus: Volumus tamẽ incertæ nobis rei fidem penes naturã esse. Discrepant in radicis colore Plinius & Dios. Ille lutei coloris tñ: hic nigrã primũ mox ὠχρὰν. i. pallidã: quod idẽ luteo colori est descripsit: Suspicari multa in uarietate hac licet: aut deesse Plinio aut abũdare huic nigrũ colorẽ aut foris nigrã: intus uero lutei coloris intelligi oportere: Pliniũq; alterũ colorẽ tñ idicasse: quod suspicari ab re forte nõ fuerit. Nigrã tñ tradit quẽ antiq̃ssimum habemus Latinus Dios. Quotquot aũt græcos uidimus oẽs nigrũ & luteum colorẽ illi assignãt. Eamq; ob cãm inclinat animus nobis ut credamus diuersos colores illos ad diuersas referri oportere partes. Legentibus tñ hoc liberũ sit donec ut in semine paulo ante diximus natura & res cognita tã multas difficultates extricauerint. Animaduertendũ illud ẽt in uiribus & ptãte radicis dicere Pliniũ exinanire eã aluũ: bilem: & pituitam. Hũc aũt & reliquos græcoꝝ medicos bilem tñ: & inter eos presertim Paulũ Aeginetã: qui Pycnocomi radicem semen & folia discutiendi & extrahendi uim habere ait: Et semen q̃a ualidius sit infixa corpori ẽt extrahere. ῥίζαν δὲ ξανθῆς χολῆς εἶναι καθαρτικήν. Quod est. Radicẽ uero flauã purgare bilẽ. Id Barbarus extenuare dixit non satis apto ad eam uim uerbo ut nouisse omnes facile possunt.

DIOS. DE Apio herba quia similem piro radicem habet a græcis sic appellata. Cap. clxvi.

a Pion. Sũt qui Ischiada: qui Montanã aut agrestẽ raphanũ: qui Chamæbalanon: qui Linozostin uocent: Aphri Thorphatsande. Romani radicẽ siluestrem appellant. Ramulos duos tres ue iuncoꝝ specie: graciles: rubentesq; ex se ,pfert supra terrã parũ se extollentes. Folia habet rutæ similia: oblongiora tñ angustioraq; & uirentia: Exiguũ semen. Radicẽ Spõdylio herbæ similẽ ad Piri figuram accedentẽ: rotundiorẽ tñ liquore plenã: Intus candidã: foris nigro cortice. Purgat per superna uomitiõibus pituitã: & bilem supior radicis eius pars. Inferior uero per inferna. Tota uero sumpta utrinq; purgat. Cũ liquorẽ colligere uolueris tundito radices eius cõiectasq; in craterẽ aq̃ plenũ misceto: tũ pẽna collectũ qui supernatabit liquorẽ siccato. Purgabitq; hic potus sexquioboli pondere utraq; parte.

INTERPRES.

h Aec est Apios illa solo noĩe: sed ab imperitis facto. Notissimæ cũctis raphano cõgener existimata. De qua longius. ii. uolumine In raphano egimus: pollicitiq; sumus iteꝝ hoc loco de ea dicendũ nobis esse: haud sane q̃a supfuerint tũc aliqua: q̃bus nũc dictis secernẽda hæc ab illa esset: Sed q̃ inuenienda hoc loco uelum ex aliena possessione ob eas quas tũc longius pcurrimus cãs eiicienda ex illo erat: tractãdaq; cũ cæteris q̃ efficaciorẽ io purgãdo uim hñt. Quales multæ descriptæ hoc libro hacten⁹ & describẽdæ adhuc plãtæ sũt: Siluestres oẽs mõtib⁹ & icultis locis nascẽtes: Nõ qualis satiua in hortis aut siluestris i cãpis raphanus nascit: q̃ oihil huic simile æquale ue aut idẽ habet: Nõ ramulos: nõ folia: nõ semẽ: nec radicẽ ẽt. Siqdẽ in raphanis longiores in apio hac rotũdiores & piri sises radices sunt. Quio ẽt pter totã spẽm obstat color q̃ in nulla raphano foris ut in apio hac niger cõspicitur. Sunt aliæ plures etiam diuersitatis notæ quas breuitati consulentes expendendas legẽtibus relinquimus. Apion a radicis forma græci herbam appellauerunt. Est aũt græcis apion in pomorum genere pirum: Et quoniam piri forma radix eius sit contractior tamen rotuodiorq; ideo nomẽ hoc illi ea gens fecit. Antiquũ sane & quo scribẽte Theophrasto plantaꝝ historiã græcia passim utebaẽ. Neq; hoc tñ: ueꝝ eo ẽt q̃d secũdo loco in hoc scriptore

illi adiicitur. Verba eius. ix. de plantarum historia uolumine hæc sunt. τὸ δὲ τῆς αὐτῆς ῥίζης τὰ μὲν ἄνω τὰ δὲ κάτω καθαίρειν θαυμαστικώτερον· οἷον τῆς τε θαψίας καὶ τῆς ἰσχάδος, οἱ δ' ἄπιον καλοῦσι. Quod est Purgare aūt in eadem radice alias partes per superna: alias per inferna: magis mirabile: quales thapsiæ sunt & ischiadis quam Apion aliqui appellant. Testis ut uidetur utriusq; appellationis Theophrastus est. Vtq; alterius appellationis Apii scilicet manifesta est ex forma radicis ratio: Sic ignota nobis alterius: Nec quam ob causam a coxendice coxendicis ue dolore nisi hoc loco ischias aliud significet nomē id inuenerit ratiocinari licet. Est quidem omnibus in promptu facillimumq; ratiocinari quia purget & purgando dolores coxēdicis leuet sic forte appellatam fuisse: sed nimis cōmune id est: neq; hic aut Theophrastus quicquā pro coxēdicis dolore palā illi tribuerūt. Quo fit ut nos & si in cōmuni græcoꝝ omnium lectione nihil motare ausi simus credamus non ischiada quæ oox coxendicem & eius dolores: Sed Ischada quæ caricam significat non absurde penitus existimasse quosdam dici Apion hanc oportere. Similis enim & turbinata figura non aliter q̄ pirum carica est. In Theophrasto quidem ischas passim legitur non ischias. Quo fit ne demiremur q in eo caricam uerterunt: quemadmodum non cōstituimus scriptoris huius codicibus magis q̄ Theophrasti credendum esse: Plinius nec piro nec caricæ radicem eius comparauit sed cepæ. Ampliorem tamen q̄ cepa sit eam describens. Legitur paulopost in scriptore hoc Chamæbalō dici etiam apion hanc. Ea uox terrestrem significat glandem quasi latentem & obrutam terra glandis forma radicem: oporteto; nō glandis simpliciter intelligere: sed ut græci balanoꝝ cōi appellatione lōgiores fructus indicant. Cur deinde agrestis aut montana raphanos dicta eadē fuerit satis secōdo uolumine in raphano & hoc loco dictum a nobis est. Radicem eios ut fere in cunctis græcis legit spōdylio herbæ hic cōparauit. Respondetq; id naturæ q̄m & hæc & spondylion tertio oolumine tractata raphani radice describitur: oportetq; inuicem similia esse: quæ alteri pariter similia sunt. Vidimus tn̄ nos in quibus non radix spondylio similis legitur sed asphodelo & his quidem probatissimis & antiquæ fidei quod ab re penitus non est. Siquidem Asphodeli bulbosæ radices illæ nō penitus dissimilem huic speciem habent. Secuti tamen cōmunem lectionem & nos sumus ob eam p̄sertim causam q; hic in spondylio radicem eius raphano comparauit: & hæc ob eandem causam siloestris & montana raphanus a multis credita & dicta est.

DIOS. DE Colocynthide quæ siluestris cucurbita est. Cap. lxvii.

Olocynthida. Sunt qui caprinam: qui Alexandrinā: qui amaram cucurbitam uocent. Zoroaster thymbrem: Osthanes autogenes: Daci tutrastra: Romani siluestrem cucurbitā appellant. Viticulas: foliaq; incisuris diuisa similia satino cucumeti per terrā spargit Colocynthis. Fructū fert in orbē circumactum mediocris pilæ quantitate: egregiæ amaritudinis: quem carpsisse oportet in pallidiorem colorē mutari incipientem. Habet interius colochynthidis farctū purgandi uim: quatuor oboloꝝ pōdere cum mulsa aqua: nitro: myrrhaq; & melle cocto in pilulas deuoratū. Siccati iidē fructus: tritiq; utilissime miscent his quę clysteie infundēda sunt cōtra coxendices: resoluta: & crassioris intestini quod colon uocant dolores: pituitam: bilē: strigmentaq; & aliquando cruenta trahentes. Fœtus in utero enecant fœminis appositi. Colluunt utiliter ēt in dolore dentes si quis purgato oī interiore farctu aliquo ex his fructu mox luto circūlito acetū nitrūq; in eo inferuefecerit: & ad colluendos dentes decoctū id dederit. Siqs ēt mulsam aquam passumue in eadē decoxerit subdioq; p noctem refrigeratum bibendum alterutrū dederit crassiora & strigmēta purgatione trahet. Stomacho inimica Colocynthis est. Sedi etiam subiiciuntur ex ea balani ad euocanda alui excrementa. Quinetiam uirentis succus contra coxendicis dolores utiliter confricatur.

INTERPRES.

Vcurbitulam græcoꝝ exemplo nō male aliquis Colocynthida inter latinos dixisset. Cur enim si licuit diminuto a colocyntha quæ illis cucurbita est noīe siloestrē & amarā hanc culocynthida dicere: Non liceat & nobis a latinoꝝ cucurbita cucurbitulam facere: æqualemq; illis æstimatione & uocis cōpositiōe rei passim notæ appellationē ad medicinā afferre. Nos sane in eā partem trahebamur. Fuitq; diu nobis afus cucurbitulam hoic capiti titulū facere; sed reuocauit nos ab eo cōsilio recepta iāpridē a medicis oīb⁹: & officinis græca uox: multoq; magis ne æquoca appellatiōe miscerēt sil plāta hæc & q̄s latini scriptores oēs ad aliū medicinæ usum trāstulerūt: cucurbitulas eas uocātes q̄ spirit⁹ & p̄focatæ flāmæ ui corporib⁹ nr̄is īpactæ in supiorē ptē & extimam.

extimã cutẽ sanguinẽ & q̃ alia opus fuerint trahũt. Eãq; ob cãm seruata græca appellatione de colocynthide quæ siluestris cucurbita est caput inscripsimus: Alioqn colocynthis parua cucurbita est. Feceruntq; eam cucurbitis aliis cõgenerem uiticulæ folia & fructus: Ideoq; tam multas a beadẽ cucurbita appellationes alias inuenit. Credimusq; nos quod in Dios. legitur οἱ δὲ κολοκύνθα αἰγὸς: quæ uoces nihil significant aliud q̃ capræ cucurbitam & a cũctis ex eo caprina cucurbita reddita est: potuisse quondã legi οἱ δὲ κολοκύνθα ἄγριος quod est siluestris cucurbita Nolumus nunc quærere uescanᷣ ne ea capræ an nõ. Amaritudineq; eius in cibo sentiant: & an quod homini nocet possit aliis animalibus nõ nocere. Quotidianũ.n. id est: Fitq; passim quod Lucretius cecinit ut non sit idem nobis & brutis multaꝶ reꝶ sensus. Quippe uidere licet pinguescere sæpe cicura Barbigeras pecudes homini quæ est acre ueneũ. Veꝶ quod suspicari hoc nos coegit plãtægenus est: quæ ab omnibus in siluestriũ censu numeratᷣ: Oẽsq; Colocynthida describentes siluestrem cucurbitã uocant. Et omnium maxime Plinius lib. xx. capite. iii. Quod a scriptore hoc relinquẽdum fuisse uerisimile non est. Monere id uoluimus & si nõ multi faciendũ forte aliqbus uideatᷣ. Fecit amaritudo quæ colocynthidi maxima est & oĩbus tam manifesta: ut qui plantã & rẽ ignorãt solo colocynthidis audito noĩe amaritudinẽ intelligant ut amara cucurbita a qbusdam ẽt diceretᷣ. Quemadmodũ qm̃ copiosa in Aegypto nasciᷣ: cuius rei testes ẽt sacræ hebreoꝶ lr̃æ sunt Alexãdrina cucurbita: Et hæc pro Colocynthidis appellationibus dicta hactenus sint. Eam hic ait. καρπὸν φέρειν περιφερῆ ὅμοιον σφαίρᾳ μέσῃ. Verterũtq; id nõ eodem mõ cæteri interpretes, sed alter fructũ in speciem mediocris pilæ cõglomeratum: alter fructu orbiculam dimidiati globi figura: nõ leui inter mediocrẽ pilam & dimidiatũ globum diuersitate: quã una in græcis uox μέσῃ faciat. Nullum.n. globi & pilæ in descriptione hac discrimen est: & si Mathematicis globus orbiculare solidũq; corpus sit: uulgo aũt pila eiusdẽ formæ lusoriũ instrumentũ. Quod diuersam facit in eis formã μέσον illud est a Barbaro dimidiatum dictũ: Quasi ut est dimidiati significatio crediderit ille Colocynthidis fructũ orbicularẽ qdẽ esse uerũ nõ toto globo: sed ceu in duas æquales partes diuisum altero latere exæquatũ & sessilem iacere: Altero ut erat globi figura tumere. Quod natura & res ipsa falsum ostẽdit. Orbiculati.n. & integra globi figura colocynthidis fructus sunt: præterq̃ a pediculo ex quo nituntᷣ & pendent qua parte quadamtenus fastigiantᷣ. Eamq; ob cãm probamus nos magis quod ab altero dictũ est in speciem mediocris pilæ. Tam.n. in mathematicis globum q̃ in ludis pilam græcoꝶ σφαῖρα significat. Et quod μέσῃ dictũ a Dios. est eam hẽt rõnem: ut qm̃ in antiquo pilæ ludo parua esset. Quod Galenus & Paulus Aegineta testantᷣ de exercitiorum generibus agentes: & ex parua intelligenda ẽt magna sit: hic q̃titatẽ fructus colocynthidis huius descriptur a quotidiana re exemplũ eius sumpserit: dixeritq; orbiculatum esse fructũ eius: lusoriæq; pilæ similem: Et qm̃ non esset eius pilæ certa quantitas: erat.n. parua ut diximus & ex eo discrimine magna ẽt hic adiecit colocynthidis fructũ media inter utrãq; pilam quãtitate esse. Neq; ad figurã eius referendũ id tm̃ est uerũ ad quantitatẽ ẽt. Idq; nos magis ꝓbamus & eam rõnem secuti uertimus mediocris pilæ figura esse colocynthidis fructum: qualẽ.s. natura & res ipsa oĩbus ostendit. Neq; in ancipiti uocis eius μέσῃ significatione uerbis rem sed rei uerba ut Flaccus ait sommisimus. Certa.n. In his naturæ disciplina est: tutoq; tradunᷣ: quæ a tam sapiente magistra accæpta fuerint Sequitur non multo post duplex locus: in quo uertẽdo parũ certa rõne cæteri interpretes usi ut nos credimus fuerunt. Is aũt in altero est. Dentiũ dolorem tollunt si una repurgetᷣ & luto oblita cũ aceto & nitro inseruescat: Hocq; iure decocti dentes colluanᷣ si aqua mulsa aut passum incoquatur &c. In altero repurgata & lum circũlita ut in aceto nitroq; sufferueat dolorem dentium colluit. Decoctum eiusdẽ in aqua mulsa uel passo refrigeratũ sub diuo crassitudines & ramenta trahit Quorum qui sensus sit poterunt legentes augurari. Nos aliter & ut credimus certius, & ex re magis totam descripsimus rem Colluunᷣ utiliter etiã in dolore dentes siquis purgato omni interiore farctu colocynthidis fructu aliquo: mox luto circũlito acetum nitrũq; in eo infecuefecerit & ad colluendos dentes decoctũ id dederit. Siqs ẽt mulsam aquam passumue in eodẽ decoxerit subdioq; per noctẽ refrigeratũ bibendum alterutrã dederit: crassiora & strigmenta purgatione detrahet. Fecimusq; id non tam ueterũ græcoꝶ fide admoniti q̃ rei necessitatẽ sequentes: in qua cum ratiocinaremur quem usum hr̃e posset luto circũlinire colocynthidem circũlitamq; ut in communi lectione est in aceto & nitro inseruefacere non inueniebamus cur id fieri oporteret: Statimq; ut se ipsam semper aperit ueritas quod sequitur εἰ δέ τις ἐναφεψήσας μελίκρατον ἢ γλυκὺ &c. Quod est: Siquis aũt mulsam aquam aut passum intus coquens &c. Cõtemplatus animaduerti iubere Dios. purgari idest omni interiore farctu exinaniri colocynthidis fructum: Mox luto foris circũlini plenũq; aceto addito nitro prunis admouerit: & cũ inferbuisset acetum illud tunc eo dentes in dolore collui. Respõdentq; huic usui apte circũlitum luto colocynthidis fructum igni admouere. Est.n. illi natura ad ignem durari: duratumq; ueluti fictile aliquod humores non remittere: quod alioquin sine eo factum in coctura hac fuisset; in qua simplex ille fructus ignis ui aliqua parte disruptus actis rimis humorem illum continere non potuisset. Et ne longiores simus est illud in coctura hac cogitandum si in aceto colocynthidis fructus coquendus est: quem usum quã necessitatẽ habebit circũlitum luto coq oportere? Id qdem colligere rõcinariq; nos nõ ualemus. Præterea quæ se

quentis mẽbri series & structura erit: In quo nulla intercedente alia re hic ait ἐν δέ τις ἑναφεψήσας μελίκρατον ἢ γλυκύ. Quod est ut uerbũ de uerbo uertamus. Siqs aũt incoquens mulsam aquam aut passum &c. Iubet Dios. coqui mulsam aquã aut passum &c. Non in mulsa aqua passoue coqui &c. Et si coquẽda ea sint in aliquo coquenda sunt: Dico aũt nũc coqui ad ignẽ feruere. At ex uerborũ structura nõ pñt: præterq̃ in codẽ illo fructu luto circũlito coqui. Idq; manifeste significat quæ cõiuncta est participio ἀφεψήσας præpositio ἐν nihil indicans aliud q̃ siqs in eodem illo fructu ut præmõstratũ est purgato & luto circũlito mulsam aquã aut passum inferuefecerit &c. Fecerũt rõnes causæq; huiuscemodi ut aliter locũ hunc ab aliis uerteremus. Secuti illi sunt suo℞ codicum fidem. Nos rei necessitatẽ & usum & præter id græci codicis quẽ habemus uetustissimũ & latinorum auctoritatem: qui oẽs sic legisse quondam & uertisse hæc uidenť. Diximus hoc capite ẽt trahere in purgatione colocynthidem strigmenta: Ea intelligentes quæ græci sua uoce ξύσματα a deradendo appellãt Ea in diuersa re diuersam hñt significationẽ: quẽadmodũ primo uolumine de oleo agentes diximus. In purgationibus autem & morbosis alui excrementis: quales Dysenteriæ tinesmiq; & alia id genus sunt priuatim significant quæ carnosa aut adipis frustula mali aut purgatiõis eius ui pelluntť: & q̃si stringẽdo decasa detritaq; trahunť. Quod.n. ex rasura rei alicuius ramentum exteritur id græcis ξύσμα: Latinis uero presertimq; Celso strigmentũ est. Cũq; hic ait trahere colocynthidem: pituitã: bilemq; strigmenta & aliqñ cruenta nihil aliud significauit q̃ ui sua pellere excremẽta illa & p̃terea uiolẽtiore purgatione sanguinẽ carnisq; & adipis minuta ramenta.

Strigmenta ξύσματα

DIOS. DE Epithymo herba. Cap. clxyiii.

e Pithymon. Sũt qui cædes. Romani inuolucrũ appellant. Durioris & satureiæ similis thymi flos Epithymon est. Capitula habet tenuia: inania: caudas capillo℞ modo habentia. Potum id cum melle pituitam bilemq; nigrã per inferna purgat: priuatim melancholicis & inflationibus accomodatum acetabuli mensura usq; ad drachmas quatuor cum melle saleq; & exiguo aceto. Nascit̃ plurimum in Cappadocia & Pamphilia.

INTERPRES.

q Vod in Italia nascens nostræ ætatis herbarii Epithymon ostendũt id nobis uť quod Plinius. xxyi. uolumine capite. yiii. de Epithymo agens aliter ab illo & his uerbis descripsit. Quidã aliter Epithymũ tradunt sine radice nasci: tenui similitudine pallioli rubens &c. Tenuissimis quasi capillamẽtis in glomerẽ cõuolutis & his rubentibus Epithymon hoc uť: Floribus minimis, candidisq;: thymo similibus: nullis ut ille ait radicibus: eaq; forma ut Lanæ: stuppæue glomerẽ uidere te credas. Quam ob cãm non male crediderit aliqs potuisse hoc genus a posterioribus inuolucrũ dici Quod.n. ab hoc describitur & copiosum in Cappadocia & Pãphilia nasci traditur: diuersum ut ex historia eius patet & aliud a nostrate hoc est. Simile tñ aut cõiunctum thymo aliqd habere nomẽ indicat: aut alterũ forte thymi genus esse a Theophrasto & Plinio descriptum nigro colore: quod tertio uolumine inter appellationes thymi numeratũ ab hoc scriptore est Theophrastus qdem palam id docet quinto de plantarum historia dicens καὶ θύμον τὸ μὲν λευκὸν τὸ δὲ μέλαν Quod est. Et thymon cãdidũ alterũ: alterũ nigrũ. Et Plinius. xxi. capite. x. Totidem & thymi spẽs candidũ ac nigricans. Neq; hic aliud indicat dicens Epithymũ thymi esse florem durioris & thymbræ similis quasi alterũ sit thymi genus mollius nec thymbræ simile. Quocunq; aũt modo se habet: si nõ alterũ thymi genus sit cõiunctũ thymo aliqd esse oportet. Id eni eauox significat quod in thymo est. f. Et Paulus Aegineta lib yi. de eo agens ait in tertio ordine siccare calefacereq; Epithymũ: & Thymo efficacius esse. Quo ductu & cõcæptu uocum quod diximꝰ ratiocinari facile ẽ. Nihil aũt in eã partem magis nos trahit q̃ nominis rõ qua ut diximus quod in thymo sit nascaturue intelligi oportet. Vtitur eo idem Paulus ut hic ait in melãcholico℞ purgatione: nec minus etiam in ducenda simpliciter aluo. In quem usum bibi in uino iubet.

DIOS. DE Alypo herba. Cap. clxix.

a Lypon. Romani pariter græcis Alypon dicunt. Surculosa herba & rubens Alypon est: gracilibꝰ surculis & minutis foliis: molli & leui flore plena. Radicem habet gracilem Betæ similem acri liquore plenam. Semẽ Epithymo simile. Nascitur maritimis locis presertimq; libyæ: ubi plurimum etiam prouenit: quanq̃ & alibi eriã proueniat. Purgat nigram bilem semen per inferna sumptũ eodem Epithymo pondere additis aceto & sale: leuiter tñ intestina exulcerat.

Semel

INTERPRES.

Emel tñ & id ẽt breuissime Alypi xxvii. uolumine capite. iiii. meminit Plinius. Nihil etiã Paulus Aegineta dictis decretisq; scriptoris huius addidit. Vtinamq; oẽs nõ multo breui' & incertius q̃ hic de eo tradidissent. Verba. n. Plinii sunt. Alypon cauliculus est: molli capite nõ dissimilis betæ: acre gustu ac lentum: mordensq; uehementer & accendens. Aluũ soluit in aqua mulsa addito sale modico. Minima portio duarũ drachmarũ: media quatuor: maxima sex: ea purgatione qbus datur e gallinaceo. Horũ nihil aut unum alterum ue in Dios. legitur: Cætera aut ab aliis accæpta: aut aliter cognita Plinio fuerunt. Paulus Aegineta iisdem uerbis Dioscoridi subscripsit: Alypi dicens semen per inferna nigram purgare bilem pari Epithymo mensura sumptũ: Additis aceto & sale. Verũ tñ leniter intestina exulcerare. Quæ tota est in scriptore hoc Alypi medicina. Qui deprehendisse nostra ætate Alypon se credunt surculosam ut hic ait herbã: sed nõ ultra duos tres ue surculos in ea ostendunt: in quibus p interualla bina sunt folia rubentia & i sũmo lutei floris umbella: quæ posset Alypon credi: nisi radix quæ in scriptore hoc gracilis & quãtitate betæ tradit' in ea longe crassior inueniret'. Potuit illi a oĩ sua nomẽ fieri: & qm nigram bilẽ purget qua purgata animi tristitia in melãcolicis pellit': eaq; pulsa adest statim lætitia humani animi naturalis habitus sic dici. Est. n græcis Alypon quod tristitia doloreq; caret aut liberat.

DIOS. DE Empetro herba. Cap. clxx.

Mpetron. Sunt qui a similitudine lentis quam refert Phacoides: Romani pariter græcis Empetron uocãt. Nascitur maritimis montanis locis gustu salsa herba. Quo magis ad aridã a mari cõcessit eo amarior. Datur in esculento iure aut dulci aqua bilem pituitam & aquas purgans.

INTERPRES.

Asci in petris Empetron satis indicat nomen. Epipetron eadem significatiõe ex antiquioribus aliq ẽt uocauerunt: Nec solũ qa lentis figurã & spẽm refert Phacoides: sed Marrubio simile Prasoides ẽt. Plinius Saxifragam a latinis uocari ait: miscetq; cũ ea quæ priuatim & seorsum a Diosco. Saxifraga hoc ipso uolumine descripta est. Ex quo iterum suspicari cogimur: quod in Saxifraga dictum hoc ipso uolumine a nobis est. Non esse illud in hoc scriptore eo oĩe recipiendũ aut si sit: quod uerisimile tñ non est uariantibus historia & medicina: bis de eadem actum fuisse nõ multo ante sub titulo saxifragæ: q̃ latina: & iterũ nunc sub Empetri: quæ tota græca uox est. Paulus quidem Aegineta qui totũ l. vii. suæ medicinæ Dioscoridem multa breuitate excripsisse uidet' Empetri manifeste meminit. Saxifragæ aũt nusq̃: quod non relinquendũ ab eo fuerat: Si tunc in Dios saxifraga legeret': aut ipse pro diuersa cã recepisset. Crederemus nos ẽt eandem saxifragam & empetron esse: nisi diuersa penitus utriusq; historia & medicina esset. Ob eam cãm peritioribus hoc relinquemus certius de saxifraga inuẽturis qđ recipiẽdũ cõstituẽdũq; sit.

DIOS. DE Siluestri Vite. Cap. clxxi.

Mpelon agrian. Romani siluestrem uitem dicũt. Lõgas ex se mittit uiticulas uinũ ferentis uitis modo: lignosas: asperas: rimosi corticis. Folia hortẽsi Solano similia habet latiora tñ longioraq;: Florem ceu muscosum capillum: fructum exiguis uuis similem cum maturescit rubentem. Rotunda & in orbẽ circũacta acinis eius figura est. Radix in aqua decocta & in uini marini aqua cõditi cyathis duobus pota corporis aquas purgat. Datur cõtra cutem subeuntes aquas. Repurgant acini uuarũ eius asperã & ceu ab æstiuo sole discolorẽ cutẽ: oẽsq; alias maculas. Cõdiunt' sale ẽt seruanturq; in cibos nup pdeũtes eius ramuli.

INTERPRES.

On est siluestris hæc uitis quã Romani Labruscã dixerũt. Illa enim sola consitionis priuatione a reliquo uitium genere differt: hæc uiticularũ & racemosi fructus quẽ fert similitudine inter uites numeratur. Eamq; ob cãm duobus locis ab hoc scriptore hoc. l. & a quinti uoluminis principio statum de siluestri uite agit': hæc inter herbas: illa inter uites: hæc folio hortẽsi solani describitur: illa uitigineo folio intelligenda est. Et nihilominus quod raro in ea gente fit utriusq; idem nomen audit': & utraq; ampelos agria uocatur. Fuitq; hæc Plinio cã nominum magis aliqñ q̃ rerũ rõnẽ sequẽti: ut bis diuersis locis de eadẽ siluestri hac uite importune ageret: Primum. xxiii. uolumine capite. ii. inter uites: mox iterum. xxvii. capite. vii. inter herbas Poterunt uolentes certius in eo quod dicimus cognoscere: legentesq; palam deprehendere paulo minus q̃ totã

duobus locis eiusdem plantæ historiā & medicinam esse. Quæ enim folia.xxiii. uolumine cādicā
tia ab eo dicunt̃.xxyii. deinde ciueracei coloris uocant̃: Nullo discrimine inter candicās: & quod
cineracei coloris sit Quodq; priore illo loco in medicina decernitur. Radix decocta in aqua & in
uini coi cyathis duobus humorē alui ciet: ideo hydropicis datur: In posteriore pariter docet̃. Ra/
dix eius decocta in aquæ cyathis ternis additis uini coi cyathis duobus aluū soluit leniter: ideo hy
dropicis datur. Quæ ex multis monstrasse satis sit: ne dubitent qui in Pliniana lectione occupant̃:
quales in eo siluestres duæ uites sint. Vna enim tn̄ est: & inutiliter iteꝝ ab eo repetita: Neq; apte in
ter uites tractata qm̄ herba sit & in herbaꝝ censu seruanda fuerit Nominis ut diximus rō magis q̄
rei misceri in eo hæc fecit Theophrastus.ix. de plantarum historia breuiter & his uerbis de radi/
ce agrestis uitis egit. θερμαντικὸν δὲ καὶ δριμὺ καὶ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας ἡ ῥίζα. διὸ καὶ εἰς ψίλωθρον
χρήσιμον καὶ ἐφηλίδας ἀπάγειν. τῷ δὲ καρπῷ ψιλοῦσι τὰ δέρματα, τέμνεται δὲ πᾶσαν ὥραν ὀπώρας
δὲ μάλιστα. Quod est. Calefacit acrisq; est & siluestris uitis radix. Eāq; ob cām depilando est: & cutis
aspredines exterit: fructu depilantur coria. Cedit̃ quocūq; tpe sed autūno præcipue. Dictū a no/
bis hoc ēt est: qm̄ & a Theophrasto inter herbas Peucedanū: Daucū: Dracunculumq; non inter ar
bores siluestris hæc uitis numerat̃: multoq; magis ob diuersitatē remedii ex ea cōtra cutis asperita
tes: quod hic io fructu & acinis Theophrastus in radice constituit. Videndum tn̄ an siluestris hæc
Theophrasti uitis ea sit de qua nunc agimus: An quæ statim ab hac tractanda erit: ex quo depilare
fructum eius dicit: quod a Dios. albæ uiti quæ mox dicetur tribuitur Sit ergo inter herbas silue/
stris uitis: inter arbores aūt Labrusca: suisq; notis utraq; quærētibus se ostendat: illa ut passim oēs
nouerunt; hæc ut a Dios. & aliis traditur satiui Solani folio a principio: paulatim deinde in uitigi/
nei figuram transeūte; Viticulis longis & quales in uite sunt lignosis: asperis: rimosi corticis: Acinis
paruis; rotundis in maturitate rubescentibus: qbus obseruatis notis non erit difficile inter fruteta
eam & in sepibus inuenire. Et si non adeo frequens nascat̃: Nos qualem hic descripsit aliqn̄ uidi/
mus. Dicendū hoc loco ēt uerūtn̄ breuiter; qm̄ iteꝝ de conditis marina aqua uinis sequenti uolu/
mine agendum ex pfesso erit: nō præcipere in hoc capite diuersa Dios. & Plinium: licet alter i coi
uini cyathis duobus: alter in cōditi marina aqua cadē mensura bibēdum hydropicis siluestris hu
ius uitis radicem dicat: Videaturq; Plinius a gente bonitatem uini in hoc usu signasse. Dios. autē a
conditura. Idē enim hoc ambobus est: nec refert coum ne an marina aqua conditum uinum aliqs
dicat In Italia enim coi uini appellatione nullū aliud intelligebat̃ q̄ marina aqua cōditum: qm̄. s.
in Co primū conditura eius rō inuenta fuerit a Serui furto origine orta sic mēsurani quā ille quo
tidie deplebat explentis Indicātq; id antiqui Romanoꝝ scriptores oēs: presertimq; Cato libri sui
de re rustica capite.cxli. qui conditurам hanc familiam & gentē suā docens ait. Vinum ēt Coum
si facere uoles aquam ex alto marinam sumes mari tráqllo cū uētus nō erit &c. Toto eo capite ma/
rina aqua condiendi uini certam rōnem instituens. Erit in scriptore hoc lōgius iterum de his agē
dum. Satis ideo nunc sit monuisse idem marina aqua condito scriptoris huius Plinii coū uinū eē:
& utrūq; scriptorē gentis suæ uocabulo usum fuisse; Græci enim totum hoc conditurae genus τε/
θαλασσωμένον uocabát; quod est: marina aqua factū: infectū: conditum, & cōcinnatum.

DIOS. DE Vite alba quā græci Ampeloleucē uocant. Cap.clxxii.

Mpeloleuce. Sunt qui Brioniam: qui Ophystaphylem: qui Chelidoniū:
a qui Melothron: qui Psilothrō: qui Archezostin aut Agrostin uocēt. Ro/
mani uitem albam dicūt. Viticulas: folia: claiculasq; satiuæ uiti similia ha
bet: pilosiora tn̄ omnia. Propinquis fruticibus alba uitis se implicat clauiculis app/
hendens. Fructum fert racemosum: rubentem: quo coria depilant. Comeduntur in
prima germinatione elixi eius asparagi aluum & urinam cientes. Habent folia fru/
ctus & radix acrimoniam. Ea propter Chironiis & in gangrenam phagedænamque
transeuntibus & putrescentibus tibiarum ulceribus cum sale utiliter emplastri mo/
do imponuntur. Repurgat cutem radix & erugat. Asperam itidem & ceu exustam
a sole cutem: uaros: lentigines: & cicatrices nigras cum eruo: chiaq; creta & fœno/
græco emendat. Eadem in oleo usq; dum coctura flaccescat decocta ad eadem acco
modata est. Delet sugillata & digitorum pterygia compescit. Quin etiam ex uino
emplastri modo imposita inflammationes discutit & abscessus erumpit. Trita ea/
dem & emplastri modo imposita fracta extrahit ossa. Miscetur apte etiam empla/
stris quæ exedendo sunt. Datur & comitialibus bibenda: drachmę pōdere quotidie
ad annum. Datur & attonitis uertiginosisq; eadem utilitate. Bibitur & contra uipe/

ræ morsus pondere duaꝝ drachmaꝝ. Fœtus in utero enecat: quadãtenus tñ mentẽ aliqñ cõmouet. Fœminaꝝ locis apposita fœtus & secundas trahit. Pota urinam ducit. Fit ex ea ẽt addito melle eclegma spiritus præfocationibus: suspiriosis & tussienti bus utile. Datur præterea in dolore lateris: ruptis: conuulsisq;. Lienem trium obolorum pondere triginta diebus cum aceto pota minuit. Cum caricis etiã ad eadẽ utiliter emplastri modo imponiť. Decoqtur eadẽ: decoctoq; illo insidentium fœminarum loci purgãtur: & eiectione exinaniuntur. Exprimitur per uer ex radice eius succus: bibiturq; ad eadẽ cum mulsa aqua pituitã trahens. Semine ad scabiem & leprã utiliter inunguň. Idem emplastri modo imponitur. Facit lactis abundantiã succus eius cum tritici decocto potus.

INTERPRES.

Quod poterat a legentibus in scriptoris huius Bryonia desiderari: quos. s. natales habet & q bus locis inuenieda sit Columella Romanus scriptor in carmine suo expleuit dicẽs. Quæq; tuas audax imitať Nysie uites: Nec metuit sentes: nã uepribus improba surgẽs Achradas indomitasq; bryonias alligať ulmos: Bacchi uitibus similẽ & in sepibus spinas & aculeatos frutices alligantem describẽs: quæ tota fere est candidæ in hoc scriptore Bryoniæ historia. Monuit illud obiter etiam Romanus ille auctor cõsueuisse ueteres ob quotidianũ & multiplicẽ eius ad uitæ remedia usum: Siluestrẽ aliogn stirpem in hortis cõserere ne cogerenť incultis locis & inter sepes q̃rere quod non in morbis tm̃ utile esset: sed in sanitatis usu simplex & sale seruatum etiã placeret. Quod hic primũ indicat dicens comedi e terra primũ pdeũtes Bryoniæ asparagos: mox ẽt in primo Paulus Aegineta de omnibus asparagis agens. Et ĩter latinos Columella lib. xiii capite. yii. multarum herbaꝝ cum floribus & coliculis suis conditurã docens. Quæ omnia a posterioribus neglecta dubium uobis modo utriusq; Bryoniæ nomen & historiã faciunt. Cũ tñ nihil ubiq; nota & medicina ẽt nostri tpis Barbaris uocibus in his utens cognita re Bryoniam non satis cognoscit. Laudauit magnope Bryoniæ asparagos quo dixim⁹ loco Paulus Aegineta his uerbis. καὶ οἱ ἀπὸ τῆς βρυωνίας ἀσπάραγοι εὐστόμαχοι μὲν καὶ διουρητικοὶ ὀλιγότροφοι δὲ ... μᾶλλον τρέφουσι τῶν ἀπὸ τῶν λαχάνων. Egerat eo loco is scriptor de his q nũc priuatim asparagi dicũtur: mox ea subiecit. Et Bryoniæ asparagi stomacho qdem accomodati sunt & urinam cient: parum tñ nutriunt: Et sicũ concoquunťur olerum asparagis in nutriendo efficaciores sint. Quod totum ad sanitatis usum ptinet: nam in medicina præter has aliæ ab eodem in sexto uires utriq; Bryoniæ assignanť: omnes tñ ex hoc scriptore acceptæ: in quibus minus efficacem cãdida nigram de qua mox diceť tradit. Nec aliud in remedioꝝ usu discrimen inter eas tradidit. Quibus aũt notis & partibus inter se differãt: facile erit ex scriptoris huius historia cognoscere: presertimq; ex folioꝝ figura & fructus colore. Sunt. n. in alba satiuæ uiti similia folia: pilosiora tñ in nigra hederæ priuatimq; Smilaci: fructus in utraq; quidem acinosus: sed in candida πυῤῥὸς rufus. s. in nigra ante maturitatẽ uiridis: cũ maturuit niger. Habet nigra ẽt radicis certas notas ab hoc scriptore traditas; quibus facillime discerni ab alia possit. Non erit ut dicimus difficile in sepibus & inter fruteta quærentibus utranq; Bryoniã deprehendere. Vbiq; enim nascunť; & cũ deprehẽderit aliquis si uoluerit antiquoꝝ exẽplo earũ asparagis in sanitate uti poterit: sin minus medicinæ seruare. Numerauit Plinius xxiii. uolumine capite. ii Bryoniæ albæ easdem huic scriptori appellationes Ophiostaphylem: Melothrum: Psilothrum: Archezostim: Cedrostim: & nadon. Vez ultima hæc Dios. nulla est: nisi quæ in eo Chelidõion legiť: Nadon legi debuerit: aut e diuerso legi in Plinio oporteat. Oĩum huiuscemodi nulla satis certa origo est: præterq̃ Psilothri: quæ a depilandis corius: quem usum habet acini eius facta est Ex quo potuit etiã & Melothron fieri Siqdem græci μήλωθρα dixerũt βάμματα & καλλωπίσματα. i. coloꝝ infectiones & concinnationes. Quod coriis forte ex Bryoniæ albæ fructu accederet. Sed in hoc scriptore per. ω: melothron: in illis per. o. scribitur. Potuit etiã Ophiostaphyle dici quasi anguina uua. Id. n. ea uox græcis indicat. In sepibus. n. uitigineo folio & acinoso fructu nasciť: in quibus & angues plerunq; latent: Quasi crediderint aliqui ut ex satiuis uitibus uuæ homini debentur: Sic anguibus natura illas eo loco seruauerit. Diximus secũdo uolumine de asparagis agentes quam late pateret asparagi nomen: & quæ uocis eius tota significatio esset: cogimur iterũ de eadem re agere: auctoritateq; ueteꝝ græcoꝝ monere: qm̃ Barbarus asparagoꝝ similitudine caules uitis albæ huius interpretatus sit non cõparare Dios asparagis bryoniam hanc: neq; posse caules in ea dici quæ κύστεις idest uiticulas habet. Sed ex antiqua asparagorum in græcis æstimatione asparagos simpliciter dicendos illi fuisse. Neq; enim antiquis græcis asparagus priuatim solã spinosam significabat plantam: quæ nunc asparagus dicit. Sed oẽm eaꝝ plantarum primã germinationẽ quæ nullis discretis foliis: sed solido & teneri adhuc germine e terra pdeunt Quod qm̃ præcipuũ asparagi spina habet ideo nomen id priuatim in ea seruatũ est. Sũtq; in græcis eius significationis innu

Psilothron
Melothron

meri testes: præcipuusq; oium Paulus Aegineta lib. i. caput de asparagis inscribēs. Lactucæ: atriplicis: maluæ: betæq; asparagos appellans: & inter eos Bryoniæ huius Chamædaphnesq; & aliarum multaꝝ huiuscemodi plantaꝝ. Ex qua significatione satis illi fuisset asparagos Bryoniæ simpl'r dicere nō asparagoꝝ similitudine. Neq; n spinis quas priuatim oēs nunc Asparagos uocant Bryoniæ prima hic cōparat germina: Veꝝ simpliciter ait primos Bryoniæ asparagos. Nimiū Plinii studiū Dioscoridem sic uertendi cā illi fuit: & qm̄ in eo legerat. Ex ea caules asparagi mō exeont: non dubitauit scriptoris rius auctoritate uertendū hoc sibi esse. Quod sane in eo non solum ut credimus excusabūt multi: ueꝝ extollent & laudabunt. Nos tn̄ in græcis scriptoribus græcoꝝ leges & decreta sequimur: Rerūq; & noium interpretes æquiuocas aut paꝝ certas significationes libēter uitamus: ideoq; asparagos simpliciter uertimus. Sunt alia ēt quæ toto hoc capite ex Plinio magis excripta q̄ ex Dios translata uideri possint: ea collatis inuicem utriusq; historia & medicina cognosci a uolentibus facillime poterunt. Nō tacebimus tn̄ quod cōtrarium huic & Plinio penitus sit. Hic uitis Bryoniæ albæ radicē ait mentem hois aliqn̄ turbare: Ille aūt dari mente cōmotis iubet. Quod quale in alterutro sit peritiores censebunt. ὠφελεῖν ἀποπλήκτους uitis albæ radicem hic scriptor ait. Veꝝ timusq; oēs dari utiliter attonitis nō satis certa nunc latinæ uocis eios æstimatione nisi in antiqs græcis scierit aliqs non differre ἀποπλήκτους & ἀποπληκτικούς. Hippocratemq; & Galenum hoiem simul & hois crus ἀπόπληκτον appellasse. In latinis uero Celsum audierit libro tertio capite xxvi. de attonitis sic scribentē. Attonitos quoq; raro uidemus quoꝝ & corpus & mens stupet. Fit interdū ictu fulminis interdum morbo. Apoplexian hunc græci appellant: Diffiniuit id malum Galenus in diffinitionibus suis: atq; mentis oppressionem esse apoplexiam: cum priuatione sensuum & corporis resolutiōe. Differreq; a paraplegia, quæ diminuta apoplexia est: ut a toto pars differt. Apoplectici siquidem paraplectici sunt. Paraplectici aūt non omnino apoplectici: Differunt etiam q; sani mente paraplectici resolutā corporis aliquam hn̄t partem: Apoplectici aūt & hanc & mentē: & uniuersa. Idem in Isagoge sua inquit fieri apoplexiam opplentibus crassis humoribus capitis partes p quas in totum corpus sensus & motus distribuit: ideoq; sine sensu: sine uoce & sine motu fieri apoplectos. Sic enim & ipse appellat eosdem huic scriptori: & quos auctore Celso attonitos uocasse licuit: Diximus de iis ēt in Cardamomo cum de resolutis ageremus.

Attoniti ἀπόπληκτοι ἀποπληκτικοί ἀποπληξία παραπληγία

DIOS. DE Nigra uite. Cap. clxxiii.

Mpelon nigram. Sunt qui Bryoniam nigram: qui Chironiam uitem: qui Bucranion: qui Batraconta: qui Betilasca: qui Peregrinam appellent: Daci Priadela: Aphri Laonothen: Romani uuam taminiam dicunt. Folia hederæ similia habet ad Smilacis tamen hederæ folia magis accedentia: cui & caules habet etiam similes: maiora tamē eius folia q̄ illius sunt. Clauiculis & hęc nitit: apprehenditq; propinquas arbores. Fructus illi racemosus est: a principio uiridis: cū maturuit deinde niger. Radix foris nigra: buxei coloris intus. Huius etiā caules in prima germinatione olerum modo in usu sunt: menses & urinam trahentes. Minuunt iidem lienes. Comitialibus uertiginosis & resolutis accomodati sunt. Habet nigræ huius Bryoniæ radix albæ similes uires: & iisdem accomodatas: minus tamen efficaces. Faciunt ad iumentorum ceruices cum exulceratæ fuerint nigræ Bryoniæ folia in quem usum ex uino emplastri modo imponuntur. Quin etiam luxatis eodem modo imponuntur.

INTERPRES.

Arior inuentu: ideoq; cognitu difficilior nigra q̄ alba Bryonia est: inuenta tn̄ totam ueterū scriptoꝝ historiam cōfirmat. Sunt illi per interualla cum foliis dispositi racemi: & qui nō ultra octo decē ne acinos ostendunt: multo minore q̄ in punicis magnitudine: & colore ante & post maturitatem quo ab hoc describunt. Quos tō hic caules uocat: nos potius uiticulas diximus: eaꝝ enim spēm magis q̄ cauliū hn̄t. Maturescunt acini eius extrema æstate: & ubi minus calet: umbrosisq; locis autumno. Nascitur & hæc ut in alba diximus in sepibus & inter fruteta ppinquas stirpes ascendens & alligās. Minor hæc q̄ alba est: nec tam late ut illa uiticulas suas spargit. Pares utriusq; uires antiqui oēs esse tradiderūt: ideoq; sine discrimine uti alterutra iusserunt. Licetq; id in Paulo Aegineta cognoscere: qui contra nigras cicatrices utriusq; ope his uerbis utit οὐλὰς μελαίνας αἴρει βρυωνίας ῥίζης λευκῆς καὶ μελαίνης ἑψηθείσης ἐν ἐλαίῳ ἄχρι χυλώσεως τὸ ἔλαιον ἐπιτιθέμενον. Quod est Nigras cicatrices delet Bryoniæ radicis albæ & nigræ in oleo decoctæ &c. De eius appellationibus non est quod dicamus præter q̄ Chironiam uitem uocari potuisse: aut q; Chiron medicinæ & herbarum in Thessalia peritissimus ulceribus iumentoꝝ & hominum ex ea primus

remedium inuenerit:aut q Chironiis ulceribus ea ueteres mederentur. Quod autem in scriptore hoc legitur uuam Taminiam dici a Romanis falsum est. Alia enim a Bryonia taminia uua est: quēadmodum Latini antiquiores omnes docuerunt.

DIOS. DE Filice. Cap. clxxiiii.

P Terin. Sunt qui Pterion: qui Pterineon: qui Dasyclonon. qui Anasphoron: qui Blachnon: qui Polyrrhizon uocent. Magi mercurii surculū: Romani Filicem fœnariam siue laculam siue filicem: Aegyptii postremo Asini sanguinem appellant. Folia sunt sine caule: sine flore: sine semine: ex uno pediculo cubitali magnitudine incisuris diuisa: & alarum auium modo explicita: in qbus odoris grauitas aliqua est. Radicem habet filix in summa terra nigram oblongam: ex qua plures ueluti adnatæ pgrediuntur aliæ quadamtenus in gustu adstringētes. Nascitur montanis & saxosis locis. Pellit uentris lumbricos latos filicis radix pōdere drahmaꝝ quatuor in mulsa aqua pota. Fœlicius tñ id præstat: Si cum Scammonii aut nigri Veratri quatuor obolis detur. Verūtamē oportet sumentes allia psum psisse. Lienosis ut in antiquū habitum restituantur prodest pota etiā radix. Et cum axungia emplastri modo imposita contra ictus noxasq alias ab harūdinibus factas utilis est. Indicatq id q ubi multa harundo ✠ ✠

INTERPRES.

I Nuisam Maro in Georgicis suis: contra in Bucolicis ἀπαλάν. i. mollem & ex eo amabilem Theocritus Filicem clari reꝝ oium peritia poetæ duo dixerunt Neuter tñ simpliciter: sed alter aratris & frumentario agro: Alter pastoribus & pecori: eadē fortunaqua tota fere natura est. quæ benigna semper & utilis quod aliis importune abstulit: aut in quo nocuit aliis liberaliter dedit & psuit. Sterilitatis aut parū fœcundi ad fruges agri inditiū filix est: & præter id obliqs & longis radicibus terrā amplexa bubulcos & boues longioris laboris tædio arātes remorat. Cōtra in montibus incultisq locis nascens grata pecori & pastoribus quæsita: his cubilia & tomenta per hyemē sicca præbens: illi utroq tpe cibos: Inutilis homini & infelix nisi eiusdē naturæ benignitate malorū remediis & medicinæ ipsa ēt se miscuisset: nataq in nobis uentris animalia enecaret & pelleret. Quod non tm̄ hic docet: sed multo certius Theophrastus ad extremū nonū de plantarū historia uolumen. Cuius de filicis ptāte & ui uerba hæc sūt ἡ δὲ τῆς πτέριδος ῥίζα μόνον τῷ χυλῷ γλυκύπικρος, ἕλμινθα δὲ πλατεῖαν ἐκβάλλει. σπέρμα δὲ οὐκ ἔχει οὐδὲ ὀπὸν τέμνεσθαι δὲ ὡραίαν μετοπωρινὴν φασιν Quod est. Radix uero filicis sola sapore dulci simul & acerbo est. Latos lumbricos pellit Nō semē non liquorē habet. Ferunt tēpestiuā autūno secari Pluribus in scriptore hoc appellationibus filix indicat: pluresq eaꝝ ab aliis auium: quaꝝ spēm in ramulis disposita eius folia referunt factæ a gentibus fuerunt. Pennatus enim & pennatis foliis frutex filix est: quæ qm̄ numerosa & confercta in pilosis ramulis eius sunt: ideo ēt a qbusdā Dasyclonos dicta ē: δασύ. n. hirsutū pilosū & asperum græcis significat Quod deinde in eodē scriptore hoc passim & in cunctis græcis legit̄ uocari a qbusdam filicem βλάχνον i. ut nos uertimus Blachnon parom certam nobis habet rōnē. Nec scimus an ex pulegio quod βλήχωνα ueteres aliq noiauerunt ad filicem male & importūe deflexa appellatio ea fuerit Siqdem nihil pulegio & filici simile cōe ue est Nec legisse meminimus: gustatam pecori primū filicem: quod Pulegio oēs tribuerunt balatum in toto grege excitare; ideoq sic uocatam fuisse. Et nihilominus ut paulo ante testati sumus quot quot uidimus græcorum codices Blachnon uocari filicem indicant. Solus Nicander in Theriacis suis nisi alia filicis in ea uox sit aut male in eo id legatur aliter appellationem hanc protulit. Versiculus eius est. ἐν δὲ πολυσχιδέος βλήθρου περιβάλλεο χαίτην: blethrum ille non blachnon filicem in multa folia diuisam uocauit. Quiq interpretatus est eū græcus scriptor Blethrum ait filicem dici: quæ ēt blachnon nominetur. Ex quo si recipiendū sit hois testimonium colligere oportebit utroq modo & Blachnon & Blethrum Filicem quondā dictā fuisse. Eamq ob cām nos nihil mutantes Blachnon uocari eā a qbusdam uertimus. Folia hic sine caule filicem merito & ex re uocauit. Sunt enim sibi folia non minuta illa quæ numerosa & pene infinita totis ramulis disposita sunt: Sed quæ uno pediculo cubitali: ut hic ait longitudine a terra statim: aut ex stipite eius exeunt in pluta & minora alia illa foliola diuisa: Nullos habet caules filix Siquid. n. in ea supra terrā extollit̄ pediculi folioꝝ nō caulis rōnē habet: qm̄ negato illi semine merito caulē natura ēt negauit Propter semen enim plerūq caulis ē. Sterilem & sine semine oēs filicē dixerunt. Falsumq est quod iactāt aliqui una solstitiali nocte florere filicem: eademq hora cū defloruit maturum in terrā semen cadere: ideoq nisi aliqs roncad fuerit: nec uideri florem: nec colligi semen posse. Quæ oia Agyrtarū cōmenta sunt humanæ igno-

rantiæ ad quæstum tã impudenter illudentiũ. Neq; hoc mendacii genere contẽti neq̃d fraudi eorum & sceleri deesset religionẽ ẽt cõmẽtis suis addiderũt: Natali nocte eius quo(ut sacræ xpianorũ lr̃æ testanť) inter natos mulieꝝ maior alius nõ surrexit: cuncta illa fieri & obseruari præcipientes. Nec sentiũt quo dieꝝ numero natalis ea nox & solstitialis illa nunc inter se distent. Sterilis ut rẽ nostram agamus: priuataq; semine Filix est. Quodq; a natura sibi ea non inuenit: homini etiã inuidet. Siqdem quod in scriptore hoc nõ legiť: Veteres græcoꝝ medici & herbarii posse filicem dixerunt uiuentes in utero animantiũ foetus enecare & enectos pellere. Quod ab hac statim dicendæ Thelypteridi a Dios. tribuitur. Cuius & filicis pares paulominusq̃ omnino uires sunt. Superest ꝑ Filice dicendum quod ab aliis interpretibus in extremo capite paꝝ certe redditũ est. Alter. n. locũ uertit. Probatur maxime quæ in harundinetis prouenit & locis pulegio scatentibus. Alter. Probatissima talis est ubi harundo multa: itemq; pulegiũ multum corone se filix peribit. Nos aũt ut in editione nostra legitur: nihil qdẽ: sed quod indicare rem & suspitionẽ nostrã legẽtibus tm̃ possit. Nolumus quærere nunc an in harundinetis frequens nascať filix. & an probatissima illic ꝓueniat & an iisdem locis & ea & pulegiũ inueniatur. His. n. omnibus expientia & scriptoris huius aliorũq; oĩum auctoritas repugnat: qui montanis petrosis & incultis locis nasci filicem testantur: Nec cũ pulegio cõe aliqd illi ostendunt: Neq; ẽt si coronet se peribit filix. Quod Barbarus sine intellectu aliquo rei ꝑtulit. Nullũ. n hic uocũ ductus sensum legentibus affert. Dicet forte aliquis nõ potuisse ex Dios. qui ea parte corruptissimus est aliter ea uerti: Scimus id qdem. Nõ idco tm̃ fingenda alteri erant: quæ in eo non leguń ut aliquis fieret sensus: alteri uero scribenda quæ omni carerẽt intellectu. Honestiorẽ & tutiorẽ nos ingressi uiam uitiũ in eo loco signauimus: ne absurda & icerta res legentes falleret. Et nunc quale id quondam fuisse credimus monemus. Docet in extremo capite Dios. cõtra plagas: ictus: sectionesq; oẽs ab harundine factas filicis radicẽ utiliter cũ axungia impoui: mox male sequẽtibus incertisq; uocibus quibusdã præter hoc aliud quidpiam monet. ἡ δ' ὀκιμ. τοιαύτη ἔνθα ἐστὶ πολὺς κάλαμος καὶ πολὺ βλάχνον στεφάνωσον. Nullo aut tã incerto sensu ut qd intelligendum sit non ausim ego dicere. Quid. n. significabit siue dicat aliquis probata filix talis ẽ: ubi est multa harundo & multũ pulegiũ siue multa filix: nam βλάχνον utrunq; potest significare: ut ꝓmonstratum est: Mox relicto penitus imperfecto sensu audire imperatiui modi uocem coronato: nulla adiecta re quapiã alia: quæ qualemcunq; saltem possit sensum facere: Hæ sunt loci illius angustiæ: inter quas euadere nõ licuit: Bonæ enim fidei in interpretatione hac sumus: & qd ignoramus fateri nõ pudet: multoq; magis ubi diligentiæ laboris & ingenii nullus potuit esse fruct⁹: & ubi uaticinari magis q̃ itelligere aliqd oportuisset. Quod facere hoc loco coacti sumus. Quid autem uaticinemur huiuscemodi est Mederi harundinum ictibus & sectionibus filicis radicem hic ait. Quod in latinis & græcis testati plures alii sunt: nec tm̃ mederi sed priuatim aduersari: & natiuas quasdã inimicitias inter se exercere filicẽ & harundinẽ: eousq; ut ubi altera sit nõ inueniatur altera inuicẽ se perimant: & cõtrariis uiribus uulneribus a se factis inuicẽ medeanť. Plinius lib. xxiiii. capite. vii. discordiã & antipathiam hanc his uerbis descripsit. Aiunt(de Filice aũt sermo ille est) circa solstitiũ auulsas nõ renasci: nec harundine sectas aut exaratas harundine uomeri imposita Similiter & harundinẽ exarari uomeri imposita filice præcipiunt. Idẽ. xxiiii. capite. xi. de harũdinis medicina agens ait. Siqdem harundinis radix cõtrita & imposita filicis stirpem corpore extrahit. Item harundinẽ filicis radix. Et ne uno teste tm̃ res agatur Celsus lib. v. idẽ etiã testatur. Pessima ex surculis harundo est: qa aspera est: eademq; ossrosa ẽt in filice est Sed usu cognitũ est utrãq; aduersus alteram medicamẽtũ esse si contrita supimponať. His auctoribus & aliis filicis & harũdinis natiuam discordiam & antipathiam cognoscere & ratiocinari adhuc licet Quondam ex hoc scriptore forsan ẽt licebat: qm̃ credimus nos cũ filicis remedia docuisset: aduersariq; harundinũ ictibus & sectionibus cã priuatim uellet ostendere decreto eius mali remediu subiecisse statim. Probatio aũt talis est. Vbi enim multa harundo &c. Et ubi multa filix &c. Vt ueritatem remedii hac ẽt ratione cõfirmaret: q aduersarẽtur sibi inuicẽ filix & harundo: patereq; id q ubi multa harũdo sit ibi nulla filix: & e diuerso. Quod enim in extremo capite priuatimq; hoc loco Blachnon legitur: non ad pulegium herbam: sed ad filicem hanc raferri oportere credimus: quam hic a pricipiu statim dixerat a quibusdam sic uocari testante id Plinio etiam. xxvii capite ix. Quod mutum longius fortẽ dictum a nobis aliqoibus uidebitur: uerũ tamen inutile penitus non fuerit quod nullum in scriptore hoc habet intellectum quale quondam esse potuerit his coniecturis intellexisse.

DIOS. De Thelypteride quæ foemina filix dici põt. Cap. clxxv.

Helypterin. Sunt qui Nymphæan pterin: Romani pariter græcis Thelypterim uocant. Folia filici similia Thelypteris habet: non tñ uno singulariq; pediculu hærentia ut illa: sed multis hisq; altioribus ramulorũ e terra statim eruptiuuibus. Radices illi sunt numerosæ: longæ: obliquæ: & in nigro colore ruffæ. Rubent earum tamen aliquæ ẽt. Non secus q̃ filicis. Radices huius cum

melle sumptæ latos uentris lumbricos pellunt: cum uino autem rotundos. In quẽ usum pondere trium drachmarum bibuntur. Sterilitatem fœminis: prægnantibus abortum datæ faciunt. Siccæ eędem & in farinam tritæ humẽtibus: & q̃ non facile sanantur ulceribus insperguntur: & iumentoꝝ ceruicibus medentur. Quin etiã nuper ꝓdeuntia eius folia olerum modo elixa comeduntˀ: molliũtq; aluum.

INTERPRES.

Opiosior & pluribus locis filix q̃ Thelypteris nascitur: ideoq; rusticæ & urbanæ plebi notior: & quatenus homini inutilis planta in maiore honore est: Alioqn eosdẽ natales easdẽq; uires utraq; habet: specie ẽt adeo similes ut imperitos inuicẽ sæpe fallant. Quod aũt maxime simile habent pinnata folia sunt eodem ordine & magnitudine in utraq; disposita. Quod contra discrepat inter eas Ramuli & ramuloꝝ color est: q fruticosi in hoc ab uno principio ex terra oriuntˀ: & quo colore radices hic esse ait in nigro & ruffo: & aliqñ rubente uidentˀ. Discrepat & illdˀ q filix ubiq; fere nasciˀ & contumax agricolæ repugnat: post cõsitos ẽt agros regerminans: Hæc locis incultis frigidis umbrosis & humentibus semper inueniˀ. Quam ob cãm Nymphea pteris, i. Nymphea filix dicta est: q nymphas, s. idest solitudines nemora & aquas amet. Fœminam filicem græci cã noiauerunt non sexus diuersitate aliqua: sed ut ea rõne qualia in plantis & medica materia pleraq; alia sunt a priore illa discernerẽt Plinius & græcoꝝ herbarii alii & medici simul: cõtinuataq; historia de utraq; egerunt: hic m̃ seorsum: etiq; nos secuti duobus capitibus duas descripsimus plãtas: Alioqn nõ male forsan cõiunxisset eas aliquis: tanta inter eas similitudo: & tam cõe genˀ paresq; uires sunt. Legebantˀ in hoc capite cõtra q̃ oporteret duo. Alterum Barbarus ex Plinio emẽdauit: in radicum historia, s. in qua male in græcis legiˀ πλατεῖαι quæ uox latitudinem significat: cũ tamen nulla sit radicibus his latitudo. Vnius litteræ uitiũ & lapsus id fecit πλαγεῖαι. n. idest obliquæ legi oportet. Plinius de his agens ait. Radices utriq; longæ in obliquum: nigræ &c. Alterum ambo interpretes ex eodem Plinio emendari posse non animaduerterũt. Est aũt ad ultimum capite quo loco hic ait κἂν ἔγκυος διαβῇ &c. Quaꝝ uocũ sensus qdẽ est ut illi crediderunt. Et si prægnans supgrediaˀ &c. Verum non διαβῇ: quod supergredi significat: sed λάβῃ: quod ẽ sumat legi oportebat. Sic qui uetustissimus & ꝓbatissimæ fidei apud nos est græcus Dios. habet. Sic ratio etiam ostendit: & Plinius confirmat dicens: Neutra danda fœminis: qm̃ grauidis abortum: cæteris sterilitatem facit. Plinio etiã antiquior Theophrastus libro. ix. de plantaꝝ historia de Thelypteride hac his uerbis docuit. ἡ δὲ θηλυπτερὶς χρησίμη πρὸς τὰς ἕλμινθας τάς τε πλατείας καὶ τὰς λεπτάς, πρὸς μὲν τὰς πλατείας ἀγαθὴ δομένη μέλιτι. πρὸς δὲ τὰς λεπτὰς ἐν οἴνῳ γλυκεῖ μετ᾽ ἀλφίτων διδομένη, γυναικὶ δὲ ἐὰν γε δοθῇ, ἐὰν μὲν ἐγκύμονι ἐκβάλλειν φασίν, ἐὰν δὲ μή, τὸ ὅλον ἄτεκνον γίνεσθαι. Quoꝝ sensus est. Vtilis aũt contra lumbricos uentris Thelypteris & latos & graciles. Cõtra latos qdem cũ melle: cõtra graciles aũt in uino dulci cũ polenta. Quin etiã si mulieri detur prægnanti quidem abortum: simpliciter aũt fœminis sterilitatẽ facere dicitur. Et hæc Theophrastus eadẽ cũctis alus: Oẽs ut uidetur cibo potu ue Thelypteridis sterilescere fœminas: grauidas uero abortum facere affirmant. Nullus aũt: si grauida filicem hanc supergrediaˀ fieri abortum testatur. Eamq; ob cãm tot testiũ concordi fide & auctoritate aliter q̃ cæteri locũ & ut legitur intrepide uertimus.

DIOS. DE Polypodio quæ Romanis filicula est. Cap. clxxvi.

Polypodion. Sunt qui Scolopendrium: qui Pterin. i. filicem: qui Polyrrhizon. i. multiradicem uocẽt. Romani filiculã uel filicularem herbam appellant. Nascitur in muscosis petris polypodium: & in uetustis arboribus: earũmq; truncis: præsertimq; quercuũ: dodrantali altitudine: quadamtenus pilosum: incisuris diuisum: non tñ adeo minutis ut filix. Radix illi est pilosa: polypoꝝũ modo Cirros habẽs minimi digiti crassitudine. Derasa hæc intus herbacei coloris est: Sapore in acerbo subdulci. Purgandi uires ea bẽt: Daturq; ad purgationem cũ gallinaceo piscibus ue aut beta aut malua elixa. Sicca eadem & in farinam trita conijcitur in mulsam aquam: bibiturq; ad purgandam pituitam & bilem. Facit & ad luxata trita & emplastri mõ imposita: facit & ad digitorum rimas eodem modo.

INTERPRES.

Polia Romanis Filiculam: Græcis pilosæ cauernosæq; acetabulorũ modo radices polypodium fecerunt: exiguam herbam: ideoq; diminuto noĩe ab utraq; gente appellatam. Folia enim (quod hic Theophrastus: Plinius: Latiniq; & græci fere oẽs testantˀ) filici similia ha-

bet: radices aũt pilosas minimi digiti crassitudine. Sed quod marinis polypis cognominem plãtã fecit per longitudinem certis interuallis dispositi concaui tumores eadẽ specie & naturæ usu quo in polypis acetabula uidenť: fuerunt. Neq; n. a multitudine pedũ quos nullos habet ut polypũ polypodium græci herbã nominauerunt. Sed qm̃ polypo qua diximus nota similis est sic quondam uocata fuit: nulla alia q̃ exigui polypi significatione. Diminutum siquidẽ a polypo nomẽ polypodium est. Facile intelliget quod dicimus qui oculatus testis radicis eius fuerit. Videbit. n. qualẽ nos diximus crassitudine & uillositate radicem: Mox in ea apertos & concauos tumores quosdam quibus nitit̃ & hæret: non aliter q̃ in mari polypi acetabulis suis hærent: sugunt: & quæ cæperunt tenent. Qualia aũt acetabula sint: & unde ad multas naturæ partes id nomen transierit in acetabulo herba: & alibi longius diximus. Idq; est quod Plinius. xxvi. uolumine ait: Radix crassitudine digiti minimi acetabulis cauernosa: ceu polyporum Cirri: Fœlici descriptione usus rei quam ante eũ Theophrastus & hic scriptor iisdem fere uerbis tradiderãt Theophrasti uerba libro nono de plãtarum historia sunt: quo loco de radicum diuersitate agit hæc: ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου δασεῖα καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας: ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι: καθαίρει δὲ κάτω, φύλλον ἔχει ὅμοιον τῇ πτέριδι τῇ μεγάλῃ καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις: Quocum sensus est. Pilosa aũt Polypodii radix acetabula habens: qualia polyporum Cirri habent: purgat per inferna: Folium maiori Filici simile hẽt & in petris nascitur. Hic non tam manifeste rem descripsit: sed cũ dixisset hẽre polypodii radicẽ cirros polypo similes cogitanda legentibus reliquit acetabula: quæ necessario eos sequunť: & sine quibus in polypis cirri esse nõ possunt. Alioquin differunt a cirris acetabula. Illi. n. tota polyporum flagella sunt. Illa aũt in flagellis & cirris his cauernosæ concauitates: qbus id animal nititur: apprehẽdit & apprehensa exugit. Et hæc tota polypodii nominis ratio in græcis & cã fuit. Romãi quæ certius & in aperto magis erant folia contemplati filiculam uocauerunt. Testaturq; id Plinius eodem loco dicens. Detrahit bilem polypodiũ quam nostri filiculam uocant. Similis. n. filici est: Sed multo certius ante eum M. Cato operis sui de re rustica capite. clviii qui cum familiam rusticam doceret: quo modo aluum deiicere oporteat: plura simul coqui iubebat: frustum de perna Brassicæ & betæ cum radice sua coliculos: tum filiculæ paulũ: polypodiũ hanc intelligens: Cui restantibus id cunctis aliis egregia in purgando uis est. Polyrrhizon. i. multiradicem uocari hic ẽt ait ut paulo ante diximus a copia radicum: quod nomen accreuisse nos illi credimus ex pilositate eius. Nasci ĩ petris tñ Theophrastus ait. Oẽs alii tñ ultra petras in arborum: presertimq; quercuũ truncis prouenire ẽt tradiderunt. Probantq; officinæ ex quercu magis q̃ ex petris aut aliis arboribus Plinius sub arboribus uetustis nasci ait: Cæteri uero in non sub arboribus. Addidit ille tñ uetustatem necessariam polypodii natalibus. Inter corticis. n. rimas nascitur: quas uetustiores tñ arbores amisso iuuẽtutis humore & læuore ducunt. Eaq; fuit cã ut quod erat in Dios. ἐν τοῖς ἀγρίοις πρέμνοις. i. in siluestribus trũcis: Nos uetustis uerterimus: facili lapsu ab ἀρχαίοις ad ἀγρίοις: sed multo magis q; parũ apte & frigide nimis dici uidebanť siluestres trunci: presertimq; in quercu quæ satiuæ discrimen non habet: & aspero ubiq; & in uetustate rimoso cortice est. Cogitabamus ẽt in extremo capite antiquoꝝ codicum fide adiuti locum emendare: rhagadasq;. i. rimas qbus ꝓdesse polypodii radicem hic eo loco ait ad sedis rimas contrahere: ἐν δακτυλίῳ. n. ĩ illis legitur. Sed cõis oĩum græcoꝝ lectio ab eo consilio nos reuocauit. Serapion sane utriusq; partis rimas: sed alteras sub hæmorroidum uoce complexus est. Medicoꝝ iudicio id relinquemus: monentes solum suspectam nobis illic uocem ἐν μεσοδακτύλοις esse raram huic scriptori insuetam & ut certius dicamus parum græcã; maleq; significantem: aut medios digitos: aut medias inter digitos rimas.

Flagella & Cirri Polypolorum. Acetabula

DIOS. DE Dryopteri herba. Cap. clxxvii.

d Ryopterin. Sunt qui Pterion: q Nympheã pterin. Romani pariter græcis Dryopterin uocant. Nascitur in muscosis uetustarum quercuum partibus: filici similis: sed multo minoribus foliorũ incisuris. Radices habet implicitas: pilosas: sapore in dulci acerbo. Depilat hæc emplastri modo cũ radicibus iposita: in quo usu distringere cutem prius ea oportet: tum excitis sudoribus nouã recentemq; iteꝝ imponere.

INTERPRES.

q Verna filix Dryopteris est: id enim græcis ea uox significat. Eamq; ob causam ex filice pleraq; illi nomina accreuerũt Polypodio similis eousq; Dryopteris est ut sæpe carpentes fallat. Filici enim similis ut illud: & in uetustis quercubus pariter nascitur. Quod discrepat radix est & in natalibus muscosæ arborum illarum partes Sapor in utraq; idem sed ad medicinã uires diuersæ. Breuissime de ea antiquiores omnes egerunt. Nosq; eos secuti nihil ultra de ea monebimus q̃ oportere in carpendo diligentiores herbarios esse: ne si legẽtes similitudo fefellerit nullas polypodii uires esse utentibus credendum relinquat.

Cnicon.

DIOS. DE Cnico quam posteriores Cartamũ dixerũt. Cap. clxxviii.

Nicon: Romani pariter græcis Cnicũ uocant. Folia habet Cnicos oblon- c gatincisuris diuisa: aspe ra: aculeataq;. Caules cubitales: in quibus capitula sunt magnitudine ✠ Florem Croco similem. Semen candidum ruffumq;: oblongum: angulosum: quo in obsoniis utuntur. Tũditur id: daturq; expressus ex eo succus ad purgandam aluum in aqua dulci aut gallinacei esculento iure. Stomacho tñ nocet. Fiunt offulæ itidem ad molliendã aluum amygdalis: nitro: aniso: & despumato melli admixto liquore eius. Ante cœnam sumere oportet ĩ quatuor diuisas partes iuglandis nucis quãtitate: duasq; aut tres sumpsisse. Eas hoc modo conficere oportet. Smito cãdidi cnici seminis sextariũ. Ex Thaso insula amygdalarum quæ crematæ prius purgatæq; sint cyathos tres: anisi sextarium unum: Spumæ nitri drachmam: & caricarum triginta carnem. Coagulat lac Cnici seminis succus: facit ad soluendam aluum efficacius.

INTERPRES.

Egyptiam ubiq; in historia sua & Italiæ ignotam Plinius Cnicon suam facit: conficiq; in ea a gente ex eius semine oleum. Theophrastus: aliiq; oẽs nõ magis in Aegypto q̃ græcia & aliis locis nasci decreuisse uident: simpliciter de ea agentes: nullumq; huiuscemodi discrimen in ea indicantes. Eoꝝ nos priuatimq; scriptoris huius historiam secuti quã nouerũt rora oia aculeatam herbam intelligimus. Cuius flore ad colorandã obsonia pro Croco rustica plebs passim nunc etiam utitur. Crocũq; sarracenũ totus Etruscus ager uocat. Congruũt.n.oẽs illi quæ a scriptore hoc notæ illi tribuuntur. Foliꝝ modica lõgitudo: incisio: asperitas: aculei: cubitalis caulis: & in eo capitulũ. Flos itidẽ croco similis: postremũq; oĩum candidũ: oblõgum: & angulosum semen: eamq; ob cãm uulgarem: & quotidianũ ꝓ croco usus herbã intelligimus: quã diligentius ẽt rura ob eã utilitatem serere cõsueuerunt. Nolumus ut factũ ab aliis est q̃m ab agresti fuso Cnicos differat docere & an cõgener illi diuersa ue sit. Ex Theophrasto.n.libro vi. de plantaꝝ historia nouisse huiuscemodi aliquid forte diligentior quispiam poterit. Qui duo genera Cnici cõstituens siluestre & satiuum ĩ altero potuit hãc in altero illã numerare. Locus in eo nobis nõ satis integer uidet. Eamq; ob rãm nihil ultra ex eo constituimus Relinquimus ẽt cnicus ne an Cnecos: dicenda & scribenda in dex herbæ huius uox sit. Variant.n.antiqui græcoꝝ codices presertimq; in Theophrasto. Et nos cõmunem lectionẽ alioꝝ nium sequimur. Nullibi.n.in Galeno aliisq; græcoꝝ medicis non sic scribit. Quod magis in scriptore hoc ꝑsit: potius monebimus: nullã uideri nobis hr̃e rõnem quod fere in cunctis græcis legit ἐφ᾽ ὧν κεφάλια κατὰ μέγεθος ἐλαίας. Quod est. In quibs capitula sunt magnitudĩe thal- • liæ: ab interpretibus aliis ad oliuæ magnitudinẽ relata. Alter.n. Quibus ĩ sũmis capitula oliuæ ma- • gnitudine uertit. Alter nõ contentus oliuæ q̃titate grandis addidit: aitq; capitulo magnitudine grãdis oliuæ. Videbat.n nõ rñdere capituli in Cnico magnitudinẽ qualiscũq; oliuæ ẽt quantitati Secu ti illi sunt Thalliæ in græcis nõ ꝓpriã significationẽ, sed quod ꝓpinquũ illi est. Nec nos credimus si interrogent dictuꝝ eoꝝ aliquem Thalliam græcis oliuã significare: quã in lacte & in aliis forte locis oleam interpretati sunt. Licet.n.oliua oleæ fructus sit: totu tñ genere ab ea differt: tãtũq; abest ut possit thallia oliua dici: ut nec oleam arborem simpliciter ea uox significet: patebitq; id repetentibus quæ in lactea nobis secundo uolumine dicta sunt. Concedendũ tñ deficiente in latinis uoce: q̃ priuatim græcoꝝ thalliam significemus oleã diti. At oliuã thalliæ appellatione indicare interpreti non Dii nõ hoĩes nõ cõcessere columnæ. Est n.græcis thallia auctore Theophrasto summus nouæ germinationis in olea coliculus. Cui nequit Cnici capitulũ cõparari siue figurã siue q̃titatẽ intelligas. Hoc n.orbiculatum pappis intus plenũ; ille quacũq; longitudine & latitudine natura eũ ꝓtulerit nunq̃ oliuæ similis aut orbiculatus Voluerunt ut uidet illi aliqd eo loco reddere: nec aptiꝰ coniunctiusq; Thalliæ: quæ oleæ pars est qua oliuã inuenerunt. Nos contra non rñdere Thalliam cnici orbiculato capitulo aliquo mõ sentientes uitiũ illic potius q̃ qđ nullum esse posset signare uoluimus: relictoq; spatio cogitãdũ inueniendũq; peritioribus reliquimus quid nã illic legi quondam potuerit. Antiqua scriptoris huius interpretatio rotundũ simpliciter appellat; Nec falso: siquidẽ tale est. Qui deinde antiquissimus mihi est græcus Diosc.non θαλλίας illic sed θαλασσίας hẽt: q̃ uox marinũ significat. Ex quo censemus male q̃dẽ in cũctis legi eũ locũ. In hoc tñ ueræ lectionis certiores forsan supesse reliqas Suspicamurq; nos cnici huius capitulũ marino echino potuisse comparari: qm̃ rotunditas & aculei in utroq; sunt; nec multũ magnitudine inter se differunt. Coniectura tñ nõ decretũ hoc sit. Et quale id fuisse qnõdã suspicamur monuisse tñ nos legẽtes sciant. Est deinde qđ hic scriptor ait florẽ cnici croco similẽ eẽ: sic intelligẽdũ nõ cõparari crocũ floris calatho cnici florẽ: sed q̃ rutilant in utroq; interiora capillamẽta: quoꝝ ad obsonia æqualis est usus. Eã n.ptẽ hic tñ

florē uocat cadē naturæ rōne & Theophrasti disciplina: quā nos de geminis simul floribus in nigra uiola diximus. Sequit̃ postremo qđ ad colorē seminis ptinet: quē ut oēs græci codices passim indicant duplicē & diuersum hic tradit: Candidū. s. & ruffum: non satis certo ut uoces illæ indicāt itellectu quomodo candidum simul & ruffum possit esse id semen. Neq; n. miscentur colores illi sed simpliciter copulant̃: neq; albescere ruffescereue id dicitur: neq; alter color alteri adiicitur: neque Cnici generibus aut regionibus aut seminis eius partibus discernunt̃: sed simpliciter candidum & ruffum semen eius traditur. Nobis id male respondet: eāq; ob cām q̄m sine cōtrouersia deprehenditur male habitum a græcoꝝ librariis hunc scriptorē fuisse: pluraq; ex incuria magisq̄ ignorātia irrepsisse in eum uitia: dubitauimus in uoce illa πυῤῥὸν quæ ruffum significat uitium forte esse: neq; πυῤῥὸν sed una tm̄ mutata littera πικρὸν. i. amarum legi potuisse. Fuitq; suspitiōis huius auctor nobis Theophrastus qui libro. vi. de plantarum historia utramq; Cnicū describens amaro semine eē bis tradidit. καρπὸν δ' ἔχει πικρὸν. i. semen aūt amarum habet. Cogitauimus ēt q̄m triticū simile semen Cnici p̄terq̄ in candore & angulis sit potuisse illi forsan comparari: ideoq; non πυῤῥὸν sed πύρινον. i. triticeum legi oportere Ad eius enim longitudinem & figuram accedit. Coniecturis agim⁹: quæ q̄m sæpenumero fallunt: non tanti apud nos fuerunt ut contra græcoꝝ omnium fidem aliqd mutauerimus: Presertimq; in medicina iubente hoc ipso scriptore. Sumi candidi cnici seminis &c. Qui modus constituendi confirmare uĩ diuersum in Cnico seminis colorem esse. Eāq; ob causam alioꝝ exemplo & nos πυῤῥὸν ruffum uertimus: nihil pro comperto aliud in toto hoc capite habentes: quod incertum maleq; habitum undiq; se nobis obtulit.

DIOS. DE Mercuriali herba. Cap. clxxix.

Inozostin. Sunt qui Parthenion: qui Argyron: qui Arithryllida: qui Chrysitin: qui Mercurii herbam: qui Testicularā uocent: Aegyptii Aphlopho: Aphri Asumephes. Romani Mercurialem herbam appellant. Duplex genus eius est. Sexu discernūtur. Habet Mercurialis herba Ocimo similia folia ad helxines folioꝝ figuram accedentia: minora tn̄. Ramulos geminatis geniculis: & alaꝝ cauis multis. Semen fert fœmina racemosum & multū: Mascula uero iuxta folia exiguum: rotundū: binum: testiculoꝝ specie pendens. Totus frutex dodrantalis & aliquando maior est. Soluit aluum utraq; olerum modo in cibo sumpta. In aqua itidē elixa si ea bibatur aqua bilem & aquosa trahit. Creduntur præterea fœmine Mercurialis herbæ folia trita tum pota: aut post purgationes fœminaꝝ genitalibus apposita ut fœminæ concipiantur facere: Masculæ uero contra mares.

INTERPRES.

Ommendat se statim diuino noīe Mercurialis herba: uulgaris alioquin uinetisq; & cāpis fere omnibus nascens: aliquibus locis tam copiosa & efficax ut sapore suo uina ēt inficiat: & bibentibus ingrata reddat. Vna præcipuaq; illi ī deiicienda aluo naturæ uis est: & a cunctis in medicinæ usu recæpta. Numerauit quo diximus in polypodio capite. M. Cato & hanc inter ea quæ familiam rusticā ad deiiciendam alud docebat: monens non multū ex ea accipiendū esse. Quæ uis q̄m cōis illi cū pluribus aliis est: nō uidet̃ diuino noīe ornare eam debuisse. Credimusq; nos quod in extremo capite ex alioꝝ fide a Dios. & a Plinio. xxv. uolumine capite. v. traditum est diuini eius noīs cām illi fuisse. Id. n. magis Deū hominibus ostendisse decuit: rarū: incognitū: multisq; oībus seculis optatū: qui aut dum ægre ferunt plures sibi nasci filias: uxorūq; suarum in eū sexu fœcunditatem calamitosam sibi fore animaduertunt: aut dum noīs sui memoriam: Generis subsidium: hæredes familiæ & Reip. ciues post se quotidianis uictimis & p̄cibus reliq̄sse optant: qua rōne alia p̄stare id sibi possent a Deo cognouerunt. Factūq; ex eo est ut græci ἑρμοῦ πόαν idest Mercurii herbā latini Mercurialem uocauerit: notam uulgo ut diximus: & quæ ob nimiam soluēdi uim quam habet pro maledicto in gente nostra etiam nunc fit.

DIOS. DE Canina brassica. Cap. clxxx.

Ynian aut cynocramben. i. Caninam brassicā: Sunt qui Masculam Mercurialē herbam siluestrem: qui Asumes labon uocent: Aphri armas. Romani Caninā brassicā dicunt. Dodrantalē coliculum ex se mittit tenerum & albescentem. Folia Mercuriali herbæ aut hederæ similia habet per īteruall a disposita & albescentia. Semen iuxta folia in ea hæret exiguū rotundūq;. Est cauli foliisq; uis & natura ut pota aluū soluant: olerū uero mō cocta bilem & aquas corporis trahunt.

qualis

INTERPRES.

Valis canina hæc brassica sit non satis nobis constat. Si nomen solum expẽdat̃ eadẽ Apocyno q̃ non multo ante hoc ipso uolumine tractata est uidebit̃. Si uires & q̃ posse tradit̃ Mercurialis esse merito credetur: presertim iisdẽ penitus uerbis ĩ hoc scriptore tractata Quæ .n. de ea ferunt̃. Semẽ eã secus folia habere: exiguũ: rotũdũq;. Potam præterea aluũ soluere: & olerũ modo coctam. bilem & aquas corporis trahere: oia pauloante dictæ Mercurialis herbæ sunt. Quod aũt nos maxime suspendit: & in ancipiti turbauit uetustissimoꝝ græcoꝝ codicum & latinorũ fides est: in quibus non legit̃ hoc caput. Nec Plinius (quod hactenus deprehẽderim) aut Theophrastus de ea al. cubi agentes. Inclinat iõ aĩus nobis adulterinũ scriptoris huius esse hoc caput & alterius Mercurialis herbæ traditam ab aliquo sub hoc titulo historiam esse. Censebunt de ea periciores. Nos .n. nunq̃ quod ignoramus fateri pudebit.

DIOS. DE Maiore Solari berba. Cap̃. clxxxii.

Eliotropiũ maius. Sunt q̃ Scorpiuron: q̃ Heliotropon: q̃ Dialion: q̃ Heliopun: q̃ Scorpioctonõ: qui Sesamũ agreste: q̃ Scorpii caudã dicũt. Romani Solarẽ herbã uocãt: A floris figura dicta Scorpiuros herba est: Heliotropion uero q̃ ad motũ solis eiusq; inclinationem folia eius circũagunt̃. Ocimo similia habet folia: pilosiora tñ candidioraq; & maiora. Ramulos a radice tres quatuorue aut quinq; profert: & in his caua alarũ multa: & in eoꝝ sũmo candidũ florẽ purpurascentẽ scorpionũ caudæ mõ inflexũ. Radix illi gracilis & inutilis est. Nascit̃ asperis locis. Decoquit̃ in aqua fasciculus eius: potũq; id decoctũ per inferna bilẽ & pituitã trahit. Contra scorpionũ ictus bibit̃ Heliotropiũ utiliter & emplastri mõ ĩponitur. Facit idẽ sterilitatẽ corporis aliqua parte adalligatũ. Quinetiã ferunt ante accessiones febriũ cũ uino pota quatuor heliotropii semina quartanas: Tertianas uero tria finire febres. Verrucas & in uerrucarũ genere formicas: thymos: & Epinyctides siccat heliotropii semen emplastri mõ impositũ. Imponunt̃ eodem mõ utiliter folia: podagris: luxatis: & capitis ardoribus in infantia quos græci Syriasim dicunt. Menses eadem & fœtus concisa trahunt & apposita.

INTERPRES.

Ircũagit̃ cũ sole heliotropiõ: Non ut fabulose quõdã in trãsformatiõib⁹ suis Naso cecinit ut q̃ priusq̃ in florẽ mutaret̃ syderis illius lucẽ & formã oiens hõ amauerat: mutata etiã cõtinue cõtẽplet̃: sed ut hoc ẽt habeant rustici horariũ: qd̃ nubilo cœlo diurna illis horarũ spatia ostendat: qualia pleraq; alia humano generi cõsulens natura dedit: & adhuc dare põt: si ĩ cognoscẽda maiestate eius diligentiores fuerimus. Neq; .n. æternos beneficioꝝ suoꝝ thesauros quotidiana liberalitate ea exhaurit: nec mutato cõsilio qñ uoluptas illi est benefacere qd̃ semel aialiũ generi & hoi dedit indignata aliqñ aufert. A nobis illi hæc inuidia est: cogimusq; nos male audire eã quæ nunq̃ satis laudabit̃ cũ grauius q̃ cq̃ obiicere illi non audemus defatigatã: exhaustã: effœtã & ingratã appellantes: non aliter q̃ q̃ cõmessatiõibus ludisq; sui parũ faciles patres: Auaros: inutiles: delirosq; ingrati filii appellãt. Benefica presertimq; hoi natura ẽ: pp quẽ fecisse oia uideri põt: tam multa nobis in cunctis eius partibus inseruiũt. Ideoq; nõ contenta in Heliotropii flore diei spatia & horas hoi indicasse: radice: foliis: semineq; medicinã ẽt instruxit: quã priusq̃ hic doceret nominũ q̃bus indicat̃ & partiũ q̃bus cognoscit̃ historiã quatenus oportebat ꝓsecutus est. Sciendũq; illud Heliotropiũ: heliotropon: & heliopon plantæ florisq; huius ueluti cõgeneres appellationes a sole oẽs factas esse: significareq; priores duas qd̃ ad solẽ se uertit: tertiã uero qd̃ solẽ aspicit. Quam rõnẽ ꝓbasse potius uidet̃. M. Varro reꝝ rusticaꝝ primo uolumie capite. xlvi. Heliotropium .n. describens sic uocari ait q̃ solis ortum mane spectat & eius iter ita sequit̃ ad occasum ut semp eũ spectet. In malua ex Theophrasto omnium huiuscemodi cã reddita a nobis fuit. Scorpiuron mox & Scorpii cauda a floris uel ut nos certios dici credimus seminis inflexiõe q̃ Scorpionũ caudæ ut hic ait spẽm refert dictũ Heliotropiũ fuit Scorpioctonon aũt a uiribus quas contra Scorpionum ictus efficacissimas habet: & quia scorpiones enecet ideo scorpioctonõ dictũ ẽt est. In reliqs nõ tam certa ratio est ut doceri a nobis possint. Solarem latini priuatimq; Celsus uocauerunt græcoꝝ imitatione qui a sole eam indicauerunt Fuerunt præterea qui Verrucariam uocauerint qñ tam multis Verrucarum generibus quæ ab hoc numerantur medetur Numerauit Heliotropiũ Theophrastus inter ea quæ particulatim florent: ab inferiore parte sumpto principio mox inter ea quæ perpetuo

folio sunt. Ex quibus tam multis notis facile erit multi nominis quondã & ofus herbã & florẽ dep-hendere. Vtebant.n. Solari hac herba passim ueteres græcoꝝ medici in his naturæ uitiis & morbis qbus mederi scriptor hic eam testatur: q̃ nec numero pauca nec periculo leuia negligenda ue sunt.

DIOS. DE Minore Solari herba. Cap. clxxxiii.

Eliotropiũ minus. Sunt q & hanc Scorpiurõ. Romani Solarẽ minorẽ dñt. Nascit Lacustribus locis & iuxta paludes. Folia antedictę Solari herbæ similia hẽt: rotundiora tñ. Rotundũ semen ẽt fert: uerrucarũ mõ pendens. Põt herba simul & semẽ additis nitro: hyssopo: nasturcio & aqua pota latos & rotũdos uentris lũbricos pellere. Quin ẽt uerrucas tollũt cũ sale emplastri mõ imposita.

b

INTERPRES.

Vo esse Heliotropia mains. s. & minus quo diximus in maiore loco Varro testatur. Verba eius sunt. Nec minus admirandũ quod fit in floribus quos uocãt Heliotropia. Idẽ & Paulus Aegineta lib. vi. cõfirmat Seorsum priuatimq; de utroq; agens. Quibus autẽ notis inter se differant hic satis docuit: Nec minus quibus etiã uiribus discrepent. Quod tñ hic additis nitro: hyssopo; nasturcio & aqua ait &c. Paulus Aegineta pro Nasturcio uisi uitium i eo sit Cardamomũ numerat frequẽti in scriptore hoc & aliis a cardamo: quæ uox nasturcium græcis significat ad Cardamomum lapsu & mutatione.

d

DIOS. DE Scorpioide herba. Cap. clxxxiiii.

Corpioides. Romani Scorpion uocant. Breuibus foliis herbula Scorpioides est: semina scorpionũ caudis æqualia habens. Scorpionum ictibus subuenit emplastri modo imposita.

f

INTERPRES.

Corpionẽ Plinius uocare hanc aliquot locis uidet. Nõ satis tñ nobis cõstat an ubiq; hãc intelligat. Theophrastus.n li. ix. de plantaꝝ historia Scorpion a radicis nõ seminis figura dictam aperte ostendit. Verba eius sunt. οἱ δὲ σκόρπιον καλοῦσιν διὰ τὸ τὴν ῥίζαν ἔχειν ὁμοίαν σκορπίῳ. Quod est. Alii aũt Scorpion uocant quia scorpioni similẽ habet radicem Hic aũt seminis eam figuram dicit esse. Cogitandum itaq; quærendumq; qualis Scorpioides hæc sit.

f

PEDACII DIOSCORIDAE ANAZARBEI DE MEDICA MATERIA. LIBER QVINTVS.

Radidimus quatuor hacten⁹ libris charissime Aree de Aromatis: oleo omni: unguentis: arboribus: earumq; fructibus & lachrymis: animalibus itidem: melle: lacte: adipe omni & his quæ frumentacea dicuntur. Omnemq; de oleribus: radicibus: herbis: succis & seminib⁹ rõnem. In hoc qui ultimus totius operis est de omni uino & his quæ metallica dicunt sumpto a uite principio agemus.

e

INTERPRES.

Esiderauit forte hactenus nostra hæc legens aliquis appellatũ totiens a Dios. Areũ hunc nouisse. Quod uerisimile est animo identidem repetens aut fortuna: aut sapientia clarũ hominẽ intelligi oportere: Qui amicitia scriptoris huius tamq; honesto munere dignus fuerit. Docti.n. doctos amant: & quo se fortuna ut Liuius testat illuc etiam fauor hoĩum inclinat. Gaudentq; in hoc genere hominũ plures: huiuscemodi laboribus suis maioris alicuius & qualis regia est fortunæ gratiam & honorẽ accedere. Nec nos aliter diu opinati sumus. Nihil tamẽ de maiore hominis fortuna in Areo hoc ꝑ comperto nobis erat. Neq; ex antiqua græcoꝝ aut latinorum regum historia quicq̃ inueniebatur: quod ad Areum gentis alicuius regem principem ue pertineret. In alteram ideo partem trahebamur: quærentesq; ex sapientiæ professoribus ætate scriptoris huius clarũ aliquẽ cui tñ hoc opus merito dedicaret in Plutarchi. M. Antonio philosophum Areum Alexandrinum hominẽ inuenimus; quem ob sapientiam suam profectus Alexãdriã Octauius futurus paulopost Augustus Cæsar nauali bello fusis fugatisque ad Actium Antonio & Cleo

d

patra

patra multi fecerit: ornauerit & in primo honore inter alios professores quos tunc Aegyptus audiebat habuerit. Plutarchi uerba sunt. αὐτὸς δὲ καὶ σαρ εἰσελαύνων εἰς τὴν πόλιν ἀρείῳ τῷ φιλοσόφῳ προσδιαλεγόμενος καὶ τὴν δεξιὰν δεδωκώς. Quod ē. Ingrediebat̄ uero Cæsar ciuitatē Philosopho Areo colloquens &c. Post quæ lōgius ēt de eo agēs: testatus idē scriptor est: ꝑgressum in gymnasiū Cæsarem ex suggestu alexādrinos oēmq; populū a belli eius culpa absoluere se dixisse: Primū q̄dē ob cōditorē eius ciuitatis Macedonē Alexandrū cognomēto magnū: Mox ob ciuitatis pulchritudinē & maiestatē: Postremoq; ob Areū philosophū: quē digito ostendebat iuxta se stantem. Vnius sapientiæ: salutis suæ gratiā hēc eos iubens. Addidit his ēt multa alia quæ ꝓ honore Arei huius Cæsar Alexandriæ fecerit. Hunc nos credimus Areū scriptoris huius esse. Cōueniunt .n. tpa. Siquidem hic scriptor: ut græci aliquot testant̄ Cleopatrā Aegyptiam reginā Antonii tpe seqbat̄. Et si hominē Cæsar ob sapientiam amauit & ornauit: debuit & hic scriptor laboris sui æterno hoc munere elargentibus facere. Nobis in hanc partē inclinat animus Et si sciam⁹ aliter sentire alios: & plures diuersis tpibus eodē nōie claros medicinæ ꝓfessione Dios. fuisse: presertimq; quē Paulus Aegineta Alexandrinū patria citat ab hoc diuersum medicinam simpliciter ꝓfessum. Vertit in quinti libri huius procemio Barbarus Aromata odores sensibilem qualitatem pro rei substantia indicans. Non .n. udores uerū odorata seu odoramenta tradidisse se hic ait. Anceps q̄dem in græcis ad odorē & ad ea ex quibus odor sentitur ea uox est. Verūtn̄ hic rem non odorem dixisse se manifeste testat̄. Sunt n. primo & per se græcis Aromata quæ odorata sunt: quæ qm̄ in aris ad suffitus incendebant̄ thymiamata ēt dicta sunt: nihil aliud q̄ ut Thucidides inquit ἁγνὰ θύματα. i. pura sacrificia: qm̄ nulla cæde nulloq; uictimarū sanguine arā cruentabant. Sunt deinde odores q̄ ex illis incensis fractis ue aut simpliciter sentiunt̄. Nec aliter Theophrastus intelligit dicēs οἷς μὲν οὖν εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται σχεδὸν ταῦτ' ἐστὶν, κασία, κιννάμωμον &c. Quod est. Quibus igit̄ ad Aromata utūt̄ hæc fere sunt Casia: Cinnamomū &c. Aromata intelligēs eo loco odores. Quam rōnem secutus forte Barbarus odores uertit. Nos donatam iampridem latinitate græcam uocem magis amauimus: diximusq; aromata certo rei ubiq; intellectu.

Aromata

DIOS. DE Vinifera Vite. Cap. i.

a Mpelon œnophoron. Romani uiniferam uitē dicunt. Leniūt dolores capitis cōcisa uiniferæ uitis folia capreoliq; emplastri mō iposita. Leniūt stomachi itidē inflāmationes cū polenta & ardores folia ēt ob eam quā hn̄t refrigerandi & adstringendi uim. Quin ēt per se idē præstāt. Potus qui ex his expressus fuerit succus intestinorū tormīnibus: cruētis sputis: cibū in stomacho non cōtinentibus & ꝑgnātiū fastidiis uaritisq; & absurdis rerū in cibo earū appetitibus succurrit. Facit ad eadē potū capreolorū qui in aqua maduerint dilutū. Quæ concrescit gūmi modo in uitiū truncis lachryma calculos pota cū uino pellit. Impetigines eadem lepræq; & scabies utiliter inungunt̄. Oportet tn̄ locū antea nitro confricasse Glabrescunt q̄ cōtinue addito oleo ea inunguntur: præstatq; id ꝑcipue qui ex incensis palmitibus exudat aquosus humor. Tollunt̄ iniūctæ ea ēt quas in uerrucarū genere formicas uocant. Imponit̄ emplastri modo utiliter ex aceto defectis a sede condylomatis & in uerrucarum genere thymis Sarmentorū uinacearūq; cinis. Luxatis idem & uiperarum morsibus opitulatur: & ex aceto rosaceoq; cum ruta Lienis inflāmationibus emplastri modo impositus medetur.

INTERPRES.

q Væ a rusticæ rei scriptoribus in conferenda uinea tam multæ nomerantur uites Amineæ: Psythiæ: Verrunculæ: bumasthi & pleræq; aliæ: omnes quocunq; colore maturescūt uindemiam ue aut rusticam penum explent una uiniferæ appellatione a Diosco. colliguntur. Omnium .n. in medicina eadem uis paresq; in earum partibus ad remedia uires huic scriptori sūt: & si posteriores aliqui in plerisq; uitis candido colore uuam maturantis folia palmites & capreolos magis ꝓbauerint. Quod q; uiniferæ discrimen additum illi ab eo est non aliam habet causam q̄ ut ea nota satiua omnis uitis ab aliis quæ superiore uolumine cognomines illi tractatæ sunt separaretur. Hæ .n. ad uindemiā & sanitatis usum ubiq; fere conserit̄ & excolit̄: illæ sponte sua nascētes nulla hois cultura medicinæ tm̄ inseruiunt. Hæc passim & oībus nota: illæ medicā materiā tm̄ tractātibus: solaq; similitudine aliq̄ generū adoptione in nomē uitiū receptæ: De qbus dixisse tunc q̄ oportebat satis sit; quēadmodū nūc in quotidiana & notissima re nullū operæptium laborasse fuerit. Mira

bitur forte aliqs hoc capite nec fine causa quæret: quale mali genus intellexisse in prægnātib⁹ oporteat quo loco Dios. ait κισσῶσαι bibi utiliter ex uitium foliis expressum succum: cum audierit ex interpretibus alterum malaciam stomachi: alterum a conceptu mulierum defectiões: nos uero p̄gnantium fastidia uariosq; & absurdos rerum in cibo appetitus unam eandemq; in græcis uocem uertisse. Verum non erit illi diuersitatis huius difficile cām cognouisse: si quæ dicta a nobis longius in omnibus malis primo uolumine iampridem sunt ad loci huius intellectum retulerit. Intelliget enim eiusdem temporis cuncta hæc mala in p̄gnantibus fieri: pluraq; ex his sæpe simul coniungi: non tn̄ iisdem uocibus omnia indicari: priuatimq; κίσσαν & κισσᾶν uerbum uehemētiores & impetus magis q̄ appetitus propositarū rerū ingerentibus uterū esse: quæ quotidianos cibos fastidiētes absurda & insueta homini comedisse tunc cupiunt. Carbones: terram: cementa & asperrimi acerbiq; saporis cibos. Quo magis Barbarum demiror qui a conceptu defectiones id malū dixerit cū non a conceptu sed post tertium fere mensem: nec id malum fiat λειποψυμοῦσαις. i. animo deficientibus: sed κισσῶσαις. i. picarum more quæ paulo ante diximus appetentibus Dios. dixerit. Alter grauidarum malaciam affectionem eam interp̄tatus cōmuniore q̄ oportebat uoce usus est. Siquidem malacia græca uox est: significatq; genti illi langorem & eneruatam mollitiem: quæ licet eo tempore in p̄gnantium stomacho dici possit: & a Plinio forte sic appellata aliqn̄ fuerit: non tn̄ indicat qd̄ proprium græcæ illius uocis est: qua ut diximus priuatim absurdi p̄gnantium illi appetitus indicantur. Et a pica aue ob eas quas in oībus malis cās diximus noiant̄. Quibus libet nunc addere. Crederem nos picam quæ huic malo nomen fecerit eam eē. Quæ a Plinio. x. suæ historiæ uolumine capite. xxix. describitur. i. Lōga insignis cauda: & uaria idest non sibi concolor: sed quæ alias plumas & pennas candido alias nigro colore ostendat. Nulla enim in picarum genere longiore cauda est: quæ enim uersicolores sunt glandariæ ab eodem Plinio & ab aliis manifeste dicuntur. Scribentesq; græcorum medici in p̄gnantibus cissan uocari διὰ τὸ ποικίλον τοῦ ζώου. i. ob uarietatem auis facile p̄suaserunt. Eam esse quā Plinius ut diximus uariam appellat: Gens nr̄a priuatim gazam nunc uocat.

DIOS. DE Labrusca. Cap. ii.

a Mpelon agrian. Romani labruscā dicunt. Duplex labrusca uitis est. Alterius non maturescit uua: sed usq; ad pubertatem perducit eam quæ œnanthe. i. flos uitis appellat̄. Fructū absoluit altera minimis acinis nigra & adstringendi ui. Huius folia: palmites: capreoliq; uiniferæ & satiuæ uiti similes hn̄t uires.

INTERPRES.

a Lia est silnestris uitis hæc ab ea quæ superiore uolumīe ampelos agria. i. siluestris uitis dicta ēt a Dios. & tractata fuit. Hæc. n. satiuæ congener siluestri habitu tm̄ diuersa. Illa sola racemosi fructus similitudine sic appellata. Eamq; ob cām illa siluestris hæc labrusca uitis sit: nota ubiq; & cuius flores nunc ēt condiendis & odorandis uinis quo tpe pubescit diligentius leguntur. Dicimus aūt pubescere uites florere poetæ nostri exemplo: qui fœlici translatione a pubertate hois usus; ait tunc largo pubescit uinea fœtu: florem uitis intelligens: qui flauo colore lanuginosus primæ in homine pubertatis speciem ostendit. Græci a flore ἄνθησιν uocant. Quid aūt œnanthe græcis sit primo uolumine in œnanthini unguenti confectione diximus & ab hoc loco nō multo post etiam dicemus.

DIOS. DE Vuis: Cap. iii.

f Taphylen. Romani uuam dicunt. Turbat aluum recens uua oīs & stomachum inflat. Innocentior quæ aliquandiu pependit. Exaruit. n. in ea maior humoris sui pars. Stomacho accomodata. Appetentiā cibi reuocat: quibus infirmū corpus est ēt utilis. Ollares & in uinaceis seruatæ in cibo quidē ori suaues grataeq; & stomacho utiles aluū compescunt. Vessicam tn̄ & caput infestāt. Sanguinem expuentibus utiles. Similes iis & quæ in musto fuere. Sapa & passum inutiliores stomacho facit. Seruantur & cœlesti aqua passę prius factę: exiguo uino ut uinosæ fiant antea conspersæ: siticulosis: ardentibus & diutinis febribus utiles. Seruantur earū uinacei imponunt̄q; emplastri mō cōtra mā̄marū duritiēs: inflammationes & nimiā lactis abūdātiā. Intestinorū torminibus: cœliacis: & fœminarū fluctōīb⁹ utiliter infundit̄ earū decoctū. Fouent̄ eodē insidētes fœminæ & inspergunt̄ pari utilitate. Vinaceorū nuclei q; adstringendi uires hn̄t stomacho & ipsi utiles. Frixi idem

uitiq;

*

tritiq; & pro polenta emplastri modo impositi intestinorum torminibus : cœliacis : & stomachi resolutionibus medentur. In passis uuis adstringẽdi maiore ui albæ q̃ nigræ sunt. Confert faucibus: tussientibus: & uessicæ in cibo earum caro. Intestinorum torminibus cum nucleis suis eadem per se prosunt in cibo sumptæ. Milii uero hordeiq; farinæ & ouo mixtæ tum cũ melle frixæ: & in cibo sumptę per se cum pipere cõmanducatæ oris pituitas purgant. Testium inflãmationes cum lomento fabæ aut cymini farina sedant emplastri modo impositæ. In uerrucarum genere quas epinyctidas uocant: carbunculos: fauos: & articulorum exedentia ulcera: gangrenasq; sine nucleis sanant cum ruta impositæ. Podagris cum panacis liquore utiliter emplastri modo imponuntur. Pellunt eędem mobiles ungues breui tẽpore emplastri modo similiter impositæ.

INTERPRES.

e Reduntur neq; immerito alteram humanæ uitæ partem & necessitatem uitẽs: uindemia & uuæ explere. Deficienti.n. in nobis frigido & humido: quæ tota sitis est quotidianis poculis subueniunt. Nec aliunde non uitæ modo sed beatioris uitæ multis fœlicior occasio est: Tam multis saporibus una & uuas natura uariauit. Quamob cãm pleriq; eas æstiuorum autũnaliumq; pomorum omnium: quæ una uoce græci oporam dicunt primum maximumq; caput & quasi sũmam esse eas tradiderunt. Verũtñ si omnis uuarum usus toto anno æstimetur: si q̃ multiplici ratione seruentur: & q̃ sæpe pro fruge & opsonio hominũ sint: si quamdiu rusticas & urbanas mẽsas suaui & utili cibo instruant: Non parũ in altera humanæ uitæ necessitate quæ fames est illis debebimus. Nunq̃ ob eam cãm satis in eo pomo laudabitur natura: ingrateq; homines fecerint si quocũq; potuerit aliquis studio tam necessarium generi humano & fœlix naturæ munus non excoluerit ornauerit: & ubi opus sit uetustate negligentiaue hominum amissum instaurauerit. Quod nos in passis uuis & uino toto hoc capite agemus: quorum iampridem periit in Italia confectio & usus. Cũ tñ fœliciore illo Romanæ gentis seculo passim cuncta hæc fierent. Et in disciplina ruris uillici q; & uillicæ præceptis non aliud certius ob quotidianas necessitates & usus doceret. Quod ex scriptore hoc patere omnibus potest: tam multis locis iubente bibi in passo: & additis passis uuis confici aliquid: & his similia alia. Scimus quidem passas uuas nunc ẽt in usu eẽ: neq; ex corynthο aliisq; locis peregrinas peti: & pro passo dulciore liquore aliquo qualis uerbi cã Sapa defrutumue & mel ẽ uti medicos posse & uillicos. Sed si nostris licet uti opibus cur alienas q̃ramus? Et si passim exiguo labore conficere uillicus poterit & a uillico accepto medicus sine inflationis periculo quod mel habet utitur similia potius q̃ quæ priuatim & tuto medicinæ deberi aliq̃n tradita sunt atuabimus? Indignũ profecto nobis & medicinæ id fuerit. Quod ne fiat quatenus licebit repetitã ex antiquitate utriusq; rei confectionem trademus. Estq; illud ante oĩa sciendum a patientia passis uuis & uino nomen quondã factũ fuisse si Plinio credimus. xiiii. uolumine capite primo dicenti. Quin & a patientia nomen acinis datur passis. Qualis aũt ea sit quãtaq;. xiii. uolumine capite. xvi. docuit Columella: iubens ad passas eligi maxĩe albas dulcissimi saporis: maximis acinis & raris: fieriq; id oportere Luna decrescente: sereno: & sicco cœlo: circa meridiẽ: lectasq; uuas has in tabulis paulisp porrigine inter se pressæ suo pondere collidantur: mox in Aheno aut fictili aliquo nouo amplo ex sarmentorum cinere factã lixiuiã usq; ad feruorẽ calefacere: & cũ feruebit aliq̃d puri & optimi olei adiicere simulq; miscere: tum racemos uuarum pro magnitudine binos uel ternos simul colligatos in ahenum illud feruens demittere: tãdiuq; illic habere dum decolorentur non tñ excoquantur; in qua re agenda moderatione temperamentoq; opus erit. Exemptas dein ex aheno uuas in crate disponi idem iubet rarius q̃ ut altera alteram cõtingat: Singulas deinde post tres horas insolatas conuerti: neq; ub' prius fuerant reponendas: Ne relicto illic humore corrumpantur: noctibus ẽt tegi ne irrorent aut imbre madeant. Post aliquot postea dies cum modice aruerint in uasa noua condi p̃cipit &c. Et hæ scriptoris eius passæ uuæ sunt. Palladii alia rõ est: quam in Octobri mense his uerbis mõstrauit: Non ut Italia sed ut Græcia conficere consueuerat. Vuam passam græcam sic facies. Melioris acini & dulcis & lucidi botriones in ipsa uite torquebis & patieris sponte sua inarescere: deinde sublatos in umbra suspendis & uuam districtam componis in uasculis: substernis pampinos sicco algore frigentes &c. Diuersa hæc a Romana passæ uuæ confectio est. Quẽadmodum & eius conditura fuerunt. Quæ quoniam longius a Columella eodem capite docentur non reddentur a nobis. Poterunt enim ab illo uolentes omnia certius audire. Interim autem nos docebimus primum qua ratione Columella tum qua Palladius passum & uterq; suum conficiant. A Columella. xiii. uolumine capite. xxxix. ex Magonis Africani præcepto: nam eius gentis primum passi confectio & maximus usus fuit: sic fieri passum præcipitur. Vuam præcoquam bene maturam legere oportet: acina arida aut uitiosa reiicere: furcas mox palos ue qui cannas sustineant inter quaternos pedes fige-

Vuæ passæ

re & perticis iugare: tum insuper cannas ponere & in sole pandere uuas: noctibus uero tegere ne irrorentur. Cum deinde exaruerint acina decerpere & in dolium conicere. Eodem mustum q̄ optimū sic ut acinis superstet adiicere. Vbi combiberint uuæ seq; impleuerint sexto die in fiscellā cōferre & prælo p̄mere: passumq; tollere. Et hæc conficiendi passi disciplina ueteribus fuit: & si aliæ ē rōnes ab eo eodem loco numerent. Palladius non dissimilem huic confectionem Octobri mense sua ætate fieri docuit. Ante uindemiā.n. passum fieri iubet uniuersæ africæ more pingue atq; iocundum. Legunt uuæ passæ q̄ plurimæ & in fiscellis clausæ iunco factis aliquatenus rariore cōtextu uirgis primo fortiter uerberant. Deinde ubi uuarū corpus ui cōtusionis exoluerit cochleæ superposita sporta comprimunt. Hinc passum ē q̄cquid effluxerit: & cōditū uasculo mellis modo seruat. Breuior sane hæc rō sed non dissimilis priori. Siqdem quæ a Palladio passæ uuæ legi iubētur præcoques illæ & sole arefactæ Columellæ sunt. Et quas ille musto impletur succū reddāt hic uirgis flagellat & lētescere cogit: quāq; hic cochleā ille prælum: & quam fiscellā Columella hic sportam uocat. Fuit quondam passum quotidiani usus: eratq; in sanitate & ualitudine hoī pro melle: sine inflationis periculo ut diximus, quā mel præcipue facit. Exoleuerunt nostra ætate omnia huiusce modi: ideoq; qualia hæc quondā fiebant repetita a nobis longius fuerunt ut cognoscant intelligantq; oēs q̄topere in passis uuis & passo a ueterū disciplina & moribus discesserimus: multoq; magis in tam multis uinaꝝ conditurís quæ illis pene infinitæ fuerunt: ex Columella aliisq; rei rusticæ scriptoribus cognoscendæ: ut certius intelligant legentes quas hic in uinaceis: in ollis: in sapa: & musto: & in cœlesti aqua seruatas dicit. Cuncta.n. ab eo traduntur eodem operis sui uolumine: capite xliii. Nos.n. tam multis obseruationibus cōmentationes has nostras augere nolumus. Erit etiā ex lectione scriptoris illius aliud operæ pretiū. Intelliget.n. qui id aget quas hic passas antea factas uuas in cœlesti aqua cōponi iubet: additq; ἐπ' ὀλίγον τὰς τοιαύτας γ' νεαρῷ οἴνῳ ὀδὲ εἶς eā habere rōnē quam nos locum illum uertente, indicauimus: exiguo.s. uino ut uinosæ fiant cōspergi oportere. Ex passi .n. confectione tota ea rō fluxit in quo iubet ille uuas in musto demergi ut uinū cōbibant. Necessarium.n. est ut q̄ sole natiuus humor in eis aruit nouo & congenere liquore aliquo iteꝝ uuescat. Idq; nos præcipi a Dios. credimus: & si alii aliter locū interpretati sint: quos non dānamus: sed interpretationis nostræ quā debemus cām indicamus. Quēadmodū a principio capitis huius contra q̄ Plinius & alii dixerunt locū ipsi ē uertimus. πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας. Quas uoces Plinius. xxiii. uolumine capite. ii. uertens ait. Innocentiores quæ decerptæ diu pependere qua uentilatione etiam utiles fiunt stomacho ægrisq;. Aegros appellans quos hic ἀσθενοῦντας Plinū secuti interpretes alii ægris ꝓdesse & ipsi dixerunt. Nobis q̄bus infirmū corpus est magis uertere placuit: non ob aliam sane cām q̄ ut certiore intellectu res nūc pateret. Nolumus nūc quærere q̄d ægrū latinis ꝓprie sit Grāmaticis.n. cognoscendū hoc relinq̄mus. Sed quod monemus illud est non significare græcis ἀσθένειαν & ἀσθενοῦντας totum & ꝓprium alicuius ualitudinis & mali genus: sed uel per se uel ex ualitudine relictam corporis infirmitatem: qua legitimæ naturæ operationes impediantur: aut parū fœliciter saltem expleantur. Est.n. ἀσθενὴς græcis latinis uero infirmū. Quod robore suo caret. Aptiusq; nō ex ui & rōne noīs tm̄ q̄ ex re ipsa id uisum nobis est. Est illud in medio hoc capite ē animaduertendū non uideri nobis sine uitio esse q̄d legitur frixi iidem tritiq; & pro polenta emplastri modo impositi intestinoꝝ torminibus &c. Neq;.n. p̄nt pro polenta quæ humescit & glutinosa est usum habere uinaceoꝝ nuclei arentes & frixi. Credimusq; cū polenta non pro polenta legi locum oportere eamq; ob cām suspitionis uitii nota signatus locus a nobis est.

ἀσθένεια ἀσθενοῦντες Infirmitas Infirmi

DIOS. DE Labruscæ uitis flore quē græci Oenanthē dicunt, Cap. iiii.

Enanthem. Romani pariter græcis Oenanthem uocant. Labruscæ uitis cū floret fructus Oenanthe est. Legenda cū floret & in fictili nō picato seruanda: cū legitur substrato linteolo excipienda & in eodē in umbra siccāda est. Nascitur probatissima in Syria: Cilicia: & phœnice. Adstringendi uis & natura illi est. Eapp stomacho utiliter bibitur. Vrinam cit aluū sistens & sanguinis expuitiōes compescens. Vtilis eadē contra acescentem stomachum & ex repletione fastidia: in quem usum sicca emplastri modo imponit. Inspergitur dolori capitis ex aceto rosaceoq; uiridis pariter & sicca. Imponit eadem emplastri modo ad arcendas cruentoꝝ uulnerū inflāmationes & incipientes oculoꝝ fistulas quas ægylopas uocāt. Imponitur eodem modo & oris ulcerihus & his quæ in genitalibus pascendo serpunt: additis melle: croco: rosaceo & myrrha: cunctisq; his simul coactis. Pessulis præterea ad coercendum fœminarum sanguinem additur. Contra oculorū destillationes & stomachi ardores cum uino: hordeaceaq; polenta emplastri modo imponitur. Crematue

maturOenanthe ignitis carbonibus in testa testæ superposita: cremataq; oculorũ medicinæ utilis est. Reduuiisq; & digitorꝝ pterygiis: Cruentas postremo diffluentesq; gingiuas sanat.

INTERPRES.

Abruscæ uitis tm̃ Oenanthe medicis flos est; neq; ad medicinã ex alia uitentur. Cæteris satiuæ ẽt flos; & prima uitiũ oium pubertas Oenanthe dicitur. Numerauit inter aues etiam Plinius hoc nomine quæ statos latebræ dies habet exorientes sirio occultata ab occasu eius pgrediens: sic forte dicta q cũ uitium prima pubertate hac pdeat: nec ultra quicq̃ de ea tradidit. Diligens alioquin in Oenãthes huius historia & medicina: quaꝝ alterã. xii uolumine capite. xxyiii. alteram. xxiii. capite. i. longius psecutus est. Ex eo multa quæ in Dios non leguntur Barbarus editioni suæ miscuit: quæ poterunt uolentes facile in eo deprehendere. Nobis totidẽ quatenus licuit & iisdem uerbis omnia red dere placuit. Eadẽ uq; fide monemus scribere in. yi. suæ medicinæ Paulum Aeginetã plurimũ quidẽ ex Labrusca Oenanthes usum esse; qm̃ egregie adstringit: stomachũq; & aluũ maxime firmat. Verũtñ traditis his idem statim subiicit ὁ δὲ διοσκουρίδης ἑτέραν ὑπογράφει ταύτην ἐναντίαν τὴν δύναμιν ἔχουσαν· ὅθεν δ᾽ ἀὐτὴν φησὶ καὶ στραγγουρίαν καὶ ἴκτερον ἰᾶσθαι. Quod est. Dios. aũt aliam describit Oenanthen cõtrarias huic uires hñtem: ideoq; secũdis; stillicidio uessicæ & fellis suffusionibus eam mederi ait. Quoꝝ nihil in capite hoc legitur: neq; in scriptore hoc alibi legisse me memini: & nihilominus non negligenda Aeginetæ auctoritas & testimonium est: quem credere oportet uera: & quæ aliqñ legisset testari: nobis nihil est q adiicere aliud his ualeamus. Rẽ tñ signauimus: ut si forte laxandi uires hñe Oenanthẽ aliquando aliquis inuenerit auctoritate scriptoris eius sciat aliam ab hac illam esse: Alteriusq; uitis quærendũ cum florebit fructum: qui contrarias huic uires habeat. Qualis autem ea sit non ausim ego dicere.

DIOS. DE Omphacio qui ex acerbis uuis expressus succus est. Cap. y.

O Mphacion. Romani pariter græcis Omphacium dicunt. Acerbæ necdum maturescẽtis Thasiæ aut Amineæ uuæ succus Omphaciũ est. Exprimit̃ p æstatem ante canis ortum: expressumq; in æreo rutilo uase linteolo opertũ donec totũ denseturː insolatur. Oportet dum insolatur qđ in eo subinde concrescit & densatur liquido misceri. Per noctem ne subdio irroret̃ sub tectum referẽdũ est. Densan. n. huiuscemodi phibent nocturni rores. Probatur Omphacium quod colore fuluo erit & friabile: egregie adstringens & linguam erodens. Quidã coquẽtes Omphacium densant. Tonsillis: uuæ: ulceribus oris quas aphthas uocant: diffluentibus humore gingiuis: & purulentis auribus cum melle passo ue pdest. Cum aceto aũt fistulis: uetustis ulceribus & his quę pascendo serpunt. Clystere contra intestinoꝝ tormina infunditur. Infunditur & contra muliebres fœminaꝝ fluctiones. Facit ad oculoꝝ claritatẽ. Scabris genis & anguloꝝ in oculis erosionibus utile est. Bibitur contra recentem & ruptis uenis factam sanguinis expuitionem. Verũtamẽ modico & copiosa aqua diluto uti eo oportet. Vehementissime enim urit.

INTERPRES.

On animaduerterunt Dios Omphaciũ uertentes interpretes alii informẽ: nec reliquo corpori cõgruentẽ in extremis clunibus caudã illi reliquisse. Nec aliter q̃ Flaccus cecinit: quod ille fingebat monstrũ turpiter in atrum piscem desinere: ex Omphacio omphacite uinum fecisse. Quod n. in extremo capite in eoꝝ editionibus legit̃. Vis succo adstrictoria &c. Vel ut alteris cã incœpit partem: Idẽ adstringit: pdest stomacho qui cibi tenax nõ sit: & ab his quod totũ legitur usq; ad integrã capitis huius clausurã. Totũ ex historia & medicina uinoꝝ quæ statim seqt̃ in Omphaciũ irrepsit: in qua hic idẽ ait. ὁ δὲ καλούμενος ὀμφακίτης &c. Mox στυπτικὴν δὲ ἔχει τὴν δύναμιν καὶ εὐστόμαχον. καὶ κοιλιώδεσι καὶ εἰλεώδεσι καὶ τοῖς δυσεντερικοῖς καὶ ἑλκυλκώδεσι τὸν στόμαχον ἀρμόζουσαν. δοκεῖ δὲ καὶ λοιμικαῖς διαθέσεσι βοηθεῖν &c. Ne longius q̃ decet tam multa repetantur Omnia ut uidetur duobus locis eadem: & importune ab aliquo ex uino ad omphacium translata: qui omphacite id uinũ uocari sentiens omphacio coniungi debere credidit. Verũtamẽ longo interuallo omphacium ab omphacite uino differt: ut mox in confectione eius legentibus patebit. Debuerãt hoc illi animaduertere: nec præterita tm̃ sed inuenienda post hac etiã in scriptore hoc cognouisse. Calcantis. n. homerici maxima illa fuit: & omniũ integra semper laus erit: præterita meminisse psentia intelligere & futura conicere: cognitisq; his apte omnia constituere. Nos eam reliquimus par-

tem inutilem hoc loco non multo post apposite tractandã. Indicaruntq; id nobis antiq̃oris fidei co
dices: in quibus nihil huiuscemodi legit: sed multo magis res ipsa suis locis docens tractanda sin
gula: nec diuersa simul miscenda rerũ genera esse: importuneq; bis aliqd nulla urgente necessitate
tractari non debere. Discrepant nobis ẽt cũ aliis interpretibus pleraq; alia: & si forte non multi faci
enda alicui uideri poteruot: quale est qd' alter eorũ pacerbis: nec dũ maturis uuis quas græci notis

ὄμφακες

sima cũctis uoce omphacas uocãt Acidas dixit: quod priuatim ad saporem pertinet: põtq; in matu
ritate ẽt sentiri. Neq; n. acidũ ὄμφαξ græcis simpliciter significat. Sed acerbũ: in quo poterit acidus:
poterunt & alii sapores esse: utq; priuatim acidum dicimus: quod sapore suo acescit: sic acerbis oĩ/
bus cõis omphacis uox est: oeq; uuam magis q̃ oliuas Lauri baccas: & innumera alia nondum ma
tura græci ea uoce iodicant: nõ ex sapore omphacite oleũ: sed ab immaturitate oliuarũ appellãtes:
Eamq; ob cãm cõem eius uocis æstimationem nos secuti acerbã uertimus. Nec dissimili rõne quod
hic scriptor μήπω περκαζούσης ait: uertitq; idem nõdũ nigrescentis: nos nõdum maturescẽtis dixi/

περκάζειν

mus cõlore in uuis eius uerbi significatione usi. Est. n. græcis περκάζειν μελαίνεσθαι. i. nigrescere. Est
itidem ποικίλλεσθαι. i. uariari: est postremo πεπαίνεσθαι. i. maturari: & maturitate mitius fieri. Fe
cimusq; id: ne qd' hic non decernit ex albis uuis fieri posse omphacium negaremus. Quod contra/
ẽta ad nigredinẽ uuarũ maturitate: necessario futurũ erat. Sunt qdẽ leuia hæc: uerũtñ nõ negligẽda
penitus in his quæ ad artes & uitam pertinent. In quibus nulla satis fides aut diligentia hominis un
q̃ fuerit. Quales aũt amineæ uites: quas hic cæteris añponit in disciplina ruris sint: copiosissime do
cebunt Columella quarto operis sui cõmentario capite. ii. & xiiii. uolumine capite. ii. Plinius. Bre
uissimeq; o sum & feliciissime in Georgicis suis Maro cum cecinit. Sunt & amineæ uites firmissima
uina. Quæ una firmitatis laus cã antiqs scriptoribus tam græcis q̃ latinis fuit ut ad medicinam ex
hac uite materiã: uuã: omphaciũ & uinum præ cunctis aliis laudauerint semp & amauerint. Idẽq;
de Thasiis constituendũ est: quarum idem Maro honeste itidem eodem loco meminit. Quod de
inde a Dios. dicitur ἐν χαλκώματι ἐρυθρῷ. i. rubente æneo uase ad genus æris pertinet: quod eo colo
re in hoc usu probabatur. Id cyprium uas alter ex interpretibus uertit: relicto legentibus desiderio
ex qua materia quærendum id uas sit. Scimus quidem anteferri cunctis aliis in medicina cyprium
æs: & in Plinio cyprium uas, p æneo ex ea gente intelligi aliqñ oportere. Verũtñ non erat nr̃a ætate
tam obscure dicendum: quod a Dios. apertissime ostẽdebat: presertim nihil de cyprio magis q̃ de
quo uoluerit aliquis alio ære hæc docente. Quin etiã quem Dios. χυλὸν succi simplici significatio
ne indicat ex Plinio melliginẽ interpretati ambo sunt: eodẽ Plinianæ lectionis studio obscurius in
certiusq; q̃ nr̃orum temporũ medicina exigat rem ostendentes. Dicẽdũ hoc capite ẽt prinsq̃ ab om
phacio discedamus. Cũ decreuit hic scriptor ἐξ ὄμφακος μήπω περκαζούσης πρὸ κυνὸς ἐκθλίβεσθαι
ὀμφάκιον. i. ut nos uertimus ex acerba uua oondum maturitate nigrescẽte per æstatem ante canis or
eum exprimi omphacid. Quartum signari totios anni interuallũ: quod auctore Varrõe primo re
rum rusticarũ suarum cõmentario a Solstitio ad Caniculæ signũ uiginti & septem diebus quõdam
numerabat: qoo tpe nulla sui parte nigrescens: tota adhuc uiret omnis uua: tũcq; exprimi ompha
cium hic iubet. Exigebat hic locus ut de interuallis iis tẽporũ certius ageremus: interest. n. medicinæ
& salutis humanæ qualia ea sint cognosci. Presertim docentibus multa græcorũ medicis ex eorum
rõne: sed longior rei series & historia est. Satis mõ sit Varronẽ quo diximus loco & Dioclem in epi/
stola ad Antigonũ regem citasse: a quibus poterunt uolentes plura in tota hac re audire. Nos tñ nõ
tacebimus ab antiquissimis græcis ὥραν. i. horã interuallũ hoc uocatũ fuisse: receptumq; a posteriu
ribus in aliquibus adhuc seruari: presertimq; in medicina & rustica re: quarũ altera: æstiuum mel
horeum appellauit. Idq; significauit Plinius lib. xi. capite. xiiii. dicens. Alterũ genus est mellis æstiui
quod ideo uocat horeũ a tẽpestiuitate præcipua ipso Syrio explendescente post Solstitiũ diebus
xxx. fere. De quo dictũ iampridem quatenus tunc: & quo modo res exigebat in myrrha est. Tũc. n.
de speciosiore habitu sermo erat: quẽ græci ὥραν ẽt uocant: quod Plinius eo loco ẽt indicat a tẽpe
stiuitate præcipua horeũ dici ostendens. Nũc aũt alia uocis huius rõ tractat & docet. Altera cõi

ὧραι
ὥραι
Hora

appellatiõe horæa noiauit oẽs toto illo tpis spatio maturescẽtes fructus. Quos posteriores medici
horarios passim nunc ẽt noiant æstiuos: & ipsi ẽt intelligentes. Nõ aliunde nois & rei inuenta indi/
catione q̃ a tpis interuallo: eo quod nos ex Varrone descripsimus: & antiquiores græci horam uo/
carunt. Est sane cũctis anni tempestatibus cõe nomen hora: idq; in græcis omnibus patet: cõsueuitq;
ea gens cũ horã noiat addere aliquid semper uerbi cã ὥρα θέρους & ὥρα χειμῶνος: quod ẽ æstatis &
hyemis hora. i. tempestate. Crederemq; ego honoris ob multa eius tpis cõmoda prærogatiua hac
ornatam eam fuisse anni partem ut priuatim. s. hora hæc diceretur. Nisi Homerus eadem hac rõe
In uere usus fuisset: cum cecinit μυρία ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ. Quod est infioiti quot
folia & flores fiunt per horã. i. per uer. Patetq; significari ea uoce uer ex re ipsa. Tum ex Silio poeta
etiã qui eius uersiculum uertens ait Millia quot foliis: quod floribus incipit annus. Recæptũ tamẽ
id est. Nec ausim ego nũc dicere qd' antiqssimi scriptores ẽt nescire se palam testati sunt. Id tñ nũc
monebimus Ex quo in horæis fructibus ab antiqs græcorũ medicis numerant tñ cucurbitæ cucu/
meres oẽs & pepones oẽs: noo male dubitari posse Horeorũ ooie significari certũ genus & eos rãni; q
maiore & speciosiore habitu toto eo tpe maturantur. Speciosum. n. grande: elegans: & undiq; ama/

bile græci ὀπώραν uocant. Nam quod ad omnes æstiuos & autumnales alios omnes fructus pertinet: Vnum oporæ nomen satis erat. Quæ uox licet ꝓprie autumnum: & ex eo autumnales fructus significet: in censu tñ eius numerantur ab antiquis: æstiui etiam qualia mora: cerasa: pruna: & præcoqua & armeniaca sunt: omnia æstate maturescentia. Quod totum manifeste primo libro indicat Paulus Aegineta de horæis & omni opora agens: & hæc quidem hactenus. Dicendũ ẽt ꝙ ad uuas humani oris malum pertinet: quibus mederi Omphacium Dios ait. Nec poterit quale id sit facile intelligere aliquis: nisi ex historia & Anatome partium corporis humani cognouerit descendentibus a palato ad interiora occurrere: quam græcoꝝ medici κίονα .i. columnam: uel κιονίδα diminutiua forma .i. columellam uocant. Cuius partis ope & auxilio diuiditur cibus: qui uniuersus in stomachũ ꝑperabat: ne maiore copia influẽs hominem præfocet. Eadem hæc pars quæ passim columna uel columella dicitur: a græcis etiam aliquibus βρόγχος .i. guttur dicta est: ab aliquibus ꝙ cartilaginea sit χόνδρος .i. cartilago: ab aliquibus etiam γαργαρεών: a qua uoce latinum uerbum gargarissare factum fuisse credimus: ꝙ.s. Gargareone hoc humor ore retentus subinde repellatur ne influat: sed quod quærimus eam tñ colluat partem. Superiacet ea gutturi & stomacho. Hanc partem Onomastici sui secundo cõmentario Iulius Pollux ait. Si uitio aliquo inflãmetur & in pallorẽ trãseat: tunc σταφυλὴν .i. uuam uocari: ot Aristoteles uocauit σταφυλοφόρον. Quæ licet recipienda sint: non tñ mitam huius mali rõnem explent: quæ a peritioribus græcorum medicis repetenda est. Sciendumq; illud primũ in aliis scriptoribus pleruq; hæc misceri: Vocariq; partem & partis eius malum nũc columnam: nunc columellam: nunc uuam. Verumtñ a græcis: presertimq; a Galeno gargareon ꝓsilla uocatur: & a Paulo Aegineta ocluti plectrum oris quoddam describitur: Vt quemadmodum plectro in cythara sonores discernuntur: non dissimili rõne & uox & cibus pomsq; in humano ore ope eius discernatur. Fit ergo sæpius ut descendente in eam partem a capite destillatione: ꝑter naturam ea increscat: quo incremento si oblongior in gracilitatem extenditur: tunc κίων .i. columna: & κιονίς .i. columella in malorum censu uocata a peritioribus medicis est. Si uero crassior in rotũditatem creuerit: feraturq; deorsum tunc uuam iidem græcorum medici uocauerunt. Vtranq; ex similitudine: nec nisi hoc intellectu in scriptore hoc uuam oris aut columellam tam multis locis intellexisse oportet.

DIOS. DE Omni uino. Cap. yi.

OEnon. Romani uinum dicunt. Neruos & sensoria alia lædunt uetusta uina. Gustu tñ iocũdiora sunt: eapropter uitãda his qui interiore aliqua sui parte infirma sunt. In sanitate modicum & aqua dilutũ sine periculo sumitur uinom. Inflat nouum: ægre concoquitur: grauia & tumultuosa facit insomnia: urinamq; magis expellit. Quod mediam agit ætatem utroq; uitio caret. Eamq; ob cãm in sanitate & ualitudine reliquis anteferendũ. Digerit facile albũ: tenue & stomacho accomodatum est. Crassum nigrũ est & ægre concoquitur. Facit idẽ ebrietatem & corpus auget. Vermiculum quod medio colore inter utrunq; est medias ad alterutrũ eoꝝ uires habet. Probandũ tñ in sanitate & ualitudine magis album est. Differunt præter colorẽ sapore ẽt inter se uina. Dulce siquidem crassioris substãtiæ est: ægerrime resoluitur: stomachũ inflat: & musti modo aluum & intestina turbat: minus tñ inebriat: uesicæ & renibus utile. Austerũ magis urinã pellit: sed capitis dolores & ebrietatem facit. Acerbum ciboꝝ digestioni maxime accomodatum aluum & in alias partes destillationes compescit. Molle minus neruos tentat: minusq; urinam pellit. Nocet stomacho marina aqua curatum uinum. Siticulosum idẽ est: neruos lædit: bonam facit aluum: & ab infirmitate corporis ✠ inutile. Quod ex uua in cratibus siccata: aut in sarmentis adhuc pendente arefacta expressum fuerit passum: creticum: protropũ ue: aut pramnium appellatum: & quod decocto musto Sapam aut Sireum dicunt: nigrum quidem: quod Melapsythium uocatur crassum: multiq; nutrimenti est. Quod contra album tenuius. Quod inter utrunq; medium: medias inter utrunq; uires habet. Adstringit omne hoc uinum: Languentes uenarũ pulsus excitat: facit contra uenena omnia quæcunq; exulceratione perimũt. In quem usum bibitur cum oleo & uomitionibus redditur. Facit & contra opium: toxicum: cicutam: concretumq; in stomacho lac. Prodest uesicæ: ꝓdest & renibus

quæ eroduntur & exulcerantur. Inflant tamē omnia: & stomacho noxia sunt. Prima timq; contra in aluum destillationes uim haber. Melapsythium: Album in mollien do aluo magis aliis pōt. Nocet neruis gypsatum: capitis grauedines facit: ignea ui i- flammat: & uesicæ inutile est. Contra uenena tamen cunctis aliis utilius. Quæ pi- ce picearumq; resina condita fuerint uina: calefaciendi uim habent: & cōcoctiōem adiuuant: sed sanguinē expuentibus inutilia sunt. Vina quæ a græcis Aparachyta dicuntur: quibus admixta sapa est: caput implent: ebrietatem faciunt: ægerrime dif- flant: & stomacho noxia sunt. Quod in Italia primam bonitatis æstimationem ha- bet: phalernumq; ab incolis uocatur: in uetustate sua concoctiōem magnopere ad- iuuat. Excitantur eo uenarum pulsus: aluum sistit: stomacho accomodatū: sed uesi- ficæ inutile est: bebetibus oculis itidem: minimeq; aptum ut abundantius bibatur. Albanum phalerno crassius est: dulce itidem: stomachum inflat: aluum mollit: con coctionem non adeo adiuuat: neruos minus infestat: uetustate austerum hoc et fit. Dulce cecubum est: Albano crassius: corpus cum amabili coloris bonitate auget: concoctionem tñ impedit. Austerum præcipue surrētinum est: eapropter in stoma- chum: intestinaq; destillationes sistit. Idem tñ q̄ tenue est minus caput infestat. Ve tustate ad suauitatem proficit: fitq; stomacho accomodatum. Hadrianum Mamerti numq; ex æquo crassa sunt: mediocriter adstringunt: uetustatem celerius cōtrahūt: & ob tenuitatem suam neruos minus infestant. Parætypianum quod ex Hadriano agro itidem affertur odoratum mollius q; est: eapropter fallit bibentes copiose po- tum. Diu ebrietatem seruat: somnoq; sopit. Quod Histricum uocant Paræty piano simile est magis tamen urinam pellit. Chiū prædictis omnibus mollius: nutrit egre giem aiore copia bibitur: minus inebriat: destillationes compescit: oculorum medi cinæ utile est. Lesbium facillime digeritur. Chio leuius est: & bonam facit aluum. Easdem huic uires habet quod ad Ephesum gignitur a propinquo oppido Phyge- lite dictum. Facit capitis dolores: & neruos lædit Asiaticum ex Tmolo monte Me- sogite quasi mediterraneum appellatum. Coum Clazomeniumq; q; multam ex ma ri aquam admixtam hñt: facile corrumpuntur: & inflationes faciunt: aluū itidē tur- bant: & neruos lædunt. Vinū omne quod purum nec admixta re aliqua sit natura austerū cōiter hæc præstat: calefacit: facillime digeritur: stomacho utile est: cibi ap- petentiā excitat: corpus alit: somnum conciliat: uires firmat: & amabili colore cutis bonitatem cōmēdat. Idem copiosius potū his qui cicutā: coriādrū: pharicū: ixiam: opium: argenti spumā: taxū: aconitū ue aut fungos hauserint: succurrit. Nec minus contra serpentes omnes prodest: quæcunq; illato morsu ictu ue refrigeratione ene- cant: aut stomachum subuertunt. Facit & ad inflationes diunnas: præcordiorū erro- siones: distentionesq;: stomachi resolutionem: & in aluum intestinaq; destillatiōes. Prodest sudore languētibus: & quibus imodico sudore corpus digeritur. Possunt- que hæc præcipue alba: uetusta: & odorata uina. Vetusta enam & dulcia renibus uesicæq; accomodata uulnerthus inflāmationibusq; succidæ lanæ ex iisdem utiliter imponuntur. Fouentur his etiam asperiora: quæ græci Therioде uocant: phagedę- nica & quæ in destillationes fluūt ulcera. Habent utilem in sanitate usum: quæ ma- rinæ aquæ nihil admixtum habent austera uina & alba. Suntq; in hoc genere præci pue bonitatis Italica Phalernū: Surrentinum: Cecubum: Signinum: & ex Campa- no agro multa alia: & ab Hadria Paræty pianum: Siculumq; quod Mamertinū uo- catur. Ex Græcia aūt Chium: Lesbium: Phygelite quod ad Ephesum gignitur. In- flant nocentq; stomacho crassa uina & nigra: corpus tamen augent. Tenuia contra

& austera stomacho accomodata sunt: sed corpus minus augent. Faciũt dolores capitis: magisq; urinam pellunt: quæ uetustissima tenuiaq; & alba uina sunt. Eadem abundantius hausta neruos infestant. Quæ media ætate sunt: tutissime bibuntur. Qualia septimo fere anno sunt. Quantitas bibentis ætate: anni tempestate: cõsuetudine: & uini qualitate decernenda est. Optime ꝑcipit̃ nõ esse luctandũ cũ siti. Optimum ẽt uino mediocriter madere cibum. Noxia omnis ebrietas: presertimq; continuata. Cedũt. n. nerui quotidiana ueluti obsidione laborãtes. Ingeneratq; copiosus quotidie uini potus acutoꝝ morboꝝ pricipia. Vtilis nihilominus presertimq; a potu aquæ aliquo tpe uinositas. In summum. n. euocat: meatus laxat: laxatisq; bis sensuum cæca excrementa purgat. Oportet tñ post uinositatẽ hanc aquam bibere. Ab ea. n. ueluti contraria curatione auxilii rõ aliqua quærenda est. Quod Omphacite quasi acerbũ dicit̃ uinũ priuatim in Lesbo cõficitur. Cõficitur aũt hoc modo. Arescit sub sole in cratibus disposita nõdum penitus matura uua tribus quatuor ue diebus donec rugosa fiat. Exprimitur deinde & in doliis expressum insolatur uinũ. Adstringendi uires id habet: stomacho accomodatũ est. Vtile prægnãtiũ in fœtura absurdis ciboꝝ appetitibus: utile Ileosis: ægre concoquentibus cibos & resoluto stomacho. Credit̃ potũ id uinũ ẽt cõtra pestilentiã utiliter bibi. Multoꝝ annorum ætate uina hæc indigent: alioquin potu ingrata sunt. Vinũ quod græci Deuterian. i. secundarium: Romani Loram: quidã uero Potimon. i. potu gratũ uocant hoc mõ cõficitur. Vinaceis unde expressi triginta uini cadi fuerint: aquæ cadi tres miscentur: mixtaq; simul omnia calcant̃: & ex calcatis quod expressum fuerit ad tertias decoq̃tur. Singulisq; decocti eius uini congiis salis sextarii duo miscent̃. Post hyemem deinde in dolia diffundit̃. Bibitur eodem anno: cito. n. bonitatẽ suã amittit. Dat̃ ægrotis cum de uino dando ancipites appetentibus his dare compellimur. Fit præterea uinum quod Adynamon. i. impotens uocãt: easdẽ antedicto uires habẽs. In confectione eius oportet parem musti & aquę mensurã miscere: tum lento igne leniter decoquere donec tota excoquatur aquæ mensura: idq; cũ refrixit in picatum doliũ diffunditur. Quidam salsæ ex mari aquæ: cœlestisq; itidem: mellis etiam & musti pares portiones miscentes: & in alia uasa diffundẽtes quadraginta diebus insolant. Vtũturq; eo ad eadem oĩa eodem anno. Quod ex Labruscæ uinis uuis nigrũ expressum fuerit uinum adstringendi ui quam habet fluenti aluo & stomacho utile est: utile & cunctis aliis quæcunq; adstringi reprimi ue opus sit.

INTERPRES.

Discedentibus quondam ex Sicilia in Italiã Troianis; quæ uniuersæ classi & genti satis forẽt uina bonus subiode cadis onerarat Acestes: Carthaginensis regina ẽt exceptis a naufragio iisdẽ cũ rege suo centum instituerat famulas; totidemq; pares ætate ministros: qui dapibus onerarent mensas: & pocula cunctu deinceps ponerent. Ipsa ẽt cũ laticũ in mẽsam libasset honorẽ; Bitiæq; poculũ increpitans dedisset; tanta copia diffundi uinũ iussit: ut cũ pleno ille se ꝓluisset auro post aliũ oẽs biberent ꝓceres. Tantus præterea & eousq; uini laudator in suo carmine Homerus q̃busdam uisus est; ut una hac suspitione uinosus facile creditus fuerit. Fuerunt & in aliis cœnarum apparatibus numerata a poetis; presertimq; a Flacco in carminibus suis tam multa & generosa uina: ut naturæ copiam & hoĩum ꝓ uita & uoluptatibus studium & artem merito aliquis in uino admiretur. Nullus tñ toto orbe nascentibus uinis: & quibus tunc gentes maxime uterent̃ plures: certioresq; ad salutem & noxam scriptore hoc notas assignauit. Nec aliunde ad utrãq; fortunam ex uini usu maior homini q̃ ex eo occasio ẽ. In cæteris. n. unius aut alterius horæ uoluptas in cõuiuio q̃sita uino est. Laudauitq; unusquisq; aut quod maxime apud se natum nouisset: aut quod ingenio naturæq; suæ aptissimũ sentiret. In hoc longiore historia cunctoꝝ habita rõne: singulorũq; in natura decretis uiribus nihil desiderandũ legentibus relinquitur: siue ad uoluptatẽ cœnas: siue ad honorem conuiuia & epulas; siue ad ebrietatem cõmessatiões; siue in quotidiano usu pocula: siue ad medicinam remedia parasse aliquis sibi uelit. Magna sane in multiplici hoc bono & liberalior naturæ

uarietas:non minor tñ scriptoris huius diligentia: qui obseruatis toto orbe per se nascétis & huma
no artificio exculti uini præte & uiribus: A principio statim uetustaté in eo dánare incipié s uariato
librarioꝝ incuria sermonis ductu dubitádum legentibus reliquit simpliciter ne uitáda foris & in
tus uetusta uina sint his q uitiosa & infirma interiore aliqua parte sint. An uitanda intus tñ his q in
firma & uitiosa interiore aliqua parte sint. Dubitationi huic & si non multi faciéda sit cām dedit q
in antiquis græcis diuerso loco librarii dictiones eas pupugerunt. Sunt enim in quibus legitur ἀσθε
νέστι μέρος ἔχουσι τῶν ἔνδον· παραιτητέον &c Quod est His quibus uitiosa & infirma interior aliq̄ ps
sit uitanda esse hæc uina. In aliquibus aũt ἀσθενέστι μέρος ἐχόντων ἔνδον παραιτητέον &c. Quod est.
Vitanda his intus uina hæc esse.i.non bibenda: qui infirmam aliquam partem habent non interio
rem magis q̄ exteriorem: quasi intus damnandus: foris aũt concedendus eoꝝ usus sit. Nos in ambi
guo cõlore lectioné secuti: & ex potiore frequentioreq; uini usu: grauioreq; eius noxa ré docuim⁹.
Vitanda his uetusta uina pcipientes: qui interiore aliqua parte infirma sint Aptiusq; id uisum ẽ ob
ea quæ a principio statim hic monuit neruis: sensoriisq; omnibus aliis nocere uetusta uina. Dixi-
musq; eo loco contra q̄ cæteri interpretes: qui sensus illic reddiderunt auctore Aristotele: aliisque
græcoꝝ scriptoribus sensoria quæ illi αἰσθητήρια uocant non sentiendi uim: sed instrumenta oculos
uerbi cã: aures: neruosq;: quibus læsis læduntur qdem sensus: nõ tñ idem sunt: nec paꝝ Aristoteli &
aliis differunt: αἰσθήσεις & αἰσθητήρια quoꝝ alteꝝ latinis sensus: alterum sensorium ẽ. Priuatim post
hæc quo loco de uino albo agit: quod hic scriptor ait λεπτὸν τε καὶ εὐανάδοτον εἶναι: Barbarus leue
& deiectu facile uertit longe alio ut credimus q̄ uoluerit Dios. intellectu: qui λεπτὸν non ad põdus:
sed ad tenuitatem crassitudini contrariam referri id uoluit: & εὐανάδοτον non ad deiectioné: quæ
alia ppria est: sed translationé digestionemq; eã nutrimenti in oẽs corporis partes quam priuatim
græci ἀνάδοσιν dicunt: de qua secũdo uolumine longius in Caseo actũ a nobis est. Vino n. id maxi
me conuenit: cui natura est in oẽs corporis partes citissime ferri: ideoq; in censu uirium laudumq;
eius ueteres græcoꝝ medici inter cætera πόριμον quasi transiens & tranciens appellant Ruellius eo
dem loco: & si librarioꝝ forte id uitium sit album tenue coniungit: relinquitq; legentibus cogitan
dum: ex quo album tenue sit esse ẽt album crassum: & quod album tenue sit stomacho utile eẽ &
facillime digeri contra uero quod album crassum: cũ tñ scriptoris huius sensus sit albũ uinum te
nue eẽ. Signauimus ex multis obiter pauca hæc. Neq; n. aĩus est oĩa psequi ut hoc ueluti gustu libra
rios simul legentesq; moneremus in scriptore hoc diligentius scribenda omnia: & animaduertẽda
esse: collatisq; inuicẽ oĩum editionibus utrobi certior ueritas sit curiosius censendum. Sequit̃ hæc
statim quod omnibus nobis diuersum sit. Siquidem Barbarus rubrũ. Ruellius giluum. Nos autẽ
uermiculũ uertimus: quod hic scriptor κιρρὸν uocat medio inter album & nigrum colore uinum.

Qua uoce & alii græcoꝝ medici passim usi sunt præ omnibus aliis colore hoc uinũ laudantes & in
ægrotoꝝ diæta afferentes: presertimq; Paulus Aegineta: q primo medicinæ suæ cõmẽtario capite
quo de uiribus uini agit breui spia: & ut solent medici Aphorismo quodã oĩum aliorum optimũ
hoc decreuit. Verba eius sunt. ἄριστος δὲ τῶν οἴνων ὁ κιρρὸς τὴν χρόαν .i. uinoꝝ aũt oĩum optimum qd
colore κιρρὸν est. Qualis aũt in uino hic color sit: facile nouisse erit scientibus igni presertim a græ
cis eum tribui colorem: passimq; πῦρ κιρρὸν ab eis uocari: Manifesto argumento rubere hoc uinũ,
siquidem ignis rubet. Eamq; ob cãm non male rubens rubrum ue hoc uinũ aliquis dixerit. Quẽad-
modum cõtra qui Giluum non satis manifeste rem indicauerit. Qui. n. in equis Giluus color ẽ lõ-
ge ab ignis rubore distat. Dicimus aũt in equis Giluũ: qm̃ priuatim animali huic ab antiqs scripto
ribus seruatus Giluus color est. Nos scriptoris huius secuti decreta medio colore inter album & ni
grum κιρρὸν uinũ scribentis ex antiquis scriptoribus eam elegimus uocem: quæ certius id signifi-
caret. Ea aũt uermiculum fuit coloris huius priuatim quondã index. Neq; electa ex multis aliis a
nobis ea est: q in hoc uini colore & plerisq; rebus aliis in gente nostra adhuc seruat̃: Vermiculũ ui
num: multaq; alia sic appellante .i. coccina & rubentia. Sed q antiquiores iidemq; graues scriptores
in hoc colore manifeste usi ea sunt. Columella primũ lib. ii. capite. vi. cũ de generibus seminũ agit.
Adorei dicens uideri in usu quatuor plerũq; genera; far quod appellat̃ Clusinum candidioris &
nitidi seminis; far quod uocatur uermiculũ rutilũ &c. Mox post Columellã diuus Hieronymus i
Leuitici interpretatione: qui cũ in græcis inuenisset τὸ κεκλωσμένον κόκκινον .i. a cocci colore coccinũ
uermiculum transtulit: quod cocci colore ruberet aperte. f. ostendens; quemadmodum Columel-
la rutilum dicebat esse: quod uermiculum sua ætate in agro uocabatur. Eundẽ hũc in uino colorẽ
aliqui sanguineũ uocauerunt quatuor uino colores tribuentes: albũ: fuluum: sanguineũ: & nigrũ:
In quibus albus & niger extrema sint. Fuluus aũt & sanguineus non tam inter extrema hæc medii q̄
ab altero extremo quadãtenus discedentes. Fieriq; fuluũ cum albedini obscoritatis & nigri aliqd
se miscuerit: sanguineũ uero cũ nigredinis obscuritati & tenebris tm̃ lucis accesserit: ut pellucens in
nigro rubor uideat̃. Scimus quidẽ a Cicerone & ab aliis aliquot Lucilii poetæ citari uersiculũ. An-
te pauimenta atq; emblemata uermiculata Sed nihil ad hanc rẽ illud pertinet: si Nonio credimus
Vermiculatum pro minuto in eo intelligi oportere dicenti. Signauimus non multo post uitiũ quo
loco agitur de curatis marina aqua uinis: decerniturq; ab infirmitate &c. Inutilia ea esse. Cæteri lo
cum expleuerunt a ualitudine seu infirmitate se recolligẽtibus inimica afferentes. Credimus qdẽ

& nos fuisse id scriptoris huius decretum: eo.n. ferunt quæ illic uoces sunt. In nullis græcis tñ quos
hactenus legerim integer sensus ille inuenitᷣ: aliquidq; in cũctis desideratᷣ. Licetq; sermonis & rei
necessitas eo legẽtes trahat: ingenue tñ & qua decet interpretẽ fide quale id in cũctis græcis nũc le-
gitᷣ: ostẽdere non puduit. Numeranᷣ post hæc a Dios. uini quod priuatim dulce quõdã uocabatᷣ
plura genera Creticũ: Pramnium: & quod sua uoce græci Protropon. Latini sua Lixiuium appel-
lauerũt. Ea inter passi genera & in eoꝝ censu alii. Alii inter dulcia simpliciter numerauerunt. Nos
passum totũ id genus uocauimos: ne cũ simpliciter dulci misceretᷣ: cõfunderetq; rei intellectum:
Passi.n. magis q̃ uini rõnẽ hñt: quẽadmodũ. xiiii uolumine Plinius capite. ix. lõgius tradidit: reiq;
ipsa & confectionis modus ostendit. Licet.n. γλυκυ græci dulce simpliciter uocent: cõtracta nihilo
minus in uino eadem hæc onx ad passum est. Vocãtq; passim γλυκυ genere neutro græci quod po-
steriores latinoꝝ medici dolcorẽ Columella lib. xiii. capite. xxyiii dulce appellauit: titulũq; capi-
ti de uino dulci adiecit: cõfectionẽq; eius docuit his uerbis. Vinũ dulce sic facere oportet. Vuas le-
gito in sole: in sole per triduũ expandito: quarto die meridiano tpe calidas uuas ꝓculcato Mustũ
lixiuium: hoc est anteq̃ præl͡o pressum sit: quod in lacũ musti fluxerit tollito &c Plinius hanc ip-
sam pluresq; alias conficiendi dulcis uini huius rõnes monstrauit: quæ ab eo & Columella repetẽ-
dæ erunt. Nolumus.n. in re quæ iampridem in usu esse in Italia desierit ultra hæc lõgiores esse.
Quodq; hactenus dictũ a nobis est nõ aliam habet cãm q̃ nequis editionis nostræ uarietatem de-
miraretᷣ: aliis dulce: Passum nobis uini genus hoc appellantibus. Priuatim.n. dulcia hæc uina quõ-
dam ob egregiã saporis eius qualitatẽ uocabanᷣ: alioquin passi potius q̃ musti cõfectionẽ hẽbant.
Ea cũ desierint nostra ætate fieri ut credimus tutius passi appellatione q̃ dulcis uini modo indicã-
tur. Diximus paulo ante auctore Columella quod græcis πρότροπον est latinis lixiuiũ eẽ mustũ: ap
ta nõis translatione ab ea quæ primo priuatimq; lixiuia dicitᷣ. Vt.n. in ea per colũ madente cinere
paulatim destillat aqua nõ dissimili rõne: quod per se anteq̃ prælo subiiciatur uua paulatim de-
stillauit a græcis protropon: a latinis lixiuium mustũ dictũ est: q̃m.s. reliquũ mustum præueniat.
Ea.n. græcæ uocis significatio est. Et si aliquibus nationis notam magis q̃ confectionis ea uox idicet.
Creticum in hoc dulcis uini genere laudauerunt oẽs: neq; imerito ob fœlicẽ cunctis seculis eius in-
sulæ uindemiã: & ob cõem & antiquã eius laudem: qua iactatᷣ quicqd alicubi ꝓueniat in Creta om
nium fœlicissime ꝓuenire. Laudauit priuatim Homerus etiam Pramnium: uel a Pramnia uite le-
ctum: uel quasi περιμένοντα .i. permanentem & perennantem: ut græcoꝝ grãmatici in eo poeta do-
cuerunt. Languidos arteriæ ictus recreare hæc uina Barbarus paulopost dixit: nos uenarũ pulsus
excitare. Habetq; ille uocis suæ auctores oẽs primum græcoꝝ medicos: qui σφυγμοὺς .i. pulsus cor-
dis & arteriaꝝ motũ esse dixerunt: qui insurgendo extollendoq; se quod diastolem græci contra-
hendo & cõsidendo fiat: quod eadem gens systolem uocat Eoꝝ infinita pene genera sunt a medicis
obseruata ex propriis notis & consequentibus descripta. Habet & Pliniũ eius uocis magistrum. xi.
uolumine capite. xxxyii. de arteriis hæc dicentẽ. Inter hos latent arteriæ. i. spũs semitæ. His innatant
uenæ. i. sanguinis riui: arteriaꝝ pulsus in cacumine mẽbroꝝ euidens index fere morboꝝ in modu-
los certos legesq; metricas per ætates stabilis aut citatus: aut tardus descriptas ab Herophilo &c.
Imitatusq; tot graues auctores non potuit nõ fœliciter arterias dixisse: quod contra euenisse illi in
ictibus uidetᷣ: quos contraria motus rõne in latina re intelligi oportet. Nunq̃.n. ictus aliter q̃ foris il
latos intelligimus. Habentq; semper hoium nõ naturæ iniuriam. In arteriaꝝ aũt pulsu naturæ & in
trinsecum motus principiũ est: nec uulnerari ici ue: sed pulsari uenæ illæ dicuntur. Hẽmus cõtra
nos in pulsibus auctores latinos oẽs: in uenis uero: non poetas tm̃ qui passim uenaꝝ pulsus uocãt: ut
in Satyra Persius: postq̃ Tertia cõpositas uidit nox currere uenas. Et Naso. Prætentatq; suo salientẽ
pollice uenam. Sed Celsum Romani sermonis & medicinæ ꝓfessorem: qui uenas ubiq; appellat: ꝑ
sertimq; primo libro & totius operis ueluti proœmio dicens. Neq; quid uenas moueat: sed qd quæ
q; motus genera significent. Habemus & Vitruuium primo suæ architecturæ libro rhythmos uena
rum dicentem Habemus & Plinium lib. xxiii. dicentem: nullo uino æque q̃ phalerno uenas excita
ri. Habemus postremo naturã: quæ ut græcoꝝ medici monent διχίτωνας .i. duabus tunicis distin-
ctas fecit arterias. Hæ præter ante dictũ motum sanguinem & spũm in se continent a corde ꝑ totũ
corpus utrunq; transferentes: nomine magis q̃ re & hac rõne tm̃ a uenis discretæ: quẽadmodũ i dif
finitionibus suis testatus Galenus est. qui uenam sanguinis: & cõmixti sanguini spũs uasculũ neruo
sum humido & calido sensu esse inquit. Arteriã uero sanguinis & ipsam uasculũ cõmixtiq; sangui-
ni naturalis spũs. Differre tñ q; in arteria minor sanguinis copia & is purior est. Spũs aũt maior: &
is tenuior. Quod contra in uenis est Accedit his ẽt q; arteria calidior sicciorq; & sentiendo aptior q̃
uena est. Quin etiã præter hæc: ut idem Galenus ait. σφυγμαστικῶς .i. pulsando mouetᷣ. Persuasit
præterea uenaꝝ uoce in pulsibus uti potius q̃ arteriaꝝ: q; in latinis aliis hanc uocem obseruauimus
pro canali animæ: quam idem græci asperam arteriã uocant in usu plecunq; fuisse. Credidimusq;
auctore Celso & aliis latinis tuto uenã dicere potuisse: & si spũs tm̃ pulset: & spũs uasculũ aut cana
lis arteria græcis maxime sit. Volumus anteq̃ a pulsibus his discedamus monere: quod Plinius in
arteriaꝝ descriptione ait in leges metricas ab Herophilo descriptos eaꝝ pulsus fuisse &c. Ad rhyt
hmos pertinere: qui a musicis primum in cantibus & modulationibus suis docentur: tum similitu-

πρότροπον
Protropum
Lixiuium
uinum

Pulsus
Arteriæ

Venæ
διαστολή
συστολή
Diastole
Systole

Rhythmus

dine aliqua ad uenarũ pulsus cordisq́ interualla translati sunt. Hũt n. musici rhythmũ: hñt & medi-
ci: sed in diuersis artibus diuersa diffinitione descriptũ. Siquidem in Musicis & carminibus Ephe-
stion græcus scriptor a mensura quã eadem gens μέτρον uocat differre rhythmos ait q̃ mensuræ. i.
metri materia syllaba est: & absq; syllaba nõ põt metrum esse: Rhythmus uero in syllaba quidem
est sed sine syllaba esse ẽt põt Malleis. n. in incude põt rhythmus fieri: põt digitorũ motu: Põt & in
cunctis aliis quæ in suo motu certis interuallis mouent̃ sentiri. Differũt ẽt q̃ metrũ stabiles habet
semper tẽporũ suorũ quantitates Rhythmus cõtra quo uoluerit aliquis modo cõtrahi & pduci po-
test. Quæ musici quotidie in carminibus aliisq; modulationibus docent. At qui in medicina rhyth
mus a Galeno diffinitur nihil aliud est q̃ motus certam in tpe legem hñs. Diffiniuit & Zeno Hero-
philius rhythmũ dicens. Ordinẽ legemq; esse tẽporũ in quibus arteriæ cõcidunt & insurgunt. Ex q̃
uoce in græcis aliqñ ἑτερόρυθμος i. alterius rhythmi pulsus auditur: is. s. qui alterius ætatis sit uerbi
cã in sene iuuenis & e diuerso: pluresq; alii eadem hac uoce compositi quos græcorũ medici noue-
runt. Et hos pulsuũ in uenis rhythmos metricas leges appellasse Plinius uidet̃: Vt grãmatici for-
san censebunt: non satis apte ob eas quas pauloante diximus cãs qm̃. s. differant rhythmus & metrũ
ut Ephestion docuit. In quo, Vitruuiũ auctorẽ ẽt habebũt libro. i. suæ architecturæ uenarũ rhyth
mos non metra appellantẽ. Quẽadmodum aũt nos credimus bene: tam paruo aut nullo discrimi-
ne in musicis ea differunt: tamq; cõe metri nomen omnibus his est: quæ quãtitatis mensurã aliquã
& interualla motus hñt Succedunt his uina quæ hic aparachyta uocari ait. Ea cæteri interpretes pa
rachyta uocant negationẽ auferentes: qm̃ sequat̃ statim qbus admixta sapa est: & quasi adiciat̃ il-
lis non auferat̃ aliqd sic potius appellari debuisse cõstituentes: alioqn in cũctis græcis quos hacte-
nus uidere licuit ἀπαράχυτοι nõ παράχυτοι legit̃. Nos ẽt inuenimus a græcorũ grãmaticis ἀπαρά-
χυτον οἶνον dici ᾧ οὐ προτέθειται θάλασσα, i. cui ex mari aqua admixta antea nõ fuerit. Et si recipitur
dum id sic uina intelligere oportebit quibus nõ fuerit ad fusa maris aqua & præter id admixtã ha-
bebunt sapam &c. δυσδιάπνευστα uina hæc esse Dios. ait. Eam uocẽ cæteri interpretes ut uidebũt le-
gentes reddiderunt. Nos difficillime efflari diximus quod est euaporari intelligitq; hic diu uires
suas in stomacho seruare hæc uina: Factaq; ebrietate sero eam solui: qm̃ difficile & sero ea euaporẽ
tur. In Phalerno deinde quod cæteri uerterunt cõcoctionem adiuuare uel quod idẽ est facile con-
coqui Barbarus ait uetustate admodũ sapit. Diuersitatis cã est q̃ alii cõem lectionem secuti εὔπε-
πτος. s. quod ad facilẽ in stomacho cocturam pertinet sic uerterunt. Ille alterius codicis quẽ nos etiã
uidimus lectionẽ secutus aliter reddidit. ἄπεπτος. n. in eo legitur. Quæ uox ad saporis suauitatẽ p-
tinere põt. In ambiguo cõem seq lectionẽ tutius ut credimus fuit. Et si nõ leuis suspitio oborta no-
bis aliqñ sit potuisse quõdam aliter legi: neq; εὔπεπτον. i. facilis: sed ἄπεπτον. i. difficilis cocturæ legẽ
dum esse: monuitq; in eo nos Plinius xxiii. uolumine capite. ii. scribens. Falerna utiliora: concoctio
nem minus adiuuant. Facile in his librarii peccant. Eãq; ob cãm collatis uete rũ in quacũq; re dictis
ueritas aliqñ emergit. Grauẽ falerno alioqn in tota Italia laudatissimo uino inuidiã Barbarus fecit
scribens nariũ polypos hoc uinum nutrire: quod in scriptore hoc neq; in aliis quod hactenus me-
minerim nullibi legitur. ἀχώριστον πρὸς πολυποσίαν esse hic ait. Quod est: non posse maiore copia
bibi hoc uinum Id. n. πολυποσία est: non ad nariũ Polypos pertinet. Variant post hæc græcorum
antiqores & meliores codices: quo loco de Hadriano & Mamertino Siciliæ constituitur. In cunctis
. n. fere legit̃ minus tentare neruos διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς λεπτὸν: quod ,ppter eorũ tenuitatem significat: at
nõ sic in aliqbus legitur: sed διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς λεῖον. i. ,ppter eorũ mollitudinẽ. Dicimus aũt mollitu-
dinem in uino asperitatis & austeritatis priuationẽ Facitq; ut credamus sic forte legi posse q̃ non te
nuia hæc uina pauloante hic esse dixit: sed ex æquo ἀδρομερεῖς. i. crassa: quod tenui aduersat̃ Præ-
terea cãm indicat ea uox cur neruis minus noceant. At mollitudini magis q̃ tenuitati congruere id
uidet̃. Id Parætypiano ex eadẽ regione tributum ẽt est. λειότερον εἶναι mollius. s. esse: eãq; ob cãm
bibentes fallere. Hoc ad tenuitatẽ Barbarus itidem retulit suorũ codicũ fidẽ secutus Nõ satis dein-
de certus sequitur locus cũ docet̃ cõtra diutinas inflationes præcordiorũq; erosiones utiliter uina
bibi καὶ πλατυσμὸν καὶ λύγγα στομάχου: quæ uoces distentionẽ & singultum stomachi significãt. Sũt
enim & ex melioribus in qbus non λύγγα: quæ uox nihil significat. Singultũ siqdem græci λυγμὸν
non λύγγα uocant: sed λύσιν quod est langorẽ & resolutionẽ, quod uitiũ stomachi est. Singultus au-
tem & si ex cõuulsione erosione ue stomachi aliqñ fiunt: Cõsequens tñ mali eius quoddã non ma-
lum stomachi sunt. Eamq; ob cãm nos resolutionem uertere maluimus: & nihilominus tota eo lo-
co res nõ satis certa nobis est, quod monere uoluimus Sunt similia his plura alia quæ legentib' co-
gnoscenda relinqmus: dum qd ad uinositatẽ & ebrietatem pertinet auctore Plutarcho docemus.
Neq; n. cõtemnendũ de utraq; scriptoris huius præceptum alicui est ebrietatem simpliciter dam-
nantis: uinositatem uero utilẽ aliqñ constituentis. Illud itaq; ante omnia sciendum a uino uinositatẽ
nos appellasse. Quam hic & græcorũ scriptores alii ἀπὸ τοῦ οἴνου οἴνωσιν dixerunt. Nec male ut nos
credimus qñ & Flaccus citra ebrietatẽ uinosum Homerũ multo uino plenũ dixerit: nihil aliud ui
nositatem q̃ relaxationem animi uino factã intelligentes: qua calentes & a torpore excitati toto cor
pore spũs ad agenda omnia: ut Flaccus ait uegetiores efficiunt̃. Eam ebrietatemq; breuissime Plu-
tarchus in commentariolo de loquacitate his uerbis descripsit. οἰνώσεως καὶ μέθης διαφορὰ ταύτην
εἴρηκεν

Vinositas
Ebrietas
οἴνωσις
μέθη

ἔξηκεν τοῖς οἰνώσεσιν μὲν ἄνεσιν μέθης δὲ φλυαρίαν. Quod ē. Vinositatis discrimē hoc eē & Ebrietatis ait. Vinositatis qd ē relaxationē seu exhilarationē. Ebrietatis aūt īportunā loq̄citatē. Qua rōne aūt dānanda alia recipienda uero alia sit facile ex Dios. & naturæ scriptoribus aliis intelligit. Nolumus enim nūc lōgius utriusq; euentus cās recensere. Id tñ monebimus: iō uinositati superbibendā aquā & eā qdem copiosam: remediūq; ab ea impetrandū esse: ut uomitu q̄plurima reiiciamus: & erosiones stomachi ea rōne hebetemus. Has n cās q̄rendæ uinositatis antiqores græcoꝝ medici tradiderunt. Plinius tñ alias reddidit lib. xxiii. capite xx. Sequit' ab hoc loco statim qđ in omphacio dictū pauloante fuit esse Omphacite uinū. hoc loco nō illo tractandū. Quale aūt id sit per se satis patet: nec nos aliud nunc monemus: q̄ debuisse alios interp̄tes quod male eo loco coaluerat ex huius obseruatione emendare. Nec uinū sola noīs similitudine cum omphacio miscere. De deuteriis. i. secūdariis & quasi oparius uinis: quod totum genus. M. Cato: & antiqores Romani lorā uocauerūt, Monere aliud non oportet q̄ uina esse q̄ maceratis aqua uinaceis fiūt. Quoꝝ tria fuere antiqs gñā. xiiii. uolumine capite. x a Plinio tractata. Nec minus a Columella ēt xii. uolumine capite. xl. unde repetenda nouisse ea uolentibus erunt. In quo operā penitus nō pdet q in cognoscēda ea ꝗ laborauerit. Discet. n. aut male legi in scriptore hoc mutandumq; in melius qđ ī huiuscemodi uinis p̄cipit' post annū utendū eis esse. Ex quo Plinius eodem loco ait nulli ex iis plusq̄ anno usus est. Quod quotidiana ēt pbat experientia: aut si nihil mutandū in hoc scriptore fuerit qđ factum a nobis & aliis ē auctore Columella quo diximus loco tueri rē poterit. Qui cū loræ certum genus docuisset subiecit cōmodius aūt seruaf in amphoris. Hanc ipsam lorā. M Columella ex aqua uetere faciebat: & nōnūquā p̄ us biennio innoxiā seruabat. Quo cōfectionis gñe defendi posse uī quod a Dios. p̄cipit'. Nobis tñ i cōtrariā partem inclinat aīus. Credimusq; non μετ᾽ ἐνιαυτὸν: qđ est post: sed πρὸς ἐνιαυτὸν quod est ad annū rectius legi posse. Cōcordes in eo tñ græci oēs & ante nos interp̄tes alii cōem sequi lectionē persuaserunt. Intelliget ēt qui Pliniū audierit de uinis fictitiis eodē libro sed cap. xvi. agentem quale adynamon quondā uinū græcis fuerit & q̄uo conficeret'. Id nos festinantes relinquimus monentes tñ iō a græcis adynamon dictū qm̄ admixta prius aq̄ mox igne excocta frangerent' uires eius: fractisq; uirib' parū potens quē hic docet in medicina hēt usum. Et hæc p̄ oī uino hacten'.

DIOS. DE Vino Melitite. Cap. xii.

Elititen. Romani pariter græcis melitite appellant. Datur in diutinis febribus melitite uinū his qui infirmo stomacho sunt. Aluum. n. leniter mollit. Vrinam cir. Stomachū purgat. Confert articuloꝝ & renū cum urinæ malo aliquo doloribus: qđ nephritim uocāt. Cōfert his qui infirmo capite sunt. Vtile p̄terea priuatim aquā bibentibus mulieribus. Odoratū. n. est & nutrit. Differt a mulso q̄ mulsum ex austero & uetere uino exiguoq; melle conficitur. Melitite uero in quinq; austeri musti congios mellis congio & salis cyatho uno additis. In amplissimo uase conficiendum hoc uinum est ut spatium ad feruoris exundatiōem habeat: inspergendusq; p̄dictus sal paulatim donec feruet: cum uero a feruore cessauerit in alia dolia diffundendum est.

INTERPRES.

Esse erat quo tpe naturalem historiam suā Plinius cōmentabat': Multoq; antea in usu esse melitite hoc uinū: qm̄ inflatiōes faceret dānatū: & nihilominus cōfectionē eius & ipse docet. xiiii. uolumine, capite. ix. eandem huic scriptori aut paulo diuersam: medicināq; itidē xxii. capite. xxiiii. Quo minus mireī' aliqs nūc in nullo honore esse: uixq; in medicina nomen eius audiri. Antiqores tñ oēs ad explendā totius uini historiā de eo cum cæteris uini generibus tradiderunt: nō inutili penitus: sed qđ posset medicinā & ipsum augere & humanæ saluti aliqñ adesse presertimq; ut hic ait γυναιξὶν ὑδροποτούσαις. Quod cæteri interp̄tes mulieribus uini abstemiis ex Plinio uerterunt: nos simplicius aquā bibentibus: haud sane q̄a nō id pbemus: sed q̄ nescimus an uini abstemias simpliciter mulieres hic dicat: an in fœtura uinū fastidientes: ideoq; aquā bibentes. Ex quo. n hic uini huius usum ad mulieres priuatim cōtraxit certā ēt priuatimq; in fœminis cognoscēdam cām intelligi uoluisse uī. Si. n simpliciter uini abstemiis dandū hoc uinū sit: non magis fœminis q̄ uiris dandū erit. In utroq;. n. sexu abstemios uini passim uidemus. Quodq; in fœminis idē in uiris ēt hoc uinum poterit. Credimus tō nos sic intelligi locū oportere: fastidientibusq; in fœtura uinū mulieribus melitite dandū. Eam. p ob cām qm̄ latius patet abstemii uox bibentes aquā mulieres nos diximus: eoq; ptinere uī quod statim sequit'. Odoratum. n est & nutrit. Quorū alterū pertinet ad discutienda fastidia: alterum ad uitæ nutrimentū quo tunc maxime ad incrementū & firmitatē fœtus p̄gnantes indigent. Quod ēt a Dios. constituit' νεφριτικοῖς i. cū urinæ malo aliquo renū doloribus p̄desse: in melioribꝰ græcis nō legit'; Nos tñ cōem secuti lectionē eā seruauimus uocē

γυναιξὶν ὑδροποτούσαις.

medicis diligẽtius excutiẽdũ reliquẽtes quo mõ huic malo ꝓdesse melitite hoc oinũ possit. Adii cimus illud ẽt qm̃ neruoꝝ infirmitati oẽs utile tradiderũt: & inter latinos Plinius ẽt nõ male suspi caturũ aliquem: qm̃ idẽ in græcis renũ & neruoꝝ uocis principiũ est uocatq; ea gens renes νεφρούς: neruosa aũt νεῦρα potuisse eas librarioꝝ imperitia uoces cõmutari: & ꝓ neruis renes scribi: Medicinæ qdẽ id certius uideret: in qua ꝑcipit̃ uitãda oibus uina esse quibus uitio aliquo laborãt nerui: tutoq; his pro uino melitite hoc dari: Coniecturas tñ hæc nos non decreta esse uolumus.

DIOS. DE Mulso. Cap̃. viii.

Enomeli. Romani mulsum dicũt. Primã bonitatis hẽt æstimatiõẽ mulsũ qđ ex uetere & austero uino ꝓbatissimoq; melle confectũ fuerit: Minus. n. inflat qđ tale fuerit & celerius absolutũ in usum uenit. Est ueteri mulso nutriendi uis: Bonã facit aluũ qđ mediã ætatẽ hẽt: nec minus ẽt urinam cit. Nocet a cibo sumptũ mulsum: ꝑsumptũ idẽ implet: facitq; subinde cibi appetentiã. Cõficitur mulsum duobus uini cadis uno mellis plerũq; mixto. Quidã ut celerius ad usũ absoluant mel cum uino decoquũt: Sicq; in uasa alia diffundunt. Alii etiam impẽdio consulentes feruentis per uindemiam musti sextariis duobus mellis unum miscẽtes postq̃ deferbuit in dolia diffundunt: mulsumq; hoc dulce perseuerat.

INTERPRES.

Fvit quondã in honore & dignitate mulsum uulgaris res & quotidianus hoĩ potus: q rusticas & urbanas cellas pariter augeret: nec aliter q̃ cætera uina cũ opus esset ad usum familiæ seruaret. Nũc mutatis moribus & faciẽdæ hoi medicinæ rõnibus solũ eius audit̃ nomen. Idq; imerito: mõ uera sint q̃ Plinius tradidit: interrogatũ Pollionẽ Romulũ Cæsaris hospitẽ: centesimũ annũ excedentẽ: qua nã rõne maxime uigorẽ illũ ai corporisq; custodisset: rñdisse foris oleo intus mulso: egregia sane utriusq; laude: sed eo mulsi maiore q̃ olei: quo meliora uitalioraq; hois intus q̃ foris principia & uires sunt. Quo magis demiremur exoleuisse penitus mulsi usum: q multis antiqs ideo fuit q̃ psuaderent̃ oẽm aiæ asperitatẽ dulcioribus succis mitigari. Spũs leniri transitum: & molliores fieri meatus: experimentaq; in se ipso cuiq; esse. Quãdo oĩs aĩ impetus cibo & potu mollit̃: eoq; ꝑsertim q non solũ corpoꝝ medicinã sed & morũ ẽt habeat. In quo gñe mulsum ꝑcipue laudauerũt ueteres: cũcta tñ hæc bona pñs inflationis periculum & noxa inutilia hoĩ fecit, desieruntq; uti eo hoĩes nocere sibi ea rõne sentientes: paulatimq; cũ usu confectionis rõ ẽt periit. Nos tñ si cui nouisse eã gratũ sit ex Palladio qualis scribente eo erat docebimus. Qui. xii. libro in Octobri mẽse de mulsi cõfectione sic docuit. Mustũ de maioribus & egregiis uitibus post. xx. dies q̃ leuatũ fuerit ex lacu q̃tũ uolueris sumis: & ei mellis nõ despumati optimi quintã partẽ prius tritã fortiter donec albescat admisces: & agitabis ex canna uehementer. Mouebis aũt sic per dies. xl. cõtinuos uel: qd est melius: qnquaginta ita ut cõ moueris mũdo linteo tegas per qd facile confectio æstuanda suspiret. Post dies ergo qnquaginta mũda manu purgas quodcunq; supnatabit & in uasculo gypso diligenter includis & ad uetustatẽ reseruas: melius tñ si in minora & picata uascula ꝓximo uere transfundas & gypsata diligenter opies & in terrena & frigida cella recondes: uel harenis fluuialibus uel eodẽ solo uascula ex aliqua parte sũmergas. Hoc nulla uitiat̃ ætate si diligenter effeceris. Et hæc de cõfectione mulsi satis mõ dicta sint. Quibus in scriptore hoc addẽdum fuerat: quidnã & qua rõne hic dicat simpliciter implere mulsum: nisi id medicis constituendũ relinquerẽmus: qui ex uini mellisq; natura quid & quo modo mulsum impleat facile intelligent.

DIOS. DE Mulsa aqua. Cap̃. ix.

Elicraton. Romani mulsam aquã uocãt: Eandẽ mulso uim & naturã mulsa aqua hẽt. Decocta aũt utimur in his quoꝝ aluũ mollire aut uomitiões ciere uoluerimus: queãdmodũ in his q uenenũ hauserint facimus cũ oleo dãtes. Vtimur decocta ẽt in his q̃ pusillis uenarũ pulsibus multaq; infirmitate corpis sint. Vtimur & in tussientibus: Pulmonariis: & his quos multo sudore diffluẽtes Diaphorumenos uocãt. Quæ aũt maiore appatu cõfecta seruat̃ mulsa aq̃: quã priuatim qdã hydromel uocãt in media ætate uino qđ adynamõ dicũt & loræ in recreandis uiribus ꝓportione rñdet. Eãq; ob cãm in alicuius partis inflãmatione utilior q̃ lora ẽ. Dãnat̃ uetustior in inflãmationibus & corpore adstrictis. Probat̃ cõtra in stomachi affectionibus: appetitus deiectione & imodico sudore diffluẽtibus. Cõficit̃ aũt ad unã mellis mẽsuram duabus cœlestis aquæ ueteris mixtis & insolatis. Quidã ex

fonte

fonte aquã miscẽtes ad tertias decoquũt & reponunt. Sũt præterea q hydromel uocent mulsam aquã q̃ lotis aq̃ fauis cõfecta & seruata fuerit. Copiosius tñ bibẽda hęc est. Decoquũt pleriq; hãc ẽt uerꝫ ęgrotantibus inutilis ẽ q̃ multũ ceraginis habet.

INTERPRES.

Requẽs & nullo nõ fere capite reperita μελικράτου & ὑδρομέλιτος huic scriptori uox est tã exiguo rel discrimine si substãtia & usus æstimet: ut totã nois nullã aũt rei dñiã fuisse antiqs in ea merito qspiã crediderit. Vtraq; n. melle & aq̃ cõstat: & iidem fere Plinio & aliis utriusq; usus sunt. Quod differre in eis uñ sola cõfectiõis rõ est. Quã pleriq; nõ tãti faciũt ut diuersi gñis ob id eas faciãt. Hic tñ & post eũ Plinius oẽsq; alii seorsum de utraq; agẽtes diuersas merito cõstituisse credũt. Eãq; ob cãm diuersis noib' in scriptore hoc indicatas: diuersis & nos appellatiõibus eas indicauimus Dulcẽ alterã: mulsam aquã alterã appellãtes. Fuitq; nobis dulcis aq̃ auctor Columella q postremũ hydromellis genus qd maceratis aq̃ fauis fieret a Dios. ,ppri̇o & uero hydromelli additũ dulcẽ. xiii. uolumine capite. xi. aquã noĩauit: inscripto ẽt de dulcis aq̃ cõfectione capitis titulo: ut diuersis uocib' in ope hoc diuersa saltẽ cõfectio hydromellis ab aq̃ mulsa oñderet. Et si qd maxime inter eas differt sola ætas est dicẽte Plinio. Mulsæ aq̃ gña duo subitæ ac recentis alterũ: inueteratæ alterꝫ. Nec Plinio tñ sed hoc ipso scriptore ẽt q cũ melicratũ quã nos mulsam aquã interp̃tati sumus ,pposuisset: Subitã & recẽtẽ illã Plinii intelligens subiecit statim τὸ δὲ σνὸλεσόν καὶ ἀπόθετον. Quod est ut nos uertimus. Quæ aũt maiore apparatu inueterata seruaẽ &c. In qua descriptione hydromel. i. dulcem aquã a nobis dictã intelligi tñ uoluit: p̃sertim cũ adiecit quã priuatim qdã hydromel uocant. Cõgeneres. n. & eiusdem substantiæ dulcis & mulsa aquæ sunt: & sola uetustatis rõne ĩter se differũt. Eãq; ob cãm ,pmiscuũ in medicina usum habuerũt: p̃terq̃ in qbus nouitas ant uetustas ei' priuatim exigeret. Quod nos ignorãtes seruatis ubiq; scriptoris huius uocibus iisdẽq; uestigiis eũ secuti: ubi hydromel erat dulcẽ: ubi melicratũ mulsam aquã semp reddidim' ne si hoc magis q̃ illud exigeret genus uocũ earũ uarietate & incõstantia grauiore piculo morboꝝ remedia miscerent. Quotidianus ut uñ cõsq; utriusq; huius aquæ quondã fuit usus. Indicantq; id rei rusticæ Romani scriptores: q nisi ad usum familiæ confici & seruari consueuisset nunq̃ in ruris disciplina de confectione eius tam certe docuissent. In quo monuisse illud uolumus a Columella lib. xiii. capite, xii mulsam appellari aquã utrũq; hoc genus: a Palladio cõtra in Iulio mense Hydromel qm̃ ut diximus facile miscebant: q tantope inter se sĩlia erant: p̃sertimq; ab his q non ut i medicina oportet certũ illud & exactũ q̃terent. Docuit hydromellis confectionẽ Plinius lib. xiiii. capite xvii. uinũq; appellauit ob eã q̃ mox patebit cãm. Verba eius sunt. Fit uinũ ex aqua ac melle tãtum. Quinquẽnio ad hoc seruari cœlestẽ iubent prudentiores aliq. Alii statim ad tertias ptes decoquũt & tertiã mellis ueteris adiiciũt: Deinde q̃draginta diebus canis ortu in sole hñt. Alii diffusa ita decimo die obturant. Vocaẽ hoc hydromel & uetustate saporẽ uini assequtur Saporẽ uini uetustate asse qui hydromel Plini' ait: eãq; ob cãm uinũ nocari: cũ tñ nihil uini admixtũ hẽat: hic non saporẽ uini sed uires asseq dixit: loraeq; pares hñ uires: utile instaurandis in ualitudine ægrotoꝝ uiribus qd' appetẽtibus his uinũ inocẽter potu dareẽ. Diximus ex Plinio q̃le hydromel quõdã fuerit. Dicem' nũc ex Columella q̃lis mulsa aq̃ fuerit: ut utriusq; certior rõ pateat. Verba ei' sũt. Hæc aũt nõ uno mõ cõponiẽ Nã qdã añ multos annos cœlestẽ aquã uasis includũt & sub dio in sole hñt. Deinde cũ sæpius eã in alia uasa trãsfuderint & eliquauerint (nã quotiẽs ẽt p longũ tps diffundiẽ aliqd crassamẽn in imo sĩle feci repiẽ) ueteris aq̃ sextariũ cũ libra mellis miscẽt Nõnulli tñ cũ austeriorem uolũt efficere gustũ sextariũ aquæ cũ dodrante põdo mellis diluũt: & ea portione repletã lagenã gypsatãq; patiũẽ p caniculæ ortũ in sole q̃draginta dieb' eẽ: tñ demũ in tabulatũ qd fumũ accipiat reponũt. Nõnulli qbus nõ fuit curæ cœlestẽ inueterare aquã Recentẽ sumũt: eãq; usq; in quartã partẽ decoquũt: deinde cũ refrixerit si dulciorẽ mulsam facere uolũt duob' aq̃ sextariis sextariũ mellis pmiscẽt: Si uero austeriorẽ sextario aq̃ dodtãtẽ mellis adiiciunt & his portiõib' factã in lagenã diffundũt eãq; sicut supra dixi. xl. dieb' insolatã in tabulatũ postea qd suffumigeẽ reponũt. Et hæc qdẽ Columella: cui nõ dissimilia Palladius instituit quo dixim' loco. Doret p̃terea Columella alterius dulcis aq̃ confectionẽ q̃ maceratis aq̃ fauis & fauoꝝ ceris fieret: quã Dios. in postremo capite numerat. Eã poterũt uolẽtes in eo scriptore uidere. xi. tertiidecimi uoluminis capite q̃ in medicinæ usu dãnata ab eo est: qm̃ stomachi & p̃cordioꝝ inflañoes faceret. Cõfectionẽ tñ eius mõstrauit: qm̃ cõdituris oliuaꝝ aliaꝝq; huiuscemodi reꝝ ,p defruto utilis eẽt: & cibariũ saporẽ hñet. Prodesse mulsam aquã dariq; decoctã Dios. ait τοῖς μικροσφύκτοις καὶ ἀσθενέσιν; qd ẽt nos uertim' his q pusillis uenaꝝ pulsibus & multa corporis infirmitate sint. Plinius tñ aliter docere rẽ uñ. Vigesimo. n. secundo uolumine capite xxiiii. ait. Inuenio etiam apud auctores hunc potũ bibendum alsiosis: item animi humilis & præparci quos illi dixere micropsychos. Videẽq; micropsychos & humilis & p̃parci animi eos appellare quos hic μικροσφύκτους & ἀσθενεῖς uocat. Quæ oẽs uoces ad corpus non ad animum referẽdæ sunt. Monuisse id placuit qm̃ diuersa penit' mulsæ aquæ tribuisse auctores hi uidẽtur. Nobis in scriptoris huius sñiam magis inclinat animus. Relinq musq; peritioribus cogitandum quale sit quod a Plinio dicitur. Sunt autem pusillis uenarum pulsibus huic scriptori homines qui

Dulcis aqua
Mulsa aqua
μελίκρατον
ὑδρόμελι

μικρόσφυκτο
ἀσθενεῖς

busut Galenus in diffinitionibus suis docuit: exigui uenarum pulsus sentiuntur ad minimam lon gitudinem altitudinemq; & latitudinem extollente se & insurgente arteria.

DIOS. DE Aqua. Cap. x.

h

Ydor. Romani aquã dicũt. Non facile in uniuersum de aqs decernit̃ ob lo coꝝ ꝓprietates: ꝓpria eaꝝ tẽperamẽta: aerẽ: nec pauciora alia. Plerũq; tñ ꝓ batissima est q̃ pura: dulcis: & cuiuscunq; alteri⁹ q̃litatis expers: q̃q; nec mi nimo ẽt tpe p̃cordiis immoret̃: quæ sine dolore descendit: nõ inflat nec corrũpitur.

INTERPRES.

ἀ

ποιος ut græcoꝝ uoce utamur ꝓbat̃ aqua. Dico aũt ἄποιον quasi sequalẽ. i. qualitate oĩ carentẽ: q̃ nihil odoris coloris ue aut saporis hẽt & friget. Si. n. ex terra emergẽs calebit metalli alicuius aut subterranei ignis cõtagio p qd̃ trãsierit medicamentosa & infecta plerũq; erit: quales diuersis locis medicinæ tñ utiles inueniunt̃: a medicis p tpa deinceps cognoscẽdæ & ex infectionis caloris q; sui natura ad sanitatis & morboꝝ remedia transferendæ: ut q̃ sulphurosæ fuerint neruis medeantur: q̃ aluminosæ sanguinis reiectionibus & nõ suo tpe & ordine purgantibus se foeminis: q̃ nitrosæ & salsæ capiti: q̃ ferratæ stomacho & lieni ꝓsint aliisq; uitiis & morbis aliis ptãtibus aliæ. In quo nõ tñ bonitates uiresq; eaꝝ ad sanitatẽ: sed uitia ẽt ad morbos cognouisse oportebit. Quæ tota res q̃m lõgior ẽ: tractari hoc loco nec debet nec põt. Illud tñ meminisse semp oportebit q̃m multus & quotidianus aq̃ hoĩ & pecori usus est nihil diligentius curandũ hoĩ esse: neq; id tñ qd̃ Socrates p̃cipiebat: non agendũ his locis nobis esse in q̃bus nec iustitia nec ꝓfluens aqua perennis erit: sed q̃ citissime & lõgius fugisse illuc ubi uitio aliquo infectæ aquæ uarios subinde faciant morbos: quales multis locis fuisse quõdã audiuimus & esse adhuc quotidiana experiẽtia cognoscimus. Pro qua re satis huic scriptori fuit monere qualẽ oporteat q̃sisse & ꝓbasse aquã. ἀμέτοχον ut inq̃t ὕδωρ δὴ ποτοῦ ποιότητος. Quod ẽ ut nos uertimus cuiuscũq; q̃litatis expertẽ. Io quin subscribentes sibi habet posteriores oẽs græcoꝝ medicos ἄριστον ὕδωρ λέγοντας τὸ ἀποιότατον καὶ κατὰ γεῦσιν καὶ κατ' ὀσμήν. i. ꝓbatissimã esse aquã q̃ oĩ penit⁹ in gustu & odore q̃litate carebit. Quin etiã adiecerũt aspectu & oculis purissimã esse oportere: hancq; bibẽtib⁹ utilissimã fore & suauissimã. Licetq; hic ꝓbari purã dulcẽq; dicat: nõ tñ intelligẽda aquæ dulcedo est q̃lis in cæteris rebus dulcis sapor sentit̃ & est: sed qd̃ hic ait γλυκὺ: q̃ uox in cõi significatiõis æstimatione dulce significat ꝓ suaui & in potu amabili recipiendũ est. Sic. n. Paulus Aegineta ἡδὺ in hac ipsa re uocauit. Siq̃dẽ ad aquæ suauitatẽ satis est ut sine odore saporeq; & aspectu pura solo frigore cõmendet̃: & hæc dulcedo eius est: quã hic cõi dulcedinis uoce indicauit: cætera huic & aliis cõia sunt. Sed longe plura ab aliis q̃ a Dios. de tota rõne aquaꝝ dicunt̃. Quæ in Plinio: Vitruuio: rei rusticæ scriptoribus: mille aliis græcis latinisq; auctoribus cognoscenda uolentibus relinq̃mus. Longior. n. & numerosæ uarietatis ea disciplina est. Quodq; hic: q̃m multiplex erat: ꝓfessoribus cognoscendũ deinceps reliquit tractari ob eandẽ cãm a nobis non debet. Nõ tñ illud tacebimus. Cũ a principio hic monuit non facile alicui eẽ in uniuersum de aqs decernere ob eas quas numerauit cãs ad utrãq; ptẽ qualitatis eaꝝ & usus id ptinere. Siq̃dẽ sunt in genere aquaꝝ q̃ nocent: sunt cõtra q̃ ꝓsunt: & utrũq; multifariam: Sunt itidẽ q̃ puræ & sequales: sunt cõtra q̃ infectæ medicamentosæq; & utrũq; id ẽt multifariam. Quæ oia si uelit aliq̃s singillatim p gñã & cãs ꝓseq graue cũ natura certamen inierit. Oportebitq; sũpto ab hoĩe principio nũerareq̃ hũanos cõcæpt⁹ adiuuẽt: q̃lẽ Thespiis Theophrast⁹ fuisse quõdã testat⁹ est. παιδογόνον γυναιξὶν uocãs: qd est foecũditati foeminaꝝ utilẽ: & qualẽ nũc ẽt Tagi in hispania esse ferũt. Nec minus q̃ e diuerso sterilitatẽ & abortus faciãt. Tũ a cõcæpto hoĩe p eũ totãq; reliquã naturã & singulas eius ptes ad plãtas earũq; rigationes de aqs earũq; in singulis ptãte sermonẽ transferre. Quod infiniti laboris nec scriptoris huius cõsilii erit: q ad sanitatis usum tñ aq̃ ꝓbationes docuit: neq; has oẽs sed ex plurib⁹ certiores tñ: puritatẽ: suauitatẽ: cæteraꝝ q̃litatũ oĩum priuationẽ: & q̃ alia deinceps ab eo nũerant̃ ex quotidiano sensu cognoscẽda. Inter q̃ qd hic ait probari nec minimo ẽt tpe p̃cordiis ĩmoratẽ: q̃ sine dolore descẽdat certi⁹ ab aliis græcoꝝ medicis docet̃. ὅταν δὲ καὶ ὑποχωρῇ τῶν ὑποχονδρίων ταχέως μηδὲν ζητεῖν ἕτερον ἄμεινον. τὰ γὰρ ἐπὶ τοῖς ὑποχονδρίοις χρονίζοντα καὶ τὴν γαστέρα πλήττοντα καὶ ἐμφυσῶντα καὶ καταβαρύνοντα τῦ δ' ἀπ... κάκιστα. Quod ẽ. Cum uero p p̃cordia celerrime descendet nullã meliorẽ aquã q̃rere oportebit. Quæ uero p̃cordiis diutius ĩmorabunt̃ aq̃ Aluũ uexabũt: iflatiões faciẽt & põderoso onere graues erũt omniũ deterrimas cõstituere oportebit. Quæ oia sensus indicabit: p̃sertimq; in p̃cordiis mora eaꝝ & cessatio. Diximus aũt p̃cordia q̃ græci ὑποχόνδρια facto ex p̃pone & cartilagine noĩe q̃si subcartilagia uocant. Ea uoce Plinius lib. xxx. capite. ni significari ait oia hoĩs exta. Verba eius sunt. Præcordia uocamus uno noĩe exta in hoĩe: græci q̃m sub chondro. i. subcartilagine sint hypochondria uocãt: latini sua præcordioꝝ uoce significasse potius uident̃ quod græci προκάρδιον dicunt. i. quod cordi prætenditur. Huic enim magis q̃ illi latina ea uox respondet. Omnes tamẽ hypochondria græcoꝝ præcordia manifeste uocant: certissima partiũ illaꝝ significatione cum nouerimus quã in anteriore hominе cartilaginem priuatim græci appellant: quæ ex anatomes disciplina patere omnibus potest.

ὑποχόνδριον

προκάρδιον
Præcordia

Thalattion

DIOS. DE Maris aqua. Cap. xi.

Halattion Hydor. Romãi marinã aquã dicũt. Calida acris & stomacho noxia est marina aqua: aluũ turbat bileq̃ & pituitã trahit. Fouent̃ calida maris aq̃ q̃ extrahẽda discutiẽdaq̃ sunt: neruoꝝ uitiis pnionibusq̃: nõdũ exulceratis eadẽ accomodata est. Miscet̃ apte malagmatis q̃ macerata hydrelæo hordeacea farina cõficiũt̃. Vtilis eadẽ emplastris: malagmatisq̃ quæ discutiẽdo sunt. Facit ad exinanitiões: in quẽ usum tepida infundit̃. Iofundit̃ & torminibus calida. Fouent̃ marina aq̃ scabies: prurigines: ĩperigines: capitis lendes: & a partu copiã lactis non ferẽtes mãmæ. Liuores eadẽ disiicit: in quẽ usum feruẽte ea fouent̃. Contra uenena toꝝ morsus qcũq̃ tremores pfrictionesq̃ faciũt: p̃sertimq̃ scorpionũ phalangiorũ & aspidũ eadẽ utilis: cõtra quos: si in calidã eã descẽderit aliqs pariter ꝓdest. Corporũ diutinos malos habit⁹ quos cachexiã uocãt neruosq̃ maxime marinæ aquæ calidæ balnea emẽdãt. Calẽte eadẽ utiliter fouẽt̃ cutẽ subeũtes aquæ dolores capitis & auriũ grauitates. Quæ sincera & nulla admixta potabili aq̃ diu seruabit̃ marina aq̃ uetustate uirus suũ amittet. Quidã antea decoquũt: decoctãq̃ seruãt. Dat̃ ad purgationẽ ẽt per se aut cũ posca uino ue aut melle. Verũtñ post purgationẽ gallinaceorũ pisciumue esculentũ ius dandũ est ad infringendã erosionis eius acrimoniam.

INTERPRES.

Poterunt qb⁹ ꝓcul a mari agẽtib⁹ marinã aqoã & remedia eius negauit natura maris aquã nõ multo sumptu laboreq̃ ex ueteꝝ disciplina sibi facere. Præcæperunt hi q̃tuor aq̃ sextarijs salis sextariũ misceri. Hisq̃ utriusq̃ rei portiõib⁹ salsissimi maris uim & naturã ĩpleri. Moderatissimõ tñ putari supradictã aq̃ mẽsurã octonis cyathis salis tẽperari qm̃ ita & neruos calefaciat & corpus nõ exasper. In quo mirũ est q̃tope salun hois natura cauit mõ uera sint q̃ illi retulerunt: Si plus q̃ sextari⁹ salis cũ aq̃ sextariis quatuor mergat̃ uinci aquã: saleq̃ nõ liquari. Intelligens .n. nociturũ qđ nimis fuerit certã incuriæ & ignorantiæ hoium legẽ huiuscemodi natura p̃scripsit. Poterũt itaq̃ ꝓcul a mari agẽtes marina aqua morbos uitiaq̃ corpoꝝ suoꝝ hac rõne curare: quæ ut certi⁹ cognoscãt̃ nõ pigebit aliq̃ hoc loco signare: quæ aut mutata a nobis aut cũ aliis eadẽ nobis nõ sunt. Quoꝝ illud primõ est dixisse nos purgare marinã aquã pituitã & p̃ter pituitã bileq̃ qm̃ utraq̃ in uetustioribus & meliorib⁹ græcis legebat̃: & Pli. lib. xxxi. capite. v. dixerit bibi nõ sine iniuria stomachi ad purganda corpora bileq̃ atrã: aliogn in cõi lectione pituitã tm̃ purgari indicat̃: & posteriores græcoꝝ medici pituitæ utilẽ tm̃ dixerunt. Signamus nos rem & diuersitatis nr̃æ cãm reddimus. Diximus p̃terea facere ad exinanitiões marinã aquã qđ in scriptore hoc πρὸς τὰ κενώματα est nihil ex significatione & captu græcæ uocis mutãtes: qñ κενοῦσθαι euacuari & exinaniri tm̃ est. Cæteri aũt clysteres addiderũt aut ad deiiciẽdã aluũ utilẽ fecerũt quoꝝ nihil apte i græcis oñdit̃. Cõtrem nos Celsi exẽplo secuti sumus uocẽ q sæpe exinaniẽdi uerbo in maiore significationis ambitu utit̃. Põt. n. aliis rõnibus q̃ clystere & deiecta aluo exinaniri qđ purgãdũ est. Põt. n. maris aq̃ bibi potuq̃ exinanire. Põt p urinã redditaq̃ pte exinanire qđ ducẽdũ erit. Põt & aliter idẽ p̃stare. Sumus nos hoc ingenio & fide ut nihil huic scriptori detrahere aut addere in uocibus eius audeamus. Sequtur nõ multo post qđ hic scriptor ait. διαφορεῖ καὶ πελιώματα πυριώμενον. Id Barbarus uertit: liuentia reducit eadẽ ad colorẽ suffer ue facta & saccis imposita. Alter: Liuores suffitu discutit. Nos: Liuores eadẽ disiicit in quẽ usũ feruente ea fouent̃. Nec aliunde tã diuersa eiusdẽ rei editio est q̃ ex pticipii illius πυριώμενον intellectu: qđ Barbarus ad fomenta sicca retulit. Græcis. u. uerbũ πυριᾶν id prio & ꝓprie significat. Est aũt remedii genus cõ ad calefaciẽdũ miliũ: panicũ: sal: harena: aliqđne huiuscemodi multo ignæ calefactũ & feruens linteis saccis ue inditũ pti q̃ calore curãda est iponit̃. Qui curãdi modus in hoc cũctisq̃ aliis medicinæ auctoribus frequens & quotidianus est. Patetq̃ id in milio ex quo qđ ad saccos ptinet Barbarus accæpisse credi põt. Verũtñ nõ de fruge q̃ saccis apte claudi põt: sed de aqua hoc loco agebat̃: q̃ si rariore linteo clausa fuerit diffluet. Si spissiore & cõfertiore quapiam materia alia: quemadmodũ humorẽ non remittet sic ẽt calorẽ nõ transfundet: eamq̃ ob causam a siccis fomentis longe remedii huius ratio abesse nobis uidet̃. Alter cum suffitu ait liuores discuti uerbum πυριᾶν & participiũ eius πυριώμενον parum ꝓprie ut nos credimus ad suffitus transtulit. In suffitu. n. fumum intelligere semper oportet: qui i aqua nullus ẽ. Neq̃ enim incensa fumat. At ex feruente ad ignem aqua calens halitus fumo similis surgit. Scimus id quidem non tñ fumus hic sed uapor dicendus est: & quæ ab eo calefiunt uaporari non suffiri dicũtur. Quod autẽ nos diximus feruente marina aqua foueri liuores eoq̃ remedio disiici certiorem ni sal

Suffitus
Vaporatio
Fumus
Vapor
καχεξία
Macies

limur rõnem habet. Foueri n. calidis liquoribus proprie dicimur. Quod licet καταντλεῖσθαι alio uerbo in medicina plerũq; significet. In qbus tñ rõ: necessitas & usus cogit nunq̃ ab re fuerit consue tam uocis alicuius æstimationẽ parce in aliá illi similẽ detorsisse. Est illud & animaduertendum quo loco nos diximus si in calidá mariná aquam descenderit cũ descendendi uerbo lauandi etiam fouendiq; uerbũ intelligi oportere. Non põt latina aliqua uoce græcoꝝ cachexia facile indicari: eá q; ob causam nos grecæ uocis æstimationem secuti malos corporis habitus diximus: & ut certi⁹ pa teret res græcá medicis notá uocem adiecimus, alioquin Plinius ubiq; & inter marinæ aquæ reme dia hæc maciẽ uocat; cõsequens potius quoddá: multisq; aliis morbis & uitiis cõe q̃ certũ mali hu ius genus indicans. Comitat̃ n. macies multa corpoꝝ nostroꝝ mala alia. Priuatim aũt cachexiam ueteres græcoꝝ medici principia subeuntiũ cutem aquaꝝ appellare consueuerunt. Et hæc plerũq; uocis huius in græcis significatio est: & si forte ad alios corporis humani malos habit⁹ distrahi pos sit: in qbus ex multo tpe macie obductũ corpus paulatim distabescit. Variant nõ multo post græ coꝝ codices quo loco de hydropicis dolore capitis & auriũ grauitate remedia ex marina aqua in stituunt̃. Miscetq; loci eius & remedii intellectũ quod in impressis & plerisq; aliis græcis legit̃ par ticipiũ ὑπατμιζόμενον: in uetustioribus aũt & antiqoris fidei ὑπαντλιζόμενον. Quoꝝ prius illud uaporari calida marina aqua monet ea mala. Est. n. ἀτμὸς uapor quẽ pauloante descripsimus & ἀτμίζεσθαι uerbũ feruentis aquæ excæpto halitu uaporari. αἰτλοῦσθαι aũt & αἰτλίζεσθαι calido li quore aliquo cõspergi & foueri. Eamq; ob cám cæteri interpretes ad uaporẽ rem transtulerunt: ui denturq; in ea re magistrũ & hẽre Pliniũ: qui eodẽ loco ait. Auriũ dolores: capitis grauitates cũ ace to feruentium uapor corrigit &c. Leuis tñ curandi tam grauia mala hic modus est: & qđ a Plinio dicit̃ non diuersam penitus hẽe ab ea quá dicimus rõnem potest. Nos tamen melioris fidei codices secuti calente marina aqua utiliter foueri ea mala diximus: & nihilominus poterunt suo arbitrio legentes utram magis probauerint rationem sequi.

ἀτμὸς
ἀτμίζεσθαι
αἰτλοῦσθαι

DIOS. DE Thalassomelle. Ea est ex melle: maris aqua & cœlesti imbre confectio. Cap. xii.

t Halassomeli. Romani pariter græcis Thalassomel uocant. Creditur Tha lassomel hoc egregie purgare. Conficitur mellis: cœlestis aquæ: marisq; æqs portionibus per colum traiectis: & in picato uase per canis æstum insolatis. Sunt qui decoctæ maris aquæ partibus duabus unam mellis miscentes in dolia dif fundunt. Estq; hoc ad purgandum marina aqua lenius & mitius.

INTERPRES.

n Ihil certius in Plinio Thalassomellis huius cõfectione est. Eam. xxxi. uolumine cap. vi. do cuit scriptor ille. Sed qui alter ex scriptoris huius interpretibus eo duce usus est: uertitq; confici Thalassomel æquis portionibus maris: mellis: & imbris ex alto: qui totus uerborũ Plinii in hac ipsa re ductus est quod in Dios non legit̃ addidit: & quod a Plinio dicitur importune nec suo loco reddidit. Quod. n. Plinius ex alto dicit non ad imbrẽ in eo ptinet: sed alterius membri principiũ est. In quo cum dixisset melle mari & imbre confici Thalassomel: Sumpto iteꝝ sermõis principio ex alto & ad hunc usum aduehi: nõ imbrẽ sed maris aquá dixit: nec litoralem ideoq; lu tulentá aut dulci aqua mixtá sed ex alto i. longinqore mari petendá esse: quod i cœlesti aqua & im bre dici nõ põt qui ex altiore parte cœli repeti neqt sed dũ decidat expectandos & cum deciderit colligendus est. Nõ animaduertit pungeodas in Plinio uoces eas esse anteq̃ ex alto & ad hũc usum aduehi iuberet. Facile p̃terea erat meminisse in poetis altũ passim mare nõ cœlum aut aerẽ dici: & Columellá li. xiii. capite. xxvi. mariná aquá ad muriæ cõfectionẽ de alto peti iubere. Verba ei⁹ sunt. Quod si ager tuat itimusẽ silẽtib⁹ uẽtis de alto q̃ qetissimo mari sumenda est aqua. Pertinet hoc ad huiuscemodi cõfectionum disciplinã. Sempq; non nisi ex alto pcul a litore ob eas q̃s dixim⁹ cás pe tẽda est maris aq̃. Quod forte i scriptore hoc desiderauerit qspiá. lõq; a nobis lõgi⁹ repetitũ id est.

DIOS. DE Aceto. Cap. xiii.

o Xos. Romani acetũ dicunt. Adstringit & refrigerat acetũ: Sanguis eruptio nes oẽs potũ & insidẽtibus cõpescit. Idẽ cibariis cõcoctũ alui fluctiõib⁹ uti le. Fluẽrẽ ex uulnerib⁹ sanguinẽ sistit & inflãmatiões arcet: in quẽ usũ succi dæ lanæ aut spõgiæ inspergit̃ & imponit̃. Cõpescit pcidentes fœminarũ locos & in utroq; sexu sedes acetum. Compescit idẽ diffluentes & sanguine manãtes gingiuas. Facit ad ea quæ pascẽdo serpunt: Sacros ignes: ulcera quos herpetas dicũt: lepras: impetigines: digitorum pterygia cum aliquo eorũ quæ his malis accomodata sunt mixtum. Quinetiá si continue eo foueantur phagedenica sistit ulcera & q̃ pascen du serpunt

do serpunt. Fouentur eodem calido addito sulphure podagræ utiliter. Melli miscetur acetum: delenturq; inuncta eo sugillata. Contra capitis ardores addito rosaceo in spongia aut succida lana imponitur. Vaporantur calente aceto cutem subeuntes aquæ: auriũ grauitates sibilaq; & sonores earũ. Necat instillatum autium uermes. Lenit idẽ pruritus. Panos reprimit si tepido eo foueantˀ: aut si in spógia imponatˀ. Refrigerant: frigido contra quicunq; Fouentˀ calido aceto uenenatorum morsus quicũq; incendũt. Facit præter hæc ad uenena letalia omnia calidũ potũ mox uomitionib' redditũ: præcipua opis & auxilii ui cótra Opium: Cicutã: Sanguinis & lactis grumosas in stomacho cócretiões: Fungos: ixiam & taxũ cũ sale. Pellit haustas hirũdines potũ acetũ: ueterẽ tussim lenit: recentẽ protitat. Bibitur calidũ cótra non nisi recta ceruice spirandi difficultates. Reprimit gargarissatum in fauces destillationes. Prodest anginis: deiectæ oris columellæ & dentium doloribus si calido colluantur.

INTERPRES.

q Vale homini uinũ natura dederit ex aceto quod uitiũ eius est facillime ratiocinabitˀ aliquis. Intelliget enim omnium bonorum eius quæ tam multa numero usuq; necessaria & grata homini sunt: id maximũ merito esse: cuius labes & uitium tam multas medico salutis: patri uero familias uitæ occasiones affert. Cibos quidem & sapores non alius magis succus cómendat aut excitat. Nullus ẽt tam efficaci remedio cótra tot mala pugnat. Neq; ausim ego dicere utrobi liberalior humano generi osum parens natura fuerit. Id certe oẽs sine inuidia fatebimur: esse quidem multorum quæ sponte sua uitiata bonitatẽ suã amiserint in sanitate & morbis aliquem usum: eẽ itidem quæ uitiari & corrũpi ob easdem causas a nobis cogantˀ: Sed nihil frequentiore opa maioreq; diligentia q̃ uinum in quotidianos uitæ usus ad cótrariam aceti fortunam transferrˀ. Cogiturq; deficiente aceto acescere uinum tm̃ naturæ munus: ut oẽm domesticã rẽ nihilo minore q̃ uinũ gratia ad cibos & ciborum condituras instruat: rara & quæ uni Diogeni inter sapientes contigerat laude. Vt enim ille paupertate sua inter gentes claruit: quotidianãq; ex infœlicitate laudem inuenit. Non dissimili rõne ex uitio gratiã sibi acetũ fecit: Nec qcq̃ in uitiorum naturæ censu tã multos habuit semp & adhuc habet usus: ex quorum numero hic tm̃ eos tradidit qbus aliqñ ad salutẽ medicina ĩdiget. In eis satis certa oĩa sunt: nec quicq̃ est quod legentes monere longius oporteat. Quod inter Barbarũ & nos uuũ discrepat tm̃ significabimus: idq; ad uenena ptinet quæ ille uenenata noĩauit. Verba Dios. sunt πολλὰ καὶ πρὸς τὰ ἰοβόλα: quæ qualia sint ipse statim numerat: opiũ: cicutam: concretũ in grumos sanguinẽ & lac: fungos: ixiam: & taxum: quorum nullum rite uenenatũ dicitˀ. Venena. n. ipsa sunt: uenenata aũt quæ uiuentia animalia partẽ uenenis illis noxam ictu morsuue illatam relinquunt. Suntq; primũ in natura uenena: mox eiusdem maleficii cómunicatione uenenata: ideoq; in diuerso gñe cóstituenda: nec simul miscenda: presertimq; in hoc usu in quo bibendum acetũ est: Tum uomitionibus reddẽdũ. Quod in uenenis quotidianum est. In uenenatis autem fieri nequit quæ foris nocuerunt non hausta nocent: ideoq; uomitionibus reddi non possunt.

Venena
Venenata

DIOS. DE Aceto mulso quod græci Oxymel dicunt. Cap. xiiii.

o Xymeli. Romani acetũ mulsum aut pariter græcis oxymel dicunt. Conficitur hoc mõ acetũ mulsum. Sumito aceti sextarios quinq;: Marini salis pondo unum: Mellis pondo decẽ. Aquæ heminas totidem. Mixtaq; simul oĩa coquito usq; dum decies inferbuerint: tum refrigerata oĩa in dolia diffundito. Creditˀ sumptũ acetũ mulsum crassa ex corpore educere. Coxẽdicis pterea articulorũq; doloribus & cominalibus pdesse. Cótra uipę quã gręci Sepa ab exedẽdo uocãt morsus opitulatˀ. Prodest & his q opiũ aut ixiã biberint & ĩ anginis utiliter gargarissatˀ.

INTERPRES.

d Ocuit duobus locis aceti mulsi cófectionẽ Plinius: primũ. xiiii. uolumine capite. xvii. tum xxiii. capite. iii. alterã simpliciter: alterã ex Dieucæ antiqssimi medici auctoritate: nec eodẽ mõ utrãq;. Siqdẽ in alterius cófectiõe cœlestẽ: in alterius marinã aquã sumi iubet. Ex eo nõ importune suspicari aliqs põt deesse huic scriptori in oxymellis cófectione aquæ genus. Neq;. n. uerisimile ẽ qđ nõ eodẽ mõ a gẽtib' tũc fieret ĩcertũ ab eo relictũ fuisse. Locus in Plinio primũ ẽ lib. xiiii. cap. xvii. Sũtq; de oxymelle ei' hæc uerba. Quinetiã aceti melle tẽperabatˀ: adeo nihil intentatũ in uita fuit. Oxymel hoc uocauerũt: mellis decẽ libris aceti ueteris heminis qnq;: salis mae

xini libra; aquæ pluuiæ sextariis quinq; sufferuefactis decies: mox obturatis atq; inueteratis. Et hæc prima Plinio Oxymellis confectio fuit. Alteram deinde .xxiii. uolumine capite .iii. idem his uerbis tradidit. Oxymel antiq ut Dieuces tradit hoc mõ tẽperabant Mellis heminas decẽ; aceti ueteris heminas qnq;. Salis marini pondo; thymbræ quadrantẽ; aquæ marinæ sextarios qnq; pariter coqbãt decies deferuescente cortina: atq; diffundebãt inueterabãtq;. Quæ omnia præter q̃ in genere aquæ eadẽ huic scriptori sunt Desideraniq; ut diximus in eo id tm̃ pōt. Verũtñ ut nos i medicinæ scriptoribus aliis Galenoq; presertim .iiii. de his quæ faciunt sanitatẽ obseruauimus; quẽadmodũ nõ erat una conficiendi Oxymellis rõ. Sic ẽt non unũ idemq; placuit diuersis eios auctoribus aquæ genus: uex cœlesti alii marina aliĩ usi sunt: pluresq; simpliciter potabili: neq; oẽs antea melli & aceto mixtam inueterabant; sed in ipso usu aquã statim Oxymelli nõ aliter q̃ in uino fit miscebãt. Testis eius rei quo diximus loco Galenus est qui despumato præcedente coctura melli aceti tm̃ misceri iubet quod gustanti nec acidũ nec dulce nimis sentiatur: Cũq; dum hæc miscuerit iterũ coq ambo simul præcipit usq; dum diuersi liquores inuicem penitus se miscuerint; nec crudum bibentibus acetum sentiatur: ex quo tpe cum exiget usus misceri aquam præcipit eodem temperamento quo ad potũ uina aquis temperantur nullo aquæ discreto genere. Quo fit ut potabilem simpliciter ĩtelligi oporteat. Et hæc pro Oxymelle dicta hactenus satis sint.

DIOS. DE Oxhalme. Cap. xv.

o xhalmen. Romani pariter græcis oxhalmen dicunt. Fouent oxhalme utiliter quæ pascendo serpunt: exedentia ulcera; rabidorũq; canum & omniũ q̃ ictu aut morsu uenenũ relinquunt iniuriæ. Sistit eadẽ sanguinis post eductos ex uesica calculos eruptiones: si calida post sectionẽ q̃primũ infundat. Compescit & ꝓcidentẽ sedẽ. Clystere itidem exulceratis intestinoꝝ torminibus infunditur. Verũtñ oporter lac statim superinfundere. Pota eadem gargarissataq; hęrentes gutturi hirundines enecat. Quinetiã furfures & manantia capitis ulcera exterit.

INTERPRES.

m ixtis simul aceto & muria. Quẽadmodũ in Galla primo uolumine dictũ iampridẽ a nobis est Oxhalme quondã fiebat. Indicatq; id nomen etiam: quam illi ad ea excogitauerũt i quibus sale & aceto opus esset Præferebantq; inueteratam qm̃ recentibus aceto & sale efficacior erat. Quos aũt priuatim in medicina usus quondam habuerit hic satis docuit; eamq; ob causam ad Thymoxhalmem cognatam ei rem sermonem uostrum uos transferemus.

DIOS. DE Thymoxalme. Cap. xvi.

t Hymoxhalmen. Romani pariter græcis Thymoxhalmen dicunt. Vtebantur Thymoxhalme ueteres in his qui infirmo stomacho essent. dabantque trium quatuor ue cyathoꝝ pondere totidem calidæ aquæ cyathis miscẽtes. Vtebantur & cõtra articuloꝝ dolores inflationesq;. Trahit nigra & crassa Thymoxhalme. Conficitur ea hoc modo. Sumito triti thymi herbæ acetabulum Salis parem mensuram; polentæ; rutæ; pulegiiq; & singuloꝝ exiguum aliquid. Tum coniectis in uas aliquod omnibus superinfundito aquæ sextarios sex. Aceti uero sextarii dimidium operculatumq; uas sub dio in sereno habeto.

INTERPRES.

r Ara hæc in antiqs medicinæ scriptoribus audit̃ uox: nõ multi ideo fuisse usus aliqs Thymoxhalmem credat. Ad explendã tñ historiã qm̃ nihil intentatum uita sibi reliquit cõfectionẽ eius hic docuit; quæ oxhalme eadem esset: nisi ex horto adiectæ illi herbæ pauloã te numeratæ fuissent; quæ ex uiribus suis in diuersis corpoꝝ nostroꝝ uitiis eã cõmendarẽt: Fuisseq; usum eius in ducenda per aluũ pituita testis hic ipse in thymo herba est. Siquidem habere Thymum ait δύναμιν πινόμενον μετὰ ἁλῶν καὶ ὄξους ἄγειν φλεγματώδη κατὰ κοιλίαν. Quod est. Potũ cum sale & aceto pituitosa per aluum ducere. Quo genere remedii thymoxhalmẽ hanc indicasse palam uidet̃. Quæ thymo aceto & sale præcipue conficiebat̃. Testatus in pulegio etiã hic ipse est multis ex ea herba remediis efficaci uiriũ societate acetũ addi. Qua rõne thymoxhalme quæ inter cætera aceto ẽt constat: nunc pulegiũ additur. Quodq; in his monemus idẽ in cæteris ẽt intelligendum est. Significamus ẽt relinquere nos cogitandũ peritioribus an quã polentam uertimus hoc capite aptius & ex re magis fuerit farinam uertisse. Quẽadmodum cõtra nolumus a quoq̃ ulterius

desiderari

desiderari totiens hactenus in hoc opere dictos a nobis articulorum dolores Graue malū: & q̄d grauissimo doloris sensu hoīem cruciet. ἀρθρῖτιν græci uocāt facto a bartub' in qbus fit nomine. Esseq; arthritin: in diffinitionibus suis Galenus inquit. Inflāmationē quæ circa articulos coierit permanentem: maleq; affectis neruis ualidissimos afferētem dolores. Eius cām posteriores græcorum medici esse tradiderunt: loci partiumq; in quibus fit infirmitatem simul & alienum naturæ humorem. Duoq; hæc illi cōiunxerunt: qm̄ neutrū per se satis sit. Si.n. loci & partiū infirmitas satis esset: quare nus infirmitas continue infirmis articulis adest. Indesinentes oporteret ēt doloris paroxysmos esse: Nō satis ēt huic malo esse alienū naturæ humorē: illud indicat: q̄ nō iis partibus tantum: sed uniuerso corpori pariter ingruens: in infirmis iis partibus solū dolores facit. Intelliguntq; alienū naturæ humorē παρὰ φύσιν χυμὸν appellantes: pter naturā chymū: eū qui ex nimia ciborum copia ex q̄ crudicates fiunt: huiuscemodi euaserit. Addiderūt pterea q̄ diu in pedibus hæret hic humor podagram. Cū uero mali & doloris cā in cæteros corporis artus trāsierit arthrytin tunc uocari: in q uertebræ dorsi: Costæ: aliiq; omnes articuli usq; ad dentes & fauces aliqn̄ crucient: & ii articulorū dolores nobis in hoc opere sunt. Quibus qm̄ congener illis est podagræ diffinitionem ex Galeno adiiciemus quam eodē cōmētario tradidit esse πάθος: affectionē. s. in pedibus dolorē male affectis neruis afferentem in aliquibus cū incensione: aliquibus cū refrigeratione.

ἀρθρῖτις

Articulorum dolores

Podagra

DIOS. DE Aceto scyllitico. Cap. xvii.

Conficitur Scyllite acetū hoc mō. Scyllā quæ candido colore sit purgato: concisoq; in taleolas: tum funiculo traiectā modicisq; interuallis suspensam sic: ne inuicē taleolæ illæ se tangant quadraginta diebus in umbra siccato. Sumito deinde cū aruerint taleolarum illarum pondo unū: & in generosi aceti sextarios. xii. demittito: diligenterq; operculato uase facito septem diebus in sole madeant. Eductā post id ipās ex aceto scyllā manibus antea expressam abiicito: defecatū uero acetū diffundito & seruato. Sunt qui ad aceti huius cōfectionē scyllæ pondo unum aceti sextarios quinq; miscent. Alii purgatā tm̄ scyllam nec antea siccatam in acetū pari utriusq; pondere demittunt: nec nisi semestrem extrahunt. Estq; hoc omnium aliorum maiore incidendi ui. Colluunt scyllite aceto utiliter putrescētes humore gingiuæ. Eas enim reprimit & firmat. Quin etiā mobiles eo cōfirmantur dentes. Cōpescit quæ in ore exedunt: grauecolentiamq; eius efficacius emendat. Solidescit potu eius guttur: Callū faucibus obducit: ualidioremq; uocem & clariorē reddit. Datur idem utiliter cibum in stomacho nō cōtinētibus: cruditatibus: comitialib': uertiginosis: melancolicis: cōcrescentibus in uessica calculis: muliebriū locorum præfocationibus: tumentibus lienibus & coxendicis doloribus: Vtilissimū a longa ualitudine se recolligentibus scyllite acetū est: Vegetū corpus reddit & coloris bonitatē illi acquirit: Confert præter hæc oculorum claritati. Potest auribus in earum grauitate instillari ✠ In uniuersum ad omnia uim & efficaciam habet. Cauendum tñ intra corpus exulcerationibus: capitis doloribus: & neruorum infirmitati: Dat bibendum quotidie ieiunis a principio modicum: quotidianis deinde paulatim incrementis usq; ad cyathū. Quidā tñ duos plures ue cyathos ēt dederunt.

✠

INTERPRES.

Vlgarem fuisse quondā Scyllitici aceti confectionē & ex ea quotidianū in familia usum: q eam docuerunt tam multi ex ueteribus indicant Plinius: Columella: Palladius: & i græcis quicūq; ad sanitatem & ualitudinem humanā rem aliqn̄ instruxerunt. Nouerant n. q̄ multas utroq; tpe acetū id utilitates habet. Earumq; studio nullus non, ppriæ familiæq; suæ saluti cōsulens pater familias scyllite acetū per æstatē a se confectū domi seruabat. Monstrauerunt priuatim suas confectiones singuli quas ne longiores simus repetere hoc loco consilium nobis non ē. Locos tñ in latinis signabimus: ut si q; uolentibus hæc nouisse legendus Plinius lib. xx. capite. ix. Columella lib. xii. capite. xxxiiii. Palladius in Iulio mense capite. viii. Hi. n. oēs prædictis locis suas scyllite aceti cōfectiones docuerunt. Suntq; illis omnia eadem aut parum diuersa: præterq̄ in numero dierum qbus insolandum acetū hoc est. Plinius. n. quadraginta & octo diebus id agendū esse præcipit Palladius xl. quod hic septem tm̄ diebus fieri iubet. Ex eo suspicati sumus. xl. dierum numerum quo hic mo siccandam in umbra esse scyllā pertinere ad insolationem potuisse: aut septem diebus illis quo

ſpatio iobetur inſolari acetum hoc deeſſe qoadraginta numeri notam:nec ſeptem:ſed quadragin-
taſeptem aut octo diebus oportere id agi. Verba Plinii ſunt. Gypſo deinde oblitus cadus ponit̃ ſub
tegulis totius diei ſolem accipientibus:poſt eũ numerũ dieꝝ tollit̃ uas. Intelligitq; numerum.xl.&
yiii.dieꝝ:quem nõ multo ante ꝓpoſuerat. Palladii aũt. Et.xl. diebus patieris eſſe ſub ſole. Obſerua
uimuſq; nos quadragenarium hunc numeꝝ in medicina confectionibuſq; his ueluti decretoriom
eſſe. Eamq; ob cãm inclinat animus ut credamus nõ ſeptem ſed quadraginta & ſeptem octoue am-
plius diebus inſolandũ acetum hoc eſſe anteq̃ in uaſa diffundat̃ & ſeruetur. In cõi tñ græcoꝝ om-
nium lectione nihil mutare auſi ſumus. Quemadmodũ non ꝓcul a fine totius capitis ẽt qoo loco
hic ait. Io uniuerſum ad omnia uim habere ſcyllite acetum. Cauendũ tñ in interioribus exulcera-
tionibus:capitis doloribus & neruoꝝ infirmitati:qualia illic erant:umo iaſeruaoimus:q̃uis q̃ ulti
ma doo ſunt cõiungi præcedentibus non poſſint:multoq; minos ut in cunctis græcis legunt̃ per ſe
ſtare:modo uera ſint:quæ Plinius & alii tradiderunt. Hic.n.dolorẽ capitis & neruoꝝ infirmitatem
excipit:iubetq; caoeri in exulceratis interaneis:dolore capitis & neruoꝝ infirmitatibus. Plinius aũt
de capitis dolore quidem nihil agit:ſed neruis infirmis perq̃ utile ait eſſe. Qood inrelligens Bar-
barus motata dicendi ſorma capitis doloribus:neruis infirmis quotidie ieionis bibendum eſſe uer-
tit. Nobis qoa decet interpretem fide nihil in ſcriptore hoc mutare placuit. Vitium tñ aot uitii ſu-
ſpitionem ſaltem ſignauimus:monemuſq; ireꝝ male ſequacem hẽ:quæ eo loco ſunt uoces iotelle
ctum:ideoq; medicis diligentius omnia illic expendenda eſſe. Credimoſq; nos deeſſe eo loco ali-
quid quo iuberet̃ in capitis dolore & infirmis neruis bibendum ieionis ſcyllite acetũ eſſe: uerũ ue
diximus nihil addi interponi ue ab interprete debuit. Fuit ẽt ſatis nobis a pricipio purgatã tñ ſcyl
lã dicere:qm̃ nihil aliđ q̃ καθάρας in Dioſ. legeret̃. Quæ aũt ab aliis multa addita ſont: direptis du
ris & extrinſecus poſitis &c. Oĩa ex Plinio huic ſcriptori addita foerunt. Licebit poſt hæc uolẽtib⁹
nouiſſe quaſnam & quo mõ putreſcentes humore gingiuas hoc capite dixerimos meminiſſe: & in
hunc locum reuocare:quæ a nobis primo uolumine in Nardo περὶ τῆς μυδώσεως dicta foerunt. In
eodem enim putrefactionis genere hic οὖλα μυδῶντα appellauit. Poterit & cruditates intelligere a
nobis dici:quas græci ἀπεψίας ſiue δυσπεψίας nullas aut ægras cibi in ſtomacho concoctiones: qđ
qm̃ quotidianum malum eſt quæri & paratum domi habere ſcyllite acetum hoc fecerat. Is.n. in fa
milia præcipuus uſus eius erat:Palladiuſq; digeſtioni & ſaluti accomodatom uocauit & digeſtio-
nis auxilia concitare. Quo beneficio ẽt ſcyllite uinũ ſe cõmendat:de quo mox dicendom.

Putreſactæ gingiuæ οὖλα μυδῶντα

Cruditates δυσπεψίαι

DIOS. DE Vino Scyllite. Cap. xyiii.

f It Scyllite uinũ hoc modo. Sectam ut præmonſtrauimus Scyllam in ſole
ſiccato:tundito deinde. Mox tuſæ anguſtoq; cribro cribratæ põdo unũ in
raro linteolo colligato:demittitoq; in boni recẽtiſq; muſti ſextarios uigin-
ti:ſinitoq; tertium in eo madere mẽſem:poſt quod tẽpus in uas aliud diffuſum ui-
nũ diligenter operculatũ reponito. Licet & uiridi ſcylla uti rapoꝝ modo cõciſa du-
plicato pondere. Veꝝ oportet quadraginta diebus inſolare hoc genus & inuetera-
re. Quin etiam cõficiendi uini huius alia rõ eſt. Sumito purgatæ ſectæq; in taleolas
ſcyllæ pondo tria: demittito in boni muſti Italicũ cadum:oꝑculatum ſinito ſex mẽ-
ſibus:tum deſecatũ & in aliud uas diffuſum reponito. Vtilẽ contra cruditates id ui
num eſt:cibi in ſtomacho corruptiones eiuſq; per uomitum reiectiones. Vtile his
etiã quibus in aluo aut in ſtomacho craſſa hærent: Lienoſis item:malo habitu cor-
poris quem cachexiam uocãt diſtabeſcẽtibus: cutem ſubeũtibus aquis:ſuffuſis ſel-
le:urinæ anguſtiis:torminibus:inflationibus:reſolutis: diutinis in febrium acceſ-
ſionibus cum tremore algoribus:uertiginoſis conuulſiſq;. Menſes trahit: neruos
non lædit:uetuſtate bonitatem acquirit. Cauẽdus tamen uſus eius in febre & intra
corpus ulceribus.

INTERPRES.

f Vas etiam ſcyllite uini Columella & Palladius quibus paulo ante locis diximus cõfectiões
docuerunt:huic ſcriptori io eo quod mox dicemus tantopere contrarias ut uitiũ in altero
non ſuſpicari ſed cõſtituere oporteat. Dico aũt alteꝝ:qm̃ concordes ſibi inuicẽ Columella
& Palladius alterã cõtrarietatis huius ambo faciũt partẽ. Ea huioſcemodi eſt. Iubet ad uini hui⁹cõ
fectionẽ Dioſ. ſectam in ſole ſiccari ſcyllam ξήρανον ἐν ἡλίῳ, quod eſt: ſiccato eam in ſole. Illi aũt con
tra io umbra ſiccari præcipiunt. Columellæ in ea re uerba ſunt. Taleolaſq; ſectas ſoſpende in um-
bra ut adſiccentur. Palladii: ſcyllam de mõtanis aut maritimis locis ſub ortu caniculæ procul a ſo-

le siccamus. Nec quicq̃ omnibus in eo quod docent certius est: tam aperto sensu a singulis cõceptæ uoces suæ sunt: eo fit ut nullæ in contraria re partes nr̃æ sint q̃ rem simpliciter signasse. Grauis enĩ scriptoris huius æstimatio dignitas & fides. Graues et in re latina scriptores illi sũt: presertimq; Columella: quem ego nunq̃ crediderim in uulgari re: & quæ quotidianũ haberet usum decipi debuisse: & nihilominus ut uidetur contraria huic illi docent. Relinquemus ob eam cãm de tota hac re peritioribus censendum; illud tñ monẽtes duoꝝ fidem contra unius auctoritatem certare: certioremq; hẽe rõnem: ut in umbra potius q̃ in sole arescat scylla: qm̃ ui sua exuctam: omniq; humore citius exhaustam inutilem: aut saltem minus efficacem sol faciet: quod contra in umbra fit: in qua paulatim arescent: nihil aut paꝝ ex uiribus suis amittet. Et præter hæc in scyllite aceto cuius eandẽ merito in ea re aliquis credat esse rõnem ab hoc ipso scriptore præcipi in umbra siccari scyllam: admittendamq; potius eam rationem in qua hic aliis & hoic alii cõueniant q̃ eam in q̃ hic nec sibi nec aliis. Quod deinde dictum a Dios. est secandã rapoꝝ modo scyllam esse ex Columella repetendũ nouisse id uolentibus est. Is enim .xii. uolumine capite lvi. de rapoꝝ cõditura hæc docuit. Rapoꝝ q̃ rotundissima sumito: eaq; si sunt lutosa detergito: & summam cutem nouacula decerpito. Deinde sicut consueuerunt salgamarii decussatim ferramẽto lunato inciditoi sed caueto ne usq; ad imũ præcidas rapum. Salem inter incisuras rapoꝝ non nimium minutum aspergito &c. Hic incidendi rapa modus est: quo in incidenda scylla Dios. uti iobet: ut positam in tabula s. integram scyllã cultello decussatim incidas: ita tñ oĩe usq; ad imum præcidas. Quid autem decussare sit & decussatim incidere mathematicoꝝ primom: tum rei rusticæ auctores: & in architectura & fabrica periti facile ostendunt: qui oẽs decussis & in decussim ductas lineas appellant: quæ non ad rectos angulos: sed quadamtenus transuersæ cadentes: & in alias lineas iocurrentes græcæ litteræ χ. Romanæ aũt. X faciunt: quæ qm̃ denarii numeri: quemadmodum nunc etiam est quondam nota fuit ab eo numero decussis: & decussare uerbum latinis fecit. Ex rusticorũ salgamorum disciplina: itaq; secãda duabus transuersis & in decussis incisuris scylla ut nos credimus erit.

Decussis Lineæ in decussum

DIOS. DE Salsis. i. marina aqua cõcinnatis uinis. Cap. xix.

m Vltifariã cõficiunt uina quæ marina aqua cõcinnantur. Quidam. n. a uindemia statim uuis mare miscent: quidã in cratibus sole prius siccatas calcãt mare admiscentes. Alii passis prius factis uuis mare miscent: easq; sic calcãtes exprimunt. Dulce hoc euadit uinum. Quæ in hoc genere gustu austeriora uina erunt: nisi meliora alia fuerint: in febribus dabunt. Dabũtur & ad deiiciendam aluum: purulentis excreationibus: & his qui dura aluo erunt. Caput tentant quæcũq; ex amineis uuis fient: noxia stomacho sunt & inflationes faciunt. Non erit ut credimus inutile ad explẽdã historiã his qui medicinã nouisse cupiũt multiplicẽ diuersorũ uinoꝝ cõfectionẽ docere: haud sane quia multus & necessarius sit eoꝝ usus: sed ne aliquid reliquisse uideamur. Sunt aũt eoꝝ aliqua minore cura & opera confecta quotidianum usum habentia: quale est quod cotoneis malis: piris: siliquis: itemq; myrti baccis conficitur.

INTERPRES.

p Oterant auctore Celso uina oĩa hæc simpliciter salsa a nobis appellari. Is. n. vi primi uoluminis capite inter solutæ alui remedia: negat salsum bibendũ homini uinum. Habetq; id manifestã ex decretis ab hoc scriptore rõnẽ: q deiiciendæ aluo: & his qui dura aluo erunt: utilia ea esse docens facile post se alios monuit nõ esse augẽdã salsi uini potu alui solutionẽ: sed ancipitem uocis eius intellectũ fugientes noluimus dubitari a legẽtibus posse: qualia uina hæc quondam fuerint: & an satis esset illis salem miscuisse. Diximus id qm̃ poterant alii interpretes: si erat illis aĩus in titulo capitis huius a rei substantia discedere ex Celso honestiorẽ titulũ uinis his pferre. Aptius. n. salsa a sapore simpliciter q̃ marina aut græca uoce Tethalassomena dicta ab eis fuissent pñsenti legentiũ dubitatione: quæ nã adiectæ uocis eios cã & rõ esset. Tradiderunt pter scriptorẽ hũc salsi uini huius cõfectionẽ: & si non penitus eandem: nõ tñ oĩno dissimilẽ Plinius qdẽ. xiiii. uolumine capite vii. quo loco ait. Salsi uini huius originem a furto serui ortã marina aqua explentis quod subtractum in dies fuerat. Columella aũt. xii. uolumine capite. xxii. & vi. Quos poterunt uolentes adire: & ex eoꝝ decretis etiam salsi uini cõfectiones discere. Nos interim ad reliquas uinorum cõfectiones interpretationem & cõmentationem hanc nostram transferemus.

DIOS. DE Vino cotoneis malis confecto. Cap. xx.

c Ydonite uinũ. Romani pariter græcis cydonite etiã uocant. Quidã q; ex

malis factum sit a malis malite etiam appellāt. Cóficitur cydonite uinū hoc modo. Mala feminibus purgato: rapo; modo ea concidito: tum in musti cadū mala pōdo xii. demissa triginta diebus dimittito. Ex eo tpe per colū traiectū uinum reponito. Alius præterea conficiendi modus hic est. Tundito mala: tusaq; exprimito: mox ex pressi succi sextariis decem mellis unū misceto: sicq; reponito. Habet hoc uinū spis landi uim: stomacho intestinorūq; torminibus accomodatū est: iocinorosis itidem renum cum urinæ malo aliquo dolonibus & urinæ angustiis. Q uinetiam malomel quod & Cydonite mel dicitur hoc modo fit. Seminibus suis mala purgant: & in eā copiā mellis coniiciunt: ut eo demersa obruant. Mitescit hoc post annū mulso simi le; iisdem accomodatum: quibus & antedicta cydonite uini confectio.

INTERPRES.

e Coniunximus ex melio; in græcis codicū lectione cydonite uini & mellis confectioné. Con tinuata.n. historia in illis duo hæc capita legunt. Habetq; id ex uirtū utriusq; similitudine rōnem Cydonite uini confectioné monstrauit Palladius in Octobri mense capite. xx. Sed tam diuersam. & scriptoris huius discipl næ adeo cōtrariam: ut utilius nihil de ea egisse foerit. Ma lomellis aūt confectioné Columella. xii uolumine capite. xly. tam manifeste tradidit: ut cōmenta tiōib⁹ his nostris eam addidisse inutile non fuerit. Post traditam ab eo scriptore longius seruādo; pomo;: presertimq; cydoneo; in melle disciplinam huiuscemodi leguntur. Hæc rō non solū ip sa mala custodit: sed ēt mulsi saporis liquoré præbet: qoi sine noxa possit inter annū dari febricitā tibus: isq; oocatur melomeli: quæ oia huic scriptori eadē sūt: pterq̄ q; Columella inter annū uti cō cēdit; hic post annū mitius fieri ōndit. Sed locus in hoc claudicat & iō uiti nota signatus est.

DIOS. DE Hydromalo. Ea est ex aqua & Malomelle confectio. Cap. xxi.

h Ydromalon, Romani pariter græcis Hydromalum dicunt. Conficit mix tis simul malomellis una: decoctæ uero aquæ portionibus duabus insola tisq; simul per canis ortum. Eadem antedictis uis & potestas eius est.

INTERPRES.

a Vllum quod hactenus inuenerim hoc nomine in re latina hydromalum est. Factū illi ex aqua & malomelle quibus constat nomen est. Fuisse aūt græcis usum eius quæ tradit con ficiendi disciplina: & eius gentis medici aperte ostendunt.

DIOS. DE Omphacomelle. Cap. xxii.

o Mphacomeli, Romani pariter græcis Omphacomel uocāt. Acerbæ uuæ succo quem omphaciū dicūt cóficit hoc mel. Cóficit aūt hoc mō. Sumito acerbas uuas nec dū maturescētes: triduūq; eas insolato: tū exprimito: sic cq; tribus partibus unam optimi despumati mellis misceto: dolusq; diffusa oia inso lato. Habet omphacomel hoc reprimendi refrigerādiq; uim. Ea propter cibū in sto macho non continentibus: cœliacisq; post annū utilem habet usum.

INTERPRES.

d Docet in Augusto mense Omphacomellis ēt cōfectioné Palladius. Ea neq; omnino diuersa nec penitus eadem huic scriptori est. Quæ potiora in ea sunt: ambobus eadem sunt: quam hic tradit ex antedictis nouisse facile est. Palladius suam his uerbis docet. In uuæ semiacer bæ succi sextarios sex mellis triti fortiter duos sextarios debebis infundere: & sob solis radiis dieb⁹ xl. decoquere. Vocat Palladius semiacerbas uuas: quas hic ait μήπω περκαζούσας. i. nōdum integra maturitate nigrescētes. Et quod hic simpliciter iussit insolandum esse eum succum: Palladius. xl. diebus fieri id præcæpit. Cætera paulo minus q̄ eadem ambobus sunt.

DIOS. DE Vino ex Piris facto. Cap. xxiii.

Ex Piris uinū cydonite uino silr fit. Nō excessura tñ Pira sūt maturitatis suæ modū. Cóficit similiter his ēt ex siliqs Mespilis & Sorbis. Adstringūt oia: Acerbo sapore sunt; stomacho tñ accomodata: & in interiores partes destillatiōes compescunt.

INTERPRES.

l Onge aliter epitis uinũ cõfici in Februario mẽse Palladius præcipit. Et quĩ quod ille instituit aliud ab hoc penitus esse credimus; nihil ex eo ad hũc scriptorẽ afferimus. Quãq; breuitate Plinius lib. xiiii capite. xvi. fieri uinũ ex Siliqua Siriaca: & e piris: malorũq; omnibus generibus docuit: eadẽ nos in scriptore hoc uina eadẽ primo uertimus & nũc cõmẽtamur.

DIOS. DE Vino ex Labruscæ floribus confecto quod Oenanthinũ græci uocãt. Cap. xxiiii.

o Enanthinon. Romani pariter græcis Oenanthinum uocant. Conficit̃ ex Labruscæ floribus uinum hoc modo. Sumito pubescentis Labruscæ floris pondo duo: siccatumq; in musti cadum demittito: trigesima deinde die per colum traiectum reponito. Facit ad stomachi infirmitatem: a cibis appetitus auersionem: cœliacos & intestinorum tormina.

INTERPRES.

n Ihil ab hoc scriptore in Oenanthini uini cõfectione Plinius mutauit e Labrusca, i. siluestri uite fieri dicens: floris eius duabus libris in musti cado maceratis; & post. xxx. dies mutatis. Qualẽ aũt legere florẽ eũ oporteat ex Palladii disciplina dictũ in Oenanthino unguento a nobis est. Quam deinde oos a cibis appetitus auersionem diximus ἀνορεξία est. Eam facile intelliget aliquis cum scierit appetitum nutrimenti desiderium & inquisitionem auctore Galeno i diffinitionibus suis esse: contrariaq; ratione quam græci ἀνορεξίαν uocant fugam & a cibis auersionem eius. Quæ qm̃ multas habet cãs; multis remediis etiam curatur. Inter ea & uinum hoc est: Non omnibus appetitus a cibo auersionibus aptum: sed his tm̃ qbus ex ui potestateq; sua Labruscæ flos mederi poterit. Qui qualis sit non multo ante hoc ipso uolumine dictum a nobis est.

ἀνορεξία
A cibis appetitus

DIOS. DE Vino ex Punicis. Cap. xxv.

r Hoite uinum. Romani ex punicis confectum dicunt. Ex punicis conficit̃ hoc modo uinum. Sumito apyrena. i. sine nucleis matura punica: expressumq; ex Acinis succum simpliciter aut ad tertias decoctum reponito. Facit ad interiores destillationes & fluidas febres. Stomacho præterea accomodatum est: aluum adstringit & urinam ducit.

INTERPRES.

q Votidianus in medicina ex punicis expressi uini usus est. Certa ẽt in scriptore hoc eius confectio. Nihil ob eã cãm de eo ultra agendũ q̃ ut ex Galeno doceamus: quas nã hic fluidas febres uocat. Eas ille in diffinitionibus suis ait esse. Quæ cũ multo alui fluxu: & aliqñ uomitu fiunt; accedunt perfrictiones subitaq; uirĩũ deiectio: cum siti uigilia & pulsuũ in uenis humilitas. Eas uocauit Celsus primo libro fluentes: nec tantum febres; uerum morbos alios: in quibus nimium ex omni humore excernerent ægri; idq; etiam diuersis partibus. Diximus & in Meo uolumine primo; quomodo adstricta fluentibus his malis opponerentur.

ῥοώδεις πυρετοί
Fluentes febres

DIOS. DE Rosaceo uino. Cap. xxvi.

r Hodite. Romani Rosaceum uocant. Conficitur Rosaceũ uinum hoc modo. Siccas tusasq; rosas libræ põdo in linteolo colligatas in musti sextarios octo demittito: & post tertium mẽsem per colum traiectum diffundito & reponito uinum. Concoctiones a cibo potum adiuuat hoc uinum. Bibitur utiliter contra stomachi dolores ubi febris absit; lubricam aluum & intestinorum tormina. Conficitur præterea ex rosarum succo admixto melle: quod Rhodomel. i. rosaceũ mel uocant: asperis faucibus accomodatum.

INTERPRES.

r Osatum uini genus hoc Palladius in Maio mense appellat. Cõfectionemq; eius qualis sua ætate erat his uerbis docet. Quinq; libras rosæ pridie purgatæ in uini ueteris decem sextarios mergis. Post. xxx. dies despumati mellis libram adiicis & uteris. Nec multo post Rhodomel suum idẽ ẽt docet quod huiuscemodi est. In succi rosæ sextariis singulis libras singulas mellis admisces: & xl. diebus sub sole suspendis. Docuit præterea in Octobri mense deficientibus rosis

qua rõne uinum quod idem rosaceo posset: cõficeretur. Ea confectio huiuscemodi est. Folia citri uiridia in sporta palmea missa in musti nondum feruentis uasa depones & claudes: exemptisq; his post.xl dies addito melle ad modum rosati cum placebit uteris.

DIOS. DE Vino ex Myrti baccis confecto. Cap. xxyii.

m Yrtite. Romani Myrtatum myrtidanum & myrteũ uinũ uocant. Confi- citur myrtite uinũ hoc modo. Sumito nigræ myrti q̃ maturissimas baccas tundito eas deinde: succumq; torculari expressum in uasa diffundito. Quidam ad tertias decoquũt. Sunt etiam qui in cratibus dispositas myrti baccas sole antea siccant: siccatasq; tundunt: mox tusarũ modio tres aquæ sextarios: ueterisq; & austeri uini tantundem miscent: sicq; exprimunt & reponunt. Adstringit uehementer hoc uinum: stomacho accomodatum est. Vtile contra in stomachum & aluum de- stillationes. Quin etiam intrinsecis exulcerationibus & fœminarum fluctionibus utiliter sumitur: & capitis capillum denigrat.

INTERPRES.

m Yrtite uini confectionẽ in latinis rei rusticæ scriptores oẽs quã nouerãt & exercebant sua tẽ- pora tradiderunt. M. Cato operis sui de re rustica capite.xxy Palladius in Ianuario mense capite.xyii. Columella.xiii. uolumine capite.xxxyiii. Postq; hos oẽs Plinius.xiiii. uolumine capite.xyi. Omnes excæpto Catõe & Columella simpliciter tusis myrti baccis &c. Fieri uinum hoc tradiderunt. Duo illi ad certum fruticis eius genus rem contraxerunt. Nigræ myrti baccis fieri præcipientes: & ex duobus generibus in hoc usu nigram tantum probantes. Catonis uerba sunt. Myrtã nigram arefacito in umbra &c. Columellæ uero. Nigri generis baccæ cũ sunt maturæ &c. Eo fit ut credamus quod a principio capitis huius legitur μύρτα μέλαινα παρακμάζοντα λαβόντα &c. Quod est. Sumito nigras myrti baccas cum iam maturitate sua dilabunt non ad nigrum in maturitate baccarum colorem simpliciter referendum esse. Sed ad alterum myrti genus quod priuatim nigrum ab antiquioribus uocatum est. Quod enim ad maturitatem pertinebat in uoce παρακμάζοντα indicabatur. Duobusq; illis auctoribus redditus a nobis locus est & ad nigræ myrti baccas cõtractus. Fecimusq; id confidentius: qm̃ in omni medicinæ usu prælata candidæ nigra myrtus semper est. Non erit inutilis labor antiquorũ mores in his cognouisse cupiẽtibus: quæ a Columella lõgius quo diximus loco de myrtite huius uini confectione præcipiuntur legisse. Diligẽs.n. & pro hominis uita ubiq; operosus homo diligenter: id etiam gentem suam & posteros docuit.

DIOS. DE Vino myrteo. Cap. xxyiii.

m Yrsinitem. Romani myrteum uinum dicunt. Conficitur myrteũ hoc modo uinum. Sumito nigræ myrti cum suis baccis ramulos & folia. Tundito omnia: & in musti congios tres tusæ quo præmonstratum est modo myrti pondo decem conicito: cũctaq; simul decoquito usq; dum ad duas tertias aut dimidium decreuerint. Postremoq; per colum traiectum reponito uinum. Facit hoc ad manantia capitis ulcera: furfures: pustularum eruptiones: gingiuas: tonsillas: & purulentas aures. Sudores præter hæc etiam compescit.

INTERPRES.

a Ltera hæc ex myrto uini cõfectio ẽ. Differt a priore q; illa baccis tm̃: hæc ramulis: foliis: & baccis myrti constat. Indicatq; in græcis manifeste utrunq; nomen. Quod.n. myrtite ab illis dicitur ex baccis: quæ gens illa myrta uocat factũ est. Quod uero myrsinite ex toto frutice quẽ myrsinen idẽ græci appellãt: eãq; ob cãm alterũ nos myrtite græcorũ & latinorũ mõ: alterũ myrteũ latina tm̃ cõformatione diximus. Fuit ꝑpria græcorũ altera cõfectio hæc: si Plinio credimus li. xiiii. capite.xyi. dicẽti. Græci uero & alio mõ teneris cũ suis foliis in albo musto decoctis &c.

DIOS. DE Lentiscino & Terebinthino uino. Cap. xxix.

c Onficitur Lentiscinum uinũ myrteo similiter: cõficitur & Terebinthinũ. Sumuntur.n. utriusq; arboris cũ suo fructu ramuli. Similes hñt ambo uires: adstringunt: stomacho accomodata sunt. Sistunt in eũ destillationes:

intestinorum: uessicæq; fluctiones: & sanguinis eruptiones omnes. Fluida fouent̃: eis utiliter & ad cicatricem perducuntur ulcera omnia. Insidentibus prętere a mulie brium locorum & sedis destillationes eadem compescunt.

INTERPRES.

u Idebitur forte aliquibus in fingendis tam multis uinoꝝ generibus modũ excessisse græcorum medicoꝝ ostentatio, Superuacaneũq; esse eoꝝ usum cũ ipsis rebus: ex quibus fingunt̃ aptius liceat & efficacius uti. Verũ tñ tm̃ abest ut inutilis medicinæ antiqua hæc rõ fuerit: & adhuc sit ut nihil æque pro salute familiæ curauerit antiquitas: si Columellæ et cæteros rei rusticæ scriptores omittamus: credimus: qui .xiii. uolumine sui operis plura ex his numerauit: & qua rõne fingerent̃ longius ẽt docuit. Intelligebant.n. non minus q̃ nostra ætate sanitatis suæ cupidi: Sed eos tunc minus ꝑfusi hoĩes medico ueluti ad expiationẽ maioris sceleris catharta aliquo semel tota uita utendũ: tutiusq; medicinã homini facere: quæ paulatim leniterq; & sine dolore aut dilabentem retinerent: aut delapsam humaniore hac rõne restituerent sanitatem. Eáq; ob cãm in fingendis tam multis uinoꝝ generibus: per uindemiã diligentiores fuerunt. Eoꝝ exẽplo ẽt nõ pigebit nos qd̃ illi re præstabant interpretatione cõmentationibusq; his nostris in lucem iterum trahere. Et si usui ꝓdesse nequeamus: tam multiplici reꝝ historia quod possumus legentes saltem delectasse.

DIOS. DE Palmeo uino. Cap̃. xxx.

p Hœniciten. Romani Palmeũ dicunt. Palmeũ conficitur hoc modo uinũ. Chydæas .i. uulgares & ex copia uiles sumito maturas palmulas: in doliũ perforato fundo eas conicito: picata tñ harundine barũdinisq; lino obturato ore dolii foramen illud obstruito. Infundito deinde palmulaꝝ illaꝝ modiis decem aquæ congios tres. Et si non adeo dulce uinum id euadere uolueris aquæ congios infundito quinq;. Dimittito deinde decem sic diebus eẽ. Vndecima educto ex harundine lino: quo os eius obstructum erat excipito crassum dulceq; uinũ & repo nito. Erit id quidẽ suaue sed capitis dolores faciet. Destillationibus utile ꝓpterea q; adstringit palmeũ uinum est. Eáq; ob cãm nõ continẽtibus in stomacho cibum: cœliacis & cruenta expuentibus utiliter bibitur. Quidam iisdem palmulis eandẽ aquæ mensuram iterum infundentes exprimunt: tertiumq; itidem faciunt & quartum & quintum: non tñ ultra hunc numerum repetunt: qm̃ reliquum acescit.

INTERPRES.

t Ota (ut sic loquamur) diametro in Palmei uini cõfectione distat ab hoc scriptore Plinius. Ille.n. xiiii. uolumine capite. xvi. palmularũ modio iubet aquæ tres infundi cõgios. Hic decẽ modiis eam mensurã infundi pariter ꝓcipit. Magna inter hos scriptores mẽsuræ eius diuersitate: & cuius cãm nos ignoremus: nisi in alterutro mensuræ illius nota eam fecerit. In græcis oĩbus quos hactenus uidere licuit: nulla est nunc numeri alicuius nota sed integra uox δέκα .i. decẽ. Quin itidem nobis est uetustissimus & longobardis litteris scriptus latinus Dios. decem manifeste ostendit. Pliniani contra codices oẽs eodem modo: & his uerbis leguntur. Maturarum quas uocãt chydæas modio in aquæ congiis tribus macerato &c. Quod aũt nos diximus potuisse mẽsuræ eius notam diuersitatis huius cãm facere, huiuscemodi est Græci denarium numeꝝ decimæ ut illi cõstituerunt in aliaꝝ ordine litteræ suæ nota: quæ iota est indicant. Signantq; illam ut uidere passim licet eadem figura qua latini suũ .i. Latini e diuerso unitates suas in numeroꝝ incremento eodẽ illo .i. signant. Concurruntq; in eandem formam græcoꝝ denarii numeri & latinoꝝ unitatis notæ. Potuit ex eo diuersitas hæc fieri: & quod decem in Dios. legendum erat unum a Plinio intelligi non ex græcæ sed ex latinæ notæ illius indicatione. Credimusq; nos ueriorem scriptoris huius q̃ Plinii historiam esse. Exigua.n. mensura modios est: nec futura satis ad transferendum in tres aquæ cõgios uini saporem: multoq; minus in quinq; ut hic etiam iubet.

DIOS. DE Vino ex caricis confecto quod Sycite quasi ficatũ latine dici potest. Cap̃. xxxi.

c Athorchyte. Sunt qui sycite .i. ex ficis factum. Romani utroq; nomine appellant. Palmeo similiter in Cypro fit. Differt tñ q; in cõfectiõe huius aliq ꝓ simplici aqua uinaceoꝝ nuper expressoꝝ pari mensura dilutũ adiiciunt.

Caricæ in hunc usum sumuntur: quæ chelidoniæ aut a palmularum colore phœniceæ uocantur. Sunt aũt colore nigro. Madent hæ quo præmonstratum est modo & tẽpore. Post decem dein dies liquor excipitur & iterum tertioq; superinfunditur ex eodem uinaceo℞ diluto eadem mensura: paribusq; interuallis temporum excipitur. Infundit̃ præterea quartum & quintum dilutũ similiter: sed acescens excipitur: utũturq; eo aceti uice. Tenue id uinum est. Inflat & stomacho nocet: cibi appetentiam auertit: bonam tñ facit aluum: & urinam cit: menses trahit: lac auget: minuit sanguinis bonitatem: & zithi modo Elephantiasim facit. Quidam amphoris eius sex: Salis sextarios decem miscẽt. Quidam itidem pro sale Muriæ amphoram: Incorruptũ fore & bonam facere aluum sic existimantes. Alii thymũ & fœniculũ in fundo amphoræ substernentes caricas cõponunt: alternisq; id faciunt donec totum fictile impleatur. Conficitur & ex Aegyptia fico similiter: sed acerrimum euadit acetũ: qm̃ non potest uis eius cum fluxit dulcedinem seruare.

INTERPRES.

f Icatum non male aliquis hoc uinum dixerit. Honesta.n. & quotidiani usus in animalium iecore aliqñ ea uox i re latĩa fuit: nec ab re. Cur.n. liceat græcis sycite uinũ hoc a ficis quas ea gens syca appellat dicere: Latinis ãt a ficis ficatũ dixisse turpe sit? Infelicius bonas artes ꝑsitentur: qui sic uetustatem amant: ut nihil suo tpe nouum oriri posse existiment. Nobis semp placuit (quod Flaccus ait). Licuisse idies licereq; signatũ præsente nota ꝓducere nomen. Ideoq; titulo capitis eam nos uocem addidimus: quam placere legentibus optamus. Satis in scriptore hoc ficati uini per se confectio patet: nihil ideo de ea agimus. Quod desiderari a legentibus possit tñ monemus: quas hic chelidonias ad uitu huius cõfectionẽ exigit in ficoꝝ censu ab antiquis scriptoribus inter primas numerari. Laudauit eas Athenæus in tertio sui dipnosophistæ campestribus locis cõferi præcipiens. Laudauit Columella in carmine suo. Purpureæq; Chelidoniæ. Laudauit ut cæteros omittamus. xv. uolumine: capite. xviii. Plinius: Nouissimã sub hyeme maturari Chelidoniã dicens. Eã nos credimus a Chelidoniis in Illyrico gente dictã fuisse. Neq; ab re est nouissimã sub hyeme maturari: quæ in frigidissima regiõe primũ ꝓuenerit. Oẽs colore eã describunt nigricantis purpuræ. Neq;.n. Columella aliud significauit dicens. Purpureæq; chelidoniæ: & hic phœnicas: i. colore palmulaꝝ uocari & nigras esse testatus eodem cæteris colore describit. Facile ex his notis erit Chelidoniã ficũ uolẽtibus cognoscere colore nigricantis purpuræ & postremæ oĩum aliaꝝ maturitatis.

DIOS. DE Vino resinato. Cap̃. xxxii.

r Hetinite. Romani resinatũ dicũt. Cõficit̃ a gẽtibus passim Resinatum uinum: sed plurimum in Galatia: ꝓpterea ꝙ acescit nõ maturescẽte ob gelu illic uua nisi resina illi misceat̃. Tundit̃ aũt cũ cortice arboris suæ resina: uiniq; amphoræ resinæ sextarii semissẽ miscẽt. Id uinũ aliq postq̃ deferbuit ꝑ colum traiiciunt resinã ab eo sic separãtes. Alii cõtra ut est demiriũt. Vetustate suauitatem hæc uina acqrunt. Oĩa tñ dolores capitis & uertigines faciunt: Et si cõcoctionem adiuuant & urinã cient. Nariũ destillatõibus & tussiẽtibus ꝓsunt resinata uina: Cœliacis itidẽ: intestinoꝝ torminibus: curem subeuntibus aquis: & fœminarum fluctionibus. Infunduntur eadem profundis ulceribus. Maiore ui in adstringendo in genere hoc nigra q̃ alba sunt.

INTERPRES.

h Aec sunt resinata uina illa quæ Martialis in Epigrãmate suo dicebat relictis phalernis importune bibere hoiem: qm̃ potu illa delectarent: hæc plerunq; amarescerẽt: quo gustu nũc etiam aliquot locis in græcia bibunt̃. Neq;.n. conditura eius rõ penitus exoleuit. Quõdam tam cõis condiendi hac rõne uina in gentibus disciplina erat: ut hic resinati uini nota & titulo simpliciter contentus: nec quicq̃ ultra hoc testatus desiderare legentes modo cogat: quo resinæ genere uina hæc condirentur Barbarus ex Larice addidit: cũ tñ in scriptore hoc non magis larigna q̃ quis alia intelligi resina possit. Resinatũ u. tm̃ hic ait: & nihilominus multiplex resina est. Dubitandum etiã quã intelligi Galatiã oporteat: eam ne quæ in Asia: an quæ ultra Alpes ad Septẽtrionem est. Verum cũ hic dixerit nõ maturescere illic ob gelu uuam &c. Aptius de ea quæ ad septentriones ultra

alpes

alpés eſt intellexiſſe fuerit. Et ſi nuſq̃ legiſſe me memini conſueuiſſe gallos reſina cõdire ſua uina

DIOS. DE Vino pineis nucibus condito. Cap.xxxiii.

Conficitur & ex pineis nucibus uinum recentibus contuſiſq; tum in muſto madenti bus & expreſſis. Poteſt hoc uinum reſinato eadem omnia. Quinetiam ſiquis in mu ſto eaſdem decoxerit nuces egregie tabidis id potum opitulatur.

INTERPRES.

n Veteis pineis non nucibus condit hoc uinũ Barbarus: nos contra nucibus non nucleis. Anceps ad totã nucem & nucleos eius in græcis uox diuerſitati cãm dedit. Secutus ille Plinium eſt libro. xiiii. capite xvi. dicentem. Fit nucleis pineis: hi muſto madidi exprimuntur &c. Nos in ambiguo quæ ſcriptoris huius decretis reſponderent potius elegimus. Primo.n. uolumine capite de pino nucibuſq; & nucleis eius mãifeſte monuit totas nuces ab arbore decerptas contuſas in muſtoq; decoctas uetuſtæ tuſſi & tabidis prodeſſe. Quod totũ idẽ hoc loco auditur. Niſi forte in prima capitis huius parte de nucleis in ſecunda de nucibus agi dicatur: quod tñ parum uериſimile eſt cum hic dixerit recentes ſtrobilos & contuſos quod nucibus magiſq̃ nucleis congruit. Præterea remedii tota uis in reſina eſt quæ multa foris in nucibus: nulla in nucleis hæret.

DIOS. DE Cedro arboribuſq; aliis aliquot & earum fructibus conditis uinis. Cap.xxxiiii.

c Onficiuntur uina ſimiliter ex cedro: iunipero: cupſſo: lauro & abiete. Oportetq; ſingularum arboꝝ nuper cęſam materiam quo tempore fructus ſuos ꝓferunt in ſole balneo ue aut igne ſic ut exudent exponere miſcereq; uini congio exudati humoris eius pondo: & cum miſcueris duos dimittere mẽſes: tũ in alia diffundere uaſa & inſolata reponere. In condito ratione aliqua huiuſcemodi uino omni tota explere uaſa neceſſe eſt. Aceſcunt.n. quæ non penitus expleta fuerint. Inutilia ſanis medicata uina omnia hæc ſunt. Calefaciunt omnia: urinam cient & adſtringunt. Laurinum magis q̃ cætera calefaciendo eſt. Fit præterea uinum ex maioris cedri fructu: oportetq; muſti congio tuſarum cedri baccarũ põdo ſemiſſem miſcere: & quadraginta diebus inſolare: poſtremoq; per colũ traiicere & in alia diffundere uaſa. Fit ex iuniperi baccis etiam uinum confectione & uiribus cedrino ſimile. Fit & ex cedria quæ cedri liquor eſt uinum cedrite a græcis dictum: in quem uſum cedriam dulci aqua lauant: tum ſingulas amphoras cedriæ cyatho uno colluunt: collutaſq; muſto implent. Calefaciendi extenuandiq; uires habet hoc uinum. Diutinæ tuſſi ubi febris abſit accomodatum eſt. Vtile pectoris laterumq; doloribus: torminibus: alui inteſtinorumq; exulcerationibus: putulentis excreationibus: cutem ſubeuntibus aquis: muliebrium locorum præfocationibus: Facit ad uẽtris lumbricos: & in febrium acceſſionibus cum tremore algores. Succurrit uenenatorum morſibus: Serpentes necat: & inſtillatum aurium doloribus medetur.

INTERPRES.

d Iffert ut uidetur re primum mox nomine etiam quod ex eadem Cedro ſed non iiſdem eius partibus fit uinum. Quod enim ex materia eius conficitur cedrinum: quod ex liquore cedrite ab antiquis græcis dictum eſt iiſdem & nos nominibus duo diſcreuimus genera: licetq; in pluribus græcorum: tribus capitibus ſeorſum hæc docerentur: nos tamen naturæ in arboribus his ſimilitudinem & partium coniunctionem mox meliorum græcoꝝ fidem ſecuti paulo minus q̃ congeneres plantas & earum partes uno eodemq; capite clauſimus. Reddidimuſq; ſingulis qua licuit certitudine quæ ſua erant.

DIOS. DE Vino picato. Cap. xxxv.

p Issite. Romani picatum uinum dicunt. Ex liquida pice & musto picatũ cõficit̃ uinũ. Lauãda primũ marina aqua aut muria tã diu pix est usq; dum albescat & pura defluat aqua aut muria. Post quod lauanda iterũ dulci aqua eadem pix est: Octoq; musti cõgiis picis eius unciã unã duas ue miscere opottet. Et dum deferuescãt dimittenda oĩa. Cũ uero deferbuerint cõsederintq; in alia uasa diffundendũ uinũ est. Calefacit picatũ uinũ: cõcoctiones adiuuat: extergit: repurgatq;. Vtile pectoris: alui: iecoris: lienis: & muliebriũ locorũ doloribus: diutinis itẽ destillationibus & in ꝓfundo ulceribus ubi febris absit. Facit ad tussim: seras & difficiles cõcoctiones: inflationes: suspiria: luxataq; ꝓcipue cum succida lana.

INTERPRES.

d Ebuerat resinato cõiũgi statim picatũ uinũ: qm̃ nihil aliud q̃ cõbustæ resinæ fluxus pix est. Hic tñ plura ex arboribus his cõfecta añ numerauit uina: q̃ aut resinã ipse ferrẽt: aut resinæ pares hr̃ent uires: nec nisi post eas picatũ docuit uinũ. De quo eadẽ huic oĩa Pli. tradidit li. xxiiii. capite. ii. ex quo poterunt uolentes multa intelligẽdo huic scriptori necessaria audire.

DIOS. DE Vino Absinthite. Cap. xxxvi.

a Bsinthite. Romani pariter græcis Absinthite dicũt. Multiplex uariaq; est sinthite uini cõfectio. Quidã. xl. & octo Italicarũ ampliorũ sextariis pontici absinthii pondo librã miscentes ad tertias decoquũt: tum supinfundẽtes aceti sextarios sex: absinthiiq; pondo semissem diligenter mixta oĩa in alia uasa diffundũt: & cũ cõsederint ꝑ colũ traiiciunt. Quidã absinthii põdo tusum & in taro linteolo colligatũ in musti cadũ coniiciunt: duobusq; mensibus madere in eo dimittunt. Alii tres: alii quatuor absinthii uncias syriacæq; nardi: cinnamomi: casiæ rotũdi iunci floris: calami odorati & palmæ corticis: quem Elatem dicũt: singulorumq; uncias duas in mortario tusas in musti cadũ cõiiciũt: obturatũq; duobus tribus ue mensibus dimittũt: tũ ꝑ colũ traiectũ & in alia uasa diffusum uinũ reponunt & seruẽt. Sunt etiã q in musti cadũ gallicæ nardi drachmas. xiiii. absinthii uero. xl. in linteolo colligatas demittũt: & post. xl. dies in alia uasa diffundũt. Quidã præterea in musti sextarios. xx. absinthii põdo librã coniiciunt: siccæq; resinæ pineæ uncias duas miscent: per colũq; traiectũ uinũ post decimãdiem reponũt. Stomacho accomodatũ absinthite uinum ui inãcit. Aegre cõcoquẽtibus utile est: Iocinorosis itidem: Renũ cũ urinæ malo aliquo doloribus: suffusis felle: cibũ auersantibus stomachis: stomacho male affectis: & his quibus ex longo tpe præcordia tenduntur. Vtile itidem inflationibus: rotundis alui lumbricis: & suppressis mensibus. Prodest contra ixiam uenenum etiam: copiosius potum tum uomitiõibus redditum.

INTERPRES.

f Acris Romanæ gentis celebratũ quondã absinthiũ est. Siqdẽ latinarũ feriis certãtib' in capitolio quadrigis uictor absinthiũ bibebat: sanitatẽ ut par est ꝑmio dari honorifice tũc existimantibus Romanis: cuius seruãdæ restituẽdæq; nõ parua merito inter olera laus absinthio debet': tã multiplex uis est & in firmãdo stomacho tã efficax. Ob qđ sapor eius in uina trãsfertur. Fitq; absinthite uinũ toto hoc capite a Dios. longius descriptũ: ne deesset gentibus tractãdæ absinthio medicinæ rõ hæc ẽt: quã docuit: & Columella. xiii. sui operis uolumĩe capite xxxv his uerbis. Vinũ absinthite sic cõdire oportet Põtici absinthii pondo librã cũ musti sextariis. iiii. decoque usq; ad quartã. Reliquũ qđ erit frigidũ adde in musti aminei urnam &c. Simplex ut uĩ absinthite uini huius Columellæ cõditura est. Dios. operosior: neq; una aut altera sed pluribus rõnibus instituta. Quæ oẽs satis ꝑ se patent: tractariq; hoc tpe ẽt possent: nisi quæ absinthii aliarũq; rerũ põdera & uini mensuræ nunc in Diosc. legunt': suspecta nobis essent: non tam quia uarie in antiquis græcis legunt' q̃ quia alicubi maiora alicubi minora q̃ rei usos exigit esse nobis uident'. Nos nihil mutauimus cõem lectionẽ in cũctis secuti. Monemus tñ sicui cõficiendi absinthite uini studium aliqñ fuerit quod ad pondera & mensuras in eo pertinet diligentius expendendũ illi prius esse.

Cilissa

DIOS. DE Vino Hyssopite. Cap. xxxvii.

Ilissa byssopo ꝓbatissimũ fit byssopite uinum. Conditur absinthite similiter: oportetq; in musti amphorã tusoꝝ byssopi folioꝝ pondo libram in rariore linteolo colligatã cõiicere: simulq; pondusculum ex Lapillo aliquo demittere ut in fundo sidat. Nec nisi post .xl. dies per colum traiectum in alia uasa uinum diffundito. Facit ad pectoris lateris: & pulmonis uitia: ueterem tussim & suspiria. Vrinam præterea cit. Torminibus accomodatum est. Vtile contra circularium febrium in accessionibus cũ tremore algores. Menses postremo etiam ducit.

INTERPRES.

On est Hyssopite uini nostri orbis gẽtibus desperãda penitus cõfectio: Et si hic Pliniusq; ex Ciliciatm̃ hyssopo ꝓbatissimũ fieri dicũt. Columella.n. quo diximus in Absiothite lo co nulla aliunde petita hyssopo hyssopite suum cõficit. Poteruntq; uolentes suæ regionis byssopo uinum condire si non omnium aliaꝝ probatissima ea saltem quæ inutilis omnino non sit.

DIOS. DE Pluribus & ex diuersis plantis conditis uinis. Cap. xxxviii.

Ex trixagine.

Onficitur ex trixagine uinũ byssopite similiter. Calefacit id disiicitq;: conuulsis & suffusis felle accomodatũ. Vtile præterea muliebrium locoꝝ inflationibus: ægre cõcoquentibus & cutem incipiẽtibus subire aquis. Vetustate bonitatẽ acq̃rit.

Ex stœchade

Cõficit̃ & ex stœchade herba eodẽ modo: oportetq; stœchadis herbæ põdo librã musti congiis sex indere. Dissoluit quæ crassa sunt hoc uinũ: inflationes iudẽ: lateris neruorumq; dolores: & ex gelu contractam corporis noxã. Dat̃ & comitialibus utiliter cũ pyrethro herba & sagapeno. Fit & ex eadem stœchade acerum ad ꝑdicta oĩa: fitq; madente in acero herba ut ꝑmonstratũ est: iisdẽ uiribus & eadẽ potẽs.

Ex Vetonica

Conficitur & ex Vetonica quã Psychotrophon dicũt. In quẽ usum sumenda cum ramulis suis & maturo semine prægnãs herba est: eiusq; libra in uini cõgios duos cõiicienda: nec nisi post septimũ mensem diffundẽdũ in alia uasa uinũ est. Cõfert intrinsecis uitiis multis quẽadmodum & berba ipsa. In uniuersum enim tenendum illud est. Fictitia uina omnia eorum uires & potestatẽ contrahere quæ mixta illis fuerint. Eapropter facillimũ erit uires eorũ cognoscentibus: uinorũ potestates etiam cõiicere. Eritq; eorum usus tantum ubi febris absit. Fit ex Vetonica acerum etiam iisdem uitiis & affectionibus utile.

Ex hircina. Origano.

Conficitur & ex hircina origano uinum: conficiturq; hoc modo. Sumito bircinæ originani drachmas quatuor: colligatasq; in linteolo i musti sextarios quatuor demittito nec nisi post tres mẽses in alia diffundito uasa. Torminibus: inflationibus: conuulsis: ruptis: lateris doloribus: discurrentibus inflationibus & ægre concoquentibus accomodatum est.

Ex Napis.

Conficitur ex Napis etiam uinum. Tundito napotum drachmas duas: & in musti sextarios quatuor demittito: cũctaq; alia similiter facito. Vtile cibum in stomacho non continentibus hoc uinum est: armorumq; & equitãdi multo labore defatigatis.

Ex Dictãno

Conficitur & ex Dictamno berba itidem uinum. In confectione eius drachmas herbæ quatuor in musti sextarios octo coniicere oportet. Facit ad stomachi ex repletione fastidia: a puerperio præterea secundas trahit & menses.

Ex Marrubio

Conficitur & ex Marrubio: idq; hoc modo Marrubii cum integra ætate creuerint folia tundito: tusorumq; quantũ modii duo capiunt in musti cadum coniicito: cæteraq; aliis similiter facito. Facit ad uitia pectoris eademq; omnia ad quæ Marrubium.

Ex thymo

Conficitur & ex thymo herba uinum: idq; boc modo. Tundito herbam: cribra-

Ex thymo

tamq; uncias cētum in linteolo colligatam in musti amphoram demittito. Facit ad ægras concoctiones: Appetitus a cibo auersionem: difficiles ructus: neruoꝝ: præcordiorumq; dolores: hyemis & ex hyemali gelu horrores. Facit & cōtra omnia uenenum ictu morsuue relinquentia: ueneno q; illo refrigerantia & exulcerantia. Conficitur & ex Satureia herba uinū thymite similiter ad eadem faciens. Conficitur & ex Heracleonica Origano thymite similiter eadem & ipsum potens. Conficiūtur ēt ex Nepeta: Pulegio: & Abrotano thymite similiter. Prosunt cibū in stomacho non continentibus: appetitus a cibo auersionibus & felle suffusis. Vrinam eni cient. Cōficitur & ex Cunila herba similiter: habetq; hoc efficaciores oībus aliis contra uenenorum & uenenatorum maleficia uires.

Ex satureia
Ex origano
Ex nepeta
Ex pulegio
Ex abrotāo
Ex Cunila

INTERPRES.

n Apis inter cætera condiri uinum hic scriptor ait; prodesseq; armorum & equitandi labore defatigatis; Neq; haberet a reliquoꝝ disciplina diuersum aliqd conditura eius: Si esset naporum cōtra lassitudines priuatim uis aliqua. Aut si ratiocinari liceret cur magis laboribus illis duobus q̄ tot aliis cursus itineris pilæ remigii saltusq; psit. Omnium.n. idem euētus est & ob eam cām eadem constituenda remedia sunt. Testaṫ tn̄ id Diosc. Fuisseq; id ab antiquissimis græcis obseruatum & institutum. xxiii. uolumine capite secundo Plinius ēt cōfirmat; & si in græcorum ostentationē totam huiuscemodi ille reiiciat rem Eius uerba sunt. Et alias modū excesserat medicoꝝ in his ostentatio; ueluti e napis uinū utile esse ab armoꝝ equitatus ue lassitudine pcipientium &c. Nos ex tam multis hoc signauimus ut scrupuliū legentibus iniiceremus quo cogerenṫ & ipsi remedii eius ex uini & napoꝝ uiribus cām īuenire. Docuit præterea hic scriptor Marrubio notissima omnibus herba cōdiri uinū Certiorem tn̄ eius conditurā. xiii. uolumine capite. xxxii. tradidit Columella. Ea huiuscemodi est. Vinū Marrubii multi utile putant ad oīa intestina uitia & maxime ad tussim. Cum uindemiā facies marrubii caules teneros maxime de locis incultis & macris legito: eosq; in sole siccato. deinde fasciculos facito & tomice palmea aut iuncea ligato: & inferiā mittito ita ut uinculū extet. In musti dulcis sextarios ducētos marrubii pōdo libras octo adiicito ut simul cū musto deferuescat. Postea eximito Marrubiū & purgatū uinū diligenter oblinito.

DIOS. DE Vino Aromatite. Cap. xxxix.

c Onficitur Aromatite uinū hoc mō. Palmæ: aspalathi: calami odorati: galliæ nardi: singulorūq; singulos modios terito & in passo macerato. Conformatisq; grandioribus offis in austeri musti sextarios duodecim eas demittito: finitoque quadraginta diebus obturato uase. Post quod tēpus per colum traiectū uinum reponito. Est & altera eiusdem uini cōfectio. Calami odorati drachmas octo: phu sex: costi duas: sitiacę nardi qnq;: Casiæ octo: croci quatuor: amomi qnq; & asari quatuor. Simulq; omnia terito & in linteolo colligata in musti amphorā demittito. Cūq; deferbuerit uinum in alia diffundito uasa. Facit ad pectoris dolores: lateris pulmonisque: angustias urinæ: & in accessionibus febrium cum tremore algores: suppressosq; menses. Quinetiam per glaciem & gelicidia iter facientibus prodest. Prodest & his quibus intra corpus crassa concrescunt. Amabilem corporis colorem facit. Somnum idem cōciliat: somnoque dolorem leuat: Vessicę preterea & renibus utile.

INTERPRES.

a B aromatis quæ odoramenta sunt aromatite uino nomen græci fecerūt. Neq; ab re tā multis odoramentis conditur. Nota in conditura eius omnia sont & nisi ī ponderū & mensurarum notis uitium in græcis fuerit quod fere suspicamur certa in reliquis ratio erit.

DIOS. DE Pluribus diuersisq; odoramentis cōditis uinis. Cap. xl.

c Onficiṫ p̄terea uinū ad tussim: a capite ī subiectas partes destillatiōes: cruditates: inflatiōes: & humētē stomachū. Cōficiturq; hoc mō. Sumito myrrhę drachmas

drachmas duas: cãdidi pipis unã. Iridis sex: anisi uero tres. Cũcta hæc tusa penitus: & in linteolo colligata in uini sextarios septẽ demittito: tum post triduũ defecatum uinũ in lagenã diffundito repomtoq;. Bibit id meracũ: daturq; cyathi mensura p̃cedente inambulatione. Cõficitur & nectarite dictũ uinũ ex helenio herba quã alii a gente medicã: alii symphytũ: alii uerbascũ idæũ: alii orestion: alii nectariõ appellant. Sumito helenii radicis siccatæ drachmas quinq;: colligatasque in linteolo in musti congios sex demittito nec nisi post tres menses diffundito. Facit ad stomachũ & pectus. Præter hæc ẽt urinã trahit. Cõficit & ex syriaca: gallica itidẽ nardo & malobathro uinũ hoc mõ. Sumito singulorũ libræ pondo semissem. In musti congios duos demittito & post duos menses defecato. Dat cyathi unius mensura ad tres aquæ tẽperatũ. Confert renũ cũ urinæ malo aliquo doloribus: suffusis felle: iocinorosis: urinæ angustiis: pallore decoloratis & cibũ in stomacho non continentibus. Sunt ẽt qui Acori herbæ unã duas ue uncias & nardi gallicæ tres in musti amphorã cõiicientes idẽ hoc uinũ conficiunt. Cõficit & ex Aasaro herba qd Asarite uocãt. Eius confectio hæc est. Sumito Asari uncias tres: in musti sextarios xii. similiter demittito. Vrinã hoc uinũ cit. Cutẽ subeuntibus aqnis accomodatum est. Suffusis felle itidẽ: iocinorosisq; & coxẽdicis doloribus. Conficit & ex agresti nardo, hoc modo. Recentem agrestis nardi radicem terito: cribtatamq; unciarũ octo pondere in musti congium similiter coniicito: finitoq; duobus mẽsibus sic eẽ. Iocinorosis utile id uinum erit: urinæ angustiis: Inflationibus & cibũ in stomacho non continentibus.

Ex nectare .i. helenio herba

Ex syriaca nardo

Ex gallica nardo

Ex malobathro

Ex asaro herba

Ex agresti nardo.

INTERPRES.

Satis per se patent quæ fictitii uini tam multa genera superiore capite collecta a nobis sunt. Nihil ob eam causam ultra de eis agemus: sed festinantes ad reliqua quæ uertenda in scriptore hoc alia supersunt: interpretationis cõmentationisq; nostræ laborem transferemus.

DIOS. DE Pluribus diuersisq; herbis conditis uinis. Cap. xli.

Conficitur & ex Dauco uinum hoc modo. Sumito Dauci radicis penitus tusæ drachmas numero sex. In musti amphoram similiter eas coniicito & diffundito. Facit ad pectoris: præcordiorũ & muliebrium locorũ dolores. Ducit idem menses: Ructus & urinam cit: tussientibus præterea accomodatum: cõuulsis itidem & ruptis. Conficitur & saluiatum uinum. Eius confectio hæc est. In musti amphoram saluiæ similiter demittito drachmas octo. Facit ad renum uesicæque & lateris dolores: sanguinis excreationes: tussim: rupta: conuulsa: contusaq; & suppressos menses. Conficitur & ex Panace herba hoc modo. Panacis unciam ĩ musti congium similiter demittito & diffundito. Facit ad rupta conuulsa: contusaque. Prodest in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus. Lienem minuit: torminibus utile est: coxendicis doloribus: & ægre concoquentibus. Menses præterea pellit & fœtus. Quinetiam contra uenenatorum morsus & cutem subeuntes aquas utiliter bibitur. Fiunt ex Acoro & dulci radice uina itidem eodem modo. Oportetq; singularum drachmas octo in musti congios septem dimittere. Nec nisi post tres menses diffundenda uina ea sunt. Pectori prosunt & lateri & præter hæc urinam cient. Conficitur & ex Apio uinum hoc modo. Apii seminis maturi recentis cribratiq; drachmas nouem in linteolo colligatas in musti amphoram similiter coniicito. Appetentiam cibi excitat: cibum in stomacho non continentibus utile: utile & urinæ angustiis: soluendisq; inflationibus accomodatum hoc uinum est.

Ex Dauco

Ex Saluia

Ex panace

Ex acoro

Ex dulci radice

Ex Apio

Ex fœniculo
Ex Anetho.
Ex petroselino.
Ex salis flore
Abortiuum uinum.
Ex ueratro.
Ex Agresti. cucumere
Ex Scãmonia
Ex Thymelæa.
Ex oleastello

Conficiuntur & ex fœniculo:anetho:saxatiliq; apio uina similiter ad eadem faci
entia. Conficitur & ex salis flore uinum maiore in purgando ui q̃ quod marina
aqua confectum fuerit:uerũ fauces:renes:uessicam & stomachum ledit: Eamq; ob
cãm neq; in sanitate neque in ualitudine utilem habet usum. Fit & abortiuum ui
num cuius ea confectio est. Prope uites serit̃ ueratrũ:agrestis ue cucumis aut scam
monia:contrahũtq; uites eoꝝ medicamentoꝝ uires. Fitq; ex eis abortiuũ uinum:
quod ieiunis præcedente uomitu cyathoꝝ octo pondere bibitur. Fit & ex Thy
melæa frutice uinum Coliculis eius cũ foliis seminibusque drachmarũ triginta pon
dere in musti congios tres coniectis: leuiq; deinde coctura donec duo relinquant̃
congii decoctis: Post quod tẽpus per colum traiectum reponitur uinũ. Purgat hoc
uinnm corporis aquas & lienem minuit. Conficit̃ ex oleastello herba cũ florebit
frutex is quo tẽpore tusa cribrataq; eius folia pondere drachmarum decem in musti

Ex Chamepity.

cõgium coniiciunt̃:nec nisi post duos menses uinũ diffunditur. Facit ad cutem sub
euntes aquas:iocinorosos:lassitudines & a puerperio male se purgantes. Conficit̃

Ex Mandragora.

& ex humili terrestriq; pino quã Aiugam dicunt uinum similiter : facitq; ad eadem
quã habet ciendæ urinæ ptãte. Conficitur & ex Mandragora mandragorite ui
num. Pro quo corticẽ radicis mandragorę in frusta concidito:traiectamq; funiculo
eius selibrã in musti amphorã demittito:nec nisi post tertium mensem diffundito.
Media potio sextarii dimidiũ est. Bibiturq; dupla q̃titate superpoto passo. Ferunt ui
ni eius sextariũ alterius cõgio mixtũ mox potum cũ somno soporẽ facere: mortẽ ue
ro cũ sextario uini cyathum eius unum. Cum mediocriter sumitur somno dolorem
leuat. Crassescunt eo quæ destillant. Olfactu:potuque & clystere infusum eadẽ po

Ex ueratro.

test. Conditur & ueratro uinũ. Conditurę rõ ea est. Sumito marina aqua concin
nati musti congiũ:tusiq; ueratri nigri drachmas.xii.in puro linteolo colligatas in id
coniicito:cũq; inferbuerit in marinæ aquę.xii.quindecim ue congios penitus cõtu
sum coniicito:& post aliquot dies p colũ traiicito & utere. Dat̃ cyathi unius ponde
re bibendũ ad soluendam aluũ cũ aqua a balneo statim ✠ a cœna cũ uo
muerint. Conficiendi alia rõ est. Sumito ueratri nigri drachmas.xx.rotũdi odorati
iunci uncias.xii.Syriacæ nardi spicæ uncias.xiii.Cũctaq; hæc tusa cribrataque & in
linteolo colligata in Coi uini sextarios.xiiii.cõiecta.xl.diebus dimittito. Tũ p colũ
traiecto uino sextariũ & semissem bibẽdũ dabis. Est & tertius conficiendi modus.
In musti amphorã salsæ ex mari aquæ sextarios.xii. Veratri uero albi põdo sex cõiici
to:sinitoque simul madeant.xl.diebus. Post id tp̃s p colũ traiicito uinum & utere.
Est quartus itidem cõficiẽdi modus. Sumito ueratri drachmas.xii.spumæ nitri.iiii.
musti sextarios.xii.diebusque.xy.facito simul madeant. Ex eo tp̃e per colum traiici
to uinũ:nec nisi post sex mẽses utere. Abortiuũ hoc uinũ etiã est. Est & quintus cõ
ficiendi modus. Sumito in cratibus sub sole siccatas uuas. Cõiicito in musti ampho
ram. Capit aũt amphora cõgios.x. Coniicito & Gypsum drachmas.xx. biduũq; di
mittito. Ex eodem dein tp̃e ueratri nigri fasciculũ uncias.xxx.in uinũ demittito:ad
ditis rotundi odorati iunci drachmis.xxx.calami odorati totidẽ: Iuniperi baccarum
modiũ semissem & quatuor ✠ myrrhæ itidem : crocique & singulorum
singulas drachmas in linteolo inuolutas.xl.diebus in eodẽ uino suspendito. Post
quod tp̃s defecandũ colo id uinũ erit:dabiturq; tẽperatum ✠ duoꝝ tri

Ex scãmonia

umue sextariorũ mensura. Purgat a puerperio & abortu hoc uinum:fœtus ex utero
etiam trahit:& strangulatu uuluæ concidentibus succurrit. Conficitur & ex Scam
monia scammonite uinum. Conficiendi modus is est. Sumito Scammoniæ ra

dicis

dicis per messem effossæ drachmas quinq;:tusasq; & in linteolo colligatas in congi-um musti conicito:diebusq;.xl.Sinito in uino esse. Aluum purgat Scāmonire hoc uinum bilem & pituitam trahens.

INTERPRES.

d Escripta suis locis ex quibus tam multa quondam fingebantur uina:traditæq; omnium ui-res & ad utranq; partem ualitudinis & sanitatis euentus oēs breuem nobis tam multipli-cis conditurae eoꝝ cōmentationem modo hāc faciunt. Quid.n. Dauci : Saluiæ; fœniculi: apii totq; alioꝝ historiæ & medicinæ aliquis modo addat. Aut quam certiorem ea quæ in scripto-re hoc legitur cōdiendi uina hæc rōnem quispiam modo afferat:quo tpe nullum est pro sanitate hominis huiuscemodi studium. Siquid in longiore hac conditurae historia dicendum alicui fue-rit in ponderibus & mensuris quibus tota hæc disciplina tractatur occupari eum oportebit : haud sane ut ostendat quanta ea quondam fuerint:sed ut concordem sibi ipsi & aliis scriptorem hūc fa-ciat:qui in eoꝝ notis tam male habitus a græcoꝝ librariis est ut nullibi eædem in antiquis græcorū codicibus reperiātur : cogatq; earum uarietas ubiq; legentem hærere: Ideo nihil remediorum hu-iuscemodi cupido homini tutius aliquando fuerit q̄ seposita codicum fide quantum aliquid futu-rum sit ex rerum uiribus & potestate conicere. Male habitus ubiq; ut præmōstratum est : in his ab antiquis librariis hic scriptor fuit. Sed non minore iniuria corruptum distractumq; sibi ab iisdem elleborite unum est:in quo grauiora & turpiora uulnera aliquot manifeste a nobis deprehensa nil aliud opis inuenire sibi potuerunt:q̄ ut uitii nota legentibus indicarentur. Dissimulata a cæteris in-terpretibus ea sunt:continuataq; rei historia coniuncta dictaq; deinceps quæ simul esse nō poterāt. Facile erit uolentibus de tota hac re cēsere:presertimq; his qui collatis cum latinis græcis quod di-cimus ea ratione facilius intelligere poterunt.

DIOS. DE Omni metallico lapide:primūq; de Cadmia. Cap. xlii.

c Admian: Romani pariter græcis Cadmiā dnt. Probatissima cypria cadmia est:& in eo genere quæ botryitis quasi acinosa appellatur: Densa:mediocri-ter ponderosa:lenitati propior. Aspectu acinoꝝ figura:colore cinerule quā græci spodion dicunt similis: quæ contusa cinerem intus habet:& rubiginosa ē. Se-cundæ bonitatis prærogatiuam habet quæ foris cœruleo colore est:intus candido: maculis alabastritæ lapidi similibus. Tales plerūq; sunt quæ ex antiquis fodiunt' fo-dinis. Est & Cadmia alia placodes quasi glebosa aut crustacea appellata: quæ macu-las lineis similes habet:eamq; ob cām zonitim.i.cingularem eam uocant. Vocatur & ostracitis alia quasi testacea cōcretione sua gracilis:& plerūque nigra : terrestri & testacea superficie. Damnatur quæ candido colore cadmia est. Vtiles oculorū medi-cinæ acinosa & quæ onychitis.i.alabastrites dicunt'. Reliquæ emplastris & siccādo accomodatæ sunt ad cicatricem perducentes. Ex cypro utilis omnibus his cadmia est. Quæ enim ex Macedonia: Thracia: & Hispania afferuntur inutiles. Adstringē-di uim Cadmia hēt:concaua explet:sordida purgat:opplet:siccat:crustas ignis mo-do obducit:carnium excrescentias reprimit:& quæ græci Cacoethe dolosa & male-fica ulcera appellant ad cicatricem perducit. Fit cadmia ære in fornacibus accēso ad-herente fornacum parietibus & cameris eius fauilla ✠ Grandes hæ fer-reæ sunt ab ærariis acestides appellatæ:summis fornacum cameris insertæ ut retine-antur sidantq; in eis quæ ab ære sursum feruntur. Ea continue magis magisq; insidē-tia in corpus paulatim augentur. Fitq; aliqñ unum Cadmiæ genus aliqñ duo: non-nunq̄ oīa. Conficit' cadmia ēt cremato lapide qui pyrites dicitur ex superstante solis in cypro monte effosso. Inueniunt' in eodē mōte ēt chalcitidis miseos:soreos:atra-menti: cœrulei:chrysocollæ:atramēti sutorii & diphrygis ceu uenæ q̄dā. Sunt qui affirmēt ēt in lapidicinis iueniri cadmiā lapidū multa similitudine decæpti. Qualis ꝓpe Cumas lapis iuenit' nulla ptāte. Verūtñ dep̄hendunt' q; leuiores Cadmia lapi-des hi sūt:& cōmāducati nulla nouitate gustus sensum mouēt:q;q; in cōmāducādo lapide laborāt & ægte id opus conficiunt dentes. In Cadmia uero qm̄ ea cedit nihil

huiuscemodi patiunt. Deprehēdunt etiā q friata & aceto macerata Cadmia cum in sole siccatur exudato humore coit: Lapis cōtra nihil tale ostendit. Deprehendun/tur itidē q lapis tritus & igni impositus dissilit: fumumq; igni concolorem ex se mittit: Cadmia contra manet: luteamque fauillam & æri cōcolorem uersicoloris cinguli modo ostendit. Lapis pterea igne candens tum refrigeratus mutato colore leuior erit: cadmia nulla in re mutabitur præterq̄ si quis aliquot diebus eā coquat. Fit cadmia etiā in argenti fornacibus cādidior: Minus ponderosa: minoreque efficacia. Coquitur cadmia antedicta carbonibus obruta donec pelluceat: bullasque recrementi ferri modo agat: tum uino aminco restinguitur. ✠ Quæ uero ad scabiē aceto. Quidā sic coctam Cadmiā diluentes iterū in crudo fictili cremāt donec aspectu pumicosa fiat: Rursusque uino diluentes tertio eam coquūt usque dum tota in cinerem resoluatur nihil asperitatis in se habens: & pro cinerula quæ spodium a græcis dicitur ea utuntur. Lauatur trita etiam in mortario effusa continue aqua donec nullæ subsidant sordes. Seruaturque in pastillos conformata.

INTERPRES.

Non poterūt metalla etiam & si naturæ solidissimæ sunt partes iniurias tēporum & librariorum incuriam duas bonarū artium & antiquorum scriptorū maximas calamitates & pestes euadere. Habet enim hoc etiā caput quod suspicemur aliter quōdā legi potuisse: quod in antiquis exemplaribus uariet, & quod duobus locis necessario desideretur. Quod suspicamur eo loco est quo legitur. Vocatur & ostracitis alia cōcretiōe sua ἰσχνὴ Quā uocem nescio quō gracilem nos etiā alios imitati diximus. Neq; enim Cadmiæ gracilitas cōgruit. Si enim minore crassitudine describenda erat Cadmia hæc tenuē nō gracilem dici oportebat. Per latitudinē enim Cadmia extenditur: pōtq; tenuis aut cōtra crassior cōcrescere: & nihilominus ἰσχνὴν hic dicit: quæ uox per longitudinem subtile & gracile significat. Eapropter dubitauimus cū uertentes locū nō ἰσχνὴν quod est gracilem: sed ἰσχυρὰν i. ualidam & efficacē legi potuisse: ut nō ad habitum & figurā: sed ad potestatem & uires referenda ea uox fuerit: in quo nō tam persuasit suspicari id facilis ob litterarū & soni uicinitatē ex altera in alterā uocem & significationem lapsus q̄ Plinius de hac ipsa Cadmia agēs libro. xxxv. capite x. fortissimā cæterarum eam esse dicens: quasi ἰσχυρὰν non ἰσχνὴν ipse tunc legisset. Cōis tn̄ græcorum omniū ea lectio est: Et qui latini scriptoris huius codices circūferuntur his uerbis eam describunt. Est & alia quæ ostracitis dicit tenuis & nigra: eadem fere tenuitatis & gracilitatis significatione: Eāq; ob cām nihil nos ex cōi lectione mutauimus cōtenti suspitionem hanc nostrā legentibus tn̄ indicasse. Quod deinde in scriptoris huius exēplaribus uariat coniunctum his statim sequitur: Hinc q; uetustiores græci & quibus non magis deferimus hæc uerba. γαιώδη δὲ καὶ ὀστρακώδει κεχρημένην ἐπιφανείᾳ coniuncto. f. cū superioribus sensu: Qui fit ut nos uertimus uocari Cadmiam aliquam testaceā: gracilem plerumq; nigrā: terrestri testacea ue superficie: quasi rōnem & causam hic scriptor redderet cur testacea Cadmia hæc appellaretur: qm̄ terrestri aut marinis testis simili superficie sit. Qui uero impressi codices passim circūferuntur alium & qui forte a uero nō discrepet his uerbis indicāt sensum. γαιώδης δὲ ἡ ὀστρακώδει κεχρημένην ἐπιφανείᾳ: qui. f. sit terrestrem esse Cadmiam quæ testacea superficie sit: ideoq; in medicina minus utilem. Nos antiquiores græcos & latinos secuti terrestri testacea ue superficie Cadmiam illam esse descripsimus. Nec eo secius audisse hoc legentes inutile penitus non fuerit. Quēadmodū contra pro cōperto his esse illud oportet petiisse huic scriptori aliqua quo loco hic ait adhærente parietibus & cameris eius fauilla &c. Quæ enim statim sequunt. Grandes hæ ferreæq; sunt ab ærariis acestides appellatæ: in sūmis fornacum cameris cōpactæ &c. Integro & apto sensu coniungi nequeunt. Cæteri interpretes nihil deesse hoc loco suspicati ad fornaces rem detorserunt: uerteruntq; grandes ferreasq; fornaces eas esse & ab ærariis acestidas uocari: Non animaduertētes si sic legatur contra eius artis leges & obseruationes fieri ex metallo in eum usum fornaces: quæ eodem igne candentes & ipsæ fluent aut liquefacto æri concorporabunt: nec ab ærariis in eo usu tractari aliqua ratione poterunt. Quod præterea sequitur ut retineantur considantq; in eis quæ ab ære sursum feruntur ad cameras & earū conuexitatē simpliciter referri non posse: neq; fornaces a græcis acestides uocari: sed ex quo hic ait ab ærariis acestidas uocari oportere aliud quidpiā ea uoce significatum suspicari. Quibus ueluti impedimentis nos admoniti suspicati uitiū primū sumus: Mox ex antiqua scriptoris huius interp̄tatione id manifeste dep̄hendimus. Seruant enim adhuc in ea ueræ lectionis exigua uestigia aliqua. Quæ huiuscemodi sunt. Multi uero ponunt ferreas hastas & longas &c. Ex quibus ratiocinari facile est consueuisse qui Cadmiā quærerent ferreas uirgas ueluti axes transuersas in summa fornacis camera in eum quem hic docet usum suspēdere. Eritq; sequax hic sermonis ductus ut cū dixerit Dios.

Fit Cadmia

Fit Cadmia ex ære in fornacibus accenso: adhærente fornacũ parietibus & cameris eius fauilla interseratur solere ærarios ut aptius hæreat & considat Cadmia in summa fornacis camera transuersos axes: aut regulas cõponere: esseq; has grandes ferreasq;: & ab ærariis acestidas uocari. Quia uoce græci ab Acesta Siciliæ ciuitate plostelli genus huiuscemodi axibus cõpactum uocabant. Non lõge postremo a fine necessario desideratur: quod tñ restitui facillime põt. Locus est ubi de cremanda Cadmia agitur: in quo cum in cũctis græcis legatur post eius cocturam tum uino aminneo restinguitur. Sequaturq; statim: quæ uero ad scabiem aceto &c. Necessario deesse aliquid constituendũ est. Dicendi enim modus hic græcis pariter & latinis parum congruus. Nec habet sequacem sermonis ductum aduersatiua particula illa quæ sequitur. Quæ uero ad scabiem aceto &c. Nisi præcessent aliud: a quo quod sequitur: separatur. Nec sane decebat hũc scriptorem aliam restinguendi crematam Cadmiam rõnem docere: priuatimq; ad scabies eius usum cõtrahere nisi diuersam in diuerso usu restinguendi rõnẽ antea docuisset. Habẽdæ Plinio hoc loco ingẽtes gratiæ. Ostendit. n. xxxiiii. uolumine capite. x. quibus additis & insertis in integrũ restitui locus hic posset. Verba eius sunt: & ut nos credimus a scriptore hoc accæpta. Restinguit̃ uino aminneo: quæ ad emplastra præparatur: quæ uero ad psoras aceto. Vocauitq; ille psoras: quas nos scabies cutis f. asperitates omnes. Nihil itaque certius hoc loco erit: respondebuntq; sibi omnia: si quis post Cadmiæ cocturam legat. Restinguitur uino aminneo quæ ad emplastra præparatur: quæ aũt ad scabies aceto. Fecit id Barbarus ex Plinio accæptum ut diximus. Verũtñ in græcis pars ea non legit̃: nec nos addere huic scriptori eã uoluimus satis fore rati locum signasse. Volumus legentes in eo etiam monere quod a principio capitis huius nõ est nobis cum cæteris interpretibus idem maluisse nos rubiginosum dicere q̃ ęruginosum; quod in scriptore hoc ἰώδης est. Scimus q̃dem ἰὸν in metallicis ęruginem plerunq; esse ab ære dictam: quæ metallo illo & humoris alicuius: presertimq; aceti halitu; quemadmodum nõ multo post hic describet fiat: cuius in medicina multus est usus; uiridi semper colore. Nouimus etiam hũc scriptorem in ea significationis æstimatione hac uoce plerunq; uti. Verũtñ sciẽtes duos in Cadmia ab antiquis græcorũ medicis laudari colores cinereum & puniceum nec posse ęruginem quã uiridis sit cinereo aut puniceo colore describi ex altera græcæ illius uocis significatione; nam & rubiginem ἰὸν græci aliquando dicunt rubiginosam diximus: in qua uoce puniceus color sit: a rubore enim rubigo dicta est & scabrities: quæ igne semper fit: quorum nullum in ęrugine dici poterat quæ uiret & humoris alicuius aspergine non igne conficitur.

DIOS. DE Pompholyge quæ Bulla & spodio: quæ Cinerula & Antispodiis: quæ cinerulæ uices expleria latinis dici põt. Cap. xliii.

POmpholyga. Romani pariter græcis Pompholygem dicũt. Bulla quæ in metallicis põpholyx a græcis dicit̃ a cinerula quam eadem gens Spodion uocat specie differt. Genere nullam habet diuersitatẽ. Nigrescit. n. cinerula & põderosior plerunq; est festucis: terra: pilisq; plena: ex ærariis fornacibus ueluti derasa: & eaq; pauimẽti purgamentũ. Bulla uero pinguis & candida est: tantæq; leuitatis ut p aerem uolitare potuerit. Sunt ẽt Bullæ huius duo genera: alterũ colore aeris & modice pingue. Alterũ candidissimum & extremæ leuitatis. Fit quæ candida ẽ bulla: cum in coctura æris liquescente eo qui in ærariis operantur crebriorem friatam Cadmiam inspergunt meliorem facere eam uolentes. Quæ. n. ab hac tenuissima sursum fertur fauilla in bullas tumet: Nec solum ex ære cocturaq; eius bulla fit: Verũ ex Cadmia etiam consulto ad confectionẽ eius follibus uentilata. Fit autẽ hoc modo. In domicilio quod duas habebit cõtignatiões fornax ædificatur. In summo eius cõuexo mediocri foramine peruia & ad cõtignationem ex superiore parte aperta. Paries domicilii etiã cui fornax adiacet angusto foramine usq; ad fornacem ad excipiendam follium fistulam perforatur. Habet præterea hostiolum ad ingressum exitumq; ab opifice constructum. Coniunctum domicilio illi etiam in quo fornax accendit̃ alterũ est domiciliũ. In quo folles sunt & uentilator operatur. In fornacẽ postremo carbones iniiciunt̃ & accendũtur. Assistensq; opifex ex locis supra fornacis caput tenuissime friatam Cadmiam inspergit. Idẽ facit & qui in inferiore parte est: simulq; carbones ingerit: donec o ẽm quã animo destinauerũt Cadmiam cõsumpserint. Incensa itaq; Cadmia quod tenuissimũ in ea leueq; est in superiorem domicilii

partem fertur parietibus & cõuexo tecti hærens. Quodq; illic ex his quæ sursum fe
runtur concrescit corpus bullis a principio in aqua surgẽbus simile fit. Maiore de
inde accedente incremento lanarũ peniculos imitatur. Quod contra ponderosius
in Cadmia fuit deorsum fertur & per fornacis terga & domicilii pauimentũ diffun
ditur. Idq; tenuiore illo deterius existimatur: ꝓpterea ꝗ terrestre est & cũ colligitur
sordes secum trahit. Opinantur aliqui simili hoc modo tñ fieri antedictam cineru
lam ✠ Verũtñ ꝓbatur maxime cypria: quæ acero macerata æris hali
tũ ex se mittit: colore picis aliquo & cœni sapore est: & quæ si igniris carbõibus syn
cera imponit̃ cõtracto aeris colore fetuet. Probãda ex præmonstratis indiniis diligẽ
tissime est. Adulteratur. n. tauri glutino agninis pulmonibus aut marinis: crematis
ue caprificoꝝ grossis: aliisq; huiuscemodi quibusdam. Verumtñ facile deprehendi
tur. Nihil enim cum ꝓbatur eoꝝ quæ præmonstrata sunt in Cadmia inuenit̃. Lauã
da cõiter bulla hoc modo est. Aridam aqua ue prius maceratam bullam in puro me
diocris raritatis linteolo colligatã & in peluim cœlesti aqua plenũ demittito: aquaq;
identidem ꝓluito linteoli uinculũ hac & illac agens. Sic. n. quod est in ea limosum
& utile transfluet: quod uero inutile & durum retinebit̃. Sinito deinde cõsidere &
cum consederit aquam cũ cinerula per colum traiicito: rursusq; alia supinfusa aqua
misceto & diffundito: totiensq; id facito ꝑ colũ traiiciens & diffundens usq; dum ni
hil barenosum subsidat. Postremo aquã per colum traiectã abiicito: siccatamq; cine
rulam reponito. Quidam siccam manibus quousq; satis est in aqua confricãt: & ad
crassitudinem mellis redactam per linteolum traiiciunt: quod uasculo eã exceptu
ro superpositum non adeo tñ extensum sit: copiosaq; in linteolum illud adfusa aqua
ut facilius transfluat cinerulam miscẽt: tum quod ex ea in uasculũ defluxit: & in eo
spumosum fluitat conchula statim auferẽtes in nouo picato fictili reponũt. Quod
uero subsedit sensim cribro traiicientes in aliud uas diffundunt: relictis in fundo: si
qua harenosa erant. Rursusq; subsidere permittentes: quæ lapidosa sunt in aliud pu
rum uas ꝑ colũ traiiciunt. Idq; tam diu agũt: donec pura & sine harenulis cinerula
fit. Alii cinerulam totã ut se habet: paulatim in aquam coniiciũt existimantes ꝗ ha
renosa & lapidosa in ea sunt ꝓprio pondere in uasculi fundũ descensura: festucas ue
ro pilosq; & huiuscemodi leuitate sua in summo fluitatura: separatã deinde ab his ci
nerulam in medio positam in lapideam pilam coniicientes Cadmiæ modo lauant.
Lauatur uino chio ẽt cui marina aqua admixta sit: qbus præmonstratum est modis.
Estq; hæc maiore adstringendi ui ꝗ ea quæ aqua lota fuerit. Habet bulla adstringẽ
di uim: refrigerãdi: explendi: purgandi: opplendi: & aliquatenus siccandi. Est præter
hæc in genere leniter crustas obducentiũ. Quod si cremare cinerulam oporteat dili
genter eã teres & aqua cõsperges: cõformansq; pastillis in noua testa eos: testam ue
ro lentis carbonibus superpones pastillos continue subigens: donec ruffo colore
fiant: & siccitate aruerint. Sciendum præter hæc & illud est ex auro: argento: itemq;
plumbo fieri cinerulam: esseq; post cypriã plumbeã ꝓbatissimam. Verumtñ qm̃ de
ficiente nõnunꝗ cinerula: quæ uices eius explent antispodia nõ paruam hñt utilita
tem: quæ pares habeant cinerulæ uires monstrasse oportet: & ꝗ nam ea sint & quo
modo parentur. Sumito igit̃ myrti cum floribus & ĩmaturis adhuc baccis folia. In
crudum fictile ea omnia conicito: circumlitoq; undiq; operculo: quod contiguis fo
raminibus terebratum sit in figlinam fornacem dato: cũq; coctũ fictile fuerit in cru
dum aliud fictile cinerẽ transferto. Rursusq; cocto secũdo illo fictili eductum cine
rem lauato & utere. Eadem ratione coliculos oleæ sumito & præparato: sintq; olea

stri sin minus satiuæ oleæ cũ floribus suis: aut concisa & exossata cotonea mala: aut gallam: aut linteorũ lacinias: aut immatura mora candida in sole antea siccata: aut lentiscum: aut Terebinthũ: aut Labruscæ uitis flores: aut rubi tenera folia: aut buxi comam: aut eam, quæ pseudocicyperus. i. falsus quadratus iuncus dicit̃: cũ suis floribus. Quidã ẽt fici germina in sole antea siccãt & pariter præparant. Alii taurinum glutinum. Sunt & qui succidam asperamq; lanam pice aut melle madẽtem similiter præparant. Vsus prædictoꝝ omnium pro cinerula receptus est.

INTERPRES.

PRæfatus a principio statim hic scriptor specie solã: genere nullam habere diuersitatem in metallicis bullam & cinerulam promiscuũ in medicina monuit utriusq; cũ opus erit fore usum; simulq; ueniam dari sibi a legentibus petiit. Si mutatis inuicẽ nominibus his confectionem loturamq; & usum toto hoc capite utriusq; docuisset. Quod.n. in eis differt color pondus & puritas tñ est. Substãtia eadẽ & uires in utraq; pares: tñq; abest ut rei discrimen aliquod antiquis fecerit: ut bullã sola lotura differre a cinerula aliqui testati fuerint. Hic tñ certius rem dotẽs certas utriusq; notas reddidit. Quæ deinceps ab eo traditæ repetendæ inutiliter a nobis mõ non sunt. Indicantibus presertim eaꝝ ẽt noĩbus non rei: sed partium diuersitatẽ. Põpholyx enim quæ a nobis Bullæ nomine reddita est Bullaꝝ in aqua similitudine concrescens: eademq; figura quasi clauso intra se spiritu ut in offensa aqua fit tumens: indeq; inuento nomine ui flãmæ egesta & hærens ex materia æris: quod leuissimũ purissimumq; erat secũ detulit. Contra aũt spodion quam cinerulam uertimus grauiore pondere: sordidiorq; nõ aliter q̃ cinis extincto igne mixtis carbonum reliquiis subsedit. Accessit ẽt utriq; color: qui in altera ob eam cãm nigricãs: in altera candidus partiũ itidem non substantiæ diuersitatẽ ostendit. Eoq; pertinet qđ in cinerula hic ait esse eam ueluti fornacũ purgamẽtum: & quasi quod scopis uerritur. Non aliter q̃ in fimi & pro re rustica stercoris generibus græci συρματίτην χόρτον uocãt id. i. quod uniq; scopis in unũ collectũ fuerit: quale in purgandis tricliniis totaq; domo quotidie in certũ aliquem conuerrit̃ locũ. σύρμα enim qua uoce hic usus est nihil indicat aliud: quemadmodũ & σποδὸς siue σποδίον: non simpliciter cinerem: sed sordidum: & in quo extinctoꝝ carbonũ reliquiæ supersint aliquæ. Id enim nos obseruauimus iter τέφραν & σποδὸν græcoꝝ discrimen. Neq; hic aliq̃ ἐξ μοσποδίαν dicens aliud q̃ feruentem cinerẽ cuiq; in quo ardentiũ adhuc carbonũ exiguæ reliquiæ sunt intelligi uult. Cognouerunt discrimẽ hoc latini etiam si Columellæ credimus libro. ii. capite. xv. de generibus stercoris agenti. In quorum centũ ꝓdesse ẽrfatis ait cinerem & fauillam: in altero rem notam significãs: in altera cineri mixtos carbones: & eoꝝ quas diximus reliquias. Et hæc in eadẽ rei substantia nosum græcis & huic scriptori diuersitas est. Nec refert fiat ne utraq; accenso in fornacibus ære: an in carbonibus inspersa Cadmia qui duplex conficiendæ bullæ & cinerulæ modus quondã fuit. Vtrunq;.n. genus utroq; modo quõdam fiebat. Operosa ut uidetur bullæ & cinerulæ antiquis græcis confectio erat. Curauimusq; nos in scriptore hoc hanc partem agentes: ut quia fieri diluciditate posset tota habendæ utriusque rõ legentibus pateret. Nescimus tñ an id præstitum sit. Voluntas certe non defuit: neq; ut credimus multa erunt: quæ remorati diu legentes possint. Quod forte suspendet illic tñ occurret quo loco fuit Dios. in domicilio quod duas contignationes habeat accendi fornacẽ: in summo eius conuexo perforatam: & quadamtenus ex superiore parte apertã &c. Angustius.n. dici cũcta ea forte uidebuntur: non adeo tñ obscura sunt ut rem diligentius intuentibus patere oĩa nõ possint. Male sequax deinde uerboꝝ ductus se nobis obtulit: quo loco inane spatium relictum uitiiq; nota illa nostra signatus locus est. Importune enim transferri sermo a cinerulæ confectione ad ꝓbationẽ eius uisus est. Quod intellexisse legentibus difficile etiam non fuerit. Sunt & in hoc capite multa quæ cum ceteris interpretibus nobis eadem nõ sunt. Alter.n. quod a Diosc. docet̃ agninis pulmonibus adulterari cinerulã ouillis reddidit: quasi ut in bonoꝝ possessione totoq; domesticæ rei usu iureconsulti docent: sic in natura nullũ filioꝝ & parentũ discrimẽ sit: cũ tñ in remediis uitæ nihil diu fit idẽ: mutatoq; per singulas ætates tẽperamẽto alia subinde fiant animalia ẽt neque in senectute possint: quod in prima ætate poterant. Nescimus nos quid q̃tumque i adulterio remedii huius ab ouillis pulmonibus agnini differant. Sed quod monemus illud est ἀρνείοις dicere Diosco. quod agninis significat: neque oportuisse a uocibus scriptoris huius tam longe interpretem discessisse. Ambo deinde qđ a Diosco. in cinerulæ lotura dicitur οὔτε γὰρ τὸ μὲν ἰλυῶδες καὶ νόσιμον αὐτῆς ἀποῤῥυήσεται aliter q̃ nos reddiderunt: presertimque νόσιμον illud: quã uocẽ alter ad dulcedinẽ ex cõi significatiõe quã habet contraxit: atque ita enim limosa pars eius ac dulcis effluet. Alter. Ita enim collatitiæ ꝑtes et sapidæ transibũt. Nos uero: sic enim qđ in ea est limosum & utile trãsfluet. Nolumus nunc nisi de dulci & sapida eoꝝ uoce agere: qua illi τὸ νόσιμον reddiderunt: quod.n. ad alteram illam limosam. i. pertinet. Certa satis res est. Limosum.n. intelligit Dios. qđ tenuissimi pulueris aqua conspersi modo fiet. Quod aũt νόσιμον ab eo dicit̃: nullã dulcedinis aut alterius saporis cuiuspiã rõnem

συρματίτης χόρτος

τέφρα σποδός

Ciris Fauilla

νόσιμον

habet: neq; n. bulla aut cinerula sapore dulci est: neq; alterius saporis alicuius nota hoc loco quæri tur Scimus quidem græcis τὸ νόσιμον dulcedinem: nō tm̄ simpliciter aut oēm significare: sed quam aīo magis q̄ palato & līgua sentimus: trāslatamq; uocem ab his fuisse: qui ex longa nauigatione mi litia ue aut exilio in patriam reuersi omnia grata sibi iocundaq; & dulcia in ea inueniunt. A reditu enim quem græci νόσον uocāt facta uox est. Ex eo deinde paulatim ad omnia dulcia & sensibus gra ta detorta uox fuit: eousq; ut νόσιμον ἦμαρ σωτήριον. i. salutis diem græci dixerint: eademq; hac uo ce signauerint aliqn̄ quæcūq; alia utilitatis suæ merito grata homini sunt Quale hoc est qđ a Dio sco. hoc loco dicit. Non. n. dulcedinem saporis: iocū dum ue alium quempiam sensum in bulla ci nerula ue hac Dios. quærit. Sed quod medicinæ tm̄ utile sit: eamq; ob cām nos utile uertimus. Sic enim lotura bullæ quærit quod utile in ea est: quēadmodum reditu in patriam repetunt q̄ suaui sensu & præsenti usu fructuq; delectatura nos sint. Monebimus præter hæc illud etiā iō in antispo dus i. his quæ uice cinerulæ in usu sunt: dixisse hunc scriptorem fieri inter cætera immaturis mo ris candidis: qm̄ triplex huic pomo color est: candidus primo mox rubens: postremo niger: non sa tis ratus ob eam cām fore si immatura simpliciter dixisset. Immatura. n. cum rubent adhuc sunt & hic nō rubētia: sed in prima imaturitate candida in hūc usum decerpi iubet Quod & Plinius indi cauit hoc ipsum agens lib. xxxiiii. capite. xiii. cum ait fieri antispodion moris immaturis. i. cādidis: Est illud ēr in pomis i. s animaduertendū intelligere hunc scriptorē ea quæ quondam: & nūc etiā Celsi mora appellanf. Candida. n quæ ætate nostra ubiq; abundant antiqoribus incognita fuere. Non relinquemus ēt reperenda in hunc locū diligētioribus esse: quæ primo uolumine in oleastro ab hoc ipso dicta fuerūt: Vino restinguendū esse; & id qdem bis huiuscemodi cinerē: quod desi derari hoc loco posse uidef. Sunt pterea in extrema antispodiorū parte multa quæ nobis & aliis ea dem non sunt. Barbaro qdem plura ex numeratis a Dios. desunt. Sed nos librariorū incuriæ illud ascribimus Quod aūt alter ait ad antispodia cremari ficus in sole antea siccatas: lōge a Dios. sensu abest: qui non ficus sed κράδας συκῆς dixit. Quid autem cradæ in fico sint: optime nouerunt: qui in Theophrasti lectione aliqn̄ uersati sunt. Ea. n. uoce summa ficorū germina quæ plantari consue uerunt scriptor ille pluribus indicat locis: quæ repetere hoc loco animus nobis non est. Lōgius enī primo uolumine in fico de his egimus. Nec quærimus modo arborem ne ille an pomum eius ficus dicens intellexerit. Quodcūq; enim ea uoce cognosci uoluerit: non satis græcorū cradis illis respō det. Ex Plinio potuerat rem certius docere. Eodem n. loco scriptor ille ait cinerem fici arboris uel caprifici &c. Adiecitq; arboris ut ambiguitatē rei uitaret: quod illi agendum pariter fuerat ne du bitarent legentes: oporteret ne in antispodii usum pomum an arboris materiam cremare.

κράδας

DIOS. DE Cremato Aere. Cap. xliiii.

P Robaf crematū æs quod rubet & in attritu Cinnabaris colore est. Nigrū ultra q̄ oportebat crematū fuisse se īdicat. Cōficif ex clauis solutarū nauiū in crudo fictili cōpositis adiecto sulphure & pari sale: alternisq; bis insper sis. Operculatū deinde fictile & figulari creta circūlitū in fornacē cōiectū usq; dū in tegre cremef dimittif. Quidā p sulphure & sale alumen inspergūt. Sunt ēt qui sine sulphure & sale cōpositū in fictili æs pluribus cremāt diebus. Nonnulli pterea solo sulphure utuntur: uerū fuligine hoc nigrescit. Alii clauos scissili alumine additis ace to & sulphure ungentes in crudo fictili cremant. Quidam ēr aceto tm̄ inspersos in æneo lebete cremanr. Cūq; semel cremari erūt iterū & tertio idē agūt: tūcq; reponūt & seruant. Primæ bonitatis progatiuā habet qđ in Aegyptia mēpbide crematū fue rit. Secūdā qđ in Cypro. Est cremato aeri uis adstringere: siccare: extenuare: repri mere: extrahere: ulcera repurgare: ad cicatricē pducere: oculorū uitia exterere: carni um excrescentias minuere: & q̄ serpendo pascūt sistere. Vomitoriū pter hæc crema tum æs in dulci aqua potū: aut cū melle linctū aut inunctū. Lauaf Cadmiæ modo crematum æs quater quotidie diffusa aqua donec illi nullus supsit splēdor. Quin ēt recrementum eius pariter lotum easdem habet uires uerū minus efficaces.

INTERPRES.

P Liniū secutus Barbarus colorem in cremato ære pbauit qui ad minii spēm accederet: ru bentis qdem eodemq; aut nō dissimili Cinnabari colore fulgētis: Non tm̄ ut hic paulopost docebit re & substantia eiusdē: cū alterū ex Hispania: alterū ex Lybia quodā afferref: Vul gareq; miniū & copiosum. Cinnabari aūt ex guū & rarū esset: & quo tm̄ in uariandis lineis pictores uterentur. Ex eo qm̄ in consimili genere poterant cinnabari & miniū diuerso colore esse: alterūq;

profundiore alterum: dilutiore rubore uideri a uocibus scriptoris huius discedere longius ipsi no fuimus. Et qm̃ in cremato ære colorem hic probauerat: eundem nos et ꝓbauimus: nec aliter q̃ hic Cinnabaris colore in attritu crematum fieri descripsimus In cuius confectione non est quod miretur aliquis ꝓbare hunc clauos solutaꝝ nauium Fuit enim æris quondam largior q̃ ferri copia eousq; ut arma etiam quibus ad bellum uterentur ex hoc metallo fierent: Si græcoꝝ poetis ꝑsertimq; Homero credimus. Erat in fabrica quotidianus itidem æris usus: in qua prælatum diu ferro idest non ob copiam tm̃ quæ maior ferri aliqñ fuit q̃ quia nulla rubigine perit æs: & in quotidiano attritu contumacius durat. Eaq; est causa cur hic æreos clauos in nauigiis dixerit. Cur aũt ex solutis nauibus potius q̃ nouos quæri præceperit: aliam habet rationem: qm̃ s. aptius in eo usu æs illud sit: Quod attritu domitum & consuetudine laboris ueluti mansuefactum erit. Multa enim sunt quæ in nouitate sua minorem q̃ in uetustate ob nimias uires utilitatem habent Nec aliunde factũ fuisse nos eredimus ut uemisti æris & in clauos iampridem cõformati: multoq; labore edomiti ad hãc rem usus eẽt. Potuit etiam ex nauigiis magis q̃ ex ædificiis quæri: qm̃ ex mari saleq; eius aliqd bonitatis ad hunc usum æri accreuisset: quod antiquiores illi experti posteris sua fide recipiendũ tradiderunt Satis cætera in hoc capite patent. In extrema m̃ eius coronide duo sunt quæ suspẽdere legentium animos possint: primum quo loco uomitorium crematum æs hie esse ait cum dulci aqua potum: aut cum melle linctum aut iniunctum. In quo usu quod bibitur aut lingitur: qm̃ in stomachum delabitur manifestas habet uomitionis causas Quod autem inungitur presertim non indicata parte quæ ungenda sit parum certam ratiõem ostendit. Eapropter suspicati sumus aut deesse huic usui partem quæ ungenda sit uerbi cã stomachum foris aut intus palam: aut fauces linguã ue. Aut si nihil desit pro eo quod est διαχριόμενος: quæ uox ungendi uim tãtũ habet διακλυζόμενος legi forte potuisse quod colluere est. Censebunt de suspitione hac nostra peritiores. Alteꝝ ab hoc statim sequitur: pertinetq; ad scoriam æris: quam nos Celso auctore recrementum diximus: i qua non satis certum est: æris ne simpliciter an cremati huius scoriam pariter lotam easdem habere uires: licet minus efficaces hic dicat. Barbarus a reliquo capite eam separauit partẽ: uideturq; de æris scoria simpliciter agi a Dios. ea diuisione iudicasse. In quam partem inclinat nobis etiã animus Plinio presertim hoc ipsum etiam indicante In iunctis tñ græcis reliquo capiti coniuncta ea pars ẽ cõceptæq; uoces illæ sic sunt: ut facile credi a legentibus possit de cremati æris scoria ab hoc scriptoꝛe actum fuisse. Videndum ob eam cãm qualis cremati æris scoria esse & dici possit.

DIOS. DE Flore æris. Cap. xlv.

Halcuanthos. Romani florẽ æris uocant. Flos æris quem ex antiqoribus aliqui ueteꝝ clauoꝝ psegma resegmina. s. & micas dixerunt. Probatissimꝰ qui friabilis est & in attritu ruffescit. Quiq; exiguis granis quibus constat milio similis est: mediocriter splendet & adstringit: ramentisq; & scobe æris quibus adulteratur caret. Quod dentibus dep̃henditur prolatantibus se sub eis ramentis illis & scobe. Fit flos æris cum in metallicis fornacibus liquefacto ęre per cola a fornacẽ ad cisternas pertinentium canalium fluere æs cœperit. Quo tempore qui illic rẽ tractant sordes purgantes purissimam superinfundunt aquam refrigerare uolentes. Ex repentina itaq; densatione: concretiõeq; ante dictus flos æris emicat & quasi expuitur. Adstringit flos hic æris etiã: excrescentias reprimit: exterit quæ claritati oculorum officiunt egregie erodens. Crassa præter hæc trahit pondere trium obolorũ datus. Absumit carnosa narium uitia: papularum in sede eruptiones ex uino reprimit. Tritus idem: sed ex candido ære factus in diutinis aurium grauitatibus flatu ꝑ fistulam in eas uiliter demittitur: Columellamq; & tonsillas oris melle exceptus & admotus reprimit.

INTERPRES.

Idendum medicis erit: quasnam hic excrescentias simpliciter dixit reprimere æris florẽ. Multa enim & in diuersis partibus excrescunt: & hic ὑπεροχάς tantum dixit: nec licuit quæ cõmuni uoce dicta ab eo fuerant priuatim contrahere Seruauimus eadem fide etiã in cæteris hunc morem: diximusq; carnosa narium uitia absumere æris florem; quoniam hic σαρκώματα tantum diceret. Eius partis malum ut nõ idem polypo: sic etiam non dissimile penitus. Descripsit in diffinitionibus suis Galenus carnosa hæc narium uitia his uerbis. Sarcoma: sic enim græci uocãt carnis in naribus præter naturam incrementum est. Eiusdem polypo naturæ & substantiæ cæteri græcorum medici id esse dixerunt: semperq; a polypo statim de eo docuerunt.

σάρκωμα

DIOS. DE Squama Aeris. Cap. xlvi.

L Epida. Romani squamam dicunt. Probatissima æris squama est quæ in cy/prius ærarius ex clauis cyprio ære confectis crassa decutit̃: elirisq̃ .i. clauaris uocat̃. Dãnat̃ cõtra quæ uulgari ære aut candido cõfecta tenuis & infirma est. Quã & nos reprobamus anteferentes illi crassam rubentẽ & cũ aceto inspergit̃ ærugine ducentẽ. Habet squama æris adstringẽdi: reprimẽdiq̃ & extenuandi uires. Sistit quæ pascendo serpũt: exest & ad cicatricẽ perducit. Pota eadẽ cũ mulsa aqua corporis aquas trahit. Quidã farinæ eã cõpinsentes pilulas ex ea deglutiendas dãt. Miscet̃ præterea oculo℞ medicamẽtis: Siccat. n. eo℞ destillationes & palpebrarum asperitates absumit. Lauat̃ squama æris ẽt hoc mõ. Puræ siccæq̃ squamæ æris pon/do semissem in lapideã pilã simulq̃ limpidã aquã cõiicito. Manu tum diligenter mi/sceto usq̃ dum squama subsidat. Auferto deinde quæ subsederunt: diffusaq̃ priore aqua illa cœlestis aquæ sextariũ superinfundito; apertaq̃ manu ualidissime quasi de purgans in pila cõfricato. Cũ autẽ remittere lẽtorem aliquẽ cœperit paulatim aquã usq̃ ad sextarios sex superinfundito ualidissime confricans. Squamãq̃ manu per pi/læ latera cõuerrens ualidissime illic ẽt fricato. Postremo per colũ traiectis omnibus qđ defluxit in pixidẽ rutilo ære cõfectã transferto & seruato. Est. n. hoc ceu squamæ flos uiribus efficacissimũ & in oculo℞ medicina utilissimum. Quod superfuit infir/mum & inefficax, Id quoq̃ similiter lauat̃ donec nullũ lentorem ex se remittat. Per/actis his linteolo operculatũ biduo sine motu aliquo dimittẽdum est: tum effusa oĩ superstante aqua siccatũ in pixide seruabit̃. Quidã Cadmiæ mõ lotã æris hãc squa/mã reponũt & seruãt. Habet & squama æris quã stomoma dicunt easdem uires. La/uat̃ hæc ẽt seruaturq̃ similiter. In purganda tñ aluo ignauior q̃ squama æris est.

INTERPRES.

Q Væ tria ex uno eodemq̃ ære in medicinæ usu deinceps a scriptore hoc numerata hactenus fuerũt æs: ærisq̃ flos & squama: non aliter q̃ de bulla & cinerula non multo ante hic dixit: specie tñ inter se differũt: Genere nullã habẽt differentiã. Ex eadem enim materia eosdẽ fere usus & effectus præstant. Nec aliter de his ueteres tradiderũt: q̃ ut æris partes haberi tria hæc uellent. Longius de his docuit Plinius uolumine. xxxiiii. capite. xi Qui licet aliter a scriptore hoc de his tradere uideat̃ re tñ eadẽ omnia docet. Nec aliud esse discrimen ostendit q̃ q̃ squama excu/titur ictibus: flos sponte cadit: alterũq̃ illud squamæ genus quod stomoma dicũt subtilius esse ex summa. s. lanugine decussum Est. n. græcis stomoma ferri acies: & uerbũ illis στομοῦν aciẽ in ferro trahere significat: cũ in cote ductum reductũq̃ acuit̃ & acuendo exteritur. A quo euentu quæ sub/tilissima ex ære detrita est squama stomoma dicta ab ea gente est: quasi in trahenda acie in cote de/trita. Squamã æris pbauit hic quæ in cypriis ærariis &c. Dãnauit cõtra: quæ ἐκ τοῦ φαύλου χαλκοῦ ἢ ἐκ τοῦ λευκοῦ decussa fuisset: non ex malo ære promiscuo ue ut alii interpretes uerterunt; sed uul/gari & uili Neq̃ enim malum pmiscuum ue æs ea uoce indicat̃: sed uulgare quod omnibus locis i/uenitur: ideoq̃ cyprio cõparatũ uilius aut exiguæ dignitatis & æstimationis. Sequit̃ ab hoc loco statim in probatione squamæ huius participiũ ἰουμένην Quod alter ex interpretibus ad rubiginẽ retulit: cũ tñ iudicio nostro ad æruginẽ quæ propria æris est cõtrahenda uox illa fuerit. Cõmunis enim metallis omnibus rubigo est qa rubet sic dicta. Quæ aũt in ære cõcrescit aceti aut alterius ẽt humoris aspergine aut halitu ærugo uiret. Quẽadmodũ in cõfectione eius mox dicetur.

DIOS. DE Rasili & uermiculari ærugine. Cap. xlvii.

I On xyston. Romani rasam & rasilem æruginem uocãt. Cõficienda rasilis ærugo hoc modo ẽ. In doliolũ simile ue aliud uas acerrimũ infundito ace/tũ. Supponito deinde inuersum ęreũ uas: aptius qdem cõuexo: sin minus exæquato fundo. Sitq̃ egregie abstersum & sine spiramento aliquo: decẽq̃ diebus dimittito. Post quod tps amoto æreo uase illo quod superpositũ doliolo fuerit in/hærentem deradito ærugine. Cõficit̃ aliter preterea hoc modo. Lamellas ex eodem

ære facito: in eodemq; uase: sic tñ ne acetũ tangant suspẽdito: & post totidẽ dies derado. Cõficit̃ præterea hoc et modo. Vinaceis nõ recẽtibus: sed iam acescentibus massam Lamellã ue æris unã aut plures obruito: pariterq; eruito & deradito. Licet & ex delimata æris scobe facere æruginẽ Lamellis ue illis quibus inclusa aurea coto næ folia extẽdunt. Siquis aceto eas inspergẽs ter quater ue misceat donec undiq; æruginem contraxerint. Q uin ẽt nasci æruginẽ in cypriis fodinis fetunt: non tñ eodem modo ubiq;: sed alibi in lapidibus quibusdam in quibus concrescit æs inueniri. Alibi uero ex specu quodã per ardentissimos canis æstus destillare: & alterã quidẽ exiguã & pbatissimã esse æruginem: Ex specu aũt illo destillantẽ alteram copiosam quidem & colore grato: uerũ q; calculosa est deteriorẽ. Adulterat̃ multis admixtis aliis rebus ærugo: sed his præcipue. Pumice aliilli miscent: alii marmor: alii sutorium atramẽtum. Deprehendetur aũt mixtus pumex aut marmor: si sinistræ manus pollicem humore aliquo consperseris: madenteq; eo æruginem tractes: tum altera æruginis aliquam partem teneas. Fiet. n. ut altera eius pars diffluat: quæ uero pumicis aut marmoris partes in ea erunt: pmaneant: tandemq; diuturniore attritu hũoris admixtione albescant. Verũ dentibus et deprehendetur. Quæ. n. sincera erit facilis: nec aspera illis cedet. Igne contra deprehenditur atramẽtũ sutoriũ. Siquis. n. sic adulteratam æruginem in lamina aut testa extensam in feruente cinere aut carbonibus cremauerit: mutato colore rubescet: quod in ea ex atramento sutorio erit: ppea q; incensum atramentũ sutoriũ naturalẽ hunc reddit colorem. Æruginis itidẽ quã uermicularẽ dicũt duplex genus est. Fossilis. n. altera: fictitia altera est. Cõficiturq; fictitia hoc modo. In mortariũ ex cyprio ære: cui ex eodem ære coniunctus pistillus sit albũ & acre acetũ sextarii semissem infundito: pistilloq; tamdiu terito usq; dũ pinguiter lentescat. Rotundi mox aluminis drachmam: saliq; fossilis pellucidi aut marini q; candidissimi & solidissimi: deficiteq; sale nitri par pondus conicito. In soleq; ardentissimo anni æstu per canis ortum cõfricato donec æruginis colore uireat: cõcretiõe uero pinguiter lẽtescat: conformaramq; in uermiculos rhodiacis similes reponito. Efficacissima eadem & grato colore fit: si aceti pars una urinæ ueteris duæbus misceat̃: cæteraq; ut pmonstratum est fiant. Quidam quod ex rasili ærugine relictum fuit admixto gummi in pastillos diuidunt & uendunt. Quod q̃m inutile est reprobat̃. Est præter hanc ẽt ærugo alia quæ ab inducentibus aurũ operibus suis in mortario pistilloq; ex cyprio ære & pueri urina fit: qua aurũ inducunt. Proportiõe cõiter cremato æri rñdent præmonstratæ æruginis omnes: efficaciores tñ in agẽdo sunt. Sciendum preterea antistare omnibus fossilem uermicularem æruginem: Proximam illi rasilem: Postremam oium fictitiã esse: & si maiore erodendi: adstringendiq; ptãte ea sit. Rasili pportiõe rñdet qua inaurantes uruntur. Pôt ĉrugo omnis adstringere: calefacere: oculorum cicatrices extergere & extenuare: lachrymas ducete: quæ pascendo serpunt sistere: uulneq; inflãmationes arcere & ulcera cũ cera & oleo ad cicatricem perducere. Eædem cum melle coctæ clauos purgant sordidaq; ulcera. Q uin etiã Ammoniaco ad collyria exceptæ fistulas & callos absumunt. Vtiles p̃terea oris uitiis quas epulidas dicunt & gingiuaꝝ excrescentiis. Palpebras ex melle inunctæ egregie extenuant. Veꝝ oportet cũ inunxeris spongia ex calida aqua fouere. Tollunt leptas itidem æruginis omnes terebinthina resina addito ære aut nitro exceptæ. Si quã cremate æruginem uolueris cremãda hoc mõ erit. In minutissimas partes cõcidito æruginẽ & in fictili patina positã ignitis carbonibus supponito: misceto q; donec mutato colore fauillæ similis euadat. Refrigeratam deinde repomito

& uere. Quidam ut premonstratum est in crudo fictili cremant: non semper tamen cremata in eundem mutatur colorem.

INTERPRES.

m Onstrauit Vitruuius suæ Architecturæ lib. vii cũ de coloribus ageret: æruginis unam tñ cõfectionẽ: eã. s. quæ secũda huic scriptori est. Suntq; eius post cõficiendæ cerussæ disciplinam hæc uerba. Eadẽ rõne lamellas æreas collocantes efficiũt æruginẽ: quæ æruca appellatur &c. Vocatq; insecti & uermis noĩe ærucã quã cæteri oẽs æruginẽ dixerũt. Nec nos scimus q̃ integra in eo scriptore ea uox sit. Aliqui qm̃ insecti quod græci campẽ dicunt ea appellatio est: Vermicularẽ illã æruginem ex similitudine ab antiqs Romanis dictã eo noĩe fuisse existimãt. Nos tñ qm̃ quã Vitruuius ærucã appellari ait a uermiculari distat. Nec aliqd illi simile aut cõe habet: uerũ ut diximus: qm̃ huic scriptori genus facit cõfirmare id non audemus. Dubitamusq; in Vitruuio male ærucam forsitan legi: ueráq; lectionẽ æneã aut æream esse: qm̃ latini scriptores aliq æruginẽ noĩ antes æneã aut æreã semp addiderunt: ut ex quo metallo æruginẽ dicerẽt certius indicarẽt. Neq; ab re qm̃ ut in græcis ἰὸς cõis ad æruginẽ & rubiginẽ uox est. Sic forte in latinis aliqñ fuerit: pmiscueq; ærugo in cũctis metallis diceref: & si priuatim in ære ea uox in usu postea esse tñ cœperit. Coniicimus hæc non decernimus. Eamq; ob cãm poterunt arbitrio suo de his legentes sentire. Quo loco deinde hic scriptor ait fieri itidẽ æruginẽ ex delimata æris scobe laminis ue illis ἃς περιχρίουσι τὰ χρυσᾶ πέταλα ἐλαύνοντες &c. Nosq; uertimus qbus inclusa aurea coronaꝝ folia extendunf. Adiecimus nos coronas: quæ nullæ tñ in Dios. sunt: ppterea q; de his necessario agebatur: nec poterant aurea folia illa aliter q̃ in coronis intelligi. Quod græci aliqd' indicãt de coruuis agentes: breuissimeq; Plinius dicens. Ocissime uero cõtrahit cõronariũ æs æruginẽ: illud intelligens quod in extendendis ex auro bratteolis in folioꝝ figurã in usu ea tẽpestate esset. Quod nũc alia rõne fit. Vitiũ nõ multo post signauimus: quo loco. s. de dephendẽdo rasilis æruginis adulterio agif. Male. n. sequax illic sermo est: nec satis (alioquin certa res) patet. Docet. n. pumice aut marmore adulteratam æruginem humore & attritu deprehendi: quoꝝ altero defluit: altero albescit ærugo. Quod in sincera non fit. Numeratur deinde inter alias uermiculatis æruginis uires a Dios. δάκρυον ἄγειν. Quod est lachrymas ciere: trahere: & ducere. Idq; tam manifeste ut in scriptore hoc intelligi aliter res nequeat. Nescimus tñ nos q̃ integer locus ille sit: non tã qa Plinius de ærugine rasili: cui uermiculatis nõ adeo dissimilis est lib. xxxiiii. capite. xi ait Vis eius collyriis oculoꝝ aptissima & de lachrymationibus mordendo pficiens: q̃ qa in oculoꝝ medicina cõpescunf nõ pritanf de lachrymationes. Erit id medicis diligentius animaduertendũ. Quos ẽt nouisse decet: quas Dios. ait. Epulidas sanare æruginẽ oris malũ esse: cui a gingiuis in qbus fit græci nomẽ fecerunt: descripserúntq; carnis excrescentias esse: quæ ab inflãmatione fiunt ad intimos molares dentes cũ febre & dolore nonnunq̃: A parulidibus differentes q; parulides inflãmationes sunt in aliqua gingiuaꝝ parte factæ: quæ nisi discussæ fuerint suppurant: & cũ suppurauerint secantur: infertisq; linatoentis aperiunf. Egit de Parulidibus his Celsus libro. vi. capite. xiii. longius maleq; in eo p parulidibus parotides legunf.

Epulides

DIOS. DE Ferri rubigine. Cap. xlviii.

a Dstrĩgit ferri rubigo: subdita fœminis ió eaꝝ fluctiões sistit. Pota cõceptꝰ impedit. Ex aceto inunguntf ea utiliter sacri ignes & papulaꝝ eruptiones. Reduuiis: digitoꝝ pterygiis: scabris palpebris & condilomatis utilissima est. Cõfirmat eadẽ gingiuas. Podagris inũcta pdest: & capilli defluuia q̃s alopecias dñt explet. Quin ẽt cãdẽs igne ferꝝ in aqua uino ue demergif utili cõtra ĩtestinoꝝ tormina: lienosos: bilis pfluuia quã cholerã dicũt: & dissoluto stomacho potu.

INTERPRES.

m Aluimus in ferro ob colorẽ rubiginẽ q̃ æruginẽ dicere ob eas quas non multo ante tradidimus cãs. Alioqn idẽ uitiosus in cũctis metallis euẽtus ẽ: cõiq; uoce a græcis oĩum metalloꝝ læuori contraria scabrities uocata est ἰὸς. n. in cũctis metallis uocãt quod uetustate: humore: cessatione ue asperitatis & mali coloris illis accreuit. Hñt etiam ἐρυσίβην qua rubiginẽ indicent: sed ut nos obseruauimus in frugibus potius q̃ in metallis. Legẽtes illud ẽt in capite hoc monemus: uidisse nos in græcis: nec negligendæ fidei codicibus: in qbus nulla erat extrema eius pars illa: qua iubef demergi aqua: uino ue cãdẽs igne ferrũ &c. Nos tñ ut erat seruauimus: ex quotidiano rei usu & ex eo quod Celsus monuit lib. iiii. capite. ix. inter lienosoꝝ remedia: pro quibus ait. Et post cibũ aqua a ferrario fabro petitur: in qua candens ferrum subinde tinctum sit.

ἰός
ἐρυσίβη

DIOS. DE Recremẽto ferri. Cap. xlix.

Sconã ferri. Romani recremẽtũ dñt. Põt recremẽtũ ferri eadẽ oĩa q̃ eiusdem metalli rubigo: minore tñ efficacia. Aduersaf ꝑterea aconito: in quẽ usum cũ aceto bibif.

Metalloꝝ

INTERPRES.

m Etallorũ spurtitiã ueteres græci scoriã uocauerunt. Romani auctore Celso lib. v. capite. v. recremẽtũ cã dixerũt Neq; in metallis mõ uerũ in multis aliis recremẽti uoce usi sunt; ut prio uolumine in crocogmatte dictũ a nobis ẽt ẽ. Græci in metallis priuatim scoriã suã seruarũt.

DIOS. DE Lotura plũbi & eloto plũbo. Cap. I.

m Olybdon peplymenon. Romani plumbũ elotũ dicũt. Lauat̃ plumbũ hoc mõ. Aquã in plũbeũ mortarium cõiicito: plũbeoq; pistillo confricato usq; dũ nigrescat & in limũ crassescat aq̃. Per linteolũ deinde eã traiicito aquam idẽtidẽ superinfundens ut qđ detritum est totũ trãsfundatur. Idq; iterum facito donec satis tibi eẽ uideat̃. Sinito post hæc quod lotum fuerit considere: effusaq; priore aqua & superinfusa alia Cadmiæ mõ lauato quousq; nulla supersit nigredo: cõformatumq; in pastillos reponito. Quidam purum plumbũ lima deterẽtes in lapideo mortario lapideo pistillo terũt. Aut manibus cum aqua confricant. Quod sub manibus paulatim ✠ nigrescens. Cũq; id considere pmiserint diffusa aqua q̃ primũ in pastillos cõformant. Quod. n. diutius confricat̃ cerussæ simile fit. Sunt ẽt qui plũbi ramentis lima detritis exiguã admiscent plũbaginẽ asserentes bonitate alia oĩa sic lotum plũbũ antecedere. Vis illi ẽ refrigerare: adstringere: opplere: mollire: cõcaua explere: oculorũ destillationes & in ulceribus carnium excrescentias cõpescere: Sanguinẽ præterea sistit. Facit ad sedis ulcera: condylomata & hæmorroidas cum rosaceo & quæ ad cicatricem ægre pducunt̃. Potestq; in uniuersum q̃cũq; & cinerula sine exulceratione tamen. Quin etiam contra marini scorpii draconisq; ictus utiliter simplex confricatur plumbum.

INTERPRES.

I Oturam plumbi Plinius ẽt inter latinos. xxxiiii. uolumine capite. xviii. adeo similẽ huic scriptori docet: Vt alieni decreti potius ĩterpres q̃ sui auctor uideri possit: Nisi aliqua addidisset: qbus nõ uariari rem sed certius & aptius tractari aliquis credat: Quale statim ẽ quod in eo legit̃ cœlestem exigi aquã: quæ in plumbeũ mortariũ coniicienda erit ut plumbeo pistillo circũacta mutuo mortarii & pistilli attritu plumbi substantia nigrescat & crassescat. Quæ duo tñ ille dixit: Nõ ut cæteri ĩterpretes addiderũt. Donec sucri modo crassescat aot cœnosa reddatur nõ animaduertentes quod a Dios. dicit̃ unom tñ esse καὶ γένηται ἰλυώδης .i. in limum crassescat: quæ uero sequunt̃ ἢ χυλώδης ἢ πηλώδης glossemata & interpratiões illius fuisse Dios. codicibus ab aliquo adiectas dum uult certius indicare qđ ἰλυώδης sit: quæ deinde ab imperitis librariis ĩ Dios. coaluerit. Idem. n. oẽs significãt: nec Plioius ut diximus aliud q̃ donec crassescat inquit. Quale ẽt non multo post quo loco hic ait. Quidam purum plumbũ lima deterentes in lapideo mortario lapideo pistillo terunt addidit ille Thebaico: lapideo. s. mortario: Sed ex ea gẽte lapide: ex qua ad usum medicinæ mortaria ut idem Plinius testat̃ pcipue probabant̃. Quod & si nõ multi faciendũ forte alicui uideat̃: Non tñ inutile penitus nouisse fuerit. Quemadmodum maiorẽ diligentiam exigit q statim in Dios. sequit̃ male sequax neccerto sensu locos: in quo spaciũ & in spacio uriii oota relicta a nobis est. Cæteri quod uerisimile erat & rei necessitatem secuti locum iudicio suo magis q̃ ex uocibus quæ illic modo legantur expleuerunt. Quod poterunt græca intelligẽtes uidere Nobis non uisum est alienis uostra miscere.

DIOS. DE Coctura plumbi & cremato plumbo. Cap. II.

c Rematur ẽt hoc modo plumbum. Sumito plumbi q̃ tenuissimas lamellas. In nouo fictili eas cõponito. Inspersoq; sulphurẽ alias supimponito plumbi lamellas. Rursusq; sulphur inspergito: iterũq; alias lamellas & sulphur donec fictile impleueris. Succendito deinde accẽsoq; plũbo ferramento aliquo miscetos: donec totũ cinefactũ sit: nihilq; non coctũ aut plũbeum supersit. Auferto deinde occlusis naribus: Noxius. n. halitus eius est. Crematur idem alio hoc mõ etiam. Delimatam plumbi scobem in fictile cũ sulphure coniicito & coquito. Sunt præterea q in crudo fictili cõpositas lamellas ut pmonstratũ est in fornacẽ coniiciunt aut

circumlito operculo exiguoq; ad spiramentum relicto foramine in carbonibus cremant. Sunt q cerussam aut hordea ꝓ sulphure inspergunt. Alii simplices plumbi laminas ualidissimo igni suppositas cremãt. Versantq; ferro ualide donec cinefiant. Difficilis tñ coctura hæc est: Diutiusq; sic coctũ plũbũ argenti spumę colorẽ cõtrahit. Nobis prior illa coctura magis placet: Lauatur crematũ plumbũ cadmiæ mõ & reponitur. Vires habet quales & lotum plumbum uerum efficaciores.

INTERPRES.

Rit operæ pretium certiorem adhuc plumbi cocturã nouisse cupientibus Pliniũ .xxxiiii. uolumine capite .xviii. audire. Multa .n. quæ desiderari posse nunc uidentur certius ab eo traduntꝰ Qualia sunt cũ sulphuri quod plũbi lamellis inspergendum est minutum adiicit; iubetq; trito sulphure ad eã rem uti; & cũ nñ naribus tñ occlusis plumbi cinerẽ tolli: sed spiritꝰ foraminibus ut os ẽt cõplecterẽt per quod respitatione poterat eadẽ cõtrahi noxa. Et cum in fornacem cõiectũ fictile in quo plumbi delimata scobs erit tamdiu coq uult donec percoquatꝰ figlinũ. Et cũ ferro misceri ꝑcipit ꝑter ferrũ ferulaceis rudibus idem fieri ẽt indicans. Nec minus cum cerussam aut hordea pro sulphure inspergenda pari pondere cũ plumbo sumi monet: Multaqoe alia eodem mõ docet; qbus poterit coctura plũbi certius tractati. Barbarus in postrema illa in qua simplices lamellas hic scriptor ait ἐπιθέντες ὄξει, πυρὶ χρῶνται &c. Ad acetũ pertiere coq; tractari rem oportere opinatus uertit. Quidã sinceras squamas aceto mersas in igne hñt &c. Cum tñ iudicio nõ nihil aceto in hac re opus sit quo in cerussam mutatꝰ plumbũ: & cui simili nullo alio liquore in coctura plumbi aliqua hic usus est. Legit ille in hoc scriptore locum ut nos paulo ante scripsimus Verumtñ ex melioribus & uetustioribus græcis legendum fuerat οἱ δὲ ἀκεραίους τὰς λεπίδας ἐπιθέντες, ὄξει πυρὶ καίονται. Quoꝝ uerboꝝ sensus ille sit quẽ nos reddidimꝰ. Quod enim illic est ὄξει igni adiicitur non ad acetũ ptinet. Male a librariis excriptus locus hominẽ decæpit: sed erat rei necessitate emẽdãdus. Nã ut cætera desint cũ hic ait ἀκεραίους lamellas eas .i. simplices nulla addita admixtaue alia re satis monebat; neq; aceto neq; re alia quapiã ad eam cocturã opus esse: Nos ẽt quod cæteri interp̃tes rude ferrea miscendũ esse hoc plumbũ dixerunt simpliciter ferramento aliquo & ferro uertimꝰ auctorẽ hũc & Pliniũ secuti: quoꝝ alter σιδήρῳ simpliciter alter ferro eodem mõ dixit. Humilia sane hæc sunt in interprete tñ nõ penitus negligenda. Siquidem rudis quæ græcis spathe est & rutabuli: alius usus & figura quondam fuit.

DIOS. DE Recremẽto plũbi & plũbario lapide. Cap. lii.

Corian. Romani recrementũ plũbi dicunt. Probatissimũ plũbi recremẽtũ quod cerussæ spẽm maxime refert: Quod densum est: Quod difficile frangitur: quodq; nullas hẽt plũbi reliquias: colore ad luteum accedẽte & uitri mõ pellucidũ. Potest cremato plũbo eadẽ: Magis tñ adstringit. Lauatur in lapidea pila adiecta aqua: tum in aliud uas diffuso qđ luteo colore supstabit. Agendũq; id quousq; totum absumptum sit recrementum. Dimittitur postremo dum considat: tuncq; effusa aqua in pastillos diuiditut & conformatur. Habet & lapis quẽ a plumbi specie molybdoides græci latini uero plumbarium uocant recremento plumbi uires proportione respondentes. Lauatut & hic eodem modo.

INTERPRES.

Onstrante id Celso Romani sermonis candido auctore græcoꝝ scoriã recremẽtum diximus Locus in eo est qnto suæ medicinæ libro capite .xviii. cũ ait plũbi recrementũ scoriã molybdu græci uocãt. Quid ãt in metallis scoria & recremẽtũ sit satis nõ multo añ i ferro dictũ a nobis fuit. Pliniꝰ eodẽ quo ĩ coctura plũbi diximus loco de scoria sed angustiꝰ q̃ hic egit.

DIOS. DE Stibio quod græci stimmi & stibi uocant. Cap. liii.

Timmi. Romani pariter græcis stimmi & stibi dicunt. Probatissimũ stibiũ est quod maxime radiat: fulgetq;: & cũ frangitꝰ crustaceũ uidetur nihil terrę aut sordium habens; quodq; facillime frangitꝰ. Stibi hoc aliqui uocãt. Sunt ẽt qui qđ oculos dilatet platyopthalmon: q larbasum: q ꝗ fœminæ eo utuntꝰ gynecion .i. muliebre & qui Chalcedonium appellent. Est illi uis opplere: adstringere: refrigerare: carnium excrescentias compescere. Vlcera ad cicatricem perducere: sordesq;: & exulcerationes oculoꝝ purgare. Compescit idem sanguinis excerebri mẽbranis

branis profluuia. Estq; in uniuersum uis eius cremato plumbo æqualis. Priuatim & hoc amplius habet. Non ducunt crustam quæ addito recenti adipe ambusta eo inũ gentur. Quæ uero crustam duxerunt additis cera & exigua cerussa ad cicatricē perducũtur. Crematur stibium crusta ex pistorio opere in panificio ducta circumlitũ: carbonibusq; obrutũ donec in carbones crusta illa transierit. Amotum deinde ab igne uetere uino aut mulieris quæ marem pepererit lacte restinguitur. Crematur & carbonibus impositum flatuq; accenditur donec ignescat. Si enim diutius uratur in plumbum transit. Lauatur æris & cadmiæ modo. Quidam tamen quo plumbi recrementum modo lauatur stibium hoc idem lauant.

INTERPRES.

f Tibium hoc est quod in medicinæ usum a ueteribus inuentum corruptis moribus paulatim ad formæ lenociniũ concessit: Cũ natiuo decore nõ cõtentæ mulieres ad fucũ & amoris illecebras abuti eo incœperunt. Audit̃ pro muliebri fuco ea uox aliqñ in sacris hebræorum literis cũ præcipit̃ ne stibio depinxerit aliqs oculos suos. Quã uocem ignorantes aliq a stœbe quæ huic scriptori herba est Stibiũ dici & fieri crediderũt: cũ tñ in Plinio & Celso nihil æq notũ sit: tradiderítq; Plinius. xxxiii. uolumine capite. yi. principalem illi usum circa oculos esse; ideoq; platyophthalmon uocari qm̃ eos dilatet eorumq; fluctiones & lippitudines inhibeat. Et qm̃ in cura decoris & formæ eo mulieres utebant̃ γυναικεῖον .i. muliebre ẽt dici: & si adiectiuo illi potuisse quondã cõiungi substantiuũ aliquod nomẽ suspicari aliqs possit: Verbi cã fucum pigmentum uel aut simile aliud qdpiã. Pñt desiderari alia ẽt quæ multa Plinius quo diximus loco longius tradit uolentibus in eo scriptore cognoscenda. Nos obiter pauciora quædam legentes monebimus: primũq; nõ legi in antiquoribus græcis in ꝓbatione stibũ τὸ μηδὲν ἔχειν γαιῶδες: quod est: nihil terrestre aut sordidũ hñs: sed γλιῶδες .i. nullũ lentorem glutinosumq; humorẽ: & nihilominus cõmentionẽ secutos nos esse. Quoniã longe a glutini lentore absit stibii substantia. Mox qđ cæteri interpretes in cremãdo stibio uerterunt adipe circũlitũ cremari eodẽ quo in Irione & scylla mõ dicentes. Nos qua in illis rõne tunc usi sumus eadẽ in stibio hoc usi ex panificio & pistorio opere crusta inuolutũ cremari diximus: Persuasitq; id non tã quæ tunc in huiuscemodi cocturis rõnes traditæ a nobis fuerunt: q̃ rei manifesta hoc loco necessitas Cremandum. n. hic monet ἄχρις ἂν ἀνθρακωθῇ τὸ στέαρ. Quæ uoces nihil significare aliud possunt q̃ usq; dũ in carbones adeps trãsierit: qđ nullus hactenus in adipe uidit: & nisi rez mutet̃ natura uidere nõ poterit. Neq; n. ex adipe qui totus igne perit carbones superesse pñt. Plinius bubuli primo fimi offis circũlitũ uri ĩ clibanis iubet: rñdetq; id factæ in panificio & opere pistorio crustæ a nobis dictæ. Durat̃ n. & hoc ad ignem: paulopost tñ ut in scylla fecerat alios tradit stibiũ non fimo sed adipe circũlitũ coquere. Cuius contrarius fimo in igne euentus est. Oẽm hanc ut in scylla diximus diuersitatẽ duarũ in græcis uocũ σταιτὸς & στέαρος similitudo fecit. Quaz altera posterioribus græcis adipẽ semper nec aliud qdpiã significauit. Altera nihil nisi maceratam aqua in panificio farinã: nondũ tñ fermento acescentem Dico aũt posterioribus græcis στέαρ adipem semper nec aliud quidpiã significasse. Quoniã sunt qui testent̃ στέαρος uoce ζύμην .i. fermentũ ẽt aliqñ indicatũ fuisse. Quod nos quemadmodũ nõ reiicimus: sic ẽt ꝑ re nostra libenter mõ admittimus. Nihil. n confirmandis quæ dicimus aptius Quoniã si fermentum aut fermento aliquid coniunctum simile ue στέαρ etiã ĩdicet. In coctura rerum ad medicinam adipis latina uoce utendum illis pro eo non fuerat. Nosq; descriptione illa nostra quocunq; modo scribatur significetq; in scriptore hoc ea uox apposite & ex re usi semper fuerimus.

DIOS. DE Plumbagine metallica. Cap. liiii.

m Olybdenã. Romani plũbaginem dicũt. Probatissima est plumbago quę argenti spumæ spẽm præ se fert: Flauo colore est: modice splẽdet & in attritu ruffescit. Quæq; in oleo cocta iocinoris colorẽ cõtrahit. Deterior contra q̃ aerisaut plũbi colore erit. Gignit̃ ex argento & auro plũbago. Est fossilis qđ plumbago ẽt quæ ad coryci sebastiã fodit̃. Probaturq; in hoc gñe quæ nec recremẽti spẽciẽ hẽt nec calculosa est: sed quæ flauescit & splendet. Vires habet argenti spumæ & plumbi recremento æquales. Quinetiam coquitur eodem modo lauaturq;. Aptior hæc emplastris quas liparas uocant & bis quæ sine erosione medẽtur utilius miscetur: augendis carnibus & inducendis cicatricibus accomodata. Medicamẽtis tamẽ quæ glutinando & abstergendo sint inutilis neq; accomodata.

INTERPRES.

g Alenam bisterue trigesimotertio & quarto suæ historiæ uoluminibus græcorum metallicam molybdenã Plinius uocauit: Nõ tam ut a molybdena plumbagineq. sui generis herba: quam.xxv.eiusdem historiæ uolomine capite.x. priuatim plumbaginem dixerat alia appellatione secerneret: q̃ quia scribente eo suam historiam hæc erat priuatim metallicæ plumbaginis appellatio ab Hispaniæ Galecia ut credimus facta in qua celeberrimæ quondam metallorum fere omnium fodinæ fuerunt. Quæ qm̃ nostra ætate nulla est: nec habet ea uox aliquam nũc significationis æstimationẽ impune & sine inuidia relicta a nobis fuit: presertim in re quæ ex substantia sua certius indicanda erat Plumbago ob eam causam molybdena hæc dicta: & ne cum herba misceret ex metallo nota illi adiecta est. Herbam quo diximus loco Plinius manifeste plumbaginem uocauit: causamq; addidit qm̃ si cõmanducata oculis subinde religetur plumbum quod ẽ in ea parte uitii genus tollat. Metallum toto hoc capite Dios. nihil simile commune ue cum herba habens quæ in plumbi nomen & honorem ex usu tantum recæpta est. Id aũt ex plumbi substantia iustius plumbaginis nomen inuenit. Gigni hanc ex auro & argento hic scriptor ait: quale aũt id sit Plinius ostendet ad hærescere dicens argenti & auri fornacibus. Ostendet itidem plumbi uenam esse plumbaginem: multaq; alia quæ nos breuitati consulentes relinquimus in eo scriptore nouisse ea uolentibus exposita. Fit quod nouerũt metallici plumbago alterius metalli argentiq; presertim coctura: quodq; excretũ ex his plumbosum fuerit plumbago ueteribus fuit. Verũtamen fossilis eadem quondã inueniebatur ad coryci ut nos uertimus Sebastiam: in Asia tunc notissimam regionem: cui corycũ hic adiecit ut a reliquis quæ diuersis regionibus Sebastiæ urbes & oppida tũc audiebantur separaret. Fuit enim frequens id quondam nomen: Numerabaturq; in Armenia Sebaste ciuitas: numerabatur in Iudæa: numerabant & aliis locis aliæ: Omnes in Romanorum cæsarũ gratiam sic dictæ. Quas enim Augustas Germania & Hispania nominauerũt eas græci sebastas & sebastias dixerunt. Est enim Sebaston græcis idem quod Romanis Augustum. Intelligitq; hic scriptor κατὰ σεβάστειαν καὶ κώρυκον ὀνομαζομένην dicens: Coryci Cherõnesum hoc nomine quondam in Asia sic appellatam.

DIOS. DE Argenti recremento. Cap. lv.

c Cotian argenti. Romani argenti recrementum dicunt. Helcysma uocatur argenti recrementum. Plumbagini easdem habet uires: Ea propter nigris emplastris & his quæ ad cicatricem perducũt miscetur ob eam quam habet adstringendi & extrahendi uim.

INTERPRES

c Coniunctum natalibus plumbagini argenti recrementũ est: ideoq; paulominus q̃ cõtinuata historia a Dios. docetur. Fit enim ex argento utrũq; In scoriæ metallicorũq; recremẽtorum omnium genere solum argenti recrementũ priuatim helcysma græcis dictum ẽ. Testatur id Plinius.xxxiii. uolumine capite.vi. his uerbis. Scoriam in argento græci uocãt helcysma. Testantur idem græci latiniq; omnes: nec aliunde q̃ ab extrahendi ui quam habet factum illi nomen est. Cæteri interpretes in capitis huius emplastris quas hic φαιὰς uocauit aut græcam seruarunt uocem aut fuscas uertecunt. Cum tñ facilius certiusq; nigras simpliciter dixisse fuerat auctore Celso: qui quinto suæ medicinæ libro nigras simpliciter uocat. Quemadmodum quas superiore capite hic ipse liparas lenes ille appellauit: & si pingues dici ẽt potuerint: qm̃ præter metallum aliquod ceram suillum adipem & oui uitellos haberent. Illæ uero a colore nomen sibi fecissent q multiplex in eis quondam fuit niger: smaragdinus: ruffus uiridisq;.

Emplastri lenes & uirides

DIOS. DE Spuma Argenti. Cap. lvi.

l Ithagiron. Romani spumam argenti dicunt. Fit argenti spuma quædam ex harena: quæ a græcis molybditis quasi plumbaris uocatur in fornace usque dum tota in ignem penitus transierit cocta: Fit quædam ex argento etiam: Quædam itidem ex plumbo. Bonitate antecedit alias omnes attica: Secundus illi honor ex Hispania est. Post has quæ in dicæarchia Campania Sicilia puteolis & bais fiunt. Copiosa enim omnibus his locis conficitur plumbeis incensis laminis. Appellaturque quæ flauo colore est & splendet Chrysitis quasi aurea omnium optima. Quæ uero in Sicilia fit a candore argiritis quasi argentea nominatur. Quæ

tur. Quæ postremo ex argento fit Calautitis appellata est. Vis argenti spumæ & natura est spissare: mollire: concaua explere: catnium excrescentias reprimere: ad cicatricem perducere: refrigerare & opplere. Coquenda argenti spuma hoc modo é. In frusta iuglandis nucis magnitudine eam diuidito: in carbonibus ponito: sollibusq; usq; dum ignita candeat uentilato. Auferto deinde inhęrętes illi sordes omnesque purgatamq; reponito. Quidam aceto uiooue restinctam iterum & tertio coquūt: sicq; coctam reponunt. Lauatur eadem cadmiæ similiter: dealbaturq; quo mox dicef modo. Sumito argenti spumam quæ argyritis quasi argentea dicta est: & si ea desit aliam: diuiditoq; fabarum magnitudine atici modii mensuram: tum in nouū conicito fictile aquamq; superinfundito candidi tritici modium adiicieos. Seorsum a tritico itidem in puro raroq; linteolo quantum manu capies bordeum colligato: & e fistilis aure suspendito. Coquito deinde donec disrupta cute frangātur hordea. Post hæc io nouum patentioris; oris craterem transfans omnibus triticum quidem ei/cito a reliquis separatum. Spumam uero argenti adfusa aqua lauato manibus q; ualidissime confricans. Mox separatam ab aqua argēti spumam siccatamq; io Thebaico mortario calida superinfusa aqua donec soluta omnis sit terito: tum per colū traiecta aqua rursus integram diem terito. Vespere autem iniecta calida aqua dimittito. Matutino deinde effusa aqua nouam superinfundito terq; septem diebus effundito pariter & infundito. Post quod tempus fossilis salis drachmas quinq; spumę argenti poodo miscebis: calidaq; adfusa aqua ter per diem confricabis miscens & per colum traiiciens. Cumq; candorem traxerit calidam superiofundeos aquam idē facito donec salsugiois nihil supersse illi sentiatur: tuncq; sub ardentissimo sole siccatā omni exucto humore reponito. Quod si id nolis. Spumæ argenti quæ argyritis dicitur poodo libram sumito: concidito diligenter: concisæq; triplum fossilem tritum sale mmisceto & io oouum fictile omnia cooiicito: superinfusaq; aqua usq; dum superstet quotidie matutino & uespere misceto aquam cootinue superinfundens: sed nihil ex priore aqua effundens. Idq; triginta diebus facito nisi enim miscueris in testaceam soliditatem duratur. Post hæc effusa leniter salsa omni aqua illa in Thebaico mortario argenti spumam terito: Coniectamq; in fictile superinfusa aqua manibus diligenter misceto primam effundens & nouam continue supinfundens aquā: Donec omnem salsuginis saporem amiserit: Acceptum postremo quod in spuma argenti candorem duxerit in pastillos conformato: & in plūbea pixide seruato. Quidam argenti spumam in frusta fabarum magnitudine diuisam in crudo suillo uętre in aqua coquunt: quousq; uenter coctura flaccescat. Exemptam deinde & cum pari sale tritam ut pręmonstratum est lauant. Sunt etiam qui salis pōdo libram & spumę argenti tantundem sub sole in aqua terunt aquam continue effundentes donec cādorem duxerit. Alii aliter etiam id agunt. Sumitur spumæ argenti quantum aliquis uoluerit. Candidaq; laoa inuoluta argenti spuma in nouum fictile coniicitur: tum additis aqua & purgatæ non tameo uetustæ fabæ maouali mensura coquitur. Cūq; disruptæ fabæ erunt & laoa candorem duxerit: Exempta argēti spuma noua lana in uoluta iterum coquitur additis aquæ cyatho fabarumque pari mēsura & eadem antedictis omnia tertium fiunt. In uniuersum q; usque dum laoa ultra non inficiatur. Postremo cum io mortarium argenti spumam trāstuleris octoginta atticis etus drachmis fossilis salis pondo libram misceto & terito. Dimittito deiode aliquatulum mox nitri q̄ candidissimi aqua diluti quadragiota & sex dracbmas illi adiicito: rursusq; terito donec candorē spuma argenti duxerit. Sicque in fictile patentioris oris

translatam copiosa superadfusa aqua considere finito:& cum consederit per colum traiicito nouam superadiiciens aquam & manibus miscens. Quo tempore ut iterũ considat dimittito & cum consederit per colum traiicito:alternisq; prædicta omnia facito donec pura effluat aqua:dulcisq; fit nullo salsuginis sapore. Post omnia in nouum fictile translatam omniq; sensim per colum traiecto humore diebus.xl.per canis æstum in sole habeto siccatoq; & utere. Videtur autem lota argenti spuma hæc oculorum medicinæ accomodata esse:Sedis itidem cicatricibus: rugosis ulcibus & maculosis.

INTERPRES.

Perosa græcis ut uidetur lithargyri sui confectio fuit. Licetq; pter argentum ex plumbo ẽt fieret:A meliore tñ metallo nomen seruauit. Compositaq; ex argento & lapide appellatione ex qua præcipue fieret substantiã græci indicauerunt: Lapidem uenam eius metalli intelligentes. Quæ conflata igne ut in coctura oĩ fit eam ueluti spumam redderet. Latini cocturæ eius euentum & quod ex ea fieret cõtemplati eiusdem metalli seruato nomine spumam argẽti uocauerunt. Fuitq; nõ Plinio tñ sed cunctis aliis Romani sermonis primis auctoribus in indicãda re hac propria & quotidiana ea uox Nec dubitandũ alicui est non esse latinis argenti spumam q̃ græcis lithargyros est. Vnusq; satis in ostendenda re Plinius erit qui.xxxiii suæ historiæ uolumine capite.vi omnem spumæ huius cõfectionẽ: discrimina:appellationes:cocturam:loturamq; & usum similiter huic docuit:Argenti spumã semper appellans. Eritq; scriptorem eũ legẽtibus in tota hac re non paruum operæ pretium. Multa enim angustius ab hoc scriptore dicta certius audient:& ex his quæ aliter ab eo traduntur suspicari in Diosc male forsitan legi aliqua poterunt Quale est quo loco hic instituit candida oportere lana inuolui argenti spumam:& cum coniecta in nouum fictile fuerit adiectæq; erunt aqua & fabæ & his in coquendo disruptis lana candorem duxerit &c. Quod totum sic redditum a nobis fuit ut in omnibus græcis legitur in quibus est ὅταν δὲ οἱ κύαμοι διαρραγῶσι·τό, τ' ἔριον λευκανθῇ. Quod est. Cum fabæ disruptæ erunt & lana candorem duxerit:Cum tñ parũ uerisimile sit bis eundem colorẽ obseruari debuisse. Candido enim colore hic iubet lanas ab hoc fumi: uidebaturq; candidas elegisse ut mutato eo colore indicaret perfectam esse cocturam:at non poterat quod candidũ natura erat licet illi idem color accreuisset certam mutationem indicare. Eãq; ob cãm quod est illic uerbum λευκανθῇ significatq; candido colore factũ fuerit: Non sic sed aliter legi oportere: Presertim uariãtibus græcoꝝ codicibus in quibus λεανθῇ etiam legitur. Agentibusq; id nobis inclinabat animus legi & intelligi aliud eo loco oportere μελανθῇ scilicet.i.nigro colore facta fuerit;presertim docente Plinio de nigredine eo loco aliquid:& hoc ipso idem indicante cum ait usq; dum lana ultra nõ inficiatur:quod inficiendi uerbum in latinis & βάπτεσθαι in græcis nigrum potius q̃ album colorẽ indicat. Barbarus hoc ipsum sentiens ad nigredinem rem transtulit:nos tñ parum certe id Plinio dicente nihil mutare ausi sumus. Monemusq; id tñ: cui similia pleraq; alia poterunt diligentiores toto hoc capite deprehendere:& in re quæ iam pridẽ tractari hac ratione desiit tam operosæ confectionis certiores intelligere rationes.

DIOS. DE Cerussa. Cap. lvii.

Psymmythion. Romani cerussam dicunt. Fit cerussa hoc modo. In dolium patentissimi oris aut in fictilem gastram (uentrosi uasis id genus est) acerrimum infundito acetũ. Subiectaq; ex barundinibus fictilis ori storea plumbeam superimposito regulã:& ne spiret acetum iniectis stragulis diligẽtissime operito usq; dum plumbea illa tegula soluatur & soluta ciderit. Tunc quod erit purũ & in summo fluitabit per colum traiicito. Quod uero limosum subsederit in aliud uas transfetendũ & in sole siccandũ:Trusatili deinde mola terendum aut alia rõne aliqua friandum & cribro excernẽdũ erit. Post hæc quod durius superierit mola repetendũ cribroq; iterũ excernẽdũ ẽ:eadẽq; oĩa alternis tet quaterq; faciẽda. Antecedit bonitate cæteras q̃ cribro primũ excussa cerussa ẽ:oculorũ medicinæ seruanda: Secũda bonitatis est q̃ secũda cribro excussa fuerit:deincepsq; aliæ. Quidã imedio uasis ligna suspendũt:plũbũq; in eo q̃ stratum illic uocant: sic tñ ne acetum tangat imponunt. Operculatoq; & circumlito uasis ore dimittunt. Tum post dies aliquot

amoto

amoto operculo contemplantur. Et si solutum plumbum fuerit antedictis similiter omnia faciunt. Quod si in pastillos cōformare cerussam aliquis uoluerit acri prius aceto maceranda: tum diuidenda & in sole siccanda est. Aestate agenda omnia hæc sunt. Sic enim candida & efficax cerussa fit. Conficitur tñ & hyeme furnis: balneis ue aut fornacibus superpositus doliis. Qui enim sursum fertur calor pro sole ē. Probatur præcipue quæ Rhodi Corynthi ue aut Lacedæmone confecta fuerit. Secundæ notæ est: quæ ex Dicæarchia affert. Coquēda cerussa hoc modo est. In ignitis carbonibus testam nouam præcipueq; atticam ponito: tū tritam cerussam testæ illi inspergito: misceto q; continue donec in cinerem transierit. Amotam ab igne deinde refrigerato & utere. Est & alia cerussæ coctura huiuscemodi. In nouum fictile friatam cerussam conicito: carbonibusq; in fictili superpositam ferula misceto donec sandarachæ colorem duxerit: amotaq; ab igne utere. Quæ sic curata cerussa fuerit sandix a quibusdam appellatur. Lauatur cerussa cadmiæ modo: habetq; refrigerandi: opplendi: molliendi: explendi: extenuandiq; uires. Leniter præterea excrescētia reprimit & ad cicatricem perducit: ceratis emplastrisq; quas liparas. i. lenes dicūt & pastillis mixta: Letalis cerussa est & ueneni maleficium habet.

INTERPRES.

Ant gentibus cerussam plumbariæ officinæ. Conficiuntq; eam huic sceiptori eodē mō Plinius & Vitruuius: alter historiæ naturalis xxxiiii. uolumine capite xyiii. alter suæ architecturæ. yii cōmentario. Laudantq; ambo & cunctis aliis præferunt Rhodiam: non tamen bonitatis eius censum pergentes ultra faciunt. Hic diligentior & humanæ saluti certius & ex professo consulens post Rhodiam Corinthiam & Lacedæmoniam: & ab his quam Campaniæ Dicæarchia conficiebat: numerauit. Nec aliquid legentibus in cerussæ confectione desiderādum reliquit q̄ dierum numerum quo operculatum & circumlitum uas illud dimittendum sit. In prima siquidem confectione donec solutum fuerit plumbum. In secunda δι᾽ ἡμερῶν ἀφαιροῦσιν &c. Quam partem deficiente dierum numero post aliquoc dies nos uertimus Potuit quidem numerus ille huic scriptori librariorum incuria periisse. Verumtamen Vitruuius ēt nullo tēporis certo decreto spatio (post certum enim tempus tantum ait) quæ a Dios. incerta relinquuntur confirmasse uī: esseq; tempus id cum solutum fuerit plumbum Plinius rem certius tractās his uerbis rem docet. Fit & alio modo addito in urceos aceti plūbo obturatos per decem dies. Credimusq; nos & paulominus q̄ p comperto testamur diebus scriptoris huius adiciendum esse denarium Pliniū numerū. Inconcinnus enim & scriptore hoc indignus sermonis ductus ille est. Neq; enim δι᾽ ἡμερῶν aliud q̄ post dies significat. Quæq; a nobis & ab aliis indefiniti numeri uox aliquot addita est ad cōcinniorem sensum & maiorem rei certitudinem addita est Quemadmodum a principio capitis etiam cum diximus (uentricosi id uasis genus est) græcorum gastram certius indicantes & uasis in medio tumentis formam ostendentes qua olearii urcei nostra ætate passim uidentur Quod Plinius intelligens urceos in hoc ipso usu sæpe appellauit. Quam deinde hic μολυβδίνην πλίνθον imponendam uasis ori dixit Barbarus cōem eius uocis æstimationem secutus laterem plumbeum imponi iussit. Alter aptius laminam plūbeam. Nos tegulam certiore adhuc ut credimus similitudine & græcæ uocis seruata significatione. Siquidem πλίνθου appellatione laterem quidem plerunq; aliqn̄ tñ oēm in ædificio necessariam figlinam. Lateres. s. imbrices tegulas: & siqua in hoc genere alia sunt antiquiores græci uocauerunt: & ex tegularum similitudine hic plumbeam plinthū dixit uasi huic superponēdā esse: cuius patentius os lateris unius latitudine totum tegi non poterit. Quin etiā in columnis architecti Plinthum noīauerunt: quod in earum basi spiris subiacet Vtq; in superiore capitulo abacus: sic inferiore basi Plinthus est exæquata latitudine ueluti tabula Sunt & alia his similia in reliquo capite quæ nobis & aliis eadem non sunt legentium diligentiæ & censuræ relicta.

DIOS. DE Chrysocolla. Cap. lviii.

Hrysocollam, Romani pariter græcis chrysocollam dicunt. Bonitate oēs alias antecedit: quæ ex Armenia affertur Chrysocolla colore usq; ad faciem tatē uirente. Secūdæ bonitatis est quæ ex Macedonia. Postremæ q̄ ex Cypro. Anteferēda in uniuerso hoc genere quæ pura est. Reprobāda e diuerso q̄ terra & calculis plena erit. Lauanda prior illa hoc modo est. Tusam in mortario Chry-

socollam affusa aqua patente & aperta manu ualide in mortario confricato: tũ usq; dum considat dimissam per colũ traiicito: nouaq; supinfusa aqua iterũ confricato: facitoq; id uicissim confricans & per colum traiiciens donec pura sinceraq; supersit chrysocolla. Postremo in sole siccatam reponito & utere. Quod si cremare Chrysocollam uolueris hoc mõ id facito. Terito ex ea quod satis erit: & regeti impositam in carbonibus collocato: cæteraq; ut in præcedentibus præmonstratum est facito. Vlcera extergit Chrysocolla: carnium excrescentias reprimit: repurgat: adstringit: calefacit: leniterq; cum erosione aliqua exest. Vomitiones præter hæc facit Chrysocolla & in genere letalium est.

INTERPRES.

Duplex antiquis Chrysocolla fuit si Plinio in latinis: In græcis uero eius gẽtis medicis credendum est: Altera quæ in cũctis fere metallis: laudatior tñ in ærariis inueniretur. Altera quæ ut græcorum scriptores docent rubro ære & impubis pueri urina: ut aũt Plinius monuit cypria ærugine & eiusdem pueri urina addito nitro tẽperaretur. Hanc aurũ operibus inducentes agglutinando auro necessariá sibi uendicauerunt ab hoc usu noiatam existimantibus cũctis. Siquidẽ nihil Chrysocollæ uox aliud q̃ auri glutinũ indicat. Metallicá cõtra illá medici sibi seruarunt. Naturalẽq; per uenas auri defluentẽ crassescente limo hibernis frigoribus usq; in duritiẽ pumicis: de qua tñ hoc capite agitur: ideq; scõ noie: Quãuis ut antiqores oẽs testantur laudatior in ærariis metallis flueret: pximaq; illi in argentariis: Postrema aũt in plũbariis q̃ auraria prope illa uilior etiá esset: & nihilominus nomẽ illi ex auro factũ est: ob ptium bonitatẽq; alias deferentibus auro hũc ẽt ut credimus honorẽ gentibus Nihil metallicá Chrysocollá pitiores aliud esse tradiderũt q̃ humorem p puteos metallorum defluentẽ q frigore ut pmonstratũ est in pumicis duritiem duretur Nec minus cura ẽt fiat sed multo infra naturalẽ illũ imissis p metallorum uenas aquis leuiter tota hyeme usq; in iuniũ mensem: dein eo pe siccatis ut plane intelligatur putrem metalli uenam esse chrysocollam colore uiridi ob quam cám hic primõ laudauit τὴν χροιὰν κατακόρως πρασίζουσαν. Quod redditũ a nobis est usq; ad satietatẽ uirentem. Satietatẽ intelligentib' qd abundet & ex copia facto fastidio minus placeat. Nec ultra id quicq̃ adiecimus totidẽ huic scriptori uerbis rem ostendentes. Cæteri interpretes quæ ab eo nõ dicuntur pleraq; addiderũt. Alter ad porri colorem contracta re ratus πρασίζειν uerbũ qm̃ græcis πράσον porrũ sit eius oleris colorem tñ idicare: cũ tñ oẽm uiredinem eo uerbo græci indicẽt hoc uno ut cætera omittamus indicio q̃ πρασιὰς in hortis uocat ea gens cõsitas oleribus ideoq; uirentes areas. Alter ex Plinio lõgius q̃ oportebat rẽ descripsit: qui. xxxiii. uolumine capite. v. chrysocollæ huius bonitatẽ indicans ait Sũma cõmendationis est ut colorem herbæ segetis letæ uirẽtis q̃ simillime reddat. Quæ tota τὸ κατακόρως πρασίζειν in scriptore hoc sũma est. Potuit ille sui auctor: nõ alieni operis interpres qua magis placuit rõne quod scribebat docere. Interpretẽ cõtra auctoris sui uestigiis inherere oportuit ne frustra cogeretur aliqñ herbam & uirentes letas segetes quæ nullæ in scriptore hoc sunt aliqs quærere Hæc est chrysocolla illa qua Romanæ historiæ scriptores stratũ a Nerone circũ maximũ dixerunt qua die cõcolori panno aurigaturus esset. Bonitatis chrysocollæ censum p nationes aliter Plinius quo diximus loco tradidit. Reliquit in cypriá: & pro ea largissimá in Hispania inueniri ait Vitruuius vii. suæ architecturæ libro pingendis parietibus forte utiliorem solá macedonicá laudauit. Verba eius sunt. Chrysocolla apportatur a Macedonia: Foditur aũt ex his locis qui sunt proximi ærariis metallis Quotidianus & multus fuit quondá in pingendis tricliniis rubiculis & porticibus chrysocollæ usus: qm̃ siluarum & uirentis agri modo oculis color eius blandiretur: quemadmodũ nunc ẽt sed alio colore uiridi. s. creta passim fieri uidemus. Quod superest unũ adhuc monebimus cõtra aliorum editiones a nobis redditũ: Quo loco. s. hic ait hr̃e chrysocollá δύναμιν σμηκτικὴν ut fere in cunctis legitur οὐλῶν quæ uox cicatricũ significat. Ideoq; ab illis. Valet cicatrices exterere: & ad purgãdas cicatrices locus redditus est. A nobis aũt ad extergẽda ulcera contracta res fuit Habuimusq; in ea diuersitate auctores ueterũ primo & meliorum codicũ fidem: in qbus ἑλκῶν. i. ulcerũ non οὐλῶν i. cicatricũ legitur. Mox Paulum Aeginetá. vi. suæ medicinæ libro testatum ἕλκεσιν κακοήθεσιν ἁρμόττειν i. dolosis & maleficis ulceribus accomodatá esse. Et si recipiẽdũ sit quod quadátenus simile fuerit Plinium etiá qui eodem loco ait. Vsus chrysocollæ & in medicina est ad purganda uulnera nõ adeo dissimili ulcerum & uulnerũ natura euentuq; ut nõ possit hoc ẽt ueluti teste quod dicimus cõfirmari. Adiiciemus præterea ne suspitiones nostras ẽt relinquamus: non penitus abre forsitan fore cicatrices legi non tamẽ simpliciter sed oculorum Quoniá idem eodem loco Plinius dixerit. Miscetur & collyriis ad oculorum cicatrices. Quod si recipiendum sit perisse oculorum uocem eo loco constituendum erit. Verũtamen nullibi in græcis inuentis oculorum cicatricibus aliquibus & in probatioris fidei inuentis ulceribus accedente Pauli testimonio in ancipiti illud elegimus.

De Armenio.

DIOS. DE Armenio lapide. Cap. lix.

p Robatur Armenius lapis in quo læuor & cœruleus color aliquis est: q̃ æq̃liter cõicato sibi eo colore splendet. Non calculosus & friabilis est. Præstat eadem quæ Chrysocolla: uiribus tñ ea infirmior. In genere eorũ est quæ in medicina alendis tantum palpebrarum pilis usum habent.

INTERPRES.

m Ittebat quondã Armenia sui nominis lapidem hunc. Chrysocollæ modo is infectus erat: colore maxime uiridi; sed cum cœruleo cõmunicato. Idq; est quod hic ait καὶ τὸ χρῶμα κυανεῶν ὁμαλόντι. Vertimusq; nos in quo cœruleus color aliquis est & æqualiter cõmunicato sibi eo colore splendet. Meminit Armenii Vitruuius etiam lib. vii. sed ut doceret tantum: quem in architectura & pingendis parietibus usum quondam habuerit.

DIOS. DE Cœruleo. Cap. lx.

c Yanon. Romani Cœruleum dicunt. Nascitur in Cypro cœruleũ ĩ ærariis fodinis: Plurimũ uero ex littorali harena fit. quæ in cauernis speluncarũ mõ in mari factis inuenit̃: quod & bonitate excellit. Eligẽda harena illa est: q̃ crassissima sit. Coquit̃ chalcitidis: lauat̃ aũt cadmiæ modo. Est cœruleo uis & natura reprimere: leniter exedere: exulcerare: & crustas ignis modo inducere.

INTERPRES.

c Olorũ duplex quondã quẽadmodũ & nostra ætate rõ fuit. Nascunt̃ n. aliqui: & exigua aut nulla hoĩs opera ad tẽperaturã indigent. Fingunt̃ contra aliq̃: & sine hominis opera nulli sunt. Nascunt̃ Ochra: Miniũ: Chrysocolla: & pleriq; alii. Fingebant̃ aũt quõdã atramẽtũ: erugo: hyalos: pluresq; alii q̃bus similes nostræ ætatis pictura nũc & multos alios fingit. Facileque erit uolentibus antiquorũ in his temperaturas cõfectiõesq; oẽs a Plinio & Vitruuio audire. Cœruleũ in utroq; genere quondã fuit. Nascebat̃ enim & fingebat̃. Illud in metallorũ fodinis: presertimque æris in quo gñe Cypriũ hic cæteris anponit. Hoc littorali harena: nitro: æreq; ui ignis excoctũ eosdem in pictura habebat usus. Fuitq; ut fere oĩum in natura rerum fortuna est multiplex cœrulei bonitas: ex nationibus confectionisq; temperatura ab antiquioribus obseruata. Quæ omnia a duobus illis scriptoribus certius docentur: ab altero naturalis historiæ. xxxiii. uolumine capite. xiii. ab altero. vii suæ architecturæ cõmentario: quæ potuissent: debuissentq; a nobis repeti hoc loco: nisi iisdem uerbis cuncta illa in corollario suo Barbarus collegisset. Nec eo secius nostra hæc legentes hortamur historiæ pigmentorumq; disciplinæ huius magistros sibi antiquos scriptores illos potius fecisse. Intelligent enim certius quid nam in cœruleo hic dixerit Nasci in Cypro in ærariis fodinis & ex littorali harena copiosissimum fieri cœruleũ: qđ in toto hoc capite p̃cipuũ est.

DIOS. DE Indico lapide. Cap. lxi.

i Ndicon. Romani pariter græcis indicũ dicunt. Duo indici genera. Alterũ sponte sua in India nascit̃ in harundinibus regionis eius spumæ mõ erumpens. Alterũ qđ infectiuũ uocant. Velnti flos purpuræ: hoc est æreis cortinis supernatans. Quẽ despumantes infectores siccant. Probatur qui cœrulei spẽm hẽt & cũ læuore succosus est. In genere leniter adstringentiũ inflãmationesq; & tumores erumpentium Indicus lapis est. Purgat p̃terea ulcera & reprimit.

INTERPRES.

n Num tñ Indici genus ostẽdi nũc põt; neq; antiquũ forte illud qđ ab Indis in q̃bus nascitur nomẽ sibi fecit: alterũ ex quo desiit tingi purpura nullũ inter gẽtes est. Nouerũt nũc oẽs Indicũ quẽ nostra ætas habet: eamq; ob cãm in uulgari re nihil ultra nobis laborãdum.

DIOS. DE Ochra. Cap. lxii.

o Chran. Romani pariter græcis Ochram dicunt. Probat̃ ochra quæ leuissima est: & undiq; lutea: nõ calculosa: & genere attica. Cremat̃ Ochra lauaturq; Cadmiæ modo. Est illi uis adstringere: exedere: collectiões & parotides discutere: excrescentias carnium reprimere: cum cera concaua explere: & quas græci poros dicunt concretas circa ossa lapidosas durities frangere.

INTERPRES.

a Pallore nomē Ochræ antiqtas fecit. Terra ea est quæ quondam in Attica laudatissima fo-diebat᷑ Vtq; illi pretiū & honor in pictura maximus fuit: Sic nostræ & uulgari multiplex & sine honore aliquo usus est. Quos habuit & habet in medicina usus hic docuit: quos autem in pictura pictores iampridem quotidiana tractatione nouerunt.

DIOS. DE Cinnabari. Cap. lxiii.

c Innabaris. Romani pariter græcis Cinnabarim dicūt. Falso existimant quidam Minio eādem Cinnabarim esse. Miniū.n. in Hispania ex lapide quodam argentariæ harenæ mixto cōficit᷑ ✠ Aliter aūt nō discernitur. In fornace siquidem excoctū miniū floridū & fulgētissimū colorē cōtrahit. Habetq; in fodinis exitialē & qui strangulet halitū. Ideoq; faciem uessicis muniūt q in officinis id tractant: ne respirādo letalem aerem trahant: & nihilo secius p eas uideant. Vtūtur eo pictores in elegātioribus parietū tectoriis. Cinnabaris cōtra ex Libya affert᷑: pretiū illi ingens est: tamq; exiguū affert᷑ ut uix uariandis in pictura lineis pictoribus sufficiat. Profundi coloris est. Eamq; ob cām crediderūt multi draconis sanguinem cinnabarim esse. Vis illi eadem quæ hæmatite.i. sanguineo lapidi oculoꝝ medicinæ accomodata: uerū efficaciore ui. Validius enim adstringit & sanguinem sistit. Ambusta & pustulas cera excepta cinnabaris sanat.

INTERPRES.

c Redidit Plinius contra q̄ hic testatur: Saniē draconis elisi elephantoꝝ morientiū pondere p mixto utriusq; animalis sanguine Cinnabarim eē. Nec solus credidisse id uidet᷑: cū hic plures idē sibi ēt psuasisse testet᷑. Quod ex grauiore Cinnabaris pretio factū fuisse uerisimile est dum nouitate & miraculo aliquo merciū suaꝝ pretia augere mercatores conantur. Verūm arguendo tam impudenti eoꝝ mendacio satis unus hic scriptor sit qui totius naturæ peritissimus. Qualis uera Cinnabaris sit optime cognouisset: & saluti humanæ cōsulens nō id tm̄ monuerit Sed falso etiā existimari minio eandē cinnabarim esse. In quo deceptos quondā fuisse & decipi adhuc posse hoīes non adeo difficile fuit & erit. Rubent enim ambo & in pictura eundē tunc habebāt usū. Discrepant tn̄ ut hic docet nationibus q altera ex Libya: alteꝝ ex Hispania quondā afferebatur: & illa in medicinæ usum: hoc inter uenena aut ueneni saltem maleficium hn̄tia recæptū fuerat: Vtriusq; seruantur nostra ætate nomina. Habetq; gens nostra quo passim utitur: uerbū miniare a minii colore factum. Quo pingi uariariq; libros & libroꝝ titulos eo colore dicat Habēt Cinnabaris nomen oēs in nostro orbe fere gētes: quo non rē sed colorē illū indicent. Qui enim nunc ruber color eum habet usum: ex argento uiuo cōficitur: quēadmodū ex minio argentum uiuū Quod totū nouerunt qui hæc tractant: ideoq; a nobis aliud a gentibus relinquenda huiuscemodi sunt Satis n. legentibus erit ex scriptore hoc didicisse quale utrūq; fuerit: & qua rōne inter se differant: tamq; nūc uerā Cinnabarim uidisse homini difficile esse: q̄ quōdā miniū facile erat Cuius quotidianus usus & tractatio Romæ quondam fuit ex Hispania per redēptores eius metalli ut illic curaretur allati. Relictum in Cinnabaris & minii huius historia non pcul a principio spatiū a nobis est. Vitiiq; nota signatus locus: qm̄ male sequax uerboꝝ & rei ductus illic eēt: exigeretq; sibi aliqd qd' ad discernendam a Minio Cinnabarim antea dictum pertineret: a quo statim hic inferret aliter nō posse cognosci. Siquis aūt totam minii cōfectionem: temperaturā: uitia: bonitates: & usum: audire optauerit Plinium & Vitruuim auctores habebit: quoꝝ alter. xxxiii. suæ historiæ uolumine capite. xvii. alter suæ architecturæ cōmentario vii. longius omnia illa prosecuti sunt.

DIOS. DE Hydrargyro qd' Latini Argentū uiuū uocant. Cap. lxiiii.

h Ydrargyron. Romani argentū uiuū dicūt. Fit ex minio quod falso Cinnabaris dicit᷑ argentū uiuū. Cōfectiōis aūt modus hic est. In fictilem patinā ferream hn̄tem concham Minium conicitur. Calice dein luto circūlito fictilis cooperit᷑ patina illa: accensisq; sub ea carbonibus: quæ calici fuligo inhæsit derasa refrigerataq; argentum uiuum est. Inuenit᷑ & in argētariis fodinis cum foditur argētum cameris earū pendens & in guttas cōcretum argentū uiuū. Ferūt quidam etiā per se in fodinis inueniri argentū uiuū. Seruat᷑ uitreis aut plūbeis: aut ex stan-

no uel argento uasculis. Aliam.n.oēm materiam erodit & diffluere cogit. Letale potum argentū uiuū est pondere suo interanea disrumpens. Remedio est potum copiosum lac mox uomitionibus redditum: aut cū absinthio uinum: Lini ue decocto aut Orminii semine: aut cū uino origanus aut hyssopus. Quinetiam minutissima auri ramenta argento uiuo pota egregie succurrunt.

INTERPRES.

Tare loco nescit micat tremitq; & suo pōdere hac & illac facile fertur argētū uiuū; Vnāq; hāc rōnē in eo cōtēplati ueteres Romani: insensili alioqn rei: uitæ sensum argento huic tribuerūt uiuū uocantes Græcie diuerso nō motū sed fluidū & aquosum eius habitū admirati hydrargyron quasi aquosum argeotū nominauerūt. Oēs tn̄ cōi cōsensu in argenti censu id cōstituerunt: uel q candore suo simile argento sit: uel quod magis uerisimile est: qm̄ in argētariis metallis cū argento inuenitur: uel q priuatim & per se similē argento uenā & uomicā habet. Fuit enī hoc primū argentum uiuū in metallis natū & a natura gētibus datū. Quo deficiente ut fuit semp urgēte occessitate aliqua ingeniosa humana gens: fingi cœptū est & ex aliis metallis artificiose cōfectū in quotidianos uitæ usus, p illo cōcessit. Quo magis mireť aliquis scriptorē hunc a fictitio historiā argenti uiui incœpisse: quā Plinius a naturali. xxxiii. uolumine capite yi auspicatꝰ fuerit his uerbis. Est & Lapis in his uenis cuius uomica liquoris æterni argentū uiuū appellať &c. Et cum lōgius de eo egisset fictitiū ex Minio eiusdē uoluminis capite. yiii. docuerit. Hic tn̄ artē naturæ anpo suit: nec scimus an bonitatē efficacioresq; in fictitio q in natiuo uires hac rōne monstrare uoluerit: hīcq; in artibus & medicina fictitiū aptiorē natiuo usum Duplex ex his quæ præmōstrata sūt Plinio argenti uiui genus est: huic uero triplex Fictitiū ex Minio: qđ in fossura argenti inueniť: & qđ per se metallū est ppetua liquoris uomica a Plinio fluere dictū. Est præter hæc quartū ēt genꝰ eodē fere quo ex minio modo ex marmoris fragmentis & assulis: quæ marmorarii dissiciunt factū. Docetur id a Vitruuio quo paulo aōte diximus loco Quæ cōficiendi id ratio: quoniā multiplex ē & longa reȝ serie tractatur a nobis legenda in eo scripture uolētibus relinquitur.

DIOS. DE Rubrica Synopide. Cap. lxy.

Ilton Synopicā, Romani Synopidem rubricā dicūt. Probať Synopis rubrica quæ densa: ponderosa: iocinoris colore: nō calculosa: sibiq; ipsi tota cōcolor est: & quæ cū diluiť copiose diffundiť. Foditur in Cappadocia ex speluncis qbusdā purgataq; Synopē fertur in qua uendiť: inde cognomine inuento. Habet siccandi uires rubrica Synopis: opplet: adstringitq;: ea ppter uulnerariis emplastris misceť: pastillisq; qui siccando & adstringendo sunt. Sistit pterea aluum in ouo bausta aut clystere infusa. Datur eadem iocinorosis etiam.

INTERPRES.

Vod in Synopide Rubrica maxime optauerit nouisse aliquis eadē ipsa est. Vt optima & q ueteribus cognita tam multis remediis medicinā instrux tuti ætate hac nostra liceret Cætera enim quæ de ea a Diosc. doceny in hoc ipso & in Plinio satis per se patēt. Eamq; ob cām relictis oibus aliis illud tm̄ monebimus. Ob coloris similitudinē: & hanc & fabrilē & Lemniam rubricā miniū sæpe appellasse ueteres aliquos; non tn̄ simpliciter: sed adiecto semper gentis aut usus cognomine aliquo: uerbi cā Synopicū: Lemniū & fabrile miniū nominantes. Sic Celsus aliqñ: sic plures alii usi sunt. Cætera quæ de omni rubrica dici poterant ab aliis ex antiquis scriptoribus collecta sine legentium desiderio a nobis relinquuntur.

DIOS. DE Fabrili rubrica. Cap. lxyi.

Ectonican milton. Romani Fabrilē rubricā dicūt. In cūctis ignauior Synopide Fabrilis rubrica est. Optima in hoc genere ægyptia ē: & Carthaginensis: friabilis nec calculosa. Fit & in occidētali Hiberia exusta ochra mutato colore in rubricam translata.

INTERPRES.

Icebit uolētibus ex Plinio fabris aptæ rubricæ huius historiā; bonitatē; natales; tēperaturā oēmq; usum. xxxy. uoluminis capite. yi. certius intelligere: iōq; nos parato oibus eo scripto re: nihil cōmentationibus his nostris in re alioqn nota adiiciemus. Factū rubricæ huic cognomen a fabrica est in qua dirigendis lineis: colorandoq; ligno multus semper fuit eius usus.

DIOS. DE Lemnia terra. Cap. lxvii.

l Emniam Gen. Romani Lemniã terrã uocãt. Quæ Lemnia appellatur terra in cauernoso quodã Lemni cuniculo nascit᷑: afferturq; ex ea insula: in q̃ palustres loci sunt. Ex qbus effodit᷑ & caprino sanguini miscet᷑. Eã incolę in pastillos conformãtes: figuraq; capræ signãtes sphragidẽ ægos. i. capræ sigillum appellant. Contra letalia uenena egregii Antidoti uires habet cum uino pota. Præsumpta eadem uomitiõe uenena pellit. Quin etiam letaliũ serpẽtũ ictibus & morsibus accomodata est. Quidam ad religionem & initiatiões ea utuntur. Intestinoꝝ torminibus utilis eadem est.

INTERPRES.

n On est cæteris græcoꝝ scriptoribus: presertimq; Galeno eadem huic scriptori Lemniæ rubricæ seu terræ historia Hic enĩ ex cuniculoso specu palustribusq; eius insulæ locis afferri ait Illi in ea insula montẽ esse dixerunt ambustoꝝ modo rubentem sterilẽ: in quẽ poetæ e cœlo pulsum cecidisse Vulcanũ ferunt: ex quo terra hæc legit᷑: non ꝑcul ab Ephestiade eius insulæ oppido: Signariq; Dianæ nõ capræ signo a sacerdote eius hanc terrã: nec sanguinẽ illi capraꝝ misceri: sed fruges alias piamẽti cã monti illi defodere incolas: pluraq; alia quæ huic scriptori nõ conueniunt Quin etiã nihil ab eis dictũ est quale a Dios. dicit᷑ uti ad religionẽ & initiationes quosdam hac terra. in quo nõ habemus qd legentes moneamus: præter q̃ pro græca τελετῶν uoce: Significari ea. s. quæ a latinis initia & initiatiões in religione & diuina re dicunt᷑: contraria eiusdem rei in duabus gẽtibus æstimatione: nisi ex antiquoꝝ sapientũ decretis: ꝑsertimq; stoicoꝝ tota explicet᷑ res. In latina siqdem uoce principii. In græca finis significatio est. Vtrũq; tñ recta rõne factũ est. Chrysippus. n. tria genera oĩum quæ in philosophia discunt᷑: numerauit Logicon qd᷑ nos nũc Rõnale dicamus modũ. s. & rõnem discẽdi docens: Morale in quo de moribus agitur. Postremũq; naturale: huiusq; ultimã esse partẽ q̃ ad deũ pertinet Et qm̃ τελευταῖον ultimũ græci dicũt: iõ Teletas diuinam disciplinã noĩatam fuisse: qm̃ in ordine eoꝝ quæ tunc discerent᷑ postrema & finis hæc eẽt. Videnturq; hac rõne quæ ad deũ & religionẽ pertinẽt: sapientes græci Teletas appellasse Verũtñ nõ minus apte oẽm hanc doctrinã ueteres Romani initia etiã & initiationes uocauerũt. Idẽ n. Chrysippus q postremũ in disciplinæ ordine posuerat: quod ad religionẽ & deos pertineret: Actu & usu cæteris oĩbus anteponebat. Siqdem in. iii. de diis auctore Plutarcho monuit: Neq; in moribus neq; in natura cognosci agiq; fœliciter aliqd posse nisi a diis religioneq; sumptis auspiciis: Secutiq; hãc rõnẽ Romani: quas græci teletas a fine uocauerũt a principio initia religiose appellauerunt.

DIOS. DE Atramento sutorio. Cap. lxviii.

c Halcanthũ. Romani atramentũ sutoriũ dicunt. Genere unum idemq; est omne atramentũ sutoriũ. Omne siqdem gelatus liquor est. Specie tres tñ differẽtias habet. Aliud. n. destillãte in cuniculos quosdã humore styriaꝝ modo cõcrescit. Vnde ab his qui cypria metalla tractãt stalactis. i. stillicidiare nominatum est. Petesius tñ hoc ipsum pinariũ uocat. Quidã ẽt mutata tñ a superiore illo noĩe declinatione stalacticũ eadẽ significatione nominãt. Est aliud in᷑dem quod simpliciter in speluncis fit: idq; in fossas deriuatũ cõcrescit & gelatur. Hoc pecton. i. gelatum priuatim noĩant. Est tertium postremo uocaturq; ephthõ. i. decoctum. Cõficitur in Hispania inutile & uiribus infirmũ: habetq; cõfectionẽ suã huiuscemodi. Aqua diluentes id coquunt: tum in cisternas trãslatũ dimittũt. Gelaturq; certis diebus in multas diuisum partes cuboꝝ specie inuicem uuæ mõ cohærentes. Probatur cœrulei coloris: põderosum pellucidũq; quale stillicidiare illud est. Quod ab Hispanis etiã lonchoton dicit᷑. Secũdæ bonitatis est quod gelatũ uocãt. Quod aũt decoctum fuit tingẽdo & denigrãdo aptius esse ur᷑. Sed in medicinæ usu infirmius experiẽtia deprehẽdit. Adstringit atramẽtũ oẽ sutoriũ: calefacit: exulcerat: lumbricos latos pellit potum drachmæ pondere aut cum melle linctum. Vomitiões idem cit: & cõtra fungos cũ aqua potum remedio est. Purgat caput dilutũ aqua sutorium atramentũ naribus cũ lana infusum. Cremat᷑ hoc ẽt ut mox in Chalcitide ostendemus.

INTERPRES.

Eri cognata res est Chalcanthũ. In æris atrus enim metallis ut metallici docent plerunq; concrescit. Indicatq; id in græcis nomen. In quo q̃primũ æs intelligit. Romani q̃m eo tingẽdis coriis gentes uterent a nigro colore quẽ reddebat atramentũ: & a sutrinis in q̃bus coria tractantur futoriũ noĩauerunt. Genera cõfectionesq; eius satis hic docuit. Nec nos pa℞ laborauim9 in restituenda capiti huic antiqua integritate. Qualis aũt ea sit: & q̃bus ablatis mutatis ue factum id a nobis fuerit: collatis cum nostra alio℞ editionibus facile uolentes intelligent. Poterunt a Plinio et atramenti huius sutorii easdem cõfectiones genera & nomina intelligere historiæ suæ. xxxiiii. uolumine capite. xii. Eadẽ enim oia huic & illi sunt. Quod in medicina & remediis monere uolum9 illud est. Quod hic atramentũ sutoriũ contra fungos cũ aqua bibi ait: non multopost cum ex ꝓfesso de fungo℞ maleficio aget, cũ aceto bibendũ in eo p̃iculo p̃cipit: ut tũc certius docebit.

DIOS. DE Chalcitide lapide. s. ex quo coquitur æs. Cap. lxix.

Halcinda. Romani pariter græcis chalcitim dicũt. Probat Chalcitis quæ æris spẽm præ se fert. Quæ friabilis nõ calculosa nec uetusta erit: p quã lõgæ fulgẽtesq; discurrent uenæ. Natura illi & uis est repurgare: calefacere: exulcerare: quæ in oculis & oculo℞ angulis uitiosa sunt abstergere. In genere præterea leniter exedentiũ chalcitis est. Facit ad sacros ignes: quæ pascendo serpũt: & ex fœmina℞ locis naribusq; sanguinis ꝓfluuia cum porri succo. Facit itidẽ sicca ad gingiua℞ uitia quas epulidas uocãt: quæ pascendo illic serpunt & tonsillas. Cremata chalcitis tritaq; cũ melle oculo℞ medicamẽtis utilior. Callosas siquidem & asperas palpebras minuit: fistulas etiam sanat collyrii modo inserta.

INTERPRES.

Halcitim uocant metallici lapidem ex quo æs coquitur. Habet is plures ut illi uocãt distinctiones nõ repetendas hoc loco: q̃m ex Plinio cũctas aliis suis corollariis inseruerim. Et si uetustiores aliquis amet auctores totã unus Plinius rem lib. xxxiiii capite. xii. docebit.

DIOS. DE Psorico. Cap. lxx.

Soricon. Romani pariter græcis Psoricũ dicunt. Conficitur ex Chalcitide quod Psoricõ dicit: duabus eius partibus Cadmiæ uni additis: mixtisq; & cũ aceto tẽperatis oibus. Post quod in fictile cõiecta oia ardẽtissimo canis æstu. xl. diebus fimo obruta dimisisse oportet. Maiorẽ. n. acrimoniã Psoricum hac rõne acquirit: eadem oia potens quæ chalcitis. Quidã Chalcitim: & Cadmiam pari mensura miscentes uino temperãt: eademq; oia faciũt. Crematur in noua testa ignitis carbonibus suppositũ psoricũ. Cremãdi huiuscemodi mulra finis & mensura est. In his q̃ multo humore abũdabũt cum bullas agere desierint: & tota penitus aruerint. In reliquis cum iu melius & speciosius colorem mutauerit. Psoricum cũ sanguineo colore & rubricæ modo profundius rubebit amouendum ab igne est: flatuq; pellẽdæ inhærentes illi sordes omnes: tuncq; reponendum. Crematur præterea in carbonibus flatu accensis donec pallescat: uel in testa ignitis carbonibus superposita crebra conuersione donec igne candeat & colorem muter.

INTERPRES.

Oniunxerunt. Chalcitidi Psoricon hoc aliq: nec sine cã penitus. Ex ea enim ut p̃monstratũ est fingitur: fictitiũ. n. non natiuũ. Nec simplex sed compositũ est. Nos tñ ueteꝝ græcoꝝ rõnem secuti: qui seorsum a Chalcitide de Psorico egerunt diuisa historia: & alio capite a Chalcitide statim Psoricum prosecuti sumus. Medicamentũ id est sic dictũ: q̃m contra scabrities & asperitates cutis: quas græci psoras dicunt uim & usum quõdam haberet. Quæ aũt sit huic scriptori eius cõfectio satis ex ꝓ patet. Cæteri tñ græcoꝝ medici ad cõfectionem eius nõ Cadmia: sed spuma argenti usi sunt; neq; ex uiribus eius mitius aptam forte uim cõtra cutis asperitates Psoricũ habebit. Cætera huic & aliis omnia eadẽ sunt; qui fimo obrui & . xl. diebus sub sole habẽdum oẽs præcæperunt: q̃m ea rõne maiores in siccando uires acquireret: ipsum magis extenuaret: & in erodendo mitius chalcitide fieret. Est illud in medio capite certius cognoscẽdũ: in coctura spatio &

q̃dio coqui metallicũ aliqd oporteat: quæ nam hic πολλυγρα. i. homore abũdantia: quorũ coctu-ræ finis sit: cõ bullas agere desierint: & aruerint: dicat: & quæ reliqua intelligi ibidẽ oporteat: quorũ coctura finis sit in speciosiorẽ colorẽ motatio. In uno ne P̃sorico cõstituẽdũ id sit: an in cunctis metallicis: decreuerit q; hic & appellaoerit humore abũdãtia psorica: q̃ copioso aceto aut uino tẽperata fuerint. Reliqua uero q̃ aridiora An simpliciter de cunctis metallicis oĩumq; coctura intelligere id oporteat. In quã partẽ inclinat aĩus nobis nõ tã ex cõcæptis illic uocibus: q̃ in hoc sensum facile legentes ducũt: q̃ q̃ a nõ uĩ quo referenda reliqua illa sint: cõ de uno tm̃ psorico agaẽ. Eamq; rõnem tios secuti de cũctisq; p̃cipi eo loco opinati ad oĩum metallicorũ coctura rem contraximus. Plinius xxxiiii. uolumine capite. xii de eodẽ psorico hoc: sed nõ eodẽ penitus huic modo egit. Prius enim fimo in sole obruit q̃ Cadmiam illi misceat Cætera huic & illi eadem fere omnia sunt.

DIOS. DE Misy. Cap. lxxi.

m Isy. Romani pariter græcis misy dicũt. Cypriũ eligendũ est misy: qđ auri spẽm præfert: Durũ est: & cum friatur aureas scintillas mittit & stellarũ modo splendet. Sunt illi eędem quæ chalciditi uires. Crematẽ illi etiam similiter: nõ tñ psoricũ ex eo conficitur. Secundum magis & minus in suo genere differt misy. Aegyptium siquidẽ in cæteris bonitate alia omnia antecedit maiore efficacia præditum. In oculorũ aũt medicina multo priore illo ignauius.

INTERPRES.

d Eprehenderũt metallici in Chalcitide lapide: ex qoo diximus excoqui æs tria cõtineri: æs primõ; mox misy hoc de quo nũc agitur & tertiũ Sori de qoo nõ multo post ageẽ: nõ tanq̃ eiusdẽ substãtiæ partes: sed diuersi generis cõcreta simol discretaq; quasi metalla aliqua quæ coctura deinde rõnibusq; aliis separata in usum uitæ traherenẽ. Quale aõt hoc misy sit satis hic Satis ẽt Plinius quo diximus loco docuerũt. Hic breuissime medicinã & remedia eius numerauit æquale uiribus Chalcitidi faciẽs Plinius tñ lõgiore certioreq; historia multa addidit quæ uidisse in eo operæpretiũ fuerit. Docenẽ aũt ab eo quo diximus pauloante capite & libro. Cæteri ẽt græcorũ medici in genere exulcerantiũ medicamẽtorũ cũ ualidiore adstrictiõe misy hoc numerauerũt. Minus tñ q̃ Chalcitis erodere: qa tenuius ea sit Addidit p̃terea Galenus Chalcitim: & qđ nõ mulm post diceẽ Sori uetustate in misy hoc mutati a sop̃ficie incipiẽte statim mutatione.

DIOS. DE Metallico attramẽto quã græci Melãterian uocant. Cap. lxxii.

mi Elanterian. Romani pariter græcis Melanterian dicunt. Cõcrescit salsuginis modo in fodinarũ unde erutũ æs fuit hostiis in genere melanteriæ aliqua. Quædam contra in superiore prædictorum locorũ superficie: nec terrestris ea est. Inuenitur p̃terea in Cilicia & aliis quibusdam locis fossilis melanteria excellitq; bonitate quæ sulphureo colore est. Læuorem habet & in cõtactu aquæ celerrime nigrescit: uires in urendo misyi easdem habet.

INTERPRES.

f Ecit Melanteriæ nomen color: qui in metallica natiuus in fossili cõtactu aquæ illi accedẽs: semperq; & in omni niger est: non male a latinis atramentum metallicum dicta aliqñ est: Græcis tamen uocibus in hoc Romana medicina plerunq; usa est. Vocaruntq; latini nõ minus q̃ græci melanteriam metallicum hoc atramentum in ærariis fodinis concrescens: & ut uerisimile est æris naturæ Veteres græcorum medici in genere efficacissime adstringentium eam nominauerunt: facilem ex historia huius in ærariis metallis inuentu.

DIOS. DE Sori. Cap. lxxiii.

f Ori. Romani pariter græcis Sori dicũt. Falso crediderunt aliqui melanterian Sori esse. Proprium. n. genus Sori habet: non tñ dissimile illi penitus est. Grauius. n. Sori olfactu uirus mittit: eoq; nauseã cit. Inueniẽ in Aegypto aliisq; locis quales Libya sunt Hispania & Cyprus. Anteferendũ oĩbus Aegyptium: quodq; in frãgẽdo nigrius apparet: & multis foraminibus peruiũ: pinguéq; est. Quod itẽ adstringit: potuq; aut olfactu uirosum sentitur: & stomachũ subuer-

tit. Quod aũt fractum non minus q̃ misy splendet: alterius generis & inefficax esti mandũ est. Vires babet Sori antedictis easdem. Cremat̃ et similiter illis. Dẽnũ doloribus medet̃ cauis eorꝫ inditum. Eosdẽ mobiles cõfirmat: & cũ uino clystere infusum coxẽdicis doloribus opitulat̃. Cõtra uaros ex aqua utiliter inũgit̃: eosq́ꝫ delet. Miscet̃ his ẽt quæ denigrandis capillis cõficiunt̃. Cõiret in his aliisq́ꝫ fere oibus potentiora sunt coctis quæ cocta non sunt: exceptis sale: fece: nitro: calce: similibusq́ꝫ aliis quæcunq́ꝫ cruda humore aliquo resolui possunt. Cocta. n. efficaciore ad agendum potestate redduntur.

INTERPRES.

h Oc est Sori illud nõ multo añ decẽ a nobis in Chalcidite cõtineri. Quodq́ꝫ ea inueterata fieri ẽt Plinius ait satis ab hoc & ab eo descriptum: ideoq́ꝫ nõ dicendũ a nobis iterum: neq́ꝫ ex scriptoribus antiquis repetenda ad Soreos huius historiam modo quæ in illis præsertimq́ꝫ Plinio parata omnibus & exposita sunt. Docet n. ille longius genera: bonitates: ususq́ꝫ eius oẽs.

DIOS. DE Diphryge quasi iterꝫ cocto. Cap. lxxiiii.

d Iphryges. Romani pariter græcis Diphryges dicunt. Triplex Diphrygis genus. Fossile. n. aliud ĩsola Cypro est. Luti mõ id ex specu quodã illic eructat̃: eructatũq́ꝫ primo in sole siccat̃: mox circũiectis cremiis crematur: ex quo diphryges. i. bis crematũ noĩauerunt: sole primũ arescẽs: rũ cremiis incensum. Aliud in cõfectione æris ueluti fex & sedimentũ quoddã eius est. Post iniectam. n. frigidã aquã quẽadmodũ in flore æris p̃monstrauimus: sublato ex fornace ære ĩ fundo eius hærens hoc genus inuenitur: quod sapore æris est: & æris modo adstringit. Tertiũ hoc modo etiã cõficitur. Lapidẽ qui pyrites dicit̃ ærarii in fornace cõponẽtes multis diebus ueluti calcem coquũt: cũq́ꝫ rubricæ colorem cõtraxerit ablatũ reponũt & seruãt. Ferũt q̃dam ex solo lapide ex quo æs coq̃tur p̃monstratum fieri diphryges: cũ in fornacibus quæ aureæ dicunt̃ coctus: in fornaces foueas dictas trãslatus iterꝫ illic coquitur. Oẽm. n. circa foueas illas locũ occupans: post sublatos lapides inuenitur. Anteferendũ cunctis aliis est diphryges quod in gustu æris saporẽ & æruginis reddet. Linguamq́ꝫ magnopere adstringet & siccabit quod in cremata ochra non fit. Quam coquẽtes quidã ꝓ diphryge uendunt. Habet diphryges adstringendi uim: ualidissime repurgat: exterit: siccat: excrescentias carnium reprimit: ad cicatricem malefica & serpentia ulcera perducit. Discunt p̃terea abscessus resina terebinthina aut cera exceptum.

INTERPRES.

e Adem huic scriptori diphrygis Plinio undiq́ꝫ historia est: nec qoicq̃ ab eo foelicius simul & breuius ex hoc scriptore redditũ aliq̃n fuit. Locus est xxxiiii. uolumine capite. xiii Diphryges enim uocari ab eo q̃ bis torreat̃ inquit. Triplicẽ eius originẽ eẽ: fieri ex pyrite primum lapide in fornacibus cremato donec in rubricã excoquatur: fieri itidẽ in Cypro ex luto cuiusdam antri arefacto prius mox paulatim circũdatis sarmẽtis excocto. Fieri postremo in fornacibus subsidente æris fece. Differentiã esse q̃ æs in catino defluit Scoria extra fornaces. Flos supernatat. Diphryges remanet. Addidit p̃terea tradi a q̃busdam ferruminari globos lapidis qui in fornacibus coquont̃. Circa eos feruere æs: ipsos uero non percoqui nisi in alias fornaces trãslatos: & esse nodũ quẽdã materiæ: idq́ꝫ quod excocto supersit diphryga uocari. Ex q̃bus ratiocinari facile ẽ. Quatuor ærariis in coctura æris redire res: æs: scoriã: florẽ: & diphryga: quorꝫ quẽadmodũ nõ dissimiles sic nõ penitus æquales uires in medicina sunt. Nosq́ꝫ ex antiquo scriptore iisdem uerbis cõmẽtationibus nostris illa adiecimus: ut scirent primũ legentes recepta à latinis scriptoris huius decreta fuisse: mox hñent uolẽtes inueniẽdi & colligẽdi diphrygis a Plinio traditã certiorẽ rõnem.

DIOS. DE Auripigmento qđ græci Arsenicon dicũt. Cap. lxxv.

a Rsenicon. Romani Auripigmentũ dicũt. Nascit̃ Auripigmẽtũ in iisdem quibus & Sãdaracha fodinis. Probat̃ quod crustaceũ & aureo colore est:

crustasq; eas habet squamarum modo sibi inuicē superiacētes. Expers alterius omnis naturæ auripigmētum est. Nascitur huiuscemodi auripigmētum in Hellespōti mysia. Eius duo genera sunt: alterum quale præmōstrauimus: Alterum glandiū modo concretum: pallidum: sandarachæ colore glebosumq;: quod ex Ponto & Cappadocia affertur secundæ bonitatis. Crematur auripigmentū hoc modo. In nouā testam coniectum auripigmētum ignitis carbonibus superponitur: miscetur q; cōtinue. Cū uero candens colorem mutauerit refrigeratum teritur & reponitur. Habet exedendi uim auripigmentum: adstringit: crustas ignis modo cum feruore & uiolenta erosione inducit. Quinetiam in genere reprimentium est: & præter hæc omnia depilat.

INTERPRES.

a Vripigmenti in pingendo adhuc usus aliquis est: ex quo Romani quondam illi nomē fecerunt. Vtunturq; eo nunc passim in pingendis librorum frontibus bibliopolæ. Accessit nostra ætate etiam qui antiquioribus ut credimus nullus erat alius auripigmenti usus. Trito enī pediculosos accipitres suos aucupes inspergunt præsenti contra eam labem remedio. Duplex eius genus hic fecit: alterum quod fulgore auri splendeat: alterum quod βαλανοειδὲς uocauit. Significatq; ea uox ut oēs uertimus: quod glandis formam & spēm habet: nō tñ cōdere his quæ sequuntur id uidetur. Qui enim pōt aliqd glandis figura esse: quod glebosum paulopost dicitur. Ob eam cām suspicati sumus ad colorem posse eam pertinere uocē: & eū quidē puniceum qualis nō in glandibus simpliciter: sed qualis in maturis palmulis est: quas græci cōi aliarum glandiū noīe balanos aliqñ uocant: ut primo cōmētario in palmulis & balanis testati sumus. Vbiq; n. & passim coloris hoc discrimen in auripigmento uidetur: præcipueq; in pingendo apparet: quo tpe dilutum humore aliquo ad eam rem necessario puniceum illum quem diximus colorem repræsentat. Facitq; ad hoc quod coniunctum illi statim est σανδαραχίζον i colore Sandarachæ: cuius color flāmeus & rubēs describitur. In hanc partem diu inclinauit animus nobis: & adhuc ꝓpensiores sumus. Nihil tamē contra aliorum interpretum editiones mutare in re non satis certa uoluimus.

DIOS. DE Sandaracha. Cap. lxxyi.

f Andarachen. Romani pariter græcis Sandarachā dicunt. Anteferēda oībus aliis Sandaracha est: quæ ad satietatem flāmeo colore ruffescit: fragilis: puraq; & cinnabaris colore aliquo: sulphuris uirus olens. Vires coctuiramq; easdem auripigmento habet. Resina eadē excæpta capilli defluuia quas alopecias dicūt: explet. Cum pice scabros pellit ungues. Pediculosis ex oleo ꝓdest: panos cū adipe discutit. Nariū & oris ulceribus accomodata est. Et cū rosaceo cęteris pustularum eruptionibus & condylomatis. Datur & contra purulentas excreatiōes cum mulso & contra ueterem tussim cum resina incenditur p fistulam uapore eius in os attracto Eadem cum melle lincta uocem purgat: & suspiriosis cum resina utilissime deuoratur.

INTERPRES

d Vplex quondā græcis & latinis scriptoribus cunctis Sandaracha fuit: metallica pluribus locis fossilis ut testati Plinius: Vitruuius pluresq; alii sunt: qui ad Hipanim Scythiæ fluuiū optimam omnium inueniri tradiderūt: fictitia deinde & ad ulterina q ex cocta cerussa fieret. Illa aptius medici hac pictores fœlicius usi sunt. Auripigmēto æqualē in cēsu remediorum uitæ græcorum medici eam fecerunt. Discutientibus & repurgantibus medicamentis eam miscentes. Cerussæ substantia Sandaracha est: indicatq; id Vitruuius. vii suæ architecturæ cōmentario dicens. Cerussa uero cum in fornace coquitur mutato colore ad ignem incendii Sandaracha fit. Id autē incendio facto ex casu didicerūt homines & ea meliorem usum præstat q quæ de metallis per se nata foditur Et hæc Vitruuius: Plinius addidit flammeum debere in ea esse colorem: & si hæc ipsa torreatur æqua parte admixta rubrica Sandicem fieri: qui ueteribus poetis præsertimq; Marōi color notissimus est. Et si crediderunt aliqui herbam Maroni Sandicem esse cum cecinit Sponte sua sandix pascentes uestiet agros. Cum tamen id nullam eius intellectus necessitatem habeat. Quod enim ab eo dicitur est fore eam tunc fœlicitatem: ut sponte sua colores in ouium uelleribus nascātur & inter pascendum agni colorētur: Neq; id pastu sandicis futurum: sed quod nos credimus colorem sandicis contrahendum simpliciter ab eo dici.

De Alumine

DIOS. DE Alumine. Cap. lxxvii.

f Typteriam. Romani Alumen dicunt. In Aegypto aluminis fere omne genus in iisdem inuenitur fodinis. Si quidem quod scissile alumen uocant glebosi quod bolitidem noiant ueluti flos est. Nascit᷑ aliis locis ēt Macedoniæ: Insulis: Melo: Lipara: Sardiniaq;: Hierapoli phrygiæ: Libya: Armenia: pluribusq; aliis locis rubricæ modo: Sunt eius plura gn̄a: sed in medicina usum habent scissile: rotundũ: & liquidũ. Probatissimũ oīum scissile & in hoc gn̄e quod recens candidissimum nec lapidosum. Quod ualidissime adstringit. Itemq; nō glebæ modo aut assulatim cōcretũ: sed singillarim quasi in capillamenta canescentia diuisum. Quale est quod priuatim Trichite. i. capillare nominant. Nascitur hoc in Aegypto. Inuenitur eodem loco & lapis illi maxime similis: qui gustu deprehendendus erit nō adeo adstringēs. In rotundo alumine quod manu hominis eã formam accæperit reprobandũ. Ex figura aũt cognoscit᷑. Anteferendũ quod naturaliter rotundum bullosumq; est: modice candidũ ualidissime adstringens: palloris & pinguedinis aliqd habens: & præter hæc non lapidosum friabileq;. Natione præfertur aliis ex Melo insula & Aegyptium: In liquido pellucens & lacteum p̄cipue probatur. Quodq; sine asperitate est omni sui parte succosum: non lapidosum cũ quodam igniculo caloris. Habent alumina oīa calefaciendi adstringendi repurgandiq; uires. Exterunt q̄ claritati oculoꝵ officiunt. Absumunt palpebrarum carnosa uitia aliasq; carnium excrescentias. Rotũdo scissile efficacius est. Cremant᷑ chalciridis mō alumina oīa. Compescunt excedentia: Profluuia sanguinis: humentes gingiuas cohibent: mobilesque dentes ex aceto aut melle confirmãt. Oris ulceribus quas aphthas dicũt cũ melle ꝓsunt. Prosunt & papularũ eruptionibus: itemq; auriũ destillationibus cum feminalis herbæ quã polygonon dicunt succo: Lepris aũt cum brassicæ succo aut cũ melle cocta. Pruriginibus itidē: scabris unguibus: digitorum pterygiis & pernionibus ex aqua illita. Contra ulcera quæ phagedænica noīant cũ aceti fece pariq; gallæ cinere inungunt᷑. Contra uero ea quæ pascendo serpunt cũ duplo sale. Furfures cum pice & eruo inuncta exterunt. Contra lendes pediculosq; & ambusta ex aqua inũguntur. Inungunt᷑ iisdē præterea ad arcendũ odoris uirus alæ & inguina. Ex melo insula alumen priuatim sterilitatem impedito cōcæptu facit naturalium hostio ante coitũ appositũ. Quinetiã fœtus ex utero pellit. Oris ulceribus quas epulidas nominãt uuæ tonsillisq; accomodata sunt. Ex melle ēt ori: auribus & genitalibus inũgunt᷑.

INTERPRES.

q Væ sit uniuerso alumini præcipua dos & uis nomen indicat. Ab adstringēdo. n. quã multã & egregiam potestatem habet græci stypteriam uocauerunt. Longe plura q̄ hic discrimina eius & gn̄a Galenus & græcoꝵ medici alii numerauerunt: monstrante ut par est quotidie nouũ aliquid natura: & adiiciente antiquorum inuentis experientia quod ab illis nondum inuentum aut obseruatum fuerit. Ea nos in scriptoribus illis cognoscenda relinqmus. Scriptori huic tantum inseruientes. Qui a principio statim dicens esse alumen scissile ὅ ιογεῖ τῆς βολίτιδος ἄνθος. Quod ab aliis nobisq; pariter ueluti glebosi flos uersum est non leuem suspitionem nobis iniecit potuisse quondam aliter legi: quoniam in toto aluminum censu nullum bolitidis nomine indicatur. Præterea glebam βῶλος græci dicunt & ω litera scribunt: In cunctis autem quos hactenus uidere licuit scriptoris huius græcos codices o paruo uox illa legitur Accessit his Plinius etiam li- • bro. xxxv. capite. xiiii. de scissili alumine hoc his uerbis agens. Concreti aluminis unum genus Schi- • ston i dest scissile græci appellant in capillamenta quædam canescentia dehiscens: Vnde quidam • Trichitim potius appellauere. Hocq; fit ex lapide: ex quo & id Chalcitim uocant. Vt sit sudor quidam eius lapidis in spumam coagulati. Hæc nescio quomodo historiæ & uocibus scriptoris huius respondere omnia uidentur. Id quidem in confesso est de eodem scissilis aluminis genere ambos

agere. Potuitq; hic florem quem ille sudorē noīat dicere. Et si id sit non sine rōne dubitauerit aliqs bolith idem scriptoris huius in chalcitidem Plinii mutandam esse: qui Chalcitim uocari alumen etiam hoc ait: q; ex lapide fiat: fitq; ueluti sudor quidam eius lapidis in spumā coagulati. Hoc nos monemus eruscandæ ueræ lectionis & inueniendæ rei non contemnendam occasionem hanc legētibus porrigentes. Dubitauimus etiam quo loco in liquido alumine a Dioscori agitur: probaturq; inter cætera quod τυρῶδες ut ille ait fuerit: caseum. i. odore referens non sic ēt quodam potuisse legi: sed una tm̄ mutata lr̄a πυρῶδες. i. igneo sensu: monuitq; in ea re nos idem Plinius eodem loco de eodem liquido alumine eiusq; ꝓbatione his uerbis agens. Liquidi ꝓbatio ut sit limpidum lacteumq; sine offensis fricandi cum quodā igniculo caloris: iisdem uerbis easdem huic scriptori bonitatis notas enumerans. Quod enim hic ait διαφανῆ Plinius limpidū. Quod hic γαλακτῶδες ille lacteum. Quod postremo hic ὁμαλὲς ὄντε καὶ δι' ὅλου χυλῶδες ἔτι δὲ ἄλιθον, ille breuius plura hæc cōplexus sine offensis fricandi dixit. Ultimum tm̄ discrepat: quod in cunctis græcis legit̄ τυρῶδες: quæ uox nihil significare aliud pōt q̄ caseo simile sapore: odore: colore: cōcretione ue: quod Plinius uertit cū quodam igniculo caloris manifeste πυρῶδες non τυρῶδες illic interpretatus. Parua nec multifacienda hæc forte aliquibus diligentia uidebit̄: Verumtn̄ in censendis antiquoꝝ cōmētariis necessaria. Nosq; hoc loco tanti ueritatem ueritatiq; rn̄dentia omnia & Plinium fecimus ut cōtra alioꝝ oium editiones a caseo ad ignem conuertere rem non dubitauerimus. Illud ēt legentes monemus difficilem deprehendendi rotundi aluminis quod eā formā manu & opere hois accæperit rōnem docere hunc scriptorem cum ait Reprobat̄ in rotundo alumine: quod manu factum fuerit. Ex figura aūt cognoscitur quæ siue naturalis: siue manu fuerit eodem mō semp rotūda erit. Pōt enim in hoc ars non minus q̄ natura: nisi quod in uero & natiuo rotūdo alumine ꝓbatur πομφολυγῶδες i. bullosum discrimen hoc facit: rotūditateq; bullaꝝ modo in eo amet: alioqn ut diximus nō facilis discretio ueri & fictitii rotūdi aluminis ex figura erit. Quin etiam alter ex interpretibus cōm ipressi codicis lectionem secutus tumoribus utile alumen dixit: neq; ab re si legendus locus esset οἰδήμασί τε καὶ μασχαλῶν καὶ βουβώνων &c. Verū non sic legi oportet: sed ꝓ illo οἰδήμασι quæ uox tumores significat est ἰδ μασχαλῶν καὶ βουβώνων δυσωδίας καταχρίεσθαι. Quod est ut nos uertimus: Inūguntur iisdem præterea ad arcendum odoris uirus alæ & inguina. Nihil enim de tumoribus agitur eo loco. Sunt & in reliquo capite pleraq; alia male nobis & aliis communia: sed in re notissima: quale alumen est sine periculo & desiderio legentium relinquuntur.

DIOS. DE Sulphure. Cap. lxxviii.

Hion. Romani Sulphur dicunt. Probatissimum habēdum sulphur: quod quia ignē expertū nō est uiuū appellant: quodq; in eo genere splendet pellucet nec calculosum est. In eo aūt quod ignē expertū fuerit primam bonitatis æstimationem habet: quod uiride & pinguissimum est. Plurimū nascitur in Insulis Melo & Lipara. Calefacit antedictū sulphur: discutit & celerrime maturat. Tussi præterea: purulentis excreatiōibus suspiriosisq; suffitu & in ouo sumptum opitulatur. Suffitu ēt fœtus trahit. Lepras itemq; impetigines & scabros ungues pellit terebinthina resina excæptum: Ex aceto idem contra lepras utiliter inungitur & uitiligines tollit. Medet̄ scorpionum ictibus resina mixtum. Ex aceto eadem utilitate contra scorpii & marini draconis ictus utiliter inungitur. Sedat & toto corpore prurit° cū nitro confricatum: Fellis suffusiones purgat cochlearis pondere fronti inspersū: aut in sorbili ouo sumptum. Facit præter hæc ad narium mucum: & ĩ subiectas partes a capite destillatiōes. Sudores idē compescit corpori inspersum. Podagræ eo ex aqua utiliter inungūtur. Grauitati aurium medetur per fistulam subeunte in aures uapore eius. Prodest eodem suffitu ueternosis etiam. Sanguinis ꝓfluuia cohibet. Sanat & contusas aures ex uino addita myrrha eo inunctas.

INTERPRES.

Fuerunt sulphuris quatuor alii genera: quæ ut græcos omittamus a Plinio. xxxv suæ historiæ commentario capite. xiiii. suis nominibus notisq; priuatim indicantur & numerantur: hic duo tantum: alterum ignem non expertum quod uiuum nominant: alterum uero quod igne confectum fuerit. Diuersitatisq; eius non alia fuit causa q̄ q; cæteri pluribus locis & multiplex nascens sulphur quale in plerisq; artibus & uitæ necessitatibus aliquot quæsisse id oporteat docent: hic medicinam tantum tractans ex oibus generibus uiuo, & ignem nō experto

illo ꝓ. ipue

illo præcipue indigebat. Eo enim medici plerũq; utunt̃ qm̃ natiua & sua uis efficacior illi q̃ cæteris est. Eamq; obcã̄m in uniuerso sulphure una illa differentia merito usus est. Græci ἄπυρον uiuum illud uocant nõ alia uocis indicatione q̃ q; igne careat. Celsus libro quinto capite. xviii. altera nota idem indicauit sulphuris ignem non experti quod apyron uocat̃ dicens. Maro contra Georgicorũ suorũ. iii. cõmentario in pecoris medicina uiua sulphura appellauit. Contrarium uero illi alterũ genus idem græci πεπυρωμένον uocant igne incoctũ intelligẽtes. Quotidianus & numerosus inter homines sulphuris usus est. indigent. n. eo pleræq; artes. Indiget & ad quotidiana igniaria expiatiõesq; domus: sed nullibi utilius q̃ in morbis: q̃bus numero multis & periculo grauibus medetur. Quæ omnis ratio ab hoc scriptore & quo paulo ante diximus loco a Plinio copiosissime tractata repeti a nobis inutiliter non debet.

DIOS. DE Pumice. Cap. lxxix.

Isserin. Romani pumicem dicunt. Probatur pumex qui leuissimus: fistulosus: scissilis: nec in attritu harenosus. Quiq; facillime teritur & cãdidissim⁹ est. Crematur pumex: cremãdiq; hic modus est. Sumito pumicis quantum uolueris: Ignitis obruito carbonibus. Cũq; candens iam factus fuerit amotum ab igne odorato restinguito uino: rursusq; eundem eodem mõ coquens pariter restinguito. Tertio itidẽ coctum ab igne amotũ sinito per se refrigerari: refrigeratumq; reponito & utere. Adstringendi uim pumex habet: gingiuas exterit: purgat quæ claritati oculorum officiunt: calefacitq; simul. Vlcera explet & ad cicatricem perducit: excrescentias reprimit. Idem tritus dentifricium est. Crustas ignium modo exulcerans inducit depilatq;. Retulit Theophrastus si in feruentis musti dolium pumicẽ demiserit aliquis cessare uini quamprimum omnem feruorem.

INTERPRES.

Redimus scriptoris huius pumici ab aliquo qui oẽm eius historiam eodem loco hr̃e uoluerit accreuisse quod in extremo capite ex Theophrasti. ix. de plantarum historia acceptũ legitur. In uetustioribus enim græcis nulla est ea pars. Neq; in medicina necessitatem aliquã habet. Nec Dioscoridis ẽt historiæ decretisq; omni ea reiecta parte nocuerit aliquis. Retulit id Theophrastus quo diximus loco: acceptãq; ab eo rem eam oẽm Plinius ẽt docuit xxxvi. uolumine capite. xvi. quo loco tractata itidem oium pumicũ historia & medicina scriptoris huius decretis omnibus subscribit: additisq; aliq̃bus cocturæ usuiq; pumicũ nõ parum profuisse uidebit̃. Nos breuitati cõsulentes ea relinquimus: monemus tñ oẽs non fore inutilẽ eadẽ hæc in eo scriptore legentibus operã. Aut si Plinium audire noluerint: Barbarũ saltem uisere in quo omnia ex Plinio iisdem uerbis tradita legunt̃. Notissimus nunc ẽt omnibus pumex a græcis Cisseris ob fistulosas concauitates quas hẽt nominatus. Cis. n. ab eis dicit̃ qui in tritico & hordeo cum referbuerunt: nascitur uermis. Cui natura est femina illa cuspide potius q̃ ore quam habet exiguis foraminibus terebrare: quibus foraminibus quoniã similis sit fistulosus ille pumicum habitus quasi ab his uermibus perforatus fuerit cisseris pumex dictus est.

DIOS. DE Omni sale. Cap. lxxx.

Alas. Romani salem dicũt. In toto salis gñe efficacissimus fossilis est: Communiterq; in hoc qui candidus: pellucidus: densus: cõcretione sua æqualis nec lapidosus est. Priuatim uero gñe hammoniacus. i. harenarius Scissilis: uenis per longitudinẽ rectis. In marino probãdus maxime densus: candidus & sine asperitate æqualis. Optimus hic in cypro & cypri salamine. Fit in Sicilia etiam sal: fit Megaris & libya. Inter prædictos autem palustris anteferendus cunctis est. Validissimusq; in hoc gñe phrygius quem Tateum uocant. Multiplicem cõiter prędicti sales uim oẽs habẽt. Adstringunt: exterunt: repurgant: disiciunt: reprimunt: extenuant: & crustas urendo inducũt solo magis & minus inter se differẽtes: Exedẽtia cõpescũt. Miscent̃ & his q̃ ad exterẽdas cutis asperitates & scabies conficiunt̃. Reprimunt q̃ in oculis excrescũt. Vngues oculorũ absumunt. Tollunt p̃terea carnium excrescẽtias oẽs alias. Clysteribus utiliter miscent̃. Cõtra lassitudines ex oleo pari

utilitate inunguntur. Inungũtur eodem modo etiam ſalibus ſubeũtium cutẽ aquarum tumores. Calentes iidem ſaccis indiri impoſitiq; dolores leniunt. Prurigines ſedant ex oleo & aceto uſq; ad ſudorem ꝓpe ignem inũcti. Impetigines quoq; lepras itidẽ & ſcabies: contra anginas ex melle aceto & oleo utiliter inunguntˀ. Contra tõſillas columellãq; oris cum melle toſti: ulceraq; itidem quas aphthas uocãt. Humore diffluentes gingiuas & ulceꝝ phagedænas cũ polenta emplaſtri mõ imponuntˀ. Scorpionũ ictibus cũ lini ſemine: uiperaꝝ uero morſibus cũ origano melle & hyſſopo emplaſtri modo impoſiti medentur. Contra ceraſtem cum pice aut cedrino liquore: aut melle. Contra ſcolopendras cũ aceto & melle. Contra ueſpas crahrõeſq; & capitis ulcera quæ pſydrachia: & quæ thymos appellant: nec nõ parios uitulino adipe excepti. Cũ uua paſſa ſuillo ue adipe aut melle tubercula quos dothienas uocant & teſtiũ tumores diſcutiunt. Cũ origano fermentoq; celerrime eadem tubercula maturant. Crocodiloꝝ morſibus remedio ſunt triti & in linteolo colligati: tũ in aceto demerſi: in quem uſum uinculis locũ adſtrinxiſſe prius oportet &c. Venenatoꝝ morſibus ſuccurrunt. Sugillata ex melle delent. Contra opiũ fungoſq; cum aceto mulſo bibuntˀ. Luxatis cũ farina & melle imponuntˀ. Bullare ambuſta ex oleo impoſiti ꝓhibent. Podagris utiliter ẽt imponuntˀ: & in dolorẽ aurium ex aceto. Sacros ignes & ulcera quos herpetas dicunt ex aceto inuncti aut cũ hyſſopo impoſiti cõpeſcunt. Cremãdi ſales hoc modo ſunt. In teſtaceũ uas coniicito ſales: & ne diſſiliant diligenter operculato: tum carbonibus obruito donec igniti candeant. Quidam foſſiles cruſta piſtorio opere panificii modo confecta circũlinentes carbõibus iniectos dimittunt uſq; dum cruſta illa rota cremata ſit. Licet & cõmunes ſales hoc modo cremare. Aqua eos abluito dimiſſoſq; donec ſiccentˀ in fictile coniicito: operculatoſq; urito continue miſcens donec amplius non diſſiliant.

INTERPRES.

Erent æquo animo grãmatici e multitudinis numero ſales a nobis modo in ſale dictos. Nec ꝓ ſalute hoĩs dãnabunt græcoꝝ exemplo multiplicem rem numero tantiſper: dum quod naturæ intereſt abſoluatˀ auxiſſe. Qua n. neceſſitate ſecũdo uolumine ſangnies dicere coacti ſumus eadẽ ſales hoc loco ẽt diximus. Haud ſane obliti animi ſamnia ſales dici: oẽſq; uitæ lepores & ſummam hilaritatẽ laborumq; requiem nõ alio enagis uocabulo intelligi. Sed non ſatis apte aliter multiplicẽ rem dici poſſe ſentiẽtes. De uniuerſo ſale multiſq; eius generibus docẽte fere oĩa ſcriptore hoc: neq; in uno ſale: ſed aliqñ in oĩbus: aliqñ in pluribus aut hoc aut illud conſtituẽte. In quo tuebitur noſtras natura partes: quæ ſi ſalem tã multis formis diuerſis locis uariauit in gratiam ſuã concedi nobis hoc exiget. Tuebuntˀ & gentes quæ multifariam quotidiani uſus rẽ fingentes qđ numeroſum ſibi eſt: numero ẽt a ſcriptoribus augeri æquo aĩo ferent. Erit legẽtibus id ẽt aptius & certius nullibi coactis hærere certũ ne aliquod genus: an oẽm: an uniuerſum ſalẽ intellexiſſe aliqñ oporteat. Erunt ergo nobis ſales toto orbe natiui uel fictitii ꝓuenientes nõ animi lepores ſed coacti aut ſiccati ſalſi humores: quoꝝ diuerſis locis & gentibus tam multi natales & confectiones ſunt: ut nullibi largior homini natura aut ingenioſior hoĩs ars fuiſſe uideatˀ. Longior ꝗ̃ ſtudiũ & conſiliũ hoc nſum patiatur rei ſeries & hiſtoria eſt. Ideoq; a nobis relinquẽda ꝑſertim quæ ad eã ptineant tradẽte Plinio oĩa lib. xxxi. capite. vii. & . ix. in quo legẽda oĩa nouiſſe ea cupientibus relinquimus. Nos interim pauciora qđã more nr̃o monebimus. Eritq; primũ quod hic ait harenariũ ſalẽ quem græci hãmoniacũ dicunt. εὔσχιστόν τε καὶ τὰς διαφύσεις εὐθείας ἔχοντα uerſumq; a nobis eſt ſciſſilis: uenis ꝑ longitudinẽ rectis a Plinio quo diximus loco ſciſſili alumini his uerbis cõparari. Nã cyrenaici tractus nobilitantˀ hãmoniaco & ipſo: qa ſub harenis inueniatˀ appellato: ſimilis eſt colore alumini quod Schiſton uocant: longis glebis: neq; perlucidis ingrato ſapore: ſed medicinæ utilis. In quo animaduertendũ illud eſt dicere Dioſ. eſſe hunc ſalem εὔσχιστον. i. ſciſſilem ſcindiq; faciliime: Pliniũ uero ſciſſili alumini colore ſimilem: nõ leui inter eos diuerſitate: quæ tota in uocibus illis ſchiſton & euſchiſton uerſatur. Coaluerunt in ſcriptore hoc non multo poſt ab hoc loco inutiles qđam uoces ab his additæ: qui ignorarent in Cappadocia Tattam nomine ſtagnũ eſſe: a quo Tatteus ſal quondam dictus fuerit: qui a Dioſ. Phrygius nominatˀ: qm̃ in magnæ Phrygiæ parte Cappadocia quondã fuerit: ut Strabo teſtatus eſt. Id ut diximus ignorãtes aliq nouãq; ſibi uocẽ corruptam exiſtimantes

existimantes aut triteum aut gateũ uocari adscripserũt Verũtñ ex Plinio restituẽdus locus erat: Eodẽ n. loco inquit At ex stagnis Tarentinus & Phrygius qui Tateus uocaẽ Legebaẽ postremo uarie in uetustioribus græcoꝵ codicibus qđ ad uespas & crabrones ptinet. Vidimus n. nos in quibus post uespas nõ ἀνθρηνῶν q crabrones sunt legiẽ sed mutato casu τερηδόνας quæ uox græcis uitium in osse indicat qualem mox describemus Quod nõ penitus neglexímus: psertim corrupta cõmuni lectione: quæ sine uitio futura erat πρὸς δὲ σφηκῶν πληγὰς καὶ ἀνθρηνῶν: at ea est σφηκῶν πληγὰς καὶ τερηδόνας i. si crabrones ea uox signifiret Vespaꝵ ictus & crabrones cũ crabronũ potius legendũ fuisset. Alter ex nouissimis interpretibus ex Plinio rẽ ad crabrones cõtraxit Barbarus in altera lectione minus certe q̃ oportebat teredines dixit Nos Pliniũ secuti ẽt sumus qui uespis crabrones adiecit ix trigesimi libri capite. Suntq; eius hæc uerba. Aduersus crabrones uero uel uespas similiaq; ex aceto &c Non dãnamus tñ quod a Barbaro dictũ est. Desideranda tñ in eo certior suæ teredinis significatio. Credẽt enim legentes notissima insecta ab eo indicari cõtra quæ hic nihil pcipit. Sed si recipienda hoc loco teredo sit ossiũ teredinẽ intelligere oportebit quã græci τερηδόνα ὀστοῦ uocant. i. ossis teredinẽ Ea in diffinitionibus suis a Galeno his uerbis describiẽ. Teredo ossis perforatio a corruptione est. Nomẽ malo ex eo qđ illi accidit factũ est; perforaẽ n. Videndum medicis erit an ossiũ huic malo sal pfosit: & si psit nõ ab re fuerit eã recæpisse uocẽ: nos in ambiguo eã quæ auctore Plinio cõfirmari poterat elegimus. Sequiẽ non multo post quod ad Crocodiloꝵ morsus ptinet in quo lõge Plinius in eius remediũ rõne ab hoc scriptore differt. Hic eo quo cũcti uerterunt sensu uoces illic cõcipit: nec aliud indicant quæ illic leguntẽ καὶ κροκοδείλων δήγμασι βοηθοῦσι ἐν ὀθονίοις λεῖοι καὶ βαπτόμενοι εἰς ὄξος συφομένων τῶν μερῶν τοῖς ἐνδέσμοις. Plinius e diuerso ait Crocodiloꝵ morsibus ex aceto in linteolis ita ut batuereẽ ante ictuũ ulcera; nõ satis certe curatiõis modũ docens. Batuendi tñ uerbo usus indicasse uĩ pulsandũ percutiẽdũq; antea locum morsum & ex morsu factũ ulcus. Id enim batuere uerbũ significat Ex eo oborta suspitio nobis est quod in Dios legitur συφομένων si recipienda Plinii lectio sit τυπτομένων legi oportere Esseq; sensum Crocodiloꝵ morsibus succurrere salẽ. Oportere tñ in eũ usum linteolis claudere: demersumq; in aceto uolneri iponere; sed ante q̃ imponaẽ batuendũ. i. pcutiẽdũ ex morsu factũ ulcus illud Quod enim est illic participiũ συφομένων parũ apte colligandis uinciẽdisq; uolneribus rñdet. Peopria enĩ in spissando nõ in ligãdo significatio uerbi eius est. Monuisse hoc satis sit Nam quod ad rem ptinet nihil mutatũ a nobis est: Multiplex salis ut uĩ potestas est Stomacho tñ pterq̃ ad excitãdã cibi appetentiã inutilẽ aliq tradiderũt. Sed ob eã uim tã cõem hẽt ĩ cibis usum: ut nõ sibi tm hoĩes quotidie parent: sed pecori suo ẽt pastores & armẽtatũ lambendũ aliqñ pponant Quod qua rõne ab eis fiat q̃situm sæpe est: Dubitatũq; an ad nutrimẽti copiã & ut pinguescat pec⁹: an sanitatis cã potius & ut minuaẽ pinguedinis copia: q pecori morbosa est excogitatũ id in pecuaria re fuerit. In priore enĩ cã illa rõcinabiẽ aliqs excitari auiditatẽ salis acrimõia apeririq; corporis meatus oẽs: eaq; rõne ad nutrimẽti distributionẽ & in totũ corpus digestionẽ iter fieri. Ob quã cãm nõ defuerũt ex antiquioribus q iuberent graciles & q cibũ nõ sentiũt nõ dulcibus quale passum est nec glutinosis qualis alica: sed salsamentis & his quæ salsuginẽ aliquã habeant nutriri. Quoꝵ tenuitas nutrimentũ corpori peruiis meatibus adiciat. In posteriore rõcinari contra licebit adipes & obesitatem oẽm disiicere absumereq; salem eiusq; rei inditiũ esse q facilius strigoso pecori ob maciẽ pellis auferẽ. Qui n. pellẽ retinebat & carni glutinabat adeps: Sale absumptus qđ diximus pstat: Quinetiã salis usu extenuari sanguinẽ aliq crediderũt. Eãq; ob cãm ut cõualescat pecus lambẽdũ salẽ a rei pecuariæ magistris apponi. Fuerũt ẽt q crederẽt ad fœcũditatẽ id ptinere: fieriq; salis cibo ad uenerem promptius oẽ pecus: qm̃ obseruatũ fuerit cães salsamẽtis oẽs cẽtes citius cõcipe: & in mari naues lõge plures q̃ in fluminib⁹ sorices gignere: nõ ob aliã ut ferũt q̃ ex copioso coitu ad quẽ sale stimulaẽ cãm.

Teredo ossis τερηδὼν ὀστοῦ

DIOS. DE Salis spuma aut lanugine. Cap. lxxxi.

Halos achnen. Romani salis spumam aut maris lanuginem dicunt. Spumosa maris lanugo salis spuma est. Inuenitur in saxis easdem sali uires habens.

INTERPRES.

f Atis se ipsam solo noĩe cõcrescens in litoralibus petris & in mari scopulis fluctuum aspgine salis lanugo hæc potius q̃ spuma indicat. Plinius spumã. xxxi. uolumine capite r. vii. appellat ex propria achnes in græcis significatione. Hic tñ ἐπίσφηγμα eam esse dicens. Lanuginem magis cum iam in saxis concreuit describere uidetur facilem cognitu & inuentu rem.

DIOS. DE Muria. Cap. lxxxii.

h Almẽ. Romani muriã dicũt. Habet muria easdẽ sali in exterẽdo ptãtes & uires. Cõtra exulcerata itestinoꝵ tormina: uetustosq; coxẽdicũ dolores clystere utilr ĩsũdiẽ. Foueñẽ ea ẽt pari uulitate q̃cunq; maris aq̃ foueri pcipiunẽ.

INTERPRES.

p Ru eōperto nobis est deesse huic capiti uires potestatesq; illas oēs: quas sali hic idē scriptor paulo ante assignauit Neq; n. uerisimile est ex tā multis unā tm̄ exterēdi. s. dictā ab eo fuisse. Persuadetq; id nō tā antiqua scriptoris huius interꝑtatio in qua deinceps multæ aliæ numerant: q̄ Plinius. xxxi. uoluminis capite. viii. plures & ipse numerans: spissare: mordere: extenuare: siccare: & quæcunq; alia hic scriptor toto hoc capite doret: a quo iisdē uerbis oīa reddita sunt. Credimus nos factū id ab aliquo: cui satis esset in sale ea audisse: laboriq; in scribēdo itez q̄ semel scripta fuissent pareens eas neglexerit. Reperēdæ itaq; & i hoc caput reuocādæ ex sale oēs illæ erūt Barbarus græcoz halmen salsuginē uocauit latioris forte ambitus q̄ græcoz halme certa res exigeret uore usus. Nos muriā auctoribus Columella: Plinio: Romanisq; scriptoribus aliis appellauimꝰ qui in medicina & domestica re muriā semp uocauerūt. Ea duplex ueteribus fuit: altera qua in cōditura uini uterent: cuius cōfectionē & usum Columella docuit. xiii. uolumine capite. xxvi. Altera q̄ dura ab illis uocabat: cuius cōfectionē & usum idē scriptor codē uolumine sed capite. vi. & vii. tractauit in qua in cōdituris oleꝫ radicū pomoꝫ salgamorūq; osum usa antiqtas est. Solūq; hoc genus halmen Dios. uocat: qm̄ altera illa admixto sibi melle nullū nisi in uindemia habebat usum. Eius cōfectio a Columella his uerbis docetur. Doliū q̄ patentissimi oris locato in ea parte uillæ q̄ plurimū solis accipit id doliū aqua celesti ipleto. Ea est. n. huic rei aptissima: uel si nō fuerit pluuialis fontana dulcissimi saporis sit. Tū indito sportā iunceā uel spartrā: quæ replēda est sale cādido ut rādida muria fiat. Cū sale p aliquot dies uidebis liquescere & ex eo itelligis nōdū eē muriā maturā Aliū subinde salē tādiu ingeres donec in sporta permaneat integer sal: nec minuat. Quod cū aīaduerteris scias hr̄e muriā maturitatē suā. Et si meliorē adhuc uolueris in uasa bn̄ picata diffundes & opertā in sole habebis. Oēm. n. mucorē uis solis aufert & odorē bonū ꝑbet. Est illud etiā maturæ muriæ experimentū: ubi dulcē caseū in eā dimiseris: si pessum ibit scias esse adhuc crudā si innatabit maturā. Et hæc dura antiquoꝫ muria fuit qua in condituris salgamoꝫ uillici & patres familias utebant. Medicina aūt in plerisq; morbis presertimq; interaneoꝫ exulcerationibus & coxendicis doloribus eadē rōne qua secūdo uolumine ingaro idē hic scriptor monuit: ut exulcerata ad cicatricem perduceret & quæ exulcerata non essent ad ducendum ulcus pcoritaret.

DIOS. DE Salis flore. Cap. lxxxiii.

h Alos anthos. Romani Salis florē noīant. Defert Nilo Aegypti flumine Salis flos. Innatat & paludibꝰ qbusdā. Probat q fit croceo colore: odore ī grato ceu gari nōnunq̄ ēt grauiore: Maiore in gustu erodēdi ui cū pinguitudine aliqua: Improbat q rubricæ colore ruber grumosusq; est. Sincerus oleo tm̄ resoluit. Adulteratꝰ iniecta aqua defluēte colore diluit. Facit ad malefica dolosaq; ulcera & ulceꝫ phagedenas salis flos: Facit ad ea quæ in genitalibꝰ pascēdo serpūt. Purulentas aures & beberes oculos. Cicatrices albuginesq; eoꝫ tollit. Addit i emplastra. Miscet & unguētis qualiter in rosaceo fit coloris cā. Sudorē cit. Aluū turbat cū uino & aqua sumptū. Stomacho nocet. Miscet acopis & his q̄ exterēdo sunt ad extenuādos palpebraꝫ pilos. In uniuersumq; salis mō feruidus & acer est.

INTERPRES.

p Eregrina nec satis certa res Italiæ quōdā salis hic flos fuit. In Aegypto inueniri ab hoc & ab aliis dictus: paludibusq; & fontibus qbusdam innatare. Quo minus demiret aliqs nūc in medicina paꝫ cognosci & nullū eius esse usum Salis ueluti rubigo q̄dam ab aliis dictus salis flos est: qm̄ colore russo fit. Cōmēdabatur tunc q olei pinguitudinē quandā redderet. Quod sane miretur aliquis ab olei pinguitudine diuerso penitus sale. Certissime de eo Plinius. xxxi uolumine capite vii. egit: nihilq; nō ab hoc scriptore traditū iisdē reddidit uerbis. Ob quā cām longius de eo nō agimꝰ in scriptore eo cognoscēda relinquētes siqua nouisse alia de eo aliqs optauerit.

DIOS. DE Nitro. Cap. lxxxiiii.

n Itron, Romani pariter græcis Nitrū dicūt. Probatur quod leue & sine pōdere est roseo colore aut albo: & spongiarum modo fistulosum: Quale est quod ex būnis affertur: uires ex alto in summum euocandi habet.

INTERPRES.

f Verunt quondam nitri pluribus locis non aliter q̄ alioꝫ metalloꝫ nitrariæ fodinæ: aliquibus etiam siccatis sole nitrosis aqs & paludibꝰ fiebat. Et ne lōgiores simus nullū quale nostra ætate est fictitiū nitrū tūc erat: Nec eū quē nostra ætate usum in missilibus igue tormētis habet

habet in antiqua militia habuit: Vtebatur eo medicina tm̄. Nihilq; Absyrto in ueterinaria medicia freq̄ntius ē. Quoniā salis mō auiditatē cibi morboso pecori excitaret. Simulq; quam hēt pellēdi ui purgaret. Vtebat̄ & ganea in qua periti eius obseruauerant: tenerescere nitro multa p̄sertimq; herbaꝝ radices: cādorē obsonia contrahere & olera uiridiora fieri. Ex quo usu Martialis etiā cecinit. Ne tibi pallentes moueant fastidia caules: Nitrata uiridis brassica fiat aqua. Quod totum legentes monuisse placuit: nequis ab hoc & ab aliis de nitro dicta: de Nitro nostı æ ætatis quē salē nitrū oēs passim noiant: dici existimet. Laudauit antiq̄tas nitrū ob diuersos usus diuersis locis nascens. Hic ex bunis spōgiosum aliis anteposuit: nō satis certa loci indicatiōe. Omittimus quæ Plinius. xxxi. uolumine capite. x. retulit optimū copiosūq; in Clitis Macedoniæ nasci. Nihil enim quod ille ait ad scriptoris huius bunos pertinet. Qui si hoc loco colles simpliciter significant fossile & ex montanis erutum cæteris uidetur Dios. anteposuisse. Sin cōtra nō colles ea uoce: sed certū aliquē significauit locū in ambiguo tūc res est. Plures enim diuersis regionibus urbes & oppida hoc noie i antiq̄ Geographia audiuntur: quia in collibus ædificatæ habitarētur sic noiatæ. Bunos enim græci cespitib[9] erectas aras & tumulos uocant. Siq̄dē in Illyrico: in Epiro: nec p̄cul ab Antycira eodē noie buni urbes & oppida fuerunt ut testati Stephanus bizantius: Plutarchus: pluresq; alii sunt. Nobis inclinat animus in eam quæ non p̄cul ab Antycira a Plutarcho describitur in cōmentariolo cui titulus est utrobi in terrestribus an in aquatilibus brutis maior sit prudentia.

DIOS. DE Spuma nitri. Cap. lxxxv.

Phron nitri. Romani spumā nitri dicunt. Probatissima nitri spuma: quæ leuissima & sine pōdere ē. Quæ crustacea: friabilis: colore pene purpureo: spumosa: gustumq; erodens: qualis ex Philadelphia Lyciæ affert̄. Secūdā bonitatis æstimationē habet Aegyptia Nascitur & in Magnesia Cariæ. Vires hn̄t & nitrū & nitri spuma sali æquales: Cremātur q; illi similiter. Amplius tn̄ id nitrū nitriq; spuma possunt ut tormina finiāt trita & in aqua dulci addito cymino pota: aut cum decocto aliquo eoꝝ quæ inflationes disiicere possunt: quale est rutæ anethi ue aut anisi. Inunguntur his ēt in suspitiōe accessiōis circulares febres. Miscent̄ emplastris: quæ discutiendo: extrahendo: exterendo: & extenuando sint. Medētur putulētis auribus: earūq; inflationibus & tinnitibus cū calida aqua uino ue illis instillata. Purgant & sordes cum aceto iisdem instillata. Cū suillo asinino ue adipe rabidoꝝ canū morsus & abscessus quos dothienas uocāt terebīthina resina excæpta sanāt: Cū caricis cōtra cutem subeuntes aquas emplastri mō imponuntur. Excæptis melle ad claritatem inūguntur eis oculi. Bibūtur & cōtra fungos utiliter in posca: in aqua cōtra buprestim: cōtra taurinū sanguinē cum silphio. Imponūtur emplastri mō ēt utiliter his qui cibū nō sentiūt. Cū cera luxatis & in scapulis rigētibus in decessiōe: & cum iam decrescit malum. Miscentur pani etiam utiliter: danturq; uescenda ad linguam resolutam. Coquūt quidam prædicta nitrum. s. & nitri spumam in noua testa ignitis carbonibus donec candeant superposita.

INTERPRES.

n Ecead em nec diuersa nitro penitus nitri spuma antiq̄s fuit: iisdem locis cū nitro nascens & æquali illi p̄tāte: aspectu tn̄ alia quo tenuior nitro eo ēt melior. Discrimen in nascēdo potius q̄ substātiæ eius erat. Prægnātibus. n. sed nōdū parientib[9] nitrariis: ut Plinius ait spuma colligebatur. Eratq; ob tenuitatē suā nitri spuma p̄uius: & in sūmum emergēs simulq; concrescens humor Sunt tn̄ in græcis q̄ testentur fieri nitri spumā. Aceruoꝝ nitri ueluti fermento quodā: ex q̄bus referuentib[9] hæc ueluti spuma emergeret. Quod in multis aliis fit feruore suo se purgātibus. Addiderunt alii in priore illa colligēdæ nitri spumæ rōne nō cōcerni eam in nitrariis nisi noctueni accesserint rores. Quocūq; aūt mō se res habuerit quod tenuissimū ex nitro se proferebat id uitro spuma quōdam dicebat̄: multi ut uidet̄ in medicina usus a nitro sola bonitate diuersa Ob quam cām: & si forte uno eodemq; capite continuata historia de utroq; traditū quondā a Diosco. fuerit. Nos tn̄ alioꝝ oīum rōnem secuti seorsum de utroq; egimus Neq; est quod ultra moneamus q̄ fuisse quondā p̄ sale aliq̄bus locis nitri huius usū: tāta illi sīlitudo coloris saporis & totius substātiæ ē. Posseq; adhuc iueniri & in eodē usu gētibus aliq̄bus eē: id tn̄ p̄ cōperto nobis nō est. Queādmodū sine cōtrouersia a cūctis recipit̄ nullū fuisse usum nec cōfectionē aliq̄ ei[9] qd̄ nunc decocta terra ad usus belloꝝ fingitur & salem nitrū uocant. Magna cū illo similitudine & naturæ id generātis imi-

tatione excogitatum. Est illud ẽt animaduertendũ quod ab altero ex nouissimis interpretibus dicitur. Finire nitri spumã tormina si in hydromelite aut sapa bibať. Nõ sapã sed decoctũ intelligẽdũ eo loco esse: coniungiq; decoctũ aliis illis quæ statim numeranť rutæ &c. Esseq; sensum bibi oportere in mulsa aqua nitrũ: aut in decocto aliquo coꝝ quæ inflatiões soluũt. Qualia sunt anethũ: anisum: ruta: pluraq; alia. Quod aũt in extremo capite dictũ a nobis ẽ dari uescẽdũ ad linguã resolutã a Plinio aliis ostẽdiť uerbis. Ea sunt. Paralysi in lingua cũ pane imponiť. Hic pani tm̃ misceri ait ad linguã resolutã. Credimusq; nos sic tractãdũ remediũ esse. Cæteri Plinium secuti ex uerbis eiꝰ locũ uerterunt. Nos hũc in Dios. sensum ex aliis odorati: nõ uidemus si linguæ imponendũ nitrũ sit: quid ad eam rem pane opus sit. Citius enim & altius sine eo in linguam penetrabit.

DIOS. DE Fece. Cap. lxxxvi.

c Ryga. Romani fecem dicunt. Ex uetere Italico uino eligenda præ oĩbus aliis uini fex est. Sin minus ex quo potuerit aliquis maxime simili. Ex aceto. n. actiore & intensiore ui est. Coquẽda halcyonii modo fex diligẽter antea siccata. Quidã in nouis fictilibus testis eam coniicientes copioso igne cremant: usq; dũ altius tota igne candeat. Alii ignitis carbonibus glebas eius operiẽtes idẽ agunt. Legitimæ cocturæ nota est cãdidus aut aerius color: & cũ refrigerata linguæ imposita eam quasi urit. Coquiť eodem modo ẽt aceti fex. Est feci uis & natura ualidissime adurere: exterere: ad cicatricem perducere: adstringere: siccareq;. Vtendum recente est. Citissime. n. efflata ui languet. Eamq; ob cãm diligentissime opculanda nec nisi uase aliquo clausa seruanda est. Lauatur bullæ modo quæ pópholyx diciť. Cruda fex per se & cum myrtho tumores reprimit. In aluũ & stomachũ emplastri modo imposita destillationes compescit. Muliebres fœminarum fluctiones imo uẽtri & naturalibus eodẽ modo imposita sistit. Panos nõdum exulceratos discutit. Cõtra copiam lactis & eius impatientes mãmas ex aceto inungiť. Cremata scabros ungues cum resina pellit: & ex lentiscino oleo integram noctem inuncta capillum ruffat. Lauatur cremata fex: misceturq; oculorum medicamentis non aliter q̃ cinerula quæ spodion dicitur. Oculorum albugines & cicatrices exterens.

INTERPRES.

f Edimentũ uini cũ ĩ dolio deferbuit fex est. Nota oĩbus & nisi ĩ medicina uires aliquas habeat homini penitus inutilis. Crudæ pariter & coctæ usus quõdam fuit. Vocauit fecem posterior græcoꝝ medicina ẽt pheclã. Copiosaq; in græcoꝝ medicis ea uox ẽ: qua crematam priuatĩ significãt. Eius nõ meminit Dios. qm̃ sua ætate nullũ erat forte adhuc id nomen. Illud humaniores lr̃as pfitentes nouisse & obseruasse uolumus. Quod a nobis dictũ est. Vtẽdũ recẽte ẽ. Citissime. n. efflata ui languet: eamq; ob cãm diligẽtissime operculãda: nec nisi uase aliquo clausa seruanda est: a Plinio breuius & aptius dici. Celeriter exanimatur non incluso condita. In quo exanimandi uerbo usus animam ad omnem halitum: & ut græci dicunt ἀπο ὀψορσιαι contraxit.

DIOS. DE Calce quam græci asbeston. i. non restinctam aqua uocant. Cap. lxxxvii.

a Sbeston. Romani Calcem uiuam dicunt. Fit hoc modo calx. Sumito marinoꝝ buccinoꝝ testas: igne eas obruito: aut in candentes igne furnos cõiicito: sinitoq; integrã noctẽ illic esse. Matutino deinde si candorẽ contraxerit tollito. Sin minus coqto iteꝝ usq; dũ penitus albescãt. Frigida deinde aqua restinctas in nouũ fictile inditas: diligenterq; uetere lacinia opculatas integrã noctem dimittito. Matutino deinde si in calcis totã & integrã cõfectionem transierint tollito reponitoq;. Fit & ex coctis fluminũ uolutatione attritis lapidibus. Fit ex uulgari albo lapide ẽt: quæ alias oẽs bonitate antecedit. Habet cõiter oĩs calx feruidam uim: erodit: urit: & ignium modo crustas inducit. Excæpta quibusdã aliis calx: qualia sũt oleũ: aut adeps maturãdi uim acquirit: mollit: disiicit: & ad cicatricẽ pducit. Efficaciorq; cunctis existimãda est recens: & quæ aquis nõdum aspersa fuerit.

Titanos

INTERPRES.

Itanos inter uenena ab hoc ipso scriptore sequenti cōmentatio nominatur: quæ hoc loco asbestos ab eodē dicta est: Specie tñ̄ ut aliqui crediderunt diuersa: ut nos aūt in græcis obseruauimus solo architectoꝝ usu: qui Titanon intellexisse uident̄ eam: qua parietibus tectoria inducerent̄. Et qm̄ Gypso id aliqñ fieret Gypsū sæpenumero ea uox græcis ēt significat. Quin etiam τιτανῶσαι uerbum illis inter cætera gypso inducto tegere & oblinire est. Verumtñ̄ sola calx utraq; appellatione illa indicat̄. Quæ potuit ex diuersa materia: ut hic ait facta in architectura diuersos habere usus In medicina tñ̄ contraq; in ueneni maleficio: utrūq; n. calx præstat nullū huiuscemodi discrimen a natura accæpit Ois n. calx sine generis discrimine nocet & prodest.

DIOS. DE Gypso. Cap. lxxxviii.

Gypson. Romani pariter græcis gypsum dicunt. Est gypso adstringendi uis. Glutinat. Sanguinis pfluuia & sudores cōpescit. Potū strāgulatiōe pimit gypsum.

INTERPRES.

Ognata calci res Gypsum est. Plura numerant̄ eius genera: priuatimq; a Plinio lib. xxxvi. capite xxiiii. Poterunt uolentes ab eo singillarim oia audire. Posteriores græcoꝝ medici de uiribus eius certius docuerunt siccare & opplere gypsum dicētes: & in cōpescendis sanguinis pfluuiis cum farinæ polline & oui albo usum eius esse. Cremari ut cætera gypsum etiam: crematumq; opplendi uim amittere: sed in siccando efficacius fieri:

DIOS. DE Sarmentorum uitium cinere. Cap. lxxxix.

Ephran Clematirien. Romani Sarmentorum uitium cinerem appellant. Vrendi uim cinis hic habet. Cum axūgia oleo ue illitus cōtusis neruis eorumq; concretionibus & fractis articulis prodest. Ex uino aceto ue carniū in scroto excrescentias impositus cinis hic reprimit. Idem ex aceto emplastri modo impositus serpentium & rabidoꝝ canum morsibus medet̄. Miscetur prærerea emplastris quæ ignis modo crustas urendo inducūt. Fit ex eo lixiuia etiam: cuius usus est contra ⊕ & fungos cum acero sale & melle.

INTERPRES.

Vod superest ex cremata materia aliqua cinis est. Vt oīum similis substātia: sic diuersæ & inæquales uires. Naturam & discrimina crematæ materiæ cineres oēs sequunt̄. In medicinam presertimq; ad lixiuiā ex eo faciendā laudatus in primis est: qui crematis uitium sarmentis colligit̄. Patetq; id ex his quæ sexto cōmentario totiens docent̄ Ex quo non importune suspicari nobis uisi sumus quod in extremo capite passim in græcis legit̄. καὶ γίνεται ἐξ αὐτῆς κονία πρὸς πτώματα καὶ μύκητας, quæ uoces indicant: qd ab aliis redditū est lapsus præcipitatiōesq; &c. non πτώματα. i. lapsus: sed πώματα i. pocula legi oportere intelligiq; Diosc. ea uoce uoluerit uenenata pocula oīa quæ aliqs hauserit. Inclinat nobis in hāc partē aīus: ideoq; locum uitii nota signauimus. Credimus deinde quas hic νεύρων συστροφάς dixit: & nos neruorū concretiones uertimus ganglia a Diosc. significari. Quid aūt ea sint in diffinitiōibus suis tradidit Galenus. Nerui ganglion uocans præter naturā densationem quæ in corpus cōcreuerit. Quæ aūt eodem hoc loco Diosc. λυγίσματα ἄρθρων dixit: & nos fractos articulos uertimus manifestā ex ui uocis significationē hñt. Græci enim λυγίσματα ἀνακλάσεις dicūt Suntq; illis ἀνακλάσεις quæ fracta inflectūtur magis q̄ a sua continuitate separantur.

DIOS. DE Halcyonio. Cap. xc.

Alcyonion. Romani pariter Halcyonium dicūt. Quinq; cognoscuntur Halcyonii genera. Primum qd̄ dēsum: sapore acerbo: spongiosumq; aspectu est: uirosum itidem: pōderosum: piscoso odore: quod copiosum in litoribus inuenit̄. Secūdū cōcreti in hominis oculo unguis aut spōgiæ figurā hēt: sine pondere: fistulosum: odore pene algoso. Tertiū uermiculorū spēm ostendit colore magis purpureo: quod quidā milesiū dicunt. Quartum succidis lanis simile: fistulosum: nec ponderosum est. Quintum fungorum figuram habet: sine odore & asperū Intus pumicis similitudinem aliquam foris leuorem habet & acre est: quod plurimum in Bembico Propontidis insula nascitur: & gētis eius uocabulo maris spuma

appellatur. Omniũ primo & secũdo ad exterendũ & inducendũ læuorem mulieres cõtra lẽtigines: ĩpetigines: lepras: uitiligines: nigredines: uultusq; & reliqui corporis maculas oẽs utunt̃. Vtile tertiũ urinæ angustiis est: & concrescẽtibus in uessica harenis. Renũ pterea cum urinę malo aliquo doloribus: cutem subeuntibus aquis & lieni. Cremat̃ hoc: crematũq; ex uitio utiliter cõtra capilli defluuia quas alopecias dicunt emplastri mõ imponit̃ eas explens. Vltimũ dentifriciis accomodatum cãdorem dẽtibus afferens. Miscet̃ & aliis quæ exterendo & depilãdo sint addito sale: Si cremare aliqđ eoꝝ uolueris: cũ sale in crudũ fictile coniicito: lutoq; circũlito ore eius in fornacem coniicito: cũq; coctum fictile penitus fuerit ablatum ex fictili halcyonium reponito & utere. Lauatur Halcyonium Cadmiæ modo.

INTERPRES.

h On ausim ego nũc cẽsere an quæ in antiquis græcoꝝ & latinoꝝ poetis discedẽtibus a se mari aut eodẽ elemẽto ad se reuersuris cõiugibus & amoribus suis halcyonios precabant̃ dies amicæ & uxores: bona fide p salute eoꝝ uota precesq; conciperent An ut liceret illis p Beumã septẽ diebus tranquillo mari ad nitorẽ læuoremq; cutis halcyoniũ tuto expiscari. Mala. n. mulieris mens & ad nouas uoluptates sedulus animus cõciliandis nouis amoribus cõtinue studet: gaudetq; aliud agere credita: quibus subinde placeat formæ suæ lenocinio quærere. Id certe uerisimile est & facile credat aliquis: halcyoniũ quo quotidie ad uultus decorẽ uterentur certius q̃ halcyonios dies nouisse fœminas: Relictaq; uiris tota maris & nauigatiõis obseruatiõe: unde spẽm suã augerent diligentius curasse: neq; ex fabulosa Ceycis & halcyones historia aliud q̃ halcyoniũ nouisse lenocinio formæ nascentẽ in mari rem: siue ex halcyonũ nidis reliquiæ: siue crassescẽtes spumarũ sordes: siue limus & maris lanugo quædã id sit. Nomẽ illi Halcyones marinæ aues fecerunt haud sane: qa ex eaꝝ nidis halcyoniũ mari innatet: sed quia ex eo mari innatanti & fluitanti halcyones aues nidos sibi ad fœturã faciãt. Prius n. halcyonũ nidis spuma & lanugo illa maris est: tũ ex ea halcyonũ nidi: & qm̃ halcyonibus ad fœturã inseruiat Halcyoniũ dictum est. Discrepat in genecum numero ab hoc scriptore Plinius: ille quatuor: hic quinq; genera eius facit nec iisdem notis ambo quorcũq; ea sint: indicãt. Quodq; a Plinio nõ numeratur qntũ illud nobis uidetur fuogoꝝ figura sine odore & aspeꝝ. Poterunt id certius uolentes in Plinio uidere lib. xxxii. capite. y.

DIOS. DE Adarce. Cap: xci.

a Darcen. Romani pariter græcis adarcem dicunt. Nascit̃ in Cappadocia qui adarces appellat̃. Est is ueluti gelata salsugo in humidis palustribusq; locis puẽniens. Fit siccatis paludibus his: cõcrescitq; in harundibus & cremiis Asii lapidis flori colore similis: tota uero specie molli & inani halcyonio. Estq; ueluti palustre halcyoniũ. Vtilis exterẽdis lepris Adarces est. Asperã & ceu ab æstiuo sole discolorem cutem: impetigines: lentigines: aliaq; huiuscemodi uitia emendat. Acrimõiam in uniuersum Adarces habet: ex alto in summum euocat. Prodest & coxendicis doloribus.

INTERPRES.

e Alamochnũ i. harundinũ lanuginẽ Adarcem hunc in græcis aliqui nominauerunt: facto qa in harũdinibus cõcretæ lanuginis modo inuenitur illi hoc nomine. Credimusq; nos nõ excusandi lapsus Plinio occasionẽ eam dedisse uocem. Is enim quod ante nos alii etiam deprehenderunt libro. xvi capite xxxvii. inter harundines Adarcem his uerbis numerat. Est & in Italia nascens adarca nomine palustris &c. Tum cum totam fere naturam percurrisset: ageretq; de aquatilibus. xxxii. capite vi. inquit. Inter aquatilia dici debet & Calamochnus latine adarca appellata. Nascitur circa harũdines tenues: Spuma aquæ dulcis & marinæ ubi se miscent. Plura sũt duobus his locis eius scriptoris errata. Primum q; plantam cum hærente & adnata illi spuma miscet: confunditq; rei intellectum: tum q; adarcam latinam uocem esse affirmat: cum græci passim pro sua ante latinos usi ea fuerint: mox in Italia nasci contra Dioscoridis & aliorum omnium decreta. Barbarus etiam hoc capite quod Dios. περιπηγνύμενος καλάμοις καὶ χόρτοις ait: monetq; concrescere Adarcem in harundinibus & herbarum cremiis: farraginem dixit contra rei rusticæ auctores omnes farraginis uoce in ea re usus Habet enim farrago certe rei in pecoris pabulo significationem ut certius illi docuerunt.

DIOS. DE Spongiis. Cap. xcii.

f Pongus. Romani spógias dicũt. Ex sexu discreuerunt aliq spógias: uocaueruntq; mares tenuibus fistulis spissioresq;. In eodem hoc genere duriores tragos ẽt noiantes: Fœminas cõtra: quæ antedictis contrario habitu sunt. Cremant spógiæ halcyonio similiter. Vulnerariæ recentes & quæ nullo unguine pinguescunt spógiæ sunt. Tumores reprimũt: & ex aqua poscaue recentia glutinãt uulnera: Cũ decocto melle uetustos ẽt glutinãt sinus. Inutiles cõtra ueteres sunt. Oẽs tñ præclusa ulcera callosq; aperiũt. Lino colligatæ siccæq; linaméti modo iditæ fluida: cuniculosa & antiqua siccãt ulcera. Siccæ inanes recentesq; spógiæ sanguinis ꝓfluuia ex aceto cõpescunt. Faciũt crematæ ad aridas lippitudines quas Xerophthalmias noiant: & quæ extersisse spissasse ue oporteat. Lauant spongiæ oculorũq; medicinæ utiliores lotæ fiunt. Cremant inde: Facitq; ad sanguinis ꝓfluuia cũ pice crematarum cinis. Cogunt candoré contrahere ẽt quæ earũ mollissimæ sunt: Fitq; id hac rõne. Aestu anni ardentissimo salis spumosa lanugine quã halosachnem uocãt in petris hærente adspersæ madẽtesq; insolantur. Constituunturq; inuersæ. i. ut sursum spectet qđ cõcauũ in illis est: deorsum uero qua parte hærentes succisæ fuerũt: Et si noctis serenitas calebit ad lunã etiam disponuntur eadem salis spuma aut marina aqua cõspersæ. Candidissimæ aũt omnium euadunt quæ sic curatæ fuerint.

INTERPRES.

t Ertiũ hñt in natura spõgiæ ordiné nec frutices nec animalia: Sed inter utrunq; hoc genus mediũ quiddã: In quo mixta simul aialis & plantæ natura est Zoophyta græci oia appellant: Pluribus locis in mari nascẽtes: diuersisq; nominibus ab antiqs distinctæ: qm nõ una sit earum forma: bonitas & usus Hic quod ad faciendã ex eis homini medicinã pertineat satis hoc capite tradidit. Quod aũt ad historiã certius Aristoteles lib. v. de animalium historia: a quo accæpta oia Plinius lib. ix. primũ capite. xxxv. tum. xxxi. capite. xi. iisdem retulit uerbis. Quæ a Barbaro io Corollario suo ẽt collecta sine desiderio legentiũ a nobis relinquont. Quomodo aũt uulnerariæ spõgiæ sint manifeste docuit eodẽ loco Plinius dicens Fracturæ & uulnera spõgiis utilissime fouent: Sanguis rapitur in secando ut curatio perspici possit: & ipsæ uulnerum inflãmatiõibus imponunt. Multaq; alia quæ idẽ scriptor & alii in uulnerũ curationibus tradiderũt. Quod dictum a nobis est; ut scirent legentes aliter uulnerarias esse spongias q̃ plura alia sint quæ toto hoc opere a Dios. τραυματικά. i. uulneraria dicuntur.

DIOS. DE Corallio & Antipathe. Cap. xciii.

e Orallion. Romani pariter græcis Coralliũ dicunt. Coralliũ qđ qdã Lithodendron. i. lapideã arboré uocãt maris credit planta esse: durariq; cũ ex profundo maris ducta a circũfuso nobis aere ueluti cãdens ferrũ aqua mersum temperat & solidescit. Inuenit plurimũ Corallium ad ꝓmontoriũ Siciliæ Pachinũ ꝓpe Syracusas. Probatissimũ est qđ rubet: Sandaracæq; aut sandici colore simile ẽ: Fragile ité totaq; cõcretione sua æquale. Quod terrã: muscum: algamq; simul olet. Præter hęc ramosum: cinnamomiq; mõ fruticosum. Dãnatur contra qđ lapidosum: cõcretione sua scabrũ: cauernosum & inane est. Adstringit Coralliũ leniter & refrigerat: Coercet excrescentias: Oculorũ cicatrices exterit: concaua explet: & ad cicatricem perducit. Cõtra sanguinis excreationes efficacissimũ est. Confert urinæ angustiis: Lienem præterea minuit cũ aqua potum. Quod aũt Antipathes dicit Corallium pariter æstimandũ est specie tantũ diuersum. Nigro. n. colore magis q̃ Corallium arborescit: ramosiusq; est. Easdem habet antedicto Corallio uires.

INTERPRES.

c Rescit arboris modo & in duritiem lapidis duratur in mari Coralliũ: Nota nũc res omnibus sed in nullo fere honore si antiqua repetat eius gratia qua preciosissimis in natura gẽmis prælatum in gentibus aliqoibus diu fuit. Siccandi & mediocriter repurgandi uim illi ueteres græcoq; medici tribuerunt: ideoq; cruentis sputis ut illi etiam tradiderunt utile.

DIOS. DE Phrygio lapide. Cap. xciiii.

P Hrygion lithon. Romani Lapidē phrygiū uocant. Phrygius lapis quo ringendis uestibus in phrygia utuntur unde & nomen inuenit in Cappadocia nascitur. Probatissimus q pallet: mediocriter pōderosus & inæquali coloris concretione est. Candidas siquidē Cadmiæ mō uenas habet. Coqtur lapis hic phrygius optimo primum uino respersus: tum ignitis carbonibus obrutus & in coctura usq; dū mutato colore ruffescat follibus uentilatur. Ex igne admotus deinde eodē restinguit uino: rursusq; carbonibus obrutus iterum pariter coquitur & restinguitur. Tertio itidem coquendus est. Curandumq; ne dissiliens frietur & in fuliginem transeat. Habet crudus coctusq; phrygius lapis efficacem adstringēdi uim. Repurgat item: crustas ignis modo inducit: & ambustis cum cera medetur. Lauatur Cadmiæ modo phrygius lapis.

INTERPRES.

Gentis nomē habet phrygius lapis pumicosa ut Plinius ait gleba: Italiæ semper peregrinus nūc aūt nulli cognitus: & ex eo quod præcipuum habere fertur in nullo nostra ætate usu.

DIOS. DE Lapide Asio. Cap. xcv.

A Sion lithon. Romani Asiū lapidem dicūt. Probatur Asius lapis colore pumicis: fistulosus: nō pōderosus: friabilis & uenis in ꝓfundo luteis. Flos eius est quæ ruffo colore in summa supficie cōcrescit salsugo: cōcretione quidem sua tenuis: colore aūt cū candido: tum pumici simili in luteū uergente. Linguæ admotus hic flos eā leniter mordet. Habet lapis lapidisq; flos adstringēdi uim: ambo leniter exedunt: panosq; Terebinthina resina aut liquida pice excæpti discutiūt: efficaciorem tñ florē existimant. Siccatus hic præter antedicta uetustis & quæ ad cicatricem ægre ꝑducūtur ulceribus egregie medetur. Carnium excrescētias reprimit. Purgat cū melle malefica & quæ fungorꝫ mō cōcreuerunt ulcera. Cōcaua itidem explet & cū melle purgat. Sistit ceræ mixtus quæ pascendo serpūt. Podagris mixto lomento fabæ emplastri mō impositus medetur. Lienosis cum aceto & calce. Tabidis itidē ꝓdest cū melle linctus. Cōficiunt ex Asio lapide ēt in balneis pelues in qbus podagrici pedes utiliter hñt. Fit ex eodē ēt farinæ mō puluis minuendis carnibꝰ utilis: carnosa crassaq; extenuans corpora in balneis ꝓ nitro illitus. Quod siquis ante dictos florem & lapidem lauare uoluerit Cadmiæ modo lauandi erunt.

INTERPRES.

L Onge breuius q̄ hic cæteri græcorꝫ medici lapidis Asii florisq; eius uires tradiderūt: extenuare q dē sed sine erosione dicentes. Eamq; ob cām humētes & flaccidas carnes absumere una πλαδαρῶν σαρκῶν uoce cōplexi q̄ tam multa singillatim a Dios. numerantur.

DIOS. DE Pyrite lapide. Cap. xcvi.

P Yritem. Romani pariter græcis pyritem dicunt: Ex quo conflatur æs pyrites lapis est. Probatur æri maxime similis: & qui facile ꝑcussus scintillat. Cremādus pyrites lapis hoc mō. Madentē melle lentis carbonibus iponito: flatuq; cōtinue donec ruffescat accēdito. Quidā multis & ignitis carbonibus copioso melle cōspersum imponūt. Cūq; in ruffum transire colorē cœperint ab igne amouent. Flatuq; cinerē disiiciētes rursus madentē melle coquūt: donec totus æqualiter cōtracta siccitate fragilior fiat. Sæpe. n. sola supficies tm̄ coquit. Sic deinde coctum siccatū reponūt. Quod si eloto lapide hoc opus erit Cadmiæ mō lauabitur. Est cocto pariter & crudo uis calefaciendi exterendiq; & repurgandi quæ oculorū

claritati officiũt. Durities p̃terea discutit & maturat. Resina idẽ exceptus excrescẽtia cũ caliditate & adstrictione aliqua reprimit. Vocãt sic crematũ aliqui diphryges quasi iterum coctum.

INTERPRES.

i. Gniarium fuit qnondã quẽadmodũ & nũc ẽt est Pyrites lapis Factumq; illi ab igne nomẽ haud sane q̃a caleat: aut ignis modo fulgeat. Sed q̃ inuicẽ attritus aut ferramẽto aliquo pcussus ignis mõ igneas scintillas ex se mittit. Dico aũt igniariũ quodcũq; ad instaurãdũ nouum ignẽ hoĩes excogitarũt. Semina signũ hesternæ male cõdita flãmæ. Vt prima sub luce solet cinefacta perissent. Habẽt p̃stantq; id uulgares lapides oẽs: sed oĩum maxime qui durissimi & metallici sunt: qualis pyrites hic est: cuius ab hac p̃tate bonitas pbat̃. Antepostuit n. hic cæteris eũ q cõcolor æri est: & qui facillime: & quãtum uoluerit aliqs leui pulsu scintillas ignis aget. Quod ideo adiectũ illi a Dios. est: q̃m plura ad instaurandũ nouũ ignẽ lapidis huius genera & bonitates sunt. Quæ ex eadẽ ignis p̃tãte & natura eodẽ noĩe oĩa tũnc censebantur. Egit de his Plinius lib. xxxvi. capite. xix. p. ures & ipse Pyrites numerans lapides: & inter eos genus unũ faciẽs plurimũ habentium ignẽ: quos uiuos tũc uocabant: põderosissimos: q̃bus exploratores in castris uterent̃: q̃m clauo uel altero lapide pcussi scintillas statim ederent: q̃ sulphure exceptæ aut fungis aridis uel foliis dicto celerius ignẽ traherent. Quos Maro ẽt fœlicissime in primo suæ æneidos descripsit dicens. Ac primũ silicis scintillã excudit Achates: Succæpitq; ignẽ foliis: atq; arida circũ Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flãmã. Validissimũ in discutiendis tumoribus cõcretiõibusq; pyritem lapidẽ hũc ueteres græcorũ medici dixerũt. Contra durities quas Scirros ea gẽs uocat utentes cremato primũ mox acerrimo aceto restincto. Nec minus cõtra cõcretum in grumos puerperarum lac.

DIOS. DE Hæmatite lapide. Cap. xcvii.

h Aematiten. Romani pariter græcis hæmatitẽ dicũt. Probatissimus hæmatites lapis qui friabilis rubens aut niger est: in seipso durus & æqualis. Qui nullas habet admixtas sordes: nec lineis aliq̃b⁹ uariat̃. Est illi uis adstringere: calefacere leniter: extenuare: oculorũ cicatrices & asperitates cũ melle exterer̃: Cũ humano lacte lippitudines: rupta & cruoris suffusiones in oculis emẽdat. Contra urinæ angustias cũ uino bibit̃. Cõtra muliebres fluctiões indẽ & cruenta sputa cũ succo punici mali. Fiunt ex eo ẽt cõtra oculorũ affectiões accomodata collyria & aconia. Cremat̃ hæmantes lapis phrygio similiter: sed nullo uino pfundit̃. Vrẽdiq; modus & finis est cũ bullare incœperit: & põdus amiserit. Adulterãt eũ quidã lapide q̃ Schistos. i. fissilis dicit̃. In quẽ usum lapidis eius densam & rotundã glebã sumũt. Talis aũt pars est: quæ radices eius uocant̃: cõiicientesq; in uentrosum fictile feruẽti cinere obruũt: nõ multo post auferẽtes: attrituq; in cote pbãtes si hæmatite colorẽ duxit: quẽ si duxerit: reponũt. Sin minus iterũ nouo cinere obruũt: intuẽtes cõtinue pbantesq;. In feruẽ. n. cinere illo lõgius relictus colorẽ mutat: mox ẽt diffluit. Dephendit̃ adulteratus primũ q̃dẽ diuisuris & lineis: quas pectinũ mõ p lõgitudinẽ diuisas habet. At nõ sic Hæmatites. Deprehenditur p̃terea colore quem hic floridum habet. Hæmantes uero pfundiorem & Cinnabari similem. Inuenitur hæmatites præterea in Sinopide rubrica. Quinetiam ex Magnete lapide conficitur ad extremum cocto. Qui uero per se nascitur in Aegypto fossilis eruitur.

INTERPRES.

c Ruento sanguini colore cõspicit̃ hæmatites: & inde illi nomen Plura eius genera numerat Plinius lib. xxxvi. capite. xx oĩa Italiæ peregrina ut eorũ noĩbus conĩicere licet. Idem bonitatis oĩum notas eodem loco docet: multaq; alia quæ uidisse in eo inutile non fuerit. Vtilis medicinæ & inter uitæ remedia quondam lapis hic fuit: medebaturq; inter cætera oculis. In quorũ usum fiebant ex eo collyria ut hic ait & aconia: quæ a cotibus quas græci aconas dicunt dicta in hec beno primo uolumine certius descripta a nobis fuerunt. Aconia

DIOS. DE Schisto. i. fissili lapide. Cap. xcviii.

s Chiston. Romani pariter græcis Schistũ dicũt. Nascit̃ Schistos lapis hic in Hispaniæ Iberia. Probatissimus luteo croci colore aliquo: friabilis: & in

ſeipſo facillime ſciſſilis: Cõcretione linearũq; quas pectinũ modo habet mutua cõpactione hãmoniaco .i. harenario ſali ſimilis. Eaſdẽ hæmatitę uires habet: minus tñ efficax eſt. Cõcaua explet hũano lacte dilutus. Cõtra rupta: ꝓcidentiaq; in oculis: craſſas item palpebras & oculoꝝ uuas efficaciſſimus.

INTERPRES.

Qualis habitu cõcretioneq; ſua lapis hic ſit nomẽ: ſed longe certius hic ſcriptor oſtendit. Illud a Sciſſili cruſtaꝝ eius diuiſione factũ eſt: hic Hãmoniaco ſali cõparans certiſſima nota totam ſpẽm eius indicauit. Plures in græcis hæmatitæ cõgenerem ſchiſtũ hunc lapidem fecerũt. Sotacus tñ ex antiqſſimis ſcriptoribus alterius generis tradidit Plinius duplicẽ colorẽ illi tribuit ab altera parte nigrũ: ab altera croceum. Vocariq; a carbonũ nigro colore anthracitem: hic tñ ſimpliciter κροκίζοντα .i. croci colore eſſe dixit. Noſq; ad certiorẽ coloris eius intellectũ luteũ addidimus. Vtilẽ oculoꝝ medicamentis tñ Plinius Schiſtũ lapidẽ hũc teſtatus eſt. Ideoq; nos credimus quæ multa numerata a Dioſ. mala hoc capite ſunt: cõcaua: rupta: ꝓcidentia: craſſas: palpebras & uuas omnia ad oculos ptinere. Barbarus quod erat κοιλώματα ſimpliciter ad ulceꝝ cõcauitatem contraxit. Verũtñ ut nobis uideť ad oculoꝝ uitiũ qđ græci κοιλώματα in oculo priuatim dicũt referenda ea uox eſt. Quale aũt id malũ ſit primo uolumine in turis cortice dictũ a nobis eſt. Qualia deinde rupta intelligenda hoc loco ſint Galenus primũ in diffinitionibus mox in Iſagoge ſua certius docuit. ῥῆξιν. (Sic enim ille uocat quæ nos rupta diximus) exulceratioñe in cornea tunicula eſſe: quæ ex ictu aut egregia inflãmatione facta fuerit. In Iſagoge tñ addidit afferre plerũq; exulcerationem hanc oĩum oculi tuniculaꝝ diſruptionẽ: diffluereq; humores per quos uidemus. Quæ etiã ꝓcidentia a nobis dicta ſunt oculorum προπτώσεις intelligere oportet: quas idem ſcriptor iiſdem locis diffiniuit: procidentes oculos fieri dicens quotiens aut uiolento ictu: aut laqueis citra mortem facta ſtrangulatione cum continua febre & capitis dolore oculus in exteriorem partem procidit. In Iſagoge tñ breuius: nec aliud q̃ fieri procidentiam oculi: quotiens ſuo loco motus oculi bulbus cum inflãmatione in exteriorem partem prolabitur.

Rupta oculoꝝ ῥῆξις

Procidentes oculi προπτώσεις ὀφθαλμῶν

DIOS. DE Gagate lapide. Cap. xcix.

Gagatem. Romani pariter græcis Gagatẽ dicũt. Probať Gagates q celerrime accẽſus flãmas agit: & in urẽdo bituminis odore ſentiť. Niger plerũq; Gagates lapis: Squalet: cruſtaceus: & nullius fere põderis eſt. Molliendi diſcutiendiq; uires habet. Comitiales ſuffitu deprehendit. Strangulatu uuluæ ꝓcidentes reuocat. Fugant' eiuſdem ſuffitu ſerpentes. A copis & podagricoꝝ remediis miſceť. Naſciť in Lycia nõ lõge ab hoſtiis fluminis in mare exeũtis: quod ꝓpe Plagyopolim ciuitatem Gagam uocant: prope cuius hoſtia lapis hic inuenitur.

INTERPRES.

Qui Gagatem ſtatim ſeqtur thracius lapis a Dioſ. & ab aliis dictus Gagatæ eadẽ omnia poſſe: miſcendi ſimul utriuſq; notas & euẽtus Plinio cãm dedit: tradendiq; libro .xxxvi. capite .xix. Accẽdi aqua oleoq; reſtingui: quod nõ Gagatæ ſed Thracio lapidi Nicãder in Theriacis ſuis: & hic in lapidum hiſtoria apte tribuerũt. Nicãdri de utroq; uerſiculi ſunt primũq; de Gagate. ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων ἐγγαγγίδα πέτρην· ἥν οὐδὲ μαλερὸν πυρὸς περικαίνυται ὁρμή. Quorum ſenſus eſt. Aliqñ aũt Gagatem ſiccũ lapidem urens quem ualidi ignis impetus nõ domat. Accendi quidem igne Gagatem Nicander ait: nõ tñ ut cætera eo abſumi ſed inurẽdo bituminis odorem tñ ſentiri. Paulo deinde poſt de Thracio agens inquit. ἢ σύ γε θρηικίην καίων ἐπὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν ἥ θ' ὕδατι βρεχθεῖσα σελάσσεται, ἔσβεσε δ' αὐτὴν τυτθὸν ὅτ' ὀδμήσηται ἐπιρρανθέντος ἐλαίου, τὴν ἀπὸ θρηικίου νομέες ποταμοῖο φέρονται, ὅν πόντον καλέουσι. Quoꝝ ſenſus eſt. Aut Threciũ in igne lapidem urens: q aqua reſperſus flãmas agit. Extinguiť aũt exiguo inſperſo oleo. Lapidẽ hũc a Thracio flumine paſtores quẽ pontũ noĩant: afferũt: quæ tota ẽ in ſcriptore hoc thracii nõ Gagatæ lapidis hiſtoria Plinius aũt quo diximus loco de Gagate inqt. Mirũq; accẽdiť aqua reſtinguitur oleo. Quod ut p̃monſtrauimus in Nicãdro: & ut mox in ſcriptore hoc in Thracio lapide patebit nõ Gagatæ ſed thracio cõpetit. Diximus nos comitiales ſuffitu dephẽdere Gagatẽ quos hic ἐπιληπτικούς palã noĩ auit. Cæteri interp̃tes accæptã ex Plinio uocẽ Sonticũ morbũ dephẽdi eo dixerũt: cõiorem ali illius indicatione q̃ nũc forte oporteat uſi. Alter ẽt cõem ſecutus lectionẽ in Cilicia naſci Gagatem ait: cũ ex Geographis: Plinio melioribuſq; græcis in Lycia uertẽdum fuerit.

DIOS. DE Pluribus aliis lapidibus primũq; de Thracio. Cap. c.

Thraciũ. Romani pariter græcis Thraciũ dicũt. Naſciť thracius i Scythiæ fluuio qui pontus diciť. Põt Gagatæ eadẽ. Ferť qđ in bitumine fit accẽdi

aqua: oleo aūt restingui. Inter Magnetes lapides ꝓbatissimus est qui ferrū faci-
le trahit: Colore ad cœruleū inclinato. Dēsus īdē nec magnopere pōderosus. Vis
illi est crassa ducere: si cū mulsa aqua pōdere triū oboloꝝ det᷑. Quidam magnetem
coquētes ꝓ hęmatite uēdūt. Qui Arabicus lapis noiat᷑ maculoso ebori similis
est. Tritus hic illitusq; hæmorroidas reprimit. Cremati cinis dentifriciis accomoda-
tus est. Qui uero Galactites: i. lactarius lapis dicit᷑: q lacteū succum ex se mittit
nomen inuenit: alioquin cinereo colore & dulci sapore est. Oculoꝝ destillatiōibus
ulceribusq; utiliter inungitur. Oportet aūt ob glutinosam uim quæ illi inest tritum
cum aqua in plumbea pixide seruare. Melitites in cunctis lactario similis est. Eo
solum differt q dulciorem reddit succum. Facit ad eadem omnia ad quæ lactarius.

Morochthus lapis quem aliqui a lacteo candore Galaxiā: aut Leucographida no-
minant in Aegypto nascit᷑. Vtuntur eo lintearioꝝ officinæ ad candorē uestiū: qm̄
mollis est & facillime diluit᷑. Opplendi illi uis esse credit᷑: ideoq; sanguinē expuen-
tibus utilis. Cū aqua idē cœliacis & cōtra uessicæ dolores utiliter bibitur. Prodest &
cōtra muliebres fluctiones potus pariter & appositus. Oculoꝝ quoq; mollibus me-
dicamēris miscetur. Explendis cauis eoꝝ ulceribus accomodatus est. Destillationes
sistit: & in teneris corporis partibus ulcera ad cicatricem perducit. Alabastrites
quē Onychem ēt nōiant in cinerē crematus tum resina pice ue excæpto cinere illo
durities discutit. Cū cera stomachi dolores lenit & gingiuas reprimit. Thyites: q
q eo medicinalia mortaria fiunt nomen inuenit: nascitur in Aethyopia uiridi Iaspi-
dis colore: cū diluitur lacteo colore conspicitur. Erodit lapis hic ualidissime: estq; il-
li ꝑcipua uis purgandi quæ claritati oculoꝝ officiunt. Iudaicus in Iudæa nascit᷑ fi-
gura glandis: candidus: eleganter & cōcinne cōfectus lineis inter se æqualibus uelu-
ti torno factis. Cū diluitur nullas habet saporis qualitates. Pōt ciceris q̄titate colly-
rii modo in cote attritus: tum cum calidę aquæ cyathis tribus dilutus potusq; urinę
angustias soluere & uessicæ calculos frangere. Nascitur in Cypro Amyanthus
lapis scissili alumini similis. Telas ex eo ad spectaculū faciunt: quæ in ignē coniectę
accendunt᷑ quidē: aguntq; flāmas: sed nulla in igne amissa parte nitidiores eo incē-
dio euadunt. Credit᷑ Sapphyrus lapis scorpionū ictibus potus aduersari. Bibitur
& contra intrinsecas exulcerationes. Reprimit præterea q̄cunq; in oculis excrescūt:
uuas: pustulasq;. Quin ēt ruptas eoꝝ tuniculas glutinat. Inuenit᷑ ad Memphim
in Aegypto Mēphytes lapis calculoꝝ magnitudine: pinguis: colore uario. Fertur
hic tritus inunctusq; locis quæ secanda urenda ue sint sine periculo aliquo oēm in
eis sensum extinguere. Selenites: quem Romani Lunarem dicunt: pleriq; uero
aphroselenen. i. lunæ spumā: nomē inuenit q per noctem ad incremēta luminū lu-
næ plenus inuenit᷑. Nascitur in Arabia colore cādido: pellucidus: minime pōdero-
sus. Dantur bibenda comitialibus ramenta eius. Quinetiā ꝓ amuleto adligant sibi
eū mulieres. Creditur & arboribus appensus fœcunditatē earum augere. Plures
Iaspides sunt. In eoꝝ genere alius uiridi smaragdi colore est: alius glaciem repręsen-
tat saliuæ similis: Aerius alius: fumosus alius fumo ueluti denigratus. Assyrius uo-
catur alius albescētibus per trāsuersum lineis renidens. Alius postremo a Terebin-
thinæ resinæ colore Terebinthizon dictus Calai gēmæ similis. Omnes pro amule-
tis adalligari ferunt᷑. Priuatimq; femoribus prægnantiū adalligatos puerperii ce-
leritatem facere. Resonat cōmotus Aetites ceu lapide alio intra se cōcæpto præ-
gnans. Sinistro brachio adalligatus cōtra muliebriū locorum lubricitatē fœtus in
utero retinet. Parturientibus tn̄ a brachio sublatus femori adalligandus est. Vt si-

Magnes | Arabicus | Galactites Lactarius | Melitites | Morochthus | Alabastrites onyx | Thyites | Iudaicus | Amyanthus | Sapphyrus | Memphites | Selenites Lunaris | Iaspis multiplex | Aetites

ne dolore fœtus excludatur. Tritus hic ceraq; ligustrino unguẽto musteo ue aut ali
quo ex his quæ calefaciendo sint cõfecta exceptus: Comitialibus magnope ꝓdest.

Ophites multiplex

Plures ophitæ lapides sunt. Graui.n.odore & nigro colore quidam est Quidã ci-
nereo colore & punctis uariatus. Alius intercurrentibus candidis lineis. Oẽs adal-
ligati contra serpentiũ morsus & capitis dolores utiles sunt. Lethargo & capitis do-
loribus priuatim opitulari fert̃: qui candidas habet lineas. Inueniunt̃ & in spõgiis

Lapides in spongiis

lapides. Hi cũ uino poti calculos uesicæ frangũt.

Lithocolla

Ex marmore aut pario lapide
admixto tauri glutino lithocolla fit. Pőr ignito specillo palpebris admota incõmo-
dos earũ reglutinare pilos.

Ostracites

Testæ similitudinẽ ostracites habet: crustaceus faci-
leq; scissilis. Vtuntur eo in leuiganda cute ꝓ pumice mulieres. Bibitur idẽ cũ uino
ad sistendos menses drachmarũ duarum pondere. Quinetiã siqs quatuor diebus a
puerperio biberit: sterilitatẽ ĩposterũ facit. Idẽ ex melle cõtra mãmarũ inflãmationes
utiliter inungit̃. Et præter hæc sistit quæ pascendo serpũt.

Smyris

Vtilis emplastris q ex
terendo & exedendo sunt Smyris lapis: quo gẽmas annularii exterunt: facit ad hu-
mentes gingiuas & dentifriciis accomodatus est.

Harena littoralis.

Exiccat corporis aquas littora-
lis harena sole feruens obrutis usq; ad capita in ea hydropicorũ corporibus. Calefit
eadem ad sicca fomenta pro sale & milio.

Cotisnaxiæ detritum

Inungitur contra capillorũ defluuia q̃s
alopecias dicũt: expletq; eas quod confricato in naxia cote ferramẽto detritũ fuerit.
Virginũ mãmas augeri idẽ ꝓhibet. Bibit̃ cũ aceto ad minuendos lienes & comitia-
libus ꝓdest.

Geodes lapis.

Lapis quẽ qm̃ terram intra se cõplexus est græci Geodẽ nominant
adstringit: siccat: & quæ claritati oculorũ officiunt: purgat. Ex aqua idem inunctus
mãmarum genitaliumq; inflãmationes sedat.

INTERPRES.

Epetemus & id quidem q̃ breuissime licebit: ex græcorũ decretis quas uniuerso lapidũ ge-
r neri uires priuatimq; singulis: & his p̃sertim quos deinceps ex toto eorũ genere hic scriptor
numerauit naturam dedisse antiquiores deprehenderunt. Quæ huiuscemodi sunt. Siccãt
nõ aliter q̃ terra omnis lapides oẽs. Priuatim tñ magnes quem & Heracleum lapidẽ uocãt hæmati
tæ æquales hẽ uires dictus est. Notus ubiq; hic lapis mirabili naturæ euentu ex interuallo ferrum
ad se trahens: & quasi sensus manusq; illi sint oĩum rerũ domitricem materiã illã cedere & parere
sibi cogit: nõ aliter q̃ totũ orbe monstra cessisse quondã uiribus herculis tradunt̃. Ob quã cãm ab
Hercule heracliũ credidere aliq dictũ fuisse. Verũtñ nõ desũt: qui nõ ab hercule: sed ab heraclia
Magnesiæ dictũ uelint. Et queadmodũ a Magnesia Magnes sic Heraclius ab heraclia dict⁹ fuerit.
Sic Lucretius lib. vi. credidit dicẽs. Quod superest agere incipiã quo fœdere fiat: Naturæ lapis hic
ut ferrum ducere possit Quem Magneta uocãt patrio de noĩe graii: Magnetũ quia sit patriis in fi-
nibus ortum. Et si Plinius auctore Nicandro a Magnete inuentore noĩatũ testet̃ Euripides nõ hũc
Magnetem in carmine suo uidetur uocasse: sed indicẽ quo argentarii utuntur. Versiculus eius est.
τὰς βροτῶν γνώμας σκοπῶν ὥς μαγνῆτις λίθος. Quod est. Hoĩum mentes ueluti magnes lapis ꝓ-
bans Arabicus ebori similis siccandi repurgandiq; uires habet. Lactarius scissili eadem oĩa sed mi-
nore efficacia põt. Melitites a sapore mellis nominatus quadãtenus calefacit. Morochthos quem a
cãdore lactis Galaxiam & Leucographida uocari Dios. ait: quo p̃dictis oĩbus mitior est: qanullas
habet efficaciores uires: eo magis sine dolore curat. Eamq; ob cãm in mollibus corporũ partibus ad
inducẽdas cicatrices usa eo antiqtas est. Plinius tertiã lapidis huius appellationẽ inter herbas nũe-
rauit lib. xxvii. nominis uicinitate cũ leuce deceptus. Poterũt uidere id uolẽtes. Nos.n. festinantes
hæc tñ signamus: presertim cũ ante nos alii id ẽt deprehẽderint.

Onyx Alabastra

Alabastritæ cinerem quidam ex
ueteribus bibendum dederũt cibũ in stomacho non continentibus Hunc primo Onychem ab hu-
mani unguis similitudine ueteres græci nominauerunt: queadmodũ secũdo uolumine in indico
onyce diximus. Nunc eo loco dictis adiciẽdũ est græcos p̃ter onychem Alabastritem etiam uocas-
se ab usu.s. qm̃ ab alabastra unguentorũ usus eius esset. Fuerunt autem græcis alabastra lapideæ p-
xides: in quibus ob frigiditatem suam diutissime & fœlicissime odores seruarentur sic dicta: quo-
niam ob læuorem suum e manibus laberentur. Et quoniam ex onyche hoc alabastra illa fierent: iõ
alabastrites lapis dictus est: priusq; onyx fuit: tum facta ex onyche alabastra alabastritẽ uocari la-
pidem fecerũt. æquiuoca io græcis ut uidetur ad unguem & lapidem onycis uox est: poteritq; ali-

quando

quando ubi parũ certa res sit legẽtes fallere: quemadmodũ primo uolumine in Bdellio dubitari põt lapidine an ungui id Dios. comparauerit. Simpliciter.n. ὀνυχιτικὸς esse ait. Nos nihil illi aliud adiectũ inuenientes unguẽ uertimus: id enim tutius uisum est & si alabastritæ huic lapidi simile forte bdelliũ ille fecerit: quod tunc relictũ monuisse nunc satis sit. Quemadmodũ a mortariorũ usu thyitem eũ qui statim sequit̃ dici intellexisse. De quo pter tradita a Dios. nihil certũ in antiqs græcis inuenimus. Dissicere renũ calculos dictus ab illis Iudaicus ẽ. Ob easq; uires posteriores græcorũ medici Tecolithon. i. calculos absumentem eũ uocauerũt. Sapphirũ cõtra scorpionũ ictus bibi utiliter iidem græci dixerunt: Lunarẽ comitialibus utilem. Iaspidem qui uiridi colore sit alligatum & in anulo gestatũ cibum in stomacho nõ cõtinentibus prodesse. Qui aũt subuiridi qm̃ efficacior sit oculorũ cicatrices & pterygia extenuare. Ophitem adalligatum contra uiperarũ morsus prodesse. Calculos in uesicis frangere in spongiis inuentos lapides. Ostracitem & Geodem. i. terrã itra se complexum efficaci ad siccandum ui esse: ideoq; inflãmatis tumoribus egregie pdesse. Smyrim repurgandi uim hr̃e: ideoq; dentifriciis accomodatum esse: Refrigerandi uim hr̃e ẽt crediderunt ueteres græci quod ex Naxia cote confricato ferramento detritum fuerit: eaq; ui crescentibus uirginum mãmis & puerorũ testibus utile Quod uero ex olearia cote detritũ pariter fuisset capilli defluuia quas alopecias dicunt explere. Plures alios ẽt medicinæ utiles lapides numerauerunt post hunc scriptorem posteriores græci: Verũ ab eo relictos nos etiam relinquimus: ne in re quæ iampridem desiit in honore esse legentes monuisse hactenus contenti.

DIOS. DE Omni terra. Cap. ci.

En. Romani terrã dñt. Refrigerandi glutinãdiq; pcipuã & supremam uim haber terra oĩs cuius in medicina aliquis usus est. Specie tm̃ ipsa a se ipsa differt hac aut illa in hos illos ue cõfectione aliqua usus recæpta. Eretriæ diuerso colore duo gña sunt: candidissima altera: cinerea altera. Probatur & cãdidæ pfertur quæ cinereo colore & mollissima est: Quæq; per æs ducta uiolaceo colore lineam in eo relinquit. Lauat̃ cerussæ mõ Eretria terra. Est & loturę eius alter hic modus. Cõcidito ex ea quantũ uolueris: per diẽq; in aqua cõfricato. Sinito deinde considere: & cũ cõsederit oĩ leniter excolata aqua terrã in sole siccato: siccatãq; per diem iterũ in aqua cõfricato: uespereq; dimissam cõsidere matutino oĩ excolata aqua confricatã in sole & quatenus licet in pastillos cõformatã seruato. Quod si cremata uti aliqñ oporteat hoc mõ cremabis. Sumito q̃titate ciceris eretriæ terræ frusta. In fictile pforatum coniicito: diligẽterq; opculatũ fictile ignitis carbonibus supponito: flatuq; cõtinue uẽtilato. Cũq; cinis in fauillã transierit aut colore magis aerio fieri cœperit sublatũ reponito. Est eretriæ terræ uis adstringere refrigerareq; leniter: concaua explere & cruenta glutinare. Probãda itidẽ in samia terra anreferẽdaq; aliis q̃ candidissima: nõ ponderosa: & q̃ linguæ admota glutinoso lentore sentitur. Quæ itẽ mollis boni succi friabilisq;. Qualis est quã qdam collyrium priuatim dixerũt & dicũt. Sunt. n. duo eius gña pmõstrata: & quæ Aster uocat̃: glebosa & cotis mõ densa. Pares hr̃t eretriæ terræ samia uires. Cremat̃ lauaturq; illi similiter. Sistit pręterea sanguinis excreationes Samia terra. Dat̃ cõtra muliebres fœminarũ fluctiones cũ siluestris punicæ florib⁹ quos balaustia uocãt. Testiũ oculorũq; inflãmatiões ex aceto & rosaceo inuncta sedat. Sudores cõpescit ẽt & contra uenenatorũ morsus letaliaq; uenena utiliter cũ uino bibit̃. Inuenit̃ ẽt in samia hac terra lapis quidã: quo ad læuorẽ & fulgorẽ auri officinæ utunt̃. Excellit bonitate q cãdidus & solidus ẽ. Adstringẽdi refrigerãdiq; uis illi est. Bibit̃ utiliter cibũ in stomacho nõ cõtinẽtib⁹. Sensotiis tñ nocet. Facit ad oculorũ destillationes & ulcera cum lacte. Creditur pterea ad partus celeritatem conferre & adalligatum gerentibus uterum amuletum esse.

Præferenda etiam in Chia terra quæ candida aliquoue cineris colore & Samię terræ similis est. Glebosa hæc etiam & candida differt a samia conformationis suę figura. Samiæ easdem uires habet: erugat: leuigat: faciemq; & reliquum corpus amabili coloris bonitate commendat. Hac ipsa etiam in balneis ad extergendum pro nitro

Margin notes: ὀνυχ. — g — Eretria — Samia — Lapis in samia Terra — Chia

Selinusia

utuntur. Præstat eadem & Selinusia terra. Probatissima quæ maxime splendet, candida friabilisq; ẽ: & q̃ celerrime asperso humore aliquo diluit.

Cimolia

Cimoliæ cretę duo itidẽ gña sunt: cãdida altera: ad purpurã ĩclinato colore altera: natiuã quãdam pinguitudinẽ hñs: & cũ tãgit frigiditatẽ: Cunctis aliis anteferenda. Discutiũt ambę aceto dilutæ secũdũ aures abscessus quos parotidas uocãt: Panos: tuberculaq; alia. Ambustis q̃primũ utiliter inũgunt pustulas excitari in eis phibentes. Testiũ duricies reprimũt & toto corpore inflãmationes. Sacris ignibus aduersantur. Habentq; in uniuersum sinceræ multiplicẽ usum.

Pnigitis

Quæ pnigitis terra appellat colore ad Eretriã inclinãte est. Crassiores hẽt glebas: & ipsa tactu manũ refrigerãs: linguãq; adeo glutinãs ut ex illa pẽdeat. Põt eadẽ Cimoliæ: uires tñ infirmiores illi q̃ cimoliæ sũt. Pro eretriade qdã eã uendũt.

Marinæ testæ

Marinaꝝ testaꝝ in fornacib⁹ crematarꝝ cinis crustas ignis mõ inducit. Eapp prurigini pustulisq; utiliter ex aceto inũgit. Prodest podagris. Ceraq; exceptus strumas discutit.

Terra ex fornacibus

Hẽt ẽt marinis testis easdẽ uires ex fornacibus cocta rubẽsq; terra.

Melia

Cinereæ eretriæ terrę similis colore melia terra ẽ: aspa: & q̃ digitis cõfricata similẽ cõfricato pumici stridorẽ reddit. Vires alumini siles ignauiores tñ hẽt. Idq; gustu indicat. Linguã.n.cõtactu leniter siccat. Repurgat corp⁹: & amabilẽ illi coloris bonitatem acqrit. Pilos extenuat. Vitiligines pterea & lepras exterit. Vtilis eadẽ pictoribus ad diuturniorẽ coloꝝ firmitatẽ: & uiridib⁹ emplastris accomodata est. Probat in hac omniq; alia nõ lapidosa: recẽs: mollis: friabilis: & q̃ humoris cõtactu facillime soluit.

Ampelitis

Est & ampelitis terra quã pleriq; pharmacitim uocãt in Syriæ Seleucia nascẽtẽ. Nigra ĩ hoc gñe cæteris oĩb⁹ anteferẽda est exiguis piceaꝝ carbonib⁹ similis: assulatim scissilis: æqualiter splẽdens: & q̃primũ tritæ aliqd olei inspergit liquescens. Reprobãda e diuerso cinerulenta nec liquescens. Discutiẽdi refrigerãdiq; uires hẽt. Vsus ei⁹ ad honestãdas palpebras ringẽdũq; capillũ. Vtilis & ungẽdis uitib⁹ anteq̃ gẽmas pferãt. Vermes siqdẽ in illis nascẽtes enecat.

INTERPRES.

Riusq̃ ex alioꝝ græcoꝝ decretis de uniuersæ priuatimq; huius aut illius terræ uiribus & oĩ usu eodẽ quo in lapidibus factũ mõ est agamus: Pauciora qdã monebim⁹ q̃ male i scriptore hoc legi nobis uident. Eritq; id primũ quo loco in Eretria terra legit. λειαίνας αὐτῆς ὅσον αὐτάρκης κατ' ἰδίαν τε καὶ σὺν ὕδατι. Quoꝝ sensus est: q a Barbaro redditus fuit Lauat ut Cerussa tã seorsum q̃ cũ aqua. A Ruellio aũt terit ex aqua obscuriore & incertiore adhuc intellectu: & in quo relicta sint q aduersari eretriæ terræ loturæ uidebãt. Nos qm̃ in Plinio satis tota hæc res patet: multoq; magis q in secũda eius lotura eadem oĩa in scriptore hoc repetita sunt facile opinati sumus in pria eius lotura male legi illud κατ' ἰδίαν: qđ per se & seorsum significat: legendũq; καθ' ἡμέραν.i.p diẽ: quẽadmodũ in secũda deinde lotura manifeste pcipit. Neq;.n.p se seorsumq; lauari aliqd põt. Rẽ q̃ lauat & humorẽ quo lauet in lotura eẽ oportet. Nisi sensus sit terendã cõfricandãq; esse Eretriã terrã primo p se & seorsum: mox in aqua. Sed male in hũc sensum legẽtes ducũt q̃ illic uoces audiunt. Nos illud magis pbaumus quẽadmodũ licebit aliis ẽt qd sibi magis placuerit in ancipiti re seq. Suspicari ẽt in eodẽ capite sumus qm̃ rõne nobis caret male legi in Eretriæ huius terræ coctura participiũ τετρημένον quod pforatũ significat nõ intelligentes cur pforatũ futurũ sit fictile qd ne spiret diligenter opculari pcipit. In cõi tñ græcoꝝ oium lectiõe nihil a nobis mutatum est. Non tacebimus illud ẽt qd a Diosc dicit si pducat in ære terra Eretria ἰώδη γραμμὴν relinquere nisi ad uiolaceũ colorẽ Plinius rẽ cõtraxisset ad æruginẽ q uiridi colore est distrahi potuisse. Incertum enim ubi desit experientia & sensus ab ærugine ne quæ græcis ἰὸς est, an a uiola quã eadem gens ἴον uocat adiectiuum id nomen factum fuerit. Neq; ab re penitus qñ æri proprium sit uirere alteriusq; rei psertimq; humoris cõtactu uiridẽ colorẽ reddere. Verũtñ ut diximus uiolaceum colorẽ fieri attritu eius in ære tradente Plinio q quotidianã & uulgaris usus in pictura rẽ facile potuerit cognoscere impudenter aliqs aliter sentiens fecerit. Habet Eretria hæc creta terræ suæ nomen ab Euboiæ ciuitate prope chalcidem sic appellata. Quemadmodũ & Samia quæ mox seqt; in qua hic alterũ genus collyriũ uocari ait Plinius Syropicon ut in alterutro uitiũ esse possit. Probamus tñ magis qđ ab hoc tradit qm̃ Plinios misceri quoq; eã oculoꝝ medicamẽtis testat. Quæ cã nobis ẽt fuit ut quod in impresso Diosc legit καὶ ὀρχέων καὶ μαστῶν inflãmationes.i. cõtra testiũ & mãmaꝝ

& mãmaꝝ inflãmationes cõtra alioꝝ oĩum æditiones pro mãmis oculos uerterimus. Sic.n. in melioribus græcis adhuc legiť. Plinii auctoritas ꝑsuasit: & collyrii uox oculis debita exigere nobis uisa ẽ. Habet & in samio lapide male sequacem sermonis ductũ locus in quo legiť ἀμβλυντικὴν τοῖς αἰσθητηρίοις non eodẽ mõ ab aliis & a nobis redditus. Siqdẽ a Barbaro dictus eſt lapis hic obtusos recreare sensus Plinium ut nos credimus secuto. Verũ tñ ex his quæ in scriptore hoc legũť male possunt ĩ eũ sensum quæ illic uoces sunt trahi. Eãq; ob cãm nos Diosc. ut nũc in eo audiunť uertimus: & nihilominus apposita uitii nota suspectũ legentibus locũ fecimus. Quod ẽt in samio hoc lapide statim sequiť ptinetq; ad partus & uteꝝ gerentes mulieres aliter a nobis q̃ ab aliis redditum fuit. Illi.n. utrũ ꝑ ad cõcæptos crescentesq; in utero fœtus & eoꝝ partus cõtraxerunt. Nos ad celeritatẽ quidẽ partus cõferre diximus. Quod autẽ sequiť καὶ φυλακτήριος τῶν συνειληφυιῶν περιαπτόμενος ad grauidas & quæ intra se fœtum concæperint distraximus ꝑ amuleto grauidis adalligari dicentes. Quod.n. illic fœmininũ præteriti temporis participiũ eſt συνειληφυιῶν eas quæ concæperint significat: & his nõ eaꝝ cõcæptibus φυλακτήριον. i. amuletũ concæptæ illic uoces indicant. Seqtur quidem ꝑgnantiũ salutem & incolumitatẽ salus & incolumitas fœtus. Potuitq; hic alterius salutẽ ex alterius incolumitate significare. Neq; id nos negamus: sed qđ monemus ad fidẽ & candorẽ interꝑtis ptinet. Et hæc qdem hactenus: Quod uero ad oẽm terrã cõiter priuatimq; hanc aut illã a græcis traditũ ptinet sic se habet. Siccat oĩs terra: & nisi mixtã cõiunctãq; sibi aliã habuerit qualitatẽ nullam habet erodendi uim. Sin aũt feruida illi qualitas aliqua accesserit eam oẽm lotura amittit. Primũq; a ueteribus græcoꝝ medicis efficacissime adstringere erettria dicta eſt. Crematãq; & lotã sine erosione siccare & in toto eius gñe ꝓbari & anteponi cũctis aliis quæ cinereo colore eſt. Samiã qm̃ glutinoso lentore sit utilẽ oĩbus q̃ leniri oporteat Oẽsq; sanguinis eruptiones quacũq; parte erũpant cõpescere. Chiam & Selinusiã maiore & efficaciore repurgãdi ui esse: ideoq; mulieribus ad nitorẽ & læuorẽ cutis usum eius fuisse. Quinetiã carnibus ulcera explere & ad cicatricẽ pduceř ꝓsertimq; ambusta Cimoliã quã a Cimolo insula noĩauerunt mixtas refrigerãdi discutiendiq; hr̃e uires: & hoc simplicẽ nec lotã: lotam uero magis refrigerare & ambustis ex posca mederi. Pnigitim deinde pares cimoliæ uires hr̃e. Hanc nigro colore esse tradiderunt ueteres græci Ampelitidẽ a uineis appellatã ferunt ꝙ cõtra innascentes uitibus uermes gẽmasq; caꝝ erodẽtes usus quondã eius esset: siccandi discutiendiq; egregias hr̃e nõ sine erosiõe uires. Numerauerũt & alias aliquot relictas ab hoc scriptore posteriores græci. Aegyptiã cuius luto cõtra incipientes cutẽ subire aquas & duratos lienes uterẽtur Cretirã quã sine erosione similẽ ampelitı cõstituerũt. Alanã quã Armeniæ glebæ æqualẽ fecerunt. Oĩumq; postremã armeniã glebã quã adhuc armeniũ bolum uocãt. Cuius multiplex fuit & eſt in medicina usus Numerabanť ab eis ẽt in terræ censu lẽnia sphragis: sinopis: rubrica & fabrilis. De qbus qm̃ nõ multo añ priuatim actũ ab hoc ipso scriptore & a nobis ẽ nihil ultra hoc loco ageť.

DIOS. DE Fuligine qua pictores utuntur. Cap. cii.

Asbolen. Romani fuliginẽ dñt. Ex uitratiis officinis sumẽda eſt fuligo qua pictores utuntur. Bonitate.n. hæc alias antecedit. Exedendi uires & adstringẽdi hẽt. Rupta eadẽ ad cicatricẽ pducit. In quẽ usum cerato qđ rosaceo coactũ fuerit miscetur.

INTERPRES.

f Acilis cognitu pictoriæ fuliginis huius in Vitruuio cõfectio eſt. Eã longius scriptor ille septimo suæ architecturæ libro tractauit. Poterunt uolentes ab eo non eius tm̃ sed librarii atramenti ẽt qđ statim sequiť certã audire rõnẽ: Ideoq; nos nihil ultra de his agimꝰ. Monemus tñ quod in hoc capite a Barbaro uersum eſt fracturas pducere ad sanitatem fuliginẽ hanc assumpta cera rhodia longissime a Diosc. sensu abesse Neq;.n. quod hic ait σὺν ῥοδίνῳ κηρωτῇ ad gentem & insulam rhodum pertinet: sed ad ceratum quod rosaceo unguento coactum fuerit. Notiores & toto hoc operæ totiens repetita ut ostendi a nobis aliter non debuerit.

DIOS. DE Atramento librario. Cap. ciii.

m Elan. Romani atramẽtũ dñt. Collecta thedaꝝ fuligine librarium cõficitur atramentũ. Misceneťq; in cõfectiõe eius gũmi põdo: fuliginis unciæ tres. Cõficiť ꝓterea ex resinæ fuligine & antedicta pictoꝝ fuligine. Oporterq; pictoriæ fuliginis põdo sumere: gũmi pondo & semissem & atramenti sutorii tantũdem. Emplastris quæ exedẽdo sunt apte misceť atramẽtũ librariũ. Facit idẽ ad ambusta: in quẽ usum crassiore iductiõe ex aqua inũgiť: dimittiťq; usq; dũ coalescat cicatrix. Post qđ tp̃s ꝓ pte sua ꝓclusis ulceribus decidit. Et hęc qdẽ quousq; satis fore credidimꝰ. Charissime ar ce ꝑ lõgitudĩe opis materięq; & remedioꝝ copia dcã hactenꝰ sint.

PEDACII DIOSCORIDAE ANAZARBEI DE LETALIBVS VENENIS EORVMQVE PRAECAVTIONE ET CVRATIONE. LIB.VI.

Radidimus in his quæ hactenus scripta sunt charissime Aree omnem de aromatis: oleo omni: unguentis: arboribus; earũq; fructibus & lacbrymis: Animalibus itidem: melle: lacte: adipe: & bis q̃ frumentacea dicuntur: Oleribus prærerea: radicibus: herbis: succis: uino omni & metallicis rõnem. In hoc qui ultimus erit propositi operis liber de uenenorũ quæ nocere: & medicamentorũ quæ contra ea ꝓdesse nobis possint potestate & uiribus agemus. Breuitatiq; consulẽtes propositam rem prosequemur. Quæ tota cũ bifariam diuidat̃ & in præcautioné ne latcant a principio nos uenena: Aut si forte clam data fuerint ne noceant. Et in remedia quæ afferenda sint his qui in ea inciderint de ꝑcautione primũ agemus: Difficili sane ut ueteres opinati sunt. Propterea q; qui uenenis homini clam insidiãtur tam dolose ea ꝑparant ut peritissimos ẽt decipiant: amaritudinem admixtis dulcib⁹ & odoris grauitatem admixtis odoramentis a letalibus uenenis auferentes: Aut oblata occasione materiæ alicui ex his quæ ad opem & salutem dari credunt̃ ea miscentes ꝑsertimq; in ualitudine: qualia sunt ablynthium: hyrcina: origanus: byssopũ: satureia: thymus: origanus: abrotanũ: iris aut castoriũ. Et siquid medicamentis q̃purgando sint cõgruã uidebit̃ hr̃e qualitatẽ: in poculis ꝑterea asperiore uino: esculẽto ue iure aliquo: passo: aqua mulsa: aut musto. Quinetiã succis: Lenticulæ: polẽtæue aut aliis quæ passim in cibo dant̃ uenena illa cõpinsentes. Quam ob cãm in ueneni suspitione condita elaborataq; cibaria omnia uitasse oportet. Omnesq; in gustu uehementiores cauisse qualitates. Quotcũq; .s. dulcibus salsis ue aut acidis saporibus constãt. Et in maiore sin fameq; nõ uniuersa rapnimq; bibere aut comedere. Sed eorũ quæ bibunt̃ edunt̃ ue qualitates diligentius cõtẽplari. Præsumẽda ẽt potu frigida aqua. Expleto, n. appetitu difficillime corripiunt̃ a stomacho postea cæteræ qualitates. Et honeste qdẽ in ualitudine reiciunt̃ q̃ salutis opisq; cã dari simulant̃ a ueneficis uenenorũ porrecta pocula. Ex quo non facile uenenis ęgron intercipiuntur. Estq; ne decępti facile intereãt hæc rõ. Verũtñ supest & alia q̃dã efficacior. Oporterq; in suspitiõe ueneni semp ꝑcomedisse aliqd: eoq; cibo inefficacia reddidisse uenena. Qualia sunt caricæ cũ iuglãdib⁹ nucibus: & q̃ mala medica dñr. Naporũ itidẽ semẽ drachmæ põdere cũ uino: aut nepetæ foliorũ par põdus. Rutæ folia ẽt: iuglandis nucis interanea; salis grumũ duasq; caricas ieiuni comedant: nulloq; ueneno sic lędent̃. Prę̄stãt idẽ & antidoti cũ uino [illegible]ptę q̃les sunt terrestri crocodilo & sanguinibus cõfectæ: & q̃ magna mithridatios uocat̃. Aduersant̃ sæpenumero ẽt uenenis ꝓpria in q̃busdã corporũ tẽperamenta; & supaccedentes ex ciborũ poculorũ ue q̃litatibus aut uini copia dispositiones. Hebetant. n. sumprorũ uenenorũ maleficia traiectioneq; eorũ impediũt obstrusis antea a ꝑsumpto nutrimẽto meatibus. Verũ qm̃ sæpenumero in itinere casus aliq silia fine insidiis picula afferũt. De bis ẽt agere necessarium mihi uisum est. Ante oĩa subdio locis quatenus licebit coquenda & ꝑparanda cibo & potui necessaria erunt. Tũ in optro cõuexa tecti diligẽter cõtẽplanda. Sæpe. n. ex supiorib⁹ locis mortifera labũt̃ aĩalia. Qualia sũt phalãgia: repuliaq; alia q̃dã & q stellio appellat̃. Tũ ex qb⁹ haurit̃ uinũ uasculis diligẽter & in luce adhibẽda mens ẽ. Trahũt̃. n. odore uini repulia. Sæpiusq; post uini potũ uenenũ i eo euomuerint

muerunt. Aut in uinum delapsa & ipsa pierūt: & mortē utentib^{9} eo attulerūt. Et hęc ubi nullę fuerint insidię ad pcautiōem uenenoꝝ satis dicta sint. Quod si spōte sua aut ex alioꝝ insidiis uenenū aliqui hauserint: opem non distulisse oportet. Dum. n. singulis uenenis accidentes notas expectamus remedio nullus superest locus: incurabili post aliquod tempus curatione eis facta. Si igit qui uenenū hauserunt cogni tum quod qualeq; fuerit enunciauerint: aut qui interfuerūt patefecerint q̄primum ad congrua accedentes remedia facile in id quod secundum naturam fit & ad ppriū corporis habitum pducemus. Nec nos his accedimus qui icurabilia omnino in his uenena esse existimant: Cur enim malę alię affectiones quę fiunt ex causis in corpore nascentibus curationem admittunt: Quę uero ex ingruentibus foris uenenis incurabiles erunt: Omnes siquidem in corporibus morbi curabiles patitet & incurabiles sunt ex ingruentium causarū grauitate: antecedentibusq; dispositionibus & propriis corporum qualitatib^{9}. Si uero amissa ueneni maleficio uoce obmutuerint aut mentis secuta alienatione: aut quācunq; aliam ob cāmquia uerbi causa liberari eo nolint incertum nobis id fecerint uenenum: tunc celerrime ad ea properandū quę cōmuniter in cuiuslibet ueneni haustu accomodata sunt. Nullum autem communius remedium est: q̄ si priusquam inhęserit & inualescat per proximum locū foras uenenum illud pellatur. Quapropter nulla intercedente dilatiōe calidum oportet dedisse bibendum oleū per se uel cum aqua: & ad uomitum cogendi qui uenenum id hauserunt. Deficienteq; oleo: si nō sit eius regio ferax dandum pro oleo cū calida aqua butyrū: aut cum maluę: lini ue seminis: aut tragi frugis: fœnogręci aut urticę seminis aut alicę decocto. Neque enim uomitione solum facile hęc purgabūt stomachum laxantia & nauseas facientia: Sed aluum ēt deiicient & uenenorum acrimonias hebetātia erosionibus eoꝝ aduersabuntur. Licetq; id manifeste ex co deprebendere. Siquis. n. exulcerandi consilio calce: fece ue aut cāntharide aut qua uoluerit aliqs acriore alia re uratur: oleoq; locū prȩunxerit nō exulcerabitur ab eorū aliquo corpus. Quinetiā siquis psillare refrigerare ue alrius cupiens locum oleo pūunxerit frustra id tentauerit. Vomitus prȩterea non ideo solum q̄ pellit educitque quod nocet salutaris est: sed aliquando etiam haustum uenenum: odore: concretis grumis: colore: aliquoue huiuscemodi ostendit. Odore quidem & amaritudine opium: colore cerussam & gypsum: Cōcretis grumis lac aut recentem sanguinem: Grauitate balitus euomiteq; substātię qualitate & odore marinum leporem & rubetam ranam: tamq; facili cognitione ut hac ratione magis q̄ quapiam alia opem in quibus dam afferre liceat ad accomodata singulis uenenis remedia properantibus. Admisceē oleo ēt maluę decoctum aut glaucium: aut anserinus adeps: aut ex pinguissimis carnibus esculentum ius: aut ex lignoꝝ cinere facta lixiuia. Cūq; diligenter uomitionibus uenenū eduxeris nequa eius pars in aluo relinquatur acerrimo clyster quod intestinis hęserit educemus. Facit ad hoc etiam haustum cum dulci aqua tritū nitrum. Porum copiose ueruftum uinum: Gallinaceoꝝ esculenta iura: pingues pisces: Animalium in senecta pingues carnes: & quę adipe aut butyro recenti cōstēt. Aluum enim hęc ut pręmonstrauimus deiicientia & stomachum resoluentia lubricum faciliorem q; ad uomitiones reddunt: Quinetiam uenenorum acrimonias hęc ipsa hebetār: meatibusq; se obiiciētia & eos opplētia celeritarem eoꝝ remorāē. Dantur pterea cōiter cūctis uenenis accomodata remedia. Inter q̄ sunt rubrica lemnia: agaticum: abrotanū: Irio: eryngii radix: pastinacę erraticę & nepetę semen: nardus gallica: castoriū: uiridis ferulę medulla: netii qd̄ rhododendron dicūt flores: mar-

rubii succus: Silphium: liquor ue eius: Sagapenum: Panacis liquor: Peucedani li-
quor: & radix quam Magydatim dicunt: Longa prætere a Aristolochia: agrestis ru-
tæ semen: & Veronicæ folia. Danturq; singula drachmæ pondere cum uino. Cõfert
& Polii herbæ decoctũ: Seselis: & in eclegmate liquida pix. Verũtamẽ egregie opi-
tulantur antidoti: quaꝝ confectiones in fine describentur. Cõmuniter uenenis hac
rõne succurrendum est. Et sane licet ab ea quæ uenenorum potus consequunt̃ acci
dentia cõmunibus uti remediis. Plurimorum enim uenenorum uires in similes fe-
re circumagunt corpus dispositiones: eamq; ob causam cõmunia his etiam remedia
prosunt. Diuersa quidem mortifera uenena sunt. Cõmunes tñ sed non multæ quæ
ex eis fiunt dispositiões. Impossibile enim uni alicui ueneno omnia accidere. Si. n.
id fit: superflua omnino fuerit in singulis uenenis remediorum doctrina. Stomachi
siquidem dolores: alui intestinorum: iecoris: renum: uesicæq;: singultus itidẽ: ero-
siones: tremores: obmutescere: refrigerari: cõuulsiones: nullos uenarum pulsus: spi
ritus difficultates: sopores: uertigines: præfocationes: sitim: sanguinis eruptiones:
febrem: urinæ angustias: tormina: crebras uomitiones aut nauseas: rubores: liuo-
res: pallores: mentis alienationes: stertereq;: & elanguescere: aliaq; multa & diuersa
pati & agere: difficile est inuenire uni alicui ueneno singula seorsum & separata acci
dere & paucorum cõmuniumq; accidentium numerum uniuersales nobis disposi-
tiones demonstrare. Quapropter ex unoquoq; prædictorum non facile est haustũ
uenenum deprehendere. Oris enim linguæq; erosiones: Stomachi præterea inflã-
mationes: aluiq; & renum: ac uesicæ: nec non ualidissimas urinæ angustias: & ali-
quando cruoris cum ea eruptiones. Quinetiam lancinari uriq; multas corporis par
tes: non canthari dibus tantum accidere uidemus: sed picearum erucis etiam bupre-
stidiq; & Salamandræ. Obdormiscere itidem sopiri ue aut stertere. Quinetiam liue-
scere: inertem fieri: refrigerari: torpere: nihil sentire: & toto corpore eroderi: non so
lum his qui opium biberint accidunt. Verum his etiam qui cicutã & mandragorã.
Præter hæc non Apollinaris herba tantum mentis alienationem facit: sed & uene-
na quæ toxica dicuntur: aconitumq; & uenenatum mel quod in Heraclea ponti na-
scitur. Strangulationes præterea non in fungis tantum uidere licet: sed in taurino
sanguine & concreto in grumos lacte: aconito: gypso: & cerussa. In uniuersumque
difficile est unam aliquam in ueneno aliquo notam inuenisse: quæ sola haustum ue
nenum demonstrare nobis possit. Eoq; magis ꝙ aliis quæ uenenis superueniunt af
fectionibus: cõmunia hæc etiam superaccidunt. Verumtamen in his quæ celerẽ fa-
ciunt mortem: oportet sane ꝙ nocet ex signis deprehendere: ut mox docebimus. In
his uero quæ diuturnas ualitudines faciunt: nulla erit ob difficilem ex notis nocentis
ueneni deprehensionem in curatione difficultas. Nocendi enim celeritate amissa in
diuturnas ualitudines translata uenena cõmunia aliquis morbis remedia & curatiões
recipiunt: nulla porro ueneni proprietate posthac remanente. Illatoq; ab eis diuti-
no morbo: quæ relinquitur omnis dispositio in unum aliquod genus diuturnorum
morborum euadit: in quibus facile deinde est curationem inuenire. Quæ cõmuni-
ter uenenis opem ferunt hęc sunt. Adiiciemus deinceps quæ priuatim singulis acco
modata erunt sigillatim exponentes quæcunq; noxias letales ue in uno quoq; ordi-
ne uires habent: & ut qui medicinam ꝓfitẽtur: cautius cum instituris aliqbus ad sa-
lutẽ & sanitatẽ agant: non pigebit ea ẽt docere: quæ in uenenoꝝ quidem genere &
ordine sunt: eoꝝ tñ aliquis usus est. Incuria. n. graues sæpe affert noxas: & cõtinuus
huiuscemodi medicamentorũ usus mortis aliqñ causam habet. Animalia igitur le-

talia

talia hæc sunt: Cantharides: Buprestis: Salamandra: Piceaꝝ eruca: Lepus marinus: rubeta rana: Muta palustris rana: & haustæ Irudines. Semina uero Apollinaris herba quæ hyoscyamus est: coriandrum: cicuta: nigella: & psylliũ quæ pulicaris altera est. Liquores: opiũ: Carbasi liquor: Thapsiæ succus: Elateriũ: & Mãdragoras. Radices: Chamæleon: Aconitũ: Thapsia: Veratrũ: Ixias: Agaricũ nigrũ: & Ephemeron quod quidã a Colchis ubi nascit̃ Colchicũ dicũt. Arbores: frutices: & herbæ: Smilax quam quidã Tithymalũ: Romani uero Taxum nominant: Solanum furiosum: quod & Dorycniũ uocant: Sardonia herba quæ Ranũculi herbæ species est. Papauer cornutum: Pharicum: Toxicũ: agrestis Ruta & fungi. Ex animalium partibus letalia etiam hæc sunt. Recens taurinus sanguis: lactu mixtum coagulũ & mel quod in Heraclea ponti nascitur. Metallica: gypsum: cerussa: calx: auripigmẽtum: sandaraca: spuma argenti: adarce: plumbum: & argentũ uiuũ. Postremo ex his quæ domestica & in quotidiano uitæ usu homini sunt. Pota a balneo cursu laboriosisq; exercitiis statim copiose uniuersa: & sine respiratõe frigida: uinũ: passũ uel aut aqua.

INTERPRES.

SI fuisset quondam aut saltem nunc esset ea gẽtibus motum & uitæ innocẽtia qualẽ nouo & aureo sæculo poetæ finxerunt: aut is a natura ꝓ salute sua sensus homini datus esset: qualẽ meliore fortuna quadrupedes & bruta aliquot ab ea accæperunt: quo salubria sibi & noxia statim sentiret. Nullus huic scriptori quondam de ueneno℞ maleficio omniũ eorũq; remediis scribendi labor fuisset. Nec nos post tot secula: totq; alio℞ scriptoris huius interpretationes: quæ aut desiderari a legentibus in eo posse opinamur. Aut nobis cum aliis eadem non sunt lõgius modo repetere cogeremur. Sunt.n. in naturæ hac ueluti carnificina quadam: & in extrema uoluminis huius coronide nõ minus q̃ in reliquo corpore quæ uitiosa suspicemur: & quæ aptius doceri potuisse existimemus Facitq; prima illa scriptoris huius diuisio: qua de tota ultimi cõmẽtarii huius hypothesi a principio, statim usus est in præcautionem & remedia: Vt crediderimus: nec sine rõne penitus qñ non aliter q̃ in orationibus penœmta: cõmentariorum inscriptiones & tituli totius operis seminarium quoddam sunt: deesse titulo cõmentarii huius alteram partem: remedia s. Eamq; ob cãm exigente id rei necessitate post præcautionem: curationis uocem cõmentarii huius titulo & inscriptioni adiecimus Ne temere inscriptus a tanto auctore ultimus hic liber uideretur. Pluraq; deinde præstita essent q̃ promissa a principio fuissent. Post quod non conuenit nobis cum aliis qđ non lõge a principio capitis huius illi uerterunt de medicamẽtis homini salutaribus aut pestiferis agẽdum esse. A nobis aũt dictum est de uenenorum quæ nocere & medicamentis quæ contra ea prodesse uobis possint. Neq;.n. hoc loco Dios. genera medicamentorum simpliciter diuidit: sed ueneno℞ maleficia & remedia docere pollicetur. Anceps in græcis uox illa φάρμακον: qua ea gens ad uenena & morbo℞ medicamenta utitur concipiendi eius sensus occasionem illis attulit. Quantumq; huic scriptori apta significatione ad utranq; partem eius fuit usus: tantum non respondente illi in latinis ancipiti aliqua uoce alteram eius significationem ab altera discreuisse oportebat. In quo fauentes nobis alios græcorum scriptores habuimus: qui eandem hanc rem tractantes iisdem: & ab hoc scriptore accæptis uerbis de ea docuerunt: præsertimq; Paulum Aeginetam, lib. v. qui dicturũ se pollicet̃ τῶν δηλητηρίων τὰς σημειώσεις καὶ τὰ ἀλεξιτήρια. i. uenenorum notas & eorũ remedia. Fuit hic in pluribus nobis certissimus dux: & quasi manu apprehensum ad ueritatem perduxit: & in insidiis ueneficoꝝ: quas hic non multo post docet: manifeste indicauit non dici a Diosco. quæ alii interpretes uerterũt insertis etiam aliquot a Plinio accæptis uerbis quæ in eo nulla sũt: sed moneri in comiscere aliquando ueneficos ad cœlandam sceleris & maleficii sui deprehensionem uenena his: quæ in mala ualitudine ad sanitatem dari consueuerunt: qualia sunt Absynthium &c. Hæc siquidem omnia: saporis amaritudinem: aut odoris acrimoniam: aut medicamenti habitũ colorem ue habentia facile ægrotos fallunt. Verba eius sunt. ἔνιοι τε δὲ καὶ ὡς ἐπ' ὠφελείᾳ δοκοῦντες προσφέρειν ἐν τοῖς πόμασι τὰ τοιαῦτα, οἷον ἀψίνθιον, ἀβρότονον &c Quorum sensus ẽ: aliqñ etiam ceu ad sanitatem & salutis causa in morbis propinare hæc uideri & credi uolunt: quale Absynthium: Abrotanum &c. Et hic loci eius sensus est. Quem quomodo reddiderint alii legentes censebunt. Illud certe non tacebimus quæ a Barbaro dicta sunt: in quo maxime periclitari uident̃ ægrotantes obnoxiis omnibus per quæ uiuant nulla in scriptore hoc sunt. Fuit idem Aegineta nobis etiam dux: ut quod passim postea legitur uitanda in ueneficii suspitione κατηρτισμένα omnia cibaria: quæ uox præparata significat: condita diceremus: quoniam κατηρτισμένα ille dixerit. Et nihilominus quoniam non satis rem uideretur una illa uox exprimere: alio participio etiam usi sumus condita

& elaborata dicētes. Quodq; hæc sequitur præceptum: oportere in eodem hoc periculo omnes in gustu uehemētiores causisse qualitates manifestam habere cām. Fallit.n.saporis similitudo. Facileq; credens aliquis sincerũ passum bibere admixtam illi ueneni alicuius dulcedinem nō sentit. Excæpit ab iis deinde inrautos interpretes alius corruptus in scriptore hoc locus In quo qm̄ naturæ & salutis humanæ res agitur diligentiores fuisse oportebat. Neq;.n. ut nos credimus ait hic scriptor potu frigidæ aquæ: eoq; expleto appetitu: ut Ruellius uertit ægerrime concoq qualitates. Neq; ut Barbarus uertit. Quoniā appetitione restincta qualitates gustu facile præterea deprehendant. Sed quod naturæ magis conueniat & stomacho pprium sit ut nos uertimus. Expleto.n. appetitu difficillime corripiuntur a stomacho postea cæteræ qualitates. Docuitq; hunc esse loci eius sensum primū res ipsa & rei necessitas: mox idē Paulus Aegineta: cuius in hac ipsa re uerba hæc sunt: ex hoc scriptore ut uidetur accepta. ἀπὸ πλησθείσης γὰρ τῆς ὀρέξεως ἀκατάληπτοι γίνονται τὸ λοιπὸν αἱ ποιότητες. Quorũ sensus is est quem nos reddidimus. ἀκαταλήπτοις n. ille ait: præcedente potu frigidæ aquæ eoq; restincto appetitu fieri alias qualitates.i.non trahi: nec a stomacho apprehendi. Quod totum ad stomachi præcipuam uim pertinet: quæ appetere & appetita ad se trahere est: qui motus si in eo cessauerit: minus nocebunt uenena cessantia: nec tanta celeritate in alias corporis partes trāseuntia. Et hic loci eius uidet̃ nobis esse sensus. Dubitare tm̄ aliquis neq; abre penitus possit ad concoctionem in stomacho pertinere rem ēt posse: præcæpisseq; hunc scriptorē præbibi in ueneni suspitione frigidam aquam: ut frigiditate eius impedita cōcoctione & digestione minus uenena noceāt. Verũtñ dicente hoc. Expleto.n. appetitu & ex hoc indicata remedii rōne: facile in alteram illā sententiā cōcessimus. Vidēdum post hæc quomodo hic dicat uenenis aduersari mala medica: & quā eorũ partem præsumpsisse oporteat. Hic simpliciter mala hoc loco dixit Primo aũt cōmentario in medicis malis semen tm̄ præstare hoc testatus est. Plinius.xxiii uolumine capite.vii. cōtra uenenũ bibi in uino pcæpit uel ipsa uel semen. Carni eius pariter & semini eam tribuens uim. Theophrast⁹ quarto de historia plantarũ: non huic parti magis q̄ illi eas assignauit uires. Verũ simpliciter contra uenena sumi citria ait: qua rōne illis aduersarent̃ subiciens. Verba eius sunt. χρήσιμον δὲ καὶ ἐπειδὰν τύχῃ τις πεπωκὼς θανάσιμον φάρμακον· δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον. Quorũ sensus est. Vtile & cum biberit aliquis letale uenenum. Siquidē in uino datũ malũ hoc: aluum deiicit: eaq; deiectione uenenum pellit. Quæ oīa addere cōmentationibus nostris his placuit: ut qđ nō satis certũ in hoc scriptore ē Plinii & Theophrasti auctoritate certius fieret. Simulq; intelligerent: qui emendatiores ueterũ scriptorũ codices hr̃e cupiunt: deesse nunc in Theophrasto aliqua quo diximus loco: & ex Athenæo locũ instaurari posse: qui de citriis his agens ex Theophrasto eorũ historiam recitauit. Leguntur q; in eo adhuc integra quæ in Theophrasto perierũt. Credimus post hæc in scriptore hoc abundare. Quod primũ in ueneni præcautione de caricis & iuglandibus nucibus tm̄ præcipitur: id.s. qualia sunt caricæ cum iuglandibus nucibus. Siquidem paulo post iterũ idem præcipitur. Rutæ folia iuglandis nucis interanea &c Nec tm̄ suspicari id persuasit repetita iterũ eadem res q̄ ueteres græcorũ medici: Paulusq; Aegineta presertim qui oēm hanc medicinæ partem ex hoc scriptore excribens magis q̄ docens hæc tm̄ numerauit: ὡς τὰς ἰσχάδας μετὰ βασιλικῶν καρύων καὶ πηγάνου καὶ χόνδρου ἁλός. Quorũ summa est hebetare retundereq; uenena: caricas cum regiis nucibus ruta & grumo salis &c. Omnia hæc simul sumi iubens idem paulopost rt pstare idem per se rutæ folia ait numero uiginti: quod in scriptore hoc non legitur. Poterit legentes remorari non multo post quod hic in cognoscēda ex uomitu ueneni qualitate ait cōcretis grumis cognosci lac & recentem sanguinē: quæ duo ueneni maleficiũ simpliciter nō hn̄t. Credidissemq; ego deesse lacti aliquid itemq; sanguini: nisi eundē hunc locũ excribens in qnto Paulus Aegineta nihil aliud & ipse indicasset q̄ cognosci ἀπὸ θρόμβων γάλα εἰ τὸ νεοσφαγὲς αἷμα. Quod est cōcretis grumis cognosci lac & nup iugulati animalis sanguinē. Hic certe paolo post γάλα ἐμπιτυαθὲν & ταύρειον αἷμα νεοσφαγὲς tm̄ ueneni uim hr̃e ait. Significatq; alterũ lac cui coagulũ admixtum fuerit & tauri nuper iugulati sanguinem. Credimus ob id in utroq; intelligenda esse quæ diximus: quēadmodũ certius non multo post patebit. Nō dissimili suspitione ab hoc ipso loco statim hærebit aliquis ex lignis factā lixiuiā audiens: desiderabitq; ligni genus: sarmentũ herbi rā firum ue aut brassicā: aut aliud quodpiā ex his: quorũ cinis cōtra uenena ab hoc ipso & ab aliis laudat̃. Neq; importuna hoīs hæc suspitio fuerit. Sequuntur.n. lignorũ suorũ naturā cineres Hæsissem & ego codē hoc loco nisi ueram & antiquā esse hāc scriptoris huius lectiōem Paulus Aegineta testaretur κονίαν τὴν ἀπὸ τῶν ξύλων dicēs.i. lixiuiam ex ciuere lignorũ factam. Eo igitur pertinere id opinamur ut excæpisse ab hoc usu Dios. uoluerit: calce: terra aut si qua alia re fit factā oēm aliam lixiuiam. Reliquerunt cæteri interpretes cogitandum legentibus: quas illi ueteres carnes dixerunt: duratas ne sale inueteratasq; ratione aliqua alia intelligi oporteat: an potius ut nos uertimus animaliũ pingues in sinecta carnes Diosco. παλαιὰ dixit: quæ uox licet uetus & antiquum significet: in hoc usu tamen aptiores nobis uisæ sunt: quæ senectute antiquæ essent manifesta ex ea ætate causa & ratione in qua glutinosiores & humidiores cunctorum animalium carnes sunt: quod ad leniēdas retundendasq; uenenorum erosiones sine controuersia pertinet Numeratur ab hoc scriptore deinde inter cōia uenenorum remedia Seselis herba quæ in historia eius nullas fertur contra uenena uĩres habere: neq; a græcorũ medicis

in hoc

in hoc censu & ordine numerat̃. Ex eo fit ut abundare eã putemus aut pro alio remedio corrupte legi. Satis sit locum signasse: & in eodẽ hoc officii genere legẽtes monuisse relinqui a nobis in hoc capite pleraq; alia: q̃ ut credimus mutata in melius a nobis & ab aliis interpretibus aliter uersa sunt: quæ poterunt a uolentibus nõ multo labore cognosci. Quale est quod in Dios. passim legebat̃ βλυπώδιον quod ad uidendi uerbum pertinet. Nos aũt βλιτώδιον ex his quæ sequunt̃ legi oportere opinati quod nocet uertimus. Quale itidem quod in uenenoꝝ censu est cũ numerẽt̃ frutices & herbæ. Adiecimus. n. arbores: q̃m prima taxus in eo ordine numerat̃: oportebatq; primis respõdere ultima: & ꝑpositis totidẽ esse quæ deinceps docerent̃. Aliigræcoꝝ medici præsertimq; Paulus Aegineta ea uoce in hoc censu usi sunt qua oẽs pariter plantas & fungos cõplecterent̃ ἐργώδη. n. totũ hoc genus nominauit. Monuit idẽ q̃uo emendandus in extremo capite corruptus locus eẽt quem licet Barbarus apposite & ex re uerterit non totam tñ expleuit rem Quod. n. illic frigidum legitur poculis illis omnibus cõe est. Alter interpres cum uitiosum inuenisset locum e uitibus uinum uertit: quasi aliarũ plantaꝝ liquor uinum priuatim & per se dici possit. Et quod erat ἄλεους abũde tñ interpretatus est: cũ tñ ut ex Plinio sæpenumero eam uocem interpretante cuncta illa uellexisse in ea oporteat quæ a uobis reddita sunt copiose: uoluersa & sine interspiratione Non debet lõgius differri quod superiore libro dicendũ socrat ne legentium animos ultra suspendat Id aũt est. Quonãmodo hic scriptor & in ꝑcedentis libri & huius procemio dixerit ultimũ ꝑpositi operis utrunq; fore. Cũ tñ quintus ille hic aũt sextus ꝑpositi operis sit: & hic scriptor in totius operis procemio sex libris hortante Areo totam se collegisse rem dicat: ideoq; non quintus sed hic qui sextus est ultim⁹ dicendus sit. Non põt: modo uitiũ absit: aliter hoc defendi q̃ ut cõstituat̃ in quinto dixisse Dios. medicæ materiæ illũ Hunc uero ꝑpositi operis ultimum esse. Verũtñ uitium nos in quinto suspicamur. credimusq; pro ultimo penultimum illic legi oportere.

DIOS. DE Cantharidibus. Cap. i.

Ccidunt his qui Cãtharidas hauserint asperrimæ omniũ & difficillimę notæ. Fere. n. ab ore usq; ad uessicam cuncta illis erodeti sentiuntur. Piciq; aut cedrino liquori simile aliq̃d in gustu obuersatur. Inflãmantur his etiã a dextra parte præcordia. Vrinæ angustias patiuntur. Sæpiusq; per eam sanguis fertur. Quinetiã excernuntur per inferna eis qualia in intestinorũ torminibus excerni solent. Desectibus aĩæ: ciboꝝ ueluti ex repletione fastidiis & uertiginibus laborant: mente tandem alienantur: oportet itaq; prius q̃ huiuscemodi aliq̃d inualescat dato oleo aut quouis alio ex antedictis ad uomitum cogere. Cũq; uomitionib⁹ plurimũ ueneni eius eduxeris clystere halicæ cremorẽ aut oryzæ aut frumentacei tragi: aut ptisanæ: aut maluæ decoctũ: aut lini seminis: aut fœnogręci: aut radicũ altheæ quã Romani Hibiscũ dicunt infundere. Nitrũ ab his ẽt cũ dulci aqua ad deiicienda erodendaq; quæ stomacho & intestinis hęserint ꝑpinandũ est. Et si deiecta erasaq; nõ sint infusa clystere cũ nitro mulsa aqua purgare oportet. Dandum præter hæc ẽt uinum passum ue additis simul cõcisis nucleis pineis & cucumerũ seminibus aut lac: aut mulsa aqua aut anserinus adeps in passo liquefactus. Inflãmatas deinde partes hordeacea farina in mulsa aqua decocta fouere oportet. Nocẽt tamẽ a principio admota fomenta hæc: propterea q; accedẽte calore retinetur quod datum fuerit uenenum uitalioribus partibus inhærens. Post aliquod tp̃s ꝑsunt dolores eaꝝ inflãmationum mulcentia & mitificantia. Vtile interim est præter hæc oleo aliquo quod calefaciendo sit unctũ corpus in solium descendentes lauare ut per cutem ẽt quæ corpori noxia inhæserunt excernantur. Estq; in uniuersum excretionis tentandũ oẽ genus ne permanens & diutinus fiat morbus. Dandæ præterea in cibo his gallinaceorum carnes: hædoꝝ: porcellorũq;: oẽsq; pingues lõgiore coctura flaccescẽtes: & cũ lini semine elixæ. Bonã. n. aluũ hæc faciunt. Simulq; uenenoꝝ acrimonias hebetãt. Vinũ itidem dulce & copiosum. Accomodatus his ẽt tutis cortex est: & alterum Samiæ cretæ genus quam asterem nominant. Singulorũq; dracbmæ quatuor: in passi dracbma una. Vtile præterea pulegiũ cũ aqua tritum: & irinũ rosaceumq; unguentum cum decocto rutæ. Vtiles & uitium teneri palmites cum passo triti: sed omniũ

ad ferendam cōtra Cantharidas opem efficacissimæ Antidoti sunt cum mulsa aqua pondere drachmarum quatuor potæ.

INTERPRES.

i Nfames quotidianis experimentis & in interiore usu a cūctis dānatæ Cātharides semp fuere. Qualia aūt hæ sint: satis .ii. uolumine a scriptore hoc & a nobis dictū est. Tractataq; tūc oīa eaꝶ medicina & historia nihil nisi maleficiū in quo diligētiorē esse hoiem oporteat relictum modo est. Quale aūt id sit: satis in scriptore hoc patet. Patēt & remedia quæ ab eo deinceps tradita sūt. Idq; tam certe & diligēter factū est ut nihil monuisse legētes nos oporteat. Et si plurima in nobis alioꝶ editionibus cōtraria aut diuersa saltē legant. Quæ diligentius & exactius ꝑleq post hac nobis aius non est. Festinamus.n lōgiore q̄ a principio credidimus opere hoc defatigati. Cupimus tñ ꝑ nobis in eo legentes laborare: collatisq; alioꝶ in hac parte editionibus scriptori huic & in eo humanæ saluti opem ferre. Ipsi interim in Cātharidibus his non tacebimus discrepare alterius interpretis editionē a nr̄a quo loco Dios negat inflāmationibus potu Cantharidaꝶ factis imponenda a principio ex hordeacea farina fomēta: cām afferens. διὰ τὸ ὑπὸ τῆς γενομένης θερμασίας κατέχεσθαι τὸ δοθὲν ἐπὶ τοὺς τόπους ὑπερκυρίους. Quod uersum ab eo est. Quia ex calefactis corporibus remedia cōtineant: quæ muniēdis & defendendis illata uitalibus fuere. Nos aūt cōtrariū cōcipientes sensum diximus. Propterea q͂ accedente calore retinet quod datū fuerit uenenū uitalioribus partibus inhærens. Retulit ille τὸ δοθὲν. i. qd' datū est ad remedia: in quo rei & sibi ipsi (ni fallimur) aduersari uidet. Negat hic ob calorē a principio fomētis utendū esse: red diditq; causam qm .s. retineatur &c. Manifesto argumēto sumpta a cōtrario rōne uelle conariq; Dios pelli. & excludi ꝑ hoīs salute quæ intra eū sunt. At in remediis optandū quærendūq; id non est: quæ quo diutius intra hoiem fuerint: eo certius medebunt. Idq; uos cogitātes de ueneno intelligi oportere in eo participio credidimus: cāq; rōnem secuti locū ut in editiōe nr̄a legit: uertimus. Dicet forte aliqs de remedio intelligendū ob eā cām esse: qm nisi descendat egrediaturq; uomitione: aut alui deiectione sumptū id remediū uenenū una non educet: simulq; cessans: nullā afferet in hoc periculo opē. Nō spernendū penitus id eēt: nisi hic subiecisset retineri: qd' datū fuerit uitalioribus partibus inhærēs qd' nisi de ueneno apte intelligi nō pōt. Et si intellexisse hoc mō ēt id oporteat ad uenenū & uñ mali principiū est tota reuertitur res. Nō cōuenit ēt nobis cū cæteris interpretibus quo loco hic scriptor ait dandas cōtra cantharidū maleficiū animaliū pingues carnes κρέα ἁπαλώτατα. Eā uocē cæteri ex cōi eius æstimatiōe uerterunt tenerrimas. Nos aūt longiore coctura flaccescentes. Fecimusq; id auctoribus græcoꝶ medicis: qui in hoc scriptore locū hunc signātes πικρὰς in hoc ulu carnes exigūt. Significat aūt id qd' diximus longiore coctura & eousq; tenerescentes: Vt diminutæ primū a sua quantitate omnem etiam amiserint duritiem. Suntq; coctura non ætate tenerrimæ hoc loco intelligendæ carnes. Iidem etiā dulcis aquæ baluieis in hoc periculo uti iubent.

DIOS. DE Piceatum erucis. Cap. ii.

f Equuntur haustas piceaꝶ Erucas q̄primū oris & palati dolor: uehemens linguæ inflāmatio: & stomachi aluiq; & intestinorū acerrimi dolores. Simul ēt erodi oīa uidentur intestina: Feruor præter hæc toto corpore & ciboꝶ ueluti ex repletione fastidiū adest. Remedio his sunt quæcunq; contra Cātharidas opem ferunt. Priuatim tñ pro simplici oleo melino utendū. Id ex cotoneis malis & oleo conficitur.

INTERPRES.

f Atis secūdo uolumine de Erucis dictū a nobis est. Nunc legētes monuisse aliud nō oportet q̄ tunc de olerum nūc priuatim de piceaꝶ erucis agi. Simili q dē & natura congenere insecto: Viribus tñ & maleficio dissimili. Siquidem quæ in piceis nascunt ꝑñtem mortis habēt cām: ab omnibus passim damnatæ: priuatimq; a scriptore hoc: qui saluti humanæ cōsulēs notas ueneni eaꝶ & remedia breuiter q dē: sed certissime tradidit. Meminisse illud tñ legentes uolumus: q̄ cognomines his in mari nascunt: erucæq; adhuc passim aliquot gentibus uocant: Nullum habere ueneni maleficium: sed mare incolentibus gentibus in mēsarum pretio & honore esse.

DIOS. DE Buprestide. Cap. iii.

q Vi Buprestidem hauserūt graueolenti nitro simile aliquid in gustu sentire uidentur. Accedūt stomachi & alui grauissimi dolores earundemq; partiū grandes tumores: quales in cutem subeuntibus aquis fiūt. Toto corpore

etiam his extima intẽdit̃ cutis: supprimiturq́ urina. Opem ferunt q̃cũq́ contra cantharidas opitulantur. Priuatim post uomitiões & factas clysteribus purgationes ꝓsunt in cibo caricæ & cũ uino potũ earꝫ decoctũ. Profunt pariter sed inclinato decedenteq́ iam periculo Thebaicæ in cibo palmulæ: aut tritæ cum lacte mulsoue potæ. Prodest & piroꝝ omne genus in cibo & lactis humani potus.

INTERPRES.

Estis acerba boum buprestis est: & inde illi a græcis nomen. Raꝝ in Italia animal antiq̃ auctores aliqui hoc tradiderunt. Nunc frequentius q̃ agrestis fortuna & res patiat̃ interẽpto quotidie boue ruris colono inueniri agricolæ lamentantur. Scarabeo longipedi similimũ tradunt. Fallit inter herbas bouẽq́ maxime: haustumq́ ita inflãmat ut rũpat. Vniuerso qdẽ pecori nocet: sed in maiore bouis q̃ aliaꝝ quadrupedũ iactura: ab eius noxa priuatiuu noiatum est. Cecinit in Alexipharmacis suis notissimos de eo uersiculos Nicander. Nihilq́ nõ ab hoc & ab aliis dictum: & ipse etiam in notis & remediis monuit. Addidit tñ colorari labra eius: qui buprestidẽ hauserit. Versiculus eius est ἠδ᾽ ἤτοι λίτρῳ μὲν ἐπιχρώζουσα χαλινά. Ex quo iniecta nobis suspitio ẽ quod nitrũ in scriptore hoc legitur. In Nicandro aũt λίτρῳ potuisse quondam forte aliter legi: nec maleficii buprestidis notã in uiroso tm̃ odore nitri eẽ: sed in putris corruptiq́ tabi colore simul & odore. In cõi tñ græcoꝝ oium lectione nihil mutauimus. Relinquimusq́ in bubus saltem diligentioribus obseruandam rem. Quos ẽt monere uolumus. xxii. uolumine eiusdem numeri capite buprestim Plinio herbã esse: quã tñ ille non describit: & si græcos magna inconstantia in ciboꝝ laudibus eã habuisse dicat: eosdemq́ remedia tanq̃ contra uenenum ꝓdidisse: boumq́ uenenum eẽ ipso nomine indicari: quos dissilire degustata fatentur. Quod quale in eo sit legẽtes uiderint. Nobis. n. constitisse sibi græci uidentur: nec nisi in uenenorum censu buprestim constituisse.

DIOS. DE Salamandra. Cap. iiii.

Equunt̃ haustam Salamandrã linguæ inflãmatio: & cũ torpore resolutioneq́ aliqua tremor & sermonis impedimentũ. Liuescunt ẽt in orbẽ corporis aliquæ partes: permanenteq́ ueneno sæpius corruptæ defluunt. Cõtra quã cum fecerimus quæcũq́ cõtra cantharidas fieri instituta sunt: priuatim peculiariq́ remedio pineam resinam dabimus: aut Galbanum in eclegmate cum melle: aut terrestris piceæ herbæ decoctũ tritis simul pineis nucleis. Aut urticæ folia cum liliis in oleo decocta. Profunt marinæ etiam terrestris ue testudinis qualiacũq́ ea fuerint elixa oua. Ranũculorũq́ esculẽtũ ius decocta simul cũ eis Eringii radice.

INTERPRES.

Escribitur a ueteribus Salamandra Lacerti figura: Stellato corpore nunq̃ nisi magnis & cõtinuis imbribus proueniens: tanta natiui & intra se congeniti gelu ui ut ignes nõ aliter q̃ glacies extinguat. Retulerũt iidem saniẽ quæ lactea ore eius euomit̃ quacũq́ hominis parte cõtacta defluere pilos: quodq́ cõtactũ fuerit natiuũ colorẽ in uitiliginem mutare. Addiderunt alii inter quos & Plinius est. xxix. uolumine capite. iiii. Inter omnia uenenata maximum Salamandræ scelus & maleficium esse. Siquidem alioꝝ uenenis singuli nec plures pariter intereunt. Salamandra improuidos necare totos populos põr. Nam si arbori irrepsit oia poma ueneno inficit: & eos qui ederit frigidissima ui enecat. Idẽ familiæ periculum est: si cõtacto ab ea ligno panis incoquat: Vel si in puteum deciderit. Habet tñ talis & tanta mali uis remedia aliquot: quæ capite hoc a Dios. docent̃. In quibus a principio statim non est cũ aliis idem nobis quod ad notas haustam Salamãdram sequẽtes pertinet. Illi. n. quod nunc in Dios. legit̃ καὶ διανοίας ἐμποδισμός: significatq́ usus mentis impedimentũ: ut in eo legebatur: uerterunt. Nos aũt ad sermonis impedimentum auctoribus græcorum medicis eã trãstulimus rem. Siqdem Paulus Aegineta de Salamandræ maleficio agens καὶ λαλιᾶς ἐμποδισμός ait. Significatq́ illi non mentis sed linguæ ad sermonem impedimentũ: quod aliis eius mali notis magis cõgruit: linguæ inflãmatiõi: resolutiõi: tremoriq́: quæ oia sermõis potius q̃ mẽtis usui officere uident̃. Accessit his etiã in Alexipharmacis suis utriusq́ sane euentus testis Nicander: sed in eo qđ nos dicimus certior. Versiculi eius sunt αὐτίκα μὲν ἐμπρήθει γλώσσης βάθος, ἄφθογγοι δ᾽ ὑπὸ ἀλκῆς ... ἐμβαρύθων δὲ κακὸς τρόμος ἄψεα λύει· οἱ δὲ περισφαλέοντες ἅτε βρέφος ἑρπύζουσι τετράποδες· νοερὰ δὲ παρ᾽ ἄπο φρενὲς ἀμβλύνονται. Eorum sensus est. Statimq́ incenditur lingua: & torpore contrahit̃. Vrgensq́ malus tremor mẽbra soluit. Illi uero aberrantes ueluti infantes quadrupedes repunt. Mens. n. illis hebetat̃. Vtraq́ a Nicandro ueneni Salamandræ nota numeratur & linguæ & mentis impedimentum. Sed nos magis amauimus quod Aeginetam & Nicandrum testes &

auctores habet: presertim dicente hoc impedimentum: quod linguæ & sermoni aptius q̃ menti tribui nideť. Persuasitq; id ẽt quod Nicander ait inflammari linguam & torpore cõtrahi. Quu loco aduerbio ἄψ usus est: quod retro significat: & μάλκη uoce q̃ in contractione ex gelu facta apte dicitur. Est.n. ut græcoꝝ grãmatici docent μαλκιεῖν frigore contrahi manus & torpore: quod suo gelu Salamandra in lingua facit: torpẽteq; ea impeditur eius usus. At Nicander ait hebetari eis mẽtem. Fatemur id quidem nec multo ante diximus probasse nos hoc magis q̃ illud q plures id testarentur: Et ꝙ aptior hic sermonis ductus nobis uidereť. Nunc aũt illud addimus nõ aduersari huic sententiæ Nicandrum: sed hanc ultra alias notam mali huius eum ostendere. Nos sic sentimus & nihilominus poterunt uolentes quod magis ꝓbauerint sequi. Nobis grauissimus testis Paulus Aegineta est: toto huius scriptoris capite hoc in cõmentariis suis excripto. Testati cæteri oẽs sunt non tam qui ex professo hæc docuerunt: sed qui obiter Salamandræ meminerunt poetæ scriptoresq; alii ueneno eius defluere humani corporis pilos oẽs. Sic Martialis mulieri imprecabať. Hoc Salamandra caput uel sæua nouacula nudet &c. Et nihilominus a scriptore hoc alioqn diligentissimo nihil huiuscemodi tradiť. Non tñ negligentiæ ignorantiæ ue eius aliqs id adscripserit. Qui cũ bifariam nocere foris s. contactu & intus haustu Salamandrã sciret: alterumq; illud malum leuius esse: nec nisi dehonestamentũ decoris facere: alterum in quo de uita ageret diligentius obiit. Quã rõnem secutus Plinius. x. uolumine capite. lxvii. qũo contactu foris Salamandra homini nocet breuius docuit. Ait n. Sanie eius quæ lactea ore uomitur cõtactas hominis partes totum amittere pilum. Idq; quod cõtactũ fuerit colorẽ in uitiliginem mutare. Reliquo deinde opere multis locis intra hominẽ infecti hu⁹ maleficiũ hoc aut illo remedio curari ꝑcæpit. Hic ãt ut dixim⁹ τοῖς σαλαμάνδραν λαβοῦσιν .i. his q Salamãdrã hauserint remedia instituit. Crediderũt aliq ẽt male in hoc capite legi remedium illud quod ad urticæ folia cum liliis decocta ptinet. Asserẽtes auctore Apollodoro ut Pli. testatur nõ cũ liliis sed cũ testudine legi oportere. Plinii uerba sunt lib. xxii. cap. xiii. Apollodorus & Salamandris cũ iure decoctæ testudinis. Rõcinatiq; in eu sunt ἀπὸ τῶν χελωνῶν quæ uox testudines significat facile κρίνων i. liliorũ fieri potuisse. Verũtñ in cunctis græcis eadem lectio est: & Paulus Aegineta inquit ἀκαλύφης φύλλα συνεψηθέντα κρίνοις. Quod est urticæ folia cum liliis decocta.

DIOS. DE Ephemero. Cap. y.

PRuritũ toto corpore sentit: nec aliter q̃ si scilla aut urtica ureret̃ siqs Ephemerum quod Colchicũ siue agrestẽ bulbum aliqui noĩant hauserit. Eroduntur illi præterea interanea: & cum ponderosa grauitate stomachi ardores adsunt. Inualescente deinde malo cruenta & aliqñ strigmentis carnis mixta per aluum feruntur. Remedio sunt queãdmodũ in Salamãdræ potu diximus uomitiões & clysteribus intestinoꝝ inundationes. Priusq; q̃ inualescat malũ folioꝝ q̃rcus aut glandium: aut malicorii: aut serpilli bibendũ est cũ lacte decoctum: aut sanguinalis herbæ aut ex uitibus: rubis ue palmitum aut tenerarũ ferulatũ medullæ aut myrti cum uino succus. Quinetiã baccæ ipsæ myrti tusæ & in aqua madentes poto earũ diluto hoc prosunt. Prodest pariter & castaneaꝝ media tunicula cum aliquo prædictorum succoꝝ pota. Prodest & origanus cũ lixiuia pota. Verũtñ egregie curanť qui ephemerum hauserint asininum bubulum ue lac bibentes & in ore continentes: tã efficaci remedio ut præsente hoc nullo alio opus sit.

INTERPRES.

QVale Ephemeron hoc sit: & quibus locis frequens nasci quondam diceret̃ satis dictũ quarto uolumine ab hoc scriptore & a nobis est. Potuit quia sumptum ad unam diem uitã ꝑroget sic a græcis nominari: Non aliter q̃ multa alia quæ ob hanc ipsam causam Ephemera ab eadem gente appellanť. Obseruatum in hoc capite illud a nobis est uomitiones & clysterib⁹ intestinorum inundationes quas hic ex Salamandra ad Ephemeri remedia repeti iubet nullas i ea legi. Oportereq; ob eã cãm suspicari aut in Salamandra remedioꝝ eoꝝ rõnem deesse: Aut in quã partem nobis inclinat animus: qm̃ cantharidum modo curať Salamandra: in ea enim hic ait: cum fecerimus omnia quæ in cantharidibus iussa sunt &c. Non ex Salamandra sed ex Cantharidib⁹ uomitiones clysteribusq; exinanitiones illas repetendas esse. Vtrisq; enim pariter cõpetũt: & ex utrisq; pariter imperari possunt. Licetq; non leganť in ea: quia tñ fiunt non male id fieri ꝑcipitur. Est illud etiam animaduertendũ quam Diosc. ait castaneaꝝ mediam tuniculam &c. Eam intelligi oportere quæ inter coriũ & carnẽ eius ferrugineo colore est. Et ꝑter id quemadmodũ primo uolumine i castaneis hic monuit nõ tuniculã eam tm̃ sed carnem ipsam ẽt contra Ephemerum uim habere: Efficaciorem tñ tuniculam hanc esse. Quod & Nicander in Alexipharmacis suis etiam testatur.

DIOS. DE Dorycnio. Cap. vi.

h Auſtum Dorycnium: quod quidam furioſum Solanum uocauerūt ſequū tur ceu lactis in guſtu ſapor: continui ſinguItus: linguę humiditas: uniuer ſaq; & ſine interſpiratione ſanguinis excreatio. Feruntur prætera his per aluum mucoſa: qualia in inteſtinorum torminibus ferri ſolent. Opem cōiter ferunt anteq̄ horum aliquid fiat uomitiones: inteſtinorum clyſteribus inundationes: & q̄ cunq; potum ualent uenenum pellere. Priuatim ſuccurrunt pota mulſa aqua: Aſini nū: caprinum ue lac: & cū aniſo tepidum paſſum. Amaræ itidem amygdalæ: & galli naceoꝝ elixa pectora: oēſq; crudæ pariter & toſtæ marinæ in cibo cōchulæ: & ex ma rinoꝝ cruſtaceoꝝ genere carabi: aſtaciq; & eoꝝ potum eſculentum ius.

INTERPRES

p Oteſt nec male qdem: falſo ue Dorycnium uocari quodcunq; tela cuſpides: & ut poeta ce cinit. Ferrumq; pōt armare ueneno. A ferratis. n. lanceaꝝ cuſpidibus: quas græci dorata uo cant: factū illi nomē eſt. Præſtiterunt id & adhuc præſtant multa. Antiquitas tñ ſi Plinio credimus furioſi Solani ſucco ad eam rem priuatim uſa eſt: uocauitq; ob id Dorycniū. Verba Pli nii ſunt. xxi. uolumine capite. xxxi Hoc eſt uenenum quod innocentiſſimi auctores ſimpliciter Do rycnion appellauerunt ab eo q̄ cuſpides in prælis tyngerent: illo paſſim naſcēte. Eſſeq; Dorycniū furioſo Solano idem hic primum teſtatur dicens: Dorycniū quod quidam furioſum Solanum di cūt. Teſtatur Plinius quo diximus loco certius: teſtanť græcoꝝ medici & herbarii oēs. Vtq; ab hoc ipſo ſcriptore. iiii. uolumine letale ſimpliciter dictū dorycnium eſt: ſic certius & ex pfeſſo nūc no ræ: & remedia eius docenť. In quibus duo tñ ex Nicandro alteꝝ: alteꝝ ex Paulo Aegineta monebi mus. Sequi hauſtū dorycnium hic ait ὥσπερ γάλακτος ποιότης ἐν τῇ γεύσει. Quæ uoces nihil ſignifi cant aliud q̄ lactis in guſtu qualitatē quæ nulla alia q̄ ſapor eſt. Pertinet. n. ad guſtū ea tñ qualitas. Nicander tñ in Alexipharmacis de hoc ipſo Dorycnio agens inquit. ἀλλὰ ἄγε δὴ φράζοιο δορύκνιον οὗ τε γάλακτι: ὠπὴ τε βρῶσίς τε περὶ στομάτεσσιν ἔικται Quod eſt. Sed age Dorycniū etiam contem plare. Cuius circa os lacti ſimilis eſt aſpectus & cibus ὠπὴ. n. ille uocat: quod uidetur & oculis ſen titur: id aūt color eſt: βρῶσιν uero quod eſtur & ex eo ſaporem: duaſq; notas has numerat colorē & ſaporem & utrunq; lacti ſimilem. Hic tñ ſolum ſaporem indicaſſe uideť. Niſi aliquis in cōi illa q̄li tatis uoce qua uſus eſt: colorem etiam intelligi uoluit. Verumtamē eam qualitatem ad guſtum hic tñ contraxit. Alterum quod ex Paulo Aegineta monemus: ad remedia pertinet Quod. n. hic ait: cum aniſo tepidum paſſum ab eo cum exiguo aniſo dari præcipitur. Potuit ea uox ſcriptori huic periiſſe. Eamq; ob cauſam ignotam legentibus eſſe noluimus.

DIOS. DE Aconito. Cap. yii.

a Potu ſtatim cū adſtrictiōe aliqua linguā edulcat Aconitū: & ab edulcatio ne uertigines: preſertimq; in aſſurgēdo: & oculoꝝ humiditates facit. Facit itidē ad pectoris p̄cordiorūq; cū frequētiore peditiū redditiōe grauitates. Venenū uomitiōibus educere: aut clyſtere per inferna deiicere oportet. Vtendum cōtra aconitū potōib⁹ ēt: origani: rutæ ue: aut Marrubii: aut Abſynthii cū abſynthi te uino decocto: aut Sedi: aut Abrotoni: aut Oleaſtelli herbæ: aut terreſtres piceæ quā Chamæpytim uocať. Prodeſt & liquoris Balſami drachma cū melle lacte ue ad dito caſtorei: piperis: & rutæ pari pōdere cū uino. Cōfert p̄terea hædi leporiſq; coa gulū: aut inuli cū aceto. Ferri recremētū et qd' Scotiā uocať: aut potum uinū: ſiquo ferrū: aurū ue: aut argentū candens reſtinctū fuerit. Cōfert & cū uino lixiuia: elixiq; gallinacei: & pinguū bubulæ: carnium cū uino ſumptū eſculentū ius. Fertur Cha mæpytis quæ humilis & coactæ breuitatis terreſtris picea herba eſt: priuatim cōtra aconitum remedio eſſe. Ea in Heraclea ponti quo loco etiam naſcitur Aconitum: Holo deros: Athenis uero Ionia: & in Euboia ſideritis uocatur.

INTERPRES.

a Teſtibus contra teſtes ut in iudiciis quotidie fit pro Aconito agendum nobis eſt: & unus cō tra multos: fidem audiendus: haud ſane quale Aconitum ſit dicentibus: letale. n. oēs eſſe affirmant. Sed unde ſacto nomine in poetis ſcriptoribuſq; aliis tantopere infame ſit: Gram

matici siquidem poetæ: & qui plantarum historiam aliquã scripserunt a cotibus & petris in quibus na
• sci fertur: dictũ esse uolunt. Naso in transformationibus suis li. vii. notissimos cecinit uersus, Quæ
• quia nascunt dura uiuacia caute Agrestes aconita uocant. Plinius, xxvii. uolumine capite. iii. eosdẽ
• natales illi tribuens ait. Nascitur in nudis cautibus quas aconas uocant: & ideo aconitum aliqui dixe-
• re nullo iusta ne puluere quidem nutriente. Secuti hos plures alii idẽ tradiderunt. Tamq; a grãmati-
cis id receptum est: ut nõ facile sit decreta eorum cõuellere. Conabimur tñ ueritati cõsulẽtes. Vnusq;
cunctis his uelut in acie obiicief Theophrastus: qui lib. ix. de plantarum historia nasci quidẽ petrosis
locis aconitum tradit: nõ tñ a petris nominari: sed a periandynorum uico quem aconas uocabant: ad
quem copiosum & efficacissimum nasceref; Verba eius sũt. φύεται δὲ πανταχοῦ κἀν οὐκ ἐν ταῖς ἀκό-
ναις μόνον ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν· αὕτη δὲ ἐστὶ κώμη τις τῶν περιανδύνων φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πε-
τρώδεις τόπους. Quorum sensus est. Nascif aũt ubiq; aconitum nõ in Aconis tñ: a qbus appellationẽ
habet Vicus aũt Periandynorum aconæ sunt. Amat pcipue petrosa loca. æquiuoca loci & cotis appel-
latio diuersitati huic cãm dedit: multoq; magis in petris natales eius. Vtris aũt magis credendũ sic
grãmatici censebunt. Est. n. oĩum grauis nec damnãda fides. Theophrasti tñ auctoritatẽ poetis: Pli-
nio: grãmaticisq; nunq̃ ego ex æquo contulerim. Anceps in hoc capite etiam locus est: illic. s. ubi cõ-
tra Aconitum remedia docentur. Dubitari. n. potest: iubeatne Dios. sumi cum uino lixiuiam & eli-
xos gallinaceos: an potius contra aconitum prodesse lixiuiam: in qua una cum uino elixati gallina-
cei fuerint. Nos in ambiguo id elegimus: quod ab aliis græcorum medicis confirmatur.

DIOS. DE Venenato melle: qđ ad Heracleã Ponti nascif. Cap. viii.

Adem patiunf qui ad Heracleam Ponti genitum mel comederint aut bi-
e berint. Succurritur huic quibus & Aconito. Præsenti tñ & fœlicissimo re-
medio curanf qui id hauserunt cõtinuo mulsi potu admixtis rutæ foliis.

INTERPRES.

Oaluerant simul uitiosa & turpi in sinũ superiora duo hæc capita. Feceratq; librariorum
c negligentia simul & imperitia ut quæ eraf aconiti postrema pars Heraclei mellis pria eẽt.
Idq; uitium ex eo obrepserat: q; in utroq; capite Heracleæ Põti meminerat hic scriptor. In
Aconito cũ docereƒ qbus appellatiõibus aliis locis & in Heraclea Chamæpytis uocareƒ: i melle cũ
pponereƒ quod ad Heracleam Ponti mel nascif. Verum Pauli Aeginetæ auxilio ad honestiorem ci-
catricem facile tam fœdũ uulnus: quod fœdius ẽt ab altero interprete factum fuerat perductum
est. Ille. n. in extremo aconito iisdem huic scriptori uerbis alias eius appellationes percurrit. Tũ in
melle aliud his uerbis incipit capot τὸ ἐν ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ γεννώμενον μέλι. Quod est ut nos uer-
timus. Eadẽ patiunf qui ad heracleã ponti genitum mel comederint. Non tacendum hoc loco qđ
totam miscet huiuscemodi rem: & in quo scriptor hic cõstare sibi ipsi nõ uidef. Secũdo. n. uolumi-
ne & in melle: cum de malo hoc melle ageret ignorasse herbam uidetur: ex qua uenenatum hoc
mel ad heracleam ponti apes cõficerẽt. Verba eius sunt. Heracleæ in ponto qbusdam annis: ex qui-
busdam floribus pptia ui mel nascitur. Qui locus qm̃ totus & iisdem uerbis a Plinio redditus est
xxi. uolumine: capite. xiii. longius a nobis non repetetur. Sed cum non dixerit Dios. in melle e qbus
floribus fieret. Nunc autem ex aconito fieri testetur: & utrunq; in Heraclea ponti & utriq; rutã me-
deri quærendum duo ne hæc uenenati mellis genera in Heraclea ponti sint: an unum non eodem
modo ubiq; traditum. Sed in melle cum nõ docerenf uenena: crassiore minerua: in aconito certius
ut certiore remedio curari maleficium eius possit. In quam partem ppensiores essemus: nisi a Dio-
sco. & Plinio malefici aliæ in illo q̃ in hoc numerarenf notæ. Quæ qm̃ possunt in utroq; scriptore
uolentibus patere: a nobis non repetentur. Monemus illud etiam quod a Dios. in melle relictũ est.
• Cum ait quibusdam annis ex quibusdam floribus &c. A Plinio quo diximus loco his uerbis red-
• ditum fuisse. Non dixere auctores: ex quibus floribus ea fierent. Nos tñ trademus quæ cõperimus.
• Herba est alba: uexatio quidem iumentorum est: sed præcipue caprarum appellata ægolethron. Nec
• male dubitari posse aconitum esse: quod alicubi sic nominaretur. Quæ. n. illi in hoc scriptore adie-
ctæ diuersarum gentium appellationes sunt Omnes ab enecandis animalibus factæ non dissimiles
huic sunt: quæ captarum mortem & pernitiem indicant.

DIOS. DE Coriandro. Cap. ix.

On põt ob odorẽ latere coriandrum. Vocem haustum exasperat: & ebrie-
n tati similẽ cũ turpi loquacitate furorẽ facit. Toto corpore eius qui id hau-
serit coriandri etiam odor sentitur. Remedio est cũ Irino oleo quo in aliis
præmõstratum est modo id eduxeris cum absynthio meracum uinum. Nec minus
itidem per se potum utile est. Bibuntur contra coriandrum utiliter etiã ouorum pu-

tamina in ſeipſa confracta tritaq; & cum muria diluta. Quinetiam Muria ipſa per ſe bibitur: ſalſumq; gallinaceoꝝ: anſeris ue eſculentũ ius & cum lixiuia paſtum.

INTERPRES

f Amoſa in Carmine ſuo coriandra appellans Colomella ancipiti uoce uſus: Cogitandũ poſteris reliqt: quotidianũ ne eoꝝ uſum laudauerit: an magis in ueneni maleficio quod habent monere legẽtes ea rõne uoluerit. Vtrũq; n. nouiſſe hominẽ uériſimile eſt: pcæpiſſeq; eoꝝ inter hortenſia cõſitionem: & nihilominus qm̃ homini nocerent: una illa uoce nimium ut hic in coriandro ait uſum eoꝝ damnaſſe. Quod ab hoc ipſo. iii. uolumine factum eſt cũ monuit maiore copia ſumptum coriandrũ graui periculo mentem cõmouere: ideoq; nimiũ & cõtinuũ uitãdũ eius uſum: Factũ & ab aliis græcoꝝ medicis & herbariis omnibus: inter quos & Nicander poeta ẽ. Cuius antiquiſſimus interpres ſilueſtri coriandro nõ ſatiuo ueneni maleficium aſſignat. Nos tñ in plantaꝝ & medicæ materiæ hiſtoria ſilueſtre in hoc genere hactenus non inuenimus. Et quoniam oẽs Coriandrum ſimpliciter noiant unum tñ genus eius credendum. Plura q̃ Dioſ. numerauerit remedia cõtra coriandri furorem a Nicandro tradunť. Nolumus nos ea docere In eo. n. ſcriptore parata omnibus ſunt. Quod aũt nobis cũ aliis nõ cõuenit ex eo & Paulo Aegineta cõfirmandũ eſt. Id. ſ. qd hic ait ᾠά τε κενωθέντα ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ διαθέντα σὺν ἅλμῃ ῥοφούμενα. Qui locꝰ quõ ab aliis & a nobis redditus fuerit facile erit uolentibus cognoſcere. Quod aũt cum altero eoꝝ nobis nõ cõuenit remedii huius rõ & uſus eſt. Ille. n. q̃ Dioſ. ᾠὰ κενωθέντα. i. oua oĩ intrinſeco humore uacua appellat: nec ultra quicq̃ illis adiicit. Oua in patinam depleta & ſubacta cum ſalſugine uertit. Remediũq; inſtituere uideť quaſi deplere oua oporteat. Et quod ex eis depletum eſt ſubigendum eſſe & cũ ſalſugine ſorbendum Nobis cõtra uiſum eſt nõ quod in ouo claudiť querendum eſſe: ſed depletis omni ſuo humore ouis eoꝝ putamina. Vtimurq; ad hanc ſententiã rõnibus hiſq; in conſtituendo ouoꝝ uſu huic & aliis ſemp ſatis fuit ouis uti præcæpiſſe. Quod. n. in illis uſum plerũq; habet interior liquor eſt: & ſi hac magis q̃ illa parte uti oporteat tũc uitellũ aut albumẽ ſeorſum imperari. Idq; tam late in hoc ſcriptore & aliis patet ut certius oſtẽdi nõ ſit opus. Hoc aũt loco cum iubeat hic ſcriptor depletis. i. uacuis ouis cõtra Coriandrum uti putamina eoꝝ tm̃ imperari opinati ſumꝰ. In eamq; ſententiã nos primũ traxit Paulus Aegineta qui ᾠὰ κενωθέντα ἐπὶ τὸ αὐτὸ λεανθέντα. In hac ipſa re itidem dixit. i. euacuata oua & in ſe ipſa. i. nullo alio in loco trita & infracta. Traxit & Nicander qui in Alexipharmacis ſuis inqt. πολλάκι δ' ὄρπηλ' χων ἁπαλὴν ὠδῖνα κενώσας ἀφρὸν ἐπεγκεράσαιο &c. Quod ẽ. Sæpiuſq; gallinaꝝ mollem partũ euacuans ſpumã ſuperinfundens. Manifeſte iubet is gallinaꝝ oua deplẽda eſſe: depletiſq; his nihil ſupereſt quod intelligi poſſit q̃ putamina. Accedit his cõis deinde ſenſus in quo auditis depletis ouis nihil q̃ putamen intelligi relinquitur.

DIOS. DE Pſyllio. i. pulicaria herba. Cap. x.

p Otum etiam quod Pſyllium uocatur toto corpore algores facit: & cum reſolutione corporis triſtitiaq; animi torporem. Opem ferunt quæcunq; cõtra Coriandri potum remedio ſunt. P

INTERPRES.

r Effrigerat pſyllion quæ pulicaris herba ẽ. iiii. uolumine a Dioſc. tractata: Suoq; frigore uitæ noxias perfrictiones & algores facit. Et præter algores corporis reſolutiones & mẽtis triſtitiam. Qualis ea ſit & quomodo ueneni maleficium hominis uitæ afferat ex hiſtoria eiꝰ facile legentibus patebit.

DIOS. DE Cicuta. Cap. xi.

c Aliginem uertigineſq; oculis tantas cicutæ potus affert: ut nec minimũ uidere liceat: Singultus itidẽ: mentis alienationem: & extremaꝝ corporis partium perfrictiones. Poſtremo cõuulſione ſtrangulanť qui cicutam biberint ceſſante a motu omni in arteriis ſpiritu. A principio igiť quemadmodum in aliis decretum eſt: Vomitionibus eã educemus: Mox exinanitiõe hac facta delapſam in inteſtina eius partem purgabimus: tũcq; ueluti ad efficaciſſimũ remediũ meracas uini potiones tranſibimus per interualla dantes: & in ĩteruallis his aſininum bubulum/ue lac uel abſynthiũ cum pipere caſtorioq; aut rutam mentãq; cum uino: aut Amomi liquorem cardamomi ue aut Styracis ſingulorũq; drachmam cum uino: Aut cũ urticæ ſemine piper uinoque itidem: Aut lauri folia Laſerpiciumque ſimiliter cum oleo & paſſo. Quinetiam paſſum per ſe potum egregie auxiliatur.

INTERPRES.

f Vnt scriptori huic & græcorum medicis in Cicutæ remediis omnia eadem: pleraque tamen illi adiiciunt: quibus tota certius tractetur res. Quale uerbi causa est: quo loco hic piper simpliciter instituit illi cõe addiderunt. Vtendũque cõi pipere iubent: ut longũ & album ab hoc usu excluderent. Quale itidem cum lauri foliis teneritudinẽ adiiciunt: tenerisque eius arboris foliis uti præcipiunt: summos ut nos credimus coliculos eius intelligentes. Quale ẽt cum decemente hoc amomi cardamomique aut styracis drachmam: illi unciam constituunt. Similiaque his pleraque alia q̃ uolẽtes diligentioribus in hoc studiorum genere relinquimus.

DIOS. DE Taxo arbore. Cap. xii.

p Ota arbor quæ smilax & a quibusdã thymion: A Romanis uero Taxus nominatur toto corpore perfrictiones: strangulationesque & celerem mortem facit. Remedio illi sunt quæcunque & cicutæ.

INTERPRES.

d Icta a nobis iiii uolumine de Taxo arbore fuerunt: quæ satis tunc fore credidimus. Nihil nunc monuisse aliud legentes oportet: q̃ ex eo loco repetendam eius historiam: cognoscendãque arborẽ: quã ueteres græci nõ smilaca tm̃ sed thymion ẽt uocauerint. Hæc.n. altera eius appellatio quondã fuit: & si uarie in antiqs exẽplaribus legatur: solaque umbra non succo tm̃ homini letalẽ Non tñ semper: sed ut Plutarchus Symposii sui.iii. cõmentario monuit quo tpe prægnãs flores pfert. Ex quo quod in historia scriptoris huius quo diximus loco legit̃ letalẽ umbrã homini taxum esse: Non nisi cum floret intelligẽdum est. Nec caret rõne aliorum quorũdam florũ exemplo quorum halitu homini sæpenumero nocetur.

DIOS. DE Carpasi herbæ liquore. Cap. xiii.

Et Carpasi herbæ potus liquor sopores & præcipites strangulationes facit. Succurritur huic iisdem quibus & cicutæ.

INTERPRES

c Arpesiam quinto suæ medicinæ cõmẽtario uocat Paulus Aegineta: cuius liquorẽ omnes homini letalẽ faciunt. Meminit eius aliqñ Plinius. Nobis de genere herbæ nõ satis constat. Verũtñ frigore noxiã intelligere oportet: ex quo iisdẽ cicutæ remediis illi succurrit̃.

DIOS. DE Secundo ranunculi herbæ genere quam Sardoniã herbam nominant. Cap. xiiii.

q Væ Sardonia herba dicit̃. Ranũculi herbæ spẽs est. Ea in cibo potu ue sũpta mentis alienationẽ: & cũ labrorum cõtractione eas cõuulsiões facit ut risus spẽm pbeat. A quo euentu ẽt Sardonius risus miserabili dicterio inter hoĩes iactat̃. Post uomitiões priuatim cõtra hãc psunt aquæ mulsæ: lactisque copiosus potus. Nec nõ totius corpis inspersio inũctioque medicamẽtis his q̃ calefaciendo sint. Descẽsus pterea in calidã aquã cui admixtũ oleũ sit: Vel post descẽsum in eam ungẽdi fricãdique ualidissime sunt q eã hauserũt. In uniuersumque nõ aliter q̃ in cõuulsiõe tota hæc curatio tractãda est.

INTERPRES.

n Ouerũt nr̃æ ætatis herbarii Sardoniã herbã risus apiũ appellantes. Apuleius in cõmẽtario illo de herbis sceleratã herbã noiat: manifesta a maleficio eius nois rõne. Nos longius de ea ii. uolumine in ranũculo herba egimus: qdque tũc factũ est: inutiliter agi iterum hoc loco non debet. Poterũt uolẽtes ex cõmẽtariõibus illis nr̃is q̃cũque opus erũt in hũc locũ reuocare.

DIOS. DE Apollinari herba quã Hyoscyamũ uocãt. Cap. xv.

p Ota in cibo ue sumpta Apollinaris herba ebrietati similẽ amẽtiã facit. Facillime tñ curant̃ q eã hauserit. Si copiose pota mulsa aqua illis & lacte succurrat̃: asininoque psertim. Sin minus caprino: bubulo ue aut caricarum decocto. Prosunt & pinei nuclei: cucumerũque semina cũ passo sumpta. Salsũ pterea uinũ cũ recẽti suillo adipe & passo. Quinetiã urticæ semen aut cũ aqua nitrum accomodatum

darum est. Prodest & cichoriũ: prodest sinapi: nasturciũ: raphani: cepæ & allia. Singula cũ uino sumpta. Quies imperanda his est ut porum uinũ somno concoquant.

INTERPRES.

q Væ cognoscendæ Apollinari herbæ necessaria erant: quarto uolumine in historia eius dicta iampridẽ ab hoc & a nobis fuerunt. Quo loco cũ dictũ a Dios. fuerit μανιώδη καὶ καρωτικὸν esse Hyoscyamũ. Quaꝝ uocũ altera insaniã altera soporẽ significat dubitãdũ quærendũq; legentib⁹ reliqt an desit hoc loco an abundet illic altera illa soporis uox: ex his sane q̃ hoc capite tradunt̃ abũdare illic u̅r. Ex quo inqt imperandã esse quietẽ ut potũ ebrioꝝ mõ uinũ cõcoquãt. Quæ iperãda nõ erat si καρον. i. soporẽ hyoscyamus facerer. In maleficio eius p̃terea a græcoꝝ medicis nihil aliud q̃ ebrietati similis amentia numerat̃. In angusto uersat̃ res ut aut ex hyoscyami historia eã expũxisse uocẽ oporteat aut qđ illic καρωτικὸν est cõtra cõem uocis eius æstimationẽ ad capitis affectionẽ aliã transferendũ sit. Oĩa toto hoc capite oĩbus eadẽ sunt p̃terq̃ in extremo calce in quo aliter uoces suas cõcipit Paulus Aegineta: moneq; imperandã esse quietẽ ut non aliter q̃ ebrii potũ somno cõcoquũt uinũ. Sic ẽt qete sua qa hyoscyamũ hauserint ueneni eius uim pariter cõcoquant. Nihil n. in re aliogn haud multi facieda mutauim⁹ satis impatã qetẽ fore opinati.

DIOS. DE Mandragora. Cap. xvi.

ſ Equunt̃ haustũ mãdragorã q̃primũ Sopor: Langor & inexpugnabilis somni necessitas nihil a morbo qui lethargus dicit̃ differẽs. Prosunt ante q̃ quic q̃ hoꝝ fiat uomitiones & a uomitiõibus statim: Mulsa aqua nitrũq; & absinthiũ cũ passo dulci ue uino sumpta. Rosaceo p̃terea & aceto caput inspergendũ excitandũq; & cõmouendũ corpus. Admouẽda indẽ q̃ olfactu excitent. Eupatorium piper: synape: castoriũ: ruta oĩaq; ex aceto trita. Quin ẽt liq̃da pix & accẽsi tũ extinctĩ lucernaꝝ funiculi. Et si a sopore nõ facile excitabunt̃ adhibẽda q̃ sternutamẽtis altius excitent: cõibusq; aliis remediis contra Mandragoram etiam utendum.

INTERPRES.

ſ Opit q̃primũ malo somno hoiem Mãdragoras. Idq; nõ tm̃ hoc loco Diosc. sed in historia quarto uolumine lõgius ab eo traditũ est. Remedia nũc tã noxiæ qeris teadunt̃: Primũq; locũ uomitiones & mulsa aqua sibi uendicauerunt. In q̃bus nõ cõuenit nobis cũ aliis interp̃tibus. Illi n. uomitione & aquã mulsam cõiunxerunt. Vomitus ex aqua mulsa p̃desse & uomitiones moueri & aquã mulsam dari dicentes. Nos ex græcoꝝ medicoꝝ disciplina cõferre qđẽ uomitiones diximus sed a uomitionibus statim mulsam dari aquã Habuimusq; in eo auctorẽ Paulum Aginetã q scriptmris huius caput hoc excribens ait ἁρμόζει δὲ πρὶν τούτων τι συμβῆναι ὅ τε ἔμετος καὶ μετὰ τοῦ τον μελίκρατον. Quod ẽ. Prodest priusq̃ qcq̃ hoꝝ fiat uomitus & post hunc aq̃ mulsa. Cogitauimus ẽt qm̃ ab eodem scripture inter Mandragoræ remedia nõ numerat̃ Eupatoriũ: multoq; magis qm̃ nihil quod ad hoc faciat in decretis Eupatorii a Dios. traditur aut abundare eã uocẽ aut pro quapiã alia male eam illic legi. Quod signasse tm̃ uoluimus.

DIOS. DE Papaueris liquore qđ opiũ uocant. Cap. xvii.

P Otũ papaueris liquorẽ qui opiũ est cũ p̃strictione prurigineq; adeo ualida sopor sequit̃: ut sæpenumero inualescẽte ueneno rãra fiat prurigo ut q id hauserit ea uexatione excitet̃. Reddit̃ p̃terea toto corpore opii odor. Remedio ẽ post uominões oleo factas acerrimo p̃fũdi clystere. Cõfert ẽt potũ cũ sale acetum mulsum: aut cũ calido rosaceo mel. Copiosum p̃terea cum absinthio cinnamomoue merũ aut p se calidũ acetũ. Nitrũ itidẽ cũ aqua aut cũ lixiuia passoue. Origani aut agrestis rutæ semen cum pipere uino & panace. Nec nõ cũ castoreo & aceto mulso piper aut cũ satureiæ origaniue decocto addito uino. Oportet ẽt eos q opiũ hauserint bis quæ olfactoria dicuntur excitare & lotũ in calidã aquã deducere: somentisq; ob superaccedẽtem pruriginem souere. Proderit ẽt post loturam pingui esculento iure cum uino aut passo uti. Proderit & medulla animalium cum oleo pota.

INTERPRES.

Numerant̃ a Nicãdro i opii potu p̃ter p̃strictiones: soporẽ: languorẽ: pruriginẽ & toto corpore opii odorẽ: Notæ aliæ plures pallida facies: labroꝝ igneus color: exigua & frigida respiratio: liuescentes ungues: distortæ nares & cõcaui oculi. Addidit illud ẽt odorem quem Dios. ait toto corpore reddi una cum sudore ueluti ex labore euaporari.

DIOS. DE Cornuti papaueris liquore. Cap. xviii.

Et quod cornutum papauer dicitur in cibo potuue sumptum eosdem opio euentus afferens iisdem remediis curatur.

DIOS. DE Pharico. Cap. xix.

q Vod Pharicũ uocant Nardo similẽ gustũ oẽm hẽt. Potum id cum furore & conuulsione resolutiones facit. Oportet cũ eos qui id hauserũt exinanieris absinthite uinum cum Cinnamomo myrtha ue aut cilissa nardo: quam quidam ✠ nominant bibẽdũ dare: Aut spicæ nardi drachmas duas & myrrhæ obolos duos cum passo mixtos aut Iridem & Croci florem cum uino. Illinẽdũ præterea derasum caput hordeacea farina ex aceto addita concisa ruta.

INTERPRES

q Vid qualeq; fuerit Pharicũ nõ satis inter antiquos scriptores cõstat: simplex aliis: aliis cõtra cõpositũ tradẽtibus: & qđ hactenus legisse me meminerim: nullo eoꝝ siue simplex siue compositum fuerit genus eius & substantiã indicãte. Incerta posterioribus græcis eõ nominis ẽt fuit: & si a gẽtib⁹ & locis aliquot greciæ de nõ oẽs restent. Quidã.n. a Pharis in Arcadia: qdã a Pheris in Thessalia: qdã postremo a Pharide in Laconia cuius meminit Homecus pharicum dictũ uoluerũt. Nec desunt q ab inuentore sic uocatũ putent. Athenæus i tertio sui Diphnosophistæ quo loco de cotoneis malis agit nisi uitiũ in eo sit nõ pharicũ sed phariacũ noĩauit. Verba eius sũt. τὸ γοῦν φαριακὸν φάρμακον &c. Nec ipse ẽt alioqn in huiuscemodi multus & diligens quicq̃ de noĩe aut substantia ueneni huius docet Refert tñ quod mireꝛ aliqs in cæteris non legi neq; inter remedia aquoq̃ numerari infringere ueneni huius uires mala cotonea: & ex Philarcho in. yi. historiarũ suaꝝ narrat cotonea hæc mala odoris sui bonitate letaliũ uenenorũ uires hebetare: pharicũq; hoc ueneñũ cotoneis malis mixtum amissa nocendi ptãte euanescere: dephensumq; id fuisse: dato hoĩ pharico qđ inter coronea mala fuisset nullo mortis aut ueneni maleficii secuto euẽtu. Cæteri itidẽ oẽs pposito pharico descriptisq; notis & traditis remediis nihil ultra de eo docuerunt. Quo fit ut credamus tã notũ tũc oib⁹ fuisse pharicũ q̃ nũc nobis incognitũ est: & ut in re nota sit tacuisse cæteraoẽs q de eo agerẽt: Ne descripta re male & scelerate agere & ueneniis uti discerent hoĩes Variant pluri b⁹ locis toto hoc capite ueteres græcoꝝ codices: & in describẽda re eiusdẽ gentis auctores alii. Primũq; illud ẽ qđ passim legiꝛ τὴν μὲν γεῦσιν πᾶσαν νάρδῳ ἀγρίᾳ ἔοικεν. Quã lectionẽ secut⁹ alter ex nouissimis interptib⁹ siluestri nardo saporẽ pharici cõparauit cũ tñ auctorib⁹ aliis græcoꝝ scriptorib⁹ simplici nardo cõparãdus esset. Sic.n. in alexipharmacis suis Nicander comparauit: τὴν ἤτοι γλεύκει μὲν ἰσαιῶνα μάλα νάρδῳ. Quod ẽ. Quã qdẽ gustu equalẽ nardo intellige. Sic Paulus Aegineta in quinto τὴν μὲν γεῦσιν ἅπασαν νάρδῳ ἔοικεν. Quod est. Toto sapore & gustu nardo simile ẽe. Sic ẽt meliores græcoꝝ aliq codices indicãt Quos secutus Barbarus nardo simpĩr cõparauit. Nõ cõuenit deinde huic scriptori & græcoꝝ medicis qđ ad alias pharici huius notas ptinet. Hic.n. potopharico fieri ait παράλυσιν μετὰ παρακοπῆς καὶ σπασμοῦ. Quaꝝ uocũ sensus sit resolutionem cum alienatiõe mẽtis & cõuulsione Illi e diuerso fieri resolutionẽ cũ alienatione mẽtis & pter eã cõuulsiones. παράλυσιν illi dicunt μετὰ παρακοπῆς καὶ σπασμούς In quo & si nõ adeo diuersus sit sensus monete tñ in eo legentes placuit. Sequiꝛ hoc qđ penitus aliis & nobis discrepet. Illi.n. cõem secuti lectionem absinthite uinũ dari iubent cũ cinnamomo myrtha aut nardo gallica. Nos aũt ueterũ in eadẽ hac re decreta Cilissam nardũ nõ gallicã diximus. Per quos aũt ad eã rem pfecimus Nicander in alexipharmacis & post Nicãdrũ Paulus Aegineta sunt ambo cilissam nardũ in hoc usu palã probantes alterius uersiculi sunt. ἀλλὰ σὺ πολλάκι μὲν χαδὼν εὐανθέα νάρδου ῥίζαν ἅμα θυλακόεσσαν ὀπάζειο: τήν τε Κιλίσσαι τρεφόεις ἀλδαίνουσι περὶ πλημμυρίδα κέρσου. Quorum sensus est. Vertu bene florentem spicam nardi radicitus euulsam utricularẽ dato quã ciliciæ montes nutriunt. Estq; nardus hæc quã primo uolumine post gallicã nardũ inter cætera Dios. thylacitim.i. utricularem uocari ait montanã in cilicia & Syria nascentẽ. In qua dicta tunc a nobis succunt q̃ satis erant Esseq; hanc illi eandẽ tanti uiri auctoritate p comperto nobis est Alterius in pharici remediis hæc uerba sunt. κινναμώμῳ ἢ σμύρνῃ ἢ νάρδῳ κιλικίᾳ Quod est cũ Cinnamomo aut myrtha aut nardo cilissa. Cui subiecit statĩ quã σαῖτιν uocãt: ignotã nũc uocẽ & q̃ i scriptore hoc Serine legaꝛ eadẽ ĩcertitudine. Dicet forte aliqs in cũctis celticã manifeste legi. Fatemur id qdẽ uerũ tñ aliter tradentibus aliis & lubrico ad uitiũ lapsu in cõmutãdis inuicẽ eiusdẽ principii duab⁹ uocibus qđ plurib⁹ cõfirmabaꝛ testib⁹: hisq pbatæ fidei eã magis lectionẽ amauimus. Diuersa ẽt nõ multo post ab hoc scriptore in remediis ueneni hui⁹ alioꝝ sñia ẽ quo loco. s. pcipiꝛ utẽdũ Iride: & ut hic ait ῥόδινον ἄνθος. Quæ uocesnihil significare aliud pñt q̃ roseũ florẽ Paulus Aegineta nõ hoc: Sed κρόκινον ἄνθος.i. croci florẽ uti iubet. Sic ẽt alii græcoꝝ medici: quo factum est ut croci florẽ magis pbauerimus: presertim parũ apto uocum concẽptu siqs roseũ florem p rosa dicat. ipsa.n. flos est: aptiusq; crocinus flos q̃ rufaceus

faceus dicit Potuit a crocino ad rhodinũ facilis lapsus & mutatio esse Hæc nos quibus licet coniectuiris monemus liberã eligendi potestatem legẽtibus relinquẽtes. Nõ relinquemus & illud quam cæteri oẽs myrrhã in hoc usu ꝓbant Nicander quo diximus lcconõ myrrham sed smyrnium olusatro cõgenerem plãtã dixit ἄλλοτε δ᾽ σμυρνεῖον ἐντριβὲς. Quod est: & aliqñ smyrniũ bene tritum. Nostri nihil mutauimus myrrham censentibus & numerantibus in hoc usu cunctis aliis.

DIOS. DE Toxico. Cap. xx.

Reditur ideo Toxicũ appellari q̃ barbari sagittas telaq̃ sua quę toxeumara noĩant eo inficiunt. Facit potum toxicũ linguæ labrorũq̃ inflãmationes & eam insaniã quæ coerceri non possit: uariis mentem imaginibus turbantẽ. Quo fit ut difficillima curatione sanenť: raroq̃ incolumes euadant qui toxicũ hauserunt. Oportet itaq̃ uinctos cõpescere: illataq̃ necessitate & ui cogere passum cum rosaceo bibere: tũ uomitionibus reddere. Raporũq̃ semen cũ uino itidẽ bibere pariterq̃ uomitionibus reddere. Priuatim cõtra toxica opẽ fert quinquefolii radix & hirci: capræue sanguis. In quẽ usum similiter bibunť. Prodest & quercus cortex aut fagi aut ilicis tritus & cũ lacte potus. Prosunt & cotonea mala in cibo uel concisa cũ pulegio & aqua pota. Prodest præterea amomũ: & balsami cum uino semen. Quod siqui eius mali periculum euaserint non nisi post longũ tempus conualescunt & ex stratis surgunt: & cum surrexerint atto niti reliquo tp̃e uitam agunt.

INTERPRES.

Num certumq̃ & quod priuatim toxicũ diceref fuisse quondã uerisimile est: & si multiplex: diuersumq̃ tunc & postea gentibus fuerit unde illi factũ nomen fuit: & quo sagittæ tingerenť. Nisi.n. id sit nulla poterit notaꝝ remedioꝝq̃ eius certa rõ: & disciplina esse Habent.n. uenena oĩa suas priuatim notas q̃bus cognosci & q̃bus curari debeant certa remedia. Nullaq̃ erit in scriptoris huius toxico legentib⁹ utilitas si una toxici appellatione intelligẽda illa oĩa erũt quibus ad certiorẽ mortem sagittas toto orbe gentes presertimq̃ ad orientem Barbari quibus hoc teloꝝ genere tractare bella antiquus mos est inficere & uenenare cõsueuerunt. Multa aũt & toto genere aliqñ diuersa esse hæc oẽs nouimus: & nihilominus toxicũ hic ait ex eo q̃ Barbari sagittas eo tingant noĩatum fuisse. Quo sermonis cõcæptu certã & uulgo tunc cognitam indicare rem credendus est. Qualis tñ ea fuerit neq̃ hic neq̃ quod hactenus in græcis legerim alii docuerunt. Plin. xvi. uolumine capite. xi de taxo arbore agens his uerbis toxica descripsit. Hanc sestius smilacem a græcis uocari dixit & esse in arcadia tam ꝑsentis ueneni ut siqui dormiant sub ea cibumue capiant moriantť. Sunt q̃ & taxica hinc appellata dicãt uenena quæ nunc toxica dicimus q̃bus sagittæ tingunť. Sunt ut uť Plinio toxica ex taxi arboris succo cõfecta uenena. Huic aũt ægre credat aliq̃s idem Plinii toxicis hoc esse. Siquidẽ nõ multo ante priuatim de smilace.i. taxo arbore egit: perfrictiõesq̃ & strangulatiões suo frigore facere dixerat. Ideoq̃ nõ credẽdum aliter & iteꝝ de ea ab eodẽ nunc agi: ꝑsertim nõ congruentibus nec iisdẽ in utroq̃ ueneno notis. Relinquiť ob eã cãm ut credamus a sagittis toxicũ noĩatum fuisse: certi quodã gñis uenenũ: q̃d ex quotidiano frequentioreq̃ usu antiquas sic appellauerit: scisseq̃ tunc oẽs uenenũ: & ueneni ꝓprium genus. Nunc aũt in multiplici ad tingendas sagittas cusp desq̃ alias ueneno quo passim uti nisi obstarent leges liceret: nõ facilem hẽt intellectum: nec discerni ex eo usu & ab aliis potest quem multis cõmunem & eundem habet.

DIOS. DE Ixia. Cap. xxi.

Xias qui & Vlophonos dr̃ ocimo simile quiddã in gustu & odore refert. Facit grauẽ linguæ inflãmationẽ insaniãq̃. Cũcta ẽt corporis excremẽta cõpescit: & cũ defectu aĩę uisceꝝ intestinoꝝq̃ tumultus & strepit⁹ excitat: nec q̃ tñ excerniť. Remedio est post eductã uomitionib⁹ maiorẽ ueneni partẽ: aut post solutã aluũ potũ cũ copioso uino aut aceto mulso absinthii dilutũ. Prodest itidem agrestis rutæ semẽ aut silphii radix. Nec non hyrcinæ origani decoctũ cũ ꝑdictorũ aliquo: aut lacte: aut resina terebinthina: aut nardo: aut castoreo: aut silphio singulaq̃ oboli põdere. Prosunt & cũ uino concisi iuglãdis nucis nuclei additis resina castoreoq̃ & ruta drachmæ podere singula. Prosunt itidẽ oleastelli herbæ aut thapsiæ cum mulsa aqua drachmæ duæ. Prodest & per se potum calidum acetum.

INTERP RES.

Iscum pluribus locis Plinius græcoꝝ Ixiam hunc uocauit: Duo diuersi generis in plātarū
historia nulla discriminis adiecta nota eadē appellatiōe indicās Quod an uicinitate noīs
in græcis deceptus fecerit (ixō.n.illi arboꝝ uiscum: ixiā uero quod nūc tractamus uocāt)
an sciens uolensq; negata sibi in latina re appellatione qua uisco penitus similem rē indicaret nō est
ꝓpositum nobis mō ostendere. Fecimus.n. id in Chamæleone: & ante nos certius longiusq; nō mul
to ante hæc tēpora Leonicenus diligentissimæ lectionis & egregiæ eruditiōis homo in Epistola ad
Menochiū Lucensem medicū idē ēt fecerat. In qua multa breuitate sūmaq; diligentia ueterum &
posterioꝝ scriptoꝝ de tota hac re dicta collegit Quoꝝ sūma est aliud ab Ixia hoc uiscū eē: hoc in
multaꝝ arboꝝ ramis nasci nec ueneni maleficiū hr̄e: illum ad radices chamæleonis albi spinæ no
xiū adnasci: Pluribusq; aliis inter se notis & uiribus distingui: patereq; id in græcis qbus uiscū ἰξὸς
sit non ἰξίας: quæ uox a uisco qdem facta fuerit non tn̄ uiscū signi ficet: sed quod pauloante diximꝰ
Chamæleonē albū: cui quēadmodū hic tertio uolumine tradidit aliqbꝰ locis uiscū adnascit: quo
pro mastiche ad nitorē cutis mulieres quondā utebant. Et hic nō in arboribus natū illud inter ue
nena numeratus quondā est: ideoq; ulophonos dictus: qm̄ ut in historia utriusq; chamæleonis hic
docuit canes sues quadrupedesq; alias in cibo enecet Non debuerat ut uī cum uisco misceri ixiasq
uiscarius potius adiectiua forma q̄ uiscū a græcis noīatus fuisse uideri pōt: ideoq; nos ne simul æq
uoca uoce duo diuersa miscerent alteꝝ uiscū alteꝝ uoce græca ixiam noīauimꝰ. Barbarus Pliniū
secutus masculino gn̄e græcoꝝ exempla uiscū ixiā hunc uocauit: qd in dispescenda re nō semp fa
tis est. Illud uolumus legentes monere hoc loco, Cū ꝓponeret a principio uoluminis huius Dios. q̄
in tota natura ueneni maleficiū hn̄t inter radices chamæleonē nō ixiam numerasse. In reddēdis de
inde notis & remediis ixiā nō chamæleonē noīasse. Nec dubitādū alicui erat hoc aut illo loco uitiū
esse. Idē.n. ixias & chamæleō est: nisi Paulus Aegineta qnto suæ medicinæ uolumine iisdē oībꝰ uer
bis scriptorē hunc cōmentariis suis miscens ixiæ & Chamæleonis duo seorsum capita legentibꝰ co
gnoscēda reliquisset. In quoꝝ altero albi in altero nigri chamæleonis maleficia traderet notis & re
mediis penitus diuersa. Rn̄detq; id duoꝝ chamæleonū historiæ Vterq;.n. ulophonos æqua nocen
di ptāte nominat. Eamq; rōnem ut credimus secutus Paulus Aegineta seorsum de utroq; inter ue
nena ēt docuit. Quod si easdem notas ambo hr̄ent iisdēq; remediis curarent credere ego hūc scri
ptorē breuitati cōsulētem uno eodēq; capite de utroq; egisse. Sed cum diuersa in eis oīa sint uitiū
suspicari oēs cogimur: relictūq; in uenenoꝝ censu ixiam: in notis deinde & remediis Chamæleonē.
Neq;.n. uerisimile est reliquisse hunc qd ali cōmentaria eius excribentes tradiderunt Irrepsisseq;
id uitiū uerisimile est ab aliquo q medicæ materiæ & plantaꝝ historiæ parū peritus bis repertum
idē esse ratus: tanq̄ supecuacaneā utrobiq; alterā reliqrit uocē Persuademur nos hoc facile ex eoq;
presertim q in censu uenenoꝝ ꝓpositus chamæleon: in remediis deinde redditus ixias est Quod
futuꝝ nō erat nisi ꝓpositus a principio ixias cū Chamæleone fuisset Nec ꝓponendus Chamæleon
si reddendū aliqd in eo postea nō erat Ixiæ tota res in scriptore hoc patet: nec repetere quæ p̄mon
strata sunt opus est. Quid aūt in Chamæleone desiderari possit: id nos ex Paulo Aegineta repete
mus q ut cætera ab hoc scriptore accæpta cōmentariis suis inserunt; Sic chamæleonē ēt excripsisse
etedēdus ē Verba de chamæleone nigro eius hæc sunt Haustū chamæleonē nigrū erosio doloreq;
ingens sequit: & cū stomachi euersione totius corporis tremor. Accedit mox & cōuulsio: biliosiq; et
spumosi uomitus Sunt ēt qbus singultus cū priuatione uocis distortiq; uultus fiūt. Cōfert triticeæ
farinæ cremor pinguis calidusq; tū uomitus & lactis potus Prodest clysteribus ēt infundi qd' lene
fit. Prosunt & fomēta emplastri mō imposita. Veꝝ cōtra strangulationes liuoresq; facientē chamæ
leonē ꝓderit potū absinthiū: nitrūue cū aceto mulso aut raphanis. Proderūt & p̄cordiis imposita
fomēta. Sunt hæc nigri chamæleonis ex Paulo Aegineta notæ & remedia. Quæ ob eas quas pauloā
te diximus cās neqd huic opi deesset addere placuit. Est illud in notis ixiæ animaduertendū quos
oēs uertimus strepitꝰ uētris & tumultus κορκορυγὰς significare: Vtroq;.n. mō βορβορυγμῶ. s & κορκο
ρυγῆ in græcis indicat circū agens se p intestina spūs & cū spiritu alui excremēta ad exitū festinā
tia. Descripsit cū strepitu tumultū hūc aptissima similitudine Nicāder nō aliter ī potu ueneni hu
ius strepere hoīs interiora dicēs q̄ festināte & circūagente se p nubes intra eas clausa terrestri exha
latione tonat: multoq; lepidius Aristophanes in Nebulis suis cū rusticū hoiem meteora docēs: to
nitrua sic fieri aitut in hoīe κορκορυγά. Versiculus eius est. κᾆτ᾽ ἐξαίφνης αὐτὴν δεινὸν κορκορυγῆσαι

DIOS. DE Cerussa. Cap. xxii.

On pōt latere ob colorē cerussa. Quāprimū.n. sumpta palatū: linguā: gingi
uas: & dētes qua se cōtingūt cādido coloreīficit. Singultꝰ p̄terea: tussim: lin
guę siccitatē & extremaꝝ corpis partiū pfrictiones cū mētis alienatiōe iner
tiaq; corporis motu facit. Mulsam dare his aquā utile: caricarumue: aut maluæ deco
ctū: aut calidū lac: aut trita sesama cū uino: aut ex uitiū sarmentis factā lixiuiam: aut

amaracinū

amaracinũ oleũ: irinũ ue: aut pſicorũ oſſa cũ hordei decocto. Proſunt colũbarũ etiã oua cũ ture aut hordei decocto. Prodeſt prunorũ gũmi ẽt. Prodeſt p̃terea q in folliculis ulmorũ ſeruatur humor cũ tepida aqua. A ſingulorũ tñ potu euocandus uomitus eſt. Accomodatus ẽt Thapſiæ ſuccus: aut Scãmonii liquor & cum mulſa aqua potus alteruter.

INTERPRES.

Funt toto hoc capite plura quæ aliis interp̃tibus & nobis eadẽ nõ ſũt. Diuerſitatiſq; nr̃æ una eſt cã: q impreſſum ſcriptoris huius illi codicẽ ſecuti alios eiuſdẽ rei auctores nõ cõſuluerunt. Nec q̃ aptius & uerius dici poterãt: cogitauerũt: ideoq; qualia ſe oĩa obtulerunt: talia etiã reddita ab eis ſunt. Nos cõtra auctore Nicãdro & antiquis græcorũ medicis: qđ in ſcriptore hoc erat: & Perſicorũ oſſa cũ liliorũ decocto cũ hordei decocto uertimus: illi.n. non σὺν κρίνου ἀφεψήματι: quod eſt cũ liliis: ſed σὺν κριθῶν: quod ẽ hordei decocto dixerũt. Eadẽ rõne quod legebatˀ κοκκυμήλοις ſignificatq; cũ prunis cũ prunorũ gũmi uertimus. Quiq; foliis ulmi cõtineri humor dicebatˀ folliculis eius arboris cõtineri diximus. Illis.n. non foliis cõtinetˀ. Pluraq; alia mutauimus quæ monẽtibus illis naturæ rerũ & ueneni huiˀ remediis male rñdebãt: q̃ poterũt uolẽtes p ſe certius uidere. Cogitabũt ẽt in perſicorũ oſſibˀ q̃ rerũſſæ aduerſari hic ait. An trita oſſiũ eorũ putamina: an interiores nucleos intellexiſſe oporteat. Nicãder ſane in Alexipharmacis ſuis putamina itellexiſſe uĩ. Verſiculi eiˀ ſunt καί τε κατατριφθέντα μετ' ἀργέοντος ἐλαίου σκληρὰ ... περσείης κάρυα βλάβος ... Quod eſt. Quinẽt tritæ cũ ſplẽdẽte oleo duræ perſicæ arboris nuces malũ egregie diſſiciũt.

DIOS. DE Fungis. Cap. xxiii.

Fungorũ alii gñe: alii copia nocẽt. Oẽs ſumpti ſtrãgulatiões laqueis ſimiles faciũt. Succurrẽdũ his q̃ primũ cõiter eſt. Oleoq; ad uomitũ cogẽdi q eos hauſerũt. Egregie tñ curantˀ ex uitiũ ſarmentis: aut ex ſiluestris piri cinere factã lixiuiã cũ poſca & ſale aut nitro bibẽtes. Pira ipſa ẽt ſiluestria folia ue ſimul coctaquã hñt fungi: ſtrãgulãdi uim auferũt. Proſunt in cibo ſumpta itidẽ pira eadẽ ſiluestria. Gallinarũ p̃terea oua cũ poſca pota: addita Ariſtolochia drachma una. Prodeſt cũ uino potũ ẽt abſynthiũ & mel in cibo & cũ aqua potum. Apiaſtrũ itidem cũ nitro. Panacis radix cũ uino. Cremata uini fex cũ aqua: & cũ aceto atramentum ſutotium. Raphanus item aut ſinape aut naſturcium in cibo.

INTERPRES.

Naſcuntur ab æſtiuo & autũnali imbre ſtatim euocãte ſole fungi oẽs. Nec minus q̃ tonitrua tubera optabiles fungi pluuias eo tpe hoĩbus faciunt; haud ſane oĩbus: ſed his q ut Heſiodus cecinit infœlicitatem ſuã & malũ amãtes naturæ potius monſtris & uenenis q̃ melioribus & tutioribus cibis uesci gaudent. Male exceptis pratenſibus auctore Flaco aliis creditˀ fungis. Male ẽt auctoribus græcorũ & latinorũ medicis in cibos recæptis uescimur. Oẽs.n. ut hic a principio ſtatim monuit; uel genere uel copia nocent. Eamq; ob cãm debueramus iam male tuto cibo abſtinere oẽs. Verũ q̃ñ nouitate potius q̃ ſuauitate eius illecti p̃ntiuitæ p̃culo æſtiuas & autũnales cœnas hoc cibo ẽt inſtruimus. Debuerũt cæteri interpretes in docẽdis factarũ a fungis ſtragulatiõum remediis diligentiores eſſe: meminiſſeq; ambo nõ præcipere Dioſ. cõtra fungos bibendũ ex aceto æris florem: ſed atramentũ ſutoriũ. Nec ſi ẽt χαλκοῦ ἄνθος paſſim in ſcriptore hoc legatˀ pluris librariorũ incuriã q̃ ſcriptoris huius decreta facere: in quo cũ rñdeant primis ultima: & ſibi inuicem oĩa facile erat ex atramento ſutorio quod chalcanthũ græci uocãt locũ emendare. Quæ.n. ipſe hic ſcriptor p fungorũ maleficio illic monet: huiuſcemodi ſunt. καὶ μύκητας λαβοῦσι βοηθεῖ. Quod ẽ & his q fungos hauſerint opem fert. Priuatim inter cæteras quas haber atramentũ ſutoriũ uires fungis opem ferre a Dioſ. dr̃. Quod flori æris neq; ab hoc neq; ab aliis tribuimr. Oportebat ẽt alterũ eorũ nõ cõiũgere copulareq; ſimul ſalẽ & nitrũ: ſed hoc aut illud p̃cipere. Hic.n. alterutro uti monet. Habetq; res certã ex natura rõnẽ: q̃ñ ſimilis aut nõ adeo diuerſæ naturæ ſunt nitrũ & ſal. Sũnt etiã pleraq; alia q̃ nõ ſunt nobis cũ illis eadẽ: ſed leuiora & ob eã cãm relicta. Monemus illud ẽt quod a legentibˀ forſan deſyderari poterit. Quæ hic iuber ſimpliciter gallinarũ oua cũ poſca bibi nõ uiderĩ nobis integrũ. Siq̃dem græcorũ medici ἀφεψηθέντα ἐν ὀξυκράτῳ ſumi iubent. Quod eſt in poſca elixa. Quinẽt qđ hic ait μέλι ἐσθιόμενον.i. mel in cibo illi ἐκλειχόμενον.i. in eclegmate dicũt. Et quam hic panacis radicem tm̃: illi radicem & ſemen. Addiderunt p̃terea q̃ñ in fungis a uenenatis corroſi aliqui non tm̃ ſtrangulant: ſed ex diuerſa alterius ueneni ui inteſtina exulcerant. Dandum in eo periculo copioſum abſynthiũ: caricarumq; & origani decoctũ. Mulſa aqua cogẽdos ad uomitũ qui

in periculo sunt. Calida lauari aqua: imponẽdáq; præcordiis emplastri mõ farinam hordeaceam hydrelæo maceratam. Relictum hoc ut credimus a Diosc. est quia ad aliud ueneni genus pertineret. Quod ex suis notis cognitũ suis remediis ẽt curandũ esset. Hoc. n. capite de fungis eorũq; maleficio non uenenatorũ uenenis agebat. Monuerunt iidẽ græcorũ medici nos ẽt ut in extremo capite cõtra q̃ alter ex interp̃tibus fecit non Cardamomũ sed nasturciũ uerteremus. Illi. n. manifeste κάρδαμα ἐσθιόμενα. i. in cibo nasturcia fungorum maleficio aduersari restati sunt.

DIOS. DE Gypso. Cap. xxiiii.

Facit & Gypsum strangulationes lapidescens. Ea propter danda his qui gypsum hauserint quæcunq; cõtra fungos opem ferre p̃monstrata sunt. Adiiciendumq; his quod ꝑ oleo sit maluę decoctũ. Pingue. n. & ob id lubricas & faciles uomitiones faciens nõ sinit in uomitu interiores erodi partes: quod lapidescens gypsum facit. Confert præterea oleum cum mulsa aqua aut caricarum decoctum: & ex ficulneis ramis uitiumue sarmẽtis lixiuia cũ copioso uino pota. Quin etiam origanus thymusue cum lixiuia aut aceto. Oportet itidẽ clysteribus passum & maluæ decoctum in eo periculo constitutis infundere.

INTERPRES.

Non est quod in Gypso legentes moneamus p̃terq̃ auctorib⁹ iisdem græcorũ medicis passum clysteribus infundi non cum origano aut thymo lixiuiaq; & aceto bibi a nobis in extremo capite dictum fuisse. Illi. n. remedium sic docent: ussumq; est rõne h̃re q̃ male uident̃ sibi cõiũgi posse & alternari diuersarũ uiriũ acetũ & passum. Poterũt tñ legẽtes qđ magis ꝓbauerint sequi.

DIOS. DE Recenti taurino sanguine. Cap. xxv.

Potus recens iugulati tauri sanguis spiritus difficultates & strangulationes facit: tonsillarum deglutiendiq; meatus cum grauissima conuulsione obstruens. Inuenit̃ a potu eius rubens lingua: infecti eodẽ colore dentes: & inter eos concreti sanguinis grumi. Vitandus in hoc malo uomitus est: densante se magis in stomacho sanguinis cõcretione illa quotiens uomitionis conatu in supiorem trahit̃ partẽ. Dant̃ quæcunq; coeuntẽ durescentẽq; sanguinẽ soluere & aluũ deiicere p̃nt. Dandi ẽt suo lacte pleni cũ posca ficorũ caprificorũue grossi. Nitrũ per se ẽt ꝓdest: omneq; coagulũ cum aceto radiceq; silphii aut eiusdẽ liquore. Confert & brassicæ semen: & ex ficulneo cinere lixiuia. Prosunt & cũ pipere conyzæ folia. Quinẽt ruborũ succus cũ aceto p̃sidio est. Deiicienda p̃ter hæc aluus est. Cõsueuerũt his qui euasuri sunt p inferna reddi grauissime odorata alui excrementa. Stomachus postremo & aluus hordeacea farina ex mulsa aqua emplastri modo operienda sunt.

INTERPRES.

Sunt hoĩs & brutorũ sanguinis notæ: uires: & euentus oẽs. Quẽadmodũ secundo uolumine lõgios dictũ in sanguinibus a nobis est. Nũc unius tm̃ describẽda malefica uis: & in tota sanguinũ historia dãnandus tauri nuper iugulati: q qm̃ celerrime coit atq; durescit: ideo pestifer hoĩ: presertimq; potus: Veneni maleficio infamis miserabili gñe mortis græcorũ historias & poetas implet. Deprehenderunt id in diuina re mortales cũ iugulatis ad sacrificiũ tauris q aderãt supstitiosiores calentẽ adhuc biberẽt: noua & idigna deo rõne hac sanctitatẽ icolumitatẽq; suã augere se existimãtes: nullus tñ clarius hoc gen⁹ mortis q̃ Themistocles fecit: q post pulsum e græcia Xerxẽ exul a patria accæpto ab Artaxerxe exercitu siue nolens siue desperans quæ illi cõtra græcos pollicit⁹ fuerat præstare: In Ioniæ magnesia decæpto cultrario ipse taurũ in sacrificio tenens excæptum poculo sanguinẽ repente hausit ut esset eo tẽpore anteposita uitæ mors: perpetuũ uoluntatis honorisq; sui testimonium: quod semp ciues sui meminissent. Caneretq; pro se in Helena Sophocles ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρου γ᾽ ἐκπιεῖν. καὶ μὴ ᾽πὶ πλείω τῶνδ᾽ ἔχειν δυσφημίας. Et Aristophanes in equitibus suis. βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν. ὁ θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος. Frequentius quondã taurini sanguinis periculum hoc fuit: nr̃a ætate nulla id afferente religionis occasione nullum aut rarissimũ est. Et nihilominus docuisse hæc inutile non fuerit. In quibus obseruatũ a nobis est nõ eodem mõ a græcorũ medicis & ab hoc scriptore tradi remedium id qđ ad oẽ coagulum radicemq; Silphii aut eius liquorẽ pertinet. Illi. n. diuidunt: duoq; faciũt quod unum in scriptore hoc est: dicentes

rentes dari utiliter oē coagulū per se:& silphii itidē radicē cū liquore suo. Nos tñ nihil mutauim⁹ eandem in cunctis græcis lectionem eius loci inueničtes. Diximus ēt ultra q̄ cæteri interpretes uerterunt aduersari taurino sanguini ficorū caprificorū ue grossos: qñ græca uox utriusq; arboris imaturum adhuc pomū significet:& hic primo uolumine utriusq; lac æqualem hīc potestatem tradiderit. De his in cōmentationibus nr̃is dicta ēt primo uolumine multa sunt. Volumus illud etiam legentes hoc loco nouisse quod hic ait spūs difficultates facere taurinum sanguinem & deglutiēdi meatus obstruere ad φάρυγγα & λάρυγγα Sic a græcis dictas in imo hoīs ore partes ptinere de quibus primo uolumine in ligustrino unguento & anginis dicta pleraq; sunt: Oportereq; utrāq; illam partem hoc loco intelligi: neq;.n.alter spirandi difficultas & deglutiendi impedimentū fieri poterit: in quo uix credat aliqs quātope in duabus illis uocibus optimi ēt græcorū scriptores uariēt quēadmodū tunc ēt diximus: qbus addere hoc loco placet q̄ a Iulio polluce secūdo sui onomastici cōmentario dicunt: quā græci φάρυγγα uocarūt principiū stomachi esse: uocatq; ille antiquorū modo stomachū cibi in uentriculū iter λάρυγγα aūt gutturis & canalis aīæ: quā partē βρόγχον, iidem græci noīant. Et in iis fieri oēs anginas græcorū medici dixerunt: in priore illa synāchā & paralynanchē. In posteriore aūt cynanchē & paracynanchē & si miscuerint aliq partes has & in partibus iis factas affectiones illas: nec semper discrimina hæc seruentur: quemadmodum in ligustrino unguēto dictum a nobis ēt est: in iisq; partibus taurini sanguinis potu fieri hic ait spiritus difficultates & deglutiendi impedimentum: quasi synanchem, & cynanchem aliquam.

DIOS. DE Lacte cui admixtum coagulum sit. Cap. xxvi.

Vltam & uniuersam facit repente strangulationē ꝓpterea q̄ in grumos coit potum admixto coagulo lac. Succurrēdū illi statim nec minus efficaci auxilio q̄ antidoti alicuius coagulo cū aceto. Ad quod bibendum cogendi sæpius sunt in eo piculo constituti. Prosunt nepetæ arida folia ēt: eorūq; pariter succ⁹: aut silphii radix liquorue cū poscha: Thymus cū uino itidem & ✠ lixiuia. Salsum nihil his detur. Magis.n. sic lac coit: & in caseū trāsit. Nec uomitus ī his tentandus. Strangulat enim dū ad exitum luctatur angustis stomachi meatib⁹ hærens.

INTERPRES.

On habet ueneni maleficiū lac simpliciter coagulatū. Alioquin nullus eēt in cibo ei⁹ usus. Sed qđ anteq̄ cōcreuerit admixto illi coagulo aliqs biberit. Coit.n. in stomacho: & coaguli ui quod illi admixtū est cōcrescit in grumos: Concretioneq; illa interiores obstruit meatus: obstrusisq; his strāgulatiōes facit. Plinius mali periculiq; huius genus diuersis locis diuersis uocibus indicat. Nos ex re & ex græci nois ui lac ꝓposuimus quod admixtū habebit coagulum. Id n. ἐμπυτιασθὲν participiū indicat. Cæteri interptes coagulatū simpliciter lac uerterunt. Nobis placuit certiorē illam rei indicationē sequi. Placuit ēt inter remedia nihil potius q̄ quod ignoraremus asserere: quo loco.f. relictū manet spatiū non ꝓcul a fine capitis est. Quem alter interpretum dissimulauit: alter lutū simpliciter dixit Dios. uerba sunt καὶ τὴν πηλοποιητικὴν κονίαν. Pertinetq; id ad lixiuiæ genus aliquod: quale aūt non satis nobis constat: nisi forte hic pcæperit utendū lixiuia quæ non per cinerē sed terrā traiecta fuerit. πηλὸν n. lutū & aqua dilutā terrā græci uocant: sed nihil in ea re compertū aliqñ nobis est. Potuit forte ēt ea imperari lixiuia quæ non traiecta per cinerē aqua sed uino facta esset. πηλὸν enim antiqssimi græci uinū ēt uocauerunt. Et in hanc partem iclinat nobis animus. Nihil tñ constituimus integram rem peritioribus seruantes.

DIOS. DE Spuma argenti. Cap. xxvii.

Tomachū: aluū: & intestina graui pōdere cū grauissimis torminibus ꝑgrauat pota argenti spuma. Pondere ēt intestina aliqñ disrumpit & urinā cōpescit. Tumet his qui eam hauserūt corpus & plūbeo colore decolorat̃. Prodest post uomitiones agrestis orminii semen cum uino: myrrhæ itidem drachmas octo: absynthium: hyssopum: apii semen: aut piper aut ligustri flores cum uino pariter bibisse: palumbiumq; cum nardo uinoq; siccatum fimum.

INTERPRES.

Natm̃ ista cypros quæ latinis ligustrū est a cypero q̄ quadratus odoratus iūcus iisdem dr̄ differt. Ideo facile fuit in antiquis exēplaribus scriptoris huius alterā uocē pro altera scribi. Diuq; nos anxii cū uariarent in his antiqui ēt græcorū medici Nicandrū testem secuti ligustrum uertimus. In eo.n. carminis necessitas nō aliter q̄ ligustrū legi posse & debere ostēdit. Versiculus eius est κύπρου τε βλαστεῖα νεαλδέα. Quod est. Et ligustri nuper florentes germinationes.

DIOS. DE Argento uiuo. Cap. xxviii.

Nocet argenti spumæ pariter potum argentum uiuum: Iisdem ideo remediis utēdū. Videtur tñ priuatim prodesse potum ri uomitionibus redditum copiosum lac.

DIOS. DE Calce sandaracha & auripigmēto. Cap. xxix.

Actunt alui & intestinoꝝ cum grauissima erosiōe dolores pota calx: sandaracha & auripigmentū. Danda ideo sunt quæcunq; mixta illis temperare ea possint: simulq; uomitiones faciles & lubricam aluum faciant. Qualis hibisci & maluæ multæ lubricitatis succus est. Dandum præterea lini seminis aut frumētacei tragi aut oryzæ decoctum. Quinetiam copiosum lac cum mulsa aqua: & pinguia esculenta iura boniq; succi.

INTERPRES.

Eliquerunt in uenenatis metallicis his cæteri iterpretes alterā remedii partē: quod in scriptore hoc male legebatur ἀηδεῖς dissimulātes. Vertitq; Barbarus suauē non absurda iterpretatione: si in tam præsenti periculo quærenda potius suauia q̄ apta & utilia eēnt. Alter relicta penitus ea dari oportere ait quæ suffrenare & soluere possint paulominusq̄ contrario inter se duoꝝ uerboꝝ sensu: rei uero & necessitati in altero penitus aduersante. Cum tñ facillimum eis fuisset ex cōi remedioꝝ in uenenis rōne & ex græcoꝝ medicis p̄sertimq; Paulo Aegineta quod male in hoc scriptore passim legebat̃ ἀηδεῖς ad uomitiones trāsferre: ἐμετικοὺςq; interpretari: quod nos fecimus. Cōe.n. hoc in oium uenenoꝝ maleficio & primū remediū est: Vomitionibus uenenū educere: iubetq; eo loco Dios. dari q̄cunq; faciles uomitiones (significatq; id τὸ ἐμετικοῖς) & lubricam aluū faciant: Nō qd̄ suaue sit aut ut ille alter ait suffrenet. Debuerāt in eodē hoc capite iidē interp̄tes meminisse duos ab hoc scriptore numerari tragos: alteꝝ secūdo uolumine inter frumentacea: alterū quarto inter herbas cōtrariis uiribus & euentibus. Siqdē frumentaceus iter cætera κοιλίας μαλακτικός .i. molliendæ aluo aptus describit̃. Alter uero & q in censu herbaꝝ numerat̃ συστατικὴν δύναμιν .i. adstringendi & spissandi uires hr̃e tradit̃: & cum cōtrarias huiuscemodi uires in eis inuenissent. Vter cōtra uenena aptior futurus erat cogitare: in quoꝝ remediis nunq̄ adstringentibus semp autē laxantibus & deiicientibus uti oēs p̄cæperunt. Græcorūq; alios cōsulentes medicos qui tragū dari iubent nō herbā sed ex frumētaceo gn̄e traū: eūq; hoc loco uertere. Sic.n. Paulus Aegineta remedium instituit sic cæteri oēs. At passim in cūctis legit̃. Fatemur id qdē. Verūtñ codicū fidē in quibus rō & alioꝝ auctoritas repugnet sequi Plebis quæ cor cecum auctore Pindaro plerūq; habet: fidem & iudicium sapientibus & necessitati anteponere est Quod nunq̄ sapiens aliquis fecerit.

DIOS. DE Lepore marino. Cap. xxx.

Equit̃ marini leporis potū corruptis piscibus similis in gustu uirosus sapor. Procedente deinde rpe aluus dolore uexat̃. Supprimit̃ urina: & siqn̄ ea erūpit purpureo colore est. Auersant̃ præterea & oderunt pisces alios oēs qui marinū leporē hauserunt. Sequit̃ ēt graui odore sudor: biliosusq; uomitus & aliqn̄ cruentus supaccedit. Dandū cōtinue his asininū lac: passumue: radicisq; & foliorū maluæ decoctū: Aut trita cū uino cyclamini quā rapū terræ dicunt radix: Aut ueratri nigri: scamoniæue herbæ liquor. Nucleorūq; punicæ aut cōcisæ cedriæ cū mulsa aqua drachma. Succurrit huic malo ēt potus suo calore adhuc calens anserinus sanguis & cū pisces alios oēs auersent̃ & oderint q marinū leporē hauserunt solos fluuiales cācros libenter edunt & admixto uino tritos bibūt. Concoquūtq; eos p̄senti remedio: inditiū & spes salutis est cū pisces amare & in cibos admittere cœperint.

INTERPRES.

Atis certa in scriptore hoc cūctisq; aliis hausti marini leporis remedia sunt: satis certæ etiā mali eius in cūctis notæ. Variant ab hoc scriptore tñ cæteri q plures & diuersæ aliquor a Nicandro in extremis Alexipharmacis suis notæ q̄ a Dios. numerantur: & a græcoꝝ medicis aliter remedia quædā instituunt̃: nō tñ eousq; diuersa ea sunt ut priuatim diligētiusq; multa legentes monuisse oportuerit. Addidimus nos uiroso pisciū odori quē sentiri hausto marino lepore hic ait corruptoꝝ: qm̄ id Nicander addit. γελμοὺς δ' ἰχθυόεις γεωδέων ἅτε σαπρυνθέντων Quod est. Piscosusq; sapor ceu pisciū corruptoꝝ. Aliqua itidē ex græcoꝝ medicoꝝ disciplina certius ut nobis uidetur reddita sunt: quæ signasse hactenus uoluimus ne quis discessisse nos temere ab aliorum interpretum ratione opinetur. Quæ aūt ea sint facile uidebunt legentes.

DIOS. DE Rubeta: mutaq; palustri rana. Cap. xxxi.

h Austæ Rubeta: uel muta palustris rana tumores corporis cũ eo pallore faciũt: ut buxo similes uideant᷑ qui alterutrã hauserint. Superaccedũt p̃terea spũs angustiæ: animæ & oris fœtor: singultusq; aliqñ: & sua sponte nec uolentibus seminis fluxus. Facillime post uomitiões multa meraci uini potione sanantur: radicumq; harundinis duabus drachmis: aut quadrati odorati iunci eodem põdere. Cogendi p̃terea sunt in eo piculo constituti multa celeritate spatiari currereq;: ob eum qui ex hoc malo nascitur torporem: lauariq; quondie.

INTERPRES.

Deerat titulo capitis altera rana. Nos ex omnium disciplina: historiæq; huius necessitate eam restituimus ut huic scriptori omnia & hic & alibi responderent.

DIOS. DE Hirudinibus. Cap. xxxii.

h Austas simul cũ aqua hirudines: uentriculiq; hostio in descẽsu hærentes: locũq; illic trahẽtes: & uelut suctus imaginem & sensum afferentes quod haustæ hirudinis inditiũ ẽ: suppota pellit muria: Cyrenaicusq; liquor: aut Sylphii: betæ ue folia cũ aceto aut nix cũ posca pota. Gargarissandũ p̃terea cũ aqua nitrũ & cũ aceto atramentũ sutoriũ. Quod si gutturi hæserint: facito in calidã aquã descendãt. Datoq; frigidã in ore retinendã: eaq; rõne ꝓsilient hirudines.

INTERPRES.

p Cura & certiora ꝓ haustis hirudinibus docent græcoꝝ medici. Primũq; inter notas numerant: quæ nullæ in hoc scriptore sunt: floridi ut illi aiunt. i. oris sanguinis excreationes. In remediis ẽt lupinoꝝ farinã addunt. Ex eorũq; disciplina ut uidet᷑ nouissimoꝝ alter interp̃tum scriptori huic remediũ illud addidit: quod alioqñ in scriptoris huius codicibus inuentum a nobis hactenus non est. Cãm ẽt afferunt cur frigidæ aquæ sensu quæ ore contineatur ꝓsiliant faucibus hærentes hirudines. Ea est q̃ frigidæ aquæ appetentes ad eã festinant. Adiciũt & illud cimices dedisse aliquos quod hic ipse secundo uolumine in cimicibus præcæpit. Nec male suspicet᷑ aliqs deesse huic scriptori hoc loco inter remedia: quod alibi in historia cognitum imperatumq; fuerat Galenus priuatim aliis usum se fuisse testatus est nec alio indiguisse remedio.

DIOS. DE Veratro q̃busdamq; aliis quæ sanitatis & salutis causa dantur. Cap. xxxiii.

p Rudenter tractari ẽt ea oportet q̃ salutis qdem cã dant᷑: nõ minora tñ aliis picula afferũt. Qualia sunt ueratrũ albũ: thapsia: elateriũ: & agaricum nigrũ: Strangulationes. n. hæc ẽt faciũt: aut ultra q̃ opus est purgant. In quibus strãgulationes qdẽ nõ aliter q̃ in fungis p̃monstratũ est curabuntur. Copiosiores uero purgatiões his q̃ excrementa cohibere pñt cõpescent᷑. Nõ sunt negligenda etiã q̃ paꝝ quidem nocere uident᷑: aliqñ tñ uitæ periculũ faciunt. Qualia sunt agrestis ruta: nigella: & recentes pappi: qui flores sunt spinæ quæ in carduorum genere Cactos uocatur. Contra q̃ ut in melius restituamur solus uomitus satis est.

INTERPRES.

q Valem descripsit in inferis suis Deiphobũ poeta noster Lacerum crudeliter ora: Ora manusq; ambas: mutilataq; tpa raptis Auribus & truncas inhonesto uulnere nares: talis & tã male habitus a græcoꝝ librariis toto hoc capite scriptor hic noster fuerat. Qui primum nullo intercedente discrimine hirudinibus coniuoxerant quæ seorsum tractanda fuerant: saluti hoium aliquando inseruientia: & in quibus imprudens tm̃ & nimius uitandus usus est. Tum in fine capitis diuiserant (cõiungendũ alioqñ superioribus) quod illic ad Cacton spinã pertinet: quam etiam male scriptam relinquentes aliis ante nos interpretibus miscẽdi tam multa importune cãm attulerũt. Fecerũtq; ut alter cõtinuata historia tam multa & diuersa simul docuerit Alter contra qđ in fine cõiungendũ fuerat separauerit. Amboq; axon in plantaꝝ gñe numerauerint hactenus in scriptore hoc inauditam: nobis sane incognitam: sed ab illis ẽt nõ descriptã. In quoꝝ instauratiõe non adeo laborandũ illis fuerat. Si eadẽ hæc ex hoc ipso scriptore iisdẽ uerbis excripta a Paulo Aegineta legissent. Qui penultimũ & ipse partis huius caput in medicina incipiens: iisdẽ cũ scriptore hoc uerbis ait. προνοητέον δὲ καὶ τῶν ἐπ᾽ ὠφελείᾳ διδομένων &c. Quæ in utroq; eodẽ modo uertenda sunt.

Prudenter tractari ea ēt oportet quæ salutis cā &c. Sequit̃ hæc in eo scriptore oīa nostro huic eadm: q uousq; eo perueniat ubi corruptus locus in Diosc. oia miscet. Is aūt legendus est καὶ τὸ μελαν θιον καὶ οἱ νεαροὶ πάπποι. αὕτη δέ ἐστιν ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου. ἐφ᾽ ὧν ἔμετος μόνος παραληφθεὶς ἐσώσε τοὺς λαμβάνοντας. Quo℞ sensus est qui a nobis pauloante audit̃. Nigella & recentes pappi: qui flores sunt spinæ quam cactū uocant. Is q scriptoris huius sensus: historiæ ductus & sermonis series quondā fuit: quā sine græci eius medici ope in integrū restitui nō facile fuisset. Poterunt in græcis & latinis diligentiores collatis inuicē græco℞ duo℞ scripto℞ commentariis quod obseruauimus facillime cognoscere. Poterunt & illud meminisse nullā esse in planta℞ censu spinam axon: κάκτον uero in antiq græco℞ scriptoribus frequentem in cai duo℞ genere iueniri. Siquidem meminit eius Theophrastus: meminit Athenæus: meminit: ne alios repetamus in latinis Plinius li. xxi. capite. xvi oēs aculeatam & in genere carduo℞ cōstituerunt: Priuatimq; in Sicilia nasci tradiderunt: Licet ex his quæ Athenæus ii. uolumine sui Dipnosophistæ retulit carduum altilem ea uoce significari simpliciter aliquis credat. Longa eius in eo historia est. Poterunt uolentes certius quæ dicimus ab eo audire. Huius spinæ pappos non nouas glacies ut alter uertit nocere homini Diosc. ait. Sicq; auctore Paulo Aegineta instaurandus legendus & intelligendus locus erat.

DIOS. DE his q̃ domestica & in quotidiano uitæ usu sunt. Cap̄. xxxiiii.

Rigida aqua ēt: uniuersa raptim: & sine interspiratiōe pota: copiosumq; merum: aut passum pariter potū: presertimq; statim a balneo: cursuue: aut laboriosis exercitiis dolores & strangulationes faciūt. Ingruens tñ periculū soluit secta q̃primū uena eductus sanguis. Et hactenus de notis quæ uenenis accidunt congruenteq; eius curatione. Itemq; qūo præcauisse ea oporteat dictū satis a nobis sit. Subiiciemus his deinde antidotos quæ contra hæc maxime necessariæ & præsenti remedio sint. Quibus passim gentes utunt̃: Mithridaniam. s. & eam quæ sanguinibus & quæ Scingo. i. terrestri Crocodilo conficiuntur. Quæ qm̃ in Antidotorū censu diligentissime descriptæ sunt a nobis hoc loco relinquuntur.

f

INTERPRES.

Quendi hoc loco legentes sunt quas hic scriptor Antidotos tam sæpe laudauit & quas subiecturum se cōmentariis his in fine pollicetur nullas ætate hac nostra in eius exemplaribus quæ uidere hactenus licuit inueniri: ideoq; non expectandas a nobis.

m

DIOS. DE Venenum ictu morsuue relinquentibus animalibus: simulq; de rabido cane. Cap̄. xxxv.

E Letalibus uenenis uenenumq; ictu aut morsu relinquentibus animalib⁹ agere cōsiliū nobis ideo fuit: Ut curationis remediorūq; totus in medicina expleretur modus. Nullis. n. aliis partibus eam profitentibus minus necessaria hæc est. Periculis siquidē: doloribus: uexationibus: malisq; aliis plurib⁹ liberari hominē cōtingit per ea quæ in huiuscemodi rōne docent̃: Quæ suprema & amplissima diuisione bifariā ut a principio p̃monstratū est tota diuidit̃. Appellaturq; quæ de uenenū ictu aut morsu relinquentibus animalibus est a cōi serpentū appellatione Theriaca: Quæ uero de letalibus uenenis q; pharmacis repugnat & aduersatur alexipharmacos. Qua iampridē tractata q̃cunq; in singulis alterius partis accidere cōsueuerunt & opem ferre pñt modo ostendemus. Oportet aūt primū parata omnia hr̃e eū qui artem profiterur ob urgentē sæpenumero necessitatē & usum. Paucissima. n. ex letalibus uenenis uenenumq; ictu aut morsu relinquentibus animalibus cessant: & in longū periculū trahunt. Plurima uero q̃primū. Et qui cogitato scelere aliis insidiātur certum facere maleficiū & scelus suū uolūt. Nec minus itidem qui aut peccati sui consciētia aut miserabili infortunio pressi letalia in se admiserunt: mox dep̄hensi fuerunt: aut subeūte pœnitētia dolent: celerrimo indigent auxilio. Quinetiā tela cuspidesq; suas hostes ueneno tingentes: puteosq; & fontes uenenis inficientes certā & sine remedio mortem aduersariis moliunt̃. Ex q̃bus licet nō statim qdem: nō multo tñ post malum adest: Nisi q̃primū præueniētes remediis

d

opem afferamus. Inutilem alioquin postea futurã: cũ corpora cõtingens illa uis iã occupauerit. Ea propter nõ temere negligenter ue tractãda hac sunt: ut qđ in alijs quæritur hac parte et ars humanã salutẽ faciat. Apud antiquos igitur in ea medici næ parte quæ curationẽ agit: & quã Therapeuticen uocãt curãdi modus hic cẽlebatur. Iuniores tñ eũ separaucrũt pcautionẽ appellãtes. Mediũq; inter curationẽ & ea quæ ad seruandã sanitatẽ faciũt cõstituentes: leui cõtemnendaq; admodũ uerisimilitudine decæpti. In humanis siquidẽ corporibus tres fieri habitus dixerunt. Primũ quo ualemus. Alterũ quo ægrotamus. Tertiũ inter utrũq; mediũ: quo uideamur quidem ualere: lubricus tñ ad morbos & picula lapsus sit ob inhærentẽ corporibus aliquã corruptionẽ: utinaũ in his licet uidere quos rabidus momorderit canis: nondũ tñ aquas timẽt: & his qui cãtharidas hauserint: nõdum tñ doloribus & angustijs urinæ uexant. Quaq; rõne tres illos corporis habitus cõstituerũt: eadẽ in tres ẽt partes pportionẽ illis rñdentes diuisam esse artẽ uoluerũt: In eã. s. quæ tuendæ sanitati præest: & eã quæ pcautioni: quæ ne malũ ingruat phibet. Postremo uero eã quæ remedia & curationẽ tractat. Cõtra quos dicendũ primũ est ex eoꝝ rõcinatiõe illa nõ tres sed quatuor in corporibus numerari habitus. Quemadmodũ. n. aliqui sunt nõdũ ægrotantes, pclures tñ & in lubrico ut ægrotent ob iminẽtem eis morbi cãm: sic quidã etiã sunt nõ ultra ægrotantes: nõdũ tñ sanitatem adeptiquod in his licet uidere: quos paulo ãte reliquerit morbus: nõdũ tñ penitus ab eo cõualuerint & uires resumpserint. Veꝝ qua rõne quoq; mõ diligentia in ea artis parte censetur q̃ curationem agit: eodem & pcautio hæc in eadem illa parte cõstituẽda est. Remedijs. n. ijsq; maximis in pcautione utimur: pfundiore biatu locum aperimus: utimus circũcidimus: iponimus quæ erodunt. Potiões ppinamus: pluraq; alia agimus. Suntq; adeo fine mente aliqui ut remedia negent esse ea: qbus in pcautione utimur. Nec dicere facile est qua ratiõe: quando & nomen ipsum pcautionis & agendi modus remedia esse: hæc oino ostẽdunt. Et cur diuisioni illi suæ non subuciũt in pestilentia constitutos: nõdũ quidem noxiã uim illã sentientes: pclures tñ ad eã & in lubrico ob contimentis dispositionem. Poterit aliquis ẽt illud dicere oia tuendæ sanitatis pcepta nihil aliud q̃ pcautionis partem aliquã esse. Conamur siquidem his dicta & inoffensa reddere corpora ne morbis facile tentent. Dicendũ itaq; quod maxime cõstet nõ de cere medicinæ partes habitu ad corporis habitus rõne numerari: sed p signa & artis eam partem quæ de signis agit in singulis seorsum ab alijs naturã obseruare: quẽadmodum suis locis priuatim ostendemus. Cõtra hos igit nihil ultra dicendum. Illud potius animaduertendũ uocari Anxnologeta, i. cãrum cognitione & rõcinatiõe carentia: quæ a letalibus uenenis: uenenumq; ictu aut morsu relinquentibus animalibus fiunt: eoꝝq; indem remedia ✠ Ob hoc sane: & eius quæ obseruationibus: & eius quæ rõcinationibus utitur artis quæstio est ✠ Quam ratio iampridem cõfirmauit. Neq;. n. oino id uerum: sed difficillimam semper habet coniecturam: qđ protrahitur: quodq; in necessario opere nullatenus proficit.

✠ Et si causarum rõcinatiõe priuatim & in pprijs oio non careat. Cõsueuitq; hoc in letalibus uenenis: uenenũq; ictu aut morsu relinquentibus euenire. Verũtñ non est indeprehensibile nec cãrum ratiocinatione caret: quod in opere inutile est: nec remedij occasiones præbet. Quin ex eo magis fidem securitatẽq; dephẽdendi in certa habere aliqs se affirmabit. Sensu. n. ob exiguitatem suã priuatim quidem & in pprijs nõ deprehendunt. Manifestã tñ ex mutua inter se collatione deprehensionẽ habent. Profecutusq; satis omnem hũc modum in cõmentario suo ad Plistarchum

Diocles est: his uerbis hæc scribēs. Cognoscere aūt id quispiam possit in aliis non paucis: sed & uiperas scorpionesq; & alia huiuscemodi intuens. quæ uix uidenda generisq; suo tantilla ingentiū periculoꝝ doloꝝq; cās afferūt. Eoꝝ difficile est ob exiguitatem uidere aliqua: & pter id corpore imbecilla aliisq; bestiis lōge uiribus inferiora sunt. Quātula. n. ut ex uulnere æstimasse licet scorpii magnitudo alioꝝq; huiuscemodi corporibus labē & noxā afferentiū cōstituēda est? Eoꝝ alia grauissimos faciunt dolores: corrūpunt alia: Alia q̄primū pimunt. Aut q̄tulum ēt æstimādū qđ a Phalangii morsu corpori infundit': totūq; corpus male afficit. Nō facile pfecto ꝙ penitus exigua sunt q̄titatē eoꝝ cognoscere aliqs poterit. Secundū dispositiōes itaq; hæc fieri in confesso apud oēs est. Quod aūt & ✠ exacte deprehensum ex eo est: ꝙ uis eoꝝ quædā corruptionē faciens sit: eamq; corporibus nr̄is mixtā accidentiū maloꝝ cām esse: receptūq; hoc modo iampridē id fuit. Nec adeo cōtumax certandiq; cupidus q̄sq̄ fuerit ut aliunde accidere uexationes has & non ex materia quæ corrumpendo sit dicat ex una tm̄ parte ēt corpora nostra tentante. Et hoc satis erat quod oportebat arti utiliter cōsulentem hoiem in cūctis quæ fierēt: quod ea faceret significare: ne in uniuersum & in oibus nō dephensa nobis ob esset cāæ pprietas. Quādoquidē dephendi cōis & ostendi certissime pōt. Eāq; ob cām Erasistrat' eoꝝ qui experientia tm̄ utunt' quos empyricos uocant iocose cōtumaciā accusans. Cām his quæ causaꝝ cognitione & rōcinatione carerent adiecit: nequaq̄ illis concedens supremā & uniuersalē in morbis cām indeprebensibilē esse & in cōmētario de causis eam distinguens ✠ In aliqbus cōsueta curatione cōtenti erimus. Verbi cā in uenenatoꝝ morsibus mortiferisq; aliis ✠ cōtenti erimus obseruatione a causaꝝ cognitione penitus cā separantes. Per singula. n. gr̄a primū indeprehensibiles sunt. ✠ Quod aūt uis est quæ corrūpendo sit: & quæ corpora eousq; uexare possit ut ēt perimat. Idq; genere & nō specie curationem indicat qua hebetanda euincēdaq; illa sint. Quodq; ait Erasistratus. Venit aliqs ad dulcem & potabilem aquā & ante ✠ ad uomitū: uulneris dilatationē: exuctionem: cucurbitulas: circūsectionem: ustionem: medicamentoꝝ idem potentium impositionē: postremo partis mutilationem: rōcinatus est esse remedia aliqua quæ foris & in cute admota possent descendenti altius corruptioni aduersari. Hæc igit' quæ Erasistratus dixit bene & rei congrua dixit. Sed rōnales quos methodicos uocant demirari licet: q non cōcedunt ex maleficio quod ab ea fit cām esse: Subeuntē uim illam quæ corrūpendo est: sed modum esse tm̄: adeo inepte uocibus & noibus immorant'. Ab eis siquidē manifeste Pthoropæos. i. corruptionē faciens uis illa in corpus descendens noiat'. At facere aliquid corruptionem causæ non alterius cuiuspiam rei opus est. Dicunt præterea uoces uerbi cā marsippos & anacalyptin: quaꝝ illa loculos hæc detegere significare pōt aliis uocibus pares & æquales esse. Quatenus pars aliqua sermonis sunt nō ſm ptātem sed ſm nudam enunciationem conceptas. Vtq; uoces illæ marsippos & anacalyptin nullas hn̄t principales & præualentes significationes: sic & pthoropæos uox quæ corruptionē faciens significat mot' indicationem nō ptātem habet. Transeunt deinde ad causarū differentias. Docētq; in causis pcedentes esse alias: quæ facta affectione separant' a corpore. Quales uerbi cā sunt labor: frigus: æstus: aliaq; his similia: Alias itidem ꝙ affectiones faciāt & pmaneāt cōtinētes: qbus pn̄tib' pn̄tes adsunt affectiones: crescētibusq; iisdē augēt' & ipsæ: decrescētibus minuunt': & desinētibus desinunt: pn̄tq; per se finem faciētes fieri ab euētib' separatæ. Suntq; illis pcipue hæ causaꝝ drīæ. Corruptionē uero fa-

cientem cām in nulla eaꝝ cōstitui posse aiunt. Præcedentē.n.eē negāt: qm̄ pmanet quod affectionē facit: neq; a corpore separat̄. Cōtinentem itidē dici non posse: qm̄ aliunde adest qđ nocet. Nec aliter q̄ in rabidi canis morsu fit. Quod si nec p̄cedens nec cōtinens est: nec p se finem faciens: nec cōcausa esse poterit. Et si in nullo causarū genere cōstitui corruptionē faciens cā poterit: cōcedendū erit: nec cām oino eē. His itaq; hoc mō dictis constitutisq; concedendū illis sane est eē quidem inter noia aliqua: quoꝝ partes nullā significent rem: sed nuda tm̄ enūciatione pferant̄. Nō tm̄ huiuscemodi esse oia recipiendū est: ueꝝ paucissima: nec corruptionē facere adscitis exemplis æqualiter enūciati. Maxime.n.p̄ualentē habet ea uox significatiōem. Quoniā ut corruptionis nomen mutanōis in peius factæ significationē habet. Sic & uerbū facere seorsum accipiendū est nihil ex cōiūcta sibi corruptionis uoce ostēdens. Fieret.n.incertū & sine significatione nomen: qđ alioquin oēs palā itelligūt: Nec dissimile his uocibus pædi: echin: dipsos. Quoꝝ pōt significatio eē pueto: babere sitim. Quod si dant a corruptione: sanis fieri morbū cōcedūt pfecto & facere. Siquidem aliquid est quod corruptionem facit. Quodcūq; aūt agit & opatur cām in singulis coꝝ quæ in corporibus fiunt: se esse ostendit. Idq; in letalibus uenenis q̄ corporibus infundūtur etiā patet. At subiici qualemcūq; cām in aliquo cārum genere oportere dicunt. Veꝝ & hic ēt labūtur nō facta integra diuisiōe. Causę.n.a dogmaticis illæ etiam dicunt̄: quę quadātenus præparant: quadātenus aūt continent. Quales inguinū febres & inguinum ulcera sunt. Quinetiā quæ finem & euētū p se facientibus causis adsunt: separēturq; ut casus a caule fractura in cārū numero sūt. In uniuersumq; quotiens aliqua fuerit secūdū ppriā uim & naturā causa: nō cōtinebitur tm̄ in diuisione aliqua cārum. Sitq; ut græci dicūt μοχθηρὰ .i. laboris & mali origo: licet nō cā in similarium & eiusdem generis cārum natura tm̄ cōtinet̄. Quod autem cā sit id qđ corrumpendo est: palā ex ipso noīe deprehendit̄: manifestiusq; ex accidentibus demōstratur. Quā.n.credūt esse cām post aīalis ictū & superuenientē ab eo labem: inditumq; corporibus uenenū? Cū neq; gelu: neq; æstum: neq; sectionē corporis: neq; cruditatem: neq; huiuscemodi qdpiā causare pnt. Qm̄ aūt causarum differentiis gaudent p̄cedentes alias: alias uero cōtinentes appellātes dicendū contra eos est utroq; mō cām hanc esse: præcedentemq; appellādā ex eo q, euentum pręcedit: qq; corporis substantiā p̄occupat. Cōtinentem uero q, pn̄tibus affectiōibus adest & ipsa: remotaq; ea: amouentur & quæ illi accidunt. Sed nō sunt plura de his dicenda. Constituendūq; cām esse uim: quæ corrūpendo est intus efficaciter nocētē. Maximusq; hic ueluti scopulus in curatione pponendus homini est. Priusq; q̄ affectiones illæ insurgant multifatiā certādū usq; dū funditus a corpore eā pellamus: cū ex his partibus unde ingressa est eam educentes: tū anteq̄ altius descendat & uitalia tentet in parte aliqua q̄ uitalis nō sit eā cohercentes. Nec nō postq̄ p̄ueniens i corpus descenderit datis potionibus diluentes & tempantes. Aliqn̄ igit̄ p̄cipueq; in mortiferis uenenis uomitionibus uenena illa educunt̄. In relinquentibus aūt ictu aut morsu uenenū aīalibus pfundiore sectione: cucurbitulis: exuctione: circūsectione: & nonnunquā mutilatione. Retinent̄ uero cohercenturq; uenena infusis & impositis acerrimis medicamētis. Hæc.n.cohercere simul & diluere uenena possunt. Extingunt̄ itidem euincunturq; meraci uini & passi potu: aut e diuerso acerrimis cibis. Coīter postremo cōferunt alui purgatio: sudoris euocatio: pluraq; alia quemadmodū sigillatim deinceps ońdemus. Oporteteq; nō solū materiā q̄ corrūpendo est finem & scopulum sibi pposuisse. Veꝝ magnitudinem eius ēt & tp̄s. Ex his.n.pluti

mas:maximasq; differentias remedia accipiũt. Magnitudine qdẽ:qm̃ in letalib⁹ uenenis:uenenũq; ictu aut morsu relinquẽtibus aĩalibus alia piculũ statim afferunt: alia pfundius aut leui⁹ exulcerãt:alia grauiore:mitiore ue dolore torquẽt: alia aliis noxis magis minus ue molesta cruciãt. Cõtra piculũ itaq; afferẽtia remediis q̃maxime aduersantib⁹ certãdũ est. Cõtra minora aũt mala leuiorib⁹. Absurdũ.n.fuerit in grauioribus (Si sic cõtingat leuioribus remediis utẽtes eos q curanť in piculũ trahere). In leuiorib⁹ deinde præcipiti uiolentaq; curatiõe sine cã corpus torquere. In promptu ẽt tempo℞ decreta sunt. Quædã.n. q̃primũ pcipites uexationes & picula afferunt. Quædã cõtra cũ lõgiore tũ breuiore tpe ptrahuntur. Festinantibus ideo festinato afferendũ auxilium:multisq; simul remediis utendũ:tardioribus uero tardius. Hæc igitur uelut de arte sermonem habentibus breuiter decreta a nobis fuerint. Nunc ad ea progrediamur quæ in singulis demonstranda sunt.

INTERPRES.

Vnq̃ pudebit me Xenophanis exẽplo:ubi cãdoris ueritatis & fidei periculũ uersabiť: timidum: ignaũ: & inutilem in hoc opere hñi. Rogatus hic aliqñ inter cœnã ut cæteris conuiuis alea colluderet:negauit didicisse se:nec uelle in cõi ẽt aliis uoluptate agere quod sapientiæ pfessori turpe futuru℞ semper erat. Ridentibusq; hoiem aliis:& timidũ inutilẽq; appellantibus: ingenue simul intrepideq; inutilem & timidum ad turpia fuisse se semper cõcessit:neq; ægre ferre ĩ eo apud oẽs male audire:tm̃ illi in humana re pbitatis & fidei studiũ erat. Nõ dissimili rõne æquo animo ẽt nos idẽ feremus:ignorantiãq; nrãm toto hoc capite ingenue fatebimur. Nec pudebit unq̃ tot in eo locis minus q̃ cæteri interpretes didicisse multa: & nouisse. Qui maiore q̃ nos ingenio & rerum peritia:uel melio℞ codicum fide adiuti quæ nos & quo in nris nõ legimus reddere latinis potuerunt. Signauimus aliquot toto hoc capite locis nõ uitii tm̃ sed ignorãtiæ nræ nota : quæ passim legentes uiderunt. Fecimusq; id pa℞ sequacem sermonis seriem illic inuenientes:in qua nec rebus: nec grãmatico℞ legibus aliqua nobis in ea tñderent. Proposito siqdẽ masculini generis aliquo: fœminino illi qď nõ cõueniret reddebatur:truncæ uoces aliquæ erant : mutatisq; lřis & syllabis adeo incertæ ũt aptius uisum fuerit: quod pictor aliqñ in Agamẽnone ad aram cum imolareť filia fecerat. Nulla expressa re cogitanda legentibus relinquere:qualia a scriptore hoc dicta illic fuissent. Cæteri quod pauloante diximus maiore re℞ peritia:& melio℞ forte codicum fide adiuti quæ nos nõ potuimus potuerunt. Facillimumq; erit uolentibus quæ illi cõtinuata historia tradiderunt audire. Ipse sic hõ sum ut quod ipse ignorem alios docere nolim. Hoc sane legentibus testamur collatis simul scriptoris huius aliquot codicibus:qď simplicius & rei aptius uisum est in cæteris reddidisse:Nihilq; non ex cõi saltem plurium lectiõe mutatum aut instauratum fuisse. Quale a pricipio fuit:quod hic scriptor ait. ἐς συμπλήρωσιν τ̃ περιοδευτικοῦ τρόπου Quæ pars ab altero interpretum reddita est:ut medicinæ pars quæ periodice uocatur confirmationem ambitu suo toto capiat. Ab altero. Vt circuitus medicinalis ad umbilicum perueniat. A nobis aũt. Vt curationis remediorumq; totus expleref modus. Illi ut uidetur ad finem operis huius pertinere rem opinati sunt. Nec male: si quæ corrupta illic uox est περιοδευτικοῦ finẽ simpliciter significaret. Circuitũ n magis q̃ finẽ in ea græci oẽs intelligunt. Nos ad curationem & remedia pertinere palã deprehẽdimus. Monueruntq; in eo nos antiqores duo scriptoris huius codices:in quibus θεραπευτικοῦ τρόπου manifeste legiť:mox res ipsa & idem hic scriptor nõ multo post dicens. In ea medicinæ parte constitutã hanc ab antiquis fuisse:quæ Therapeutice diciť. Suntq; eo loco eadem fere quæ in hoc uerba. τ̃ θεραπευτικοῦ μέρους ὑπὲρ καταβάντος οὕτως ὁ τρόπος. Cunctaq; hæc ueluti testimonia nos secuti ad curationem & remedia restituimus:quod illi ad finem distraxerant. Sunt toto hoc capite plura iidẽ alia quæ longe diuersa ab aliis in nobis audientur. Ea signati eodem hoc mõ oportuisset:sed nimis multa ea sunt. Festinantibusq; indulgeri hoc nobis optamus ut alia quæpiam more nostro indicemus. Quo℞ illud primũ erit nescire nos qualis in scriptore hoc tota hæc postrema pars sit : in qua cõtra q̃ alii græco℞ medici & Nicander fecerint:presertimq; ii qui eũ exscripserunt prius de letalibus uenenis:tum de his quæ ictu aut morsu uenenũ relinquunt Dioſ. egerit. Cum ab his cæteri incœperint:ultimãq; sibi alterã illam partem fecerint. Idq; ex naturæ ordine rõnem habere uidetur. Præcedũt.n. aĩalia quæ insensilia nihili sunt:sane id factum a nobis fuisset:nisi quæ multa in hoc capite audiuntur:scrupolũ iniecissent:coegissentq; suspicari:aut non suo loco legi:quæ nũc docẽtur:aut in extremi huius cõmentarii principio aliqd quod in hac parte legiť : desiderari. Quod.n. hic modo ait. Quæ suprema & amplissima diuisione bifariã ut a principio p̃monstratum est tota diuidiť. Appellaturq; quæ de uenenũ ictu aut morsu &c. Quæ uero de letalibus uenenis &c. Nullibi p̃monstrata in priore illa parte est:neq; Theriaco℞ & Alexipharmacorũ diuisione aliqua illic

usus Dios.est Quod ẽt hoc loco legit ut curationis remediorũq; totus in medicina expleret mo dus cõe utriq; parti esse debuit. Qualiaq; hæc sunt talia odorari ẽt alia quæpiam toto hoc capite li cebit. Ea nos diligentioribus cognoscẽda relinqmus: nõ cõtemnenda penitus suspitione hac nra cõ tenti rem illis indicasse. Volumus & illud prius q̃ ad cætera pgrediamur legentes monere cõtra q̃ nos fecimus librorum scriptoris huius numerum usq; ad septimum octauum & nonum auxisse cæteros interptes: septimũ hoc loco inscribẽtes. Paulo deinde post de uenenatorum morsus: ictus ue notis octa uum: tum de curatione & remediis nonum. Hisq; illos editionis suæ pter græcorum oium fidem gra uissimum auctorem Galenũ octo libris tradidisse hæc Dioscoridem testatum. Verba eius de Sim plicium medicamentorum uiribus cõmentario hæc sunt. ὁ δὲ ἀναζαρβεὺς διοσκουρίδης ἐν η. βιβλίοις τὴν χρήσιμον ἅπασαν ὕλην ἔγραψεν Quod est Anazarbeus aũt Dios. octo libris oem medicinæ utilem materiã tradidit. Grauis sane auctor Galenus: sed nõ minor de seipso hic ipse habendus ẽ in totius operis proœmio dicens: συναγηόχαμεν τὴν πραγματείαν ἐν ἓξ βιβλίοις: quod est ut nos tũc uettimus eotam sex libris collegimus rem oĩa hoc numero a se scripta cõplexus: eumq; nos magis q̃ alios se cuti eodem sexto cõmentario clausimus: quæ alii septimo octauo & nono: iustiusq; uisum est a suo auctore: q̃ ab aliorum diuisione operis huius indicationẽ accipere. Audiuimus.n. eos appellari oporte re oẽs: quos ipsi se faciãt: ostendiq; & indicari uolunt. Quã deinde nos diximus diligẽtiam: quo lo co.f. hic ait. Verum qua rõne quoq; mõ diligentia in ea artis parte censetur; quæ curationem agit &c. Nõ aliã ut credimus intelligere oportet q̃quã prima sentẽtia Hippocrates ait. Oportere medicũ nõ solum seipsum opportuna faciẽtem præstare: sed ægrotum & assidẽtes: & exteriora. Totum n. hoc una illa τῆς ἐπιμελείας cõplectitur uox. Quod simpliciter ẽt & una uoce a Dios. non multo post di ctum fuerat διὰ τὸ σημειωτικὸν pluribus explicitum a nobis est per signa & artis eã partẽ quæ de si gnis agit. Id.n. ea uox significat. Vocaruntq; græcorum medici σημειωτικὸν μέρος medicinæ eã partẽ q̃ de signis agit. Sunt aũt auctore Galeno in diffinitionibus suis signa quæ ille σημεῖα & σημειώσεις ... signationem si sic pariantur dicere grãtuatici uocat: cuncta illa quibus cognitis aliud quod ignora batur cognoscitur. Transire mox hic scriptor ait eos: qui rõnalem medicinã pfitebant ad causarũ differẽtias. Numeratq; ipse plures: quas ut in nobis & aliis certius nouerint legẽtes nõ pigebit ex Ga leno eiusq; de diffinitionibus cõmentario quales illæ sunt ostendere: & unde nos eas sic appellaueri mus. Primum itaq; cãm scire oportet ab eo diffiniri Quod in corpore aliqd facit ipsum tñ incorpo rerum est: tum quam nos pcedentem cãm diximus id esse: quod facto euẽtu separat seorsũq; fit Vt canis qui momordit: & Scorpio qui uulnerauit: & solis æstus qui febrem excitauit. Hãc bifariã Ga lenus uocauit προκαταρκτικὸν & προηγούμενον. In quarum uocũ altera προκατάρχεσθαι uetbum quod in ea est. Sic principium & incipere significat: ut quemadmodũ in musicis & choro canentiũ fit: i q bus choreæ dux priuũ carminis modulatus partem reliquũ uniuerso choro silẽs ipse canẽdũ reli quit. Sic in huiuscemodi motus principiũ tñ intellexisse oportet. In altera pcedẽdi manifesta signi ficatio est. Neq;.n. προηγεῖσθαι aliud significat q̃ in itinere in acie in oĩ agenda re alia ducem & pũtũ esse. Posteriores medici primitiuas oẽs has cãs plerũq; dixerunt. Celsus euidentes aliqñ uocat. Nos ex tam multis certiorem (ni fallimur) elegimus uocẽ. Cõtinentes mox dictæ a nobis sunt. Quas idẽ eodẽ cõmentario Galenus συνεκτικὰ uocauit. Noĩs uis est q simul sint & cõtineant: diffiniuitq; con tinentem cãm esse: quæ præsens pñtem facit morbũ: discedens separataq; tollit: qualis i uessica cal culus est. Fuerunt tñ ut idem Galenus testat ex antiqoribus medicis: qui totũ hoc genus non in cau sa sed malorum censu & ordine constituerent. Celsus eas morbos cõtinentes uocauit: nosq; eum secu ti continentes causas noĩauimus. Per se deinde finem facientes cãæ nobis sunt: quæ Galeno αὐτοτε λῆ. Sic ab eo descriptæ. Per se finem facientes cãæ sunt: quæ ipsæ tñ & per se finem & euentum faci unt. Opponunt hæ cõcausis quas græcos imitati sic appellauimus συναίτια enim illi uocant. Diffi niuntq; eas Galenus: quæ cũ aliis parem ptãtem hñtibus euentũ faciũt. Solæ uero priuatim & per se nihil huiuscemodi possunt Et hæc in Dios. satis dicta de causis a nobis sint. Quæ n. ad totũ genos cãrum earũq; plura alia discrimina pertinent: lõgiore & medicorum ppria disceptatione indigent: q relinquenda a nobis id non pfitentibus merito est. Cætera in reliquo hoc capite satis per se patent. Nec ultra operã nrãm exigerent: nisi salutis humanæ studium quo cõtinue trahimur: quæ ab aliis græcis scriptoribus tradita quondã fuerunt: & in hoc desiderari merito pñt cõmentatiõibus his no stris addere persuaderet Ea ad pcautionem pertinent non dissimilem illi quã a principio sexti hu ius uoluminis in uenenis hic ipse etiam tradidit. Nobis sane parum uerisimile est relictã ab eo fuis se tñ nullibi nunc legitur. Eapropter ex Paulo Aegineta iisdem uerbis hoc loco tradet. Quæ hu iuscemodi est. De relinquentibus ictu aut morsu uenenũ aĩalibus agentes: A cõibus in his obserua tionibus incipiemus pcautionẽ primum tractãtes. Siquis igit locis a serpẽtibus infestis dormire co getur: Alliis aut earum quæ mox dicentur herbarum aliqua caua & latibula earum obstruere eum oporte bit. incensisq; ceruorum cornibus: caprarum ungulis: pilo ue: Gagate lapide: bitumine: bdellio: galba no: cupressi: cedri ue ramentis: nigella: peucedano: Viticis foliis: nepetaq;: sagapeno: castoreo; can chryos radice: conyza: aut ex grauissime odoratis quocunq; alio locũ infumare Accendendi pter hæc crebri ignes Fugiũt.n. serpentes eorum lucem. Sternendus ex his herbis thorus etiam: asphodelo: nepeta: uitice: pulegio: polio: conyza: & abrotano. Et si non liceat ex eis thorum facere stratis saltẽ im ponendæ sunt. Curanda ẽt diligenter quæ coquuntur Aquæ præterea & uinaria uasa: diligenterq;

σημειωτικὸν γένος σημείωσις

Causarum genera

Præcedens προηγούμενον κατάρχεσθαι

συνεκτικὸν Continens

Per se finem facientes αὐτοτελὲς

συναίτιον Concausa

, operculāda oīa. Nō sunt sub arboribus accēdendi ignes: p̄sertimq̄ sub picea pinoq̄. In his.n. arbori-
, bus Salamādræ & Erucæ mortifera insecta abūdant: q̄ tēpore ignis calefacta in obsonia uasaq̄ alia
, decidūt: si opculata nō fuerint. Vngēda itē dē corpora sunt his q̄ certius cōtra hæc mala nos muni-
, ant. Liqdiore cerato. s. quod cera: rosaceo: exiguo galbano: ceruini cornu exigua scobe: aut Aethiopi
, co cymino cōfectū fuerit. Priuatim uespa ictus: & apiū arcent trita maluæ folia & ex oleo illita.

DIOS. Notæ rabidi canis eiusq̄ in homine morsus. Cap. xxxvi.

Nte posuimus cūctis aliis de morsu rabidi canis sermonē: qm̄ multū contu
a bernaleq̄ hoi aial canis est: rabitq̄ sæpissime & perit. Nec facile cauet̄ & ine
uitabile piculū ab eo fit: nisi multis utamur remediis. Rabit canis plerūq̄
in maximo æstu: aliqn̄ ēt in lōgū tractis frigoribus. Rabiēs cibū & potū auersatur:
multā & spumosam ore & naribus pituitā mittit: ęgre & cōsueto tristius intuet̄: & si
ne latratu oībus pariter insilit: Bestiis hoibusq̄ contubernales & alienos mordens.
Statimq̄ nihil uexatiōis affert præter q̄ exiguū ex uulnere dolorē. Affectionē dein
de facit hydrophobon. i. aquæ metū appellatā: q̄ cū cōuulsione totoq̄ corpe rubo-
ribus p̄sertimq̄ in uultu: Sudore suiq̄ & domesticoꝝ ignorātia accidit. Fugiūtq̄ ali
qui lucem. Torquentur cōtinue aliq. Quidā ēt nō secus q̄ canes latrant & accurren-
tes mordēt: morsuq̄ suo eādē in alios affectionē trāsferunt. ✠ Præterq̄
ex historia unū aut alterꝝ. Eudemus. n. superuixisse quēdā testatus ē. Et Themisonem
medicū ferunt aliqui morsu canis in hāc affectionē incidisse: seruatūq̄ eē. Alii ami-
co aquam timēti p̄pter & humane inseruientem in eādē incidisse affectionem: nec
nisi post multos labores seruatū. Difficillima sane tota hæc affectio est. Verūtn̄ an-
teq̄ sentiat̄: & nos plures seruauimus & ab aliis seruatos scimus.

INTERPRES.

Vmerant̄ ab antiqs græcoꝝ medicis præter dictas ab hoc scriptore plures alii rabidi canis
n notæ. Sitire. s. tūc eos: non tn̄ bibaces esse. Quod Celsus lib. v. ēt in timēte iā aquā homine te
stat̄. Anhelos p̄terea suspiriososq̄: & lāguidis flaccidisq̄ auribus uideri. Quin ēt qd' hic ait
sine latratu oībus pariter īsilire Copiosius illi explicāt: docentq̄ mutos tūc penitus & ueluti isanos
fieri: eousq̄ ut nec domesticos ēt noīcant. Quod licet a Dios. cōstitutū etiam fuerit cum inqt. Sine
latratu oībus pariter insilire: bestiis: hoibusq̄: cōtubernales & alienos mordere. Nesciotn̄ quo cer-
tius illud est. Occasiōem sane obtulit: ut quod male inter notas timentis iam aquā hois in Dios. lege
bat̄ καὶ ἀσωρίας. Quā uocem alter interpretū cū langore: alter cū fastidio uertit ad ignorātiā huiu
scemodi nos trāsferremus: & quasi ἀπορίας legi oporteret: cū sui domesticorūq̄ ignorātia uertere
mus. Inter cætera n. quæ docēt græcoꝝ grāmatici significare aporian ἀγνωσία. i. cognitiōis priuatio
est. Aiaduertimus ēt quo loco inane spatiū relictū & ultimi nota adiecta a nobis est in male sequacis
sermonis ductu deesse aliqd Ab exceptiōe. n qd' sequtur statim mēbrum principiū habet. Nō inele
gāti tn̄ sed infirmo penitus sensu. Oportuit. n. prius cōstitui aliqd unde qd' sequtur excipet̄. Quale
aūt id quōdā fuerit manifeste Paulus Aegineta indicauit: q iisdem huic scriptori uerbis eadem do
cens cū eo p̄duxisset rē: moneretq̄ iā & ipse accurrentes mordere rabientes hoies: morsuq̄ suo suā
in alios affectionē trāsferre. Subiecit statim pleraq̄ alia: & inter cætera τῶνδὲ ἐμπεσόντων εἰς τὸ πάθος
οὐδένα ἴσμεν περισωθέντα πλὴν ἐξ ἱστορίας ἕνα ἢ δύο. Quoꝝ sensus est. Oium uero q in hāc affectionē
deuenerint: nullū nos seruatū scimus p̄terq̄ ex historia unū duosue. Quæ si scriptori huic inserā
tur: apte spatiū id totū explebūt. Nos ea fīgtiamus ut habeant uolentes unde locum instaurare pos-
sint. Docēt p̄terea iidē græcoꝝ medici alioꝝ qdē accidentiū manifestam esse cām occupatis. s. uene
no illo partibus cunctis Metū uero aquæ fieri aliq eoꝝ dixerunt: ex nimia siccitate quasi in contra-
riū habitum mutata penitus humida eoꝝ substantia. Verūtn̄ Ruffus antiquæ medicinæ grauis au
ctor insaniæ ex atra bile genus id esse testatus est: magna ueneni eius cū humore illo similitudine.
Nec secus q̄ atra bile insanientes scimus alios alia timere. Idq̄ sentire ēt uidentur: qui dicunt canis:
q momorderit imaginem in aq's opinari eos se uidere: eoq̄ metu territos aquā fugere & auersari.
Monēt ēt: qm̄ nō statim rabidi canis morsum sequtur metus aquæ: sed circa quadragesimam fere a
morsu diē adest: & aliqn̄ serius opinantes: aliqn̄ hoies nō rabire canē q momorderit festinata mor
sus cicatrice cām affectioni huic dedisse. Id ne fiat docuerunt qua indicatione usus aliqs rabire aut
nō rabire canem intelligat. Iubentq̄ iuglandes cōcidi nuces: diligenterq̄ his uulnus obstruere & cir
cūligare. Mox sequenti die solutas & ablatas gallinaceis in cibo apponi: & si his a principio non pa-
scantur fame ad uescendū cogi: futuꝝ. n. superstites uiuant: si nō rabierit canis: sin cōtra postera die

peribunt

peribunt; tuncq; ad uulneris dilatatiõem festinãdũ, iterũq; post paucos dies eadem indicatiõe utendũ: & si non perierint: Gallinacei tũc a periculo tutũ uulnus ad cicatricem perducendũ. Creditur indicationis huius auctor quõdã fuisse Oribasius. Nolumus illud ẽt relinquere uideri nobis: qđ hic ait nullũ a metu aq; seruatũ sciri &c. credidisse aliquos de his intelligẽdũ eẽ q nõ a rabido cane sed rabiente & aquã iã timẽte hoie morsi fuerint. Hic tñ simpliciter tradidisse id uidetur.

DIOS. Loci in rabidi canis morsu curatio. Cap. xxxvii.

R Emediorũ curationisq; duplex rõ. Cõmunis altera est. Vtendũq; ea in cunctis q̃ ab aliquo uenenũ ictu aut morsu relinquente aĩali læsa fuerint. Propria in rabidi canis morsu altera est: aliis egregie ꝓdesse solita: aliis intercedẽre a morsu lõgo tpe inutilis. Nos primũ exposita hac cõem illã deinde trademus. Oportet igit̃ uitis albæ sarmẽtis fluuiales cremare cãcros: tritũq; eorũ seruare cinerẽ: Gẽtianæ ẽt radicẽ tusam: cribratãq; pariter repositã hẽre. Cumq; a rabido cane morsus aliqs fuerit meraci uini cyathis quatuor: Cãcrorũ triti cineris cochlearia duo: radicis uero Gẽtianæ unũ simul uelut in polenta miscẽda sunt: & a prima usq; ad quartã diẽ bibenda. Dãdũq; a principio ea mẽsura remediũ hoc ẽ. Quod si a morsu duæ tresue intercesserint dies curationẽ incipiẽtes triplũ dedisse oportet eius qđ a principio dari p̃cæpimus. Estq; hoc cõtra rabidi canis morsum remediorũ oĩum efficacissimũ. Et qđ q̈busdã solũ satis ad salutẽ fuit. Vtendũq; eo cõfidenter. Et ut aliis ẽt remediis cõtra ineuitabile piculũ muniamur: nihil est qđ ꝓhibeat aliis ẽt uti. Quinẽt p̃stat si sic cõtingat ultra etiã q̃ opus sit curationis remediorũq; uexatiões tolerare q̃ negligentia periclitari. Nõ sunt in morsu rabidi canis sic grãdia ut exigua & scarificatiõibus similia timẽda uulnera. Maiorib⁹. n. uulnerib⁹ multus uniuersusq; ꝓfluens sanguis ueneni secũ qđ in minorib⁹ nõ fit ptẽ aliquã educere põt. Auferendę etiã a maiorib⁹ statim uulnerib⁹ solutæ a cõtinuitate sua carnes labraq; uulneris acie ferri circũscalpenda & si coeãt hamo: uolsillisue secãda sunt. In ambob⁹ etiã cõtiguæ circũquaq; partes ꝓfundioribus scarificationibus cõfodiendæ sunt: ut exiens copiosior sanguinis fluxus ueneni in interiores ptes descẽsum remoret̃. Efficacissimo etiã ad soluẽdã ueneni hui⁹ uim remedio ẽ cũ mlta flãma admota & ĩpacta cucurbitula.

INTERPRES.

V Os hic iubet uitis albæ sarmentis crematos simpliciter seruari fluuiales cancros nec qua rõne seruãdus p se eorũ sit cinis monet; græcorũ medici cremari qđẽ præcipue sed ĩ æneo cyprio uase: ut purus: & p se colligi cancrorũ cinis possit. Et q̃a forte ex eo ære medica uis aliqua cõtra canis rabiẽ esset: ex ea. n. insula in oẽs medicinæ usus æs laudabat̃. Relinquimus hoc capite ẽt cogitãdũ qđ in eo instituit̃ remediũ cancrorũ cineris cochlearia duo gentianæ uero unũ meraci uini cyathis quatuor mixta a prima die usq; ad quartã bibenda esse: quotidie ne hac mensura bibenda ea sint: an ex quo quatuor cyathi uini sunt singulis diebus usq; ad quartam bibendus cyathus unus tñ sit Nobis in priorem illam rõem inclinat animus. Credimusq; singulis diebus totam esse illam bibendam mensuram. Arbitrarium tñ legentibus id relinquimus.

DIOS. DE Adustione. Cap. xxxviii.

C Ontra aĩalia quæ uenenũ ictu aut morsu relinquunt oĩum remediorũ efficacissimũ adustio est. Ignis. n. quacunq; alia ui potentior euincit pariter: & ad interiora descendere uenenũ ꝓhibet. Simulq; igne domita pars illa nõ uulgarẽ in reliqua curatione pmanente diutius exulceratione illa mali solutionẽ facit. Eãq; ob cãm curanda in primis crusta illa ignis est ne decidat & cũ ciderit ne citi⁹ q̃ opus sit ulcus coeat. Sed si fieri põt ultra ꝓfinitũ ẽt tẽpus exulcerationes illæ seruẽtur: tã quæ inflãmant̃ q̃ quæ sordescũt. Præstabunt id imposita salsamentũ: tritũ siluestre alliũ: cepæq; similiter: & cyrenaicus p̃cipue liquor: uel qui a regionibus medicus & parthicus dicit̃. Imponant̃ ꝑterea cõmanducata & integra triticea grana.

Hæc.n.cōtracto humore turgentia uulnera explicant. Cōmāducata uero illa a quibusdā credunt̃ hr̃e aliquid qđ uenenis a cōmanducantiū ieiunio aduerſet. Non tñ hoc certū: ſed cū cætera deſint bis utendū erit. Si uero quod ſæpius fit ante quadragesimā diem præuenientes coaluerint cicatrices: manibus diſcerpere eas oportebit circūcidentes ſecantesq́ & ſi ſic opus ſit iterū ẽt adurentes. Cum uero conſtitutum p̃terierit tẽpus permittendū tunc in cicatricẽ exulcerationes coire: Emplaſtroq́ ſale confecta operiendus & poſt paucos dies ſinapi conſpergendus totus locus eſt.

INTERPRES.

q Væ de aduſtione toto hoc capite a Dioſ. pꝓponunt̃ a Nicandro lõge prius inſtituta pariter fuerãt. Verſiculi eius in theriacis ſunt. ἐκ κραδίης γλαυκόεντα χέας ὀπὸν· ἐκ σιδήρου καυστηρῶς θαλφθέντα ὑπὸ σχέρησι καμίνου. Iubet & Columella ſeptimo rei ruſticæ ſuæ uolumĩe cap. xi. cõtra rabidi canis morſum uetere ſalſamẽto uti: nihilq́ nõ idẽ oibus i eodẽ piculo remediũ eſt.

DIOS. DE Ratione uictus in morſu rabidi canis. Cap̃. xxxix.

r Alis cõtra rabidi canis morſum loci curatio eſt. Oportet aũt & uictus rõnẽ ueneno huic aduerſantẽ pariter cõſtituiſſe: quæ uim eius hebetet & extinguat: ſimulq́ deſcenſum ad interiora ꝓhibeat. Præueniẽtia.n. q̃ in hũc uſũ data fuerint illabenti quæ corrũpẽdo eſt ui repugnãt. Põtq́ duo hæc: illud p̃ſtare: meraci.ſ. dulcioris uini: lactiſq́ & paſſi potus. Oĩa.n. hæc ſumentes diligẽtia ſua ueneno aduerſant̃: & oẽm acrimoniã eius hebetãt. Præſtãt id pariter allia: porri: & cepæ in cibo ſũpta. Aegrẽ.n. hæc in ſtomacho mutant̃ & dilabunt̃. Permanẽt ſiqdẽ multis dieb⁹ eoꝝ qualitates cũ nec uincant̃ nec mutent̃ a ui illa q̃ corrumpendo eſt. Quin e diuerſo euincere eã ipſa p̃nt. Vtendũ antidotis p̃terea: theriaca.ſ. & ea q̃ eupatoria dr̃: mithridatia itidẽ: oĩq́ alia q̃cunq́ ex plurib⁹ aromatis cõfecta fuerit. Virib⁹.n. ſubſtãtiaq́ ſua pene imutabilib⁹ cõcordia iter ſe cõueniũt aromata oĩa: eamq́ ob cãm corporib⁹ dominant̃. Eſtq́ hic in uict⁹ rõe modus. Veꝝ nouiſſe illud etiam oportet icertã hr̃e tpis mẽſurã ihærẽtẽ mer⁹ aq̃ affectionẽ. Plerũq́.n. intra q̃dragesimã diẽ emergere ſolita ſi neglecta res fuerit itra ſextũ mẽſem & ãnũ aliqñ emerſit. Videnť q́ hæc paſſim. Ferũr nõnulli tñ poſt ſeptimũ a morſu annũ aliqñ emerſiſſe. A pricipio in canis rabidi morſu curatio hæc ẽ. Quod ſi q̃cũq́ ex cã primis dieb⁹ nõ p̃ſumpta antedicta fuerint remedia relinquẽda ſectio & aduſtio eſt. Neq́.n. qđ illapſum fuerit reuocari iis põt. Nullaq́ erit conatus huius utilitas: ſed inutiliter uexationibus corpora ſubiicient̃. Alia iõ curationis ineunda rõ ẽ: Purgatio.ſ. ea magnopere ꝓdeſſe ẽt poterit. Pellens.n. ſimul cũ motu corporis habitum trãſmutat. Sitq́ ea quę ſacra doſis ex agreſti cucurbita dicit̃. Prodeſt & lac qđ ſchiſtõ.i. ſciſſile noiat̃. Quod purgare ſimul & rẽperare uenenũ põt. Acres p̃terea cibi & meraci uini pot⁹ qbus hebetãdi uenena uis eſt: i quotidiano uſu ſint. Præter hæc ante cibũ & a cibo ſudoris euocatio: Dropaciſq́ & ſinapis toto corpore particulatim cõſperſio. Oĩum tñ efficaciſſima dep̃henſa eſt q̃ ueratro purgatio fit: utẽdũq́ eo remedio cõfidẽter: nec ſemel tñ bis ue: ſed ſæpius añ q̃dragesimã diẽ & poſt alia illa remedia ẽt. Tãtas .n. uires remediũ hoc hẽt ut ex his q metu aq̃ corripi ſe iã ſentirẽt ſũpto ſtatim i prima eius affectiõis acceſſione ueratro incolumes aliq euaſerint. Iã uero cõprehẽſos nec ueratrũ ipm ſeruare põt. Expoſuim⁹ p ea q̃ hactenus in unũ cõgeſta a nobis ſũt primũ in rabidi canis morſu ex diligentia curationẽ. Nũc ad reliqua q̃ uenenũ morſu ictuue relinquunt trãſeuntes: notas eoꝝ primo ſeorſum exponemus: Mox cõiter oibus accomodatã curationẽ & ab ea deĩceps quæ priuatim ſingulis ꝓdeſſe poſſint percurremus: ſignabimuſq́ pariter quæcunq́ deſperata & ſine remedio erunt.

Fuit

INTERPRES.

Vit quondã angustioris ambitus q̃ postea aromatũ uox. Indicabant̃ n. ea tm̃ quæcunq; ad odoratos suffitus in ara accenderent̃: ea omnia. s. quæ thucidides ἁγνὰ θύματα .i. pura sacrificia uocauit: uictimis quæ in iisdẽ sacrificiis arã sanguinis sordibus cõspurcarent ea rõne opponens. Cõcessit deinde ad oĩa odoramẽta: neq; in posterioribus aromatum uox aliud fere significat. Nec Theophrastus: Strabo: græcorũq; alii scriptores aliter ea usi sunt. Et quæ hic aromata qbus cõfectæ antidoti cõtra rabidi canis morsus in usu essent appellat nõ alia intellexisse oportet q̃ thus myrrhã: styracem: & his similia alia. Monet post hæc Dios. sinapismis & dropacismis utendũ in hoc malo esse. Vertimusq; nos prodesse Sinapis & dropacis toto corpore inspersionẽ. Quæ duo licet diuersa sint eundẽ tñ usum hñt: ad euocanda. s. in sũmam cutis superficiem quæ intus cessantia nocent. Habetq; sinapis manifestã exulcerandi cum rubore uim: Dropax uero depilandi. Qua uoce ueteres græci cuncta illa uocauerunt quibus in balneo antiquitas ad depilanda corpora utebatur. Nota nunc ẽt res: & quam suo carmine ut alios omittamus celebrauit Martialis.

ἁγνὰ θύματα

ἀρώματα

Aroma

DIOS. DE Notis quæ morsus ictusue aĩaliũ uenenũ relinquentium sequuntur: primũq; de Phalangiis. Cap. xl.

Vbet & ueluti pũctis distinguit̃ a phalangiorũ morsu locus: non tumet tñ: nec adeo calet. Verũ mediocriter quidẽ rubet ex aduerso aũt perfrictionib9 horret. Sequunt̃ toto corpore tremores: & circa poplites inguinaq; cõuulsionib9 similes rigores. Sequunt̃ & circa lũbos adstrictiones: & ex his cõtinu9 pellẽdæ urinæ pruritus: & multa ex aduerso in pellẽdo difficultas. Frigidus tota cute sudor pariter fluit: & cum lucis hebetatione aliqua lachrymosi fiunt oculi.

INTERPRES.

Ogimur hoc loco ẽt cõtra aliorũ interpretũ editiones tueri rem nr̃am: ne sine rõne diuersa ab illis reddidisse uideamur. Ea nec pauca numero nec re negligenda in tãtillo hoc capite sunt Dixit eorũ alter a phalangii morsu quasi ab impacto aculeo rubere locum: cum tamen in scriptore hoc nihil quod ad aculeos pertineat legatur. Verum simpliciter rubere locum καὶ ὁμοίοις κεντήμασι fieri: quod significat ut nos uertimus & ueluti pũctis distingui. Neq; enim aculeũ phalangiũ habet: nec græca uox κέντημα aliud q̃ punctionẽ significat. Aptius id alter uertit dicens qui & cõpũcto similis fit. Vertit idẽ qd in scriptore hoc legit̃ ἀλλὰ μετρίως μὲν ὑπέρυθρος ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων κατέψυγμένος. Quod est: sed mediocriter subrubens Vbi uero cõtrariorũ occursu refrixit cõsequit̃ &c. At nõ hoc iudicio nr̃o Dios. monet sed cõtrarios fieri euentus in eo docet: Rubere qdẽ locũ quẽ colorẽ in humano corpe plerũq; sequit̃ calor: ex aduerso aũt frigere. Quod contra naturã fit: quæ ruborem colorẽq; simul in corporibus nr̃is fere semp cõiũxit: patetq; id sensu: iõq; nos uertimus mediocriter qdẽ rubere locũ ex aduerso aũt perfrictionibus horrere. Habuimusq; editionis huius ducem Paulũ Aeginetã q nõ aliter q̃ uos diximus phalãgiorũ morsus notas describit. Nou cõuenit eodem hoc loco nobis ẽt alter: q fidẽ græcorũ aliquot codicũ secutus quos ipsi etiã uidimus in qbus nõ ὑπέρυθρος sed ὑπέρυγρος legeret̃, A rubore ad humorẽ rem trãstulit: aitq;. Sed cõtra potius modice humescit & sentit̃ frigidus. Verũtñ uera & antiqua eius loci lectio est quam nos diximus. Contrarios. n. euentus hic fieri in eo morsu ostendit: Ruborem quẽ semper comitat̃ calor & ex aduerso frigus qd pallor plerũq; sequit̃. Idem ẽt qd in Diosco. legebat̃ καὶ ἐντάσεις περὶ τοὺς βουβῶνας καὶ ἰγνύας: Inguina ad genitalia lõge alio & diuerso sensu distraxit. Videt̃ ille ἐντάσεις: qua uoce græci plerũq; ui arrigendo uirĩnt̃ indicare id credidisse. Vel græcũ medicũ Paulũ Aeginetã Dios. anteposuisse: qui Phalangii morsus notas & ipse numerãs ἔντασιν καυλοῦ fieri ẽt dixit. Verũ pñt cõuulsionis mõ ἐντείνεσθαι .i. rigere inguina. Et Paulus Aegineta genitalis qdẽ arrectionem numerat: Verũ nõ relinquit qd ab hoc scriptore dicit̃: aitq; & ipse fieri σύντασιν περὶ βουβῶνας τε καὶ ἰγνύας σπασμώδη .i. cõtentionẽ & rigorem circa inguina & poplites cõuulsioni similẽ. Nõ oportebat iõ quæ ab hoc dicebant̃ cũ dictis ab illo miscere: sed qualia in Dios. singula legebant̃ talia ẽt latinis reddere Est p̃terea qd mihi cũ ambob9 i codẽ hoc capite discrepet illic. s. quo loco Dios. ait fieri urinæ cõtinuũ pruritũ cupiditatemq; & ex aduerso δυσχολίαν πολλὴν περὶ τὴν ἔκκρισιν τοῦ περιττώματος. Id ad uentris excremẽta illi distraxerunt Nos auctore Paulo Aegineta ad eandẽ urinã cõtraximus. Verba eius sunt οὔρων συνεχὴς πρὸς ἔκκρισιν ἐρεθισμός: τισὶ δὲ δυσουρία. Quod est. Cõtinuus urinæ ad exitũ pruritus: aliqbus cõtra urinæ difficultas. Quod & si penitus nobis non rñdeat: non tã lõge tñ ab eo sensu abest: ut ex quo hic numero singulari ait τοῦ περιττώματος .i. excrementi nõ debuerit ad eandẽ urinã excremẽti uox illa cõtrahi: Presertim nihil de supp̃ssa aluo in hoc malo testantibus eodẽ Paulo & aliis græcorũ medicis, qui p̃ter notas in phalangiorũ morsu a scriptore hoc numeratas nõ pauciores alias numerauerunt: Grauissimis torq̃ri dolorib9 in eo piculo constitutos: pallere: nec secus q̃ in ueneris appetitu arrigere: stomacho erodi: incerta & inexplicite loq.

Aquosa & araneaꝝ textis filia uomere: esse aliquos ẽ q̃bus ꝑ aluũ & urinã eadẽ ferant: demissosq̃ in calidã aquã sine dolore eẽ. Ve cũ ĩ grauiꝰ postea dolere. Ecq̃d hic scriptor ait frigere locũ illi nõ frigere tñ sed prurire ẽt dixerũt, Sũt græcis Phalãgia in araneoꝝ gñe a crurũ lõgioribꝰ internodiis q̃ græci ꝑsertimq; Galenus in descriptiõe humanæ manus phalãgas dicũt sic appellata. Eoꝝ plura numerant gña a Nicãdro in theriacis & a Plinio suæ historiæ li xxix. cap. iiii. longius descripta: a q̃bus poterunt uolentes quæ ad historiam & remedia eoꝝ pertinent & hæc & plura alia audire.

DIOS. DE Scolopendra. Cap. xli.

Colopendræ quæ ophioctene ẽt appellatur morsu cõmuniter liuescit in orbem & exulceratur locus. Aliquãdo tñ feci similis fit: rarius uero rubet. Exulceraturq; sumpto a morsu principio laboriosa & incurabili exulceratione. Sentitur præter hæc toto corpore ueluti pruriginis sensus.

INTERPRES.

Habet mare scolopendras: de q̃bus secũdo uolumine ab hoc & a nobis lõgius actũ est. Habet & terra: ueꝝ multiplices nec eiusdem formæ maleficiiq; oẽs. Eam ob cãm hic inter uenenata tñ numerat quæ quõdã ab enecandis anguibus ophioctene priuatim dicebat. Nõ ũ oĩbus scolopendraꝝ genus: priuatim tñ incognita nobis ophioctene. Quã unã in eo genere ueneni maleficiũ hr̃e hic ostẽdere uꝑ. Et si posteriores græci marinæ ẽt huiuscemodi ũm aliquam assignarint discreuerintq; utriusq; morsus notas: a marina dicentes tumorẽ aliq̃n fieri pellucidũ & aq̃ simile: a terrestri uero rubentẽ: quã hic tñ ꝑposuisse credi debet: nec nisi de terrestri mõuisse. Addiderũt ueteres græci aliq̃d: nec tñ morsu eiꝰ liuescere: sed tumere & extolli ẽt locũ tradiderũt.

DIOS. DE Scorpione. Cap. xlii.

Nflammari q̃ primum a scorpionis morsu locus incipit: duratur: rubet: & cũ dolore supra modũ riget. Nunc feruor mox perfrictio alternis occupat. Adestq; statim dolor: qui itidem alternis nunc decrescit mox augeť: Accedũt præterea sudores horrores tremores & extremaꝝ corporis partium perfrictiões. Insurgunt his inguina: feruntur q; per sedem peditus: rigent pili: discolor cutis fit: dolorq; tota cute adest ceu acus confossionibus factus.

INTERPRES.

Parum diligentes in græcoꝝ scriptoꝝ lectione alii interp̃tes non animaduerterunt male inter cæteras scorpionis morsus notas in scriptore hoc legi φύματα διὰ τῆς ἕδρας: necq̃ illi reddiderunt græcis uocibus r̃ndere. Siquidẽ alter tubercula in sede nascunť uertit: alter in sede tubercula ꝓsiliunt. At hic διὰ τῆς ἕδρας. i. ꝑ sedem nõ in sede dixerat: significatq; ꝑpositio illa genitiuo casui iuncta trãsitũ: non ortũ. Nõ aliter q̃ ꝑ domũ ꝑ exercitũ ꝑ hostes transisse aliquẽ dicimus: q̃d in tuberculis dici non põt: quæ simulac aliquo loco coierũt illic maturãť & suppurãt. Oportebat ex eo intelligi aliq̃d quod moueref & trãsiret: at ꝑ sedẽ nõ mouenť nec transeunt alia q̃ flatos uentris quos peditus nos diximus. Quæ loci eius uera & antiqua fuerat lectio: quã Paulꝰ Aegineta ꝑter rei ipsius necessitatẽ nobis ẽt ostendit: q de scorpionũ maleficio hoc agens libro quinto inter cæteras quas numerabat notas inq̃t πολλάκις δὲ πνευμάτων μετὰ ψόφου διὰ τῆς ἕδρας ἔκδοσις. Quod est. Sæpiusq; sp̃ũs cũ strepitu ꝑ sedẽ exitus: Manifesto argumento quæ hic φύματα legunť πνεύματα. i. flatus uentris legi debuisse. Monuit idẽ ẽt quod illi ad liuorẽ retulerunt ad rigore pertinere. Neq; quod male in scriptore hoc legebať περιπελνῆς nullo sensu ad eũ colorẽ referendũ eẽt sed περιψυχῆς legi oportere quod extremũ rigorẽ significat. De liuore. n. non multo post egit rum inquit decolorari toto corpore cutẽ Addiderunt alii quod desiderari posse uidebať post ingumũ insurrectionem genitalis arrectionem quam cæteri omnes aliis notis connumerauerunt.

DIOS. DE Pastinaca Marina. Cap. xliii.

Sequũť pastinacæ marinæ morsum graues q̃primũ & indomitæ doloꝝ uexationes: cõtinuæ itidẽ cõuulsiones: labor: uigilia: rigor & mẽtis alienatio: Post hæc ꝑterea uocis priuatio & obseruãtes oculis tenebræ. Ipse ẽt ꝑcussus locus: & ꝑpinquæ ptes i orbẽ nigrescũt: & ad tactũ sine sensu sunt: & si ꝑcussum locũ digitis emũgat aliqs niget crassus & mali odoris aquosus humor ex eo ꝓfluit.

INTERPRES.

Non a deo ueneni maleficio infamis marina pastinaca est: ut nõ eadẽ naturæ & morbis aliq̃n utilis suas ab hoc ipso scriptore laudes secũdo uolumine inueneris Eas oẽmq; eius historiam

ftotiam poterunt uolentes illinc & ab aliis de natura animalium scriptoribus facile audire. Græcorum medici nullas ex morsu eius notas descripserunt: qm̃ non posset piscis quod possunt uenenata alia latere: sed ex morsu eius statim mali causa omnis pateret.

DIOS. DE Mure Araneo. Cap. xliii.

Rit̃ a muris Aranei morsu circa morsus locũ in orbẽ inflãmatio: nigraq; insurgit pustula aquoso humore plena. Liuescũt ꝓpinquæ partes oẽs. Disruptaq; pustula depastio sequit̃ his quæ serpũt similis. Accedũt post hæc grauissimi intestinoꝝ dolores: Vrinæ difficultates: & frigidi sudoris undiq; fluxus.

INTERPRES.

Ddiderũt ueteres græcoꝝ medici muris aranei morsibus: q̃ ab hoc scriptore nõ dicunt̃ has ẽt notas: Dolores q pulsuũ mõ ꝑ interualla pulsent: & in singulis dentiũ eius aialis ictibus rubores: discuprã ꝑterea pustulã illã candidũ oñdere ulcus: nec solum ꝓpinqua depasci loca: sed corruptas ẽt decidere ex his locis partes. Erant de Araneo mure dicenda multa quæ ueteres tradiderunt: nisi q̃ satis eẽ possint secũdo uolumine dicta a nobis iampridem fuissent.

DIOS. DE Vipera. Cap. ly.

Vmet siccat̃ q; a uipæ morsu magnopꝫ locus. Albido colore fit: Fluitq; ex uulnere aquosus humor a principio pinguis & oleosus: cruentus deinde. Insurgũt ꝑter hæc ueluti in ambustis pustulæ. Occupat & depastio ꝓgrediens adiacentes partes: haud sane leuis: aut in cute tm̃. Veꝝ ꝓfunda & altior. Cruentantur his ẽt gingiuæ: & circa iecur coit inflãmatio. Supaccedunt tormina: biliosæ uomitiones: tremores: sopores: urinæ angustiæ: & frigidi sudores.

INTERPRES.

Ieri in uiperæ morsu ꝑter numerata a Dios. græcoꝝ medici hæc ẽt dixerũt: Dolores a principio in morsu ipso: mox toto corpore ẽt. Videriq; io morsu exiguo spatio inter se distãtia exigua duo foramina: fluereq; primũ ex his sanguinem & aquosum humorem: tom oleosum tm̃ humorẽ: postremo uiridi eruginis colore: qđ uiperæ uenenũ aliq esse crediderũnt. Tumoribus ꝑterea quos hic numerat liuores illi addiderũt: Rubores itidẽ: oculoꝝ uertigines: stomachi resolutiones: & aiæ defectus. Cũcta hæc tñ illi περὶ ἐχέων ἢ ἐχιδνῶν tradiderunt nõ satis certa nobis indicatione duo ne illi serpentiũ genera an unũ tm̃ duobus noĩbus indicent. Nobis quatenus obseruauimus in scriptoribus aliis nõ uident̃ differre echis & echidna: duplexq; unius aialis potius nomen q̃ duorum duo esse uidentur. Paulus Aegineta duo manifeste genera cõstituit. Inquit enim ἀκινδυνώτερον δὲ δοκοῦσιν ἀπαλλάττειν οἱ δηχθέντες ὑπὸ ἐχίδνης ἢ ἔχεως. Quod est: Minore autẽ periculo euadere credunt̃ q ab echidna q̃ qui ab echi morsi fuerit. Cæteri tñ ut diximus duo hæc gña miscent: ꝑsertimq; latini Vipeeã utrũq; appellãtes: rãta est similitudo rãq; in cõctis cõgener eaꝝ natura, Barbarus inter pestis huiosnotas κάρον ab hoc scriptore fieri dictum capins grauitatẽ interpretatus est: cum tñ ad soporem ut sæpe alias testati sumus ea uox tãtum in græcis pertineat. Alterne bis de uomitu ageret: tremores reliquit: nesciens ἔμετον corruptam illic uocẽ τρόμον legi oportere: qđ meliores græci oẽs indicant. Est illud post hæc animaduertendũ: qui in pastinaca marina: Mure araneo: & uipera hac dictus a nobis est aquosus humor: nõ aquæ substantiã aut manifestam eius spẽm hr̃e: sed fluidũ tm̃ qualis aqua est intelligi oporrere. Ichora. n. hic scriptor semꝑ uocat. Estq; ichor hic idem de quo in Myrrha & Sinape dictum iampridem a nobis est: non sanguis: non bilis: nõ pituita: nec priuatim indicatus humor q̃ spẽã alius: sed qcũq; toto corpori sanguini: carniq; & aliis partibus inest: qui per se fluere neqt: sed exꝑssus: aut corrũpẽte se corpore paulatim destillat: licetq; id ex eo intelligere qđ hic ait in secũdo ex iecore caprino cõ torret̃ destillantẽ ichora luscíosis mederi: q nullus alius tunc esse põt q̃ ui ignis exꝑssus aquæ similis & fluidus liquor. Licet & ex iis uidere q̃ Diocles ad Antigonum regẽ scribens monebat: qbus diximus locis a nobis relata. Licet postremo & ex iis quæ de impetiginibus ueteres græcoꝝ medici docent. Fieri. s. eas miscentibus se diuersis ichoris iis: qui nulli alii eẽ possunt q̃ quos nos diximus sanguini: carni & reliquo corpori mixtos & innatos humores Aliud quiddã a sangoine: cæterisq; priuatim suis noĩbus idicatis humoribus Quos ex uenenatoꝝ huiuscemodi morsib⁹ ui mali exꝑssos hic fluer̃ ait Nõ puris spẽ: sed liq dioris humoris mõ: neq; eiusdẽ semp coloris. Pus. n. qđ græci πύον dicunt crassius semper ẽ: & albescit. Ichor aũt diuersi coloris & fluidus. Ideoq; duobus noĩbus diuersas res illi indicauerunt. Quemadmodũ & latini: qui græcoꝝ πύον: pus uocauerũt Ichora aũt saniẽ: & hæc antiqua ĩ utraq; gente rerum & uocum æstimatio fuit. Patetq; id in latinis ex Plinio & Columella: quorũ alter purulentas aures & purulentis excreationes quæ græci ἐμπυήματα & πυοῤῥοοῦντα ὦτα dicũt semp ap-

pellat:& ichoras hos Sanies infinitis pene locis. Alter ultimo rei rusticæ cõmentario de condiura oliuaꝝ agens. Quid sanies Romanis & ex ea qd græcis ichor fuerit certissime oñdit. Verba eiꝰ sũt. Patimur ãt nõnũq̃ tota nocte & postero die põdere p̃ssam baccã ueluti examiari a sanie facto uerbo quo inutilẽ oliuis ĩnatũ humorẽ indicaret. Idẽ eodẽ cõmẽtario ẽt salsurã suillæ carnis parrẽ faciens certius adhuc in aĩaliũ carnibus rem indicauit: uerba eius sunt. Deinde cũ exossatue ris cocto sale nec nimiũ minuto sed suspensa mola infracto diligenter salito & maxime in eas ptes in qbus ossa relicta sũt largũ salẽ infarcito: positisq; sup ra tabulatũ tergoribꝰ aut frustis uasta pondera supponito ut exanieť & hæc antiquoꝝ sanies fuit: trãslata a posterioribꝰ deinde ex corruptionis prĩcipio & similitudine aliqua: ad pus ca est. Nullusq; nr̃a ætate medicus audito saniei noĩe pus illud alteꝝ nõ itelligit: iactãtq; passim ex Hippocrate a sputo sanguĩs sputũ saniei &c. cũ tñ nõ ichor q̃ sanies latinis ẽ. Sed πύον .i. pus hippocrati & aliis græcoꝝ medicis in eo malo sit. Cæteri ĩterpretes antiquos Romanos scriptores secuti saniẽ oĩbus iis locis uerterũt. Nos incertã nũc uocis eius significationẽ neq; eo mõ excipiẽdæ æstimationẽ uitãtes: relicta sanie aquosos humores simpliciter diximus: instar aquæ.s fluẽtes nõ puris mõ crassos & albidos: q nũc saniei noĩe passim indicantur.

DIOS. DE Scytale & Amphisbæna. Cap. xlvi.

e A dem & in morsu eius accidunt quæ scytale & eius quæ amphisbæna nominatur. Opemq; ferunt eadem omnia. Eapropter priuatim de his nihil tradetur. Propriam.n. descriptionem sibi exigere uisæ nobis non sunt.

INTERPRES.

d Iuersa duo hæc aialia sunt. Indicãt id Lucanus poeta in .ix. ocsq; alii. Eapropter cũ male in scriptore hoc locus hic legereť cõiungerenturq; simul scytale & amphisbæna q̃si duplex unius tñ nomen esset, Nos & rei ipsius & alioꝝ scriptoꝝ auxilio locũ in itegrũ restituimꝰ.

DIOS. DE Dryino. Cap. xlvii.

f Equuntur Dryini morsum graues doloꝝ uexationes: & in ipso morsus loco insurgentes pustulæ. Fluit præterea aquosus aliquãdo humor. Vrgentq; erosiones & tormina.

INTERPRES.

I Ibet ex Paulo Aegineta addere quæ cum maleficio suo hanc pestem certius apiant. Eiꝰ de Dryino uerba hæc sunt. In radicibus quercus a qua arbore nomen inuenit uitã dryinꝰ agit tam malefica parataq; ad nocẽdũ ut ut calcatꝰ tñ cute nudos hoĩs pedes relinquat: totisq; cruribus tumorem faciat Ferũt p̃terea qđ magis mireň oẽs nudari cute manus pariter eoꝝ q curationẽ eius tractauerint: & siqs interfecerit male olere bestiolã: suoq; illo odore omnium aliorum odoꝝ sensum auferre. Inter notas morsus eius numerauit idẽ Paulus ẽt cũ rubore circa morsus locum tumorem fieri. Desiderauimus & nos dryini morsus notas uertẽtes qua parte corporis erosiones illæ fiant: uerbi causa stomachi aut alterius cuiuspiam in homine partis. Nobis in stomachũ inclinat animus: sed in nullo græcoꝝ ea uox inuenta a nobis est.

DIOS. DE Hæmorrhoo. Cap. xlviii.

a D Sunt a morsu hæmorrhoi statim graues doloꝝ uexationes: & ex eoꝝ continuitate breuia angustaq; penitus redduntť corpora. Multa ẽt fit ex morsu sanguinis eruptio. Et si cicatrix inducta fuerit erumpit tñ. Fluitq; altera pte aliqua sanguis. Cruẽta egeruntť excremẽta: & p urina cõcretus in grumos sanguis destillat. Extussiuntť p̃terea a pulmonibꝰ cruenta & sauguis sine remedio euomitur.

INTERPRES.

f O mnino gñe nono sui carminis uolumine Lucanus serpentem hanc hæmorroidem dixit. Desctiptisq; lõgissime cũctis eiꝰ euentibus miserabilẽ oĩbus Romani militis mortẽ fecit. Nos pleraq; in aliis de hæmorrhoo hoc tradidimus. Eãq; ob cãm relicta nunc oi eiꝰ historia quæ ẽt ex eo poeta repeti põt monemꝰ uideri nobis in hoc capire male legi locũ cui uitii notã adiecimus; & in quo discrepãt a nobis reliq interp̃tes: iõq; relinquere peritioribus instaurandũ qđ in eo uárie legiť ex doloꝝ cõtinuitate breuia angustaq; reddi corpora. Alii.n. id totũ aliter reddiderunt nos cõiorẽ secuti lectionẽ eo quo legiť mõ uertimus Et quẽ reliqt Barbarus sanguinẽ quoniã i Dios. nõ legerat ex aliis græcoꝝ scriptoribꝰ reddidimus. Illc.n. e loco ictus multũ excerni liquorẽ tñ ait: nulla cuius liquoris indicatione: cum tñ sanguinis ca sit: & sic in melioribus adhuc legatur.

DIOS. DE Dipsade. Cap. xlix.

u Rget a morsu Dipsadis statim intolerabilis ardor: sitisq; tanta ut nec expleri nec intermitti possit. Potionesq; copiose infusas qdē hauriāt: eadē tñ semp sitis sit: nec aliter sentiat q̄ si a principio nihil hausissent. Neq; ex cōtinuo poculo℞ haustu aliqd siti decrescit: sed idem semper & æqualis totius sitis habitus est. Quam ob cām ab urendo præster & ab ardendo causus Dipsas ēt dicta est.

INTERPRES.

n Ihil in græcis exemplaribus toto hoc capite minus certum est: pluraq; in eo uitia q̄ itegræ partes sunt Nolumusnos singula excutere Vna.n illi adiecta uitii nota satis est ut moneamus quod ad sermōis ductū & seriem in eo pertinet parū a nobis probari: quod aūt ad rē ipsam nihil ambigui aut incerti hre. Vna n. morsus serpentis huius nota est inexpleta & indomita sitis: ex qua nomen illi factum est. Neq; enim dipsas aliud q̄ sitientem significat. Et Lucanus in nono sui carminis militem Romanū nō alio maleficio q̄ siti pereuntem ex eius morsu descripsit: quæ tanta erat ut uel in Tanaim missus Rhodanūq; padūq; arderet: nilumq; bibēs p rura uagantem.

DIOS. DE Natrice quam græci Hydron dicunt. Cap. l.

Dilatatur Natricis morsu factū ulcus: liuescensq; subinde augetur. Niger ex eo aquosus humor: copiosus maleq; olens & qualis ex depascente ulcere excernitur.

INTERPRES.

a Baquis græci Hydron, Romani a natatu qui tutus in eo elemento terrestrium animaliū motus est natricē noiauerunt Pulcherrimum hoc anguiū genus quod in aqua uiuit nullis serpentium ueneno inferius aut ignauius. Ex quo Romanus Cæsar turpis & malefici ingenii hominem natricē se Populo Romano nois & imperii sui hæredem alere lamentabatur.

DIOS. DE Cenchro. Cap. li.

u Iperæ morsui similis est cenchri morsus. Accedit exulceratio: & post tumores subeunti curem aquæ similes decidunt carnes. Veterno si præterea fiunt & sopiuntur. Testatus Erasistratus est iecur: uessicam: crassiusq; intestinum qd̄ colon uocāt his corrūpi: Dissectisq; eo℞ corporibus corruptas iueniri eas ptes.

INTERPRES.

Pluribus hic maculis uariatam tingitur aluum ut Lucanus cecinit: quæ qm̄ milii seminibus similes sunt quam frugem græci cenchron uocant nomen serpenti hoc fecerunt. Plura quu diximus loco poeta ille de serpente hac egit quæ poterunt uolentes ab eo audire.

DIOS. DE Ceraste. Cap. lii.

t Vmet a Ceraste morsu cum duritie: pustulasq; agit locus. Fluit a morsu itidem aquosus humor aliquando niger pallescens nōnunq̄ & porraceo colore. Tument toto corpore præterea uaricum modo qui in eo periculo sunt: Arrigunt: mente alienantur: conuulsione tandem rigentium modo pereunt.

INTERPRES.

h Abet Cerastes hic cornu figura callosam in fronte carunculā unī illi nomen factū est. Cornu n. ceras græci uocant. Diuersus hic ab his uermibus est quos Plinius in Cosso℞ gn̄e i arboribus nasci tradit. & cerastas pariter appellat. Sūt Dios. & græco℞ medicis p̄sertiq; Paulo Aeginetæ de Ceraste hoc oia eadem: pterq̄ ubi hic [illegible] fieri &c. quod interp̄tes alii ad colorem simpliciter cōtraxerūt rutilescere & ruffescere dicentes. Nos [illegible] in aliis legentes eo℞ sententiam potius secuti uaricum mō tumere totū corpus his diximus. Id.n magis placuit cæteris uotis magis cōgruere uisum. Tument.n. uarices quā in hac peste p̄cipuam notam hic numerauit.

DIOS. DE Aspide. Cap. liii.

h Is quæ acu puncta fuerunt similis: & quātū fieri pōt exiguus & sine tumore aspidis morsus est. Sanguis nō multus ue℞ exiguus & niger destillat. Hebetatur q̄primū oculo℞ acies: totoq; corpore multiplex: Sed miris nec sine uoluptate dolor adest. Quam ob cām bene Nicander ait peritq; sine dolore hō. Mutatur color: niirescitq;. Stomachi nō adeo grauis erosio adest: Frons continue cōtrahitur. Sine sensu palpebræ ueluti in accessione somni conniuent: & inter hæc mors adest; nec tertia diei parte quidem dilata.

INTERPRES.

t Ria Galenus aspidũ gña esse testaŕ:numeratq; p̃ imũ eius quã chersæã uocãt: mox eam q̃ chelidonia dicta est: tertiã postremo quã ptyada noïauerunt. In oĩum nominibus naturæ eaꝶ indicatio & nota aliqua est. Sed nulla certior: & quã solã cognouisse nũc satis sit ptyade illa quæ oĩum perniciosissima est. Siquidẽ erecto in anteriorẽ partẽ collo ex interuallo qđ̃ satis ea fore conieceri uenenũ in hoĩem iaculaŕ: eoq̃ nihil aliqñ huiuscemodi timentẽ & incautum cõspuens perimit. Er qm̃ græcis πτύειν expuere sit ideo ptyada eã noĩauerũt. Ex hoc gñe ferũt ægypti reginam Cleopatrã cum deuicto Antonio Augustũ uictorem timeret sinistræ mammæ admouisse: morsuq; eius seruitutem & uictoris triumphalem pompam euasisse.

DIOS. DE Basilisco qui regulus dici põt. Cap. liiii.

i N cõmentatio cui titulus est de remediis & uenenis Erasistrat⁹ de Basilisco hęc inqt. Cũ momorderit Basiliscus subflauo & quasi aureo colore ictus fulget. Quę igiŕ plurimis uenenũ ictu aut morsu relinquẽtib⁹ aĩalib⁹ notæ accidũt hæc sunt. Nũc ad curationẽ trãseũtes cõia primũ q̃tenus licet remedia tradem⁹.

INTERPRES.

r Aront græcoꝶ scriptores retulerunt uŕ Basiliscus: totius iõ historiæ eius fidẽ penes auctores hic eẽ uoluit. Eo.n. p̃tinet qđ̃ Dios. inqt in cõmẽtario de uenenis & remediis Erasistratũ de Basilisco testatũ fuisse: Cũ momorderit subflauo & quasi aureo colore plagam fieri &c. Vidisse tñ eũ eos oportuit q̃ traiectã p caput eius diadematis figura candidã lineã contẽplati regulum ob eã cãm noĩauerunt. Lucanus oĩhil de basilisco aliud inqt q̃ Sibilaq; effundens cunctas terrẽtia pestes Ante uenena nocens late sibi sũmouet oẽ Vulgus & in media regnat Basiliscus harena. Quod Pli. xxix. uolumine capite iii cõfirmauit dicẽs Basilisci quẽ ẽt serpentes ipsi fugiunt alios olfactu necantem: qui hoĩem uel si aspiciat tm̃ dicitur interimere &c. Veneni eius penetralem p oĩa uim non multo post idem poeta descripsit. Quod totum poterunt uolentes in eo uidere.

DIOS. Quæ cõis uenenũ ictu morsuue relinquẽtiũ aĩaliũ curatio sit. Cap. lv.

c Ontra oẽm uenenũ ictu morsuue relinquẽtis animalis iniuriã accomodata est quæ ore exuctio fit. Non tñ ieiunum esse oportet qui id agit; ueꝶ præcomedisse aliqđ: uinoq; subinde os colluere: nec nisi his remediis munitum & exiguo in ore retento oleo exugere. Calida ẽt spongia foueri locum utile est: altioribusq; scarificationibus cõfodi ut ex profundiore loco materia subeat. Confossione hac tñ certius & copiosins opitulatur carnis circuncisio & sectio. Hñt remedia hæc eas priuatim utilitates: Primã q̃ uenenum illinc pellit; Secundã q̃ una cum multo uniuersoq; p̃fluente sanguine effluit quodcũq; ueneni ad interiora p̃ueniendo descenderat. Quod si sectionẽ circuncisionẽue locus non patiŕ admouendæ cũ multa flamma cucurbitulæ sunt. De adustione cũ de rabidi canis morsu ageremus dictum nõ multo añ est. Si uero percussa pars abscindi apte poterit p̃cipueq; in serpentibus quales Aspis: Cerastes similesq; aliæ sunt sine cũctatione fœliciore supradictis aliis remedio mutilãda pars illa est. Nõ negligenda itidẽ quæ Epithemata a græcis dicta imponi solent. Imponaŕ itaq; lixiuia acerrimoue garo aut Salsamento maceratus ficulneus aut ex uitium sarmentis fact⁹ cinis. Imponanŕ emplastri modo ẽt porri; cepę: alliaq;: & hæc cõcisa tritaq; aliqñ: Aliqñ aurẽ cremata morsibus infarcianŕ. Admoueanŕ ẽt uulneratis locis aperti & q̃ maxime natiuo calore tepentes gallinaceorũ pulli. Quidam uti se his id eo dicunt q̃ uenenis aduersantur. Verũtamẽ in promptu cã est. Calet. n. natura gallinaceoꝶ genus. Eãq; ob cãm deuorata a se certissima etiã uenena conficiunt: & solidissima atterunt semina & harenas lapidesq; ingluuie sua mollitos dissoluunt. Ad calorẽ igiŕ admoti aperti gallinacei illius in uulnerata parte spũs moueri incipiens uenenũ una secum trahit. Scimus ẽt in Aegypto quo tpe fruges Aegyptii metunt huiuscemodi q̃dpiã quod dicimus fieri. Paratum pice ple-

nũ fictile

num fictile Aegyptii hñt & fictili cõiunctũ linamẽtum. Tunc.n.serpentes maxime timẽt: & ob anni æstum & qm̃ in agrorum cauis densitate stirpiũ tectæ tunc maxime latent. Multa aũt fert Aegyptus aspertima ictu aut morsu uenenũ relinquentia aĩa-lia. Cũ igitur pes pars ue alia hoĩs morsu ictu ue læsa fuerit q̃primum q adsunt in pi ce plenũ fictile linamentũ illud conniciũt: bisq; aut ter circa ulnas tibias ue paulo su pra morsus locum inuoluũt: adsistentesq; duo ualidissime adstringũt: locũq; colliga tione illa disslecãtes picem supinfundũt: & cũ satis fecisse se id credũt: uincula illa au ferũt: Cepisq; & antedictis aliis locũ obstruunt. Quin ẽt sine his cum trito sale tm̃ illita calidissima pix præsentẽ & maximã fert opẽ sæpius deinceps renouata. Vtilis pariter Cedrinus liquor: caprinumq; fimũ in uino decoctũ. Vtiliter calido aceto ẽt fouentur. Nec non Nepeta quæ in hominis urina addita marina aqua aut oxbalme decocta fuerit. Sunt p̃ter hæc acerrimæ calidissimæq; emplastri quæ extrahere euin-cere & discutere uenenũ possint: quales sunt: quæ sale: nitroue: aut sinape: aut can chry confectæ paratũ hñt usum. De quibus post hac dicendũ erit. Non sine ratione aũt dãnauit Erasistratus eos: qui in hũc usum incognita remedia tradiderunt: Ele-phantorum fel: Testudinũ Crocodilorum ue sanguinẽ: ouaq; nec nõ alia his similia. Vi-dent̃.n. docuisse aliquid quod ꝓdesse possit. Verum sola hæc tradẽtes illusisse huma-no generi uident̃. Nõ p̃cipiẽda igitur quæ nisi regia p̃tãte parari nequeunt; quæque ex lõgissima etiã obseruatione expientiã quæ faciendæ fidei satis sit p̃bere nõ p̃nt. Cõ munitet itaq; utilia & paratu facilia recipiẽda sunt. Quæq; ad oĩa oib⁹ in usu eẽ p̃nt. Intybũ igit̃ qd' Serim dicũt: Erice & Astragalus herba cũ aceto pota cunctis uene natorum morsib⁹ medent̃. Bitumẽ p̃terea: Platani uirides pilulæ in diluto uino coctę: Paliuri decoctũ: Aristolochiæ & Eringii radices: Coctæ lauri baccæ & in cibo sum ptæ. Copiosum itidẽ in cibo piper: Ruta: Anethũ: terrę rapũ: priuatim cũ pane por ri coma: Allia ue aut Cepæ: Acerrimũ salsamentũ: potũ Origani cũ uino decoctũ. Quinẽt fœniculi: pulegii: nepetæ: porriq; una cũ melle deuoratus succus. Et hęc q̃ dẽ ex plãtis. Ex aĩalibus aũt q̃dã utiliter ẽt accipiunt̃. Gallorum cerebella in cibo. Po-tũ cũ uino leporis coagulũ. Castorii eodẽ mõ potæ unciæ duæ. Ferunt̃ ẽt marinę te studinis in cibo sumpti testiculi opẽ ferre. Inter remedia hæc inueterata ẽt mustela numerat̃. Probatutq; q̃ abiectis interaneis tota dissecta & sicca inueterata fuerit. Bi-bũturq; ex ea cũ uino drachmæ duæ. Tot sane simplicia remedia sunt. Vtilis contra uenenatorum morsus ẽt p inferna purgatio: sudorisq; & copiosæ urinæ euocatio. Tra-dunt̃ p̃terea cõpositæ potiões q̃bus nouissime remedii & opis fides delata ẽ. Qua-lis est opii: myrrhæ: singulorũq; obolus & piperis unciæ duæ. Hæc melle excipiẽda & Aegyptiæ fabæ magnitudine cũ uino dãda sunt. Qualis itidẽ seminis agrestis: ru-tæ: nigellæ: Aethiopici Cymini: Galbani & Aristolochiæ est. Concisa oĩa hæc eru-cæq; albæ succo macerata in pastillos drachmæ pondere conformant: dantq; cũ ui-no heminæ semissem. Hactenus de cõibus remediis dictum a nobis sit. De propriis uero & quæ singulis uenenũ morsu ictu ue relinquentibus priuatim subueniunt de inceps agemus.

INTERPRES.

Opiosiores certioresq; in cõibus his contra uenenata remediis posteriores græcorũ medici fuerõt. Neq; immerito accrescentibus arti quotidie nouis eorum experientiis. Quas deinceps obseruantes: qui saluti humanæ diligentius cõsulerent: monuerũt nõ eẽ cucurbitulis sim-pliciter utendũ. Sed anteq̃ uulneri admoueant̃ ꝓpinquas cõfodiendas esse partes ut pluribus qua-si canalibus una cũ sanguine & spũ ueneno foras trahat̃. Addiderunt p̃terea in repleto hoĩs corpo-re secta uena mittendum esse sanguinem: quod nullibi a scriptore hoc p̃cipit̃. Et in admouendis morsibus aut ictibus uenenatorum dissectis gallinaceis cæteris oĩbus mares anteposuerũt. Deficienti-

busq; his:neq; qd ad faciendã homini medicinã deesset: dissecta eodẽ mõ & admota aĩalia aliain eũ usum recæperunt: alii a Diosc câm reddentes:q. s. uenenũ in se trahũt & dolores leuãt. Quinẽrurĩ locũ & ignis crustã uulneri induci iusserunt. Quod in scriptore hoc tñ signaẽ cũ de adustione dictũ a se fuisse ait. Pluraq; alia quæ lõgius poterunt uolentes ab eis audire. Nos interim monebim⁹ quã cæteri interptes inter malorũ huiuscemodi remedia Cedrũ arborẽ numerauerũt: nos cedrinũ liquorẽ dixim⁹ cedriã nõ cedrũ legẽtes. Neq; ab re qñ liqdæ picis: q̃ illi cõiuncta est statim similior Cedria q̃ Cedrus arbor est: multoq; magis q: in decretis arboris eius nihil huiuscemodi Diosc illi tribuit, E diuerso aũt cedriã monuit cũ sale morsibus ceraſtæ mederi. Sunt plura & aliaq̃ toto hoc capite nõ sunt illis & nobis eadem. Præcipuũ tñ qd alter ex eis ut ut ignarus qd κονίας σταγῶν græcis sit. Quod unũ erat diuisit: uertitq; cũ lixiuio subacta stacte garo &c. Quasi de myrrha stacteq; ei⁹ hoc loco agereẽ. Verũ adiectiua hoc loco uox illa est: significatq; stillaticiã. Et qñ multiplex sit τῆς κονίας significatio; ut certior fieret res cinerem stillanticium dixit lixiuiam simpliciter intelligẽs: nõ aliter q̃ & nos lixiuiam & lixiuium cinerem dicimus idem duabus uocibus significantes. Qualiaq; hæc sunt non dissimilia alia pleraq; ea diligenter obseruantibus deprehendentur.

PEDACII Diosc. Anazarbei de curatiõe uulneris a uenenum ictu morsu ue relinquentis animalis facti. Cap. lvi.

n

Ibil inter notas & signa de uespis & apibus traditum a nobis ẽ. Oĩbus. n. in aperto sunt: nec egregiam habẽt aliquam notam quam nbseruasse oporteat. In remediis tñ meminisse earum ab re non fuerit.

DIOS. DE Curatione Apiũ uesparũq; ictus. Cap. lvii.

c

Ontra Vesparũ & Apium ictus utiliter emplastri modo malua imponitur: & ex aceto hordeacea farina. Prodest præterea ficulneum lac ictibus instillarum. Quin etiam muria aut marina aqua utiliter fouentur.

INTERPRES.

q

Væ neglexit Diosc. Apiũ & Vesparũ ictus notas & signa posteriores excæperunt. Ab apis ictu dicentes statim: sentiri dolorem: rubere locũ: tumere ꝓpinquas & increscere partes: spiculumq; in uulnere relinqui. In uespis deinde eadem: sed intensiora oĩa: nec relinqui spiculum. Addiderũtq; in remediis lutum & bubulum fimum: qbus illeuisse ictus utile sit: & pter hæc concisa & posita Mori arboris folia. Relinqui aũt ab apibus in ictu spiculum Aristoteles. iii. de animalium historia: & Nicander in Theriacis suis testantur: sucq; illo telo castratas perire.

DIOS. DE Phalangiorũ morsus curatione. Cap. lviii.

p

Halãgiorũ morsib⁹ imposuisse hæc oportet: cũ trito sale ficulneũ cinerem: aut tritã agrestis Punicę radicẽ: Aristolochiã ue cũ hordeacea farina ex aceto. Marina aqua fouẽdus locus ẽ: aut Apiastri decocto. Ponẽda emplastri mõ eiusdẽ herbæ folia in dẽ. Balneis cõtinue utẽdũ. Dãdæ iridẽ medicæ potiões hę: Abrotani semen: Anisum: Aristolochia: Agreste cicer: Aethiopicũ cyminũ: concisæ Cedri Baccæ: Platani cortex: trifolii semen. Singulorũq; seorsum cũ uini hemina drachmæ duæ. Datur & myricæ semen: terrestrisq; picea quam chamæpyrin uocãt: & uiridiũ cupressi pillularũ: tempatũ uini decoctũ. Ferunt quidã ẽt fluuialiũ cãcrorũ succum cum lacte additu Apii semine ab oĩ periculo q̃primum liberare.

INTERPRES.

f

Vnt in græcis nec reprobãdæ fidei codices in qb⁹ nõ Aniso sed Anetho cõtra Phãlãgiorum morsus pugnaẽ. Nos tñ eiusdẽ scriptoris huius decreta in Aniso secuti: quod utile his quæ uenenũ ictu aut morsu relinquũt ab eo dictũ ẽ Anisum: ut in cõi lectiõe erat reddidimus.

DIOS. DE Scolopẽdræ morsus curatiõe. Cap. lix.

o

Portet cõtra Scolopendræ morsum tritũ ex aceto salẽ: cõcisam ue agrestem rutã imposuisse. Fouẽdus Oxhalme locus ẽt & in potiõe dãda cũ uini Aristolochia: Serpillũ ue aut Nepera: aut trifoliũ: aut agrestis ruta.

INTERPRES.

a

Dicerunt remediis his ueteres græcorũ medici pleraq; alia: Cinerẽ aceto maceratũ aut scyllã uulneri iubentes iponi. Quodq; hic iubet oxhalme fouẽdũ eẽ locũ auctore Archigene antiqssimo medico calido oleo fieri aliq instituerũt. In potiõibus ẽt Asphodeli radice usi sunt.

DIOS. DE Scorponis morsus curatione. Cap. lx.

Corpionis ictibus efficacissime q̃ primũ succurrit instillatũ ficulneũ lac. Ipse ẽt qui pcussit Scorpio cõcisus: uulneriq; impositus ex repugnãtia quadã naturæ ut credit' ictus sui remedio est. Post hũc succurrit quicũq; ali' scorpio uulneri cũ sale lini semine altheaq; herba quæ hibiscus est ipositus. Succurrit & sulphur uiuũ Terebinthina resina excæptũ & emplastri mõ impositum. Prodest pariter & Galbanũ emplastelli modo extensum & impositũ. Cõcisa itidem Nepeta; & imposita: uinoq; cõfecta bordeacea polenta & in rutæ decocto data. Cõfert præter hæc ẽt tritum trifolii semen uulneri inditum. Loci remedia hæc sunt. Vtendũ simul potionibus his ẽt efficacissimis Aristolochiæ drahmaꝝ duaꝝ pondere: presertimq; corticis radicis cum uino: Gentianæ rusæ: pulegiiq; ad summum decocti. Bibendæ pauciores Lauri baccæ: Nepeta cũ posca: quam etiam oportet diu antea in posca decoxisse. Prodest & cyperis: quæ quadrati odorati iunci radix est cũ uino pota. Prodest similiter & ruta: Ficulneũ itidem lac: Silphiumq; si adsit. Sin minus particbo liquore utendum erit. Facit ad hæc potũ ẽt trifolii & ocimi semen. Omnibus his adiicitur balneoꝝ cõtinuus cũ multo sudore usus: tẽperatiq; aqua uini potus.

INTERPRES.

On poterat sine græcoꝝ latinoꝝq; scriptoꝝ aliquot ope integra huic scriptori scorpionum morsus curationũ c esse: tã longe ab antiquæ lectiõis ueritate deuiã paꝝ diligẽtes græcorũ librarii eã fecerãt: p Parthico lasere: Peucedanũ & p Cyperide cupressum mõ nobis ostẽdentes. Id cæteri interp̃tes aut in extremo opere festinãtes: aut scorpionũ iniurias paꝝ timentes quia in imp̃sso scriptoris huius codice uĩa legebant: talia ẽt uerterunt Cum tñ utriq; facillimũ fuisset: & si græcoꝝ medicos: presertimq; Paulũ Aeginetã nunq̃ antea legissent: ex Plinio locũ emendare: qui. xxi. uolumine capite. xviii. de Cypero agens inquit Cypero uis in medicina &c. pauloq; post. Radix aduersus serpentiũ ictus & scorpionũ presertim remedio est. Aut si ex Plinio id ẽt agere noluissent in scriptore hoc saltẽ meminisse debuerãt cõtra scorpionũ ictus cyperi radicẽ p̃cipue laudari. Sed oium alioꝝ certissimus instaurandi eius loci auctor Paulus Aegineta illis fuisset Cyperide cõtra scorpionũ ictus manifeste utens. Debuerat & illud hoies monere nihil huiuscemodi cu pressu aut ab hoc aut ab aliis tribui. Eodẽq; modo p Peucedanu cui nulla cõtra scorpiões uis ẽ Parthicum laserpiciũ mutare. Quod hic ipse scriptor cõtra uenenata oia in Silphiu laudauit, Id alter eis melioris codicis: quẽ ipsi etiã uidimus ope adiutus animaduertit & fœlicius uertit. Sed certius totã & ipse scorpionũ rẽ absoluisset: si eũdẽ Paulũ Aeginetã lib. v. de his agentem diligentius audisset Sunt n. in reliquo capite pleraq; alia quæ ab eo & ab altero paꝝ apte uersa fuerũt: quæ nos breuitati cõsulentes relinquimus. Multoq; magis ut quæ addiderũt: mutaueruntue in his posteriores græcoꝝ medici breuiter dicamus: q̃ huiuscemodi sunt. Althea quæ hibiscus est simpliciter hic uti iubet. Rñdetq; hoc decretis ab eo in ea herba: in qua testatus est altheæ folia uenenatoꝝ morsibus & ambustis mederi. Illi aũt seminis has tribuerũt uires. Et quas hic iubet sumi pauciores Lauri baccas: illi decẽ tñ decernunt. Quinẽt argẽti laminã uulneri ipositã egregie pdesse testãtur. Bibendũ p̃terea Sulphur uiuũ in uino additis piperis granis octo. Laseris liquorẽ cũ tritis cancris: Nigellæ: Aethiopici cymini & uiticis semen cunctaq; æquali pondere cũ uino iubent.

DIOS. DE Pastinacę marinæ marinorũq; scorpii & draconis ictus curatione. Cap. lxi.

Ontra marinæ Pastinacæ ictum omnia: eodemq; modo prosunt quæcũq; paulopost in uiperæ morsu a nobis dicentur. Sunt in maritimis p̃ter hanc ueneni maleficio etiam infames marinorum scorpii & draconis ictus. Grauissimas hi ferunt doloꝝ uexatiões: nonnunq̃ eriã sed raro ✠ Bibit' contra eoꝝ iniurias apte absynthium: saluia ue: aut sulphur cum aceto tritũ. Ipsi etiam dissecti: uulneribusq; impositi sui cuiusq; ictus remedio sunt.

INTERPRES.

Enenis ex mari addidit hoc loco Dios. draconem & Scorpium: nullis tñ descriptis antea eorum maleficii notis & signis. Quod quare factu to ab eu sit: non facile est coniicere: nisi forte quia alia piscium q̃ terrestriũ ratio sit. Possuntq; terrestria fallere incautos: Marina au-

tem nisi in aperto nocere homini nequeunt: ideo relicta a scriptore hoc illa fuerint. Siqdem posteriores græcoꝶ medici & ipsi nihil huiuscemodi addiderũt. In remediis tñ copiosiores pter ab hoc scriptore dicta præcæperunt plumbo confricandum esse marini Draconis ictum: Trim serpillo: aot elixa lente: aut uiuo sulphore obstruendum locum: eundemq; hominis urina fouendũ: Et Absynthium in diluta uini potione dandum. Dandum & ficulneorum surculorum in dulci uino difusum. Contra Scorpii uero ictus Mullum piscem dissectum imponi iubent. Quod miret aliqs a scriptore hoc relictum fuisse: cum secundo uolumine de mullo pisce agens inter cætera uim hanc illi tribuerit: nisi satis fore credidit semel quocunq; loco de eo traditum fuisse. Adiciunt præterea uiuo sulphure cõfricandum esse locũ: bibendasq; tritas lauri baccas numero tres.

DIOS. DE Muris aranei morsus curatione. Cap. lxii.

m Vris aranei morsibus Galbanũ remedio est emplastelli mõ p se uel tritum ex aceto ĩpositũ. Succurrit & ex aceto mulso faria hordeacea emplastri mõ imposita. Ipse ẽt q momordit Araneus mus dissectus: suoq; uulneri impositus aduersat᷑. Aduersat᷑ & dulcis punici mali coctũ & emplastri mõ impositũ Mali coriũ. Porri præterea cocti: alliaq; trita & imposita. Quin ẽt calida aqua utiliter fouentur. Et hæc qdem loci remedia. Ex potionibus aũt opem ferunt Abrotani decoctũ cũ uino datũ: Serpillũ: Galbanũ: Ruraq; & uino diluta oĩa: Cupressi tenerę cũ aceto pilulæ: Cum aceto mulso cyclaminus quã rapum terræ uocant. Cũ uino pyrethrum & Chamæleonis spinæ radix. Sunt ẽt qui affirment tritum Murem araneum cõtra ꝓpriũ uulnus bibi. Nosq; ab aliis traditũ id inuenientes signare tñ rem uoluimus. Tradiderunt pleriq; etiam non aliter exulcerari ✠ nisi extra domũ Araneus mus sit: tuncq; remedio & opi locum esse.

INTERPRES.

m Vlta sunt quæ alia & aliter ꝓ muris Aranei morsu ueteres græcoꝶ medici docent. Primũq; inter ea quæ emplastri mõ imponunt᷑ nõ dulcis Punicæ Acinos: ut cõis fere lectio hẽt: sed Malicoriũ imponi iubent aptiore remedii genere q̃ siquis acinos dixerit. Numerant mox agrestem maluam: & ex aceto tritũ Sinapis semen. Cumq; & ipsi calida aqua uerũtñ marina: quam uocẽ deesse huic scriptori suspicamur: locũ foueri pcæperint: adiciunt statim cremata hordea ex aceto ĩponenda esse In potionibus deinde nõ numerata ab hoc scriptore adiciunt: Sisymbriũ: Saluiam: Hædinũ: agninum uc coagulũ: Gẽtianæ radicem aut Verbenacã: cũctaq; cũ uino. Quinetiã cũ uino bibendũ tritũ Murem araneũ dicũt. Facere ad hoc ueneni genus myrrhã põdere semissis drachmæ: & Aristolochiæ corticis drachmas q̃tuor. Sunt & alia ab eis in huiuscemodi malo obseruata & tradita remedia: sed efficacissima & pcipua hæc sunt Post q̃ erat dicẽdũ nobis cor in extremo capite uitii nota editiõi huic nr̃æ addita sit. Sed tã apta erit græca intelligẽtib⁹ ei⁹ cõsilii rõ ut nihil iacturæ sit eã non tradidisse p̃sertim in extremo opere ad ea quæ supersunt festinantibus.

DIOS. DE Viperę morsus curatiõe. Cap. lxiii.

ſ Vccutrit Viperę morsibus captinum fimũ ex uino sedulo impositũ: Laurusq; pariter: Abrotanus itidẽ & Galbanũ emplastelli mõ loco iniectum. Quin ẽt cõcisa uiridis Origan⁹ & Gallinacei pulli dissecti q̃primũq; & calẽtes adhuc ĩpositi. Vino macerata farina Erui: Raphani rãdiu tusus cortex ut q̃maxime cõcisus sit: Cremata scylla: Cõcisa Chamæmalum herba & bordeacea polenta aceto mulso cõfecta. Sic tñ ur prius calido eodẽ aceto multo foueat᷑ locus. Et hęc q dẽ loco & uulneri ĩponunt᷑. Verũtñ uiperaꝶ morsib⁹ ꝓdest ẽt potus cũ uino rubus Testati p̄terea aliqui sunt tenuifoliã anchusam pariter ꝓdesse. Bibit᷑ & leporis coagulũ oboloꝶ triũ põdere cũ uino: porri succus heminę põdere in meraco uino. Folioꝶ Apiastri succus: & agrestis ruta. Suntq; oĩa hæc in uino bibẽda. Cõtinuus etiã uini potus utilis. Vtilia in cibo allia: cepæ: teneri porri: acerrimũq; & uetustissimũ salsamentũ. Et hæc qdem simplicia remedia. Laudatur aũt in uiperæ morsibus compositũ medicamentum quod habet Myrrhæ: Castorii: piperis: portulacæ floris &

seminis acetabuli semissem. Cũcta hæc cretico passo aut quouis alio laudatio re di-
luẽda sunt. Erasistratus p̃ter hęc in cõmentario de remedijs plura alia numerauit: q̃
uiperæ morsibus opem ferre possunt. Probatissima uero & p̃cipua hæc gallinaceo-
rum cerebella cum uino pota. Seminis satiuæ brassicæ trini potum cum uino aceta-
bulum. Probatur præterea in liquidam picem digitum demittere: tum iti uinum de-
terso digito uinum cum pice bibere. Et hæc sane contra uiperarum morsus.

INTERPRES.

f Vnt toto hoc capite a scriptore hoc decreta: quæ contra uiperas iponi comedi & bibi opor-
teat. Quæ item simplicia: & quæ composita eius mali remedia sunt. Adiecerũt his alij græ-
coꝝ medici plura alia: Elixas in cibo ranas: in poculis meraci uini potiones tam præsenti re-
medio: ut si quis remedio eo utatur nullo alio opus sit. Marinæ testudinis cum agresti cymino suc
cũ: sanguinemq; Leporis inuliue triobolari pondere coagulum: Siccati ceruini genitalis drachmã
Panacis cum uino radicem: Agarici drachmam: Iuniperi baccas: Asphodeli radicem: Concisa Pi-
stacia: Viticis semen: inueteratæ Mustelæ drachmas duas: Fluuiales: marinos ue Cancros per se &
cũ pediculari herba quã Staphidagriam uocant: saleq; & polio: Aristolochiæ cum myrrha radi-
cẽ Gentianæ: baccarumq; lauri parem mensuram melle exceptam. Oribasius præterea priuatim
quam alij Aristolochiæ radicem: radicis ille corticẽ sumi iubet. Addit & Castorium & Opiũ. Iu-
betq; habita uirtũ rõne in diluta uini potione dari: Lycus: Sandaracam: & Anethum adijciebat. Ar
chigenes Lauri folia in oleo decocta imponi iubebat: tamq; in toto hoc genere remediorum abun-
dant græci: ut multũ illis merito secuta tempora debeant: qui dum saluti humanæ cõsulunt nihil
intentatum reliquerunt. Poterãt plura alia etiam numerari: sed ex multis satis hæc fore opinati su
mus. Poterunt.n. uolentes a Paulo Aegineta & hæc & plura alia certius audire.

DIOS. DE Amphysbęnæ & Scytales morsus curatione. Cap̃. lxiiii.

Diximus superiore cõmentario signa & notas docentes de Amphysbęna & Scytale
in curatiõe loci: his q̃ cõtra uipas opẽ ferre descripta essent sanari eaꝝm orsus.

INTERPRES.

b Reue quidẽ non leuiter tñ corruptũ in cunctis fere græcis quos hactenus uidimus hoc ca-
put erat. Id alioꝝ scriptoꝝ & eius qui mihi oĩum uetustissimus & probatissimus græcus co
dex est ope: & ex hoc ipso scriptore in eã quæ legit̃ in editione nostra formã restitutũ est.

DIOS. DE Dryini morsus curatione. Cap̃. lxv.

p Rodest contra Dryini morsus cũ uino pota Aristolochia. Trifolium præ
terea: & Asphodeli radix similirer sumpta. Prosunt cõcisæ poteq; cuiuscũq;
quercus glandes. Ilicis radices ẽt tusæ locoq; impositæ dolorem leniunt.

INTERPRES.

q Vas hic dolorem lenire tantum ilicis radices tusas & loco impositas ait: Cæteri remedio eẽ
dixerunt Hic παρηγοροῦσιν quod ad leniendum dolorem pertinet inquit illi ἀρήγουσιν qđ
ad opem remediumq; & salutem.

DIOS. DE Dipsadis & hæmorrhoi morsus curatione. Cap̃. lxvi.

d Ipsadis hæmorrhoiq; a multis ex antiquioribus uelut incurabiles deplora
ti morsus relinquebantur. Eaenq; ob causam non habent: quæ priuatim p-
desse illis possint. Tentanda tamen communia remedia sunt. Confodien-
dusq; statim: & urendus locus: & si liceat mutilandus est. Adhibenda deinde & im-
ponenda acerrima cataplasmata: De quibus sæpe hactenus egimus. Deprehendi-
mus ipsi etiam conferre accremento ciborum quæsitas uomitiones quas drimypha
gias uocant: presertimq; ex salsamentis: prodesse & meraci uini potus: balneumque
pariter: esseq; hæc breuibus temporum interuallis continuanda: & prius q̃ quæ co-
mitantur hoc malum accidentia emergant. His enim semel emergentibus nulla est
a medicorum diligentia & ope utilitas. Contra Hæmorrhoum in usu omnia eadem

ſunt: & ultra hæc quæ in cõmunibus remediis habentur. Quales ſunt confoſſiões: aduſtiones acerrimi cibi: meraci uini potus: & quæ omnia pro dipſade inſtituta a nobis ſunt. Proſunt præter hæc ẽt elixa uitis folia cum melle conciſa.

INTERPRES.

i Nueniſſe ſe ab antiquioribus tradita Paulus Aegineta: quæ pter ſupradicta uulneri imponerẽtur hæc ẽt inqt. In Dipſadis morſu cõciſa portulacæ folia ex aceto: Poletá itidem: Rubiq; cõciſa cũ melle folia. Plátaginem pterea: Hyſſopũ: Alliũ: Elaphobeſcũ: Porrum: Ruramq; & Vrticam. In Hæmorrhoi aũt hæc ipſa & præter hæc elixa uitis folia cum melle cõciſa. Nec minus Hæmorrhoi ipſius crematum caput in potione datum: aut cum Irinooleo Scordion herbã comedendaſq; in periculo hoc paſſas uuas. Non cõuenit deinde nobis in hoc capite cum aliis: quo loco hic ſcriptor ait. εἶδέναι δ' ἐμυφαγίας χρησιμεύειν καὶ μάλιστα τοὺς ἀπὸ τῶν περιχρεῶν. Illi. n. Drimyphagias frequentem in hoc ſcriptore uocem ad acres tñ cibos contraxerunt. Nos ut eſt cõis & ppria eius uocis in medicina æſtimatio ad eas uomitiones retulimus quæ acremento ciborum quæruntur. De quibus actum longius ſecundo uolumine a nobis in Omotaricho eſt.

DIOS. Natricis morſus curatio. Cap̃. lxyii.

i Mponitur natricis morſib⁹ utiliter macerata aqua trita origanus. Prodeſt & lixiuia oleo tempata: Ariſtolochiæ cortex: conciſa quercus radix: & admixto liquido melle farina hordeacea. Bibuntur Ariſtolochiæ itidẽ drachmæ duæ in potione poſcæ pondere cyathoꝝ ſex: aut Marrubii ſuccus: aut alterutrius cum uino decoctum. Datur & cum aceto recens in cibo fauus.

INTERPRES.

n On ſatis certa in hoc capite omnia in græcis ſunt. Pluribus. n. locis a reliquoꝝ græcoꝝ diſciplina uariát: quæ hic ſcriptor ꝑ Natricis morſu cõſtituit: nõ tñ adeo diuerſa nobis uiſa ſũt: ut mutare aliquid aut addere placuerit. Illud tñ monemus qđ Barbarus ait bibẽdũ porri ſuccũ &c. Nos Marrubii dixiſſe cõcordi in hanc uocem græcoꝝ alioꝝ medicoꝝ præcæpto: qui praſii. i. marrubii non praſi. i. porri ſucco uti iubent. Potuit ille ſuoꝝ codicũ fidẽ ſequi. Nos cõem lectionẽ & ueteꝝ auctoritatẽ magis amauimus. Addiderũt græcoꝝ medici remediis ab hoc ſcriptore numeratis Naſturcium: Aſphodeli ſemen: floremq; & cum uino fœniculi ſemen.

DIOS. DE Cenchri morſus curatione. Cap̃. lxyiii.

c Ontra Cenchri morſus utiliter cũ lini ſemine lactucæ ſemen emplaſtri modo imponitur. Succurrit Satureia etiam: Agreſtis ruta: & cum Aſphodeli drachmis duabus: uiniq; cyathis trib⁹: Serpyllum: Ariſtolochiæ radix itidem: Naſturciumq; pariter & Gentiana.

INTERPRES.

e Orruptũ maleq; habitum a librariis aliquot locis caput hoc eſt. Licetq; Pauli Aeginetæ auxilio totũ reſtitui poſſet. Satis tñ nobis fuit ꝑ Cardamomo quod paſſim in eo legebať Cardamon. i. Naſturciũ uertere. Factumq; id eſt nõ tá qa ut diximus Cardamo græcus ille ſcriptor manifeſte utiť q̃ qa hic ipſe ſcriptor in Naſturcio dixerat. ἑρπετῶν τε ἐστιν ἀντιφάρμακον πινόμενον. Quod eſt: potum ſerpẽtibus remediũ eſt. At Cardamomũ ẽt id pſtat. Scimus id q dẽ: ſed utẽtibus ad hác rem Naſturcio aliis in ambiguo id potius elegimus: qđ græci alicuius ſcriptoris auctoritate defendi poſſet. Vitiũ ſuſpicati ſumus illic ẽt eẽ quo loco nõ integræ lectionis notam adiecimus. Credimus. n. legi quõdá potuiſſe aliter eũ locũ. καὶ ἕρπυλλος σὺν ἀσφοδέλῳ λελειωμένος ποτιζόμενα δὲ παραχρῆμα κενταυρίου τῆς ῥίζης δραχμαὶ δύο σὺν οἴνῳ κυάθοις γ. Quorum ſenſus eſt. Et ſerpyllum cum Aſphodelo tritum. Potiones aũt ſtatim Centaurii radicis drachmæ duæ cũ uini cyathis tribus. Nihil nos tamen mutauimus locum legentibus ſignaſſe contenti. Sumuſq; ad hoc Pauli Aeginetæ diſciplina & præcæptis uſi: qui totum ſcriptoris huius caput, iiſdem uerbis cõmentariis ſuis adſcribens & miſcens quo diximus modo totam hanc rem docet.

DIOS. DE Ceraſtæ morſus curatione. Cap̃. lxix.

c Eraſtæ morſibus ciciſſime mutilatio ſuccurrit. Eapropter ſine cunctatione uulneratam partem ſi poſſibile eſt auferre a reliquo corpore oportet. Aut q̃primum in uulneratis partibus illiſq; adiacentibus omnẽ circũſecare carnẽ. Mox etiam quæ ſuperſunt adurenda. Venenũ. n. hoc quale Baſiliſci eſt.

DIOS. DE Aspidis morsus curatione. Cap. .lxx.

c Ontra Aspidis morsus quærenda remedia oia illa sunt q̃ in Cerastæ morsibus dicta pauloante a nobis fuerũt. Similiter.n.taurino sanguini spũm & sanguinem in uenis uenena hæc duo gelant: quod & Basiliscus facit.

INTERPRES.

f Eorsum duobusq; capitibus de Ceraste hic scriptor & Aspide egit: contra q̃ in græcis alii omnes fecerint: qui simul de utroq; docuerunt certius remedia hæc etiam tradentes Dico autem certius non quia plura aut alia: sed quia expositis remedioꝝ illorum causis & tractationibus certiorem legentibus totam hanc rem fecisse uidentur. Nos eam relinquimus non tã breuitati consulentes q̃ quia nihil huic scriptori contrarium aut aliud in eis est.

DIOS. Basilisci morsus curatio. Cap. lxxi.

f Vccurrit Basilisci morsibus ut testatus quondam Erasistratus est Castorei drachma cum uino pota. Similiterq; papaueris liquor quod opium est. Et hæc talisq; contra uenenata Thenacę curatio est.

INTERPRES.

q Væ ab Erasistrato contra Basilisci morsum instituta quondam fuisse Dios. ait ueteres græcorum medici incerta sibi esse tradiderunt: propterea q; eorum periculum nunq̃ aut rarissime ab aliquo factum fuerit. Et hæc quidem hactenus. Nobis sane longe plura & maiore q̃ a principio cogitauimus operis incremento aucta. Dioscoridi uero & legentium desiderio (tam late tota hæc res patuit; & nos tam multa quod iampridem sentimus parum certe diximus) nunq̃ satis futura: nisi uoluntatem nostram magis q̃ officium manes eius amauerint: & qua solent humanitate bonarum artium: & humanitatis ꝓfessores nostra hæc exceperint. Nec quatenus aliqd præstitimus: Sed quid conati fuerimus in honoris & officii censu nobis numerauerint. Reliquimus nos in extremo hoc opere quæ ab interpretibus aliis importune & contra suum etiam iudicium addita huic scriptori fuerunt Pro comperto enim nobis est non esse eius quæ tam leuiter: superstitioseq; in eis docentur. Relinquimus & quæ aliquando polliciti sumus in ultimo opere addituros nos esse. Colorum ꝓprias cum suis discriminibus uoces. Et antiquorum ponderum; mẽsuratumq; omnium antiquas rõnes: presertimq; quibus græcorum mensuris & ponderibus antiqua Romanorũ & nostroꝝ tẽpoꝝ pondera & mensuræ respondeant. Non tñ auferetur quod nunc non datur. Cogitamus.n.ueterum quorundam exemplo & ex Theophrasti disciplina de floribus cõmentariũ: in quo certior colorum omnium in natura sumptis ab ea exemplaribus ratio & historia tradeẽ. Adiicieturq; illi quod ad pondera illa & mensuras pertinet: Nunc.n.ampliore uolumine librarios & legentes defatigare: uisum non est.

FINIS.

REGISTRVM.

AA a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & ꝯ ꝶ
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Quaterniones oẽs ꝑter A is enim quinternio.

Florentiæ per hæredes Philippi Iuntæ Florentini. Anno ab incarnatione Domini. 1523. Idibus Februarii.


· F · G ·